ANTONII
AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA

Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.

Volumen Sextum

QUO

PARS SECUNDA ET PARS TERTIA
EPITOMES JURIS PONTIFICII VETERIS
TUM
REPERTORIUM DECISIONUM ROTÆ

Continentur.



L U C Æ MDCCLXXI.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII
CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

Digitized by Google

JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

PRÆFATIO.

Dictum a nobis fuit in ſuperioris Voluminis Præfatione, quod quidem Volumen Juris Pontificii Veteris priorem tantùm partem complectitur, his ſanè libris fructum omnem laborum, quos & magnos, & graves in Pontificii juris ſtudium ANTONIUS AUGUSTINUS inſumpſerat, non oſtendi modò, ſed planè contineri. Nunc autem de Volumine hoc Sexto, quod alteram tertiamque comprehendit partem, ſermonem inſtituentes eam vel ſententiam, vel opinionem noſtram etiam atque etiam confirmare debemus. Nam ſi tractatio illa prior, quæ perſonas tantùm reſpiceret ſacerdotales, multum certe eruditionis, multum hiſtoriæ, adeòque multum utilitatis continebat, proptereaquod dignitatis atque authoritatis pontificalis veros fontes adaperiret: hæc quidem omnia in reliquis hiſce duabus partibus uberiorem ſane locum, majoremque vim obtinere noſcuntur.

Habetur enim in altera parte quidquid ad res ſacras pertinere poteſt: Atque (ne illud attingam quanti referat rerum ipſarum veram qualitatem, ac naturam penitùs diſtinguere) quam præclarum eſt earum omnium rerum originem, connexionem, ordinem contemplari; quæ de eis omni tempore ſapientum opinio fuerit, decreta, quæ de illis facta ſint, invenire & agnoſcere!

Tertia verò pars ad judicia omninò ſpectat, eorumque exercendorum rationem, pœnaſque in ſceleratos homines conſtitutas perſequitur, quæ quanti facienda ſint nemo non videt.

Extat etiam in hoc Volumine REPERTORIUM DECISIONUM ROTÆ, quod a multis ANTONIO AUGUSTINO tribuitur: quocircà legenda omninò ſunt quæ ſcripſit doctiſſimus Gregorius Mayanſius in ſuo de AUGUSTINI Vitâ Commentario *.

* *Vol. II. pag. CIV.*

Li-

Libellum ego haud omittendum cenſui, ne quid ex Antonii Augustini ſcriptis a me prætermiſſum videatur. Cæterùm viri ſummi doctrina, atque intelligens planè judicium non ita in opuſculo hoc, ut in reliquis illius ſcriptis omnibus, floret ac nitet.

Uberrimus Index rerum & verborum, quæ in toto Volumine notari debeant, ſtudiosè a me diligentèrque comparatus, poſtremas Voluminis paginas tenet.

AN-

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.

Pars Secunda

DE REBUS.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.

PARS SECUNDA DE REBUS.

LIBER PRIMUS

De Eccleſiis, ſacris Ædibus, Templis, Baſilicis, & de Oratoriis, atque Altaribus.

TITULUS I.
DE ECCLESIA CATHOLICA.
CAPUT I.

Credimus in unum Deum, &c. Et unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. *Symb. CP. refert Chalc. ſyn. ante canones, & action. 2. & action. 5. & ſynod. V. CP. action. 6. & VI. ſynod. CP. action. 17. & Martin. in cane. Later. ſecr. 4.*

CAPUT II.

De ſumma Trinit. c. 1. Greg. IX. & in 4. coll. Una eſt fidelium univerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur. In qua idem ipſe ſacerdos, & ſacrificium Jeſus Chriſtus, &c. *Inn. III. in concil. gener. Lateranen. c. 1. prope fin.*

CAPUT III.

De ſumma Trin. c. 2. Gr. IX. & in 4. coll. Unitatem hujuſmodi non veram, & propriam, ſed quaſi collectivam, & ſimilitudinariam (*Abbas Joachim*) eſſe fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Eccleſia, juxta illud, *Multitudinis* (*Act. 4.*) *credentium erat cor unum, & anima una, &c.* *Omnes unum corpus ſumus in Chriſto, &c.* (*1. Cor. 12.*) & quod Jeſus Chriſtus de fidelibus dixit in Evangelio: *Volo Pater, ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus, ut ſint conſummati in unum.* (*Joann. 17.*) Non enim ait, *ut fideles Chriſti ſint unum*, id eſt, una quædam res, quæ communis ſit omnibus, ſed tantum ſint *unum*, id eſt, una Eccleſia propter Catholicæ Fidei unitatem, & tandem unum regnum propter unionem indiſſolubilis charitatis, &c. Cum ergo Veritas pro fidelibus ſuis ad Patrem orat: *Volo*, inquiens, *ut ipſi ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus.* (*Joann. 17.*) Hoc nomen *unum* pro fidelibus quidē accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia, pro perſonis vero divinis, ut attendatur identitatis in natura unitas, quemadmodum Veritas alibi ait: *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt, &c.* (*Matth. 5.*) *Innoc. III. in conc. Later. cap. 2.*

CAPUT IV.

Similis eſt ſtatus omnis Eccleſiæ magnæ navi, quæ per undoſum pelagum diverſis locis, & regionibus viros portat ad unam potentis regni urbem properare cupientes, &c. *Clemens epiſt. 1. ad Jacob. fratrem Domini, poſt princ. Anaclet. in epiſt. 1. in princ. Ivo part. 3. cap. 1. decret.*

CAPUT V.

Scimus, ſicut & a Patribus accepimus, Chriſtum eſſe caput, cujus & membra ſumus. Ipſe namque eſt ſponſus, & Eccleſia ſponſa, cujus filii nos ſumus, &c. & ſicut ei (*Chriſto*) ſua conjuncta eſt ſponſa, id eſt, Eccleſia, ſic Epiſcopis junguntur Eccleſiæ, unicuique pro portione ſua, &c. (*Epheſ. 5.*) *Evariſt. epiſt. 2. in princ. Cæleſtin. epiſt. ad Neſtor. in fin. in conc. Epheſ. tom. 1. c. 17. Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo part. 5. cap. 182. decret.*

CAPUT VI.

Eccleſia Dei ſine macula, & ruga debet exiſtere, & ideo non oportet eam a quibuſdam conculcari, quia ſcriptum eſt: *Una eſt columba mea, perfecta mea.* (*Cant. 6.*) Hinc iterum Dominus ad Moſem: *Eſt locus penes me & ſtabis ſuper petram.* (*Exod. 33.*) Quis eſt locus, qui non ſit Domini, cum cuncta in ipſo, per quem creata ſunt, continentur? Eſt tamen locus apud Deum, videlicet ſanctæ Eccleſiæ unitas, in qua ſupra petram ſtatur, dum confeſſionis ſoliditas humiliter tenetur, &c. *Fabian. ep. 3. ad Hilarium epiſcop. ad med.*

CAPUT VII.

Quaſi in arcæ modum, quatuor mundi conſtructa lateribus, atque imputribilium lignorum compage, & bitumine charitatis adſtricta eſt Eccleſia, ut nullius adverſitate ſpiritus, nullius venientis extrinſecus tumore fluctus perturbetur. *Felix epiſt. 1. in princ.*

CAPUT VIII.

Omnes Eccleſiæ, ubicumque tandem fuerint, ad unum Chriſti thalamum referuntur. *Cæleſtin. in epiſt. ad cler. & popul. CP. princ. tom. 1. conc. Epheſ. cap. 18.*

CAPUT IX.

Ut pax & concordia ſit, atque unanimitas in populo Chriſtiano, quia unum Deum Patrem habemus in cælis, & unam matrem Eccleſiam, unam fidem, unum baptiſma, &c. *Mogunt. ſub Carolo cap. 5. Mogunt. ſub Raban. cap. 4.*

CAPUT X.

Quia unus eſt pater noſter, & magiſter, & Do-

 mi-

minus, una fides, unum baptiſma, una mater ſancta Eccleſia, inſtanter, & vigilanter ab omnibus certandum eſt, quamquam diverſorum donorum modis curratur, qualiter una ad ſanctam, & ſupernam Hieruſalem matrem noſtram tendamus, quo ſine fine cum Domino vivere mereamur. *Aquiſgran. cap. 114. in fine.*

CAPUT XI.

Univerſalis ſancta Dei Eccleſia unum corpus manifeſte eſſe credatur, ejuſque caput Chriſtus, Apoſtolicis oraculis approbamus. Unde Paulus: 1.Cor.12.d. *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de* Rom. 12. b. *membro.* Itemque: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum cor-* Coloſſ. 2.d. *pus ſumus in Chriſto.* Item: *Cujus caput Chriſtus, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones, ſubminiſtratum creſcit in templum ſanctum in Domino. Pariſ. ſub Ludovico, & Lothar. lib. 1. cap. 2. Capitul. lib. 5. cap. 166.*

CAPUT XII.

Eccleſia Græcum nomen eſt, quod in Latinum vertitur *convocatio*: propter quod omnes ad ſe vocat. *Catholica*, id eſt, univerſalis, ideo dicitur, quia per univerſum mundum eſt conſtituta, vel quoniam Catholica, hoc eſt generalis in eadem doctrina eſt ad inſtructionem. *Iſidor. in 7. lib. Etymolog. c. 1. de officiis Eccleſiaſt. cap. 1. Ivo part. 3. cap. 3. decr.*

TITULUS II.

DE ECCLESIIS ET ALIIS LOCIS PIIS ÆDIFICANDIS, ET RESTITUENDIS.

CAPUT I.

18.q.2.Quidam. 10. NEmo ædificet, aut conſtituat monaſterium, vel oratoriam domum ſine voluntate Epiſcopi urbis. *Chalced. cap. 4. Ivo lib. 3. tit. 16. cap. 1. panorm. & part. 7. cap. 1. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 54.*

CAPUT II.

Nemo monachus, clericus, laicus oratorias domos ædificet, quæ non habeant neceſſaria. *Nicæn. II. cap. 17.*

CAPUT III.

Sunt quædam pia loca, ut fertur, in diverſis regionibus inventa, quæ ita impia ſolitudine, & ſacerdotibus deſtituta, nulloque debito, ibidem renovante * exiſtunt officio, ut cum ſint pro ſola Dei laude conſtituta, divino atteſtante oraculo: *Domus mea domus orationis eſt*; nunc autem, ut aliæ domus utilitate ſæcularium hominum ſordere inveniuntur. Itaque ſi proprio jure eccleſiæ ſunt ſubjecta, Epiſcopus ibidem ſine intermiſſione presbyteros cum ſufficiente ſuæ utilitatis ope conſtituat. Et ſi ſæcularium hominum jure ſunt conſtituta, ab Epiſcopo illius diœceſeos admoneantur, & ſi admoniti presbyteros infra trium menſium ſpatium ibidem neglexerint conſtituere, & curam exinde habens Epiſcopus, abſque neglectu Principi ſuggerat, quatenus ejus emendetur ſententia. *Eugen. II. & Leo IV. in ſynodo Rom. cap. 24.*

* *reſonante*, l.

CAPUT IV.

Eccleſia, & quælibet pia loca deſtructa jacentia, &c. proprio diſpendio reſtaurentur, non ſufficiente vero neceſſario, a populo plebis auxilientur, qualiter Dei domus honorificæ videantur exiſtere, (*Leo*) & ne ruinis obruta, in Dei laudibus perſeveret. *Eugen. II. & Leo IV. in ead. ſynod. cap. 25.*

CAPUT V.

Eccleſias per congrua, & utilia facite loca, *Matt. 21.* quas divinis precibus ſacrare oportet, & in ſingu- *16. q. 7. c. 28. & de* lis ſacerdotes divinis orationibus Deo dicatos *conſ. d. 1. c.* poni. *Clem. epiſt. 2. ante fin. Cæſar. lib. 4.* *12.* *cap. 46.*

CAPUT VI.

Boni Principis, ac Regis eſt, eccleſias contri- *Diſt. 96. c.* tas, atque ſciſſas reſtaurare, novas ædificare, & *ult.* Dei ſacerdotes honorare, atque tueri. *Marcell. epiſt. 2. poſt princ. Anſelm. lib. 6. cap. 187.*

CAPUT VII.

Scripſiſti, quod fervore fidei, quo polles, & amore ſanctæ plebis, vel reparaveris eccleſias Dei, vel novas quaſque conſtruxeris, ſed in his clericos, quos conſtituas, non habere, &c. *Innoc. epiſt. 4. in princip. ad Felicem Epiſcop.*

CAPUT VIII.

Facite ergo & domum, ubi & ipſe pater veſter (*Bonifacius*) debeat habitare, & eccleſias, ubi debeatis orare, ut Deus vobis indulgeat peccata veſtra, & donet vobis vitam perpetuam. *Gregor. III. ep. 5. in fin. populo Thuring.*

CAPUT IX.

Thuringis, & Germaniæ populo ea, quæ ad animæ reſpiciunt utilitatem, & ſalutem, ſcribere non omiſimus, inter alia, ut conſtruant epiſcopia, & eccleſias condant, injungentes. *Greg. II. ep. 7. ad Bonif. Epiſcopum, in fine.*

CAPUT X.

De cenſu eccleſiarum, id eſt, ſolidum de caſata ſuſcipe, &c. dum ex eo poteris eleemoſynam tribuere, &c. & opus perficere ſacrarum eccleſiarum, juxta canonum inſtituta. *Zachar. ep. 5. ad Bonif. ante finem.*

CAPUT XI.

Hoc nobis juſtum, & rationabile viſum eſt, ut ſi Eccleſia civitatis ejus, cui præeſt Epiſcopus, ita eſt idonea, ut ipſa nullius indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis, qui in ipſis parochiis deſerviunt, vel reparationibus eccleſiarum rationabiliter diſpenſetur. Si vero Epiſcopum multas expenſas, & minorem ſubſtantiam habere conſtiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata ſubſtantia, hoc tantum quod clericis, vel architectis rationabiliter ſufficiat, reſervetur, &c. *Concil. Carpenct.*

CAPUT XII.

De obligationibus *, vel agris, quos dominus noſter Rex eccleſiæ ſuo munere conferre dignatus eſt, &c. definimus, ut in reparationibus eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum, &c. quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adjutorium eccleſiaſtici operis conſtringantur, &c. *Aurel. c. 5. al. 7.*

* *oblationibus*, l.

CAPUT XIII.

In Epiſcopi eſt arbitrio, quid de oblationibus baſilicis civitatum collatis in reparatione baſilicæ,

aut

aut obſervantium ibi ſubſtantiæ deputetur, &c. *Aurel. III. c. 5.*

CAPUT XIV.

Si qui ex ſervis fiſcalibus fortaſſe eccleſias conſtruxerint, eaſque de ſua paupertate dotaverint, has procuret Epiſcopus prece ſua auctoritate Regia confirmari. *Toler. III. c. 15.*

CAPUT XV.

Multi fidelium in honorem Chriſti, & Martyrum in parochiis Epiſcoporum baſilicas conſtruunt, oblationes ſanctas tribuunt, &c. inde labentium baſilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia ſacerdotali omnia auferuntur. [Conſtitutum eſt a præſenti concilio, Epiſcopos ita diœceſes ſuas regere, ut nihil ex earum jure præſumant auferre, ſed juxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam de decimis, &c. tertiam conſequantur. Quod ſi amplius quippiam ab eis præſumptum extiterit, per concilium reſtauretur appellantibus ipſis conditoribus, aut propinquis eorum, &c. *Tolet. IV. cap. 32. Raban. c. 32. de pœnit. Burch. lib. 3. c. 203. Ivo part. 3. c. 255. decr.*

16. q. 1. c. 60.

CAPUT XVI.

Omnes presbyteri, qui virtutem habuerint, Epiſcopo ſuo placitum fiant *, ut reparare eccleſias ſibi commiſſas intendant. Quod ſi facere diſtulerint, ab Epiſcopo ſuo diſtricti, eccleſias ſibi creditas, ut ratio permittit, digne reparent. Eccleſiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, ſollicitudine, intentione, & diſpoſitione Epiſcopali, ut ratio permiſerit, habeant reparationem. *Emerit. c. 16. in fine.*

* *faciant, ſ.*

CAPUT XVII.

Si quis beneficium de rebus eccleſiæ habet, ad tecta ejuſdem eccleſiæ reſtauranda, vel ad ipſas eccleſias ædificandas omnino adjuvet. *Arelat. ſub Carolo cap. 25.*

CAPUT XVIII.

De reſtauratione tectorum nobis neceſſitas incumbit indicare, quia non tantum domos monaſteriorum, ſed & ipſæ eccleſiæ propter tectorum inopiam ruinas minantur. *Turon. ſub Carolo cap. 46.*

CAPUT XIX.

Quicumque beneficium eccleſiaſticum habent ad tecta eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas eccleſias emendandas omnino adjuvent, & nonam *, & decimam reddant. *Magunt. c. 42. Capit. lib. 5 c. 92. & lib. 7. c. 32. in addit. Burch. lib. 3. c. 30. Ivo part. 3. c. 35. decr.*

De eccl. ædif. c. 1. Gr. IX. c. 4. eod. tit. in 1. coll.
* *nonam.*

CAPUT XX.

Per beatum Petrum Apoſtolorum Principem in occidentis, per beatum vero Joannem Apoſtolum, & Evangeliſtam in orientis, id eſt, in Aſiæ partibus, per beatum etiam Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundata, & ex oblationibus fidelium conſtat ditata, atque honorata (*Eccleſia.*) Qualiter autem cæteri coapoſtoli illorum in regionibus ſibi a Chriſto Domino ad prædicandum commiſſis eccleſiam Chriſti fundaverint, & fidelium donis conſtare fecerint, geſta illorum evidenter teſtantur, &c. *Aquen. ſive Aquiſgr. ſub Pipino lib. 1. c. 12.*

CAPUT XXI.

Chriſtiana religio exemplum ſumens ex antiqua Patrum traditione, domos in honorem Dei ædificat, ac dedicat, & altaria erigit, eiſque oleum ſuperfundit, ac ſacroſancto chriſmate perungit ea, & de factis, dictiſque Jacob melodiam Chriſto canit, & a fidelibus oblationibus * & vota, & pretioſarum, diverſarumque rerum, ad decorem & honorem divini cultus ſacerdotum, ceterorumque miniſtrorum Chriſti uſus, pauperumque receptionem, ac recreationem ſuſcipit donaria, &c. Sicut verbis ejuſdem Patriarchæ Jacob aperte demonſtratur, cuncta Deo dicata templa, & terribilia ſunt, & Dei habitacula, & vere domus Dei ſunt, & portæ cæli, &c. *Ibid. c. 24.*

* *oblationes, ſ.*
Gen. 28.

CAPUT XXII.

Qui ſartatecta eccleſiæ reſtaurare debent, & hoc negligunt, &c. ab eccleſiaſtica communione ſeparentur. *Meld. c. 62.*

CAPUT XXIII.

Ut Eccleſiæ ſarciantur, vel reſtaurentur in ædificiis ab iis, qui earum rebus utuntur, aut ab unoquoque tale ex earum familia præbeatur adjutorium, per quod, ſi fieri poteſt, reædificentur. *Indignum eſt enim*, juxta hiſtoriam Domino per Prophetam reprobante, *nos in domibus laqueatis habitare, & domos Dei eſſe deſertas.* *Tullen. part. 2. c. 11.*

Agg. 1. a.

CAPUT XXIV.

Statutum eſt, ut ædificia laicorum, quæ eccleſiis adjuncta ſunt, auferantur, & [nulla in atrio eccleſiæ ponantur, niſi tantum presbyterorum. *Salegunſt. c. 12. poſt Burch. decr. Ivo part. 15. cap. 178. decr.*

II. q. 1. c. 4.

CAPUT XXV.

Loca, quæ Deo dicata ſunt, aut monaſteria ſunt, maneant perpetuo monaſteria, nec poſſint ultra ſæcularium fieri habitacula. *Troslejan. cap. 3. ex Capitul. lib. 1. c. 31. Chalced. c. 24.*

CAPUT XXVI.

Ab illo etenim tempore (*Conſtantini Imp.*) & deinceps viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones, & prædia, quæ poſſederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis, in honore ſanctorum martyrum per civitates, ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Domino ſervientium conveniret, &c. *N. de primitiva Eccleſ. ante Nicæn. concil. Burch. lib. 3. c. 4. Ivo part. 3. c. 6. decret. Cæſ. lib. 7. cap. 58.*

12. q. 1. c. 15.
Futuram.

TITULUS III.

ECCLESIÆ AD ILLUM EPISCOPUM PERTINENT, IN CUJUS DIŒCESI ÆDIFICANTUR.

CAPUT I.

NEC etiam conſtituat (*Epiſcopus*) presbyteros, aut quemlibet alium clericum in Eccleſiis, quæ ſibi ſubjectæ non ſunt præter voluntatem Epiſcopi, cui illa eccleſia commiſſa eſt. Sed neque quiſquam presbyterorum, vel diaconorum, qui ſacris officiis dediti ſunt, ultro, ac per ſe eccleſias ingrediens ſacrum aliquod operetur, in quibus ab initio ſortem minime conſecutus eſt. Illicitum enim eſt hoc, & omnimodis a

ca-

canonicis præceptionibus alienum. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram viſus fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdicta ſunt, ſeparetur aliquo tempore, &c. Similiter & presbyter ille, vel diaconus ſegregatus ſit, donec ab aliena recedat eccleſia. Quod ſi & ſegregationem contempſerit omnimodis deponatur, & ab omni honore ſacrato deiiciatur. *Synod. VIII. CP. ſub Hadr. II. cap. 23. vel 21.*

CAPUT II.

16.q.5.c.3. Later. Indicavit nobis (*Joannes Epiſcopus*) quod quidam Exuperantius Epiſcopus auſu temerario in diœceſi ipſius oratorium conſtruxerit, idque ſine præcepti auctoritate contra morem præſumpſerit dedicare, miſſaſque illic publicas celebrare non metuit, quam rem cum ſumma te celeritate ac diſtrictione convenit emendare, nec ulterius tale aliquid attentare permittas. *Greg. lib. III. regiſtr. epiſt. 19. Joann. Subdiac. Anſelm. lib. 5. c. 29. vel 27.*

CAPUT III.

Si oratorium ædificare volueritis, abſque licentia Epiſcopi non faciatis, juſtitia ſua in omnibus ſervata, &c. *Alex. III. in ep. ad G. Prior. & fratres poſt Lateran. conc. part. 27. c. 5.*

CAPUT IV.

16.q.5.c.1. Si quis Epiſcoporum in alienæ civitatis territorio Eccleſiam ædificare diſponit, vel pro fundi ſui negotio, aut eccleſiaſtica utilitate, vel pro quacumque ſua opportunitate, permiſſa licentia ædificandi, quia prohibere hoc nefas eſt, non præſumat dedicationem, quæ illi omnimode reſervatur, in cujus territorio eccleſia aſſurgit, reſervata vero ædificatori Epiſcopo hac gratia, ut quos deſiderat clericos in re ſua videre, ipſos ordinet is, in cujus civitatis territorio eſt, vel ſi ordinati jam ſunt, ipſos habere acquieſcat, & omnis eccleſiæ ipſius gubernatio ad eum, in cujus civitatis territorio eccleſia ſurrexerit, pertinebit. Quod ſi etiam ſæcularium quicumque ædificaverit eccleſiam, & alium, magis quam eum, in cujus territorio ædificat, invitandum putaverit, tam ipſe, cui contra conſtitutionem, ac diſciplinam gratificare vult, quam omnes Epiſcopi, qui ad hujuſmodi dedicationem invitantur, a conventu abſtinebunt, ſi quis exceſſerit, in reatum devocabitur, ordinemque recognoſcat canonicū, *Arauſ. c. 10. Anſelm. lib. 5. c. 9.*

CAPUT V.

Ne presbyter territorii alicujus ſine conſcientia ſui Epiſcopi in alterius civitatis territorio præſumat baſilicis, aut oratoriis inſervire, niſi forte Epiſcopus ſuus illum concedat Epiſcopo illi, in cujus territorio habitare diſpoſuit, in quo ſi exceſſum fuerit, Epiſcopus, cujus presbyter non fuerit, fratri ſuo noverit culpabilem ſe factum, qui clericum juri ſuo illicita facientem, ſciens ab ſcandali admiſſione non revocavit. *Epaun. c. 5.*

CAPUT VI.

16.q.7.c.10. Omnes baſilicæ, quæ per diverſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, ſecundum priorum canonum regulam, in ejus Epiſcopi territorio, in cujus poſitæ ſunt poteſtate, conſiſtant. *Aurel. c. 19. vel 17. Colon. cap. 4. Burch. lib. 3. cap. 8. Ivo part. 3. cap. 10. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 10. in Rom.*

CAPUT VII.

Eccleſiæ, quæ fuerunt in hæreſi Ariana, nunc autem ſunt catholicæ, ad eos Epiſcopos cum ſuis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipſæ in quibus eccleſiæ ipſæ fundatæ ſunt, pertinere videntur. *Tolet. III. c. 9.*

CAPUT VIII.

Sicut diœceſim alienam tricennalis poſſeſſio tollit, ita territorii conventum non adimit: ideoque baſilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum Epiſcopum pertinebunt, cujus conventus eſſe conſtiterit. *Tolet. IV. c. 34. Burch. lib. 3. c. 147. Ivo lib. 2. tit. 6. c. 5. panorm. & part. 3. c. 212. decr. Anſelm. lib. 5. c. 27.* 16.q.3.c.3. 16.q.5.Poſſeſſio. c. 2.

TITULUS IV.

NULLUS SACERDOS SACRA FACIAT IN LOCO NON CONSECRATO, ET DE CÆREMONIIS CONSECRATIONIS ECCLESIÆ.

CAPUT I.

UT ſuper memorias martyrum miſſæ celebrentur. *Felix, & LXX. Epiſcopi in ſyn. ep. 2. ante fin.*

CAPUT II.

Nullus presbyter miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis ab Epiſcopo locis, qui ſui particeps de cetero voluerit eſſe ſacerdotii. *Synod. Roman. CCLXXVIII. Epiſcoporum ſub Silveſtro in epilogo, in fin. Capit. lib. 6. c. 198. Anſelm. lib. 7. c. 125. Tarrac. lib. 3. cap. 85.* De conſ.d.1. cap. 14.

CAPUT III.

Eccleſias per congrua, & utilia facite loca, quas divinis precibus ſacrare oportet, & in ſingulis ſacerdotes divinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non a quoquam gravari. *Clem. ep. 2. ante fin. Cæſar. lib. 4. c. 46.* 16.q.7.c.28. & de conſ.d. 1. cap. 12.

CAPUT IV.

In aliis locis ſacrificare, & miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus Epiſcopus proprius juſſerit, aut ab Epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, conſecratus fuerit: aliter enim non ſunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos novo, & veteri Teſtamento. Hæc Apoſtoli a Domino acceperunt, & nobis tradiderunt, &c. *Clem. ep. 3. ante fin. Burch. lib. 3. c. 59. Ivo part. 3. cap. 62. decr.* De conſ.d.1. Hic ergo, c. 13.

CAPUT V.

Deo ſacrificantes perfecte non debent vexari, ſed portari, conſolari, atque ab hominibus venerari. Ipſi autem quando Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeant, ut Domino perfecte in ſacratis Deo locis ſacrificare probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ: *Vide, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in loco, quem elegit Dominus Deus tuus*, &c. *Anacl. ep. 1. in med. Burch. lib. 3. c. 71. Ivo part. 2. c. 67. decr.* Deut. 12. b.

CAPUT VI.

De Eccleſiarum conſecratione, & de miſſarum celebrationibus non alicubi, quam in ſacratis Domino locis, abſque magna neceſſitate, fieri debere, De conſecr.d. 1. cap. 1.

re*plicet omnibus, quibus ſunt nota novi, ac veteris teſtamenti præcepta, &c. *Felix IV. ep. 5. c. 1. Burch. lib. 3. cap. 57. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 6. panorm. & part. 3. cap. 60. decr.*

CAPUT VII.

Ead. dist. 1. Judæi ergo loca, in quibus Domino ſacrificabant, divinis habebant ſupplicationibus conſecrata, nec in aliis, quam in Deo dicatis locis, munera Domino offerebant. Si enim Judæi, qui umbræ legis deſerviebant, hæc ſacrebant: multo magis, quibus veritas pateſacta eſt, &c. templa Domino ædificare, & prout melius poſſumus, ornare, eaque divinis precibus, & ſanctis unctionibus *De conſ. d. 1. Sicut. c. 10.* ſuis cum altaribus, & vaſis, veſtibus quoque, & reliquis ad divinum cultum explendum utenſilibus, devote, & ſolemniter ſacrare, & non in aliis locis, quam in Domino ſacratis ab Epiſcopis, & non a Chorepiſcopis, qui ſæpe prohibiti ſunt, niſi ſumma exigente neceſſitate, miſſas celebrare, nec ſacrificia offerre Domino debemus: & hoc ſi ſumma neceſſitas agere compulerit, non in domibus, quia in ſacris canonibus ſacrificia in domibus offerri prohibita ſunt, ſed in tabernaculis divinis precibus a Pontificibus dicatis, & in menſis Domino ſacratis, & ſacra unctione a Pontificibus delibutis, pro ſumma neceſſitate, & non pro libitu cujuſquam, & pigritia agatur. Satius ergo eſt, miſſam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet, niſi pro ſumma *Deut. 21. b. Exod. 20. d. De conſ. d. 1. cap. 10.* contingat neceſſitate, quoniam *neceſſitas non habet legem.* Unde ſcriptum eſt: *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*, &c. Et [ſicut non alii, quam ſacrati Domino ſacerdotes debent miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre, ſic nec in aliis, quam in præfatis Domino ſacratis locis miſſas cantare, aut ſacri*Ead. d. c. 1. §. ult.*ficia offerre licebit. [Si autem, ut legitur in concilio Laodicenſi CXXVI. quod hi, qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati, tam in Eccleſiis, quam in domibus exorcizare non poſſunt, multo magis majoris gradus miniſteria, niſi ab Epiſcopis, qui ad eos gradus ſunt ſacrati, quibus fungi debent, officia agi, vel ſacrificia offerri licet. Quod autem oblationes in domibus offerri non debent, in eodem concilio CLVIII. prohibitum habetur. Non oportet in domibus oblationes celebrari ab Epi*Ead. d. c. 15. & 16.*ſcopis, & presbyteris. [Solemnitates vero dedicationum eccleſiarum, & ſacerdotum per ſingulos annos ſunt celebrandæ: ipſo Domino exempla dante, qui ad feſtum dedicationis templi, omnibus id faciendo dans formam, cū reliquis populis eandem feſtivitatem celebraturus venit. Si*Joann. 10. c.*cut ſcriptum eſt: *Facta ſunt encænia in Hieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Jeſus in templo in porticu Salomonis.* Quod autem octo dierum ſint encænia celebranda, peracta dedica*3. Reg. 8. c.*tione templi, in libro Regum reperies. *Felix IV. ep. 1. c. 1. Capit. lib. 7. c. 431. Burch. lib. 3. c. 58. Ivo part. 2. c. 76. & part. 3. cap. 24. & 61. decr. & lib. 2. tit. 2. c. 1. & 2. panorm. Anſelm. lib. 5. cap. 22. & lib. 7. cap. 127. Tarrac. lib. 3. cap. 86. & 93.*

CAPUT VIII.

De ſabrica vero cujuſlibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolemnitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, ſi per eam minime aqua benedicta * jactetur, quia conſecrationem cujuſlibet Eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti ara non ponitur, celebritatem tantum ſcimus eſſe Miſſarum, & ideo ſi qua ſanctorum Baſilica a fundamentis etiam fuerit innovata, ſine aliqua dubitatione cum in ea Miſſarum fuerit celebrata ſolemnitas, totius ſanctificatio conſecrationis implebitur. Si vero ſanctuaria, quæ habebat, ablata ſunt, rurſus eorum depoſitione, & Miſſarum ſolemnitate reverentiam ſanctificationis accipiet. *Vigil. epiſt. un. cap. 4. Burch. lib. 3. cap. 62. Ivo lib. 2. tit. 2. c. 5. Panorm. & part. 3. c. 25. decr. Anſelm. lib. 5. c. 91. in addit.* *De conſ. d. 1. cap. 23.* ** exorcizata.*

CAPUT IX.

Cum parietes Eccleſiæ in ſua integritate permanſerint, & tabula altaris mota, vel enormiter læſa non fuerit, ob caſum prædictum * nec Eccleſia, nec altare debet denuo conſecrari. *Innoc. III. Archiep. Biſunt.* *De conſecr. Eccl. vel alt. c. 8. apud Gr. IX. & in 4. coll. cap. 1.* ** cauſas prædictas.*

CAPUT X.

In diœceſi tua tam Dominicis diebus, quam privatis tibi Eccleſiis dedicationes impendere licet. *Innoc. III. Epiſc. Ternacen.* * *De conſ. Eccl. cap. 2. ap. Greg. IX. & in 3. coll. c. 2. de dedic. eccl.* ** Compoſtellano.*

CAPUT XI.

Ut in domibus non fiant oblationes ab Epiſcopis, vel presbyteris. *Laod. cap. 57. G. 58. L. Aquiſgr. c. 84. Felix IV. ep. 1. c. 1.*

CAPUT XII.

Quiſquis presbyter inconſulto Epiſcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipſe honori ſuo contrarius exiſtit. *Carth. 2. c. 9.*

CAPUT XIII.

Deponatur clericus, qui ſine licentia Epiſcopi intra domum in oratoria domo ſacrificat, vel baptizat. *Trull. c. 31.* *De conſ. d. 1. cap. 35. Clericos.*

CAPUT XIV.

In quibus locis, & quo apparatu Miſſarum ſolemnia exceptis Baſilicis celebrari debeant, & utrum celebrari debeant, quia in Concilio Laodiceno ita ſcribitur: „quod non oporteat in domi„bus oblationes celebrari ab Epiſcopis, vel a „presbyteris“. *Cabilon. ſub Carolo c. 49. Vid. Laodic. c. 58. Capitul. lib. 7. c. 51. in addit.*

CAPUT XV.

Si quis presbyterorum abhinc, excepto quando in itinere pergitur, & locus Baſilicæ procul eſt & id in Altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, ne populus Dei ſine miſſarum celebratione, & corporis, & ſanguinis Domini perceptione maneat Miſſarum celebrationes in hujuſmodi locis illicitis, (*domibus, & hortis*) poſt tot, tantaſque prohibitiones facere attentaverit, dignum eſt, ut gradus ſui periculum incurrat, &c. *Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib. 1. c. 47.*

CAPUT XVI.

Non ſicut ſe habet quorundam reprehendenda & emendanda conſuetudo, propter ædiculas, quas ſibi ad votum ſuum conſtruunt, ibique Deo ſacrificium offerri poſſe, & debere contendunt,

tem-

Digitized by Google

templa per ſacerdotum miniſterium nomini divino dicata, penitus ſunt negligenda, ac relinquenda, præſertim cum Dominus dicat in lege: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus de cunctis tribubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo venietis*, &c. Et in ſacris canonibus Concilio ſcilicet Laodicenſi, eſt inſtitutum, quod „ non oporteat in domibus oblationes ab „ Epiſcopis, & presbyteris fieri ". *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. cap. 11. in fine. Laod. cap. 58.*

Deut. 12.

CAPUT XVII.

In Conventibus Serenitatis veſtræ jam admonitum eſt, quod conſecratio corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, per domos, & ædiculas quaſdam (*ſive capellas*) ad quorundam libitum præparatas, & per alia quælibet incongrua loca fieri non debeat, excepto quando in itinere pergitur, & id in aliis locis, quam in Baſilicis Deo dicatis, vel etiam in Altaribus ab Epiſcopo conſecratis, ne populus Dei ſine miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis Dominici perceptione maneat, neceſſitas fieri compellit, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 3. c. 6.*

CAPUT XVIII.

De conſ. d. 1. c. 11. & 29. Cõcedimus. Miſſarum ſolemnia non ubique, ſed in locis ab Epiſcopo conſecratis, vel ubi ipſe permiſerit, celebranda eſſe cenſemus. Concedimus etiam, ut ſicubi, quod noſtris exigentibus culpis perplurimum eſt factum, a Nortmannis, ſeu alio qualicumque modo Eccleſiæ fuerint incenſæ, in capellis Miſſas interim liceat celebrare, donec ipſæ Eccleſiæ reſtaurari queant. In itinere vero poſitis ſi Eccleſia defuerit, ſub divo, ſeu in tentoriis, ſi tabula altaris conſecrata, cæteraque miniſteria ſacra ad id officium pertinentia adſunt, Miſſarum ſolemnia celebrari permittimus. *Mogunt. ſub Arnulph. c. 9. Burch. lib. 3. c. 56. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 3. & 4. Panorm. & part. 3. c. 59. decr.*

CAPUT XIX.

In locis non conſecratis, id eſt in ſolariis, ſive in cubiculis propter infirmos, vel longius iter, a quibuſdam presbyteris ſacrificium offerebatur, quod omnimodis interdictum eſt. *Metenſ. c. 5.*

CAPUT XX.

De conſ. d. 1. cap. 18. Non oportet clericos ignaros, & præſumptores ſuper monumenta in campum myſteria portare, aut diſtribuere ſacramenta, ſed aut in Eccleſia, aut in Baſilica, ubi martyrum Reliquiæ ſunt poſitæ, ibi pro defunctis oblationem offerri. *Mart. Brac. cap. 69.*

CAPUT XXI.

Miſſarum ſolemnia, nequaquam alibi, niſi in Eccleſia celebranda ſunt, non in quibuslibet domibus, & in vilibus locis, ſed in loco, quem elegerit Dominus juxta illud, quod ſcriptum eſt: *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in loco, quem elegeris Dominus, ut ponat nomen ſuum ibi. Theodulph. ad presbyteros Aurelian. cap. 11.* *Deut. 12.*

CAPUT XXII.

Felix conſtituit ſupra ſepulchra, aut memorias Martyrum Miſſas celebrari. *Damaſc. in Felic.*

TITULUS V.

NON CONSECRABANTUR ALIQUANDO ECCLESIÆ INJUSSU PONT. MAX.

CAPUT I.

Baſilicas noviter inſtitutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare nemo audeat, nec ambiant ſibimet Epiſcopi vindicare clericos poteſtatis alienæ. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 6. Vorm. cap. 48. Anſelm. lib. 5. cap. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 91.* *De conſ. d. 1. cap. 5.*

CAPUT II.

De locorum conſecratione ſanctorum, &c. nobis patefactum eſt, quod abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ nonnulli factas Eccleſias, vel Oratoria ſacrare præſumant, &c. & quod in quorumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, non omnino fidelium conſtructiones ædificatas, ſacris poſſeſſionibus * audacter inſtituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba ſunt, ut eadem vix noſter poſſit ferre auditus, ſi revera Chriſtianitatis affectus in illis regionibus certus, & fixus eſt, & diſtrictius iſta quærantur, & a quibus fuerint geſta, prodantur, &c. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 27. Burch. lib. 3. cap. 21. Ivo part. 3. cap. 26. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 80.* *De conſ. d. 1. cap. 3.* * *profeſſionibus.*

TITULUS VI.

DE CONSECRATIONE ALTARIS.

CAPUT I.

Altaria placuit non ſolum unctione Chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari. *Agath. cap. 14.* *De conſ. d. 3. cap. 31.*

CAPUT II.

Conſecrare altare presbyter non præſumat. *Agath. cap. 43.* *26. q. 6. Miniſtrare. c. 3.*

CAPUT III.

Altaria niſi lapidea infuſione Chriſmatis non ſacrentur. *Epaun. cap. 26. Burch. lib. 3. cap. 25. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 5. panorm. & part. 3. cap. 30. decreti.* *De conſ. d. 1. cap. 30.*

TITULUS VII.

SOLIUS EPISCOPI EST CONSECRARE ECCLESIAS, ET ALTARIA.

Vide libro quarto titulo quadrageſimo ſexto poſita, quibus adde:

CAPUT I.

Sed & Eccleſiæ, quas, ut putatur, tam Photius, quam ii, qui ab ipſo conſecrati ſunt, dedicaverunt, vel ſi commotas menſas ſtabilierunt, rurſus dedicari, & inthronizari, atque ſtabiliri decernimus. *Syn. VIII. gener. CP. ſub Hadr. II. cap. 4.*

CAPUT II.

Si quis presbyter auſus fuerit Chriſma benedicere, aut Eccleſiam, aut Altarium conſecrare, a ſuo officio deponatur. Nam & antiqui Canones hoc vetuerunt. *Brach. I. cap. 37.*

CAPUT III.

Statuit ſancta Synodus, ut Epiſcopi de Ariana hæreſi venientes, ſi quas Eccleſias, ſuo nomine catholicæ fidei, necdum benedictione a catholico ſacerdote percepta, (*conſecrarunt*) conſecrentur denuo. *Cæſarauguſt. II. cap. 3.*

CAPUT IV.

Altaria erigere, & Baſilicas conſecrare presbyteris

teris & Chorepiſcopis prohibitum eſt, quia ſicut eis illicita conſecratio eſt altaris, ita & conſtructio, &c. Erexit altare ſolus Aaron in tabernaculo, ipſe unxit, quia ſummus Sacerdos Dei utique erat. Sicut ſcriptum eſt: *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus ejus.* Id, quod tantum facere Principibus ſacerdotum juſſum eſt, quorum typum Moyſes & Aaron tenuerunt, presbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram, arripere non præſumant, &c. conſtitutio Altaris, benedictio, vel unctio prohibita eſt. Nec benedicere Eccleſiam, vel Altaria conſecrare, niſi tantum Epiſcopi poſſunt, &c. *Hiſpalenſ. II. cap. 7.*

Pſalm. 98.

CAPUT V.

Conſecratio virginum, & benedictio, vel unctio Altaris a presbyteris minime fiat. Similiter non liceat eis Eccleſias conſecrare, nec per impoſitionem manus Paracletum Spiritum tradere, &c. *Vormac. cap. 8.*

TITULUS VIII.

NE EPISCOPUS CONSECRET ECCLESIAS IN ALIENA DIŒCESI.

Vide libro quarto titulo quadrageſimo octavo.

TITULUS IX.

ECCLESIA CONSECRATA NON CONSECRATUR ITERUM, SI AUTEM ILLIUS CONSECRATIO EST DUBIA, CONSECRETUR.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. cap. 21. Solemnitates.

DE eccleſiarum conſecratione quotiens dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt, a quibus conſecratio ſciatur, abſque ulla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas, &c. Quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur factum. *Felix IV. epiſt. 1. cap. 2. Burch. lib. 3. cap. 58. Ivo part. 3. cap. 24. decr. & lib. 2. tit. 2. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 5. cap. 22. Tarrac. lib. 3. cap. 93.*

CAPUT II.

Cum dubitatur de conſecratione Eccleſiæ, canonice dedicetur. *Greg. ep. 7. ad Felicem Epiſc. cap. 3. in concil. & reg. lib. 12. cap. 31. ind. 7. Anſelm. lib. 5. cap. 23.*

CAPUT III.

Si Eccleſias in nomine Trinitatis conſecravit (*Epiſcopus*) dum ſacerdotio fungebatur, conſecratio ſit confirmata. *Zachar. epiſt. 4. ad Bonif. Epiſcopum in med.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 4. Placuit. 111.

Quotiens ſuper Eccleſiarum conſecratione hæſitatur, ſine ulla trepidatione conſecrentur. *Carth. V. cap. 6. Afr. 39. Capit. lib. 7. cap. 391. Ivo part. 1. cap. 147. decret. & lib. 1. tit. 2. c. 86. panorm. Cæſaraug. lib. 12. cap. 53.*

TITULUS X.

NE PRETIUM ULLUM ACCIPIATUR CONSECRATIONIS CAUSSA.

Vide libro quarto titulo quadrageſimo ſeptimo, quibus adde hæc:

CAPUT I.

POlychronius ſicubi ad dedicandam quamlibet parochiarum in ſua regione eccleſiam rogaretur, non dabat auctoritatis ſuæ facultatem

niſi decem librarum auri accepiſſet remunerationem, &c. quod canones calcavit, ut Chriſtus teſtatur: *Gratis accepiſtis, gratis date. Xyſt. III. in ſynod. Rom. cap. 6.*

Matt. 10. a.

CAPUT II.

1. q. 1. c. 106.

Statuimus, ut ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt, ita pro balſamo, ſive luminaribus emendis nihil presbyteri chriſma accepturi dent, &c. *Cabilon. ſub Carolo cap. 16. Burch. lib. 4. cap. 93. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 91. panorm. & part. 1. cap. 287. decret.*

TITULUS XI.

COMMUNIA DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ, VEL ALTARIS.

CAPUT I.

De pœnit. c. 14. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

DEcernimus, ut cum dedicatur baſilica, non extendatur indulgentia ultra annum ſive ab uno ſolo, ſive a pluribus Epiſcopis dedicetur, ac deinde in anniverſario dedicationis tempore quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap. 62. in fine.*

CAPUT II.

14. q. 6. c. 2.

Comperimus nullam extitiſſe cauſſam, pro qua potuiſſent rationabiliter occcupari (*Judæorum ſynagogæ*) atque eas eſſe inconſulte, ac temere conſecratas. Idcirco experientiæ tuæ præcipimus, ut quia quod ſemel conſecratum eſt, Judæis ultra non valet reſtitui, &c. ſtudii tui ſit, ut præfatus frater, & coepiſcopus noſter (*Victor*) dare pretium debeat, quatenus quod occupari fecit in jus eccleſiæ ipſius valeat permanere, & illi opprimi, aut aliquam pati injuſtitiam nullo modo videantur. *Gregor. lib. 7. regiſtr. Indict. 2. epiſt. 58. Fantino defenſori.*

CAPUT III.

De adulter. c. 5. Gr. IX. & in 1. coll. 10. tit. c. 6.

Significaſti nobis quemdam presbyterum cum alterius conjuge, inſtinctu diabolico, in eccleſia frequenter dormiſſe, quæ utique * ſe, & illum cuidam ſacerdoti hujuſmodi delictum confeſſos fuiſſe, tibi publice detexit, & hoc ipſum idem ſacerdos nomen adulteri cælans, dicitur propoſuiſſe in præſentia tua, &c. Nos igitur juxta ſanctorum Patrum decreta volumus, ut dignam pœnitentiam præfatæ adulteræ imponens, eccleſiam prælibatam per aſperſionem aquæ ſanctificando reconcilies, &c. *Alex. III. Carnoten. epiſc. poſt conc. Later. part. 50. 51.*

** utrique.*

CAPUT IV.

De conſ. eccl. vel alt. c. 4. in Gr. IX. in 3. coll. de dedic. cap. 3.

Propoſuiſti, quod venientibus ad eccleſiam S. Jacobi ex diverſis regionibus peregrinis, &c. homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur, &c. fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod manente eccleſia, & altari, reconciliari poterat per aquam cum vino, & cinere benedictam. *Innoc. III. ep. ad Archiep. Compoſtell.*

CAPUT V.

De conſ. eccl. c. 7. Gr. IX. & in 4. coll. de celebr. divini offic.

Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora ſepeliuntur, per ſuorum violentiam propinquorum reconcilianda erunt aſperſione aquæ ſolemniter benedictæ, ſicut in dedicationibus eccleſiarum fieri conſuevit. *Innoc. III. in ep. ad Savicen.* epiſc.*

** al. Senonem.*

B CA-

CAPUT VI.

De conſ. eccl. c. 3. ap. Gr. IX. & in 1. coll. de dedic. eccleſ. c. 2.

Altare, in quo tabula, cui conſecrationis benedictio Pontificali miniſterio adhibetur, mota, vel enormiter fracta fuerit, debet non immerito conſecrari. *Innoc. III. in ep. ad Nidroſienſ. epiſc.*

CAPUT VII.

Cum ad dedicationem baſilicæ, quam illuſtriſſimus Præfectus, & Patricius filius noſter Liberius in Arauſica civitate fideliſſima devotione conſtruxit, Deo propitiante, & ipſo invitante conveniſſemus, &c. pervenit ad nos, eſſe aliquos, qui de gratia, & libero arbitrio minus caute, & non ſecundum fidei regulam, ſentire velint, &c. *Arauſ. II. in princ.*

CAPUT VIII.

16. quæſt. 1. Compr. c. 34. 10. q. 1. cap. 1.

Quæ in jure monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana lege ab Epiſcopis contingantur. [Si autem ex laicis quiſquam a ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam eam ſub monaſterii ſpecie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab Epiſcopo non conſtituitur, a diœceſana lege audeat ſegregare. *Ilerd. c. 3.*

CAPUT IX.

2. q. 2. c. 1. Placuit.

Unuſquiſque Epiſcopus meminerit, ut non prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis, vel ſine ſubſtantiali ſubſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tamquam domus privata conſecretur eccleſia. *Brac. II. cap. 5. Vormac. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decret.*

CAPUT X.

De conſ. d. 1. cap. 9.

Si quis baſilicam non pro devotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat, ut quidquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod baſilicam in terra ſua quæſtus cauſſa condiderit, &c. nullus Epiſcoporum tam abominabili voto conſentiat, nec baſilicam, quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis ſub tributaria condicione eſt condita, audeat conſecrare. *Brac. II. cap. 6.*

CAPUT XI.

10. q. 1. Sic quidam, c. 2.

Multi contra canonum conſtituta ſic eccleſias, quas ædificaverint, poſtulant conſecrari, ut dotem, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad Epiſcopi ordinationem non pertinere, &c. omnia ad Epiſcopi ordinationem pertineant. *Tolet. III. cap. 19. Magunt. ſub Arnulph. c. 4. Vorm. 6. & 55. Troſl. cap. 6. Burch. lib. 3. cap. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 3. panorm. & lib. 3. c. 23. decret.*

CAPUT XII.

Per dedicationes baſilicarum, aut feſtivitates martyrum ad ipſa ſolemnia confluentes, chorus femineus turpia, & obſcœna cantant, dum aut orare debeant, aut clericos pſallentes audire. Convenit, ut ſacerdotes loci talia a ſeptis baſilicarum, vel porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atriis vetare debeant, & arcere. Et ſi voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut diſciplinæ aculeum ſubſtinere. *Cabil. 19.*

CAPUT XIII.

In ſanctum, & ſatis venerabile concilium reſidentibus nuntiatum eſt nobis, eo quod aliqui Pontifices regulam veritatis prætermittentes, Eccleſias, quæ a fidelibus pia devotione conſtruuntur, extra dies Dominicos conſecrent, &c. Propria deliberatione cenſemus, ut nulli penitus Pontificum, in quibuſcumque provinciis conſtitutio amodo liceat, præter certos dies dominicos eccleſias ſanctas conſecrare. *Cæſarauguſtan. III. cap. 1.*

CAPUT XIV.

Rogabant enixius ſantum virum, ut ſynagogam ſuam eccleſiam conſecraret in honore ſancti Salvatoris mundi, quorum petitionem minime aſpernatus, ſynagogam illorum, quæ major eſſe videbatur, in nomine unigeniti Filii Dei redemptoris mundi conſecravit. Ex tunc itaque per diverſas orbis terræ nationes, & provincias mos inolevit, ut baſilicas plurimas, vel oratoria Pontifices Chriſtianæ legis in honorem ſancti Salvatoris mundi concedere, & dedicare non deſinant. Nam antea antiquiores noſtri, vel majores hoc peragere minime præſumpſerunt, &c. Rogaverunt autem Metropolitanum præfati viri, ut cæteras ſynagogas eorum in honore quorundam beatorum martyrum conſecrando reconciliaret, &c. *Athanaſius in ſermone de imagine Chriſti, Beritenſ. VII. ſynod. act. 4. ante fin.*

CAPUT XV.

Lucina vidua matrona, quæ vixerat cum viro Marco annis xv. & in viduitate ſua habebat annos xix. ſuſcepit beatum virum, quæ & domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi die, noctuque hymnis, & orationibus domino Jeſu Chriſto confitebantur. *Damaſcen. in Marcello.*

TITULUS XII.

REVEREANTUR CHRISTIANI ECCLESIAM SUAM.

CAPUT I.

19. q. 3. Quoniam, cap. 5.

CUM propter damnum, quod propter peccata noſtra paſſi ſumus in eccleſiis, ſurripuerunt quidam pia loca, & Epiſcoporum domos, & monaſteria, & facta ſunt communia diverſoria, ſi quidem hi malint reddere, ut in priſtinam formam reſtituantur, recte eſt: ſin minus, ſi clerici fuerint, eos deponi jubemus: ſi monachi, vel laici, excommunicari, uti condemnatos a Patre, Filio, & Spiritu ſancto, & conſtituentur ubi vermis non moritur, & ignis non extinguitur, quod Domini voci contradicunt dicenti: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* *Nicæn. II. cap. 13. Trull. 49. Anſelm. lib. 7. cap. 172.*

Marc. 9. 8. Joann. 2. 6.

CAPUT II.

De cuſtod. euch. c. 2. Gr. IX. c. 1. de immun. eccl. in 4. coll. Marc. 11.

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei baſilicæ videantur, non conſiderantes, quod Dominus non ſinebat, ut vas transferretur per templum, &c. Prohibemus, ne hujuſmodi ſupellectilia in eccleſiis admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, ſeu alias neceſſitates urgentes ad eas oporteat haberi refugium. Sic tamen, ut neceſſitate ceſſante res in

lo-

loca priſtina reportentur, &c. *Innoc. III in conc. gen. Lat. c. 19.*

CAPUT III.

c. ult. de relig. Greg. IX. & c. ult. de imm. eccleſ. in 4. collect. Prælati de cætero non permittant illos, qui ad eorum eccleſias cauſſa venerationis accedunt, variis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut & pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 62.*

CAPUT IV.

Concedet pergentes ad eccleſiam Divinas ſcripturas attendere, & locis Dei, quæ ſerius ſunt, agere, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Domus mea domus orationis vocabitur:* (*Matt. 21. a.*) non alios ſecum ad immane peccatum ſua culpa ſuadere. *Leo IV. in ſynod. Rom. cap. 35.*

CAPUT V.

Arcæ ab eccleſia expellantur, niſi una ad veſtimentum, & libros. Sed ſi forte difficilis guerra fuerit, illæ, quæ in eccleſia fuerint, nullum debitum laicis reddant, ſed eccleſiæ. *Gregor. VII. in conc. Rom. ann. incert. cap. 32.*

CAPUT VI.

Infames ſunt impugnatores Epiſcoporum, &c. & conculcatores eccleſiarum. *Euſeb. epiſt. 1. ante medium.*

CAPUT VII.

Diſt. 30. c. 10. Si quis docet domum Dei, & in ea conventus, ſive ſynaxes eſſe contemnendas, anathema ſit. *Gangr. cap. 5. Burch. lib. 3. cap. 94. Ivo part. 5. cap. 84. decr.*

CAPUT VIII.

Diſt. 30. c. 11. Si quis extra eccleſiam ſeparatim congreget eccleſiam, contemnens eccleſiam, quæ eccleſiæ ſunt, facere velit ſine voluntate presbyteri, & Epiſcopi, anathema ſit. *Gangr. cap. 6. Burch. lib. 3. cap. 95.*

CAPUT IX.

Diſt. 41. c. 3. Parſimoniam. Domos Dei veneramur, & conventus in eis, ut ſanctos, & utiles ſuſcipimus, non concludentes pietatem domibus, ſed omnem locum in Dei nomine ædificatum honorantes, atque in ipſa eccleſia Dei conventum communem in communẽ utilitatem recipimus. *Gangr. in fin. Ivo part. 8. cap. 321. decr.*

CAPUT X.

Diſt. 42. c. 4. Non oportet in domibus Dominicis, vel eccleſiis agapas facere, & in Dei domo comedere, & accubita ſternere. *Laod. c. 28. Trull. cap. 74. Aquiſgr. 80. Burch. lib. 3. cap. 82. Ivo part. 3. c. 73. decr.*

CAPUT XI.

Diſtinct. 42. Nulli, c. 5. Epiſcopi, vel clerici in eccleſia non conniventur, niſi forte neceſſitas hoſpitii id cogat: & populi ab hujuſmodi conviviis quoad fieri poteſt arceantur. *Carth. c. 42. G. Carth. III. c. 30. L. Afr. 9. L. Aquiſgr. c. 59. Burch. lib. 3. c. 83. Ivo part. 3. c. 74. decr.*

CAPUT XII.

Ne quis in eccleſia votum ſuum cantando, bibendo, vel laſciviendo diſſolvat, quia Deus talibus votis irritatur potius, quam placatur. *Aurel. II. c. 12.*

CAPUT XIII.

Sacrificia matutina miſſarum, ſive veſpertinarum nequis cum armis pertinentibus ad bellorum uſum expetat. Quod qui fecerit, in ſacerdotis poteſtate conſiſtat, qualiter ejus diſtrictione debeat caſtigari. *Aurelian. III. cap. 28. Capitul. lib. 7. c. 277.*

CAPUT XIV.

Non licet in eccleſia choros ſæcularium, vel puellarum cantica exercere, nec convivia in eccleſia præparare, quia ſcriptum eſt: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* (*Matt. 21. b.*) *Antiſiod. c. 9.*

CAPUT XV.

Multa quidem eveniunt, quæ dum leviter corriguntur, ſæpius ad majora conſcendunt. Valde enim omnibus noſcitur eſſe indecorum quod per dedicationes baſilicarum, aut feſtivitates martyrum, ad ipſa ſolemnia confluentes chorus fœmineus turpia quidem, & obſcœna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos pſallentes audire. Unde convenit, ut ſacerdotes loci talia a ſeptis baſilicarum, vel porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atriis vetare debeant, & arcere; & ſi voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut diſciplinæ aculeum ſuſtinere. *Cabilon. c. 19.*

CAPUT XVI.

Non oportet intra ſacra ſepta tabernam eſſe, (*Luc. 19. g.*) vel ciborum, aliarumve rerum venditiones fieri, ut debitus honor eccleſiis conſervetur. Nam Salvator noſter Deus, dum nos in carne docuit, non facere domum patris ſui, domum negotiationis juſſit, &c. Si quis fecerit, excommunicetur. *Trull. c. 77.*

CAPUT XVII.

Nemo intra ſanctum templum jumentum introducat, niſi iter faciens cum maxima neceſſitate, domo, & diverſorio indigeat: nam ſi jumentum non introducat, id peribit, (*Marc. 2. d.*) & quæ affert, & is, qui ducit in periculum mortis incidet; ut enim ſabbatum propter hominem factum eſſe didicimus, ita hoc caſu ſalutem hominis conſervabimus. Si quis ſine neceſſitate id fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 89.*

CAPUT XVIII.

Qui cum uxore, vel alias indiſcrete ſacra loca pollunt, & contemnunt illic exiſtentes, extra ea ſacra loca (etiam catechumenorum) exire jubemus: ſi non fecerint, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 98.*

CAPUT XIX.

Ut de ſepeliendis in baſilicis mortuis illa conſtitutio ſervetur, quæ ab antiquis patribus conſtituta eſt. *Arelat. ſub Carolo c. 21.*

CAPUT XX.

Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad eccleſiam conveniunt, ſine ſtrepitu, ac tumultu eam ingrediantur, in qua etiam, quamdiu orationis cauſſa morantur, nequaquam inanes inter ſe proferant confabulationes. Sed & tempore, quo miſſarum ſolemnia celebrantur, non ſolum ab otioſis, & inutilibus verbis, verum etiam & a pernicioſis cogitationibus funditus abſtinendum eſt. *Turon. ſub Carolo c. 38.*

CAPUT XXI.

Canticum turpe, atque luxurioſum circa eccleſias agere omnino contradicimus, quod ubique vitandum eſt. *Magunt. c. 48. Capitul. lib. 5. c. 97. Burch. lib. 3. c. 87. Ivo part. 3. c. 77. decr.*

CAPUT XXII.

Nullus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici. *Magunt. c. 52.*

CAPUT XXIII.

Multi eccleſiam ingreſſi, non ad Deum puram ſimplicemque orationem dirigunt, quoniam quod ore precantur, hoc etiam mente non meditantur. De talibus Beda in homilia Evangelii ſeptimadecima, &c. Sunt itaque plerique quibus potius cordi eſt, vanis, & obſcœnis confabulationibus vacare, quam lectionibus divinis aurem accommodare, quibus etiã nuſquam tam delectabile videtur eſſe ſuſurrationes aliorum auribus ingerere, cachinnis ora diſſolvere, quam in eccleſia Dei, ubi eum humiliter, devoteque debuerant invocare, & peccata ſua deflere. Sed & hoc ejuſdem hoſtis antiqui inſtinctu fieri dubium non eſt. Quod autem domus Dei non ſit hujuſcemodi illicitarum actionum, ſed potius orationum locus, Dominus docet in Evangelio, dicens: *Domus mea domus orationis eſt*, &c. Origenes quoque ubi de velamine Moſis ſcribit &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar, lib. 2. c. 12. in princ.*
Matt. 21.

CAPUT XXIV.

Quando convenitis ad eccleſiam, prò peccatis veſtris orate, nolite ſcandala concitare, aut otioſas ſabulas dicere. In eccleſia ſtantes, nolite verboſare, ſed ſacras ſcripturas patienter audire. Qui enim in eccleſia verba vana locutus fuerit, & prò ſe, & pro aliis rationem redditurus eſt in die judicii, quia verbum Dei nec ipſe audit, nec alios audire permittit, &c. Plures ſunt, de quorum perditione nimium contriſtor, illos dico, qui venientes ad eccleſiam, magis litigare cupiunt, quam orare, & quando debent lectiones divinas in eccleſia intentis auribus tota pietate ſuſcipere, tunc foris cauſſas dicere, & diverſis ſe ſtudent calumniis impugnare: aliquando etiam quod pejus eſt, aliqui nimium iracundia ſuccenduntur, amariſſime rixantur, &c. & calcibus, & pugnis invicem colliduntur. Melius fuerat talibus ad eccleſiam non venire, quam tot malis contra ſe Divinam iram provocare. Iſti enim & ſi cum minoribus peccatis ad eccleſiam veniunt, cum multis criminibus de eccleſia revertuntur, &c. Quando ad eccleſiam convenitis, nolite vos talibus fabulis occupare, unde poſſitis peccata acquirere. Nolite vos occupare ad litigandum, ſed potius ad orandum, non ut rixando Deum offendera, ſed ſupplicando gratiam illius poſſitis acquirere. *Auguſtinus in Homiliis ad populum apud Pariſ. d. c. 12. in med.*
Matt. 12.

CAPUT XXV.

Joann. 2. *Cum feciſſet Dominus quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo.* Quid ergo fratres mei, quid putatis faceret Dominus, ſi riſis diſſidentes, ſi fabulis vacantes, ſi riſu diſſolutos, vel alio quolibet ſcelere reperiret irretitos, qui hoſtias, quæ ſibi immolarentur, ementes in templo invenit, & eliminare feſtinavit? Hæc propter illos diximus, qui eccleſiam ingreſſi, non ſolum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea, pro quibus orare debuerant, augent. Inſuper & arguentes ſe pro hujuſmodi ſtultitia, conviciis, odiiſque, vel detractionibus inſequuntur, addentes videlicet peccata peccatis, & quaſi funem ſibi longiſſimum incauta eorum augmentatione texentes, & nec timentes ex eo diſtricti judicis examinatione damnari, &c. Multum tremenda ſunt hæc dilectiſſimi, &c. ne veniens improviſus perverſum quid in nobis, unde merito flagellari, ac de eccleſia ejici debeamus, inveniat, & maxime in illa, quæ ſpecialiter domus orationis vocatur, obſervandum, ne quid ineptum geramus, ne cum Corinthiis ab Apoſtolo audiamus: *Numquid domos non habetis ad agenda, vel loquenda temporalia? cur eccleſiam Dei contemnitis?* 1. Cor. 11.
Beda homil. 22. in Joann, apud Pariſ. d. cap. 12. ante fin.

CAPUT XXVI.

Summopere omnibus fidelibus procurandum eſt, ut nihil in eccleſia inhoneſtum aut cogitatione, aut dicto, aut facto gerant, ne forte peccatis, pro quibus abſolvendis confluxerant, peccata accumulantes non abſolutionem peccatorum acquirant, ſed magis ſunes, quibus quodammodo ligentur, ſibi accumulent. *Pariſienſ. d. cap. 12. in fine.*

CAPUT XXVII.

Congeſſimus in opere conventus noſtri nonnulla capitalia ad veſtram, fideliumque veſtrorum obſervationem, & ſalutem pertinentia, quorum hic omiſſa prolixitate mentionem tantum facimus, ſcilicet, quod loca Deo dicata frequentius, devotiuſque a fidelibus ad Deum exorandum, ſibique propitium faciendum ſint adeunda, & quod in baſilicis Deo dicatis non ſit fabulis otioſis, turpibuſque, & obſcœnis ſeruncinationibus vacandum, & negotia ſæcularia, publicaque placita habenda, & quod qui hæc in eccleſia Dei faciunt majora ſibi peccata accumulent, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 2.*

CAPUT XXVIII.

De reverentia eccleſiarum Dominus ait: *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.* Unde etiam legitur in evangelio, quod ipſe Dominus cum veniſſet ad Hieruſalem, & introiſſet in templum, eos, qui negotia terrena, & emptiones, ac venditiones illicitas in eodem exercebant, quaſi flagellum de funiculis faciens omnes inde ejecerit. His temporibus, nec loca ſancta venerantur, neque miniſtri Dei condigne honorantur, &c. Unde neceſſitas magna nos coegit pro hac re ad vos reclamare, & petere, ut ſicut apud anteceſſores veſtros Reges, atque Imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem ſancta Dei eccleſia habuit, & per immunitatem eorum poſſeſſiones eccleſiaſticæ inconvulſæ perſtiterunt, manenteſque in eis ſemper illæſi perſeveraverunt, ita apud vos modernis temporibus incontaminatæ permaneant, &c. *Magunt. ſub Raban. in Prolog. poſt med.*
Eſai. 56. Matt. 11. Joann. 2.

CA-

CAPUT XXIX.

Quod eccleſia cum magna reverentia adeunda ſit, ſicut in Capitulari Dominico continetur, & in Maguntiacenſi, & Turonenſi, ac Arelatenſi tempore glorioſi Imperatoris Caroli conventibus decretum eſt. *Magunt. ſub Arnulph. cap.* 21.

CAPUT XXX.

Statuit ſancta ſynodus, ut mala conſuetudo, quæ apud omnes pene jam inolevit, omnino prohibeatur, hoc eſt, quod colloquia ſua in atrio alicujus eccleſiæ conſtituunt habenda, & tunc ea in ipſa maxima exercent eccleſia, ubi orationes, & divina tantum fieri æquum eſt officia. *Salegunſtadien. cap.* 9. *Ivo part.* 15. *c.* 175. *decr.*

CAPUT XXXI.

Videmus crebro in eccleſiis meſſes, & fœnum congeri, unde volumus, & hoc penitus obſervetur, ut nihil in eccleſia, præter veſtimenta eccleſiaſtica, & vaſa ſancta, & libros, recondatur, ne forte ſi alia ibi, quam oportet, negotia exerceantur, a domino audiamus: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Theodulph. ad presbyteros Aurelian. cap.* 8. *Matt.* 21. *a.*

CAPUT XXXII.

Non debere ad eccleſiam ob aliam cauſſam convenire, niſi ad laudem Domini, & ejus ſervitium faciendum; diſceptationes vero, & tumultus, & vaniloquia, & cæteræ actiones ab eodem ſancto loco pœnitus prohibendæ ſunt. Ubi enim Dei nomen invocatur, Deo ſacrificium offertur, Angelorum frequentia ineſſe non dubitatur, periculoſum eſt tale aliquid dicere, vel agere, quod loco non convenit. Si enim Dominus illos de templo ejecit, qui victimas, quæ ſibi offerrentur, emebant, vel vendebant, quanto magis illos iratus inde abjiciat, qui mendaciis, vaniloquiis, riſibus, & hujuſmodi nugis locum divino cultui mancipatum fœdant? *Theodulph. ad preſbyteros Aurel. cap.* 10. *Matt.* 21. *a.*

CAPUT XXXIII.

Linus ex præcepto beati Petri conſtituit, ut mulier velato capite in eccleſiam introiret. *Dam. in Lini.*

TITULUS XIII.

SOLIS CLERICIS PATET ADITUS AD ALTARE, NON AUTEM LAICIS NEQUE FŒMINIS.

CAPUT I.

IMpatienter audivimus, tantum divinarum rerum ſubiiſſe deſpectum, ut fœminæ ſacris altaribus miniſtrare ferantur, & cuncta, quæ non niſi virorum famulatui deputata ſunt, ſexum, cui non competit exhibere, viſo quod omnium delictorum, quæ ſigillatim perſtrinximus, noxa omnis, & crimen eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minime publicando pravis exceſſibus ſe favere ſignificant, &c. Quo more teneant jura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus injuncta diſſimulant ut contraria domui Dei, cui præſident, potius operentur? Qui quantum apud Dominum poſſent ſi ei non niſi convenientia procurarent? tantum quid mereantur adſpiciant, cum execrabili ſtudio ſectentur adverſa. *Gelaſ. ep.* 1. *c.* 28. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib.* 1. *c.* 45.

CAPUT II.

Solis miniſterio ſacro deditis ad altare ingredi, & communicare (*ibidem*) liceat. *Laod. cap.* 19. *in fine.*

CAPUT III.

Non oportet mulieres ingredi ad altare. *Laod. c.* 44. *G.* 45. *L.* in ſecretarium. *Mart. Brac.* 42. *Aquiſgr.* 82. *Vid. Capit. lib.* 1. *c.* 17.

CAPUT IV.

Laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilias, quam ad miſſas ſtare penitus non præſumant. Sed pars illa, quæ a cancellis verſus altare dividitur, choris tantum pſallentium pateat clericorum. Ad orandum & communicandum laicis, & fœminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum. *Turon. II. c.* 4. *Capitul. lib.* 7. *c.* 278. *Burch. lib.* 3. *c.* 102. *Ivo part.* 2. *c.* 137. *decr.* *c.* 1. *de vita & hon. cler. Greg. IX. & in* 1. *coll.*

CAPUT V.

Placuit, ut ingredi ſacrarium ad communicandum non liceat laicis viris, vel mulieribus, niſi tantum clericis, ſicut & antiquis canonibus inſtitutum eſt. *Brac.* 1. *c.* 31.

CAPUT VI.

Sacerdotes, & Levitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus. *Tolet. IV. c.* 17.

CAPUT VII.

Nemini laico licet intra ſacrum altare ingredi, imperiali poteſtate, vel auctoritate nihil ad hoc faciente, niſi cum vult dona offerre, juxta veterem traditionem. *Trull. c.* 69.

CAPUT VIII.

Quidam noſtrorum verorum virorum relatu, quidam etiam viſu didicimus, in quibuſdam provinciis contra legem divinam, canonicamque inſtitutionem fœminas ſanctis altaribus ſe ultro ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia presbyteris adminiſtrare, &c. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, & in concilio Laodicenſi capitulo XLIV. & in decretis Gelaſii Papæ titulo XXVI. copioſe invenitur. Hoc ergo tam illicitum factum quia ex toto a religione Chriſtiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum eſt, &c. *Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib.* 1. *c.* 45.

CAPUT IX.

Hoc ſecundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum, ut nulla fœmina ad altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, aut ſedere. *Nannet. cap.* 3.

CAPUT X.

Non liceat mulieri in ſecretarium ingredi. *Mart. Brac. c.* 42. *Laod. c.* 44.

CAPUT XI.

Fœminæ miſſam ſacerdote celebrante nequaquam ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & ibi ſacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat: memores enim debent eſſe fœminæ infirmitatis ſuæ, & ſexus imbecillitatis, & idcirco ſancta qualibet in miniſterio eccleſiæ contingere per-

2. *Reg.* 6. *a.* pertimeſcant, quæ etiam laici viri pertimeſcere debent, ne Ozæ pœnam ſubeant, qui dum arcam Domini extraordinarie contingere voluit, Domino percutiente interiit. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 6.*

TITULUS XIV.

QUIBUS DIEBUS DEBEANT CHRISTIANI AD SUAS ECCLESIAS CONFLUERE.

Vide libro nono cap. XIV. quibus adde:

CAPUT I.

7. q. 1. c. 29. SI quis in clero conſtitutus ab eccleſia ſua diebus ſolemnibus defuerit, id eſt Nativitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum
* *ſeculari.* potius ſingulari * lucro ſtudeat, quã ſervitio ſuo parere: convenit, ut triennio a communione ſuſpendatur, ſimiliter diaconus, vel presbyter, ſi per tres hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat. *Agath. c. 64.*

CAPUT II.

De conſ. d. 3. c. 4. Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ, cui proximus fuerit, die dominico deeſſe non debet. *Aurel. c. ult. Cæſar. lib. 4. c. 62.*

CAPUT III.

Concedit ſynod. Regi Epiſcopum ad conſilium detinere. Ut nullus Epiſcoporum natalem Domini, aut Paſcha alibi, niſi ad eccleſiam ſuam, præter infirmitatis incurſum, aut ordinem Regium celebrare præſumat. *Lugdun. II. c. 5.*

TITULUS XV.

LAICI NON INGREDIANTUR CUM ARMIS IN ECCLESIAM: MULIERES VERO POST PARTUM, VEL POLLUTÆ MENSTRUO, INGREDI POSSUNT: ITEM VIRI, QUI CUM UXORIBUS CONCUBUERUNT.

CAPUT I.

Diſt. 5. c. 2. Si mulier. MUlier poteſt ingredi in eccleſiam eadem hora, qua peperit. *Greg. ad Aug. interr. 8. vel 10. Nicol. ad conſ. Bulg. c. 68. Capit. lib. 6. c. 204. Anſ. lib. 10. c. 59. in addit. Tarrac. lib. 6. c. 225.*

CAPUT II.

c. ult. e. d. Item, quæ ex conſuetudine menſtrua patitur. *Ibid. Ivo part. 8. c. 88. decr. Anſ. ubi ſup. Tarrac. ibid. Cæſar. lib. 10. c. 56.*

CAPUT III.

33. q. 4. Vir. c. 7. Si quis ſua conjuge non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo liberorum creandorum gratia utitur, iſte profecto de ingreſſu eccleſiæ ſeu de ſumendo corporis dominici, ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt judicio relinquendus, &c. *Ibid. Ivo d. c. 88. Anſ. ubi ſupr. Tarrac. ibid.*

CAPUT IV.

Nullus ſæcularium nec in eccleſia, nec infra atrium ipſius eccleſiæ qualecumque ſcandalum, aut ſimultates penitus excitare præſumat, nec arma trahere, aut quemcumque ad vulnerandum, vel interficiendum penitus appetere. Quod ſi quis fortaſſe præſumpſerit ab Epiſcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipſe juxta ſtatuta canonum communione privetur. *Cabilon. c. 17.*

CAPUT V.

Si quis temerarius atrium eccleſiæ evaginato gladio præſumptuoſe intraverit, ſacrilegium facit. Et idcirco ſacrilegium in atrio Domini factum, ſacrilegii more altari, & Domino perſolvatur, &c. *Tribur. c. 6.*

CAPUT VI.

Decretum eſt, ut nemo gladium in eccleſiam portet, Regali tantum excepto. *Salegunſtad. c. 8. poſt Burch. decr. Ivo part. 15. c. 174. decr.*

TITULUS XVI.

NE IN ECCLESIIS JUS DICATUR.

CAPUT I.

NUllus judex laicus, vel Vicarius in eccleſia, vel cœmeterio aliquam poteſtatem exerceat, vel aliquem diſtringat, aut capiat, aut furtum ibi requirat. *Gregor. VII. in ſyn. Rom. ann. incert. c. 12.*

CAPUT II.

Ut placita publica, & ſæcularia neque in atriis baſilicarum, neque in ipſis baſilicis fiant dicente Domino, *Domus mea domus orationis vocabitur.* *Matt. 21. b.*
Arel. ſub Carolo c. 22.

CAPUT III.

Placita quidem ſæcularia in eccleſiis, vel in atriis eccleſiarum a Comitibus, Vicariiſque uſque modo multis in locis habita, ne ultra fiant, interdicendum eſt, cum auctoritate Domini, qui *Joan. 2. a. Matt. 21. b.*
expulſis de templo negotiatoribus aſſeruit debere domum Dei, domum eſſe orationis. *Turon. ſub Carol. c. 39.*

CAPUT IV.

Præcipimus, ut in eccleſiis, aut in domibus eccleſiarum, vel atriis placita ſæcularia minime fiant. *Magunt. c. 40. Capitul. lib. 5. c. 91. & lib. 7. c. 31. in additis.*

CAPUT V.

Ut in locis ſacratis, diebus dominicis, vel aliis ſolemnitatibus judicia publica non exerceantur, &c. *Syn. apud S. Medard. c. 6.*

CAPUT VI.

Præcipimus, ut in eccleſiis, ſive atriis eccleſiarum, vel domibus placita ſæcularia minime fiant, quanto minus rixæ, & contentiones. *Magunt. ſub Arnulph. c. 21. ex concilio Turon. ſub Carolo c. 39. & 40.*

CAPUT VII.

Non debere ad eccleſiam ob aliam cauſſam convenire, niſi ad laudem Domini, & ejus ſervitium faciendum; diſceptationes vero, & tumultus, & vaniloquia, & cæteræ actiones ab eodem ſancto loco penitus prohibendæ ſunt, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 10.*

TITULUS XVII.

DE HIS, QUI AD ECCLESIAS CONFUGIUNT.

CAPUT I.

SI quis ad aliquam crucem in via, perſequentibus inimicis confugerit, liber, ac ſi in ipſa eccleſia permaneat. Quod ſi qui pro ſecuritate eccleſiæ, vel prædictæ crucis, aliquod crimen peregerit, & ad eccleſiam, vel ad crucem confugerit, accepta ſecuritate vitæ, & membrorum reddatur juſtitiæ. *Urban. II. in Clar. ſyn. 29. & 30.*

CAPUT II.

Præcipimus, ut in eos, qui ad eccleſiam vel cœmeterium fugiunt, nullus omnino manum mittere audeat. Quod ſi fecerit excommunicetur.

tur. *Innocent. II. in ſynodo Roman. c. 12. poſt panorm. Ivonis.*

CAPUT III.

Sancimus, ut in eos, qui ad eccleſiam, vel cœmeterium confugerint, nullus manus mittere audeat, quod ſi fecerit, anathema ſit. *Eugen. III. in conc. Remen. c. 14.*

CAPUT IV.

25. q. 2. c. 1. Privilegia eccleſiarum, & ſacerdotum ſancti Apoſtoli juſſu Salvatoris intemerata, & inviolata omnibus decreverunt manere temporibus. [Le-
3. q. 6. c. 1. ges eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate. *Anaclet. ep. 1. ante fin. Anſ. lib. 4. c. 5. Tarrac. lib. 1. c. 297.*

CAPUT V.

Si quiſquam ad eccleſiam fugerit, non illum, niſi ſua voluerit ſponte, ab ea dicimus educendum. Denique ſi quondam latrones & diverſorum criminum rei ad aſylum templi Romuli fugientes, indemnitatem conſequebantur, quanto potius ii, qui ad templum Chriſti confugium faciunt, delictorum remiſſionem ſuorum adepti, debent etiam ſibi a ſuſpecto juramento præſtito, omni priſtinæ ſecuritati reſtitui? *Nicol. ad conſulta Bulgar. c. 95.*

CAPUT VI.

De immun. eccl. cap. 6. ap. Gr. IX. & in , coll. eod. tit. c. un. Confugiens ad eccleſiam, vel liber, vel ſervus exiſtit, ſi liber, quantumcumque gravia maleficia perpetrarit, non eſt violenter ab eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, ſed rectores eccleſiæ ſibi obtinere debent membra, & vitam. Super eo tamen, quod inique fecit, eſt legitime puniendus, & hoc verum eſt, niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus populator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas ſtratas obſidet, ob tranſgreſſionis inſidias, ab eccleſia extrahi poteſt, impunitate non præſtita, ſecundum canonicas ſanctiones. Si vero ſervus fuerit, qui confugerit ad eccleſiam, poſtquam de impunitate ſua dominus ejus clericis juramentum præſtiterit, ad ſervitium domini ſui redire compellatur, & invitus; alioqui a domino poterit occupari, &c. *Innocent. III. il-*
Croatiæ, ſ. Scotiæ al. *luſtri Regi Conatiæ* *. *V. l.* Præſenti, 2. C. *de iis qui ad eccleſias confugiunt* §. Sane. *Inſtit. de iis qui ſunt ſui juris, vel alieni.*

CAPUT VII.

23. q. 8. c. 28. Si vobis. Quoniam ſæpe contingit, ut ad eccleſiam confugiant, qui propter crimina in exilium vel inſulas damnantur, aut certe quamcumque ſententiam excipiunt, ſubveniendum eſt his, & ſine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, ſi vobis placet. Univerſi dixerunt: *Placet, & conſtituatur. Sardic. c. 7. G. 8. L.*

CAPUT VIII.

Diſt. 87. c. 6. Eos, qui ad eccleſiam confugerint, tradi non oportere, ſed loci ſancti reverentia, & interceſſione defendi. *Arauſ. cap. 5. Raban. cap. 22. de pœnit. Burch. lib. 3. c. 195. Ivo part. 3. c. 112. decret.*

CAPUT IX.

d. c. 6. Si quis mancipia clericorum pro ſuis mancipiis ad eccleſiam confugientibus crediderit occupanda per omnes eccleſias diſtrictiſſima damnatione feriatur. *Arauſ. c. 6. Burch. & Ivo ubi ſup. & part. 3. cap. 118. & part. 16. c. 70.*

CAPUT X.

Servus reatu atrociore culpabilis, ſi ad eccleſiam confugerit, a corporalibus tantum ſuppliciis excuſetur. De peccatis vero, vel quocumque opere, placuit a dominis juramenta non exigi. *Epaun.* c. 39.

CAPUT XI.

Nullus clericorum ſervum, aut diſcipulum ſuum ad eccleſiam confugientem, extrahere audeat, vel flagellare præſumat; quod ſi fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem non dedit, ſegregetur. *Ilerd. c. 8. Ivo lib. 2. tit. 7. c. 5. pan. & part. 3. c. 117. & part. 9. c. 370. decr. Cæſar. lib. 7. c. 5.* 17. q. 4. c. 19.

CAPUT XII.

Eccleſiaſtici canones, & lex Romana conſtituerunt, ut ab eccleſiæ atriis, vel domo Epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat, ſed nec alteri conſignari, niſi ad Evangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omnium pœnarum genere ſint ſecuri, ita ut ei, cui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conveniat. Quod ſi quis ſua ſacramenta convictus fuerit violaſſe reus perjurii, non ſolum a communione eccleſiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum convivio ſeparetur. Quod ſi is, cujus reus eſt, noluerit intentione faciente componi, & ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit, ab eccleſiæ clericis non quæratur. *Aurel. c. 1. vel 3. Raban. c. 22. de pœn. Burch. lib. 3. c. 190. Ivo part. 3. c. 107. decr.* 17. q. 4. c. 36. Id conſtituimus.

CAPUT XIII.

De raptoribus id conſtituendum eſſe cenſuimus, ut ſi ad eccleſiam raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipſam violentiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate conceſſa, aut ſerviendi conditioni ſubjectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem, &c. *Aurel. cap. 2. vel 4. Raban. cap. 22. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 191. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 1. panorm. & part. 3. cap. 108. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 57. Cæſar. lib. 10. cap. 89. & lib. 15. cap. 68.* 36. q. 1. c. 3.

CAPUT XIV.

Servus, qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi a domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſervitium domini ſui redire cogatur, & poſteaquam dato ſacramento, domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excuſatur, probatus fuerit pertuliſſe, pro contemptu eccleſiæ, & prævaricatione fidei, a communione, & convivio catholicorum extraneus habeatur. Si vero ſervus pro culpa ſua ab eccleſia defenſatus, ſacramenta domini, clericis exigentibus, de impunitate perceperit, exire nolentem a domino liceat occupari. *Aurel. cap. 3. vel 5. Raban. ubi ſupra. Burch. lib. 3. cap. 192. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 2. panorm. & part. 3. cap. 109. decret.* 17. q. 4. c. 16. Id conſtituimus. §. 1.

CAPUT XV.

De mancipiis Chriſtianis, quæ in Judæorum ſer-

Digitized by Google

ſervitio detinentur, ſi eis, quod Chriſtiana religio vetat, a dominis imponitur, aut ſi eos de eccleſia excuſatos tollant pro culpa, quæ remiſſa eſt, & affligere, aut cædere fortaſſe præſumpſerint, & ad eccleſiam iterato confugerint, nullatenus a ſacerdote reddantur, niſi pretium offeratur, ac detur, quod mancipia ipſa valere pronunciaverit juxta taxationem. *Aurel. III. c.* 13.

CAPUT XVI.

Si quis neceſſitatis impulſu ad eccleſiæ ſepta confugerit, & ſacerdote, vel præpoſito eccleſiæ prætermiſſo, atque contempto, eum quiſque de locis ſacris, vel altari ſeu vi, ſeu dolo abſtrahere, aut ſollicitare forte præſumpſerit, ut inimicus eccleſiæ ab ejus liminibus arceatur, quouſque juxta Pontificis diſtrictionem digna pro indicta pœnitentia emendatio ſubſequatur, eo tamen, qui abſtractus eſt, prius eccleſiæ reſtituto. *Aurel. IV. cap.* 21.

CAPUT XVII.

Quæcumque mancipia ſub ſpecie conjugii ad eccleſiæ confugerint ſepta, ut per hoc credant poſſe fieri conjugia, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a clericis defenſetur, &c. ne in ſanctis locis talis coitus miſceatur. De qua re decernimus, ut parentibus, aut propriis dominis, prout ratio poſcit, perſonarum accepta fide, reſtituti, ſub ſeparationis promiſſione reddantur. Poſtmodum tamen a parentibus, atque dominis libertate conceſſa, ſi voluerint, eos propria voluntate conjungant. *Aurel. IV. cap.* 23.

CAPUT XVIII.

Cum prioribus canonibus jam fuerit definitum, ut de mancipiis Chriſtianis, quæ apud Judæos ſunt, ſi ad eccleſiam confugerint, & redimi ſe poſtulaverint, etiam ſi ad quoſcumque Chriſtianos refugerint, & ſervire Judæis noluerint, taxato, & oblato a fidelibus juſto pretio, ab eorum domino liberentur: itidem ſtatuimus, ut tam juſta conſtitutio ab omnibus catholicis obſervetur. *Aurel. IV. cap.* 29. *Vid. Aurel. III. cap.* 3.

CAPUT XIX.

Quæcumque timet violentiam, & vult habere maritum, refugiat ad eccleſiam, donec propinqui poſſint eam Principis imperio, aut ſacerdotis, vel eccleſiæ beneficio liberare, & deſenſare, ac condigno ſociare marito. *Turon. II. cap.* 21. *in fin.*

CAPUT XX.

De ſervis, qui pro qualibet cauſſa, ad eccleſiæ ſepta confugerint, ſi quid in antiquis conſtitutionibus tenetur ſcriptum, pro conceſſa culpa datis a domino ſacramentis, quiſquis ille fuerit, egrediatur de venia jam ſecurus. Enimvero ſi immemor fidei dominus tranſcendiſſe convincitur, quod juravit, ut is, qui veniam acceperat, probetur poſtmodum pro ea culpa qualicumque ſupplicio cruciatus dominus ille, qui immemor fuit datæ fidei, ſuſpenſus ſit ab omnium communione. Item ſi ſervus, pro venia datis ſacramentis a domino, jam ſecurus exire noluerit, ne ſub tali contumacia requirens locum fugæ domino fortaſſe deperæat, egredi nolentem a domino eum liceat occupare, ut nullam quaſi propter tentationem * ſervi quibuslibet modis moleſtiam, aut calumniam patiatur eccleſiæ, fidem tamen dominus, quam pro conceſſa venia dedit, nulla temeritate tranſcendat. Quod ſi Gentilis dominus fuerit, aut alterius ſectæ, quia conventu eccleſiæ probatur extraneus, is, qui ſervum repetit, perſonam requirat bonæ fidei Chriſtianum, ut ipſa in perſona domini pro ſervo præſtet ſacramentum, quia ipſi poſſunt ſervare, quod ſacrum eſt, qui poſt tranſgreſſionem, eccleſiæ metuunt diſciplinam. *Aurel. V. cap.* 23.

* retentionem, f.

CAPUT XXI.

Comperimus quoſdam pſeudochriſtianos de ſacroſanctis eccleſiis ſuæ religionis oblitos fugitivos ſubtrahere, ideo cenſemus, ut quicumque culpa compellente, aut potentum importuna non ſuſtinens, ſuæ gremium matris eccleſiæ petierit, uſque ad præſentiam ſacerdotis in eodem loco inconcuſſe permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo fugitivo etiam in locis ſacris violentiam inferre. Sic enim mundani Principes ſuis legibus cenſuerunt, ut quicumque ad eorum ſtatuas fugerit, illæſus habeatur, quanto magis hi permanere debent indemnati, qui patrocinia immortalis regni, & cæleſtis adepti ſunt? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxii, qui ad eccleſiam ſunt a fuga verſi, quo jam ſacerdoti culpæ eorum innoteſcant, etiam ipſi conſultum ferant, qualiter Dei habitaculum per ſubtractionem non violetur illorum. *Matiſcon. II. cap.* 8.

CAPUT XXII.

Licet reverentiſſimi canones, atque ſacratiſſimæ leges de Epiſcopali audientia in ipſo pene Chriſtianitatis principio ſententiam protulerint, tamen quoniam eadem poſtpoſita humana in ſacerdotes Dei graſſatur temeritas, ita ut de atriis venerabilium eccleſiarum violenter abſtractos, ergaſtulis publicis adducant, cenſemus, ut Epiſcopum nullus ſæcularium faſcibus præditus, jure ſuo contumaciter, ac perperam agens, de ſancta eccleſia, cui præeſt, trahere audeat. Nefas eſt enim, ut illius manibus Epiſcopus, aut juſſione de eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui invocato nomine Domini ad ſalvationem corporis, animæque Euchariſtiam ſæpa porrexit. Hoc enim decretum a nobis præfixum, qui fuerit audacter tranſgreſſus, tam ipſe, quam omnes, qui ei conſenſerint, uſque ad generale concilium anathemate de eccleſia ſeparentur. *Matiſcon. II. cap.* 9.

CAPUT XXIII.

Neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus de eccleſiis trahantur, aut injuriam aliquam inſcio Epiſcopo eorum patiantur. Sed quidquid quis adverſus eos habuerit, in notitiam Epiſcopi proprii perducat, & ipſe cauſſam juſtitia præeunte diſcutiens animo clericos accuſantis ſatisfaciat. *Cap.* 10. *ejuſdem concilii.*

CAPUT XXIV.

Quiſquis virtutem petens defendere adverſariorum, & patriæ, vel genti ſuæ detrimenta intulerit rerum, in poteſtatem Regis, ac gentis ſuæ reductus, excommunicatus, & retruſus longin-

ginquioris pœnitentiæ legibus ſubdatur. Quod ſi ipſe mali ſui prius reminiſcens, ad eccleſiam fecerit confugium, interceſſu ſacerdotum, & reverentia loci Regia in eos pietas reſervetur, comitante juſtitia. *Tolet. XI. cap. 12.*

CAPUT XXV.

17.q.4.c.35. Denoivit. * Eruigio.

Pro his, qui quolibet metu, vel terrore eccleſiam appetunt, conſentiente domino noſtro Eringio * Rege, definimus, ut nullus audeat confugientes ad eccleſiam, vel reſidentes abſtrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolii reſidentibus in loco ſancto inferre; ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſiam petunt, per omnia licitum in triginta paſſus ab eccleſiæ januis progredi, in quibus xxx. paſſibus uniuſcujuſque eccleſiæ in toto circuitu reverentia defendatur. Sic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longe ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo abſcedant. Sed in hoc xxx. paſſuum numero, abſque domorum extranearum receptaculo, progredientes, aditum obtinebunt, ut ad requiſitæ naturæ uſum debitis exeant locis, & nullo teneantur eventu neceſſitudinis, qui dominicis ſe defendendos commiſerint clauſtris. Si quis autem hoc decretum tentaverit violare, & eccleſiaſticæ excommunicationi ſubjaceat, & ſeveritatis Regiæ feriatur ſententia. Ipſos tamen, qui ad eccleſiam confugium fecerint, ſi juxta priſcorum canonum inſtituta, hi, qui eos repetunt, ſacramenta reddiderint, & ſacerdos eccleſiæ ipſius ab eccleſiæ non abſtraxerit foribus, aut fuga talium, ſi evenerit, ſacerdoti quærenda eſt, aut damnorum ſententia ſecundum electionem Principis hujuſmodi ſacerdotibus irroganda. *Tolet. XII. cap. 10. Ivo lib. 2. tit. 7. c. 7. panorm. & part. 3. c. 121. decr.*

CAPUT XXVI.

17.q.4.c.9.

Reum confugientem ad eccleſiam nemo abſtrahere audeat, nec inde donare ad pœnam, vel ad mortem, ut honor Dei, & ſanctorum ejus conſervetur. Sed rectores eccleſiarum pacem, & vitam, ac membra ejus obtinere ſtudeant, tamen legitime componat, quod inique fecit. *Magunt. cap. 39. Capitul. lib. 5. cap. 90. & lib. 7. c. 29. in addit. Burch. lib. 3. cap. 194. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 4. panorm. & part. 3. c. 111. & 123. decret. Tarr. lib. 6. c. 156.*

TITULUS XVIII.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

CAPUT I.

De jure patr. c. 4. Gr. IX. & c. 5. eod. tit. in 1. coll.

IN tantum quorundam laicorum proceſſit audacia, &c. ut tam eccleſias ipſas, quam earum homines, talliis, & exactionibus gravare præſumant, eos, qui amodo iſta commiſerint, anathemate decernimus feriendos. *Alex. III. in conc. Lateran. cap. 14.*

CAPUT II.

De imm. eccl. c. 4. Gr. IX. & in 1. coll.

Non minus pro peccato eorum, qui faciunt quam pro illorum detrimento, qui ſuſtinent, grave nimis eſſe dinoſcitur, quod in diverſis partibus mundi, Rectores, & Conſules civitatum, nec non & alii, qui poteſtatem habere videntur, tot eccleſiis frequenter onera imponunt, & ita gravibus eas, crebriſque exactionibus premunt, ut deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur, quam ſub Pharaone, &c. Ille quidem omnibus aliis ſervituti ſubjectis, ſacerdotes ſuos, & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtravit. Iſti vero univerſa fere onera ſua imponunt eccleſiis, & tot angariis eas affligunt, ut quod Hieremias ait, competat: *Princeps provinciarum facta eſt ſub tributo.* Sive quidem foſſata, ſive expeditiones, ſive quælibet alia ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum, clericorum, & pauperum Chriſti uſibus deputatis cuncta volunt fere compilari*. Juriſdictionem etiam, & auctoritatem Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe, &c. Quocirca ſub anathematis diſtrictione ſeverius prohibemus, ne de cætero talia præſumant attentare, niſi Epiſcopos, & clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint, ut abſque coactione ad relevandas communes neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alii de cætero id præſumpſerint *, & commoniti deſiſtere forte noluerint, tam ipſi, quam eorum fautores excommunicationi ſe noverint ſubjacere, nec communioni fidelium reddantur, niſi ſatisfactionem fecerint competentem pœnitentes. *Alex. III. in conc. Later. cap. 19.*

Gen. 47.

Thr. 1. a.

* *completi.*

* *iſta commiſerint.*

CAPUT III.

De jurejur. 30. Gr. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.

Nimis de jure divino quidam laici uſurpare conantur, cum viros eccleſiaſticos nihil temporale continentes, ab eis ad præſtandum ſibi fidelitatis juramenta compellunt. Quia vero ſecundum Apoſtolum, *ſervus domino ſuo ſtat, aut cadit:* ſacri auctoritate concilii prohibemus, ne tales clerici perſonis ſæcularibus præſtare cogantur hujuſmodi juramentum. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 43.*

Rom. 14.

CAPUT IV.

De immun. eccl. 7. Greg. IX. c. 3. de conſ. in 4. coll.

Adverſus Conſules, ac rectores civitatum, & alios, qui eccleſias, & viros eccleſiaſticos talliis, ſeu collectis, & exactionibus aliis aggravare nituntur, volens immunitati eccleſiaſticæ Lateranenſe concilium providere, præſumptores hujuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit, tranſgreſſores, & fautores eorum excommunicationi præcipiens ſubjacere, donec ſatisfactionem impendant competenter, &c. quoniam vero nec ſic quorundam malitia contra Dei eccleſiam conquievit, adiicimus, ut conſtitutiones, & ſententiæ, quæ ab excommunicatis hujuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo umquam tempore valituræ, &c. nullus vano decipiatur errore, ut infra tempus regiminis ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionem debitam compellendus. Nam & ipſum, qui ſatisfacere recuſaverit, & ſucceſſorem ipſius, ſi non ſatisfecerit infra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competenter, cum ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. *Innoc. III. in conc. gener. Later. cap. 46.*

CAPUT V.

Ut paſtus Imperatoris ab Epiſcopis, & Comi-

tibus ſecundum antiquam conſuetudinem ſolvatur. Quod ſi novo tempore fiſcus Comitalis in jus eccleſiaſticum conceſſus eſt, augeatur ſtipendium Imperiale ab eccleſia, juxta quod reipublicæ fuerint minoratæ. *Joannes IX. in ſyn. Ravenn. part. 2. cap. 8.*

CAPUT VI.

Ut plebes eccleſiæ nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſſallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur. *Joann. IX. in ſyn. Ravenn. part. 2. cap. 10.*

CAPUT VII.

De immun. eccl. c. 1. Gr. IX. & in 1. coll. Ut in domibus eccleſiarum neque miſſos, neque Comes, vel judex quaſi pro conſuetudine neque placitum, neque hoſpitium vindicent, ſed in publicis locis * domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur. *Ibid. cap. 11.*

** rebus.*

CAPUT VIII.

Nullus judex laicus, vel Vicarius in eccleſia, vel cœmeteria aliquam poteſtatem exerceat, vel aliquem diſtringat, aut capiat, aut furtum ibi requirat. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. incert. c. 12.*

CAPUT IX.

24. q. 3. c. 24. Paternarum traditionum exemplis commoniti, paſtoralis officii debitum perſolventes, eccleſias, cum bonis ſuis, tam perſonis, quam poſſeſſionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque converſos, oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus, &c. *Calliſt. II. cap. 19. in concil. Rom.*

CAPUT X.

12. q. 4. c. 69. Eccleſiarum ſervos, & Epiſcoporum, vel omnium clericorum a judicibus, vel actoribus publicis in diverſis angariis fatigari dolemus: propterea petit concilium a glorioſiſſimo domino noſtro, ut tales auſus inhibeat, ſed ſervi ſupraſcriptorum officiorum in eorum uſibus, vel eccleſiæ laborent. Si qui vero judicum, aut actorum clericum, aut ſervum clerici, vel eccleſiæ in publicis, ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus. *Tolet. III. cap. 21. Capit. lib. 7. cap. 290. Ivo part. 3. c. 138. decr.*

CAPUT XI.

Omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes, ut liberi Deo ſerviant, nullaque præpediti neceſſitate, ab eccleſiaſticis officiis retrahantur. *Toles. IV. cap. 46.*

CAPUT XII.

Ut omnes immunitates in univerſis eccleſiis conſervatæ ſint. *Vernen. cap. 19.*

CAPUT XIII.

Ut ab eccleſiis veſtræ ditioni ſubjectis indebitas conſuetudines, & injuſtas exactiones de cætero non exacteris, ſed ita eas conſerveris, ſicut ordo docet canonicus, & tempore avi, & patris veſtri conſervatæ fuerunt. *Melden. cap. 19. ex Belvacen.*

CAPUT XIV.

Præcepta regalia ſuper precariis eccleſiaſticis fieri nec ratio ſinit, nec auctoritas quolibet modo permittit. Quoniam præcepta in jure eccleſiaſtico firmare, indignum judicet neceſſe eſt majeſtas regia, niſi ab eccleſiaſtico rectore petantur. Idem autem cuſtos eccleſiæ ſolertiſſime caveat, ne ſui ordinis, & eccleſiaſticæ communionis forte immemor, contra auctoritatem, præceptum regium pro quacumque aſſentatione fieri petat, qui & ſi fecerit, non audiatur, &c. *Belvacen. apud ſyn. Melden. cap. 22.*

CAPUT XV.

Nemo vivente Epiſcopo eccleſiam illius aut res ad eam pertinentes invadere, aut dominari præſumat, neque ſub voluntariæ cleri, ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Epiſcopi quiſquam quacumque ſæculari poteſtate præditus, quaſi œconomum conſtituat, &c. *Meld. cap. 47.*

CAPUT XVI.

Ut ab eccleſia indebitas conſuetudines, ſeu injuſtas exactiones de cætero non exacteris, ſed ſic eas conſerveris, ſicut tempore avi, & patris veſtri conſervatæ fuerunt. *Syn. Melden. ad Carolum Calvum, cap. 85.*

CAPUT XVII.

Decreverunt ſancti Pontifices, ut eccleſiæ, quæ olim indulgentia religioſorum Principum, vel aliorum fidelium devotione immunitatem meruiſſent, ea in perpetuum perfrui ſinerentur. *Synod. apud S. Medard. cap. 5.*

CAPUT XVIII.

Decernimus, ut cultus, & honor eccleſiarum Dei in omnibus, & ab omnibus religioſe cuſtodiatur, & digna reverentia immunitatibus earum, ac miniſtris exhibeatur, ſed & Regem, ac Principes condecet, ut privilegia ex antiquo eccleſiis Dei conceſſa roborentur, & ſtabiliter obſervari jubeant, & quemadmodum ab antecedentibus Regibus honoratæ, vel rebus ampliatæ, ſeu ditatæ fuerunt, ita de cætero ſub omni integritate ſalva æquitatis ratione permaneant. *Syn. Trosl. cap. 1.*

CAPUT XIX.

Ab antiquo tempore conſtitutum eſt, ut ſicut habet Epiſcopus in ſua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus ruſticanis parochiis, quas per tricennium inconcuſſe poſſidet, ita & unuſquiſque presbyter in ſuæ ordinationis, ac diſpenſationis cura habeat parochiam ſuam cum dote, & decimis eccleſiæ, videlicet, cum ſui Epiſcopi conſilio, ac diſpenſatione, ſecundum regulas antiquitus, & divinitus conſtitutas, &c. Decimas, primitias fructuum, & oblationes eorum, & ea, quæ parochiis, terris vineis, mancipiis, atque pecuniis, ſeu quibuslibet rebus quicumque fideles obtulerint, omnia ſub immunitate a tributis fiſcalibus, & omni dominorum exactione libera ſub poteſtate, & diſpoſitione, ut diximus, Epiſcoporum, & regimine, ac diſpenſatione presbyterorum manere debent inconcuſſa. Hoc & dominus Imperator Ludovicus de manſo ad eccleſiam dato, & cæteris ad eam pertinentibus in ſuo capitulari ita conſtituit. Sancitum eſt, ut unicuique eccleſiæ unus manſus integer abſque aliquo ſervitio attribuatur, &c. *Trosleian. cap. 6.* *23. q. 8. c. 25. de conſib. c. 1. Gr. IX. & in 1. coll.*

cap. 6. Vid. Vormacien. cap. 50. Capit. lib. 1. c. 91. Burch. lib. 3. cap. 52. Ivo part. 3. c. 55. & part. 16. cap. 262. decret.

CAPUT XX.

Statuimus, ut eccleſiæ Dei per totius regni noſtri fundatæ terminos, ſub noſtræ emunitatis tuitione ſecuræ cum rebus, & familiis permaneant, ceu prædeceſſorum noſtrorum piiſſimorum videlicet Auguſtorum temporibus fuiſſe probantur, earumque rectores propriis utantur privilegiis, &c. *Ludov. Imp. in edicto apud ſyn. Ticin. poſt princ.*

TITULUS XIX.

EPISCOPUS VISITET ECCLESIAS SUÆ DIŒCESIS.

Vide ſupra libro quarto titulo ſexageſimo tertio.

TITULUS XX.

DE MANUMISSIS IN ECCLESIA.

Vide ſupra libro decimo titulo viceſimo ſexto.

TITULUS XXI.

DE TERTIA, VEL QUARTA ECCLESIARUM FABRICÆ CONSTITUTA.

CAPUT I.

De redditibus eccleſiæ quatuor partes fiant, quarum una cedat Pontifici ad ſui ſuſtentationem, alia presbyteris, & diaconis & omni clero, tertia templorum & eccleſiarum reparationi, quarta pauperibus & infirmis, & peregrinis, &c. Si quis de clero, vel presbyteris obierit, ſi neminem de ſuo genere habuerit conſortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferat eccleſiæ, & exinde quatuor partes fiant, ſicut ſupra dictum eſt. *Silveſtr. in ſynodo Rom. CCLXXXIV. Epiſcopor. c. 4.*

CAPUT II.

12. q. 2. c. 28. De redditibus. Sola (*Gaudentio Epiſcopo*) ex redditibus eccleſiæ, & oblationibus quarta portio remittatur, duæ eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ ab Onagro presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur, ultima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis dividatur. *Simplic. ep. 3. Anſelm. lib. 5. cap. 66. Cæſar. lib. 7. c. 101.*

CAPUT III.

12. q. 2. c. 27. Quatuor tam de reddito, quam de oblatione fidelium, &c. convenit fieri portiones, quarum ſit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda, &c. Ea vero, quæ eccleſiaſticis ædificiis attributa ſunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat inſtauratio manifeſta ſanctorum, &c. *Gelaſ. ep. 1. c. 29. Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib. 1. cap. 15. Vorm. cap. 47. Triburien. cap. 13. Burch. lib. 3. c. 137. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 7. panorm. & part. 3. c. 203. decr. Anſelm. lib. 5. c. 68. Cæſar. lib. 7. cap. 100.*

CAPUT IV.

12. q. 2. c. 30. Mos Apoſtolicæ ſedis eſt, ordinatis Epiſcopis præceptum tradere, ut ex omni ſtipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Epiſcopo, & familiæ propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta eccleſiis reparandis. *Greg. ad Auguſt. interrog. 1. quibuſdam 2. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 8. panorm. Anſelm. lib. 5. cap. 64. Cæſar. lib. 7. c. 106. Tarrac. lib. 1. c. 180.*

CAPUT V.

Fratrem, ac coepiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinavimus ſacerdotem, cui dedimus in mandatis, &c. ut de redditu eccleſiæ, vel 12. q. 2. c. 20. §. Redditus.
oblatione fidelium quattuor faciat portiones, quarum unam ſibi ipſe retineat, alteram clericis pro officiorum ſuorum fidelitate diſtribuat, tertiam pauperibus, & peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis noverit reſervandam, de quibus Divino erit redditurus judicio rationem. *Greg. II. ep. 3. in princ.*

CAPUT VI.

Si eccleſia civitatis ejus, cui præeſt Epiſcopus ita eſt idonea, ut ipſa nullius indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis, qui in ipſis parochiis deſerviunt, vel reparationibus eccleſiarum rationabiliter diſpenſetur. Si vero Epiſcopum multas expenſas, & minorem ſubſtantiam habere conſtiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata ſubſtantia, hoc tantum, quod clericis, vel architectis rationabiliter ſufficiat, reſervetur. Quod autem amplius fuerit, propter majores expenſas Epiſcopus ad ſe debeat revocare, &c. *Carpen. c. un.*

CAPUT VII.

Si qua baſilica reperta fuerit deſtituta, ordinatione Epiſcopi reparari præcipiatur, quia tertia pars ex omnibus antiqua traditione, ut accipiatur ab Epiſcopis, novimus ſtatutum. *Tarrac. c. 8. Burch. lib. 3. c. 33. Ivo part. 3. c. 38. decr.* 10. q. 1. c. 10. Decrevimus

CAPUT VIII.

Placuit ut de rebus eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, id eſt, una Epiſcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis eccleſiæ, de qua parte, ſive Archipresbyter, ſive Archidiaconus illam adminiſtrans Epiſcopo faciat rationem. *Brac. c. 25.*

CAPUT IX.

Nullus Epiſcoporum per ſuas diœceſes ambulans, præter honorem cathedræ ſuæ, id eſt ſolidos duos aliquid aliud per eccleſias tollat, neque tertiam partē ex quacumque oblatione populi in eccleſiis parochialibus requirat. Sed illa tertia pars pro luminaribus eccleſiæ, vel reparatione * ſervetur, & per ſingulos annos Epiſcopo inde ratio fiat. Nam ſi tertiam partem illam Epiſcopus tollat, lumen, & ſartatecta abſtulit eccleſię. Neque parochiales clerici ſervili more in aliquibus operibus Epiſcopis ſervire cogantur, quia ſcriptum eſt; *Neque ut dominantes in clero. Brac. II. c. 2.* 10. q. 3. c. 1. * recuperatione. 1. Pet. 5. a.

CAPUT X.

Placuit huic ſancto concilio, ut nullus provinciæ Luſitaniæ Epiſcopus a qualibet parochitana eccleſia tertiam auferre præſumat, ſed quæcumque exinde conſequi poterat, totum in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat. *Emeriten. cap. 16. Innoc. III. lib. 2. ep. 121. regiſtri.* 10. q. 3. c. 8. Priſcis.

CAPUT XI.

Unio noſtræ adunationis decernit, & conſtituit ut tertias, quas antiqui canones de parochiis ſuis habendas Epiſcopis cenſuerunt, ſi eas exigendas 10. q. 3. c. 3.

Digitized by Google

crediderint, ab ipſis Epiſcopis dirutæ eccleſiæ reparentur; ſin vero illis maluerint cedere, ab earundem eccleſiarum cultoribus, ſub cura, & ſollicitudine ſui Pontificis reparatio eiſdem eſt adhibenda baſilicis. Quod ſi omnes eccleſiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint, ſecundum antiquorum canonum inſtituta, tertias ſibi debitas unuſquiſque Epiſcopus aſſequi ſi voluerit, facultas illi omnimoda erit, ita videlicet, ut citra ipſas tertias, nullus Epiſcoporum quippiam pro Regiis inquiſitionibus a parochitanis eccleſiis exigat, nihilque de prædiis ipſarum eccleſiarum cuiquam alicujus cauſſa ſtipendii dare præſumat. *Tolet. XVI. c. 5.*

CAPUT XII.

12. q. 3. c. 17. Quatuor tam de redditibus, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet eccleſiæ facultas admittit, ſicut dudum rationabiliter eſt decretum, convenit fieri portiones, quarum ſit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta eccleſiæ fabricis applicanda juxta conſtitutionem Epiſcopalem. *Magunt. ſub Raban, cap.* 10.

CAPUT XIII.

De reditu eccleſiæ, & de oblatione fidelium quatuor fiant portiones, quarum unam ſibi retineat Epiſcopus, alteram clericis, & diſtribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis noverit reſervandam. *Vorm. c. 7.*

CAPUT XIV.

12. q. 2. c. 27. Quatuor fieri partes juxta canones judicamus de decimis, & oblationibus fidelium: ut una ſit Epiſcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta reſtaurationi eccleſiarum ſervetur, ſicut in epiſtola Gelaſii cap. xxvii. legitur. *Tribur. c. 53. Burch. lib. 3. c.* 133. *Ivo lib. 2. tit. 5. c. 4. pan. & part. 3. c. 199. decr.*

CAPUT XV.

Qualiter (*decimæ & oblationes*) diſpenſari debeant, canones ſancti inſtituunt, ſcilicet, ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam eccleſiæ relevandam, altera pauperibus diſtribuenda, tertia presbytero cum ſuis clericis habenda, quarta Epiſcopo reſervanda, ut quidquid exinde juſſerit, prudenti conſilio fiat. *Nannet. c.* 10. *Burch. lib. 3. c.* 138. *Ivo part. 3. c. 204. decr.*

TITULUS XXII.

DE ECCLESIIS, QUAS CONSTANTINUS IMPERATOR ÆDIFICAVIT.

CAPUT I.

Silveſtri temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicas iſtas, quas & ornavit. Baſilicam Conſtantinianam, ubi poſuit dona iſta, faſtigium argentum, &c. *Damaſ. in Silv. poſt princ.*

CAPUT II.

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit baſilicam beato Petro Apoſtolo in templo Apollinis, cujus locum cum corpus ſancti Petri recondidit, undique ex ære Cyprio concluſit, &c. *Ibid. ante med.*

CAPUT III.

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit baſilicam beato Paulo Apoſtolo ex ſuggeſtione ſancti Silveſtri Epiſcopi, cujus corpus ſanctum ita recondidit in ære, & concluſit, ſicut beati Petri, & dona obtulit, &c. *Ibid. ante med.*

CAPUT IV.

Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in Palatio Seſſoriano, ubi de ligno ſanctæ crucis poſuit, & in auro, & gemmis concluſit, ubi & nomen eccleſiæ dedicavit, quo nominatur uſque in hodiernum diem *Hieruſalem*. In quo loco conſtituit dona iſta, &c. *Ibid. in med.*

CAPUT V.

Eodem tempore fecit baſilicam ſanctæ martyris Agnetis ex rogatu filiæ ſuæ, & baptiſterium in eodem loco, ubi baptizata eſt ſoror ejus Conſtantia una cum filia Auguſti, & ibidem conſtituit hæc, &c. *Ibid. poſt med.*

CAPUT VI.

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit baſilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano ſupra arenarium cryptæ, & uſque ad corpus ſancti Laurentii martyris fecit gradus aſcenſionis, & deſcenſionis, &c. *Ibid. poſt med.*

CAPUT VII.

Eiſdem temporibus Conſtantinus Auguſtus fecit baſilicam via Lavicana inter duas lauros beato Petro, & Marcellino martyribus, & mauſoleum, ubi beatiſſimam Auguſtam matrem ſuam poſuit in ſarcophago porphyretico, &c. *Ibid. ante fin.*

CAPUT VIII.

Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in civitate Oſtia juxta portum urbis Romæ beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Joannis Baptiſtæ, ubi obtulit hæc, &c. Item quæ obtulit Gallicanus baſilicæ ſupraſcriptæ, ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Joannis Baptiſtæ, &c. *Ibid. ante fin.*

CAPUT IX.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in civitate Albanenſi S. Joannis Baptiſtæ, ubi poſuit hæc, &c. *Ibid. ante fin.*

CAPUT X.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus intra urbem Capuanam baſilicam Apoſtolorum, quam cognominavit Conſtantinianam, ubi & obtulit dona hæc, &c. *Ibid. ante fin.*

CAPUT XI.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in urbe Neapoli, ubi obtulit hæc, &c. *Ibid. ante fin.*

CAPUT XII.

Eiſdem temporibus conſtituit B. Silveſter in urbe Roma titulum ſuum in regionem tertiam juxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Trajanæ, titulum ſcilicet Silveſtri, ubi donavit Conſtantinus Auguſtus patenam, &c. Obtulit, & omnia neceſſaria titulo Equitii. *Ibid. in fin.*

CAPUT XIII.

Conſtantinus ſepulchrum Domini in eccleſiam erexit deſtructo templo Veneris. *Theodorit. tripart. lib. 2. c. 36.*

CAPUT XIV.

Idem CP. duas eccleſias ædificavit, Irenem, & Apoſtolorum. *Socr. trip. lib. 2. c.* 18.

CA-

CAPUT XV.

12. q. 1. c. 15. *Futuram.* Conſtantinus primus fidem veritatis patenter adeptus licentiam dedit per univerſum orbem, ſub ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias, & prædia tribuenda conſtituit. Denique idem Princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis beati Petri Principis Apoſtolorum inſtituit, &c. *N. de primitiva eccleſia. Burch. lib. 3. cap. 5. Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 3. panorm. & part. 3. c. 7. decr.*

TITULUS XXIII.

DE ECCLESIIS, ET TITULIS, QUÆ VARII PONTIFICES ROMANI ÆDIFICARUNT.

Vide libro primo, titulo ultimo, quibus adde:

CAPUT I.

Silveſter fecit in urbe Roma eccleſiam in prædio cujuſdam presbyteri ſui Equitii juxta thermas Trajanas*, quem titulum Romanum conſtituit, & uſque in hodiernum diem appellatur *titulus Equitii*, ubi & hæc dona contulit, &c. Hic fecit conſtitutum etiam de omni eccleſia, &c. *Dam. in Silv. in princ.*

* *Domitianas.*

CAPUT II.

Marcus fecit duas baſilicas, unam via Ardeatina, ubi requieſcit, & aliam in urbe Roma juxta Palatinas, ex hujus ſuggeſtione obtulit Conſtantinus Auguſtus baſilicæ, quam conſtituit via Ardeatina, fundum, &c. in baſilica in urbe obtulit, &c. *Damaſ. in Marc.*

CAPUT III.

Julius fecit baſilicas duas, unam juxta forum & aliam via Flaminia, & cœmeteria tria, unum via Flaminia, aliud via Aurelia, & aliud via Portuenſi. *Damaſ. in Julii.*

CAPUT IV.

Liberius tenuit baſilicas beati Petri, & beati Pauli, & baſilicam Conſtantinianam annis VII. &c. ornavit de platoniis marmoreis ſepulchrum ſanctæ Agnetis martyris. Fecit baſilicam nomini ſuo juxta macellum Lybiæ*. *Damaſ. in Liberii in fin.*

* *Liviæ*, f.

CAPUT V.

Felix ſecundus fecit baſilicam via Aurelia milliario ab urbe ſecundo, cum presbyterii honore fungeretur, & ad eandem baſilicam emit agrum circa locum quem obtulit eccleſiæ, quam fecit. *Damaſ. in Felic. II.*

CAPUT VI.

Damaſus fecit baſilicas duas, unam juxta theatrum ſancti Laurentii, & aliam via Ardeatina, ubi requieſcit intra catacumbas, ubi jacuerunt corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in quo loco dedicavit platoniam ipſam, ubi jacuerunt corpora ſancta, & verſibus exornavit, &c. Hic conſtitutum fecit de eccleſia, &c. Hic conſtituit titulum in urbe Roma baſilicam, quam ipſe conſtruxerat, ubi donavit patenam, &c. *Ex Pontific.*

CAPUT VII.

Anaſtaſius fecit conſtitutum de eccleſia, & baſilicam, quæ dicitur Creſcentiana in regione ſecunda in via Mamurtina in urbe Roma. *Ex Pont.*

CAPUT VIII.

Innocentius dedicavit baſilicam ſanctorum Gervaſii, & Protaſii ex devotione teſtamenti cujuſdam illuſtris fœminæ Veſtinæ laborantibus presbyteris Urſicino, & Leopardo, ac diacono Libyano. Quæ fœmina teſtamenti paginam ſic ordinavit, ut baſilica ſanctorum martyrum ex ornamentis, & margaritis venditis juſtis æſtimationibus conſtrueretur, & conſtructa eſt uſque ad perfectum. In quo loco beatiſſimus Innocentius ex delegatione illuſtris fœminæ Veſtinæ titulum Romanum conſtituit, & in eadem domo obtulit, &c. Hic conſtituit baſilicam ſanctæ Agnetis martyris a presbyteris Leopardo, & Paulino ſollicite ac digne gubernari, & regi, & ornari, & ex diſpoſitione Veſtinæ tituli ſupradicti presbyteris eſt conceſſa poteſtas. *Ex Pontif.*

CAPUT IX.

Cæleſtinus dedicavit baſilicam Julii, in qua obtulit, &c. *Ex Pontif.*

CAPUT X.

Xyſtus tertius fecit baſilicam ſanctæ Mariæ matris Domini, quæ ab antiquis Liberi cognominabatur, juxta macellum Libyæ*, ubi & obtulit hæc, &c. *Ex Pontif.*

* *Liviæ*, f.

CAPUT XI.

Leonis temporibus fecit Demetria ancilla Dei baſilicam ſancto Stephano via Latina milliario tertio in prædio ſuo, &c. Leo beati Petri Apoſtoli baſilicam renovavit, & fecit ibi cameram, quam & ornavit, & beati Pauli baſilicam poſt ignem divinum renovavit, fecit & cameram in eadem. Similiter & in baſilica Conſtantiniana. Fecit quoque baſilicam ſancto Cornelio Epiſcopo, & martyri juxta cœmeterium Calliſti via Appia. Hic conſtituit monaſteriũ apud Petrum Apoſtolum. Hic etiam conſtituit, & addidit ſuper ſepulchra Apoſtolorum ex clero Romano cuſtodes, qui dicuntur *Cubilarii. Ex Pontif.*

CAPUT XII.

Hilarius fecit conſtitutum de eccleſia in baſilica ad ſanctam Mariam, &c. Hic fecit oratoria tria in baſilicæ Conſtantinianæ baptiſterio, ſancti Jo. Baptiſtæ, & ſancti Jo. Evangeliſtæ, & ſanctæ Crucis, omnia ex argento, &c. In urbe Roma conſtituit miniſteriales, qui circuirent conſtitutas ſtationes Scyphos per titulos XXV. &c. Hic fecit monaſteria ad ſanctũ Laurentiũ, & balneum, & prætorium ſancto Laurentio: fecit autem oratorium ſancti Stephani in baptiſterio Lateranenſi, & bibliothecas duas in eodem loco. Ad lunam vero monaſterium in urbe conſtruxit. Sepultus eſt ad ſanctum Laurentium in crypta juxta corpus beati Xyſti. *Ex Pontif.*

CAPUT XIII.

Simplicius dedicavit baſilicam ſancti Stephani in Cælio monte in urbe Roma, & baſilicam beati Apoſtoli Andreæ juxta baſilicam ſanctæ Mariæ & aliã baſilicam ſancti Stephani juxta baſilicam ſancti Laurentii, & aliam baſilicam intra urbem Romam juxta Palatium Licinianum beatæ martyris Vibianæ, ubi corpus ejus requieſcit. Hic conſtituit ad ſanctum Petrum Apoſtolum, & ad ſanctum Paulum Apoſtolum, & ad ſanctum Lauren-

ren-

rentium martyrem hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi propter pœnitentes, & baptiſmum, regionem tertiam ad ſanctum Laurentium, regionem primam ad ſanctum Paulum, regionem ſextam, vel ſeptimam ad ſanctum Petrum. Sepultus eſt in baſilica beati Petri Apoſtoli. *Ex Pont.*

CAPUT XIV.

Felix tertius natione Romanus ex patre Felice presbytero de titulo Faſciolæ, &c. Fecit baſilicam ſancti Agapeti juxta baſilicam ſancti Laurentii martyris. *Ex Pontif.*

CAPUT XV.

Gelaſius dedicavit baſilicā ſanctæ Euphemiæ martyris in civitate Tiburtina milliario xx. ab urbe, & baſilicas ſanctorum Nicandri, & Eleutherii, & Andreæ via Lavicana in fundo in villa Pertula, & fecit baſilicam ſanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Criſpini milliario ab urbe xx. *Ex Pontif.*

CAPUT XVI.

Symmachus fecit baſilicam ſancti Andreæ Apoſtoli apud beatum Petrum ubi fecit ciborium ex argento, & confeſſionem, &c. oratorium ſancti Thomæ Apoſtoli ex argento, & confeſſionē, &c. confeſſionē ſancti Caſſiani, & SS. Proti, & Hiacynthi, &c. oratoriū S. Apollinaris ex argento, & confeſſionem cum arcu, &c. oratorium S. Soſii ex argento, & confeſſionem, &c. Item ad fontem in baſilica beati Petri Apoſtoli, oratorium ſanctæ Crucis ex argento, confeſſionem, & crucem ex auro cum gemmis, ubi incluſit lignum dominicum, ipſa crux aurea penſat libras x. Fecit autem oratoria duo, ſancti Joannis Evangeliſtæ, & ſancti Joannis Baptiſtæ, infra quorum confeſſiones fecit arcus argenteos penſantes libras xxx. Quæ cubicula omnia a fundamento perfecta conſtruxit, baſilicam beati Petri marmoribus ornavit, & cantharum beati Petri, cum quadriporticu, &c. & gradus, &c. Hic fecit baſilicam ſanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo Lardario, & a fundamento eam cum fonte conſtruxit, &c. fecit baſilicam ſancti Pancratii, &c. Intra civitatem Romanam baſilicam ſancti Silveſtri, & Martini a fundamento conſtruxit juxta thermas Trajanas, &c. Ad beatum Joannem, & Paulum fecit gradus poſt abſidam. Item archangeli Michaelis baſilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad ſanctam Mariam oratorium ſanctorum Coſmæ, & Damiani a fundamento conſtruxit. Item via Tiburtina milliario xxvii. ab urbe Roma rogatus ab Albino, & Glaphyra Præpoſitis illuſtribus de proprio facientibus a fundamento baſilicam ſancto Petro in fundo Paciano dedicavit, &c. Hic reparavit baſilicam ſanctæ Felicitatis, quæ in ruinam imminebat. Hic abſidam B. Agnetis, quæ in ruinam imminebat, & omnem baſilicam renovarat. *Ex Pont.*

CAPUT XVII.

Hormiſda fecit Baſilicam in territorio Albanenſi in poſſeſſione Meſontis. *Ex Pontif.*

CAPUT XVIII.

Felix quartus fecit baſilicam ſanctorum Coſmæ, & Damiani in urbe Roma in loco, qui appellatur via ſacra juxta templum urbis Romæ. Hujus temporibus conſumpta eſt incendio baſilica ſancti martyris Saturnini via Salaria, quam a ſolo refecit. *Ex Pontif.*

CAPUT XIX.

Pelagii tempore initiata eſt ab eo baſilica Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, quæ dum initiaretur fabricari, mortuus eſt, & ſepultus in baſilica beati Petri Apoſtoli. *Ex Pontif.*

CAPUT XX.

Joannes tertius perfecit eccleſiam ſanctorum Philippi, & Jacobi, & dedicavit eam. *Ex Pont.*

CAPUT XXI.

Honorius fecit a ſolo eccleſiam beatæ Agnetis martyris via Numentana milliario ab urbe Roma tertio, ubi requieſcit, quam undique exornavit, ubi poſuit dona multa, ornavit autem ſepulchrum ejus ex argento, &c. Item a ſolo fecit baſilicam beati Apollinaris martyris in urbe Roma in porticu beati Petri Apoſtoli, qui appellatur ad Palmata, ubi dona multa largitus eſt, &c. Fecit & eccleſiam beato Cyriaco martyri a ſolo via Oſtienſ. milliario vii. ubi & donum obtulit. Eodem tempore fecit Eccleſiam beatorum martyrum quatuor coronatorum, quam & dedicavit, & donum obtulit. Fecit eccleſiam beato Severino a ſolo juxta civitatem Tiburtinam milliario ab urbe Romana xx. quam ipſe dedicavit, & dona multa obtulit. Renovavit & cœmeterium beatorum martyrum via Lavicana. Eodem tempore a ſolo fecit baſilicam beato Pancratio via Aurelia milliario ii. & ornavit ſepulcrum ejus, &c. Fecit ec leſiam beatæ Luciæ in urbe Roma juxta ſanctum Silveſtrum, quam & dedicavit, & dona multa obtulit. Fecit eccleſiam beati Hadriani in tribus fatis *, quam & dedicavit, ubi & multa dona obtulit. *Ex Pontif.* * *foris.*

CAPUT XXII.

Theodorus fecit eccleſiam a ſolo beato Valentino via Flaminia juxta pontem Milvium, quam & ipſe dedicavit, & dona multa obtulit. Fecit & oratorium beato Sebaſtiano intra epiſcopium Lateranen. ubi & dona largitus eſt. Fecit, & oratorium beato Euplo martyri foras portam beati Pauli Apoſtoli, quod etiam ornavit. *Ex Pontific.*

CAPUT XXIII.

Domino eccleſiam Apoſtolorum ſitam via Oſtienſi, ut decuit reſtauravit, atque dedicavit. Itemque eccleſiam ſanctæ Euphemiæ poſitam via Appia ſimiliter dedicavit. *Ex Pontif.*

CAPUT XXIV.

Leo Junior fecit Eccleſiam in urbe Roma juxta ſanctam Vibianiam, ubi & corpora ſanctorum Simplicii, Fauſtini, Beatricis, atque aliorum martyrum recondidit, & ad nomen beati Pauli Apoſtoli dedicavit ſub die xx. Februar. ubi & dona obtulit. *Ex Pontif.*

TITULUS XXIV.

DE MATRICE ECCLESIA, ET DE EPISCOPIO.

CAPUT I.

SCripta contra imagines ſacras tradantur in Epiſcopio C. P. ut cum aliis hæreticorum libris conſerventur. Qui occultaverit, Epiſcopus, pre-

presbyter, diaconus deponatur, laicus, vel monachus excommunicetur. *Nican. II. c. 9.*

CAPUT II.

9. q. 3. Cum ſimus. c. 3. Oportet œconomos eſſe in Epiſcopiis, & monaſteriis. Omnes canones ſervandi ſunt, ille præſertim, qui jubet œconomos eſſe in ſingulis eccleſiis, &c. *Nicæn. II. c. 11. Vide Chalced. c. 26. Ivo part. 5. c. 374. decr.*

CAPUT III.

12. q. 2. c. 19. Quiſquis. Contra Epiſcopos, & monachos qui alienant prædia Epiſcopii, vel monaſterii, & ut eiiciantur Epiſcopus alienans ab Epiſcopio, & monachus a monaſterio. *Nicæn. II. c. 12. Ivo part. 5. cap. 375. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 184. Cæſ. lib. 7. cap. 72.*

CAPUT IV.

19. q. 3. Quoniam. c. 1. Contra eos, qui Epiſcopia, & monaſteria in profanos uſus converterunt. *Nicæn. II. cap. 13. Anſ. lib. 7. c. 172.*

CAPUT V.

Ne mulieres habitent in Epiſcopiis, aut in monaſteriis. *Nicæn. II. c. 18.*

CAPUT VI.

De offic. Archipr. c. ult. Greg. IX. & in 1. coll. Sicut (*Epiſcopus*) Matrici præeſt, ita presbyteri præſint plebibus, ut in nullo titubet eccleſiaſtica ſollicitudo. *Joann. IX. in conc. Ravenn. part. 2. c. 12. Anſ. lib. 5. c. 40. in Rom.*

CAPUT VII.

12. q. 1. c. 16. Videntes ſacerdores ſummi & alii, atque levitæ, & reliqui fideles plus utiliratis poſſe afferre, &c. cœperunt prædia, & agros, quos vendere ſolebant, Matricibus eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum vivere, &c. *Urban. ep. ſing. in princ. Burch. lib. 3. c. 3. Ivo part. 3. c. 5. & 138. decr. Anſ. lib. 7. c. 4. Cæſar. lib. 7. c. 57.*

CAPUT VIII.

12. q. 2. c. 50. Non habenti neceſſitatem nec Epiſcopo licet uſurpare rem aliquam tituli Matricis eccleſiaſticæ. *Carthag. cap. 33. in fine G. Capit. lib. 5. c. 29. Burch. lib. 3. cap. 178. Ivo lib. 3. cap. 239. decret.*

CAPUT IX.

Contra negligentes Epiſcopos, qui in ſuis Matricibus, ſive cathedris hæreticos non rejecerint. *Carth. 124. G. Milev. 25. L.*

CAPUT X.

Presbyteri non vendant rem eccleſiæ, &c. non habentes neceſſitatem. Nec Epiſcopo liceat Matricis eccleſiæ rem tituli ſui nomine uſurpare. *Magunt. ſub Rab. c. 8.*

TITULUS XXV.

DE SECRETARIO, SIVE DIACONICO.

CAPUT I.

IN ſecretario diacono inter presbyteros ſedere non liceat. *Arelat. II. cap. 15. vide Nicæn. 18.*

CAPUT II.

Diſt. 23. c. 26. Quod non oporteat miniſtros habere locum in diaconico, &c. & dominica * vaſa contingere. *Laod. c. 21. Mart. Brac. c. 41. Ivo part. 3. cap. 105. decr.*

* *ſacra.*

CAPUT III.

Diſt. 23. c. 30. Non oportet inſacratos miniſtros licentiam habere in ſecretarium, quod Græci διακόνικον appellant, ingredi, & contingere vaſa dominica. *Agath. c. 66.*

CAPUT IV.

7. q. 1. c. 36. Viduitatis ſervandæ profeſſionem, coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſita a presbytero * veſte viduali non eſſe violandam. *Arauſ. c. 27. Burch. lib. 8. c. 43. Ivo lib. 3. tit. 17. c. 14. pan. & part. 6. c. 6. decr.*

* *Epiſcopo.*

CAPUT V.

Non liceat mulieribus in ſecretarium ingredi. *Mart. Brac. cap. 42. Vide Laod. 44. Aquiſgr. 82. Capit. lib. 1. c. 17.*

TITULUS XXVI.

DE SACRARIO, SIVE SANCTUARIO, PRESBYTERIO, ET GAZOPHYLACIO.

CAPUT I.

De conſ. d. 2. c. 30. Sacerdotum. NUlli laicorum liceat in eo loco, ubi ſacerdotes, reliquive clerici conſiſtunt, quod presbyterium nuncupatur, quando miſſa celebratur, conſiſtere, ut libere, ac honorifice poſſint ſacra officia exercere *. Et ſicuti in eccleſia ſingula videntur expoſita, ita virorum pars, & mulierum partibus ſuis contenta ſit, &c. *Eugen. II. & Leo IV. in ſyn. Rom. c. 33.*

* *celebrari.*

CAPUT II.

De conſ. d. 2. c. 23. Tribus. Miniſtri cum timore, & tremore Dei reliquias fragmentorum corporis Dominici cuſtodire debent, ne qua putredo in ſacrario inveniatur, &c. Qui autem reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos conveniant, &c. Pallas vero, & vela, quæ in ſanctuarii ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris [juxta ſacrarium] lavent, non eiicientes foras a ſacrario velamina Dominicæ menſæ, ne forte pulvis Dominici corporis male decidat a ſindone foris abluto, & erit hæc operanti peccatum; ideirco intra ſacrarium miniſtris præcipimus hæc ſancta cum diligentia cuſtodire. *Clem. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 5. c. 11. Ivo part. 2. c. 21. decr. Anſ. lib. 8. c. 38. in addit.*

CAPUT III.

Diſtinct. 91. Miniſtri. c. 17. Si poſt ordinationem miniſtro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, ſacrarii non intret limina, nec ſacrifici portitor fiat, nec altare contingat, &c. [Si forte quiſpiam presbyter, ſive diaconus ſacrari ſindonem, vel velum ſubtracta vendiderit, Judæ Iſcarioti ſimilis æſtimabitur. *Clem. ep. 2. poſt princ. Ivo part. 2. c. 65. & part. 6. c. 87. & 88. decr. Anſ. lib. 8. c. 2. Cæſar. lib. 8. c. 59.*

17. q. 4. c. 15.

CAPUT IV.

Diſt. 95. c. 4. de conſ. d. 4. c. 123. Presbyteri per ſe ipſos, aut per illum, qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolemnitatem chriſma petant. *Carth. IV. c. 36. Vide Vaſon. cap. 3. Burch. lib. 4. cap. 76. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 94. panorm. & part. 1. cap. 270. decr. Cæſar. lib. 4. cap. 111.*

CAPUT V.

Diſt. 90. c. 59. Oblationes diſſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur. *Carth. IV. c. 93. Tolet. XI. c. 4. Troſl. 12. Burch. lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. decr.*

TI-

TITULUS XXVII.
DE CŒMETERIIS.
CAPUT I.

Ethnicus ritus aliquis hic prohibetur, vel ut locum eſſet ethnicis occultus hoc ſtatuitur.

CEreos per diem placuit in cœmeterio non incendi, &c. Qui hæc non obſervaverint, arceantur ab eccleſiæ communione. *Eliber. c. 34.*

CAPUT II.

Placuit prohiberi, ne feminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod ſæpe ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant. *Eliber. c. 35.*

CAPUT III.

Calliſtus ſepultus eſt in cœmeterio Calepodii via Aurelia milliario tertio pridie Idus Octobris. Hic fecit eccleſiam ſanctæ Mariæ trans Tiberim, & fecit aliud cœmeterium via Appia, ubi multi ſacerdotes, & martyres requieſcunt, quod appellatur cœmeterium Calliſti. *Damaſ. in Calliſt.*

CAPUT IV.

Fabianus multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit. *Damaſ. in Fabian.*

CAPUT V.

Cornelii corpus noctu collegit beata Lucina cum clericis, & ſepelivit in crypta juxta cœmeterium Calliſti in prædio ſuo via Appia. *Damaſ. in Cornel.*

CAPUT VI.

Xyſtus Junior ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, & ſex diaconi ejus in cœmeterio Prætextati, via Appia. Beatus Laurentius ſepultus eſt via Tiburtina in crypta, in agro Verano iv. Id. Auguſt. (in cœmeterio Cyriacelis cum multis aliis martyribus). *Damaſ. in Xyſt. II.*

CAPUT VII.

Dionyſius presbyteris eccleſias diviſit, & cœmeteria, parochiaſque, diœceſes conſtituit. *Damaſ. in Dionyſ.*

CAPUT VIII.

Felix conſtituit ſupra ſepulchra, aut memorias martyrum miſſas celebrari, &c. Sepultus eſt in cœmeterio ſuo, ubi & baſilicam fecit via Aurelia milliario ab urbe Roma ſecundo iii. Kal. Jun. *Damaſ. in Felicis.*

CAPUT IX.

Marcellus presbyter noctu collegit corpora ſanctorum (*Marcellini, & aliorum*) cum presbyteris, & diaconibus cum hymnis, & ſepelivit ea vi. Kal. Maii in via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, in cubiculo claro, quod patet uſque in hodiernum diem, &c. *Damaſ. in Macellin.*

CAPUT X.

Marcellus (rogavit Priſcillam, &) fecit cœmeterium in via Salaria, &c. Marcelli corpus collegit beata Lucina, & ſepelivit in cœmeterio Priſcillæ via Salaria. *Damaſ. in Marcell.*

CAPUT XI.

Liberius rediens de exilio habitavit in cœmeterio ſanctæ Agnetis apud germanam Conſtantii Auguſti. *Damaſ. in Liber.*

CAPUT XII.

Bonifacius exul habitavit in cœmeterio ſanctæ Felicitatis martyris via Salaria, &c. Hic fecit oratorium in cœmeterio ſanctæ Felicitatis juxta corpus ejus, & ornavit ſepulchrum ſanctæ martyris Felicitatis, & ſancti Silvani, ubi & poſuit hæc, &c. Sepultus eſt via Salaria in cœmeterio ſanctæ Felicitatis martyris juxta corpus illius. *Ex Pontific.*

CAPUT XIII.

Joannes iii. ampliavit, & reſtauravit cœmeteria ſanctorum martyrum, & conſtituit, ut oblationes, & æmulæ vel luminaria in eadem cœmeteria per omnes dominicas de Lateranis miniſtrarentur. *Ex Pontif.*

TITULUS XXVIII.
CLERICI, QUI SUNT IN ORATORIIS, OBEDIANT EPISCOPO, ET NON ADMITTANTUR SINE CONSENSU IPSIUS.
CAPUT I.

IN oratoriis domini clericorum nemo contra votum Epiſcopi, ad quem territorii ipſius privilegium noſcitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, niſi forſitan, quos probatos ibidem diſtrictio Pontificis obſervare præcepit. *Aurel. IV. c. 7.*

CAPUT II.

De oratoriis, quæ per villas fiunt, nonnulli ex fratribus, & coepiſcopis noſtris reſidentes in ſancta ſynodo querimonias detulerunt, quod oratoriū per villas potentum jam longo conſtructorum tempore, & facultatum ibidem collatarum, ipſi, quorum villæ ſunt, Epiſcopi adminiſtrationi contradicant, ita ut nec ipſos clericos, qui ad ipſa oratoria deſerviunt, ab Archidiacono coerceri permittunt. Quod convenit emendari, ita dumtaxat, ut in poteſtate ſit Epiſcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata, qualiter ad ipſa oratoria, & officium divinum poſſit impleri, & ſacra libamina conſecrari. Quod ſi quis contradixerit, juxta priſcos canones communione privetur. *Cabil. c. 14.*

TITULUS XXIX.
COMMUNIA DE ECCLESIIS, ET ALTARIBUS.
CAPUT I.

NEmo abſolute ordinetur presbyter, diaconus, clericus, niſi in eccleſia urbis, vel vici, vel in martyrio, vel monaſterio ordinatus publicetur, ordinatio alias irrita ſit. *Chalc. c. 6. Capitul. lib. 1. c. 23. Burch. lib. 2. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 20. pan. & part. 6. c. 26. decr. Anſ. lib. 7. c. 93.* *Diſt. 70. c. 1.*

CAPUT II.

Conſtituimus, ut ubicumque tot ſimul (*leproſi*) ſub communi vita fuerint congregati, qui eccleſiam ſibi cum cœmeterio conſtituere, & proprio gaudere valeant presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere, &c. *Alex. III. in conc. Lat. c. 23.* *c. 2. de eccl. ædif. Gr. IX. & c. 1. eod. tit. in 1. coll.*

CAPUT III.

Ut altaria congregationibus Canonicorum, vel monachorum per perſonas data, mortuis perſonis libera redeant in manus Epiſcoporum, niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel privilegia confirmata. *Urban. II. in ſynod. Claromont. c. 7.*

CAPUT IV.

Eccleſiarum omnium (*Epiſcopi*) curam habetote, ſerviſque earum adjutorium præbete, vidua-

duarum religioſam curam gerite, &c. *Clem. ep. 3. poſt princ.*

CAPUT V.

Diſt.41.c.7. Epiſcopus non longe ab eccleſia hoſpitiolum habeat. *Carth. IV. cap. 14. Cæſar. lib. 4. cap. 60.*

CAPUT VI.

9.q.1.c.38. Epiſcopi, vel presbyteri, ſi cauſſa viſitandæ eccleſiæ alterius Epiſcopi ad eccleſiam venerint, & in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam invitentur. *Carth. IV. cap. 33.*

CAPUT VII.

De conſ. d.5. c.11. Omni. Pavimenta domorum Dei energumeni vertant. *Carth. IV. cap. 91.*

CAPUT VIII.

Ut corpus Domini in altari, non in armario, ſed ſub crucis titulo componatur. *Turon. II. c. 3.*

CAPUT IX.

Quicumque Pontificale culmen ante Domini altare perceptурus acceſſerit, juret ſe pretium conſequendæ conſecrationis cauſſa non dediſſe, &c. *Tolet. XI. cap. 9.*

CAPUT X.

Si quis ex presbyteris voluerit nepotem ſuum, aut aliquem conſanguineum ad ſcholas mittere, in eccleſiis ſanctorum, aut cœnobiis, quæ nobis ad regendum commiſſa ſunt, licentiam id faciendi concedimus. *Theodulph. ad ſacerdotes Aurel. cap. 19.*

CAPUT XI.

Decernimus, ut ſicut tempore beatæ recordationis Domini, ac genitoris noſtri excultæ, & honoratæ, atque rebus ampliatæ (*eccleſiæ*) fuerunt ita permaneant, & quæ a noſtra liberalitate honorantur, atque ditantur, de cætero ſub integritate ſui ſerventur, &c. *Carol. Lud. Pii F. in conc. Holon. apud Melden. cap. 1.*

TITULUS XXX.

DE BASILICIS HÆRETICORUM.

Vide libro undecimo titulo viceſimo tertio.

LIBER SECUNDUS.

De Monaſteriis, & Xenodochiis, ſive Hoſpitalibus, & aliis locis.

TITULUS I.

DE REVERENTIA QUÆ DEBETUR MONASTERIIS.

CAPUT I.

19.q.3.c.1. QUÆ ſemel conſecrata ſunt monaſteria cum voluntate Epiſcopi, maneant perpetuo, & quæ ad ea pertinent bona, conſerventur eis, neque fieri poſſint ſæcularia diverſoria. Qui id fieri permiſerint, ſubjaceant canonicis pœnis. *Chalc. cap. 24. Trull. 49. Troſl. cap. 3. Capitul. lib. 1. cap. 31. Burch. lib. 3. c. 15. & 19. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 6. panorm. & part. 3. cap. 17. & 22. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 55.*

CAPUT II.

19.q.3.c.1. Quoniam per eam, quæ fuit propter peccata noſtra in eccleſiis, calamitatem, ſanctæ quædam ædes a quibuſdam viris arreptæ ſunt, & Epiſcopia, & monaſteria, & facta ſunt communia diverſoria: ſi, qui ea quidem tenent, volunt reddere, ut in priſtinum ſtatum reſtituantur, bene, & pulchre habet; ſin minus, ſi ſunt quidem ſacerdotalis catalogi, eos deponi jubemus; ſin autem monachi, vel laici, excommunicari, &c. *Nicæn. II. cap. 13. Vide Trull. 49. Anſelm. lib.7.c.172.*

CAPUT III.

Qui utitur tamquam communibus ſacratis Deo repoſitis pretioſis, aut monaſteriis reverendis, ſi fuerint Epiſcopi, aut clerici, deponantur, ſi monachi, aut laici, communione priventur. *Eadem VII. ſyn. act. 7. in definit.*

CAPUT IV.

Monaſteria divinis ſolummodo cultibus dicata, non debere ſæcularibus dari & canonica prodit auctoritas, & ipſorum deſtructio locorum; ſed quia id exigit reipublicæ neceſſitas ſaltem collapſa loco erigi debent, & clerici locis, in quibus fuerant, reſtitui, quouſque opportunitas id permittat emendari plenius. *Aquiſ. II. ſub Lud. part. ult. cap. 18.*

TITULUS II.

NE MONASTERIA SINE JUSSU EPISCOPI ÆDIFICENTUR.

Vide libro nono titulo primo.

TITULUS III.

NE QUISQUAM MONASTERIA SPOLIARE, AUT EORUM IMMUNITATEM VIOLARE AUDEAT.

CAPUT I.

DIœceſani Epiſcopi monaſteria ſibi ſubjecta ſtudeant reformare, ut cum ad ea viſitatores acceſſerint, plus in illis inveniant commendandum, quam corrigendum, &c. caventes, ne per eos monaſteria indebitis oneribus aggraventur, &c. Præcipimus tam diœceſanis Epiſcopis, quam perſonis, quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compeſcant advocatos, patronos, vicedominos, rectores, & Conſules, magnates, & milites, ſeu quoslibet alios, ne monaſterio præſumant offendere in perſonis, ac rebus, & ſi forſitan offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non omittant ut liberius, & quietius omnipotenti Deo valeant famulari. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 12. in fine.* *De ſtat. mon. c. 7. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT II.

Deſcriptiones rerum, aut curtarum, ſeu computorum monaſterii ab Epiſcopo fieri negamus. Sed ſi res exigit, aliquando Abbas loci illius cum aliis Abbatibus rerum inventarum deſcriptiones faciat, & eorum conſilio ſine judicio finiantur. Solus autem Abbas, aut viſitator loci illius ſuo-

rum officialium recipiat computum, aut rationem. Abſente quoque Abbate Epiſcopus in deſcribendis; providendiſque rebus monaſterii

18. q. 2. c. 6. Luminoſo, V. c. 3. Abbatem.

acquiſitis, vel datis nulla occaſione ſe permiſceat. Miſſas etiam publicas ab eo in cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in ſervorum Dei receſſibus, & in eorum receptaculis nulla popularis occaſio præbeatur convenientibus, vel mulierum fiat illis introitus, quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare Epiſcopus, ſeu quacumque alia dignitate præditus, aut poteſtate, vel quamlibet poteſtatem imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis leviſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate, &c. Monaſteria eccle-

Ead. q. c. 1. Quam ſit, in fin.

ſiaſticis conditionibus ſeu angariis, aut etiam procurationibus vel quibuslibet ſubſidiis, obſequiiſque ſæcularibus nullo modo ſubjaceant, & prædicta auctoritate noſtra, ne in hujuſmodi Epiſcopis, aut aliis precariis, ſeu exactionibus ab eis, ſeu eorum ſubditis quovis modo exigendis, & extorquendis obtemperando obediant, diſtrictiſſime prohibemus, &c. *Greg. in ſyn. Lateran. de monachis nigris poſt med. Vide lib. 4. reg. epiſt. 41. ad Luminoſ. Abb. & epiſt. 43. ad Caſtor. Ariminen. Epiſc. & lib. VII. Ind. 1. ep. 18. ad Marian. Epiſc. Ravenn. Ivo part. 7. c. 13. decret.*

CAPUT III.

Cœnobia nuper condita in provincia Bæthica, ſicut & illa, quæ ſunt antiqua, immobili ſtabilitate permaneant ſolidata. Si quis ſacerdotum quodlibet monaſterium aut vi cupiditatis ſpoliandum, aut ſimulatione aliqua fraudis convellendum, aut diſſolvendum tentaverit, anathema effectus maneat, & a regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei, vel operis ad ſalutem, qui tantæ, & tam ſalutaris vitæ deſtruxerit tramitem. Univerſi Bæthicæ provinciæ Epiſcopi congregati eundem ſacrilegum cœtus ſui everſorem a communione ſuſpendant, & convulſum monaſterium cum rebus ſuis reſtaurent, & quod impie unus ſubverterit, omnes reforment. *Hiſpalenſ. II. c.* 10.

CAPUT IV.

Nuntiatum eſt præſenti concilio, quod monachi Epiſcopali imperio ſervili operi mancipentur, & jura monaſteriorum contra inſtituta canonum illicita præſumptione uſurpentur, ita ut pene ex cœnobio poſſeſſio fiat, atque illuſtris portio Chriſti ad ignominiam, ſervitutemque perveniat. Quapropter monemus eos, qui in eccleſiis præſunt, ut ultra talia non præſumant. *Tolet. IV. cap.* 50.

CAPUT V.

Pervenit ad ſanctam Synodum, quod judices publici contra veterem conſuetudinem per omnes parochias vel monaſteria, quas mos eſt E-

* *Moſes Epiſcopus circuire conſuevit.*

piſcopos circumire *, ipſi illicita præſumptione videantur diſcurrere, & clericos, vel Abbates, ut coram eis compareant, invitos, atque diſtrictos ante ſe faciant exhiberi, &c. Si præſumptione, vel poteſtate, qua pollent, excepta invitatione Abbatis, aut Archipresbyteri in ipſa monaſteria, vel parochias aliquid fortaſſe præſumpſerint, a communione omnium ſacerdotum eos convenit ſequeſtrari. *Cabilon. c.* 11.

CAPUT VI.

Providendum eſt Regiæ majeſtati, ut monaſteria, quæ ab hominibus Deum timentibus in ſua proprietate conſtructa, prædeceſſores illius cauſſa defenſionis, & Mundeburdi ſuſceperunt, ut libera libertate remota ſpe hæreditaria, de illorum propinquitate, ibidem religio obſervaretur, & nunc in allodium ſunt data, quapropter omnis exinde religio funditus eſt everſa, qualiter vota fidelium inconvulſa permaneant, ne voces eorum contra ſe ante Deum clamantes adjuncto periculo de eorum perditione, qui in eiſdem locis neceſſitate naufragantur, condemnabiles ſentiat. *Meld. cap.* 41.

TITULUS IV.

DE BONIS MONASTERII, ET NE QUISQUAM EA AUFERAT, AUT RETINEAT.

CAPUT I.

DE his, quæ dantur liberis a parentibus inſtar dotis, vel rerum propriarum profitentibus his, qui ea offerunt, eſſe Deo conſecrata, ſtatuimus, ut ſive maneant, ſive exeant, ea in monaſterio maneant, ut fuerat ipſorum profeſſio, niſi is, qui præeſt, in culpa fuerit. *Nicæn. II. cap.* 19. *in fine.*

CAPUT II.

Nullus Epiſcoporum, aut ſæcularium ultra præſumat de redditibus, vel rebus, vel curtis monaſteriorum, vel de celulis, vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocumque modo, vel qualibet occaſione minuere, vel dolos, vel immiſſiones, aut violentias aliquas facere. Sed ſi qua cauſſa forte inter terram venientem ad partem ſuarum eccleſiarum & monaſteriorum evenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud electos Abbates, & alios patres timentes Deum, ſine voluntaria dilatione, mediis ſacroſanctis evangeliis finiatur. *Gregor. in ſyn. Later. de monachis nigris.*

CAPUT III.

Ut altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum per perſonas data, mortuis perſonis libera redeant in manus Epiſcoporum, niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel privilegia confirmata. *Urban. II. in conc. Clarom. c.* 7.

CAPUT IV.

De cenſu expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum eccleſiis, vel monaſteriis non potuiſti (aliud) quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio ſervorum XII. denarii reddantur, & hoc gratias Deo, quia potuiſti impetrare, &c. *Zachar. ep. 4. poſt med.*

CAPUT V.

Clerici, vel ſæculares, qui oblationes paren- 13. q. 2. c. 11.
tum, aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverunt eccleſiis, vel monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut ſynodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab eccleſiis excludantur. *Agath. c. 4. Burch. lib. 3. c. 140. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 5. panorm. & part. 3. c. 206. decr.*

CA-

CAPUT VI.

16. q. 1. c. 54. Cum pro utilitate. Ea, quæ in jure monaſteriis de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana lege ab Epiſcopis contingantur, *Ilerd. c.* 3.

CAPUT VII.

Quicumque res Abbatum, aut monaſteriorum pervadere, competere, vel confiſcare præſumpſerit, poſt tres admonitiones anathematizetur. *Turon. II. c.* 25.

CAPUT VIII.

Ne cui liceat res, vel facultates eccleſiæ, aut monaſteriis, vel xenodochiis pro quacumque eleemoſyna cum juſtitia delegatas, retentare, alienare, atque ſubtrahere, &c. Quod ſi quis fecerit, ab eccleſiæ liminibus excludatur, &c. *Aurel. V. c.* 13.

CAPUT IX.

18. q. 2. c. 1. Hoc tantū. Si aliquid in monachos canonibus interdictum (*Epiſcopi*) præſumpſerint, aut uſurpare quidpiam de monaſterii rebus tentaverint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis, qui ſe deinceps nequaquam ſuſtulerint ab illicitis. *Tolet. IV. c.* 50. *in Anſ. lib. ult. c.* 55. *in Rom.*

CAPUT X.

Defuncto presbytero, vel Abbate, nihil ab Epiſcopo auferatur, vel ab Archidiacono, vel a quocumque de rebus parochiæ, vel xenodochii, vel monaſterii aliquid debeat minui. Quod qui fecerit, juxta ſtatuta canonum debet coerceri. *Cabilon. cap.* 7.

CAPUT XI.

Ut quæque monaſteria Deo conſecrata nulli Epiſcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter abſtrahere. *Angl. cap.* 3.

CAPUT XII.

Dignum ac neceſſarium eſt, ut Miſſi per quæque loca directi ſimul cum Epiſcopis uniuſcujuſque diœceſis perſpiciant loca monaſteriorum, canonicorum pariter, & monachorum, ſimiliterque puellarum, ſi in apto & congruo loco ſint poſita, ubi commodum, ac neceſſarium poſſit acquiri, quod ad utilitatem pertinet monaſterii, ſicut in ſancta regula dicitur. Monaſterium autem ita debet conſtitui, ut omnia neceſſaria infra monaſterium exerceantur, ut non ſit neceſſitas monachis, vel clericis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monaſteriorum ſupradicti Miſſi, & cum eis Epiſcopi per diverſa loca prævideant, ſi apta ſint & congruenter ſanctæ profeſſioni compoſita. Vel ſi clauſtrum firmum habeant, in quo ſalvari poſſint animæ in eis commorantium ſub diſciplina canonica, vel regulari. Ubi autem aliter inventum fuerit, hoc omnibus modis Epiſcopus loci ipſius faciat emendari, ita ut condignam profeſſioni eorum cuſtodiam habeant canonici, vel monachi, atque nonanes, ne detur eis occaſio malefaciendi, quod abſit. *Magunt. ſub Carolo c.* 20. *Capitul. lib.* 5. *c.* 78.

TITULUS V.

MONASTERIO ALIQUA DE BONIS ECCLESIÆ TRIBUI POSSUNT, DUMMODO IPSA ECCLESIA DETRIMENTUM NON CAPIAT.

CAPUT I.

Si Epiſcopus convictus fuerit conſtruxiſſe monaſterium de eccleſiaſticis redditibus, tradat eidem eccleſiæ ipſum monaſterium. Si vero de propriis rebus, aut de aliis quibuſdam conventionibus, habeat id ſecundum propriam poteſtatem, & voluntatem omni vita ſua, & poſt finem vitæ ſuæ dimittat, & conferat hoc quibuſcumque voluerit, non tamen ſæculare diverſorium fiat. *Syn. VIII. gen. CP. ſub Hadr. II. c.* 15. *Anſ. lib.* 6. *c.* 169. *Cæſ. lib.* 7. *c.* 74. 12. q. 2. Apoſtolicos. c. 13. in fine.

CAPUT II.

Nullus laicus decimas ſuas, aut eccleſiam, aut quiquid eccleſiaſtici juris eſt, ſine conſenſu Epiſcopi, vel Romani conceſſione Pontificis, monaſteriis, aut canonicis offerre præſumat. *Urban. II. in Syn. apud Melfiam c.* 5.

CAPUT III.

Monaſteriis religionis intuitu licet poſſeſſiones eccleſiæ alienari ad tempus. *Symmac. ep.* 1. *c.* 1. *Anſ. lib.* 5. *cap.* 47. *& in Rom. lib. ult. c.* 43. *Cæſ. lib.* 7. *c.* 67. *Tarr. lib.* 6. *c.* 47. 16. q. 2. Poſſeſſiones. 61.

CAPUT IV.

Religioſam vitam eligentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cujuſdam neceſſitatis occaſio, aut deſides faciat, aut robur, quod abſit, converſationis infringat. Idcirco præſenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum poſitam in hac urbe, regione quarta, juxta locum, qui appellatur ad gallinas albas, vel hortum juris ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui auctore Deo præſidemus, in qua Campana quondam patricia manſiſſe dinoſcitur, ſimul & hortum atque hoſpitia, quæ intra eamdem domum janua concludit, Floræ Abbatiſſæ debeas tradere proprietatis jure proculdubio poſſidenda, in qua domo monaſterium virginum, ubi cum congregatione ſua habitare poſſit, Chriſto queat adjuvante conſtruere, ut tam ipſa, quam quæ in ejus loco honoreque ſucceſſerit, prædictam domum, & hortum cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſicut diximus, quieto, inconcuſſoque jure a nobis pietatis conſideratione conceſſa valeat poſſidere. *Gregor. lib.* 2. *indict.* 11. *epiſt.* 17. *Gratioſo ſubdiacono. Anſ. lib.* 5. *cap.* 32. 12. q. 2. c. 75.

CAPUT V.

Ad audientiam noſtram jam pridem pervenit, quod tum eccleſia de Cologia, de qua in Epiſcopum vocatus, & electus fuiſti, regulares canonicos ordinare, & eorum inſtitutioni * de bonis tibi collatis congrue velis providere, inde ſiquidem eſt, quod tuum nos deſiderium, atque propoſitum multimodis laudibus commendantes, devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica indulgemus, ut juxta votum tuum canonicos regulares in eccleſia præſcripta, ſi tibi in hoc Epiſcopus diœceſanus conſentit ad honorem Dei, & eccleſiæ tuæ ſecundum beati Auguſtini regulam valeas ordinare, & eos ibidem nullius * contradictione, & appellatione inſtituere, &c. *Urban. II. in ep. ad Archiep. Tunden.* * *& G. delegatum.* *De eccleſ. ædif. vel reparand. c.* 5. *apud Gr. IX. & in* 2. *coll. eod. tit. c.* 4. * *inſtructioni.* * *nulla.* * *Truden.*

CAPUT VI.

Si Epiſcopus humanitatis intuitu, manciþiola, vineolas, vel terrulas clericis, vel monachis præſti- 16. q. 3. c. 12.

ſtiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum eccleſia præjudicium patiatur, nec ſæcularis legis præſcriptio, quæ eccleſiæ aliquid impediat, opponatur. *Aurel.* 19. *al.* 23. *al.* 25. *Anſ. lib.* 5. *c.* 87. *in Rom.*

CAPUT VII.

Nulli Epiſcoporum liceat res alienare eccleſiæ, &c. Si quid vero, quod utilitatem non gravet eccleſiæ, pro ſuffragio monachorum, vel eccleſiis ad ſuam parochiam pertinentium *, dederint, firmum maneat, &c. *Tolet. III. cap.* 3. *Ivo lib.* 2. *tit.* 10. *c.* 1. *panorm.* & *part.* 3. *decr. c.* 167.

* *pertinentibus, f.*

CAPUT VIII.

12. *q.* 2. *c.* 73. Si Epiſcopus unam de parochianis eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de conſenſu concilii ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid, quo detrimentum eccleſiæ non exhibeat, eidem loco donaverit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum concilium dat conſenſum. *Tolet. III. cap.* 4. *Ivo part.* 3. *cap.* 168. *decret.*

CAPUT IX.

Si clericis, ſeu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet neceſſitatem ſuſtinentibus, pro ſolo religionis intuitu in uſum res eccleſiaſticæ largiuntur, quanto magis conſulendum eſt, quibus retributio juſta debetur? *Tolet. IV. cap.* 37.

CAPUT X.

12. *q.* 2. *Bona.* 74. Quiſquis Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ ſuæ ditaverit, non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem dare debebit, &c. Ad eccleſiam vero, quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare noluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit, ita tamen, ut unam tantum, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem aſſumat. *Tolet. IX. cap.* 5. *Ivo part.* 3. *c.* 170. *decr.*

TITULUS VI.

DE BONORUM OPERUM NECESSITATE.

Vide libro undecimo titulo ſecundo, quibus adde:

CAPUT I.

Diſt. 40. *c.* 4. NON loca, vel ordines creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt. *Greg. lib.* 6. *reg. epiſt.* 29. *vel cap.* 193.

TITULUS VII.

DE ELEEMOSYNA.

CAPUT I.

QUod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Lucæ cap.* 11. *num.* 41.

CAPUT II.

Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. *Lucæ cap.* 12. *num.* 23. *V. Luc.* 16. *num.* 9.

CAPUT III.

Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini, &c. Quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam. *Tobias cap.* 4. *num.* 7. & *poſtea.*

CAPUT IV.

Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna magis, quam theſauros auri recondere, quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam. *Tobias cap.* 12. *num.* 8. & 9.

CAPUT V.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector eſt ejus, qui reddit gratiam. *Eccleſiaſt. c.* 3. *num.* 33. & 34.

CAPUT VI.

Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſvertas a paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti, &c. *Eccleſiaſt. cap.* 4. *in princ.*

CAPUT VII.

Conclude eleemoſynam in corde * pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit, &c. *Ibid. c.* 29. *num.* 15. & 16. *Vide c.* 17. *num.* 18. *ibid.*

* *ſinu.*

CAPUT VIII.

Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum, forſitan ignoſcet (*Deus*) delictis tuis. *Daniel Nabuchodonoſori cap.* 4. *num.* 24.

CAPUT IX.

De eleemoſynis, quas ſynodus præſcripſit quibuſdam pœnitentibus, qui contra Ignatium Patriarcham CP. falſum teſtimonium protulerant. *Vid. ſyn. VIII. CP. ſub Hadr. II. act.* 9. *ante fin.*

CAPUT X.

Eleemoſynarum quæſtores, quorum quidam ſe alios mentiendo abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi Apoſtolici, vel diœceſani Epiſcopi litteras veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id, quod in ipſis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter talibus Apoſtolica ſedes indulget, duximus exprimendam, ut ſecundum, eam diœceſani Epiſcopi ſuas litteras moderentur: „ *Quoniam*, ut ait „ Apoſtolus, *omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti*, &c. oportet, nos diem meſſionis extremæ „ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorũ „ intuitu ſeminare in terris, &c. quoniam *qui parce ſeminat, parce & metet*, &c. Cum igitur ad „ ſuſtentationem fratrum, & egenorum ad tale „ confluentiũ hoſpitale, propriæ non ſuppetant „ facultates, univerſitatem veſtram monemus, & „ exhortamur in Domino, atque in remiſſionem „ vobis jungimus peccatorũ, quatenus de bonis a „ Deo vobis collatis, pias eleemoſynas, & grata eis „ cha-

De pœn. 14. *Gr. IX. c.* 5. *eod. tit. in* 4. *coll.*

2. *Cor.* 5.

2. *Cor.* 9.

„ charitatis ſubſidia erogetis,ut per ſubventionē „ veſtram ipſorum inopiæ conſulatur,& vos per „ hæc, & per alia bona, quæ Domino inſpirante „ feceritis, ad æterna poſſitis felicitatis gaudia „ pervenire “. Qui autē ad quærendas eleemoſynas deſtinantur,modeſti ſint, & diſcreti,nec in tabernis aut locis incongruis hoſpitentur,nec inutiles faciant, aut ſumptuoſas expenſas, caventes omnino, ne falſum religionis habitum geſtent, &c. *Innoc. III. in conc. gener. Lat. cap. 62.*

CAPUT XI.

Diſt.92.c.2. In ſancta. Diacones ad prædicationis officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat. *Greg. in ſyn. Rom. cap. 1. lib. 4. epiſt. 44. vel cap. 88. regiſtr. Ivo part. 2. cap. 79. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 65. Tarrac. lib. 4. cap. 22.*

CAPUT XII.

Quando aliquis informabitur, eleemoſynam mittat cum conſilio presbyteri in manibus ipſius, & duorum vel trium vicinorum. Præterea ſi uxorem, & filios habuerit, duas partes de ſuis facultatibus illis relinquat, & tertiam partem eccleſiæ in manu presbyteri. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap. 16.*

CAPUT XIII.

Conſilium damus (*peccatoribus*) ut jejunent, & eleemoſynas dent, ut ad veritatis viam poſſint reverti. *Urban. II. in concil. Claromont. c. 22.*

CAPUT XIV.

1. Cor. 13. d. Sicut adulterii venenum cunctis malis pernicioſius eſt, ita amor fraternus, & charitas totius boni faſtigium tenet,& ideo diligite (*presbyteri*) omnes fratres veſtros, & cum religione, ac miſericordia reſpicite ad omnes. Orphanis exhibete voſmetipſos parentes. Viduis virorum curam impendite, cum omni caſtitate, quæ neceſſaria ſunt, præbentes, juniores tamen viduas nuptiis copulate. His, qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus victum neceſſarium quærant. Artificibus vero operam prævidere, debilibus miſericordiam facite,&c. Charitatis recipiendæ, & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter voſmetipſos communem cibum veſtrum, menſamque faciatis, & quantum unuſquiſque prævalet, crebrius ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat, &c. Per hæc temporalia officia pacis, & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autem ſollicitius eſurientes reficite, & ſitientibus potum date,nudis veſtimentum, ægros viſitate, & eos, qui in carcere ſunt prout poſſibile eſt, juvate. Peregrinos ſatis prompte in domibus veſtris ſuſcipite. Omne bonum ipſa per ſe, ſi in vobis fuerit charitas, facere vos docebit, ſicut e contrario eos, qui a ſalute alieni ſunt, omne malum facere odium docet. *Petrus Apoſt. apud Clem. epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT XV.

Inſtruebat (*B. Petrus*) verba divina libenter audire, & ſacerdotibus ſuis libenter obtemperare, &c. & eleemoſynas veras perficere, &c. pauperes recreare, nudos veſtire, infirmos viſitare, ſitientes potare, mortuos ſepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eiſque orare, & eleemoſynas dare, &c. *Clem. epiſt. 1. in fin. Theodulph. ad presb. Aurelian. cap. 21.*

CAPUT XVI.

Per miſericordias pauperum juvare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur, &c. *Clem. epiſt. 2. in med.*

CAPUT XVII.

Pupillos enixius juvate, pauperibus miſericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. *Clem. epiſt. 3. poſt princ.*

CAPUT XVIII.

Hoſpitalitatis curā impendite, in oratione, & lachrymis inſtantiſſime laborate, eleemoſynis, quas ſemper amaſtis, jam nunc largius, atque uberius date operam, ut tanto poſt creſcat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excrevit ſtudium laboris. *Pontian. epiſt. 1. in fin.*

CAPUT XIX.

Numquid ſi quis catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit,patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro, ſi hæc cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptiſmum totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpi- *Act. 10. a.* ciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemoſynis vacantem, per revelationem angelum, Petrumque ipſum vidiſſe, numquid per baptiſmum hæc illi ablata * ſunt, pro- ** abluta.* pter quæ ei baptiſmus videtur conceſſus? *Innoc. epiſt. 22. cap. 2.*

CAPUT XX.

Neque eleemoſyna reputanda eſt, ſi pauperi- *1. q. 1. c. 27. Non eſt putanda.* bus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus accipitur, quia hac intentione male accipit, ut quaſi bene diſpenſet, gravatur potius, quam juvatur. [Ele- *14. q. 5. c. 7.* emoſyna Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non de illicitis, & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſſis, & bene acquiſitis impenditur. Unde etiam illud certum eſt, quia etſi monaſteria, aut xenodochia, vel aliquid de his conſtruatur, mercedi non proficit, &c. Ne ergo ſub obtentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, aperte nos ſacra ſcriptura prohibet dicens: *Hoſtiæ impiorum abominabiles,quæ* *Prov. 21. d.* *offeruntur ex ſcelere*, &c.Hinc quoque per Salomonē dicitur:*Qui offert ſacrificium de ſubſtan-* *Eccl. 34. c.* *tia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris*, &c. Nimis ergo declinandum eſt, ſub obtentu eleemoſynæ peccata ſimoniacæ hæreſeos perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere, aliud propter eleemoſynas peccata committere. *Greg. ep. ad Syagr. & Æther. Epiſcop. lib. 7. regiſt. ep. 110. vel 108. Ivo lib. 2. tit. 15. c. 2. & 3. pan. & part. 5. c. 112. decr. Anſ. lib. 5. c. 31.*

CAPUT XXI.

De his, qui regio morbo vexantur, hominibus & æquis, ſi homines ex nativitate aut ex genere hujus morbi ſunt, extra civitatem comitari debebunt, ad eleemoſynam vero accipiendam a populo non devitari. Si autem non nativitate, ſed ſuperveniente ægritudine vexatur, non eſt proiicien-

ciendus, ſed ſi poſſibile eſt, curandus. Attamen in eccleſia, dum ad communionem venerit, poſt omnium ſuppletionem erit ingreſſurus ad participandum munus. *Zach. ep. 5. ad Bonif. Epiſcopum ante med.*

CAPUT XXII.

Cum in prœlium proficiſci diſponitis, quod ipſi commemoraſtis, agete in Dei nomine non omittere, id eſt ad eccleſias ire, orationes peragere, &c. carceres aperire, vincla diſſolvere, & ſervos, & præcipue confractos, & debiles, atque captivos libertate donare, ac indigentibus eleemoſynas erogare, quatenus impleatur, quod Apoſtolus admonet dicens: *Ad Coloſſ. 3. c.* *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jeſu. Nicol. ad conſ. Bulg. c. 35.*

CAPUT XXIII.

Sciendum eſt, quoniam aliæ ſunt virtutes, ſine quibus ad vitam ingredi non poſſumus, aliæ vere ſunt, quæ non niſi a ſponſore requiruntur. Sine humilitate quippe, caſtitate, ac eleemoſynis, & orationibus nullus ad vitam ingredi valet & iſta ſunt, & his ſimilia, quæ requiruntur ab homine. Monachicum autem habitum induere, ac vitam remotam ducere, non niſi a ſpondente divinitus exiguntur. *Nicolaus ad conſulta Bulgarorum cap. 87.*

CAPUT XXIV.

Eſt in eleemoſyna facienda quidam ordo diſcretionis obſervandus, &c. Sed quidnam hoc nomen ſignet, primitus indicemus. *Eleemoſyna* quippe Græce, Latine *miſericordia* dicitur, & *Ezech. 30. d.* certe ſcriptum eſt: *Miſerere animæ tuæ placens Deo*: ergo primum ſibi debet homo præ ceteris eleemoſynam facere, ſi quidem omnem regulam bene agendi a ſe debet homo incipere placens ſcilicet Deo per munditiam mentis, & corporis, ac per hoc ſibi tribuens illum panem vivum, qui de cælo deſcendit. Deinde vero eleemoſyna exhibenda eſt propinquis egeſtatem patientibus, *Eſai. 58. e.* ſicut ſcriptum eſt: *Carnem tuam ne deſpexeris*: nam & ipſa natura docet nos de hoc, & quod ipſe propinquo meo non exhibuero, quando extraneus exhibebit? Deinde autem his maxime miſericordia præſtanda eſt, qui petere confunduntur. Sane notandum eſt, quia ſunt nonnulli, quibus nihil conferri debet, ſicut ſcriptum eſt: *Eccl. 12. a.* *Da bono, & ne receperis peccatorem*; & rurſum: *Tob. 4. e.* *Ne dederis impio*; & iterum: *Panem tuum, & vinum ſuper ſepulturam juſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.* Panem enim, & vinum ſuum peccatoribus præbet, qui iniquis ſubſidia, pro eo quod iniqui ſunt, impendit. Unde & nonnulli hujus mundi divites, cum fame crucientur, Chriſti pauperes effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem ſuum, non quia peccator, ſed quia homo eſt, tribuit, nimirum non peccatorem, ſed juſtum nutrit, quia in illo non culpam, ſed naturam diligit. *Nicol. ad conſulta Bulgaror. cap. 101.*

CAPUT XXV.

Accepto conſilio, hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, & litanias, & multorum orationem eleemoſynis conditam, divino fulti auxilio ſtatueremus, quod melius de electione Rom. Pont. videretur. *Greg. VII. lib. 1. reg. ep. 1.*

CAPUT XXVI.

Te oramus, & te, ut optimum decet filium (*patri*) ſuccurrere largis eleemoſynarum ſubſidiis, & eccleſiarum orationibus, hortamur. *Gregor. VIII. lib. 5. reg. ep. 10. Regi Daniæ.*

CAPUT XXVII.

Quidam ex induſtria peccantes, propter eleemoſynarum largitionem, quandam ſibi promittunt impunitatem. Eleemoſyna enim extinguit peccata, juxta illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccata.* *Eccl. 3. d.* Sed ea, quæ aut neceſſitate, aut caſu, aut qualibet fiunt fragilitate. Ea vero, quæ ex induſtria, aut cujuſlibet libidinis explendæ cauſa idcirco fiunt, ut eleemoſynis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt, quia qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare liceat. Non ergo quis idcirco peccare debet, ut eleemoſynam faciat, ſed ideo eleemoſynam facere debet; quia peccavit. Mentem enim, & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio, & contritio debet reducere ad veniam. *Cabilon. ſub Carolo cap. 36. Capitul. lib. 7. cap. 62. in addit. Ivo part. 16. cap. 336. decr.*

CAPUT XXVIII.

Peccata, quæ poſt baptiſmum fiunt, non iteratione baptiſmi, ſed pœnitentiæ lamentis, & eleemoſynarum largitionibus & ceteris bonorum operum executionibus delentur. *Aquiſgr. cap. 114. in fine.*

CAPUT XXIX.

Statuimus, ut ſi quis poſt hæc Evangelica, & *12. q. 2. c. 31. Fures. c. 2. de furt. Gr. IX. c. 4. eod. ut in 1. coll.* Apoſtolica, atque prophetica verba, & definitionem pacatiſſimæ ſynodi inventus fuerit furtum, aut rapinam exercere, & in ipſo diabolico actu mortem incurrere, nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare. Et eleemoſyna pro eo data, in memoriam clericorum, nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat, &c. *Tribur. cap. 31. Alex. III. part. 34. cap. 2. poſt concil. Lateran. Burch. lib. 11. cap. 59. & 75. Ivo part. 13. cap. 45. & part. 14. cap. 123. decret.*

CAPUT XXX.

Diebus quadrageſimæ, & jejuniorum ſumma devotione jejunandum eſt, &c. atque unicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ. *Tribur. cap. 35.*

CAPUT XXXI.

Eleemoſynæ plurimum valent ad impetrandam miſericordiam a Deo. *Trosleian. c. 15. in fin.*

CAPUT XXXII.

Cum omnium ſcripturarum ſanctarum paginæ inſtrumentis bonorum operum refertæ ſint, & per ſanctarum ſcripturarum campos poſſint inveniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur, libuit nobis huic noſtro capitulari inferre ſententiam cujuſdam patris de inſtrumentis bonorum operum, in qua magna brevitate, quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis dominum Deum diligere ex toto

cor-

corde, tota anima, tota virtute, denique proximum tamquam ſeipſum &c. honorare omnes homines, & quod ſibi quis fieri non vult, aliis ne faciat &c. pauperes recreare, nudum veſtire, infirmum viſitare, mortuum ſepelire, in tribulatione ſubvenire, dolentem conſolari, &c. pacem falſam non dare, charitatem non derelinquere, &c. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 25. Clemens epiſt. 5. ante fin.*

CAPUT XXXIII.

Die dominico tantummodo Deo vacandum eſt in celebratione ſacrorum officiorum, & exhibitioni eleemoſynarum, & in Dei laudibus cum amicis, proximis, & peregrinis ſpiritualiter epulandum. *Theodulphus ad presbyteros Aurelianenſes cap. 24.*

CAPUT XXXIV.

Eſurientes ſatiandi ſunt, ſitientes potandi, nudi operiendi, infirmi, & qui in carcere ſunt, viſitandi, & hoſpites colligendi, dicente Domino:
Matt. 25. c. *Eſurivi etenim, & dediſtis mihi manducare: ſitivi, & dediſtis mihi bibere. Theodulph. ibid. cap. 32.*

CAPUT XXXV.

Pene nihil valet jejunium, quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant. *Theod. cap. 43. Burch. lib. 13. cap. 14. Ivo part. 4. cap. 47. decret.*

CAPUT XXXVI.

Admonendus eſt populus, ut ad ſacroſanctum ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat, &c. Sed vitiis ſe purget, virtutibus exornet, eleemoſynis, & orationibus inſiſtat, & ſic ad tantum ſacramentum accedat. *Theodulph. ibid. cap. 44.*

CAPUT XXXVII.

Theodorus fuit amator pauperum, largus, benignus ſuper omnes, & multum miſericors. *Ex Pontif.*

CAPUT XXXVIII.

Eugenius benignus, mitis, manſuetus, omnibus affabilis, & ſanctitate præclarior: togam clero ſolitam tribuit, & indigentibus eleemoſynam ſubminiſtravit, ut etiam die tranſitus ſui pauperibus, vel clero, ſeu familiæ presbyteria in integro erogari præciperet. *Ex Pontif.*

TITULUS VIII.

DE XENODOCHIIS, SIVE HOSPITALIBUS ET PTOCHIIS, SIVE PTOCHOTROPHIIS, ET NOSOCOMIIS, ET ORPHANOTROPHIIS, ET ALIIS PIIS LOCIS.

CAPUT I.

18 q. 2. c. 10. Quidã penus.
CLerici ptochiorum, monaſteriorum, & martyriorum ſub poteſtate Epiſcopi urbis ſint juxta ſanctorum Patrum traditionem. Si qui conantur eos ab Epiſcopo auferre, clerici canonum pœnis ſubjaceant, monachi, vel laici excommunicati ſint. *Chalc. cap. 8. Ivo part. 6. c. 358. & 359. decret.*

CAPUT II.

21. q. 2. Si quis. c. 3.
Qui mutatur ab una in aliam eccleſiam, nihil percipiat ex priore eccleſia, neque ea martyriis, ptochiis, & xenodochiis ei ſubjectis. *Chalc. c. 10. Vide Aquiſgr. 30. Cæſar. lib. 8. cap. 14.*

CAPUT III.

Per ſollicitudinem Epiſcoporum, quorum diœceſeos exiſtunt, xenodochia, ptochotrophia, noſocomia, orphanotrophia, gerontocomia, & monaſteria tam monachorum, quam ſanctimonialium, ad eaſdem utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinentur, &c. qualiter Deo vacantes inopia, vel neceſſitatibus nullatenus occupentur, ſed omni expulſa cura purius * in Dei ſervitio valeant mentibus permanere. *Eugen. II. & Leo IV. in ſynod. Rom. cap. 23.*
De rel. dom. c. 2. in 1. coll. & c. 3. eod. tit. apud Gr. IX.
** purit, f.*

CAPUT IV.

Ut ſupra c. 4.
Si locus ad hoſpitalitatis uſum, & pauperum proviſum fuerit, ſicut moris eſt, auctoritate Pontificis deſtinatus, cum ſit religioſus, non debet mundanis uſibus deputari. *Urban. III. Ariminen. Epiſc.*

CAPUT V.

Ne cui liceat res, vel facultates eccleſiæ, aut monaſteriis, vel xenodochiis pro quacumque eleemoſyna cum juſtitia delegatas retentare, alienare, atque ſubtrahere; quod ſi quis fecerit, tamquam necator pauperum, antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab eccleſiæ liminibus excludatur, quamdiu ab ipſo ea, quæ ſunt ablata, vel retenta, reddantur. *Aurel. V. cap. 13. ſynod. Belvacen. apud concil. Melden. cap. 17.*

CAPUT VI.

De xenodochio, quod Rex Childebertus, & Ultrotho Regina in Lugdunenſi urbe condiderunt, cujus inſtitutionis ordinem ſubſcripſimus, &c. quidquid præfato xenodochio, aut per ipſorum Regum oblationem, aut per quorumcumque fidelium eleemoſynam collatum, aut conferendum eſt, in quibuſcumque rebus, atque corporibus, nihil exinde ad ſe quolibet tempore Antiſtes eccleſiæ Lugdunen. revocet, aut ad jus eccleſiæ transferat, ut ſuccedentes ſibi per temporum ordinem ſacerdotes, non ſolum de facultate xenodochii ipſius, aut de conſuetudine, vel inſtitutione nihil minuant, ſed dent operam, qualiter res, & ipſius ſtabilitas detrimentum, aut deminutionem aliquam patiatur. Providentes, ut præpoſiti ſemper ſtrenui, ac Deum timentes decedentibus ſubſtituantur; & cura ægrotantium, ac numerus, vel exceptio peregrinorum, ſecundum indictam inſtitutionem, inviolabili ſemper ſtabilitate permaneat. Quod ſi quis quolibet tempore contra conſtitutionem noſtram venire tentaverit, aut aliquid de conſuetudine, vel facultate xenodochii ipſius abſtulerit, ut xenodochium, quod avertat Deus, eſſe deſinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur. *Aurel. V. c. 15. Melden. c. 40.*

CAPUT VII.

Defuncto presbytero, vel Abbate nihil ab Epiſcopo auferatur, vel Archidiacono, vel a quocumque de rebus parochiæ, vel xenodochii, vel monaſterii, &c. *Cabilon. c. 7.*

CAPUT VIII.

Oportet, ut Prælati Eccleſiæ, præcedentium patrum exempla ſectantes, aliquod præparent rece-

Digitized by Google

receptaculum, ubi pauperes colligantur, & de rebus Eccleſiæ tantum ibidem deputent, unde ſumptus neceſſarios, juxta poſſibilitatem rerum, habere valeant, exceptis decimis, quæ de eccleſiæ villis ibidem conferuntur, ſed & canonici tam de frugibus, quam etiam de omnibus eleemoſynarum oblationibus, in uſus pauperum decimas libentiſſime ad ipſum conferant hoſpitale. Et boni teſtimonii frater conſtituatur, qui hoſpites, & peregrinos adventantes, utpote Chriſtum in membris ſuis ſuſcipiat, eiſque neceſſaria libenter pro viribus adminiſtret. Qui etiam ea, quæ in uſus pauperum cedere debent, nequaquam in ſuos uſus reflectat, nec cum Juda loculos Domini furante, ſententiam damnationis excipiat. Sed & Prælatorum debet vigilare induſtria, ne eum, cui hoſpitale committitur, pauperum res pauperibus deputatas, in aliquo minutare; aut his quaſi beneficiario munere conceſſis ſinant, uti, quod a Prælatis quibuſdam curam pauperum parvipendentibus fieri comperimus, &c. Quod ſi is, cui hoſpitale commiſſum eſt, curam pauperum neglexerit, eorumque res in ſuos uſus retorſerit, quamquam divina ultione dignus ſit ſeverius, tamen quam cæteri delinquentes, a Præpoſitis judicandus, & a miniſterio removendus eſt. Quippe qui & pretia peccatorum, & alimenta pauperum, & theſaurum cælo recondendum ſuis aptavit uſibus. *Aquiſgr. c.* 141.

Joann. 12. & 13.

CAPUT IX.

Admonenda eſt regia magnitudo de hoſpitalibus, quæ tempore prædeceſſorum ſuorum, & ordinata, & exculta fuerunt, & modo ad nihilum ſunt redacta, ſed & hoſpitalia Scotorum, quæ ſancti homines gentis illius in hoc regno conſtruxerunt, & rebus pro ſanctitate ſua acquiſitis ampliaverunt, ab eodem hoſpitalitatis officio funditus ſunt alienata: & non ſolum ſupervenientes in eadem hoſpitalia non recipiuntur, verum etiam ipſi, qui ab infantia in eiſdem locis ſub religione Domino militaverunt, & exinde eiiciuntur, & oſtiatim mendicare coguntur. Unde pertimeſcenda eſt canonica ſententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio, quia ut necator pauperum, & Chriſti traditor Judas, idem, qui hujus ſceleris auctor, & perpetrator eſſe dignoſcitur, præſenti, & perpetuo eſt anathemate feriendus: „ Qui villam (inquit Symmachus „ Papa) vel quidquid fuerit Eccleſiæ, petunt a „ Regibus, & corrumpendæ pietatis inſtinctu, „ egentium ſubſtantiam rapiunt ": irrita habeantur, quæ obtinent, & a communione eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. Item in canone Aurelianenſi. Si quis quolibet tempore, &c. *Meldenſ. c.* 40. *Aurel. V. c.* 15.

CAPUT X.

Ut hoſpitalia peregrinorum videlicet, & aliorum pro remedio animarum receptacula, &c. ab omni uſu, & libitu humanæ temeritatis abſoluta, in eos uſus, quibus ſunt conſtituta, pietatem prædeceſſorum veſtrorum ſequentes, ſub patrocinio veſtro dignum eſt veſtro tempore, & veſtra ſollicitudine reſtaurentur. Qui enim agapem pauperum, & ſuſtentationem peregrinorum, & eleemoſynam defunctorum defraudant, apud ſanctos patres eorum necatores vocantur. *Tullen. part. 2. cap.* 14.

CAPUT XI.

Periſteria pro ſuæ animæ ſalute teſtamentum condens, juſſit multam quantitatem pecuniarum præſtari monaſteriis, nec non etiam Xenodochiis, & Parochiis, & aliis pauperibus Ægyptiacæ provinciæ. *Chalc. act.* 3. *in libello Iſchirionis diaconi.*

CAPUT XII.

Ego a juvenili ætate mea vixi cum pauperibus, & ptochium feci, & in eo poſui LXX. lectos, & omnes languentes, & ulceratos hoſpitio ſuſcipiebam, &c. *Baſſianus Epiſcopus poſt litteras ad Valentiniano, apud Chalced. ſyn. act. XI.*

CAPUT XIII.

Symmachus ad B. Petrum, & B. Paulum Apoſtolos, & ad ſanctum Laurentium pauperibus habitacula conſtruxit, &c. Hic omni anno per Africam, & Sardiniam Epiſcopis, qui in exilio erant retruſi, pecunias & veſtes miniſtrabat. *Ex Pontific.*

CAPUT XIV.

Tempore Vigilii Beliſarius Patricius multa dona, & eleemoſynas pauperibus largitus eſt, fecitque xenodochium in via Lata, & in via Flaminia juxta civitatem Oſtiam monaſterium ſancti Juvenalis, ubi poſſeſſiones, & dona multa largitus eſt. *Ex Pontific.*

CAPUT XV.

Pelagius (*ſecundus*) domum ſuam xenodochium fecit pauperum ſenum. *Ex Pontific.*

TITULUS IX.

CONSTITUANTUR LITTERARUM GYMNASIA.

CAPUT I.

QUoniam eccleſia Dei & in iis, quæ ſpectant ad ſubſidium corporis, & in iis, quæ ad profectum veniunt animarum, indigentibus, ſicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non poſſunt, legendi, & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per unamquamque eccleſiam cathedralem magiſtro, qui clericos ejuſdem eccleſiæ, & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium aſſignetur, quo docentis neceſſitas ſublevetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque reſtituatur eccleſiis, ſive monaſteriis, ſi retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus omnino pretium exigat, &c. *Alex. III. in conc. Later. c.* 18.

De magiſtr. c. 4. Gr. IX. & in 1. coll.

CAPUT II.

Quia nonnullis propter inopiam, & legendi ſtudium, & opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranenſi concilio pia fuit inſtitutione proviſum; ut per unamquamque cathedralem eccleſiam magiſtro, qui clericos ejuſdem eccleſiæ, aliſque ſcholares pauperes gratis inſtrueret, aliquod competens beneficium præberetur, &c. Verum quoniam in multis eccleſiis id minime obſervatur, nos prædictum roborantes ſtatutum adiicimus; ut non ſolum in qualibet cathedrali eccle-

De magiſtr. c. 4. Gr. IX. & c. 1. in 4. coll.

eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus a Prælato cum capitulo, ſeu majori, ac ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum, & aliarum gratis in grammaticæ facultate, ac aliis inſtruat juxta poſſe. Sane Metropolitana eccleſia theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes, & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur, &c. Quod ſi forte de duobus Metropolitana eccleſia gravetur, theologo juxta modum prædictum ipſa provideat; grammatico vero in alia eccleſia ſuæ civitatis, ſive diœceſis, quod ſufficere valeat, faciat providere. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c.* 11.

CAPUT III.

Diſt. 37. c. 12. De quibuſdam. Univerſis Epiſcopis, ſubjectiſque plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia habeatur, ut magiſtri, & doctores conſtituantur, qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium, ac ſancta habentes dogmata aſſidue doceant, quia in his maxime Divina manifeſtantur, atque declarantur mandata. Et ſi liberalium artium præceptores in plebibus, ut aſſolet, raro inveniuntur, tamen Divinæ ſcripturæ magiſtri, & inſtitutores eccleſiaſtici officii nullatenus deſint, qui & annualiter proprio Epiſcopo de ejuſdem actionis opere ſollicite inquiſitus debeat reſpondere, &c. *Eugen. II. & Leo IV. in ſyn. Rom. c.* 34. *V. Greg. VII. ſyn. Roman. incerti anni de eadem re. Ivo part.* 4. *c.* 214. *decr. Anſelm. lib.* 7. *c.* 2.

CAPUT IV.

Scholas (*Epiſcopi*) conſtituant, in quibus & litteraria ſolertia diſciplinæ, & ſacræ ſcripturæ documenta diſcantur, & tales ibi erudiantur, quibus, merito dicatur a Domino: *Vos eſtis ſal terræ*, & qui condimentum plebibus eſſe valeant, & quorum doctrina non ſolum diverſis hæredibus verum etiam Antichriſti monitis, & ipſi Antichriſto reſiſtatur, &c. *Cabilon. ſub Carolo c.* 3. Matt. 5. b.

CAPUT V.

Omnibus nobis viſum eſt, ut ab hinc poſtpoſita totius torporis negligentia, ab omnibus diligentior in educandis, & erudiendis militibus Chriſti, vigilantior adhibeatur diligentia, & quando ad provinciale Epiſcoporum concilium ventum fuerit, unuſquiſque rectorum, ſicut jam in præcedentibus memoratum eſt, ſcholaſticos ſuos eidem concilio adeſſe faciat, ut ſuum ſolers ſtudium circa divinum cultum omnibus manifeſtum fiat. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 30.

CAPUT VI.

Nos Chriſti miniſtri non tantum in cupiditatibus mundanis, & curis, & ſollicitudinibus ſed potius in divinis officiis implicaremus, & in ſcholis habendis, & educandis militibus ſanctæ Dei eccleſiæ operam daremus, &c. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 3. *c.* 1.

CAPUT VII.

Obnixe, ac ſuppliciter veſtræ celſitudini ſuggerimus, ut morem paternum ſequentes, ſaltem in tribus congruentiſſimis imperii veſtri locis, ſcholæ publicæ ex veſtra auctoritate fiant, ut labor patris veſtri, & veſter, per incuriam, quod abſit, labefactando non depereat. Quoniam ex hoc facto, & magna utilitas, & honor ſanctæ Dei eccleſiæ, & vobis magnum mercedis emolumentum, & memoria ſempiterna accreſcet. *Pariſien. ſub Ludov. & Loth. lib.* 3. *c.* 12.

CAPUT VIII.

Ut de ſcholis tam divinæ, quam humanæ litteraturæ, nec non & eccleſiaſticæ cantilenæ, juxta exemplum prædeceſſorum noſtrorum aliquid inter nos tractetur, & ſi poteſt fieri ſtatuatur, atque ordinetur. Quia ex hujus ſtudii longa intermiſſione pleraque eccleſiaſtica Dei loca & ignorantia fidei, & totius ſcientiæ inopia invaſit. *Valent. ſub Lothar. c.* 18.

CAPUT IX.

Deprecandi ſunt pii Principes noſtri, & omnes fratres, & coepiſcopi noſtri inſtantiſſime commonendi, ut ubicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id eſt, fideliter, & veraciter intelligentes donare dignetur, conſtituantur undique ſcholæ publicæ, ut utriuſque eruditionis & divinæ videlicet, & humanæ in Eccleſia Dei fructus valeat accreſcere. Quia quod nimis dolendum eſt, & pernicioſum maximæ divinæ ſcripturæ verax, & fidelis intelligentia jam ita dilabitur, ut vix ejus extrema veſtigia reperiantur. Et idcirco ingenti cura & ſummo ſtudio remedium procurandum eſt. *Tullen. part.* 2. *c.* 10.

CAPUT X.

Si quis ex presbyteris voluerit nepotem ſuum aut aliquem conſanguineum ad ſcholas mittere, in eccleſiis ſanctorum, aut in cœnobiis, quæ nobis ad regendum conceſſa ſunt, ei licentiam id faciendi concedimus. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c.* 19.

CAPUT XI.

Presbyteri per villas, & vicos ſcholas habeant, & ſi quiſlibet fidelium ſuos parvulos ad diſcendas litteras eis commendare vult, eos ſuſcipere, & docere non renuant, ſed cum ſumma charitate eos doceant, attendentes illud, quod ſcriptum eſt: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt, quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Cum ergo eos docent, nihil ab eis pretii exigant, nec aliquid ab eis accipiant, ex certo quod eis parentes charitatis ſtudio ſua voluntate obtulerint. *Theodulph. ad presb. Aurelian. cap.* 20. Dan. 12. a.

TITULUS X.

DE QUARTA PAUPERUM.

Vide libro tertiodecimo titulo viceſimo primo, quibus adde hæc:

CAPUT I.

Quatuor tam de reddituum, quam de oblatione fidelium, &c. convenit fieri portiones. Quarum ſit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda, &c. Ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quamvis divitis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur, tam juxta quod ſcriptum eſt: *Ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*; oportet 12. q. 2. c. 27. Matt. 5. b.

tet etiam præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. *Gelaſ. ep. 1. c. 29. Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 15. Vide Tribur. c. 13. Burch. lib. 3. c. 137. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 7. panorm. & part. 3. c. 203. decret. Anſ. lib. 5. c. 68. Cæſ. lib. 7. c. 100.*

CAPUT II.

12. q. 1. c. 30. Mos ſedis Apoſtolicæ eſt, ordinatis Epiſcopis præceptum tradere, ut ex omni ſtipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Epiſcopo, & familiæ propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta eccleſiis reparandis, &c. Communi autem vita viventibus jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia, nobis quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt, in cauſſis piis, ac religioſis erogandum eſt, Domino dicente: *Quod ſupereſt, dare eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Gregor. ad Auguſt. interr. 1. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 8. pan. Anſ. lib. 5. c. 64. & lib. 7. c. 3. Cæſarauguſtan. lib. 7. c. 106. Tarrac. lib. 1. c. 180. & 261.*

12. q. 1. c. Quia. 8.

Luc. 11.

TITULUS XI.

EPISCOPI, ET PRESBYTERI, ET ALII CLERICI PAUPERES ALANT.

Vide libro quarto titulo trigeſimo primo, & libro ſexto titulo quartodecimo, quibus adde:

CAPUT I.

MEnſulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Chriſtus conviva noverit. *Hieron. ad Nepotian. apud Aquiſgran. cap. 94. poſt princip.*

TITULUS XII.

ECCLESIA PAUPERES ALAT.

CAPUT I.

VIduæ adoleſcentes, quæ corpore debiles ſunt, ſumptu eccleſiæ cujus viduę ſunt, ſuſtententur. *Carth. IV. c. 101. Ivo part. 8. cap. 326. decret.*

CAPUT II.

Diſt. 21. c. ult. Viduæ, quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, ut & meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adjuvent. *Carthag. IV. c. 103. Ivo part. 8. c. 327. decr.*

CAPUT III.

** oblationibus, ſ.* De obligationibus * vel agris, quos dominus noſter Rex eccleſiæ ſuo munere conferre dignatus eſt, &c. id eſſe juſtiſſimum definimus, ut in reparationibus eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum & pauperum refectione, vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, &c. *Aurelian. cap. 5. alias 7.*

CAPUT IV.

Præbendum eſt a ſacerdotibus vitæ ſolatium indigentibus, &c. Si clericis, vel peregrinis aut quamlibet neceſſitatem ſuſtinentibus pro ſolo religionis intuitu in uſum res eccleſiaſticæ largiuntur, quanto magis conſulendum eſt quibus retributio juſta debetur? *Tolet. IV. c. 37.*

CAPUT V.

Decimæ, quæ ſingulis dabuntur eccleſiis, per conſulta Epiſcoporum a presbyteris ad uſum eccleſiæ, & pauperum ſumma diligentia diſpenſentur. *Turon. ſub Carolo c. 16.*

CAPUT VI.

Eccleſia ſancta non ſolum fideles ſpoliare non debet, quin potius inopibus opem ferre, ut debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri neceſſitatem patientes, a ſancta eccleſia, ut puta a pia matre, & omnium gubernatrice ſubſidium accipiant, quia res eccleſiæ, quibus Epiſcopi non ut propriis, ſed ut commendaticiis uti debent, pretia ſunt peccatorum, patrimonia pauperum, ſtipendia fratrum in communi viventium. *Cabilon. ſub Carolo c. 6.*

CAPUT VII.

Ipſi quoque pauperes, ſi ſe poſſint ſuis artificiis aut laboribus expedire, non præſumant, quod debet debilis, & infirmus accipere, ne forte eccleſia, quæ poteſt omni ſolatio deſtitutis neceſſaria miniſtrare, ſi omnes etiam (*nihil*) indigentes accipiant, gravata illis, quibus debet ſubvenire, non valeat. *Proſper. lib. 2. de vita contemplativa c. 10. apud Aquiſgr. c. 107.*

CAPUT VIII.

Res eccleſiæ, ſicut a ſanctis Patribus traditur, &c. vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, & patrocinia pauperum. Fideles namque, &c. ſanctam locupletem fecerunt eccleſiam, ut his & milites Chriſti exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur, &c. Ergo res eccleſiæ pauperibus, & militibus Chriſti ſtipendiariæ debent intelligi. Unde totis niſibus Prælatis ſatagendum eſt, ut ſanctorum Patrum dictis, & exemplis obſequentes, de rebus commiſſis & ſubditos gubernent, & pauperes foveant, cunctiſque utilitatibus, ac neceſſitatibus eccleſiæ fideliter adminiſtrando conſulant, &c. *Aquiſgr. c. 116.*

CAPUT IX.

Ea, quæ a domino Imperatore, conſenſu Epiſcoporum, ob honorem, & amorem Dei eccleſiis conceſſa ſunt, non in avaritiam presbyterorum, aut in rapacitatem Epiſcopaliũ miniſtrorum cedant, ſed in utilitatem eccleſiæ, & in uſus clericorum, & pauperum deveniant. *Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. 3. c. 6.*

CAPUT X.

Inſtruendi ſunt presbyteri, pariterque admonendi, quatenus noverint decimas, & oblationes, quas a fidelibus accipiunt pauperum & hoſpitum & peregrinorum eſſe ſtipendia; & non quaſi ſuis, ſed quaſi commendatis uti, de quibus omnibus ſciant ſe rationem poſituros in conſpectu Dei, & niſi eas fideliter pauperibus, & his, qui præmiſſi ſunt, adminiſtraverint, damna paſſuros, &c. *Nanneten. cap. 10.*

TITULUS XIII.

EPISCOPI, ET ALII CLERICI DEFENDANT PAUPERES.

CAPUT I.

EPiſcopus, clericus, monachus, non aliena prædia conducat, neque tractet adminiſtrationem rerum ſæcularium, niſi ex legibus ad tutelam impuberum inexcuſabilem vocetur, aut ſi Epiſcopus urbis ei commiſerit curam rerum eccle- *Diſtinct. 86. Pervenit. c. ult. 21. q. 3. c. 1.*

cleſiaſticarum, aut pupillorum, val viduarum; vel earum perſonarum, quæ eccleſiaſtico jure indigent. Contravenīens eccleſiaſticis pœnis ſubjaceat. *Chalced. c. 3. Vern. c. 6. Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib. 1. c. 28. Vid. Ap. c. 6. G. Burch. lib. 2. c. 145. Ivo part. 6. c. 218. decr. Anſ. lib. 6. cap. 181. in Rom.*

CAPUT II.

23.q.3.c.10. Petantur ab Imperatoribus defenſores eligendi ab epiſcopis, ne pauperes a divitibus vexentur, ob quos eccleſiam moleſtant. *Carth. cap. 76. G. Carth. V. cap. 9. L. Afric. c. 42. L. Capitul. lib. 5. cap. 35.*

CAPUT III.

Eccleſiarum omnium curam habetote, ſervitque earum adjutorium præbete, viduarum religioſam curam gerite, pupillos enixius juvate, pauperibus miſericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. *Clemens epiſt. 3. poſt princ.*

CAPUT IV.

Judices, ac potentes, qui pauperes opprimunt, ſi admoniti a Pontifice ſuo ſe non emendaverint, excommunicentur. *Turon. II. cap. 27. Troſl. c. 7.*

CAPUT V.

Decernimus, ut judices non prius viduas, & pupillos conveniant, niſi Epiſcopo nuntiarint, cujus ſub velamine degunt. Quod ſi Epiſcopus præſens non fuerit, Archidiaconus, & presbyter pariter ſedentes, communi deliberatione cauſſis eorum terminos figant, ita juſte, ac recte, vel deinceps de talibus antedictæ perſonæ non conquaſſentur. Quod ſi is, qui judex eſt, aut impetitor eis aut injuriam aliquam ingeſſerit, aut definitionem tanti concilii tranſgreſſus fuerit, a communione ſuſpendatur. *Matiſc. II. cap. 12.*

CAPUT VI.

Epiſcopi in protegendis populis ac defendendis impoſitam a Deo ſibi curam non ambigant. Ideoque dum conſpiciunt judices, ac potentes pauperum oppreſſores exiſtere, & prius eos ſacerdotali admonitione redarguant, & ſi contempſerint emendari, eorum inſolentiam Regis auribus intiment, ut quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad juſtitiam, Regalis poteſtas ab improbitate coerceat. Si quis autem Epiſcoporum id negleſerit, concilio erit reus. *Tolet. IV. cap. 31. Arelat. ſub Carolo cap. 17. Burch. lib. 15. cap. 5. Ivo p. 16. decr. cap. 2.*

CAPUT VII.

Libat domino proſpera, qui ab afflictis pellit
Job. 29. c. adverſa. Unde Job, *Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum;* &
Job. 30. d. paulo poſt: *Flebam quoddam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Tolet. VIII. c. 2. poſt med.*

CAPUT VIII.

Unuſquiſque Epiſcopus ſemel in anno circumeat parochiam ſuam, noverit ſibi curam populorum, & pauperum in protegendis, ac defendendis impoſitam, &c. *Arelat. ſub Carolo c. 57.*

CAPUT IX.

Epiſcopi maximam curam, & ſollicitudinem circa pauperes habeant, &c. *Turon. ſub Carolo cap. 10.*

CAPUT X.

Epiſcopos ad forum, neque ubi publice negoſia judiciaria exercentur, non pergat ſuæ cauſſæ ſuffragaturus, niſi forte ut aut pauperibus oppreſſis ſuccurrat, aut viduis, & orphanis tuitionem conferat, &c. *Cabilon. ſub Carolo c. 21.*

CAPUT XI.

De orphanis, & pauperibus, qui debite, vel indebite dicuntur amiſiſſe hæreditatem paternæ, vel materni juris ad ſe legibus pertinentem, ſi alicubi inventi fuerint, quos patres, vel matres propter traditiones illorum exhæredes fecerunt, aliorum ſcilicet ſuaſionibus, aut petitionibus, vel aliquo ingenio, omnino volumus, atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad noſtram pertinet poteſtatem juxta voluntatem Dei, & veſtram ſanctam admonitionem, & conſiderationem. *Magunt. c. 6.*

CAPUT XII.

Laici in eorum miniſterio obediant Epiſcopis ad regendas eccleſias Dei, viduas, & orphanos defenſandos, &c. *Magunt. c. 8. Burch. lib. 5. c. 4. Ivo part. 16. c. 5. decr.*

CAPUT XIII.

Miniſtri altaris, vel monachi non debeant in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum aut viduarum, &c. *Magunt. c. 14. Magunt. ſub Raban. c. 13. Capit. lib. 7. cap. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decr.* c. 1. ne cleric. vel monach. Greg. IX. & in 1. ſolt.

CAPUT XIV.

Volumus, ut laici in eorum miniſterio obediant Epiſcopis ad regendas eccleſias, viduas, & orphanos defendendos, & ut obedientes ſint eis ad eorum Chriſtianitatem ſervandam. *Magunt. ſub Rabano cap. 7.*

CAPUT XV.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliaverit, & mandaverit ad ipſum Epiſcopus, ut eum audiat, & eos contempſerit invicem, mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos, quoſcumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiat, & reddas aliena. *Piſten. cap. 4. poſt principium.*

TITULUS XIV.

CIVES ALANT PAUPERES, ET PRÆTER CETEROS REX.

CAPUT I.

UNaquæque civitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires, ut tam vicini presbyteri, quam cives omnes ſuum pauperem paſcant, quo fiet, ut ipſi pauperes per civitates alienas non fatigentur. *Turon. II. cap. 5.*

CAPUT II.

Uniuſquiſque tempore famis, aut cujuslibet neceſſitatis ad ſe pertinentes pro viribus ſuis gubernare ſtudeat, quia ſcriptum eſt: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur;* & iterum: *Date, & dabitur vobis, dimittite, & dimittetur vobis. Arelat. ſub Carolo cap. 14.* Mat. 5. a. Luc. 6. f.

CAPUT III.

Omnibus communiter intimetur, ut unuſquique omni tempore ſuam familiã,& ad ſe pertinentes inopes alere, ac vegetare ſtudeat, quoniam impium eſt, & Deo odibile, eos, qui divitiis affluunt, nimiiſque opibus abundant, non adjuvare miſeros, & indigentes. *Turon. ſub Carolo cap.* 36.

CAPUT IV.

Juſtitia Regis eſt, neminem injuſte per potentiam opprimere, &c. advenis, & pupillis, & viduis defenſorem eſſe, &c. eccleſias defendere, pauperes eleemoſynis alere. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib.* 2. *c.* 1. *ante med.*

TITULUS XV.

NEMO PAUPERES OPPRIMAT.

CAPUT I.

UBicumque presbyter, vel monachus, vel peregrinus, vel res eorum captæ fuerint, ſtatim excommunicetur receptum, unde factum, vel ad quod ductum fuerit. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. c.* 15.

CAPUT II.

Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria viſitantes capere, ſeu rebus, quas ferunt, ſpoliare tentaverit, donec ſatisfecerit, communione careat chriſtiana. *Calliſt. II. in conc. Rom. cap.* 16.

CAPUT III.

Diſt. 90. *c.* 1. *&* 8. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona a ſacerdotibus refutanda. *Carth. IV. c.* 94. *Vide Troſl.* 12. *Burch. lib.* 5. *c.* 39. *Ivo part.* 2. *cap.* 48. *decr.*

CAPUT IV.

24. *q.* 3. *c.* 21. Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem aut religioſum exſpoliaverit, & mandaverit eum ad ſe venire Epiſcopus, ut audiatur, & is contempſerit, invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos, & quoſcumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet. I. c.* 11. *Colom. ſub Carolo III. cap.* 3. *Anſelm. lib.* 7. *cap.* 164.

CAPUT V.

Judices, aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi commoniti a Pontifice ſuo ſe non emendaverint, excommunicentur. *Turon. II. c.* 27. *Troſl. c.* 7.

CAPUT VI.

Ex interpellatione quorundam cognovimus, quod hi, qui lateri Regis adhærent, vel aliqui, qui potentia ſæculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut convictionibus prærogatis miſeros non ſolum de agris, ſed etiam de domibus propriis exulare (*cogunt*). Idcirco decernimus, ut deinceps nullus miſerorum rebus ſuis per vim, aut aſſentationem quamlibet defraudetur. Illi autem, qui contra diſpoſitum non ſolum noſtrum, ſed etiam antiquorum patrum, & Regum venire tentaverit, procelloſi anathematis ultione plectantur. *Matiſc. II. c.* 4.

CAPUT VII.

De peregrinis ſimiliter conſtituimus, qui propter Deum ad Romam, vel alicubi vadunt, ut ipſius * per nullam occaſionem ad pontes, vel ad excluſas, aut navigio non detineatis, &c. Nullum * peregrinum calumniam faciatis, nec nullum telonium eis tollatis, &c. *Syn. ſub Pipino cap.* 4.

* *ipſos, f.* * *nulli peregrino, f.*

CAPUT VIII.

De peregrinis, qui propter Deũ vadunt, ut de eis telonium non tollant, & de illis aliis teloniis, quod dominus Rex antea perdonavit, ſic fiat, ut ubi legitime non debent eſſe donati, non ſint. *Vern. cap.* 22.

CAPUT IX.

Comites, vel judices ad eorum placita primo viduarum, orphanorum, vel eccleſiarum cauſſas audiant, & definiant in eleemoſyna domini Regis, & poſtea alias cauſſas cum juſtitia rationabiliter judicent. *Vern. c.* 23.

CAPUT X.

Unuſquiſque Epiſcopus ſemel in anno circumeat parochiam ſuam, noverit ſibi curam populorum, & pauperum in protegendis, ac defendendis impoſitam. Ideoque dum conſpiciunt judices ac potentes pauperum oppreſſores exiſtere, prius eos ſacerdotali admonitione redarguant, & ſi contempſerint emendare errorem, inſolentia Regis auribus intimetur, ut quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad juſtitiam, regalis poteſtas ab improbitate coerceat. *Arelat. ſub Carolo c.* 7.

CAPUT XI.

Nec comites, vel vicarii ſeu judices, vel centenarii ſub mala occaſione, vel ingenio res pauperum emant, vel per vim tollant, aut quolibet argumento ſurripiant, ſed ſi qui aliquid poſſeſſionum emendum, aut vendendum ſit, id in publico coram Comite, & judicibus, & nobilibus civitatis facere debebit. *Arelat. ſub Carolo c.* 23.

CAPUT XII.

Propter diverſas occaſiones res pauperum multis in locis valde attenuatæ ſunt, eorum ſcilicet dicimus, qui liberi eſſe noſcuntur, & ſub poteſtate potiorum ſunt conſtituti, quorum ſi negotia, & cauſſas Princeps inveſtigari juſſerit, reperientur quamplurimi diverſis occaſionibus ad ultimã paupertatem jam redigi. *Turon. ſub Carolo c.* 44.

CAPUT XIII.

Propter proviſiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec Epiſcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nulluſque omnino ſub mala occaſione, vel malo ingenio res pauperum, vel minus potentium nec emere, nec vi tollere audeat. Sed ſi quis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis teſtibus, & cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per juſſionem veſtram. *Magunt. c.* 7.

CAPUT XIV.

Comperimus, quod in quibuſdam occidentalibus provinciis, ſuadente avaritia, Epiſcopi, & Comites, & ceteri Prælati pauperibus ſibi ſubjectis, ſoleant edictum imponere, ut nullus eorum tempore meſſis modium frumenti, nec tempore vindemiæ modium vini majori pretio, niſi quod ab eis conſtituitur, vendere præſumat. Quod ſi quiſpiam illorum facere præſumpſerit, & paupertati ſuæ magnam jacturam patitur, inſuper etiam acribus verberibus flagellatur. Unde fit, ut cum

aliis

aliis modius frumenti duodecim denariis, & modius vini viginti denariis venumdari poſſit: hujuſcemodi ſeniores modium frumenti ad quatuor, & modium vini ad ſex ſibi extorqueant denarios. Quæ res, quia impietatis, injuſtitiæque plena eſt, neceſſe eſt, ut piiſſimi Principis auctoritate inhibeatur. Quoniam verendum eſt, ne, dum his ſimilibus gravaminibus pauperes atteruntur, ira interni judicis non ſolum facientibus, ſed etiam conſentientibus, & corrigere nolentibus accumuletur, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 52.*

CAPUT XV.

Quidam clericorum, & laicorum obliti præceptionis dominicæ, qua dicitur: *Pecuniam tuam non dabis ad uſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges: Ego dominus Deus veſter;* in tantum turpiſſimi lucri rabiem exarſerunt, ut multiplicibus, atque innumeris uſurarum generibus ſua adinventione, & cupiditate repertis, adeo pauperes Chriſti affligant, ut exceptis aliis oppreſſionibus, quibus ad injuriam Dei atrociter cruciantur, hoc ſpeciali malo multi eorum, fame, & egeſtate confecti pereant, multi etiam hac oppreſſione compulſi propriis derelictis, alienas incolatus gratia terras expetant, &c. Sunt etiam alii crudeliſſimi fœneratores, qui tempore neceſſitatis nihil commodare pauperibus volunt, niſi meſellas ſuas, & vineolas, & prateola ea ratione in pignus dederint, or quidquid frugum in hiſce colligi poterat, pro parvo, quod mutuum acceperint, ex aſſe amittant. Quæ res non minimam pauperibus generat afflictionem & penuriam, &c. Joannes Apoſtolus conviva cœnæ dominicæ ſtrenuus, ac fideliſſimus: *Qui habuerit*, inquit, *facultates mundi, & viderit fratrem ſuum eſurientem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo?* Auguſtinus: „ Ecce (inquit) unde incipit charitas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, „ jam idoneus eſto dare de tuis facultatibus fratri. Jam percutiat viſcera tua charitas, ut non „ delectantia facias, ſed de intimo adipe miſericordiæ, ut conſideres illum in egeſtate poſitum. Si enim ſuperflua non potes dare fratri „ tuo, animam tuam potes ponere pro fratre? „ &c. “ Miſerabilis plane, & valde deflenda res eſt, quando quis pro facultatibus mundi, quarum momentaneus poſſeſſor exiſtit, quia eas fratribus indigentibus charitate dictante non impertit, & gloriam Chriſtiani nominis ſibi admit, & Deum, qui charitas eſt, amittit. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 53.*

Levit. c. 25.

1. Joann. 3.

1. Joann. 4.

CAPUT XVI.

Regale miniſterium ſpecialiter eſt, populum Dei gubernare, &c. ipſe (*Rex*) debet primo defenſor eſſe eccleſiarum, & ſervorum Dei, viduarum, orphanorum, ceterorumque pauperum, nec non & omnium indigentium, &c. Unde oportet, ut ipſe, qui judex eſt judicum, cauſſam pauperum ad ſe ingredi faciat, & diligenter inquirat, ne forte illi, qui ab eo conſtituti ſunt, & vicem ejus agere debent in populo, injuſte, aut negligenter pauperes oppreſſiones pati permittant. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. cap. 2. Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 4. c. 3. Magunt. ſub Arnulph. cap. 3.*

CAPUT XVII.

Quod Rex cauſſam pauperum ad ſe ingredi facere, & diligenter debeat inquirere, dat intelligi illud, quod legimus antiquitus: judices idcirco in porta ad judicandum ſediſſe, ut nullus accedendi difficultatem, aut quiſpiam civium vim, aut calumniam neceſſe haberet ſuſtinere, &c. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 2. cap. 3.*

CAPUT XVIII.

Monemus Regiam pietatem de oppreſſione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam opprimantur, vel cogantur, ut res ſuas vendant, ſive tradant, ne forte parentes eorum contra juſtitiam fiant exhæredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi propter indigentiam mendici, vel latrones, ſeu malefactores efficiantur, &c. *Magunt. ſub Rabano cap. 17.*

CAPUT XIX.

Placuit nobis, ut nec Epiſcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nulluſque omnino ſub mala occaſione, vel malo ingenio, res pauperum, vel minus potentium emere, aut tollere audeat. Sed quiſquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito, coram idoneis teſtibus, & cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendari per regiam convenit juſſionem. *Magunt. ſub Raban. cap. 18.*

CAPUT XX.

Quidam facultates eccleſiæ in diverſa collaboratione, & redditibus eas exſpoliant, ſed & pauperes, atque vicinos, & circummanentes immiſericorditer exſpoliant, devaſtant, & opprimunt, &c. ex criminali, & publico peccato publica pœnitentia ſatisfaciunt, &c. *Melden. c. 61. Burch. lib. 11. cap. 16. Ivo part. 14. cap. 86. decret.*

CAPUT XXI.

Viduæ, & pauperes, & peregrinantes hoſpites omni quiete fruantur. *Theoph. Epiſc. Alexandr. in commonit. cap. 10.*

TITULUS XVI.

NEMO RES PAUPERIBUS RELICTAS SURRIPERE AUDEAT.

CAPUT I.

NE aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui a religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit. *Symmac. in ſynod. Rom. III. cap. 8. Ivo part. 3. c. 182. decr.* 12. q. 2. c. 21. Indigne. in fin.

CAPUT II.

Et ſi illis, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, æterni judicis voce in futuro condemnabuntur, quanto magis hi, qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt? Quapropter Epiſcopi, qui nihil ex proprio ſuo eccleſiæ Chriſti compenſaverunt, hanc divinam ſententiam metuant, &c. *Tolet. IV. cap. 66. Burch. lib. 3. cap. 189. Ivo part. 3. cap. 249. decret.* 12. q. 2. c. 39. c. 4. de rebus eccl. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 1. coll.

CAPUT III.

Qui agapem pauperum, & ſuſtentationem peregri-

regrinorum, & eleemoſynam defunctorum defraudat, apud ſanctos patres eorum necatores vocantur. *Tullen. part. ult. cap.* 14.

TITULUS XVII.

RES ECCLESIÆ IN USUS PAUPERUM ALIENARI POSSUNT.

CAPUT I.

PRæter in clericos, & captivos, & peregrinos alienare non licet res urbanarum eccleſiarum. *Symmac. in ſynd. Rom. II. cap.* 4.

CAPUT II.

16.q.1.Poſſeſſiones.61. Peregrinis ſi neceſſitas largiri ſuaſerit, ad tempus alienari poſſeſſiones eccleſiæ poſſunt. *Symm. epiſt.* 1. *cap.* 1. *Anſelm. lib.* 5. *cap.* 47. *Caſar. lib.* 7. *cap.* 67. *Tarrac. lib.* 6. *cap.* 47.

CAPUT III.

Nulli Epiſcoporum liceat res alienare eccleſiæ, &c. Peregrinorum, vel clericorum, & egenorum neceſſitati, ſalvo jure eccleſiæ, præſtare permittuntur pro tempore, quæ potuerint. *Tolet. III. cap.* 3. *Ivo lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 1. *panorm. & part.* 3. *cap.* 167. *decret.*

CAPUT IV.

Si clericis, ſeu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet neceſſitatem ſuſtinentibus, pro ſolo religionis intuitu, in uſum res eccleſiaſticæ largiuntur, quanto magis conſulendum eſt, quibus retributio juſta debetur? *Tolet. IV. cap.* 37.

TITULUS XVIII.

DE REDEMPTIONE CAPTIVORUM.

CAPUT I.

12.q.2.c.13. APoſtolicos, & paternos canones renovans hæc ſancta, & univerſalis ſynodus definivit, neminem prorſus Epiſcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, & vaſa ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum, &c. ac per hoc eccleſiaſticos redditus lædere, quos ad propriam utilitatem, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe decernimus. *Syn. VIII. gen. ſub Hadr. II. cap.* 15. *Anſelm. lib.* 6. *cap.* 169. *Cæſar. lib.* 7. *cap.* 74.

CAPUT II.

12.q.2.c.14. Et ſacrorum canonum, & legalia ſtatuta permittunt miniſteria eccleſiæ pro captivorum eſſe
12.q.2.c.10. redemptione vendenda, &c. Sicut omnino grave eſt fruſtra eccleſiaſtica miniſteria venundare, ſic iterum culpa eſt, imminente hujuſmodi neceſſitate, res maxime deſolatæ eccleſiæ captivis ſuis præponere, & in eorum redemptione ceſſare. *Greg. lib.* 6. *epiſt.* 35. *vel c.* 199 *ad Domnum Epiſcopum Meſſanen. Anſelm. lib.* 5. *cap.* 48. *Ivo part.* 3. *cap.* 176.

CAPUT III.

12.q.2.c.15. Sacrorum. Et ſacrorum canonum ſtatuta, & legalis permittit auctoritas licite res eccleſiaſticas in redemptionem captivorum impendi. Et ideo quia edocti a vobis ſumus ante annos fere XVIII. virum reverendiſſimum quemdam Fabium Epiſcopum eccleſiæ Firmanæ pro redemptione veſtra, ac patris veſtri Paſſivi fratris, & coepiſcopi noſtri, tunc vero clerici, nec non matris veſtræ libras XL. argenti de eadem eccleſia hoſtibus impendiſſe, atque ex hoc quamdam formidinem vos habere, ne hoc quod datum eſt, a vobis quolibet tempore repetatur, hujus præcepti auctoritate ſuſpicionem veſtram prævidimus auferendam, conſtituentes nullam vos exinde, heredeſque veſtros quolibet tempore repetitionis moleſtiam ſuſtinere, nec a quoquam vobis aliquam obiici quæſtionem, quia ratio æquitatis expoſcit, & quod ſtudio pietatis impenſum eſt, ad redemptorum onus, vel afflictionem non debeat pertinere. *Greg. lib.* 7. *indict.* 2. *epiſt.* 14. *Demetriano & Valeriano clericis Firmanis. Ivo part.* 3. *c.* 145. *Cæſar. lib.* 7. *c.* 27.

CAPUT IV.

De obligationibus vel agris, quos dominus Rex eccleſiæ contulerit in reparationibus eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptione captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, &c. *Aurelian. cap.* 7.

CAPUT V.

Fideles ſuis facultatibus ſanctam locupletem fecerunt eccleſiam, ut his captivi pro temporum opportunitate redimerentur. *Aquiſgr. ſub Lud. cap.* 116. *in princ.*

CAPUT VI.

De pecunia, quam ad redimendos captivos cives Edeſſeni contulerunt. *Chalc. act.* 10. *in libell. Samuelis & aliorum.*

CAPUT VII.

Symmachus captivos per Liguriam, & Mediolanum, & per diverſas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit, & dimiſit. *Ex Pont.*

CAPUT VIII.

Gregorius tertius paupertatis amator, & erga inopum proviſionem non ſolum mentis proviſione, ſed ſtudii ſui labore ſollicitus, captivorum etiam redemptor, orphanis quoque & viduis largiter neceſſaria tribuens, amator religioſitatis. *Ex Pontif.*

TITULUS XIX.

DE EXPOSITIS.

CAPUT I.

SI expoſitus ante eccleſiam cujuſcumque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. Et ſi is, qui collectus eſt intra decem dies quæſitus, agnituſque non fuerit ſecurus habeat, qui collegit. Sane qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut patrum ſanxit auctoritas. *Arel. II. cap.* 32. *Capit. lib.* 1. *c.* 143. *Burch. lib.* 3. *c.* 201. *Ivo part.* 3. *c.* 253. Diſt.87.c.9.

CAPUT II.

De expoſitis id obſervandum, quod jamdudum ſynodus ſancta conſtituit. *Agath. cap.* 24.

CAPUT III.

De expoſitis, quia ab omnibus querela proceſſit, eos non miſericordiæ jam, ſed canibus expositi, quos colligere calumniarum metu, quamvis inflexa præceptis miſericordiæ, mens humana detractet, id ſervandum eſt, ut ſecundum ſtatuta Principum, quiſquis expoſitum colligit, eccleſiam conteſtetur, conteſtationem nihilominus de altario dominico die miniſter annuntiet, ut eccleſia ſciat expoſitum eſſe collectum, ut intra dies decē ab expoſitionis die expoſitum recipiat.

Si

Digitized by Google

Si quis probaverit ſe agnoviſſe, collectori, pro ipſorum decem dierum miſericordia, prout maluerit, aut præſens retribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, ſi voluerit, poſſideat. *Vaſenſ. c. 9. Burch. lib. 3. c. 202. Ivo part. 3. c. 254.*

CAPUT IV.

Si quis expoſitorum hoc ordine collectorum repetitor, vel calumniator extiterit, homicida habendus eſt, &c. *Vaſenſ. cap. 10. Burch. & Ivo ut ſupr.*

TITULUS XX.

DE HOSPITIBUS EXCIPIENDIS.

CAPUT I.

Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtravimus tibi? Tunc reſpondebit illis dicens: *Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam. Matt. c. 25. in fine.*

CAPUT II.

Charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales invicem ſine murmuratione. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Petrus ep. 1. c. 4. num. 8. 9. & 10.

CAPUT III.

Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes. *Paul. in epiſt. ad Rom. c. 12. num. 13.*

CAPUT IV.

Charitas fraternitas maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt * quidam angelis hoſpitio receptis. Memento*te* vinctorum tamquam ſimul vincti, & laborantium, tamquam & ipſi in corpore morantes. *Paul. in epiſt. ad Hebr. c. 13. in princ.*

* *latuerunt.*

CAPUT V.

Sectatores non hoſpitalitatis eſſe non ſolum dominus Jeſus admonet, cum ſe dicit in hoſpitem receptum fuiſſe, ſed etiam ejus Apoſtolus omnibus pene ſuis præceptis. Propterea, beatiſſimi fratres, unumquemque noſtrum oportet non ſolum ſemetipſum ad hoc opus hortari, ſed etiam omnium fidelium mentes, ut poſſint apud Deum miſericordiæ operibus pro noſtris peccatis intercedere, & nos ei per puram hoſpitalitatem reconciliare. Si quis ergo noſtrum non admonuerit, aut exemplo exhortationis ſuæ ipſe prius non comprobaverit opere, indignationem proculdubio incurret domini majeſtatis. Prædicetur hoc noſtræ mediocritatis ſtatutum in auribus omnium Chriſtianorum. *Matiſcon. II. c. 11.*

Matt. 25.

CAPUT VI.

Ut in ſua eleemoſyna firmiter ſtatuat (*Imperator*) ne quilibet in ſuum peragentibus ſervitium ullatenus prohibere audeat manſionem, neque aliis, quibus neceſſitas incumbit. *Remen. cap. 42.*

CAPUT VII.

Presbyteri eccleſiarum (*decimas*) accipiant, & inde reſtaurationem eccleſiarum, & luminaria, & hoſpitum, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac ſtatu regni veſtri Domini miſericordiam ſtudioſe implorent. *Meld. cap. 75. in fin. Burchard. lib. 3. cap. 239. Ivo part. 3. cap. 281. decr.*

De jure patr. c. 3. in 1. coll.

CAPUT VIII.

Evangelicis, atque Apoſtolicis inſtruimur documentis, in colligendis hoſpitibus ante omnia dari debere operam, ut merito de nobis a Domino dicatur: *Hoſpes fui, & collegiſtis me.* Proinde oportet, ut Prælati eccleſiæ præcedentium patrum præcepta ſectantes, aliquod præparent receptaculum, ubi pauperes colligantur, &c. *Aquiſgran. c. 141. in princ.* *Matt. 25. c.*

CAPUT IX.

Admonendi ſunt, ut hoſpitalitatem diligant, & nulli hoſpitium præbere detractent, & ſi cui forte hoſpitium præſtiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, niſi forte ille, qui recipitur, ſponte ſua aliquid det: Dicendumque eſt illis, qualiter multi per hoſpitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apoſtolo: *Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hoſpitio ſuſceptis;* & iterum: *Hoſpitales ſine murmuratione,* & ipſe Dominus ad judicium veniens, dicturus eſt, *Hoſpes eram, & non collegiſtis me.* Scient ſane quicumque hoſpitalitatem amant, Chriſtum ſe in hoſpitibus recipere. Nam ille modus hoſpitalitatis non ſolum inhumanus, ſed etiam crudelis eſt, quo numquam hoſpes in domum ante recipitur, niſi prius dandi hoſpitii merces compenſetur, & quod Dominus agere juſſit pro perceptione regni cæleſtis, pro adquiſitione terrenarum rerum agatur. *Theodulphus ad presbyt. Aurelianen. c. 25.*

Heb. 13. a. *1. Pet. 4. c.* *Matt. 25. d.*

TITULUS XXI.

DE COLLEGIIS, SEU SEMINARIIS.

Vide libro octavo titulo decimo octavo.

TITULUS XXII.

DE FRATRIIS SIVE CONFRATRIIS.

CAPUT I.

Charitatis recipiendæ, & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter voſmetipſos communem cibum veſtrum, menſamque faciatis, & in quantum unuſquiſque prævalet, crebrius panes, ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, & cauſſa totius boni in hujuſmodi communione conſiſtit. Ubi autem pax, & bonitas, ibi & ſalus, propter quod communes facite cibos veſtros cum his, qui ſecundum Deum fratres ſunt, quia per hæc temporalia officia pacis, & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini, &c. *Clem. ep. 1. ante med.*

CAPUT II.

De collectis, vel confratriis, quas conſortia vocant, ſicut verbis monuimus, & nunc ſcriptis expreſſe præcipimus, ut tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem, & utilitatem, atque ad ſalutem animæ pertinet. Ultra autem nemo, nec ſacerdos, neque fidelis quiſquam in parochia noſtra progredi audeat, id eſt, ut in omni obſequio religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis defunctorum, in

in eleemoſynariis, & ceteris pietatis officiis. Paſtos autem, & comeſſationes, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes, ac inanes letitiæ, & rixæ, ſæpe etiam ſicut experti ſumus, uſque ad homicidia, & odia, & diſſentiones accidere ſolent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decretum agere præſumpſerit, ſi presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur; ſi laicus eſt, aut femina, ab eccleſia uſque ad ſatisfactionem ſeparetur. Conventus autem talium confratrum, neceſſe ſi fuerit, ut ſimul conveniant, aut forte aliquis contra parem ſuum diſcordiam habuerit, quem reconciliari neceſſe ſit, & ſine conventu presbyterorum, & ceterorum eſſe non poſſit, poſt peracta illa, quæ Dei ſunt, & Chriſtianæ religioni conveniunt, & poſt debitas admonitiones, ſi contigerit, ut vere charitatis, & fraternæ invicem conſolationis omnes ad refectionem conveniant, ſic talia fieri permittimus, ut ſervata modeſtia, & temperantia, & ſobrietate, pacisque concordia, ſicut decet fratres, omnia in ædificationem fraternitatis, & laudem, & gloriam Dei, & gratiarum actiones fiant. Et hoc omnino caveatur,
Luc. 21. 8. quod Salvator ait: *Videte, ne graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* Qui voluerint, eulogias a presbytero accipiant, & panem tantum frangentes, ſingulos accipiant biberes, & nil amplius contingere præſumant, & ſic unuſquiſque ad ſua cum benedictione Domini redeat. *Nannetenſ. cap. 15.*

TITULUS XXIII.

COMMUNIA DE PAUPERIBUS.

CAPUT I.

OMnes pauperes, & egentes auxilio iter agere oportet cum probatione, & epiſtolis pacificis eccleſiaſticis tantum, non cum commendatitiis *, quæ tantum perſonis ſuſpectis * præbentur. *Chalced. cap. 11.*

* *συστατικοῖς.*
* *acceptis.*

CAPUT II.

Cum dicat Apoſtolus: „ Abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum “, eccleſiaſtici quidam, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti quærentes, leproſis, qui cum ſanis habitare non poſſunt, & ad eccleſiam cum aliis convenire, eccleſias, & cœmeteria non permittunt habere, nec proprii juvari miniſterio ſacerdotis. Quod quia procul a pietate Chriſtiana eſſe dinoſcitur, de benignitate Apoſtolica conſtituimus, ut ubicumque tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui eccleſiam ſibi cum cœmeterio conſtituere, & proprio gaudere valeant presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injurioſi veteribus eccleſiis, de jure parochiali nequaquam exiſtant. Quod namque eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare; ſtatuimus etiam, ut de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur. *Alex. III. in concil. Later. cap. 23.*

De eccl. ed. c. 2. Gr. IX. & c. 1. eod. tit. in 1. coll. 1. Cor. 12. 23.

CAPUT III.

Quia Prælati plerique, ut procurationem, vel ſervitium aliquod impendant legato, vel alii, plus extorquent a ſubditis, quam ſolvant, &c. id de cetero fieri prohibemus. Quod ſi quis forte præſumpſerit, & ſic extortam reſtituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 34.*

De imm. eccl. c. 8. Gr. IX. & cap. 4. de cenſib. in 4. coll.

CAPUT IV.

Si quis deſpicit eos, qui fideliter agapas exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres parvipendens quod geritur, anathema ſit. *Gangr. cap. 11. Burch. lib. 19. cap. 124. Ivo part. 15. cap. 136. decret.* *Diſt. 42. c. 1.*

CAPUT V.

Pauperes ſenes eccleſiæ plus ceteris honorandos. *Carth. IV. c. 83.*

LIBER TERTIUS.

De Beneficiis, & de Rebus Eccleſiarum, & Miniſtrorum, & de Contractibus.

TITULUS I.

SOLVANTUR STIPENDIA HIS, QUI ECCLESIIS INSERVIUNT.

CAPUT I.

c. 1. de poſtul. Greg. IX. & in 1. coll.

CLerici in ſubdiaconato, & ſupra, & in minoribus quoque ordinibus, ſi ſtipendiis eccleſiaſticis ſuſtentantur, coram judice ſæculari advocati in negotiis fieri non præſumant. *Alex. III. in conc. Later. c. 12.*

CAPUT II.

12. q. 2. c. 67. Eccleſiaſticis utilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, ut qui ſe voluntariis obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſubiciunt, digne noſtris proviſionibus conſolentur. Quia igitur te Theodorum virum eloquentiſſimum conſiliarium noſtrum mancipiorum cognovimus miniſterio deſtitutum, ideo puerum nomine Acoſimū natione Siculum juri dominioque tuo dari, tradique præcipimus, quem quoniam traditum ex noſtra voluntate jam poſſides, hujus te neceſſe fuit ſcripti pro futuri temporis teſtimonio, ac robore largitatis, auctoritate fulciri, quatenus Domino protegente, ſecure eum ſemper, & ſine ullius retractationis ſuſpicione, quippe ut dominus, valeas poſſidere, &c. *Greg. lib. 2. indict. II. ep. 18. Theodoro conſiliario.*

CAPUT III.

Cum ſecundum Apoſtolum, *qui altario ſervit, de altari vivere debeat*, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede, patet a ſimili, ut clerici vivere debeant de patrimonio Jeſu Chriſti, cujus obſequio deputantur, ut ipſa nominis ratio perſuadet. Cum igitur a *cleros*, quod eſt ſors vel hæreditas, clerici appellentur, quia

De preb. & dign. c. 18. ap. Greg. IX. & in 3. coll. eod. tit. c. 1. 1. Cor. 9.

in

in ſui ordinatione, vel aſſumuntur in hæreditatem domini, vel aſſequuntur hæreditatem in ipſo ut

Pſalm. 15.

vere poſſint pſallere cum Propheta: *Dominus pars hæreditatis meæ*, &c. dignum eſt, ut eccleſiæ ſtipendiis ſuſtententur, in qua, & per quam divinis obſequiis aſcribuntur. *Innocent. III. Epiſc. Zamoren.*

CAPUT IV.

1. q. 2. c. 21.

Clerici omnes, qui eccleſiæ fideliter, vigilanterque deſerviunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſervitii ſui meritum, vel ordinationem canonum a ſacerdotibus conſequantur. *Agath. c. 36. Capit. lib. 7. c. 306.*

CAPUT V.

Quemcumque (*clericum*) Epiſcopus ad bonū profectum viderit creſcere per bonam intentionem, venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus eccleſiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat poteſtatem, &c. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc ſentiant & rem Deo dicatā ad augmentum perducant, Quod ſi id, quod acceperint per ſuam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerint, Epiſcopus habeat licentiam, ſine ullo præjudicio, in jus eccleſiæ revocare rem propriam. *Emerit. c. 13.*

CAPUT VI.

12. q. 2. c. 66.

Quicumque Epiſcopi, ſuffragio cujuslibet, aliquid eccleſiaſticæ utilitatis providerint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiſerint, promiſſi ſolutionem eas exſolvere oportebit, ita ut id ad concilium provinciale deferatur, ut eorum conniventia confirmetor. Quia

1. Tim. 5. c.

ſicut Paulus ait, *dignus eſt operarius mercede ſua. Tolet. IV. cap. 36.*

CAPUT VII.

Solet in pleriſque canonicorum congregationibus irrationabiliter, atque indiſcrete fieri, ut nonnulli clerici, qui in divitiis affluunt, & aut parum aut nihil utilitatis eccleſiæ conferunt, majorem cæteris divinum ſtrenue peragentibus officium annonam accipiunt. Cum hoc ita fieri debere nuſquam nec in auctoritate ſcripturarum, nec in traditionibus ſanctorum Patrum poſſit quoquo modo ſancitum reperiri, ſed quia hujuſmodi factum nulla auctoritate fulcitur, ſed magis gulæ, immo avaritiæ cauſſa conſtat eſſe inolitum, reſtat ut falce juſtitiæ reſecetur, & æquitatis cenſura ab eiſdem locis, in quibus fit, prorſus abdicetur, &c. *Aquiſgran. ſub Ludov. c. 121.*

TITULUS II.

CONSTITUATUR CONGRUA PORTIO PRESBYTERIS, QUIBUS ECCLESIÆ PAROCHIALES CURÆ SUNT.

CAPUT I.

De præb. c. 30. ap. Gr. IX. c. 6. eod. tit. in 4. coll.

EXtirpandæ conſuetudinis vitium in quibuſdam partibus inolevit, quod ſcilicet patroni eccleſiarum parochialium, & aliæ quædam perſonæ proventus ipſarum ſibi penitus vindicantes, presbyteris earundem ſervitio deputatis relinquunt adeo exiguam portionem, ut ex ea congrue nequeant ſuſtentari. Nam ut pro certo didicimus in quibuſdam regionibus parochiales presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent niſi quartam quartæ, ideſt, ſextam decimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus pene nullus inveniatur ſacerdos parochialis, qui vel modicam habeat notitiam litterarum. Cum igitur os bovis alligari

Deut. 25. 1. Cor. 9.

non debeat triturantis, ſed qui altari ſervit, vivere debeat de altari, ſtatuimus, ut conſuetudine qualibet Epiſcopi, vel patroni, ſeu cujuſcumque alterius non obſtante, portio presbyteris ipſis ſufficiens aſſignetur, &c. Perpetuus Vicarius, ut prædictum eſt, congruentem habeat de ipſius eccleſiæ proventibus portionem, alioquin illa (præbenda, vel dignitate) cui eſt annexa parochialis eccleſia, ſe ſciat hujus decreti auctoritate privatum libere alii conferenda, qui velit, & poſſit, quod prædictum eſt, adimplere. Illud autem penitus interdicimus ne quis in fraudem de proventibus eccleſiæ, quæ curam proprii ſacerdotis debet habere, penſionem alii, quaſi pro beneficio conferre præſumat. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 32.*

CAPUT II.

Præcipimus, ne conducticiis presbyteriis eccleſiæ committantur, ſed unaquæque eccleſia, cui facultas ſuppeti, proprium habeat ſacerdotem nec ab ejus regimine alicujus, niſi Epiſcopi, vel Archidiaconi, in cujus parochia fuerit, canonico judicio depellatur, cui de bonis eccleſiæ tantum beneficii præbeatur unde convenienter valeat ſuſtentari. *Eugen. III. in conc. Remen. c. 10.*

TITULUS III.

BENEFICIA CONFERANTUR DIGNIS.

CAPUT I.

De offic. jud. ord. c. 15. ap. Gr. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.

PRæcipimus tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus eccleſiis viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi poſſint coadjutores, & cooperatores habere, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 10.*

CAPUT II.

De elect. cap. 44. Gr. IX. c. 11. eod. tit. in 4. coll.

Nihil eſt, quod eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum, &c. Epiſcopi tales ad ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates promovere procurent, qui commiſſum ſibi officium digne valeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere ultionem. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 29.*

CAPUT III.

De Præb. c. 29. Gr. IX. c. 6. eod. tit. in 4. coll.

Grave nimis eſt, & abſurdum, quod quidam Prælati eccleſiarum cum poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promovere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec litterarum ſcientia ſuffragatur carnalitatis ſequentes affectum, non judicium rationis. Unde quanta eccleſiis damna proveniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus, ut prætermiſſis indignis aſſumant idoneos, qui Deo, & eccleſiis velint, & valeant gratum impendere famulatum. Fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquiſitio annuatim, ita quod qui poſt primam, & ſecundam receptionem * fuerit repertus culpabilis a conferendis beneficiis per ipſum concilium ſuſpendatur inſtituta in eodem concilio perſona provida, & honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficiis

* correptionem.

ficiis conferendis. Et hoc ipſum circa capitula, quæ in his deliquerint, obſervetur. Metropolitani vero delictum ſuperioris judicio relinquatur, ex parte concilii nuntiandum. Ut autem hæc ſalubris proviſio pleniorem conſequatur effectum, hujuſmodi ſuſpenſionis ſententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ minime relaxetur. Ut in hoc quoque quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 30.*

CAPUT IV.

De inſtit. c. 5. apud Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. cap. 1.

Ad decorem, & commodum tam eccleſiæ S. Sophiæ, quam aliarum eccleſiarum, quæ ſunt in urbe CP. conſtructæ noſcitur pertinere, ut litterati viri, & morum honeſtate conſpicui de quibuslibet mundi partibus venientes inſtitui debeant in eiſdem. Verum ſicut noſtris auribus eſt ſuggeſtum venerabilis frater noſter CP. Patriarcha, &c. aliarum nationum clericos ſpernens, Venetos tantum in ipſis eccleſiis, & præcipue in eccleſia S. Sophiæ ſatagit collocare, non attendens, *Act. 10.* quod in omni gente, qui facit juſtitiam, acceptus eſt Deo, nec ſanctuarium Dei jure convenit hæreditario poſſideri. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Patriarcham monere, ac inducere ſtudeatis, ut viros religioſos, honeſtos, & litteratos, undecumque originem duxerint in prædictis eccleſiis inſtituere non poſtponat, & maxime in majori, proponentes eidem, quod ſi monitis noſtris acquieſcere forte non curaverit, indignum ſe reddet, ut vos aliarum nationum clericos ad ejus obedientiam compellatis; & ſi qui vero clerici per vos, vel per alterum veſtrum ſunt in prædictis eccleſiis inſtituti, appellatione poſtpoſita, faciatis eos pacifica poſſeſſione gaudere, amotos, ſicut juſtum fuerit, per cenſuras eccleſiaſticas, appellatione remota, facientes reſtitui ad eandem. *Innoc. III. P. tit. S. Marcelli, & B. tit. S. Suſannæ præſbyteris Cardinalibus Apoſt. ſedis leg.*

CAPUT V.

1. Pet. 5. 2.

Agnovimus quoſdam Pontifices præcepti Principis Apoſtolorum, qui ait, *Paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei, non coacte, ſed ſpontanee, neque ut dominantes in clericis, ſed forma facti gregis*, ita eſſe immemores, ut quibuſdam monaſteriis, parochialibuſque eccleſiis, aut ſuæ conſanguinitatis perſonas, aut ſui favoris participes, iniquum ſæpe ſtatuant in Prælatum, ita illis providentes commoda inhoneſta, ut aut eiſdem deferantur, quæ proprio Epiſcopo dari juſtus ordo depoſcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia poterit, &c. Quiſquis Pontificum deinceps aut ſanguine propinquis, aut favore perſonis quibuſcumque ſibi devinctis, talia commodare lucra tentaverit, ad ſuum nefandæ præſumptionis excidium, & quod juſſum fuerit, devocetur in irritum, & qui ordinavit, annuæ excommunicationi ſubjaceat; quæ vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum. *Toletan. X. cap. 3.*

Diſt. 80. c. 6. Decentex.

TITULUS IV.

NE CLERICI PLURA HABEANT BENEFICIA.

Vide libro ſexto titulo XLIII. & libro octavo titulo XXXIII. quibus adde:

CAPUT I.

COgnovimus, quod quidam diaconus nomine Joannes, poſtquam conſecratus eſt miniſter, accepiſſe uxorem, & non ſolum hoc, ſed in duabus eccleſiis militet. Ideoque ſi ita eſt, hoc tua dilectiſſima fraternitas pro Dei amore corrigat, ne denuo hujuſmodi nefas proveniat ad inſtar male viventium. *Vitalian. ad Paul. Cretenſ. Epiſc. epiſt. 3.*

CAPUT II.

De Presb. in 3. coll. c. 4. 1. Cor. 11.

Cum ſecundum doctrinam Apoſtoli non conveniens ſit, ut unus ſit ebrius, & alter debeat eſuriri, ne juxta inſtituta canonica tantum uni perſonę de redditibus eccleſiaſticis debeat aſſignari, unde ſcrupuloſo corde alii moveantur, qui ad diſpenſationem Pontificis ſunt pro perſonarum meritis dividendi, non ſufficimus admirari, quod ſicut auribus noſtris eſt relatum, in eccleſiæ tibi commiſſæ ſtipendiis, quod iniquum eſt, & abſurdum imperiti magiſtris, non antiquis*, rudes meritis præferuntur. Unde L. quondam filius Avernen. Comitiſſæ eccleſiæ tuæ clericus, plus potentia patris ſui, quam prædeceſſoris tui ſpontanea voluntate ultra xx. eccleſias in civitate Neapolitana, & in majori eccleſia beneficium maximum proponitur obtinere, &c. indulgemus, ut ſuperfluitatem ad moderamen reducas, non plus de rebus eccleſiaſticis clerico præfato dimittens, quam apud unum de plus habentibus noſcitur reſidere, aliis omnibus beneficiis perſonis idoneis conferendis, &c. *Innoc. III. Archiep. & Capit. Lundonen.*

* *novi*, f.

CAPUT III.

De inſtit. in 3. coll. c. 1.

Tua nuper devotio requiſivit, utrum fundatoribus eccleſiarum tibi clericos præſentantibus, qui duas, tres, quattuor, aut etiam plures habent parœcias, qui etiam in conventualibus eccleſiis dignitates, vel canonicatus ſunt ſortiti, annuere debeas, cum conſcientiam lædas hujuſmodi concedendo, cum ſponſa Chriſti, cujus uni una ſufficeret, quartam, quintam, aut etiam ſextam indigne nimis, atque impudenter avarus uſurpet, &c. Sane circa quæſtiones præmiſſas ambiguitatis veſtigium non relinquitur, ſi & ſtatuta canonica tam nova, quam vetera diligentius attendantur. In Lateranenſi namque concilio ſic inter alia novimus inſtitutum: „ Quod nonnulli “, &c. Volentes igitur felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſori noſtri veſtigiis inhærere, ſuper quæſtione præmiſſa nihil aliud, quam ipſe ſtatuerit, tibi duximus reſpondendum. *Innoc. III. Archidiac. Exonen. V. Alex. III. in conc. gener. Later. cap. 13.*

TITULUS V.

CLERICI RESIDEANT IN ECCLESIIS SUIS.

Vide libro quarto tit. LXXVIII. & lib. ſexto tit. XVIII.

CAPUT I.

7. q. 1. c. 23. Si qui.

QUicumque temere, & perículoſe, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec eccleſiaſticam regulam agnoſcentes, diſcedunt ab eccle-

eccleſia presbyteri, diaconi, vel quicumque ſub regula prorſus exſiſtunt, hi nequaquam debent in aliam eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſitatem convenir illis imponi, ut ad ſuas parœcias revertantur. Quod ſi non fecerint, oportet eos communione privari. *Nicæn. cap. 16. G. & 16. & 17. L. Aquiſgr. cap. 45. Mart. Brac. cap. 33. Burch. lib. 2. cap. 97. & 98. Ivo part. 6. c. 174. & 175. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 95.*

CAPUT II.

Clericus, qui ad alienam eccleſiam ſe tranſtulerit, revocari debet ad ſuam eccleſiam, in qua primitus ordinatus eſt, & ibi tantummodo miniſtret. *Chalced. cap. 10. Aquiſgr. c. 50. Burch. lib. 2. cap. 96. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 5. panorm. & part. 6. cap. 173. decret. Anſelm. lib. 7. c. 96.*

CAPUT III.

Diſt. 71. c. 4. Clericos in eccleſia miniſtrantes, ſicut jam conſtituimus, in alterius civitatis eccleſia, ſtatutos fieri non oportet, ſed contentos eſſe, in quibus ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes patrias, ex neceſſitate ad aliam eccleſiam tranſierunt. Si quis autem Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit clericum ad alium Epiſcopum pertinentem, placuit, & ſuſceptum, & ſuſcipientem communione privari, donec eis qui migraverat clericus, ad propriam fuerit regreſſus eccleſiam. *Chalced. cap. 20. ſynod. apud palatium. Vern. c. 12. Aquiſgr. cap. 87. Tribur. cap. 28. Ivo part. 6. cap. 361. decret. Anſelm. lib. 7. c. 97. Cæſar. lib. 4. c. 100.*

CAPUT IV.

Quoniam nonnulli clerici canonicam conſtitutionem circumſcribentes, ſua relicta parochia, in aliam excurrunt, ut plurimum autem in hac a Deo cuſtodia, & Imperiali urbe, etiam inter magiſtratus aſſident, & in eorum oratoriis divina miniſteria facientes, eos ſine proprio Epiſcopos, & Conſtantinopolitano non liceat in quavis æde, vel eccleſia recipi. Si quis autem hoc fecerit, ſi perſeveret, deponatur. *Nicæn. II. cap. 10.*

CAPUT V.

c. 3. de cleric. non reſid. Gr. IX. & in 1. coll. Cum eccleſia, vel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam ejus per ſe ipſum valeat exercere. Quod ſi aliter fuerit actum, & qui receperit, quod contra ſacros canones accipit, amittat, & qui dederit, largiendi poteſtate privetur. *Alex. III. in concil. Lateran. cap. 13.*

CAPUT VI.

De præb. c. 30. Extirpandas. Gr. IX. & c. 6. eod. tit. in 4. coll. Qui parochialem habet eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſe ipſum illi deſerviat in ordine quem ipſius eccleſiæ cura requirit, niſi forte præbendæ, vel dignitati parochialis eccleſia ſit annexa, in quo caſu concedimus, ut is, qui talem habet præbendam, vel dignitatem, cum oporteat eum in majori eccleſia deſervire, in ipſa parochiali eccleſia idoneum, & perpetuum ſtudeat habere vicarium canonice inſtitutum, qui congruentem habeat de ipſius eccleſiæ proventibus portionem; alioquin illa ſe ſciat hujus decreti auctoritate privatum, libere alii conferenda, qui velit & poſſit, quod prædictum eſt, adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus eccleſiæ, quæ curam proprii ſacerdotis debet habere, penſionem alii, quaſi pro beneficio, conferre præſumant. *Inn. III. in conc. gen. Later. cap. 32.*

CAPUT VII.

Ipſis clericis (qui fuerint in exercitu Chriſtiano) indulgemus, ut beneficia ſua integra percipiant per triennium, ac ſi eſſent in eccleſiis reſidentes, & ſi neceſſe fuerit ea per idem tempus pignori valeant obligare. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. ult. poſt princ. de expedit. in terram ſanctam.*

CAPUT VIII.

Anaſtaſium jam nuper excommunicatum presbyterum tituli ſancti Marcelli, qui propriam parochiam relinquens in aliena per multa tempora nititur immorari, a ſacerdotali miniſterio modis omnibus removemus, ita ut locum reſtitutionis nequaquam inveniat, &c. *Syn. Roman. ſub Leone IV. in cauſa Anaſtaſii.* *De cler. non reſid. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll.*

CAPUT IX.

Si qui presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta ſua parochia, in aliam abſceſſerit, & cum penitus tranſierit præter ſui Epiſcopi ſententiam, in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare jubemus, maxime, ſi eum adhortante Epiſcopo ut rediret, non paruerit, in contumacia & inſolentia perſeverans. Is tamen, ut laicos communicet. *Apoſt. cap. 15.*

CAPUT X.

Sin autem Epiſcopus, apud quem ſunt, nihili faciens adverſus eos decretam a munere ceſſationem eos, ut clericos receperit, communione privetur, ut perturbationis magiſter. *Apoſt. cap. 16.*

CAPUT XI.

Sicut vir non debet adulterare uxorem ſuam, *7. q. 1. c. 11.*
ita nec Epiſcopus eccleſiam ſuam, id eſt, ut illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque inevitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, nec alteri ſe ambitus cauſſa conjungat. *Evariſt. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 1. c. 76. Ivo part. 5. cap. 192. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 102. Tarrac. lib. 3. cap. 67.*

CAPUT XII.

Quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem (*Chorepiſcopis*) plebes ſuas committere non formidant, & ut illicita, atque prohibita agant, iidem ea, quæ ſolis Pontificibus debentur, ſibi uſurpant, & ipſi in ſua quiete torpent, & curam ſibi a Deo commiſſam negligunt. Cum Dominus dicat: *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro* *Joan. 10.*
ovibus ſuis, &c. Illi namque Epiſcopi, qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim, ut pariunt, infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos, ut ſuam citius libidinem explere valeant. Sic & iſti infantes ſuos, id eſt, populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, ut ſuas libidines expleant, id eſt, ut pro ſuo libito ſæcularibus curis inhient, & quod unicuique viſum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi creſcunt, hæreſes, & ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reli-

Digitized by Google

qua mala proveniunt, &c. *Damaſ. epiſt.* 4. *ad Epiſcopos Numidiæ poſt princip.*

CAPUT XIII.

Illam partem eccleſiaſticæ diſciplinæ, qua olim a ſanctis Patribus, & a nobis ſæpe decretum eſt, ut nec in presbyteratus gradu, neque in diaconatus ordine, nec in ſubſequenti officio clericorum ab eccleſia cuiquam tranſire ſit liberum, ut in integrum revoces, admonemus. Et unuſquiſque non ambitione illectus, non cupiditate ſeductus, non perſuaſione hominum depravatus, ibi, ubi ordinatus eſt, perſeveret, ita ut ſi quis ſua quærens, non quæ Jeſu Chriſti, ad plebem, & eccleſiam ſuam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. *Leo ep.* 84. *ad Nicetam Aquilejen. Epiſcop. in fin.*

CAPUT XIV.

Quiſquis propriæ deſertor eccleſiæ nullis exſtantibus cauſſis, ad aliam putaverit tranſeundum, temereque ſuſceptus fuerit, & promotus, reverendorum canonum vel ipſe, vel receptor ejus, atque provector, conſtituta non effugiet, quæ de hujuſmodi præſumptoribus præfixere ſervanda. *Gelaſ. epiſt.* 1. *cap.* 25.

CAPUT XV.

Adjeciſti etiam, quod ſi peſtifer morbus, aut mortalitas in eccleſia, vel monaſteriis irrepſerit, quos nedum tetigit, a loco fugiunt evitantes periculum unde * fatuum hoc videtur: *non enim valet quiſquam Dei effugere manus. Gregor. III. epiſt.* 4. *ad Bonifac. ante fin.*

* *valde.* *Tob.* 11. *a.*

CAPUT XVI.

De cler. non reſid. cap. 4. *Greg. IX.* & *in* 1. *coll.*

Relatum eſt nobis ex parte tua, quod cum in Lateranenſi concilio ſit ſtatutum, ut perſonæ tali eccleſia, vel beneficium conferatur, quæ reſidere in loco, & curam ejus per ſe valeat exercere, nonnulli autem ad eccleſias præſentati ſe poſſe reſidere affirmant, & curam habere eccleſiæ, & eccleſiaſtici beneficii profitentur, id tamen efficere contradicunt, ideo conſulere nos voluiſti, an propter hoc tales poſſis præſentatos repellere, vel inſtitutos removere. Tuæ itaque prudentiæ innoteſcat, quod cum verba accipienda ſint cum effectu, tales, ſi præſentati fuerint, non admitti, & admiſſi, ſi inſtituti fuerint, licite poterunt admoveri, niſi forte de licentia prælatorum, vel ſtudio litterarum, vel pro aliis honeſtis cauſſis contigerit eos abeſſe. *Alex. III. Eboracenſ. Archiep. R. poſt Lateran. part.* 15. *c.* 1. *V. conc. gen. Later. c.* 13.

CAPUT XVII.

De cler. non reſid. c. 10. *apud Gr. IX.* & *in* 3. *coll. eod. tit. c.* 2. Inter quatuor.

De clericis, qui eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas ſine juſta & neceſſaria cauſſa, tuo præſertim non accedente conſenſu, in hac deſerunt novitate, hoc tibi duximus reſpondendum, quod poſtquam congruo tempore fuerint exſpectati, niſi redierint ad illos, poſſunt eis juſte privari, dummodo non ſint juſto impedimento detenti. *Inn. III. CP. Patriarchæ.*

CAPUT XVIII.

De cler. non reſid. c. 11. *apud Gr. IX.* & *in* 1. *coll.*

In eccleſiis eorum, qui ſe fraudulenter abſentant, nec ad ipſos valet citatio pervenire, trinæ citationis edictum facias publicari, & ſi non ſic curaverint obedire, ſi ultra ſex menſes ſuas deſeruerint eccleſias, ut juxta canonicas ſanctiones eis debeant merito ſpoliari: contra eos quoque, ſicut ſupra dictum eſt, etiam procedatur, ſcilicet ut ipſos poſt ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ad tuam obedientiam venire compellas, quod ſi nec ſic illorum malitia poterit erudiri, eos dilectus filius B. tituli S. Suſannæ presbyter Cardinalis Apoſtolicæ Sedis legatus ab ſpiritualium adminiſtratione removeat, & quibus poſſit eccleſiis de perſonis idoneis faciat provideri. *Inn. III. Archiep. Patracen.*

eod. tit. c. 3. Ex tunc.

CAPUT XIX.

De cler. non reſid. c. 12. *apud Gr. IX.* & *in* 3. *coll. eod. tit. c.* 4. Tuæ fraternitati.

Quæſiviſti, ut cum interdum canonici, quibus ſtudiorum gratia eſt indultum, ut in abſentia ſua fructus percipiant præbendarum ſuarum, accepta licentia, ſe ad villas transferant, vel caſtella, in quibus nullum eſt, vel minus competens exercitium ſtudiorum, utrum præbendarum ſuarum fructus ſint talibus conferendi. Ad quod breviter reſpondemus, eis, qui hujuſmodi fraudem committunt, cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri *, præfatam indulgentiam competere non debere. *Innoc. III. Altiſiodorenſi Epiſcopo.*

* *patrocinari, impartiri.*

CAPUT XX.

Si quis in civitate poſitus (*per*) tres dominicas ad eccleſiam non acceſſerit, pauco * tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur. *Eliber. cap.* 21.

* *tanto*, al.

CAPUT XXI.

Qui in quibuſcumque locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeverent. *Arelat. c.* 2.

CAPUT XXII.

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero parochiam propriam delerens ad aliam properavit, deinde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non miniſtret, maxime ſi vocanti ſuo Epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti obedire contempſerit. Quod ſi in hac indiſciplinatione perdurat, a miniſterio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum reſtitutionis inveniat, &c. *Antioch. cap.* 3. *Aquiſgran. cap.* 71. *M. Brac. c.* 34. *Anſ. lib.* 7. *c.* 195.

17. *q.* 1. *c.* 24.

CAPUT XXIII.

Epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cujuſque provinciæ, ut ab eo præcipue poſſint ſumere formatam vel commendationem. *Carth. III. c.* 28.

CAPUT XXIV.

De conſ. d. 1. *cap.* 34.

Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus eſt, ordinariuſque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtivitatibus, ut ibi miſſas teneat propter fatigationem familiæ juſta ordinatione permittimus, Paſcha vero, Natali Domini, Epiphania, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali ſancti Joannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtivitatibus habentur, non niſi in civitatibus, aut parochiis teneat. Clerici vero, ſi qui in feſtivitatibus, quas ſupra diximus, in oratoriis, niſi jubente, aut permittente Epiſcopo, miſſas facere, aut tenere voluerint, a com-

communione pellantur. *Agath. c. 21. Ivo part. 4. c. 9. decret.*

CAPUT XXV.

21. q. 5. Si forte. c. 4. Si quis clericus regulam diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum ſuſceperit, & Pontifici ſuo non reconciliaverit, ſed magis defenſare præſumpſerit, eccleſiæ communione privetur. *Arelat. III. c. 4.*

CAPUT XXVI.

Si quis clericus abſque Epiſcopi ſui permiſſu, derelicta eccleſia ſua, ad alium ſe transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur. *Turon. c. 2.*

CAPUT XXVII.

Hoc etiam placuit, ut vagus, atque inſtabilis clericus, ſive etiam in diaconi miniſterio, vel preſbyteri officio conſtitutus, ſi Epiſcopi, a quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi eccleſia officium dependeat aſſiduum quouſque in vitio permanſerit, & communione, & honore privetur. *Valentin. Hiſp. c. 5.*

CAPUT XXVIII.

Clerici, qui officium ſuum implere deſpiciunt, aut vice ſua ad eccleſiam venire detrectant, loci ſui dignitate priventur. *Aurel. II. c. 13.*

CAPUT XXIX.

Scribitur in lege mundiali de colonis agrorum, *ut, ubi quiſque eſſe jam cœpit, ibi perduret.* Non aliter, & de clericis, qui in agro eccleſiæ operantur, canonum decreto præcipitur, niſi ut

21. q. 2. c. 2. Placuit. ibi permaneant, ubi eſſe cœperunt. Ideoque [placuit, ut ſi quis clericus, miniſteriis eccleſiæ propriæ deſtitutis, ad aliam tranſitum fecerit, compellente, ad quem fugerit, ſacerdote, ad eccleſiam quam prius incoluerat, remittatur. Qui vero eum ſuſceperit, nec ſtatim ſine ullo niſu exceptionis, ad propriam eccleſiam remittendum elegerit, quamdiu eum reſtituat, communione ſe privatum agnoſcat. Deteriorem autem clericum cingulo honoris atque ordinationis ſuæ exutum, aliquo tempore monaſterio religari convenit, ſicque poſtea in monaſterio eccleſiaſtici ordinis revocari. *Hiſpal. II. c. 3. V. Cod. de agris, & cenſ. & colon. lib. 11. L.* Cum ſatis, *& in aliis pluribus.*

CAPUT XXX.

De Epiſcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec ſcimus de ordinatione eorum qualiter fuerit, placuit juxta inſtituta ſanctorum Patrum, ut in alterius parochia miniſtrare, nec ullam ordinationem facere debeant ſine juſſione Epiſcopi, cujus parochia eſt, & ſi hoc facere præſumpſerint, ab officio ſuſpendantur, interim quod ad ſynodum exinde venerint, & ibidem ſecundum canonicam inſtitutionem accipiant ſententiam, niſi tantum pro itineris cauſſa. Et ſi ullus clericus, aut laicus talem Epiſcopum, aut presbyterum defenſaverit ſine commeatu Epiſcopi, cujus parochia eſt, excommunicetur uſque ad emendationem. *Concil. apud Palat. Vern. c. 13. Vormac. cap. 62.*

CAPUT XXXI.

De clericis vagis, ſeu de acephalis, ideſt de his, qui ſunt ſine capite, neque in ſervitio Domini noſtri, neque ſub Epiſcopo neque ſub Abbate, ſed ſine canonica, vel regulari vita degentes, ut in libro officiorum ſecundo, capitulo tertio (*Iſidori*) de his dicitur: „ Hos neque inter laicos ſæcularium of„ficiorum ſtudia, neque inter clericos religio te„net divina, ſed ſolutos, atque oberrantes ſola „ turpis vita complectitur, & vaga, &c. " Tales omnino ubicumque inventi fuerint, præcipimus, ut Epiſcopi ſine ulla mora eos ſub cuſtodia conſtringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos, ſecundum deſideria voluptatum ſuarum vivere permittant. Sin autem Epiſcopis ſuis canonice obedire noluerint, excommunicentur uſque ad judicium Archiepiſcopi regionis illius. Si autem nec ille eos corrigere valuerit, tunc omnino ſub vinculis conſtringantur uſque ad ſynodum, ut ibi eis indicetur, utrum ad judicium Domini noſtri, aut ad iſtam magnam ſynodum afferantur ſub cuſtodia publica. *Magunt. c. 22. Iſid. II. lib. de offic. eccleſ. c. 3.*

CAPUT XXXII.

Ut presbyteri nullatenus ubicumque hoſpitari ſinantur, aut aliquo modo ipſi præſumant, ſed aſſidue apud ſuas eccleſias eſſe ſtudeant propter ſacra myſteria, vel miniſteria fidelibus exhibenda. *Meldenſ. c. 36. Burch. lib. 2. c. 107. Ivo part. 6. cap. 184. decret.*

CAPUT XXXIII.

Statuimus, ut clericus eccleſiaſtice nutritus in eccleſiam coram populo vel legens, vel cantans, ſi poſtmodum relicto clericatus habitu a caſtris dominicis, quibus adſcriptus eſt, profugus, & apoſtata elabitur, & ad ſæculum egreditur, ab Epiſcopo canonice coerceatur. Quod ſi in hac indiſciplinatione perdurat, ut comam nutriat, conſtringatur, ut iterum detondeatur, & poſtea nec uxorem accipiat, nec ſacrum ordinem attingat, &c. *Tribur. c. 27. V. Chalc. c. 7. & Iſidor. lib. 2. de offic. eccleſiaſt. c. 3.*

CAPUT XXXIV.

Si qui presbyter, aut diaconus, aut aliquis de 17. q. 1. c. 14. clero propriam eccleſiam derelinquens ad alteram eccleſiam vadit, & multo tempore ibi demoratur, omnino numquam miniſtret in clero. Et ſi admonuerit eum Epiſcopus ſuus, ut ad ſuam redeat parochiam, & redire noluerit, ubi eſt, ibi de officio ſuo deponatur, ita ut numquam in ſuum revertatur gradum propter diſſolutionis peccatum, &c. *Mart. Brac. c. 54. Antioch. c. 3.*

CAPUT XXXV.

Non liceat quemlibet clericum die dominico ab eccleſia abſentem eſſe, ſed miſſarum ſolemniis intereſſe, & jejunio *. *Mart. Brac. c. 65.* * *jejunium,* ſ.

TITULUS VI.

DE JURE PATRONATUS, ET NE LAICI QUANTUMVIS PATRONI INJUSSU EPISCOPI BENEFICIA CONFERANT.

CAPUT I.

PRoponunt (*Epiſcopi*) quod eccleſias recipiant (*Templarii*) de manibus laicorum, &c. In *De priv. c. 3. Greg. IX. & in 1. coll.* eccleſii ſuis præter Epiſcoporum conſcientiam, & inſtituant, & amoveant ſacerdotes, &c. Eccleſias ſane, & decimas de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcoporum tam illos, quam quoſcumque alios religioſos recipere prohibemus, dimiſſis etiam, quas

c.2. de capell. monach. in 1. coll. quas contra tenorem juſtum moderno tempore receperunt, &c. In eccleſiis ſuis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, inſtituendos presbyteros Epiſcopis præſentet, ut eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos autem Epiſcopis inconſultis non audeant removere. *Alex. III. in conc. Later. cap. 9. Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 61.*

CAPUT II.

De jur. patr. c. 3. Gr. IX. c. 4. eod. tit. in 1. coll. Quoniam in quibuſdam locis Eccleſiarum fundatores, aut hæredes eorum poteſtate, in qua eos Eccleſia hucuſque ſuſtinuit, abutuntur. Et cum in eccleſia Dei unus debeat eſſe, qui præſit, ipſi plures ſine reſpectu ſubjectionis eligere moliuntur. Et cum una eccleſia unius debeat eſſe rectoris, pro ſua defenſione * plurimos repræſentant. Quocirca præſenti decreto ſtatuimus, ut ſi forte in plures partes fundatorum ſe vota diffuderint, ille præficiatur eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurium eligitur, & probatur aſſenſu. Si autem hoc ſine ſcandalo fieri nequiverit, ordinet Antiſtes eccleſiam, ſicut melius ſecundum Deum viderit ordinandum. Id ipſum etiam faciat, ſi de jure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra tres * menſes non fuerit definitum. *Alex. III. in conc. Later. cap. 17.*

** diſpenſatione, alias diſſenſione.*

** al. quatuor.*

CAPUT III.

De patr. c. 12. Gr. IX. c. 12. eod. tit. in 4. coll. In quibuſdam provinciis eccleſiarum patroni, ſeu vicedomini, & advocati ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quod non ſolum cum vacantibus debet eccleſiis de paſtoribus idoneis provideri difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de poſſeſſionibus, & aliis bonis eccleſiaſticis pro ſua voluntate (*ordinare*) præſumunt, &c. Prohibemus expreſſe, ne patroni, vel advocati, aut feudatarii, ſeu vicedomini ſuper præmiſſis de cetero plus uſurpent, quam reperitur in jure permiſſum, & ſi præſumpſerint, per ſeveritatem canonicam diſtrictiſſime compeſcantur. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 45.*

CAPUT IV.

16. q. 7. c. 33. Monaſterium, vel oratorium canonice conſtructum a dominio conſtructoris invite non auferatur, liceatque illi id presbytero cui voluerit, pro ſacro officio illius diœceſeos, & bonæ auctoritatis * dimiſſoria, cū conſenſu Epiſcopi ne malus exiſtat, commendare, ita, ut ad placita & ad juſtam reverentiam ipſius Epiſcopi obedienter ſacerdos recurrat, &c. *Eugen. II. & Leo IV. in Syn. Rom. cap. 21. Anſelm. lib. 5. cap. 72. Cæſar. lib. 8. cap. 43.*

** & idoneus auctoritate.*

CAPUT V.

16. q. 7. c. 34. Rationis ordo non patitur, ut monaſterium ipſum, & maxime contra voluntatem fundatorum, ab eorum diſpoſitione ad arbitrium ſuum, præſertim laica perſona ſubducat, ut ſibi in id jus debeat vendicare. *Greg. lib. 7. indict. 1. ep. 35. Secundino Epiſcopo in fine, vel cap. 31. Cæſar. lib. 7. cap. 16. Tarrac. lib. 1. cap. 303. Anſelm. lib. 5. cap. 8.*

CAPUT VI.

Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis profeſſione viventibus, ſine diſcuſſione, vel commendatione Epiſcoporum pro petendis beneficiis ad dominos venire non liceat. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, tamdiu loci ſui honore, & communione privetur, donec per pœnitentiam plenam ejus ſatisfactionem ſacerdos accipiat. *Aurel. cap. 7. al. 9.*

CAPUT VII.

Ut in oratoriis domini prædiorum minime contra votum Epiſcopi, ad quem territorii ipſius privilegium noſcitur pertinere, peregrinos clericos intromittant, niſi forſitan quos probatos ibidem diſtrictio Pontificis obſervare præcepit. *Aurel. IV. cap. 4.*

CAPUT VIII.

Sic quidam contra canonum auctoritatem eccleſias, quas ædificaverint, poſtulant conſecrari, ut dotem, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad Epiſcopi ordinationem non pertinere, id prohibeatur, & omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad Epiſcopi ordinationem, & poteſtatem pertineant. *Tolet. III. c. 19. Vormac. c. 6. & 55. Magunt. ſub Arnulph. c. 4. Troſlejan. cap. 6. Burch. lib. 3. c. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. c. 3. panorm. & part. 3. cap. 23. decret.* *10. q. 1. c. 1.*

CAPUT IX.

Quia plerumque fit, ut eccleſiæ parochiales, vel ſacra monaſteria ita quorundam Epiſcoporum inſolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam in ſtruendo gaudii exſtiterat labor, ideo pia compaſſione decernimus, ut *16. q. 7. c. 31.* quamdiu earumdem fundatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſollicitam, & ſollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eiſdem baſilicis iidem ipſi offerant Epiſcopis ordinandos. Quod ſi tales forſitan non inveniantur ab eis, tunc quos Epiſcopus loci probaverit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat cum eorum conniventia ſervituros. Quod ſi ſuperſtitibus * eiſdē fundatoribus, rectores ibidem præſumpſerit Epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam irritam noverit eſſe, & ad verecundiam ſuam alios in eorum loco, quos iidem ipſi fundatores condignos elegerint, ordinari. *Tolet. 9. cap. 2.*

** ſpretis.*

CAPUT X.

c. 1. de jur. patr. Gr. IX. & in 1. coll. Perlatum ad nos eſt, quod inter hæredes, eccleſiæ in rebus propriis conſtitutæ dividantur, & tanta per eandem diviſionem ſi multas oriatur, ut unius altaris quatuor partes fiant, & ſingulæ partes ſingulos habeant presbyteros. Quod ſine diſcordia, & ſimultate nullo modo fieri poteſt. Unde nobis viſum eſt, quod hujuſcemodi eccleſiæ inter hæredes dividi non debeant, & ſi in contentionem venerint, & ſimultates inter eos ſurrexerint, per quas ſacerdos ſuo ibi officio canonice fungi non poſſit, præcipiatur ab Epiſcopo civitatis, ut nullo modo ibi miſſarum ſolemnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto, atque conſilio eccleſia illa ſacerdotem canonice habeat, qui libere ibi ſuum miniſterium peragere poſſit. *Cabilon. ſub Carolo c. 26. Capit.*

lib.

Digitized by Google

lib. 7. cap. 52. in addit. Burch. lib. 3. cap. 42. Ivo part. 3. cap. 46. decret.

CAPUT XI.

Statutum eſt, ut ſine auctoritate, vel conſenſu Epiſcoporum presbyteri in quibuslibet eccleſiis nec conſtituantur, nec expellantur. Et ſi laici clericos probabilis vitæ, & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos, ſuiſque eccleſiis conſtituendos obtulerent, nulla qualibet occaſione rejiciant. *Vormac. cap. 49. Capit. lib. 1. cap. 90.*

CAPUT XII.

Epiſcopi prævideant, quem honorem presbyteri pro eccleſiis ſenioribus tribuant. *Vorm. c. 58.*

CAPUT XIII.

De jur. patr. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll. Quæcumque eccleſia a compluribus cohæredibus ſit oblata, concordi unanimitate undique procuretur, ne propter aliquas diſceptationes ſervitium Dei minuatur, & cura populi irreligioſe agatur. Si vero contigit pro ea comparticipes diſſidere, & ſub uno presbytero nolle eam procurare, & propterea jurgia, & contentiones tam inter ipſos, quam inter clericos incipiant frequen-
2. Tim. 2. tare, quia juxta Apoſtolum, *ſervos Dei non oportet litigare*, Epiſcopus tollat inde reliquias, & ſub magna cura honorifice collocet eas, atque ejuſdem eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo conſigaet ea, ut ſacrum miniſterium nullus celebret in ea, antequam concordi unanimitate unum omnes eligant presbyterum, qui idoneus ſit ſacroſanctum locum procurare, & populo Dei utiliter præeſſe, &c. *Tribur. cap. 32. Burch. lib. 3. cap. 224. Ivo part. 3. cap. 283. decret.*

TITULUS VII.

NE LAICI BENEFICIA CONFERANT, AUT EA CLERICI AB IPSIS ACCIPIANT.

Vide libro decimo, titulo decimo.

CAPUT I.

Laici, qui alterius diœceſis presbyterum eccleſiæ cujuſcumque ſua poteſtate inſtituerint, non præbente conſenſum Epiſcopo, cujus parochia videtur exiſtere, a fidelium communione ſeparentur. Presbyteri vero, qui talium ſurreptione recipiuntur, & admoniti ab Epiſcopo, tertio, vel mi'lo ejus recedere de alterius eccleſia noluerint, proprii officii gradum amittant. *Leo IV. in ſyn. Rom. cap. 41.*

CAPUT II.

Nullus presbyter miniſterium eccleſiæ, vel ipſam eccleſiam ab aliquo accipiat, niſi ab Epiſcopo, qui injungat ſibi obedientiam, & curam animarum. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incerto, cap. 2.*

CAPUT III.

Nullus Abbas, nullus eccleſiarum Præpoſitus, quæ juris ſunt eccleſiaſtici, accipere ſine Epiſcopi conceſſione præſumat. *Urban. II. in conc. apud Melfiam, cap. 6.*

CAPUT IV.

16. q. 7. c. 10. Si quis clericus, Abbas, vel monachus per laicos eccleſias obtinuerit, ſecundum ſanctorum Apoſtolorum canones, & Antiocheni Concilii capitulum, excommunicationi ſubjaceat. *Paſchal. II. in ſyn. incert. cap. 3. vel 6. Vid. Ap. cap. 30. Antioch. cap. 23.*

CAPUT V.

De quibuſdam presbyteris, qui eccleſias a laicis accipiebant. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 49.*

CAPUT VI.

Abbates, monachi, canonici, eccleſias, quas numquam habuerunt, non emant, nec alio modo ſibi vindicent, niſi conſentiente Epiſcopo, in cujus fuerint diœceſi. *Pictav. cap. 6.*

CAPUT VII.

Nullus laicus, quamvis religioſus, præſumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel eccleſiæ facultatibus, id eſt nec dandi baſilicas, nec auferendi ſine conſenſu Epiſcopi habeat poteſtatem, &c. ſed juxta Concilium Aurelianen. cap. 19. omnes baſilicæ, quæ per diverſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit, ſecundum priorum canonum regulam, ut in ejus ordinatione, & poteſtate perſiſtant, in cujus territorio poſitæ ſunt. Si quis vero contra hæc venire præſumpſerit, anathemate feriatur. *Colon. ſub Carolo Craſſo c. 4.*

TITULUS VIII.

PATER, ET FILIUS NON POSSUNT ESSE CANONICI, AUT CLERICI EJUSDEM ECCLESIÆ.

Vide libro ſexto, titulo ſexageſimo, & libro nono, titulo quinquaſimo ſeptimo, quibus adde:

CAPUT I.

Prohibemus, ne canonicorum filii, maxime ſpurii, canonici fiant in ſæcularibus eccleſiis, in quibus inſtituti ſunt patres. Et ſi fuerit contra præſumptum, decernimus non valere. Qui vero tales, ut dictum eſt, canonicare præſumpſerint, a ſuis beneficiis ſuſpendantur. *Innoc. III. in concil. Later. cap. 31.*

CAPUT II.

Filii presbyterorum non ſint hæredes eccleſiarum patrum ſuorum. *Anſelm. in concil. Leond. in Anglia.*

TITULUS IX.

DE SIMONIA IN BENEFICIIS.

Vide parte tertia lib. triceſimoquarto, ubi de ſimonia copioſe tractatur.

TITULUS X.

NE CLERICI SUCCESSORES SIBI CONSTITUANT IN BENEFICIIS, NEQUE EA DENTUR ANTEQUAM VACENT.

Vide lib. quarto tit. viceſimoquarto, & ſeptuageſimo quinto, quibus adde:

CAPUT I.

Nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ alicui tribuantur, ſeu promittantur, antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum, & beneficium ſe credit ſucceſſurum. Cum enim id etiam in ipſis gentilium legibus inveniatur prohibitum, turpe eſt, ſi locum in Dei eccleſia futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam etiam damnare ipſi gentiles homines curaverunt. *Alex. III. in conc. Later. c. 8.* *De conceſſ. preb. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll.*

CAPUT II.

Auctoritate prohibemus Apoſtolica ne quis ec- *14. 1. c. 9.*

cle-

cleſias, præbendas, præpoſituras capellas, aut aliqua eccleſiaſtica officia hæreditario jure vendicare, aut expoſtulare præſumat. Quod ſi quis improbus, aut ambitionis reus attentare præſumpſerit, debita pœna mulctabitur, & poſtulatis carebit. *Innoc. II. in ſyn. Rom. c. 12. poſt Ivo pan.*

CAPUT III.

De conceſſ. præb. c. 14. ap. Gr. IX. & in 4. coll. c. 1. eod. tit.

Accedens ad ſedem Apoſtolicam dilectus filius R. clericus ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod cum promiſeritis vos proviſuros eidem in eccleſiaſtico beneficio, cum poſſetis, &c. vos id hactenus efficere non curaſtis, allegantes coram judicibus a ſede Apoſtolica delegatis, quod talis promiſſis vos nullatenus obligarat, eũ videretur eſſe facta contra ſtatuta Later. concilii, quod promiſſionẽ inhibet beneficii non vacantis. Nos autẽ conſiderantes, quod aliud eſt Prælatum promittere beneficii collationem, cum poterit, aliud cum vacabit, cum in multis caſibus ſe facultas offerre poſſet, in quibus non eſſet collatio in expectatione vacaturi beneficii differenda, per Apoſtolica ſcripta vobis mandamus, quatenus memorato R. competens eccleſiaſticum beneficium aſſignetis, &c. *Innoc. III. Abbati, & conventui monaſterii S. Michaelis de Crato. V. Later. ſub Alex. III. cap. 8.*

CAPUT IV.

De accuſat. c. 21. ap. Gr. IX. & in 4. coll. de conceſſ. præb. cap. 3.

Accedens ad præſentiam noſtram G. nepos quondam H. ſubdiaconi noſtri ſua nobis quæſtione monſtravit, quod cum dilectus filius noſter H. ſubdiaconus apud ſedem Apoſtolicam viam univerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, præbendam, quam decedens habuerat in eccleſia Cremon. ei duximus conferendam, venerabili fratri noſtro H. Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo eccleſiæ Cremon. injungentes, ut eum in fratrem reciperent &c. Cumque tu, & alii delegati judices monuiſſetis Epiſcopum, & canonicos Cremon. ad mandatum Apoſtolicum exequendum, ipſi aſſeruerunt noſtras litteras per veri ſuppreſſionem obtentas, eum vivente adhuc ſubdiacono prædicto filio cujuſdam nobilis civis Cremon. in canonicum recepiſſent, & promiſiſſent proximam vacaturam &c. Nos igitur attendentes, quod ſi filius nobilis memorati fuit contra Later. concilium ad proximam vacaturam admiſſus, ut poſtmodum acceperunt, non vacantem, eum priuſquam de morte ſubdiaconi ad Cremon. certus nuntius pervenire potuiſſet, prædictam præbendam conceſſerimus memorato G. diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod de præmiſſo juvene factum eſt denuntietis irritum, & inane, &c. *Innocent. III. in regiſtro. V. Later. ſub Alex. III. cap. 8.*

TITULUS XI.

NE ECCLESIIS PRESBYTERI CONDUCTITII PRÆFICIANTUR.

Vide libro ſexto, titulo decimonono, quibus adde:

CAPUT I.

Ne prælat. vices ſuas, c. 2. apud Gr. IX. & in 1. coll.

QUoniam enormis quædam conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorum Patrum inſtitutiones invaluit, ut ſub annuo pretio ſacerdotes ad eccleſiarum regimen ſtatuantur, ne id fiat, modis omnibus prohibemus, quia dum ſacerdotium hujuſmodi mercede venale diſponitur ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur. *Alex. III. in conc. Turon. c. 5. poſt Lateran. conc. part. 2. c. 2.*

TITULUS XII.

UT BENEFICIA INTEGRA SINE DIVISIONE CONFERANTUR.

CAPUT I.

De præb. c. 8. ap. Gr. IX. c. 10. eod. tit. in 1. coll.

MAjoribus eccleſiæ beneficiis in ſua integritate manentibus indecorũ nimis eſſe videtur, ut minorum clericorum præbendæ recipiant ſectionem. Idcirco ut ſicut in magnis, ita quoque in minimis membris ſuis firmam habeant eccleſiæ unitatem, diviſionem præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus. *Alex. III. in conc. Turon. cap. 1. poſt concil. Lateran. part. 30. cap. 4.*

CAPUT II.

De præb. c. 30. in Greg. IX. & in eod. tit. c. 6. in 4. coll.

Penitus interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus eccleſiæ, quæ curam proprii ſacerdotis debet habere, penſionem alii, quaſi pro beneficio conferre præſumat. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 32.*

CAPUT III.

Ut eccleſ. beneſ. ſine diminut. conferantur, c. 1. ap. Gr. IX. & in 3. coll. & c. 56. de appellat.

Non licuit ex pactione, vel ex conventione quacumque ſub modo, vel tenore præſcripto concedere nudum officium, & ſibi retinere proventus, cum & in Later. concilio ſit prohibitum, ne quis conferendo eccleſiaſticum beneficium, partem proventuum ſuis uſibus retinere præſumat, & alibi cautum reperiatur in canone, quod eccleſiaſtica beneficia debent ſine diminutione conferri. *Inn. III. Mediolan. Archiep.*

CAPUT IV.

De præb. & dignit. c. 20. ap. Gr. IX. & in 1. coll. eod. tit. cap. 6.

Conſuluiſti cum ſæpe contingat, quod ad unã præbendam duo clerici propter nimiam importunitatem petentium eliguntur, utrum confirmanda ſit talis electio. Nos attendentes, quod ſi duo clerici unam præbendam tenerent, illud eſſet contra concilium Turonen. quod præbendarum inhibet ſectionem, & ſi unus illorum ipſam obtineret præbendam, ſub expectatione alios contra Lateran. ſtatuta concilii remaneret, inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod talis electio de rigore juris penitus eſt caſſanda, &c. *Innoc. III. Epiſc. Brixienſ.*

CAPUT V.

De præb. & dignit. c. 26. ap. Gr. IX. & in 4. coll. eod. tit. c. 5.

Vacante quadam præbenda in eccleſia tua duas ex ea conſtituens, ad illas de aſſenſu Capituli tui duos canonicos aſſumpſiſti, quorum altero apud Sedem Apoſtolicam viam univerſæ carnis ingreſſo, quam defunctus habuerat *, quidam clericus nomine Hypolitus fuit auctoritate Sedis Apoſtolicæ aſſecutus, &c. quid facere debeas poſtulaſti per Sedem Apoſtolicam edoceri. Super quo fraternitati tuæ ſic duximus reſpondendum; quod cum Turon. ſtatuta concilii ſectionem inhibeant præbendarum, teneris ubique de his, quæ vacare contigerit, integrare præbendam, niſi forte rationabili cauſſa de præbenda ſupradicta duæ fuerint conſtitutæ, ac tot * ſint utriuſque proventus, quod per utramque ſit utrique proviſum in beneficio competenti. *Inn. III. V. Epiſcopo.*

** habebat, al.*

** aut.*

TI-

TITULUS XIII.
CONFERANTUR BENEFICIA INTRA BREVE TEMPUS.
CAPUT I.

de conceſſ. præb. cap. 2. apud Gr. IX. & in 1. coll.

CUM præbendas eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia in aliqua eccleſia vacare contigerit, vel etiam ſi modo vacant, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis, quæ digne adminiſtrare valeant, conferantur. Si autem Epiſcopus, ubi ad eum ſpectaverit, conferre diſtulerit, per Capitulum ordinetur. Quod ſi ad Capitulum electio pertinuerit, & infra prædictum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus hoc ſecundum Deum, cum virorum religioſorum conſilio, exequatur. Aut ſi omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipſis ſecundum Deum abſque illorum contradictione diſponat. *Alex. III. in conc. Later. cap. 8.*

CAPUT II.

de elect. c. 41. apud Gr. IX. & c. 8. eod. tit. in 4. coll.

Statuimus, ut ultra tres menſes Cathedralis, vel regularis eccleſia Prælato non vacet, infra quos juſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum, qui proxime præeſſe dignoſcitur, devolvatur. Is vero ad quem devoluta fuerit poteſtas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menſes viduatam eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem eccleſiæ, vel alterius, ſi digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, ſi canonicam voluerit effugere ultionem. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 23. vide c. 17.*

CAPUT III.

diſt. 63. c. 35. Obeuntibus.

Ultra tres menſes vacare eccleſias prohibent ſancti canones, &c. *Innocent. III. in concil. Rom. cap. 22.*

CAPUT IV.

De præb. & dignit. in 4. coll. c. 2. de ſupplend. neglig. prælat. ap. Gr. IX. cap. 2.

Quia nobis conſtitit a Decano (*Salmaticenſi*) & ejus ſequacibus, poſt elapſum ſex menſium ſpatium, intra quod Epiſcopus & Capitulum, prout communiter ſpectabat ad eos, procedere ad electionem Cantoris neglexerant, electionem P. minus canonice celebratam, eandem decrevimus irritam, & inanem, & appellationem ab eodem Decano, & ſuis fautoribus interpoſitam factum Archiepiſcopi (*Compoſtellani*) ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta, nequiviſſe aliquatenus impedire, &c. *Innoc. III. Epiſc. & Cantori Zamoren. & Abbati de Morerola ejuſd. diœc.*

CAPUT V.

De conceſſ. præb. c. 5. apud Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. c. 2.

Mandamus quatenus eos, qui præbendas, vel dignitates Eboracenſis eccleſiæ, vel aliarum eccleſiarum ad donationem Archiepiſcopi Eboracenſis ſpectantes, præter auctoritatem acceperint ipſius, ad eas reſignandas diligentius moneas, & inducas, cum eas non poſſint ſana conſcientia detinere, &c. niſi forſan aliqui præbendas ipſas, vel ex ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, vel auctoritate Lateranenſis concilii ab Eboracen. Capitulo ſunt adepti. Sic tamen ut tempus ſuſpenſionis ejus (*Archiepiſcopi*) in ſex menſibus, nullatenus computetur, cum in Lateranen. concilio conſtitutio contra negligentes tantum, & deſides fuerit promulgata, & tunc ſi noluerit, non tamen valuerit Archiepiſcopus ipſe in conferendis præbendis uti poteſtate propria, a qua & ſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus, non tamen ad ipſum Capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio devoluta, ſed ad illum tempore ſuſpenſionis ipſius præbendarum donatio pertinebat, qui propter ejus deſidiam, & negligentiam poterat præbendas donare. Tempus etiam, quo ad Apoſtolicam Sedem acceſſit, apud illam permanſit, vel receſſit ab illa, infra ſex menſes, nullatenus computetur. Semeſtre quoque tempus non a tempore vacationis præbendarum, ſed notitiæ potius ipſius Archiepiſcopi, & commonitionis ad præſentiam ejus, &c. volumus computari. *Inn. III. P. tit. Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato.*

CAPUT VI.

De præb. c. 16. ap. Gr. IX. & in 4. coll. eod. tit. cap. 2.

Poſtulaſti per Sedem Apoſtolicam edoceri, ut cum ad vos ſimul & Archiepiſcopum veſtrum donatio præbendarum eccleſiæ veſtræ pertineat, utrum præbendæ vacantis donatio penes Archiepiſcopum ipſum remaneat, ſi eam intra ſemeſtre tempus neglexeritis ordinare. Ad quod vobis breviter reſpondemus, quod ſi vos, & idem Archiepiſcopus intra tempus præſcriptum negligentes extitiſtis circa collationes vacantium præbendarum, ſicut nec ab illo ad vos *, ita nec a vobis ad illum poteſtas devolvitur conferendi, ſed ſecundum ſtatuta Lateranenſis concilii, ad ſuperiorem tranſit donatio earundem, niſi forte Archiepiſcopus, non ut Prælatus, ſed ut canonicus vobiſcum habeat jus conferendi, & in hoc caſu, ſi * doloſe forſitan impedierit, dolus ei ſuffragari non debet. *Innoc. III. P. ſubdiacono præpoſito, & capitulo Ebrudun.*

* *nos*, al.

* *cum*, al.

TITULUS XIV.
COMMUNIA DE BENEFICIIS.
CAPUT I.

De uſuris c. 1. Gr. IX. & in 1. coll.

CLericus uſurarius eccleſiaſtici officii periculum patiatur, niſi forte beneficium eccleſiæ fuerit, quod redimendum ei de manu laica hoc modo videatur. *Alex. III. in conc. Turon. c. 2. poſt conc. Later. part. 16. cap. 9.*

CAPUT II.

De dec. cap. 17. Quamvis, c. 2. eod. tit. in 1. coll.

Si quis alicui laico in ſæculo remanenti vel eccleſiam, decimamve, ut conceſſerit, a ſtatu ſuo tamquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, &c. *Alex. III. in d. conc. Turon. c. 3. poſt concil. Later. part. 26. cap. 8.*

CAPUT III.

De ſchiſ. c. 1. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 1. coll.

Si qui dignitates eccleſiaſticas, ſeu beneficia per ſchiſmaticos receperunt, careant impetratis. *Alex. III. in conc. Later. cap. 2.*

CAPUT IV.

De elect. c. 7. Cum in cunctis. Gr. IX. c. 16. eod. tit. in 2. coll.

Cum electus fuerit Epiſcopus, & confirmationem acceperit, & eccleſiaſticorum honorum adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis a canonibus definito, is, ad quem ſpectant beneficia, quæ habuerat, diſponendi de illis liberam habeat facultatem. Inferiora miniſteria, ut puta Decanatus, Archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent abnexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec parochialium eccleſiarum regimen, niſi qui jam XXV.

ætatis annum attigerit, & qui ſcientia, & moribus exiſtat commendandus. Cum autem aſſumptus fuerit ſi Archidiaconus in diaconem, & Decanus, & reliqui admoniti, non fuerint, præfixo a canonibus tempore, in presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & alii conferatur, qui & velit, & poſſit convenienter illud implere, &c. Clerici ſane ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi poteſtate tunc privatos, & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio ſe noverint eſſe ſuſpenſos, &c. Epiſcopus autem, ſi aut fecerit, aut fieri conſenſerit contra hoc, in conferendis prædictis poteſtatem ſuam amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum, ſi Capitulum concordare nequiverit, ordinentur. *Alex. III. in conc. Later. cap.* 3.

CAPUT V.

De præb. c. 4. apud Gr. IX. c. 1. eod. tit. in 1. coll.

Epiſcopus, ſi aliquem, ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconem, vel presbyterum ordinaverit, tamdiu neceſſaria ei ſubminiſtret, donec in aliqua ei eccleſia convenientia ſtipendia militiæ clericali aſſignet, niſi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de ſua, vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere. *Alex. III. in conc. Later. cap.* 5.

CAPUT VI.

De ſtatu Monach. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll.

Monachi non ſinguli per villas, & oppida, ſeu ad quaſcumque parochiales ponantur eccleſias. *Alex. III. in concil. Later. cap.* 10.

CAPUT VII.

De renunt. c. 12. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

Quidam licentiam cedendi cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt, ſed cum in poſtulatione ceſſionis hujuſmodi, aut eccleſiarum commoda, quibus præſunt, aut ſalutem videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærentium quæ ſunt ſua, ſeu etiam levitate qualibet, nolumus impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos. *Innoc. III. in concil. Later. cap.* 28.

CAPUT VIII.

Ne liceat laicis exactionem aliquam pro eccleſiæ beneficiis quærere, &c. *Urban. II. in ſynod. apud Melf. cap.* 11.

CAPUT IX.

16. q. 7. c. 19.

Sicut Domini veſtimentum ſciſſum non eſt, ſed de eo ſortiti ſunt, ita nec eccleſia ſcindi debet, quia in unitate tota conſiſtit. In poteſtatem ergo proprii Epiſcopi eccleſiæ reducantur, & ab ipſo, ſicut in ſacris canonibus cautum eſt, ordinentur. Alioquin, & eccleſiæ ipſæ, & clerici earumdem divinis deſtituantur officiis. *Paſchalis II. in concil. incerto cap. ult.*

CAPUT X.

In parochialibus eccleſiis presbyteri per Epiſcopos conſtituantur, qui eis reſpondeant de animarum cura, & de his, quæ ad Epiſcopum pertinent, decimas, & eccleſias a laicis non ſuſcipiant abſque conſenſu, & voluntate Epiſcoporum, & ſi aliter præſumptum fuerit, canonicæ ultioni ſubjaceant. *Calliſt. II. in ſyn. Rom. c.* 18.

CAPUT XI.

19. q. 2. c. 22.

Si monachus ad clericatum promoveatur, beneficia parœciæ præſtentur ei pleniter, & annonæ, & decimæ donentur abſque ulla dilatione, & minoratione, ut quanto melius poſſit juxta poſſibilitatem ſuam, quando neceſſitas extiterit, ad opera eccleſiaſtica, & ipſam reſtaurandam eccleſiam adjutorium faciat. *Innoc. ep. 2. cap.* 10.

CAPUT XII.

De eccleſiis parochianis *, unde Apoſtolicam Sedem conſulere voluiſti, qualiter ſint cuſtodiendæ per Corduben. provinciam, ac ſacerdotibus dividendæ, nihil tuæ charitati potui melius intimare, quam, ut ſequaris, quod nos in Romana eccleſia nuper egiſſe cognoſcitur [Eccleſias vero ſingulas ſingulis presbyteris dedimus, parœcias, & cœmeteria eis diviſimus, & unicuique jus proprium habere ſtatuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parœciæ, terras, terminos, aut jus invadat, ſed unuſquiſque ſuis terminis ſit contentus, & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, ut ante tribunal æterni judicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non judicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat, &c. *Dionyſ. ep. 2. ad Sever. Epiſc. Burch. lib. 3. cap. 43. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 15. panorm. & part. 3. c. 47. decret. Anſelm. lib. 5. cap.* 73.

** parochialibus.*

13. q. 1. c. Eccleſias.

CAPUT XIII.

Communi conſenſu cenſuimus, ubicumque poſſibile fuerit, unicuique eccleſiæ ſuus provideatur ab Epiſcopis presbyter, ut per ſe eam tenere poſſit, aut etiam priori presbytero ſubjugatus, miniſterium ſacerdotale perficere poſſit. Quia in multis locis pericula presbyterorum imminentia perſpeximus, videlicet in officiis divinis, &c. ideoque congruentius omnibus videtur, [cuique congruere eccleſiæ proprium habere presbyterum. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 3. c.* 16.

CAPUT XIV.

Statutum eſt, ut unaquæque Eccleſia ſuum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente Epiſcopo permiſerit. *Vorm. cap.* 51.

CAPUT XV.

Ut ſi quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud ſæcularem ſeniorem nulla precatione, vel aliquo xenio eccleſiam illam obtineat, quia titulus per ſe conſtans antea extitit, ſed neque capellam ſine conſultu Epiſcopi. Quod ſi fecerit, definitam ſententiam ſibi prolatam ſuſcipiat, ſicuti de Epiſcopo canonica decrevit auctoritas, ut ſi per ambitionem majorem civitatem appetierit, & illam perdat, quam tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam uſurpare tentaverit. *Nannet. cap. 16. Burch. lib. 3. cap. 229. Ivo part. 3. cap. 269. decret.*

TITULUS XV.

DE DOTE ECCLESIÆ, ET DE CENSIBUS.

CAPUT I.

De cenſib. c. 7. Gr. IX. & in 1. coll.

PRohibemus, ne novi cenſus ab Epiſcopis, vel Abbatibus, aliiſve Prælatis imponantur Eccleſiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum ſuis uſibus appropriare præſumant, ſed libertates, quas ſibi majores deſiderant conſervari, minoribus quoque ſuis bona voluntate conſervent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur. *Alexand. III. in conc. Lat. cap.* 7.

CA-

CAPUT II.

De labore corporis victus (*nobis*) eſt, eo quod priſtina eccleſiarum ſuſtentatio paulatim per diverſas calamitates deficiendo ſuccubuit. Et ſola eſt noſtra ſubſtantia fides noſtra, &c. *Agatho, & alii apud VI. ſynod. epiſt. 2. act. 4. poſt princ.*

CAPUT III.

Significaſti vos a quibuſdam non rectam fidem tenentibus infamari, atque veſtras eccleſias ſuis dotibus, & fidelium oblationibus ſpoliari, veſtroſque miniſtros nimium vexari, &c. *Lucius epiſt. 1. in princ.*

CAPUT IV.

De cenſu expetendo, eo quod impetrare Francis ad reddendum eccleſiis, vel monaſteriis non potuiſtis aliud, quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio ſervorum XII. denarii reddantur, & hoc, gratias Deo, quia potuiſti impetrare, & dum Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria Sanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit Sarracenorum, Saxonum, vel Friſonum, ſicut tu ipſe nobis innotuiſti. *Zachar. epiſt. 4. in med.*

CAPUT V.

De cenſu eccleſiarum, id eſt, ſolidum de caſata ſuſcipe, & nullam habeas hæſitationem, dum ex eo poteris eleemoſynam tribuere, ac in Chriſti pauperes partiri, & opus perficere ſacrarum eccleſiarum, juxta canonum inſtituta, &c. De ſclavis Chriſtianorum terram inhabitantibus ſi oporteat cenſum accipere, interrogaſti frater. Hoc quidem conſilio non indiget, dum ei cauſſa eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quandoque propriam ſibi vindicabunt terram. Si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipſam terram habere. *Zachar. epiſt. 5. in fine.*

CAPUT VI.

Unaquæque domus (*Galliæ*) ſaltem unum denarium annuatim ſolvant beato Petro, ſi eum recognoſcunt Patrem, & paſtorem ſuum more antiquo. *Greg. VII. lib. 8. regiſtr. epiſt. 23. ad Epiſcop. Albanen.*

CAPUT VII.

Si quis in agro ſuo, aut habet, aut poſtulat habere diœceſim, primum & terras ei diſponat ſufficienter, & clericos, qui ibidem ſua officia impleant, ut ſacratis locis reverentia condigna tribuatur. *Aurel. IV. cap. 32.*

CAPUT VIII.

1. q. 2. c. 1. Placuit. Unuſquiſque Epiſcoporum meminerit, ut non prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tanquam domus privata conſecretur eccleſia. *Brac. II. cap. 5. Vorm. cap. 3. Burchard. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decret.*

CAPUT IX.

10. q. 1. c. 2. Quidam contra canonum auctoritatem eccleſias, quas ædificaverint, poſtulant conſecrari, ut dotem, quam eidem Eccleſiæ contulerunt, cenſeant, ad Epiſcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum diſplicet, & in futuro prohibetur, ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquam, ad Epiſcopi ordinationem, & poteſtatem pertineant. *Tolet. III. cap. 19. Vormac. c. 6. & 55. Magunt. ſub Arnulph. cap. 4. Troſleian. cap. 6. Capitul. lib. 7. c. 213. Burch. lib. 3. cap. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 3. panorm. & part. 3. cap. 23. decret.*

CAPUT X.

Eccleſia ex dote, quam largitus eſt, qui illam ædificavit, presbyterum habeat: & ſi presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus inſtituatur. *Tolet. ſub Receared. Rege XVI. Epiſcop. c. 2.*

CAPUT XI.

Noverint conditores baſilicarum in rebus, quas 10. q. 1. c. 6. eiſdem eccleſiis conferunt, nullam ſe poteſtatem habere, ſed juxta canonum inſtituta, ſicut eccleſia, ita & dos ejus ad ordinationem Epiſcopi pertineat. *Tolet. IV. c. 32. Raban. c. 32. de pœnit. Burch. lib. 3. c. 203. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 4. panorm. & part. 3. c. 255. decr.*

CAPUT XII.

Dotes a fidelibus deſignatæ baſilicis ad hoc, quod ſtatutum eſt (*a ſæcularibus*) vindicentur; nullaque redhibitio cenſus inde a quolibet ſæculari exigatur; ſed quod canonice tantum ordinatum eſt, ſuppleatur. Si quis autem ſæcularium noſtram hanc ordinationem confundere præſumpſerit, ab eccleſia noverit ſe canonice feriendum, cujus inſtitutionem temere contempſit. Sed & ipſi ſæculares, & fideles laici, ſi condere voluerint baſilicas in prædiis ſuis, ſicut edictum piiſſimorum Auguſtorum continet, unam colonicam * * *coloniam, ſ.* veſtitam cum tribus mancipiis dotationis gratia eis conferant, moxque Epiſcoporum juri, & ſanctæ matri eccleſiæ eandem baſilicam ſubmittant: aliter vero nos earum conſecrationem ſciant non impleturos. Illi autem, qui dotes eccleſiarum auferre, dure ſervitium ab eis exigere, inſuper non metuunt periculum ſacerdotibus inferre; ſi actiones non melioraverint, eorum excommunicationi nos addere noverint deſtructionem penitus talium baſilicarum, locumque alium ſub pace meliori ſitum quæſituros, ibique pacificam baſilicam conſecraturos. *Valentin. ſub Lothar. c. 9.*

CAPUT XIII.

Sancitum eſt, ut unicuique Eccleſiæ unus 23. q. 8. c. 25. manſus integer abſque alio ſervitio attribuatur. *de cenſib. c. 1. Gr. IX. & in 1. coll.* Et presbyteri in eis conſtituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſervitium faciant, præter eccleſiaſticum, &c. *Vormac. c. 50. Troſlej. c. 6. Capit. lib. 1. c. 91. Burch. lib. 3. c. 52. Ivo part. 3. c. 55. & part. 16. c. 262. decr.*

CAPUT XIV.

Ne ex dote eccleſiæ, id eſt, ex uno manſo, & quatuor mancipiis cenſus exigatur. *Colon. ſub Carolo III. cognomento Craſſo c. 4.*

CAPUT XV.

De uno manſo, & de terris pro ſepultura datis, & pro quatuor mancipiis, vel eorum procreatione nullus cenſus deinceps exigatur. *Meten. c. 2. in fine.*

CAPUT XVI.

Dos eccleſiæ libera omnino ab omni cenſu, & tributo pertinet ad presbyterum, cujus curæ commiſſa eſt. *Troſlejan. cap. 6.*

CAPUT XVII.

De ordinatione eccleſiarum, & de terris, vel cenſu, quæ Conſtantinus Imperator, vel Carolus ſancto Petro dederunt, & de omnibus eccleſiis, vel prædiis, quæ Apoſtolicæ Sedi ab aliquibus viris, vel mulieribus aliquo tempore ſunt oblata, vel conceſſa, & in mea ſunt, vel fuerint poteſtate, ita conveniam cum Papa, ut periculum ſacrilegii, & perditionem animæ meæ non incurram. *Juramentum quo Imperator electus ſe obligare debet Pontifici Maximo, apud Greg. VII. lib. 9. regiſtr. poſt epiſt. 3.*

TITULUS XVI.

DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.

Vide libro decimo titulo nono, quibus adde infra ſcripta:

CAPUT I.

De priv. c. 5. Greg. IX. & in 1. coll.

ECcleſias, & decimas de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcoporum, tam (*fratres Templi, & Hoſpitalis,*) quam alios religioſos recipere prohibemus, dimiſſis etiam, quas contra tenorem iſtum moderno tempore receperunt, &c. *Alexand. III. in conc. Later. cap. 9.*

CAPUT II.

De eccl. ædif. c. 2. Gr. IX. & c. 1. eod. tit. in 1. coll.

Caveant (*leproſi,*) ne injurioſi veteribus eccleſiis de jure parochiali exiſtant, &c. ſtatuimus etiam, ut de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur. *Alexand. III. in dicto conc. Lateran. cap. 23. ad finem.*

CAPUT III.

De decim. c. 32. ap. Gr. IX. & in 4. coll.

Illæ decimæ neceſſario ſunt ſolvendæ, quæ debentur ex lege divina, vel loci conſuetudine approbata. *Inn. III. in concil. gen. Later. c. 53.*

CAPUT IV.

De decim. c. 34. ap. Gr. IX. c. ult. eod. tit. in 4. coll.

Nuper Abbates Ciſtercienſis ordinis in generali capitulo congregati, ad commonitionem noſtram provide ſtatuerunt, ut de cetero fratres ipſius ordinis non emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debentur eccleſiis, niſi forte pro monaſterio de novo fundando. Si tales poſſeſſiones eis fuerunt pia fidelium devotione collatæ, aut emptæ pro monaſteriis de novo fundandis, committant excolendas, a quibus eccleſiis decimæ perſolvantur, ne occaſione privilegiorum ſuorum eccleſiæ ulterius prægraventur. Decernimus ergo, ut de alienis terris, & amodo acquirendis, ſi eas propriis manibus, aut ſumptibus deinceps excoluerint, decimas perſolvant eccleſiis, quibus ratione prædiorum antea ſolvebantur, niſi cum ipſis eccleſiis aliter duxerint componendum. Nos ergo ſtatutum hujuſmodi gratum, & ratum habentes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus privilegiis extendi volumus, & mandamus, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 55.*

CAPUT V.

De pactis c. 7. Gr. IX. c. 1. eod. tit. in 4. coll.

Plerique, ſicut accepimus, regulares, & clerici ſæculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium eccleſiarum pactum adiiciunt, ut conductores, & feudatarii decimas eis ſolvant, & apud eoſdem eligant ſepulturam. Cum autem id de avaritiæ radice procedat, pactum hujuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes, ut quidquid fuerit occaſione hujuſmodi pacti perceptum eccleſiæ parochiali reddatur. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 56.*

CAPUT VI.

De præb. c. 31. Gr. IX. c. ult. eod. tit. in 4. coll.

In Lateranenſi concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares eccleſias, ſeu decimas ſine conſenſu Epiſcoporum de manu præſumant recipere laicali, &c. Nos autem id fortius inhibentes, tranſgreſſores condigna curabimus animadverſione punire, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 61. V. Alex. III. in conc. Lat. c. 9.*

CAPUT VII.

Ut omnis decimatio Epiſcopis, vel his, qui ab eis ſubſtituti ſunt, præbeatur, nulluſque eam ad ſuam capellam, niſi forte conceſſione Epiſcopi conferat. Quod ſi feciſſe contigerit, primum legibus ſubjaceat humanis, poſtea excommunicatione Epiſcopali conſtrictus, ad ultimum ipſa capella, quæ magis contentionem, quam utilitatem aliquam præſtat, deſtruatur. *Joann. IX. in ſynod. Ravenn. part. 2. cap. 9.*

CAPUT VIII.

Si quis ſanctorum Patrum regulas de eccleſiarum decimis contempſerit, &c. Et eas alibi, niſi in baptiſmalibus eccleſiis, abſque conſenſu Epiſcopi dare tentaverit, & qui dat, & qui recipit, &c. excommunicationi ſubjaceat. *Joann. IX. in d. ſyn. Ravenn. part. 3. cap. 1.*

CAPUT IX.

Nullus laicus decimas ſuas, aut eccleſiam, aut quidquid eccleſiaſtici juris eſt, ſine conſenſu Epiſcopi, vel Romani conceſſione Pontificis, monaſteriis, aut canonicis offerre præſumat. Quod ſi quis Epiſcopus, improbitatis & avaritiæ cauſſa conſentire noluerit, Romano Pontifici nuntietur, & cum ejus licentia, quod offerendum eſt, offerat. *Urban. II. in ſyn. apud Melfiam, cap. 5.*

CAPUT X.

Omnis alius fructus domum mittatur, non ad altare, primitiæ Epiſcopo, & presbyteris: clarum autem eſt, quod Epiſcopus, & presbyteri diaconis, & reliquis clericis partes diſtribuent. *Ap. cap. 4. G. 5. L.*

CAPUT XI.

Non minuas primitias frugum tuarum. In omni dato fac hilarem vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. *Pelag. II. in ep. 2. in fin.* *Eccl. 35.*

CAPUT XII.

Decimæ ſecundum quoſdam ſingulis annis tertia pars, aut in tertio tota Epiſcopis deferatur. Sed tamen nos ſequentes Romanos, ſingulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam Epiſcopi recipiant. *Aurel. cap. 17. vel 15. Capit. lib. 7. cap. 182. & in addit. Burch. lib. 3. cap. 136. Ivo lib. 2. tit. 5. cap. 5. panorm. & part. 3. c. 202. decret.*

CAPUT XIII.

Leges divinæ conſulentes ſacerdotibus, ac miniſtris eccleſiarum pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare, ut nullo labore impedi-

pediti, legitime ſpiritualibus poſſint vacare miniſteriis. Quas leges Chriſtianorum congeries longis temporibus cuſtodivit intemeratas, &c. Unde ſtatuimus, atque decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur, & decimas eccleſiaſticis famulantibus cæremoniis populus omnis inferat, quibus ſacerdotes, aut in pauperum uſum, aut in captivorum redemptionem prorogatis, ſuis orationibus pacem populo, ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit a membris eccleſiæ omni tempore ſeparetur. *Matiſc. II. cap.* 5.

CAPUT XIV.

16.q.1.c.60. Conſtitutum eſt a præſenti concilio, Epiſcopos ita diœceſes ſuas regere, ut nihil ex earum jure præſumant auferre, ſed juxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam (de decimis,) tributis, ac frugibus tertiam conſequantur, &c. *Tolet. IV. cap.* 32. *Raban. cap.* 32. *de pœnit. Burch. lib.* 3. *cap.* 203. *Ivo part.* 3. *cap.* 256. *decret.*

CAPUT XV.

De decimis, vel primitiis ſalvis ſcilicet allegoricarum rerum myſticis ſacramentis, nihil melius puto docere, quam quod ſcriptum eſt in Malachia propheta, dicente domino: *Inferte omnem decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc dicit Dominus: ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem uſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpit fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, & beatos vos dicent omnes gentes.* Sed quia indignatio, & via Dei manet ſuper gentē, vel populum, qui hoc Domini præceptū toto corde, & bona voluntate non adimplet, ſupra præmiſerat dicens: *Si affiget, inquit, homo Deū, quia vos configitis me? Et dixiſtis, In quo configimus te? In decimis, & primitiis. In penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota.* Qua de re, quis non alacri, & læto pectore offerat Deo, ut poſſit illam promereri benedictionem, de qua dicit: *Effundam ſuper vos benedictionem meam uſque ad abundantiam?* Vel quis non timeat, vel contremiſcat illam maledictionem, quam minatur nolentibus offerre: *Vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota?* Et ſi forte nobis non creditis, vel nos deſpicitis, quia homines ſumus, credite ergo ipſi Domino dicenti, *qui mentiri non poteſt, qui utrumque promiſit, & maledictionem in hoc ſæculo, & in futuro nolentibus obedire ejus mandatis, & benedictionem, & abundantiam, & ſalutem animæ, & corporum bona voluntate obtemperantibus ejus imperiis, & in præſenti ſæculo ſe daturum & in futuro.* Non enim exigit Deus a te, quæ non habes, nec penſat, quantum tribuas, ſed in quantum habes, ſimplici corde de ſuis, non de tuis donis da Domino, &c. *Forojul. cap.* 14.

Malachia, 3. c.

Ibid. b.

Ibid. b.

Act. 17.

CAPUT XVI.

De decimis, ut unuſquiſque de propriis laboribus decimas, & primitias Deo offerat, ſicut ſcriptum eſt: *Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo. Arelat. ſub Carolo c.* 9. *Magunt. ſub Arnulph. c.* 22. *Exod.* 22.

CAPUT XVII.

Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decimis, nec alia ulla poſſeſſione priventur. *Arelat. ſub Carolo c.* 20. *Magunt. ſub Arnulph. c.* 22.

CAPUT XVIII.

Decimæ, quæ ſingulis dantur eccleſiis, per conſulta Epiſcoporum a presbyteris ad uſum eccleſiæ, & pauperum ſumma diligentia diſpenſentur. *Turon. ſub Carolo cap.* 16. *Magunt. ſub Raban. cap.* 10.

CAPUT XIX.

Nonas, ac decimas, quas qui res eccleſiaſticas tenent, ſolvere rectoribus eccleſiarum ordinati ſunt, ad luminaria, & ſtipendia clericorum multis in locis abſtractas eſſe videmus. *Turon. ſub Carolo cap.* 46.

CAPUT XX.

Dictum eſt nobis, quod in quibuſdam locis Epiſcopi, & comites ab inceſtuoſis, & ab his, qui decimas non dant, vadios * accipiant, & a presbyteris pro quibuſdam negligentiis, & inter ſe pecuniam dividant: quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiæ locus detur, & conſtituimus, ut inceſtuoſi juxta canonicam ſententiam pœnitentia mulctentur. Qui vero decimas poſt crebras admonitiones, & prædicationes ſacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento vero eos conſtringi nolumus propter periculum perjurii. *Cabilon. ſub Carolo cap.* 18. *Capit. lib.* 2. *c.* 38. *Longobard. de decimis c.* 10.

* *vades.*

CAPUT XXI.

16.q.1.c.46. Queſti ſunt præterea quidam fratres, quod eſſent aliqui Epiſcopi, & Abbates, qui decimas non ſinerent dari eccleſiis, ubi illi coloni miſſas audiunt. Proinde decrevit ſacer iſte conventus, ut Epiſcopi, & Abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuum, vel fratrum ſtipendium habent, decimas ad eccleſias dari faciant. Familia vero ibi det decimas ſuas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum miſſas audiunt. *Cabilon. ſub Carolo c.* 19. *Burch. lib.* 3. *c.* 132. *Ivo lib.* 2. *tit.* 5. *c.* 3. *panorm. & part.* 3. *c.* 198. *decr. Anſ. lib. ult. c.* 48. *in Rom.*

CAPUT XXII.

16.q.1.c.43. Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decimis, nec aliis poſſeſſionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur. *Magunt. ſub Carolo cap.* 41. *Magunt. ſub Raban. cap.* 11. *Magunt. ſub Arnulph. c.* 13. *Trosleian. c.* 6. *Capit. lib.* 2. *cap.* 36. *Burch. lib.* 3. *c.* 9. *Ivo part.* 3. *c.* 12. *decr. Deuſd. cap.* 3. *Anſelm. lib.* 5. *cap.* 38. *in Roman. Caſ. lib.* 7. *cap.* 45.

CAPUT XXIII.

Quicumque beneficium eccleſiaſticum habent ad tecta eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas eccleſias emendandas omnino adjuvent, & novam *, & decimam reddant. *Magunt. ſub Carolo c.* 42. *Capitul. lib.* 5. *c.* 92. *& lib.* 9. *cap.* 32. *in add. &* 101. *Burch. lib.* 3. *cap.* 30. *Ivo part.* 3. *c.* 35.

De eccleſ. ædif. cap. 1. *Gr. IX. c.* 3. *eod. tit. in* 4. *coll.*

* *nonam.*

CAPUT XXIV.

Ut decimæ pleniter dentur. *Remenſ. c.* 38.

CA-

CAPUT XXV.

Quanquam auctoritas canonica doceat, quarta pars decimarum, & redditıuum ex oblationibus fidelium in uſus Epiſcoporum cedat, ubicumque tamen Epiſcopus ſua habet, ſuis contentus ſit, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 31. ad finem.*

CAPUT XXVI.

Volumus, ut decimæ, quæ ſingulis dantur eccleſiis per conſulta Epiſcoporum a presbyteris ad uſus eccleſiæ, & pauperum ſumma diligentia di-
16.q.1.c.2. ſpenſentur, &c. Admonendum eſt, ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipſe dari ſibi conſtituir, quia timendum eſt, ſi quis Deo ſuum debitum abſtrahit, ne forte Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua. *Magunt. ſub Rabano c. 10. Magunt. ſub Carolo c. 38. Magunt. ſub Arnulph. c. 17. Capit. lib. 5. c. 89. & in addit. lib. 7. c. 28. Burch. lib. 3. c. 131. Ivo lib. 2. tit. 5. c. 1. pan. & part. 3. c. 197. decr.*

CAPUT XXVII.

De decimis, primitiis, & reliquis bonis eccleſiaſticis, & de jure, quo hujuſmodi res eccleſiæ debentur. *Syn. Aquenſis, ſive Aquiſgranenſis ſub Rege Pipino.*

CAPUT XXVIII.

Dignum erat, ut capellas villarum veſtrarum laicis non committeretis, &c. Si capellas veſtras presbyteris, aut viris eccleſiaſticis dederitis, & dominicas decimas acceperint, ſartatecta eccleſiæ, & luminaria exinde competenter provideant, & presbyteri parochianas decimas accipiant, & po-
De jure patr. c.3. in 1. coll. puli neceſſitatibus debite invigilent. [Si autem laici capellas habuerint, a ratione, & auctoritate alienum habetur, ut ipſi decimas accipiant, & inde canes, aut gynæciarias ſuas paſcant, ſed potius presbyteri eccleſiarum eas accipiant, & inde reſtaurationem eccleſiarum, & luminaria, & hoſpitum, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac ſtatu regni veſtri Domini miſericordiam ſtudioſe implorent. *Meld. c. 75. Burchard. lib. 3. c. 239. Ivo part. 3. c. 281. decr.*

CAPUT XXIX.

Ut ex poſſeſſionibus, quæ eccleſiaſticæ certis indiciis comprobantur, nec plene propter varias neceſſitates poſſunt reſtitui, ſaltem nonæ, ac decimæ tribuantur. *Synod. apud ſanctum Medardum, cap. 6.*

CAPUT XXX.

De fiſcis, & villis, quas conſtat dominio eccleſiæ a fidelibus olim fuiſſe contraditas, & nunc poteſtate ſæcularium ſubditas, voluntate eorum ordinari placuit, ut edictis Principum juſſum eſt, nonæ, & decimæ ipſis eccleſiis, unde ſubtractæ ſunt, fideliter perſolvantur. Hi qui eas retinuerint, ut ſacrilegos noverint ſe ab eccleſiæ liminibus pellendos. Sed & decimas ſuas omnes fideles promptiſſime Deo offerant de omnibus, quæ poſſident, nec ullis oppoſitionibus, quod ſtatutum eſt, permutare audeant, ne forte cogamur eos diſtrictione eccleſiaſtica ferire. *Valent. ſub Loth. c. 10.*

CAPUT XXXI.

16.q.1.c.36. In ſacris canonibus præfixum eſt, ut decimæ juxta Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autem laici, qui vel in propriis, vel in beneficiis ſuas habent baſilicas, contempta Epiſcopi diſpoſitione, non ad eccleſias, ubi baptiſmum, & prædicationem, & manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramenta percipiunt, decimas ſuas dant, ſed vel propriis baſilicis, vel ſuis clericis pro ſuo libito tribuunt. Quod omnimodis divinæ legi, & ſacris canonibus conſtat eſſe contrarium &c. *Ticinen. c. 11. Anſ. lib. 7. c. 46.*

CAPUT XXXII.

Sancitum eſt de villis, novis eccleſiis in eis noviter conſtitutis, ut decimæ de illis villis, ad eaſdem eccleſias conferantur. *Vormatien. c. 52. Capit. lib. 1. c. 93. Ivo part. 16. c. 263. decr.*

CAPUT XXXIII.

Ut decimæ in poteſtate Epiſcopi fiant, qualiter a presbyteris diſpenſentur. *Vormat. c. 59.*

CAPUT XXXIV.

Placuit huic ſancto concilio, ut ſecundum ſanctiones canonum, decimæ, ſicut & aliæ poſſeſſiones, antiquis conſerventur eccleſiis, ſicut in Chalcedonenſi concilio ſtatutum eſt, cap. 17. Si quis autem in affinitate antiquæ eccleſiæ novalia rura excoluerit, decima exinde debita antiquæ reddatur eccleſiæ. Si vero in qualibet ſilva, vel deſerto loco ultra milliaria quatuor, aut quinque vel eo amplius aliquod dirutum conlaboraverit, & illic conſentiente Epiſcopo eccleſiam conſtruxerit, & conſecratam perpetraverit, proſpiciat presbyterum ad ſervitium Dei idoneum, & ſtudioſum, & tunc demum novam decimam novæ reddat eccleſiæ, ſalva tamen poteſtate Epiſcopi. *Tribur. c. 14.*

CAPUT XXXV.

Ab antiquo tempore conſtitutum eſt, ut ſicut habet Epiſcopus in ſua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus ruſticanis parochiis, quas per tricennium inconcuſſe poſſidet, ita unuſquiſque presbyter in ſuæ ordinationis, ac diſpenſationis cura habeat parochiam ſuam cum dote, & decimis eccleſiæ, videlicet cum ſui Epiſcopi conſilio, ac diſpenſatione ſecundum regulas antiquas, & divinitus conſtitutas, &c. Decimas, primitias fructuum, & oblationes eorum, & ea, quæ parochiis, terris, vineis, mancipiis, atque pecuniis, ſeu quibuslibet rebus quicumque fideles obtulerint, omnia ſub immunitate a tributis fiſcalibus, & omni dominorum exactione libera ſub poteſtate, & diſpoſitione, ut diximus, Epiſcoporum, & regimine, ac diſpenſatione preſbyterorum manere debent inconcuſſa. *Troslejan. c. 6. Vid. Vormat. c. 50. Capitul. lib. 1. cap. 91. Burch. lib. 3. c. 52. Ivo part. 3. c. 55. & part. 16. cap. 262. decr.*

CAPUT XXXVI.

Nullus presbyter fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, de alterius presbyteri parochia perſuadeat, ut ad ſuam eccleſiam concurrant, relicta propria eccleſia, & ſuas decimas ſibi dent. Sed unuſquiſque ſua eccleſia, & populo contentus, quod ſibi non vult fieri, alteri nequaquam faciat, juxta illud evangelicum: *Quæcumque vultis, ut fa-* Matt. 7.
ciant vobis homines, hæc eadem facite illis, &c. *Theodulph. ad presbyteros Aurel. cap. 14.*

TI-

TITULUS XVII.

DECIMÆ IMMUNES SUNT, ET LIBERÆ AB OMNI VECTIGALI.

CAPUT I.

UT ſecundum canonicam auctoritatem, & conſtitutionem domini Imperatoris Ludovici de agro eccleſiaſtico, & manſo, ac mancipiia, quæ ipſe ſuis capitulis conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus eccleſiæ fuerit, neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem cenſum perſolvere cogat, nec quiſquam cujuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcumque exhibeat temporalem. Quod ſi fecerit communione uſque ad ſatisfactionem privetur, & regia poteſtate hoc emendare legaliter cogatur. *Melden. cap. 63. Burch. lib. 3. cap. 53. Ivo part. 3. cap. 56. decret.*

CAPUT II.

c. 1. de cenſib. Greg. IX. & in 1. coll. 23. q. 8. c. 25. Sancitum eſt, ut unicuique eccleſiæ unus manſus integer abſque alio ſervitio attribuatur. Et presbyteri in eis conſtituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſervitium faciant præter eccleſiaſticum, &c. *Vormac. c. 50. Trosleian. cap. 6. Capit. lib. 1. cap. 91. Burch. lib. 3. cap. 52. Ivo part. 3. cap. 55. & part. 16. cap. 262. decret.*

CAPUT III.

Ex decimis, primitiis, & aliis facultatibus eccleſiarum nullus ſolvitur cenſus, ſed ſunt liberæ ab omni vectigali. *Trosleian. cap. 6.*

TITULUS XVIII.

DECIMÆ EX EO, QUOD QUISQUE SUA ARTE QUÆREBAT, OLIM SOLVEBANTUR.

CAPUT I.

SUnt nonnulli, qui auſu ſacrilego ſurripiunt, atque defraudant Deo debitam decimarum partem ad ſuam ipſorum perniciem dicentes non ſe debere decimas dare de militia, de negotio, de artificio, de lanarum tonſione, & de ceteris quibuſcumque a Deo largitis commerciis. Audiant non noſtra, ſed per ſacras ſcripturas Dei, de talibus mandata, & ſancta ſanctorum Patrum exempla, &c. Et primo omnium attendant, quia ſolius Dei cauſſa oblationes, & decimas ſuas ſacerdotibus, immo in ſacerdotibus ipſi Deo dare debeant, & quia eas dando fideliter, nihil Deo, qui bonorum noſtrorum a ſe nobis collatorum non indiget, conferunt, ſed dum ei ſua reddunt, pro parvis in præſenti maxima, & ſibi in futurum profutura acquirunt. Scribitur in Levitico: *cap. 27.* *Omnes decimæ terræ ſive de frugibus ſive de pomis arborum Domini ſunt*, &c. Item in eodem: *Omnes decimæ boum, & ovium, & omne quod tranſit ſub virga, in numerum decimum quodcumque venerit, ſanctificatum erit Domino: non mutabis illud bonum malo, neque malum bono*, &c. *Trosleian. cap. 6.*

CAPUT II.

Sicut ab his, qui labore agrorum, & cæteris laboribus victum, atque veſtitum, & neceſſaria uſibus humanis adquirere inhiantes ſtant, decimæ, & eleemoſynæ dandæ ſunt, ita his quoque, qui pro neceſſitatibus ſuis negotiis inſiſtunt, faciendum eſt. Unicuique enim homini Deus dedit artem, qua paſcatur, & unuſquiſque de arte ſua, de qua corporis neceſſaria ſubſidia habet, animæ quoque, quod magis neceſſarium eſt, ſubſidium adminiſtrare debet. *Theodulphus ad presbyteros Aurel. cap. 35.*

TITULUS XIX.

NE LAICI DECIMAS, AUT PRIMITIAS SUAS, AUT ALIENAS SIBI RETINEANT.

Vide libro decimo, titulo nono.

TITULUS XX.

MONACHI DECIMAS PRÆDIORUM DENT ECCLESIIS.

Vide libro nono, titulo ſexageſimo quarto.

TITULUS XXI.

DE OBLATIONIBUS.

CAPUT I.

OBlationes fidelium a nemine præſumantur abſque conſenſu, & voluntate Epiſcopi, in cujus dinoſcuntur eſſe parochia, & poteſtate, nec poſſideri, vel dominari teneantur, &c. *Symmac. in ſyn. Rom. VI. poſt princ.*

CAPUT II.

Presbyteri nullius blandiantur, aut ſuadeantur ſermonibus, ut non omnium ad ſe concurrentium in quibuslibet ſacris locis oblationes ad Miſſarum ſolemnitatem recipiant, quia cum mediatores Dei, hominumque exiſtant in exercendis votis, relaxandiſque peccatis, largiſſimam debent orationem peragere. *Eugen. II. & Leo IV. in ſyn. Rom. c. 17. Burch. lib. 5. c. 37. Ivo part. 2. cap. 46. decr.*

CAPUT III.

Ut omnis Chriſtianus procuret ad Miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre, & duci ad memoriam, quod Deus per Moſem dixit: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Etenim in collectis ſanctorum Patrum liquido apparet, quod omnes Chriſtiani offerre aliquid Deo ex uſu ſanctorum Patrum debent. *Gregor. VII. in ſynod. Rom. anno 6. c. 13. Tarrac. lib. 5. cap. 57. Anſ. lib. 5. cap. 40.* *De conſecr. dist. 1. c. 68. Deut. 16. c. Exod. c. 8.*

CAPUT IV.

Sanctorum Patrum canonibus conſona ſentientes, oblationes de ſacratiſſimo, & reverentiſſimo altari Beati Petri, & Salvatoris, & ſanctæ Mariæ rotundæ, aut de aliis eccleſiarum altaribus ſive crucibus a laicis auferri penitus interdicimus & ſub diſtrictione anathematis prohibemus, &c. *Calliſt. II. in concil. Rom. c. 14.* 18. q. 1. c. 14.

CAPUT V.

Res (*eccleſiæ*) fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis uſibus, quam eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum, vel indigentium converti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. *Urban. epiſt. unic. cap. 2. Troſlej. cap. 4. Capitul. lib. 1. cap. 83. & lib. 7. addit. 2. in princ. Burch. lib. 3. c. 143. Ivo part. 3. cap. 139. decr. Anſelm. lib. 5. c. 37. Cæſaraug. lib. 7. c. 57.* 12. q. 1. c. 16. Ipſæ.

CA-

CAPUT VI.

Res eccleſiarum veſtrarum, & oblationes fidelium, quas ſignificaſtis a quibuſdam irruentibus vexari, vobiſque & eccleſiis veſtris auferri, indubitanter maximum eſt peccatum, &c. *Lucius ep. ſing. cap. 6.*

CAPUT VII.

Diſt. 18. c. 8. De eulogiis ad ſacra deferendis concilia nihil invenimus a majoribus terminatum, ſed ſicut unicuique presbytero placuit. Nam ſi conſtitutum fuerit illo in tempore benedictiones adſerri, forſan minus libentius ad ſynodos occurrent *, & magis venire detrectent *, quæ ut arbitror non ſunt rationabiliter quærendæ, nec ultro delatæ ſunt reſpuendæ. *Leo IV. in epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ c. 3.*

* *occurrerent.* * *detrectarent.*

CAPUT VIII.

Sane ſciendum eſt, quoniam idcirco in diebus feſtis ab opere mundano ceſſandum eſt, ut liberius ad eccleſiam ire, pſalmis, & himnis, & canticis ſpiritualibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, &c. valeat Chriſtianus. *Nicol. ad conſult. Bulg. cap.* 11.

CAPUT IX.

Cum in prælium proficiſci diſponitis, quod ipſi commemoratis, agere in Dei nomine non omittite, id eſt, ad eccleſias ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, Miſſarum ſolemniis intereſſe, oblationes offerre, confeſſiones delictorum ſacerdotibus facere, &c. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap.* 35.

CAPUT X.

16. q. 1. c. In canonibus. 57. Si quis oblationes eccleſiæ extra eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus, cui hujuſmodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus agere voluerit conſilio, anathema ſit. *Gangr. cap. 7. Symmac. in ſynod. Rom. VI. Aquen. ſub Pipino lib. 3. cap. 26. Piſten. cap. 4. Capit. lib. 1. cap. 47. & lib. 6. cap. 285. ad med. & lib. 7. cap. 5. vel 7. Burch. lib. 3. cap. 144. Ivo part. 3. cap. 209. decret. Anſ. lib. 5. cap. 44. Caſar. lib. 7. cap. 43. Deuſdedit part. 4.*

CAPUT XI.

Ubi ſupr. d. cap. 57. Si quis dederit, vel acceperit oblata præter Epiſcopum, vel eum, qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema ſit. *Gangr. c. 8. Symmac. ubi ſupra. Aquiſgr. cap. 66. Aquen. ubi ſupra. Capit. lib. 1. cap. 47. Burch. lib. 3. c. 145. Ivo part. 3. c. 210. decr.*

CAPUT XII.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint baſilicis in civitatibus conſtitutis, ad poteſtatem Epiſcopi redigantur, &c. *Aurel. III. c.* 5.

CAPUT XIII.

A communione eccleſiaſtica ſuſpendatur quiſquis ille quolibet ordine, quod pro devotione ſua eccleſiis dedit, revocare præſumpſerit. *Aurel. III. c. 22. in fine.*

CAPUT XIV.

Quæcumque eccleſiis, aut Pontificibus ſub competenti ac juſto documento fuerint derelicta ab hæredibus legitimis, dignum eſt, ut Dei contemplatione ſerventur. *Aurel. IV. cap. 14. V. Agath. cap. 4.*

CAPUT XV.

Quicumque pro devotione ſua oblationis ſtudio aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam abſque ſcriptura probatur eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum vel ipſe, vel hæredes ejus quacumque occaſione auferre jure hoc eccleſiæ, vel alienare voluerint, quoad uſque a tali intentione diſcedant, aut pervaſa reſtituant, a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur. *Aurelian. IV. cap.* 19. 16. q. 7. c. 30.

CAPUT XVI.

Quia nonnulli memores ſui per quaslibet ſcripturas pro captu animi de facultatibus ſuis eccleſiis aliquid contuliſſe probantur, quod a diverſis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, &c. Quicumque ergo immemor interitus ſui, res eccleſiis delegatas injuſte poſſidens præſumpſerit retinere, & veritate comperta, res Dei ſervis ejus diſſimulaverit reformare, ab omnibus eccleſiis ſegregatus a ſancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, niſi cum culpam propriam rerum emendatione purgaverit, &c. *Turon. II. cap. 26. Pariſienſ. cap.* 1.

CAPUT XVII.

Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis, quam vini. &c. *Matiſcon. II. cap. 4. Burch. lib. 5. cap. 24. Ivo part. 2. cap. 34. decret.*

CAPUT XVIII.

Quicumque fidelium de facultatibus ſuis eccleſiæ aliquid, devotione propria, contulerint, ſi forte ipſi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem eccleſia ſuffragium vitæ pro temporis uſu percipiant, &c. *Tolet. IV. cap.* 37.

CAPUT XIX.

Imputatur quibuſdam fratribus, eo quod avaritiæ cauſſa hominibus perſuadeant, ut abrenuntiantes ſæculo, res ſuas eccleſiæ conferant, quod penitus ab omnium mentibus eradicandum eſt; animarum etenim ſalutem inquirere ſacerdos, non lucra terrena debet, quoniam fideles ad res ſuas dandas non ſunt cogendi, neque circumveniendi, oblatio namque ſpontanea eſſe debet, juxta illud, quod ait Scriptura: *Voluntarie ſacrificabo tibi.* *Pſalm.* 53. Et illud: *Omnis populus mente devota obtulerunt donaria Domino*, &c. *Exod.* 35. *d.* *Cabilonen. ſub Carolo cap.* 6.

CAPUT XX.

Oblationem, & pacem in eccleſia facere jugiter admoneatur populus Chriſtianus, quia ipſa oblatio ſibi, & ſuis magnum remedium eſt animarum. *Magunt. ſub Carolo cap. 44. Burch. lib. 5. cap. 25. Ivo part. 2. cap. 35. decret.*

CAPUT XXI.

Profiteor me ſuſcipere oblationes bonas, oblationes ſanctas. [Si quis autem iraſcitur filio ſuo, 13. q. 2. c. 2. & moriens exhæredat eum, ſi viveret, non eum placarem, non ei filium ſuum reconciliare deberem? quomodo ergo cum filio ſuo volo, ut habeat pacem, cujus appeto hereditatem? ſed plane, ſi ſa-

ſi ſa-

ſi faciat quod ſępe hortatus ſum: unum filium habet, alterum putet Chriſtum. Duos habet? putet Chriſtum tertium. Decem habet? undeci-
17. q. 4. c. ult. mũ faciat, & ſuſcipio, &c. [Quicumque vult exhæredato filio hæredem facere eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum; immo, Deo propitio, neminem inveniat. *Aug. in ſerm. 2. de vit. & moribus cleric. ap. Aquiſgr. c. 112. prope fin. Ivo par. 3. c. 177. & 178. decr. Tarrat. lib. 1. c. 165.*

CAPUT XXII.

Res eccleſiæ, ſicut a ſanctis Patribus traditur, & in ſuperioribus capitulis continetur, vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namque fidei ardore & Chriſti amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cæleſtis patriæ deſiderium ſuis propriis facultatibus ſanctam locupletem fecerunt eccleſiam; ut his, & milites Chriſti alerentur, eccleſiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur, &c. *Aquiſgran. cap. 116.*

CAPUT XXIII.

Diebus dominicis, & ſanctorum feſtis, vigiliis, & orationibus inſiſtendum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currendum, &c. *Tribur. c. 35.*

CAPUT XXIV.

Omnia, quæ Domino offeruntur, proculdu-
12. q. 1. c. 3. Nulli. bio conſecrantur, & non ſolum ſacrificia, quæ a ſacerdotibus ſuper altare Domini conſecrantur
Levit. 27. d. oblationes fidelium dicuntur, ſed quidquid ei a fidelibus offertur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, vel quodlibet artificium, ædificium, veſtimentum, quodcumque mobile, vel immobile de his rebus, quæ ſupplementum ſanctæ Dei eccleſiæ, ejuſque miniſtris, atque ornatum præſtare poſſunt, indubitanter Domino conſecrantur. *Troſleian. cap. 4. Burch. lib. 11. c. 17. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 32. panorm. & p. 14. cap. 87. decr. Tarracon. lib. 5. cap. 4.*

CAPUT XXV.

Presbyteri oblationes, vel luminaria, quæ eis ad manus offeruntur, tamquam propria ſua habeant. *Synod. Bituricen. c. 12. apud concil. Lemovicen. act. 2.*

CAPUT XXVI.

Fœminæ, Miſſam ſacerdote celebrante, nequaquam ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & ibi ſacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat. *Theodulph. ad presbyter. Aurelianen. cap. 6.*

CAPUT XXVII.

Die dominico præter orationes, & Miſſarum ſolemnia, & ea, quæ ad veſcendum pertinent, nihil aliud fiat, &c. concurrendum etiam eſt cum oblationibus ad miſſarum ſolemnia, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 24.*

CAPUT XXVIII.

12. q. 2. c. 15. Futuram eccleſiam in gentibus Apoſtoli prævidebant, maximeque quia Dominus illis præ-
Mat. 16. dixerat: *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium.* Vel quia expellendi erant a Judæa, noverant ſe in gentibus diſpergendos, &c. Idcirco prædia in Judæa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fovendos egentes. At vero, cum inter turbines, & adverſa mundi ſuccreſceret Eccleſia, eo uſque pervenit, ut non ſolum gentes, ſed etiam Romani Principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti, & baptiſmi ſacramenta concurrerent, e quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per univerſum orbem ſub ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, & prædia tribuere poſſe conſtituit. Denique idem præfatus Princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis beati Petri Principis Apoſtolorum inſtituit, adeo ut ſedem Imperialem, quam Romani Principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro ſuiſq. * Præ- * ſucceſſoribus.
ſulibus profuturam concederet, &c. Ab illo tempore, & deinceps viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones, & prædia, quæ poſſederant ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis in honore ſanctorum martyrum per civitates ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Domino ſervientium convenirent. Denique Reges, & Præſides, ac Magiſtratus, non ſolum hanc licentiam tribuere, ſed etiam ipſi propria largiti ſunt per univerſa regna terrarum, unde alerentur egentes, qui nihil in mundo poſſidebant, eccleſiæque Dei fabricarentur, atque reſtaurarentur, Deoque & eccleſię ejus rite famulantibus, ſervisque illius ſupplementa, ut abſque neceſſitate eſſent, tribuerentur, &c. *N. de primitiva eccleſia, &c. ante edictum Conſtant. Imp. Burch. lib. 3. c. 2. 4. & 5. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 3. panorm. & part. 3. c. 4. 6. & 7. decr. Cæſar. lib. 7. c. 58.*

TITULUS XXII.

DE HIS, QUI DEFUNCTORUM OBLATIONES RETINENT.

CAPUT I.

DEcimæ, & primitiæ, ſeu oblationes vivo- 16. q. 1. c. 3. Præcipimus.
rum, & mortuorum eccleſiis Dei fideliter reddantur a laicis: & in diſpoſitione Epiſcoporum ſint, quas qui reſtituerint, a ſanctæ eccleſię communione ſeparentur. *Nicol. II. in ſynod. Roman. c. 5.*

CAPUT II.

Secundum conſtitutionem ſynodi Vaſenſis, qui oblationem fidelium ſuppreſſerit, aut negaverit, ab eccleſia, cui fraudem fecit, excludatur. *Arelat. II. c. 28. vide Vaſen. c. 4.*

CAPUT III.

Qui oblationes defunctorum, aut negant ec- 13. q. 2. c. 9.
cleſiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. *Carthag. IV. c. 95. Burch. lib. 3. c. 142. Ivo part. 3. c. 208. decr.*

CAPUT IV.

Clerici, vel ſæculares qui oblationes paren- 13. q. 2. c. 11.
tum, aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverunt eccleſiis, vel monaſteriis crediderint auferendum; ſicut ſynodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab eccleſiis exclu-

dantur. *Agath. c. 4. Burch. lib. 3. c. 140. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 5. panorm. & part. 3. c. 206. decr.*

CAPUT V.

13.q.2.c.10. Qui oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, ut infideles, ſunt ab eccleſiis abiiciendi: quia uſque ad inanitionem fidei pervenire certum eſt hanc divinæ pietatis exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi enim quaſi egentium necatores, nec credentes judicium Dei, habendi ſunt. Unde & quidam patrum ait, *Amico quippiam rapere, furtum eſt; Eccleſiam fraudare ſacrilegium. Vaſen. vel Vaſion. c. 4. vid. Arelat. III. c. 28. Hieron. ad Nepotianum de vita clericor. epiſt. 2. Ivo part. 3. c. 155. decr. Deuſded. c. 4. Cæſar. lib. 7. c. 2.*

12. q. 2. c. 71. Gloria, §. Amico.

CAPUT VI.

Qui oblationes defunctorum legaliter dimiſſas quolibet ordine aſſignare tardaverint, vel detinere præſumpſerint, &c. a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur, &c. *Aurel. III. cap. 22.*

CAPUT VII.

Quiſquis aut majorum, aut mediocrium perſonarum quodcumque muneris, vel facultatis ſacerdotibus, aut eccleſiis, aut quibuſdam locis ſanctorum, ſtudio mercedis cum juſtitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipſa, quæ a parentibus donata noſcuntur, poſtmodum quis auferre præſumpſerit, ut necator pauperum, communione privetur. *Aurel. V. cap. 16.*

CAPUT VIII.

Qui oblationes fidelium defunctorum, quæ eccleſiis conferuntur, retinent, veluti retentores eccleſiæ, & necatores egentium, ab eccleſiæ liminibus arceantur. *Matiſc. c. 4.*

CAPUT IX.

Qui agapen pauperum, & ſuſtentationem peregrinorum, & eleemoſynam defunctorum defraudant, apud ſanctos patres eorum necatores vocantur. *Tullen. part. ult. c. 14.*

TITULUS XXIII.

DE OBLATIONIBUS HÆRETICORUM, ET QUORUNDAM ALIORUM, QUÆ RECIPI NON DEBENT.

CAPUT I.

De uſur. c. 3. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 2. coll. Uſurariorum manifeſtorum oblationem nequiſquam accipiat; qui autem acceperit, & quæ acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus. *Alexan. III. in concil. gener. Later. cap. 25.*

CAPUT II.

De hæred. c. 13. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. Sane clerici, nec eleemoſynas, nec oblationes (*hæreticorum*) accipiant. *Inn. III. in conc. gen. Lateranen. c. 3. §. Si qui autem.*

CAPUT III.

Munera tua ideo recipienda non eſſe arbitrati ſumus, quia divinis oculis oblatio tua non acceptabilis eſſe probatur quamdiu a peccato iſto immunem te non reddideris, & ad gratiam omnipotentis Dei, ſicut catholicum Principem decet, non redieris. Licet munera tua propter illud peccatum non receperimus, tamen Dei miſericordiam pro te exorare non deſiſtemus. *Greg. VII. lib. 9. epiſt. 22. E. comiti in fine.*

CAPUT IV.

Oblationes diſſidentium fratrum, neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur. *Carth. IV. c. 93. Troslejan. c. 12. Burch. lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. decr.* Diſt. 90. c. 2.

CAPUT V.

Eorum, qui pauperes opprimunt, dona a ſacerdotibus refutanda. *Carth. IV. c. 94. V. Trosl. c. 7. Burch. lib. 5. c. 39. Ivo part. 2. c. 48. decr.* d. c. 2. & c. 8. eod. diſt.

CAPUT VI.

Statuta eccleſiæ antiquæ præcipiunt, eorum, qui pauperes opprimunt, dona a ſacerdotibus eſſe refutanda: & merito, cum ſint apud Dominum abominalia, teſtante ſuper hoc ſcriptura: *Qui offert*, inquit, *ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. Troslejan. c. 7.* Eccleſ. 34.

TITULUS XXIV.

QUONAM PACTO DIVIDANTUR, QUÆ OFFERUNTUR A LAICIS.

Vide libro quarto, titulo LXXXI. c. 1. & lib. XIII. titulo XXI. lib. XIV. tit. X. quibus adde:

CAPUT I.

Omnis alius fructus domum mittatur: primitiæ Epiſcopo, & presbyteris. Clarum autem eſt, Epiſcopum, & presbyteros diaconis, & reliquis clericis partes diſtributuros. *Ap. c. 4. G. 5. L.*

CAPUT II.

De his, quæ parochiis in terris, vineis mancipiis, atque peculiis, quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſerventur, ut omnia in Epiſcopi poteſtate conſiſtant. De his tamen, quæ in altario acceſſerint, tertia fideliter Epiſcopis deferatur, duæ clericis. *Aurelian. c. 17. vel c. 15. Capit. lib. 7. c. 182. in addit. Burch. lib. 3. c. 136. Ivo lib. 2. tit. 5. c. 5. panorm. & part. 3. c. 202. decr.* 10. q. 1. c. 3.

TITULUS XXV.

DE SERVIS, ET LIBERTIS ECCLESIÆ.

Vide lib. X. a titulo XXII. ad XXVII. ubi etiam de eorum obligationibus, manumiſſionibus, & matrimonio.

TITULUS XXVI.

RES ECCLESIÆ SINT IN POTESTATE EPISCOPI, ET PRESBYTERORUM: ILLASQUE SECUNDUM CANONUM STATUTA DISPENSENT.

Vide ſupra libro quarto titulo octuageſimo, quibus adde infraſcripta.

CAPUT I.

Ipſæ res eccleſiarum in ditione ſingularum parochiarum Epiſcoporum, qui locum tenent Apoſtolorum, erant, & ſunt uſque adhuc, & futuris debent eſſe temporibus. E quibus Epiſcopi, & fideles diſpenſatores earum omnibus communem vitam degere volentibus miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur, &c. [Res eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed ut communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore non in alios, 12. q. 1. c. 26. Videntes §. Ipſæ. 12. q. 1. c. 26.

quam

quam in præfatos uſus ſunt fideliter diſpenſandæ, 48. 5. a. ne ſacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, ubi traditæ ſunt: ne pœnam, & mortem Ananiæ, & Saphiræ incurrant, & quod pejus eſt, anathema maranatha fiant, &c. *Urban. ep. unic. poſt princ. Ivo part. 3. c. 139. decr. Anſelm. lib. 5. c. 37. & lib. 7. c. 4. Cæſar. lib. 7. c. 40. & 57.*

CAPUT II.

12.q.4.c.1. Non decet rectores eccleſiæ in ſuis ſtrenuos, & in eccleſiaſticis rebus eſſe remiſſos, &c. [Quicumque ſub neglectu res divinas laborare diſtulerit, placito ſpeciali diſtringendus eſt. Quidquid in rebus eccleſiæ minuit, illi reſtituat, ex cujus rebus, atque ſuffragiis ſuos convictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro utilitatibus eccleſiæ, aut ſubſtantiæ expendit, aut diſpendii, vel perditionis quippiam pertulit, ſi hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus eccleſiæ ejuſdem reformabitur, pro cujus utilitatibus id expendiſſe probatur. *Bracar. III. c. 8.*

CAPUT III.

Clerici, quos pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis vitæ neceſſaria ſive in domibus, ſive in congregatione viventes accipiunt, quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, ſed cogit vivendi neceſſitas. Illi autem qui tam infirmi ſunt, ut poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſſint, ſi ea, quæ accepturi erant, diſpenſatori relinquant, nihil habentibus conferenda, ſine peccato poſſident ſua, quia & ipſi quodam modo ſua relinquunt, quando propriis contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt. Quod ſi putant, ideo accipi debere eorum, quæ conferuntur eccleſiæ, portionem, ne eam videantur abiicere; ſe vero non poſſe ſua relinquere, quod eis deforme ſit, inter ſuos pauperes reddi noverint eſſe deformius, poſſeſſores de eleemoſynis pauperum paſci. *Proſper. lib. 2. c. 12. & 13. de vita activa & contempl. apud Aquiſgran. c. 108. & 109.*

CAPUT IV.

Fideles ſuis propriis facultatibus ſanctam locupletem fecerunt eccleſiam, ut his & milites Chriſti alerentur, eccleſiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti, ac ſolerti cura providendum eſt his, qui ejus facultates adminiſtrant, ne eas in ſuos ſolummodo uſus convertant, &c. Ergo res eccleſiæ pauperibus & militibus Chriſti ſtipendiariæ debent intelligi. Unde totis niſibus Prælatis ſatagendum eſt, ut ſanctorum Patrum dictis, & exemplis obſequentes, de rebus commiſſis & ſubditos gubernent, & pauperes foveant, cunctiſque utilitatibus, ac neceſſitatibus eccleſiæ fideliter adminiſtrando conſulant, quatenus de fideli adminiſtratione ab ipſo, cujus miniſtri eſſe noſcuntur, ineffabiliter remunerari mereantur. *Aquiſgran. cap. 116.*

CAPUT V.

Ea, quæ a Domino Imperatore, conſenſu Epiſcoporum, ob honorem, & amorem Dei eccleſiis conceſſa ſunt, non in avaritiam presbyterorum, aut in rapacitatem Epiſcopalium miniſtrorum cedant, ſed in utilitatem eccleſiæ, & in uſus clericorum, & pauperum deveniant. *Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. 3. cap. 6.*

TITULUS XXVII.

DE DIVISIONE RERUM ECCLESIASTICARUM IN TRES, VEL QUATUOR PARTES,

Vide libro quarto, titulo octuageſimo primo, & libro decimotertio titulo vigeſimo primo.

TITULUS XXVIII.

DE CONSERVANDIS REBUS ECCLESIÆ.

CAPUT I.

SI Epiſcopus talem culpam admiſiſſe conſtiterit, quod abſit, ut conſtet eum non irrationabiliter fuiſſe depoſitum, eadem ejus depoſitio confirmetur, & eccleſiæ res ſuæ omnes reſtituantur, quæ ablatæ claruerint, quia delictum perſonæ in damnum eccleſiæ non eſt convertendum. Si enim, ut dicunt, Comiciolus defunctus eſt, ab hærede ejus, quæ injuſte ab illo oblatæ ſunt, ſine excuſatione reddantur. *Greg. lib. 2. ep. 50. Joanni defenſori in fin. Anſelm. lib. 3. c. 90.* 16.q.6.c.3.

CAPUT II.

Si quis ex familia eccleſiaſtica ſacerdotes, vel levitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alii lapſi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus, ſed res eorum eccleſiaſtico juri non ſubtrahi. Ad uſum tamen ſuum accipiant, unde ad pœnitendum ſubſiſtant, ne, ſi nudentur, locis, in quibus dati fuerint, oneroſi ſint. *Gregor. lib. 1. epiſt. 42. Ivo part. 6. c. 380. & part. 15. c. 20. decr. Anſelm. lib. 8. c. 1. Cæſar. lib. 8. c. 67. Tarrac. lib. 1. c. 262.* 16.q. 6.c.5. De lapſis. §. Si qui vere.

CAPUT III.

Bonifacium vobis ordinavimus ſacerdotem, cui dedimus in mandatis, &c. ut miniſteria, atque ornatum eccleſiæ, vel quidquid illud eſt in patrimonio ejuſdem non minuere ſtudeat, ſed augere. *Greg. II. ep. III. ad clerum, & plebem Turingiæ poſt princ.*

CAPUT IV.

Quæ ſunt eccleſiæ, ſub omni ſollicitudine, & 10.q.1.c.5. conſcientia bona, & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, judicatque, ſerventur: quæ etiam diſpenſanda ſunt judicio, & poteſtate Pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ, quæ in eccleſia congregantur. *Antioch. c. 24. Mart. Brac. c. 15.*

CAPUT V.

Si quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ 12. q. 2. c. 33. & 40. poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut adverſariis fortaſſe tradere damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid per abſentiam documentorum damni eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur; hi etiam qui in damno eccleſiæ impie ſollicitati a traditoribus acceperint ſuperiori ſententia teneantur. *Agath. c. 26. Rhaban. 18. de pœnit. Burch. lib. 3. c. 183. Ivo part. 3. c. 156. decret. Anſelm. lib. 5. c. 76. Cæſar. Ibid. 7. c. 99.*

CAPUT VI.

Quæcumque eccleſiis a Pontificibus ſub competenti, ac juſto documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis dignum eſt, ut pro Dei contemplatione ſerventur. *Aurel. IV. c. 14.*

CAPUT VII.

Teſtamenta, quæ Epiſcopi, presbyteri, ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid eccleſiæ, aut quibuſcumque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant, &c. De quibus rebus, ſi quis animæ ſuæ contemptor aliquid alienare præſumpſerit, uſque ad emendationis ſuæ, vel reſtitutionis rei ablatæ tempus a conſortio eccleſiaſtico, vel omnium Chriſtianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. c. 2.*

CAPUT VIII.

Quia his, qui Principibus digne deſerviunt, atque deferentibus fidele illis obſequium, conſtat nos optimum miniſtraſſe ſuffragium (dum juſte a principibus acquiſita, in eorum jure perſiſtere ſancimus indivulſa) æquum eſt maxime, ut rebus eccleſiarum Dei adhibeatur a nobis providentia opportuna, adeo ut quæcumque res eccleſiis Dei a Principibus juſte conceſſæ ſunt, vel fuerint, vel cujuſcumque alterius perſonæ quolibet titulo illis non injuſte collatæ ſunt, vel extiterint, ita in earum jure perſiſtere firma ſtabilitate jubemus, ut evelli quoquo caſu, vel tempore nullatenus poſſint. Opportunum eſt enim, ut ſicut fidelia hominum ſervitia non exiſtere cenſuimus ingrata, ita eccleſiis collata, quæ proprie ſunt pauperum alimenta, earum in jure pro mercede offerentium maneant inconvulſa. *Tolet. VI. c. 15.*

CAPUT IX.

12. q. 2. c. Bonæ. 74. Quiſquis Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreverit: non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem dare debebit, ut hac temperamenti æquitate ſervata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad eccleſiam vero, quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſervata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem aſſumat. *Tolet. IX. c. 5. Ivo part. 3. c. 170. decr.*

CAPUT X.

Non decet rectores eccleſiæ in ſuis ſtrenuos, & in eccleſiaſticis rebus eſſe remiſſos; nam quorumdam fertur opinio, quod quidam ſacerdotum familias eccleſiæ in ſuis laboribus, quæ ſint, rei propriæ profectum augentes, Dominicis vero
12. q. 2. c. 2. diſpendium nutrientes, unde (quicumque ſub hoc neglectu res divinas laborare diſtulerit, placito ſpeciali diſtringendus eſt, qualiter ſi de rebus, ſeu augmentis eccleſiæ quæſtum laboribus ſuis propriæ auxit, & ex hoc eccleſiaſticis rebus, aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus eccleſiæ minuit, illi reſtituat, ex cujus rebus, atque ſuffragiis ſuos convictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro utilitatibus eccleſiæ, aut ſubſtantiæ expendit, aut diſpendii, vel perditionis quippiam pertulerit, ſi hoc comprobari potuerit totum illi a rebus eccleſiæ ejuſdem reformabitur, pro cujus utilitatibus id expendiſſe probatur. *Bracar. III. c. 8.*

CAPUT XI.

Theſaurus, ſive miniſterium, vel ornamentum eccleſiarum fideliter devotioni eorum, qui hæc vel ad honorem domus Dei, vel ad ſuſtentationem familiæ eccleſiaſticæ, ſi neceſſitas exegerit, obtulerunt, cuſtodiatur: nec quidquam ex eis, niſi juxta inſtitutionem canonicam fieri præſumatur. Placet firmatum. *Valent. ſub Lothar. c. 20.*

CAPUT XII.

Quæ ſunt eccleſiæ, conſervari cum omni diligentia, & bona conſcientia, & fide Dei, qui omnia videt, & judicat, & gubernari oportet, cum judicio, & poteſtate Epiſcopi, cui & omnis populus, & congregatio commiſſa eſt animarum. *Mart. Brac. c. 15. V. Antioc. c. 24.* 10. q. 1. c. 5.

TITULUS XXIX.

CONSTITUANTUR ŒCONOMI EX CLERO, QUI RES ECCLESIARUM ADMINISTRENT.

Vide ſupra libro octavo, titulo nono.

TITULUS XXX.

LAICI RES ECCLESIASTICAS NON ADMINISTRENT, NEQUE EAS USURPENT.

Vide ſupra libro decimo, titulo undecimo, quibus adde infraſcripta.

CAPUT I.

In tantum quorumdam laicorum proceſſit audacia, ut Epiſcoporum auctoritate neglecta, clericos inſtituant in eccleſiis, & removeant cum voluerint; poſſeſſiones quoque, atque alia bona eccleſiaſtica pro ſua plerumque voluntate diſtribuant, &c. Eos, qui amodo iſta commiſerint, anathemate decernimus feriendos &c. *Alexand. III. in concil. Lateranen. cap. 14.* *De jure patr. c. 4. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 1. coll.*

CAPUT II.

Nullus laicus eccleſiam, vel beneficium eccleſiæ teneat, oblationes ſcilicet altaris, ſepulturam, baptiſterium: ſed neque ea, quæ pertinent ad fedum * presbyterale, & tertiam partem decimæ, &c. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann. incert. c. 1.*

* *feudum, ſ.*

CAPUT III.

Nullus clericus, vel monachus, vel laicus donum eccleſiaſticæ rei, vel ipſam eccleſiam a laico recipiat, ſed ab Epiſcopo. *Greg. VII. in d. ſyn. Rom. cap. 10.*

CAPUT IV.

Laicis, quamvis religioſi ſint, nulli tamen de eccleſiaſticis facultatib. aliquid diſponendi * legitur unquam attributa facultas. *Stephan. epiſt. 2. cap. 9. Paſchal. II. in concil. incert. cap. 4. Caliſt. II. in concil. Rom. cap. 4. Eulal. Syracus Epiſcop. apud ſyn. Rom. III. ſub Symmac. Troſlej. cap. 3. Capitul. lib. 5. cap. 249. & lib. 6. cap.* 16. q. 7. c. 24. & diſt. 96. c. 1. §. Eulalius.

* *reſpondendi.*

cap. 294. Burch. lib. 15. cap. 35. Ivo part. 16. cap. 36. decret. Deuſded. cap. 4. Anſelm. lib. 5. c. 10. Cæſar. lib. 7. c. 112. Tarraconen. lib. 1. cap. 59.

TITULUS XXXI.

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIASTICARUM.

CAPUT I.

12. q. 2. c. Quiſquis, 19. SI Epiſcopus, vel Præpoſitus monaſterio inventus fuerit alienare prædium Epiſcopatus vel monaſterii alicui potenti, vel alii dans, irrita ſit traditio juxta hunc canonem Apoſtolorum: » Omnium eccleſiaſticarum rerum curam habeat » Epiſcopus, eaſque diſpenſet, ut coram Dei » oculis oportet. Non alienet quicquam, neque » propinquis ſuis Dei bona largiatur. Sed ſi pau» peres ſint, eis ut pauperibus ſubveniat. Hoc » tamen prætextu eccleſiæ bona non deprædetur. » Si vero cauſſetur damnoſum eſſe, tunc non » potentibus, ſed clericis, vel agricolis tradatur. » Neque colludant potens, & clericus vel agri» cola. Nam venditio erit nulla. Et Epiſcopio, » vel monaſterio ager reſtituetur, & Epiſcopus, » vel Præpoſitus eiicientur Epiſcopio, vel mo» naſterio, ut male diſperdentes, quæ non con-
Matt. 25. c. » gregarunt". *Nicæn. II. cap. 12. V. Ap. c. 38. Greg. 39. L. Ivo part. 5. cap. 375. decret. Anſelm. lib. 6. c. 184. Cæſar. lib. 7. cap. 72.*

CAPUT II.

12. q. 2. c. 35. Apoſtolicos, & paternos canones renovans ſancta hæc, & univerſalis Synodus definivit, neminem prorſus Epiſcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, & vaſa ſacrata, excepta cauſſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum. Sed nec tradere ſalaria * eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venumdare, &c. Quiſquis autem apparuerit poſt hanc definitionem noſtram, contrarium quid huic ſanctæ, & univerſali Synodo agere, deponatur, ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum; caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ab Epiſcopo venditione, vel emphiteutica traditione, vel alia quavis alienatione cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum * locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel ſalariis *, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuſos, ſit anathema, uſque dum fecerit, quod ab hac ſancta, & univerſali ſynodo confirmatum eſt. *Syn. VIII. gen. ſub Hadrian. II. cap. 15. Anſelm. lib. 6. cap. 169. Cæſar. lib. 7. c. 74.*

* *ſolaria, f.*
* *ſolariorum, f.*
* *ſolariis, f.*

CAPUT III.

12. q. 2. Non liceat, 62. c. Sancimus, ut nulli Apoſtolicæ ſedis Præſuli a præſenti die, donec diſponente Domino catholicæ fidei manſerit doctrina ſalutaris, liceat prædium ruſticum, quantæcumque fuerit, vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cujuſlibet jura transferre. Nec cujuſquam excuſentur neceſſitatis obtentu: quippe cum non ſit perſonale, quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum ſub hac occaſione accepta tueatur. Sed nec in uſumfructum rura aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captivos, & peregrinos, ne malæ tractationis miniſtretur occaſio, cum liberalitati illi alia itinera reſerventur. Sane tantum domus in quibuslibet urbibus conſtitutæ, quarum ſtatum neceſſe eſt expenſa non modica ſuſtentari, acceptis, ſi auferri * contigerit, ſub juſta æſtimatione redditibus, & divini timore judicii commutentur. Pari etiam eccleſiarum per omnes Romanæ civitatis titulos, qui ſunt presbyteri, vel quicumque fuerint, adſtringi volumus lege cuſtodes &c. [Quicumque tamen oblitus Dei, &c. quidquam de jure titulorum, vel eccleſiæ ſuperius præfatæ quolibet modo præter aurum, argentum, vel gemmas, veſtes quoque ſi ſunt, vel ſi acceſſerint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat ſub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor, honoris ſui amiſſione mulctetur. Præterea qui petierit, aut acceperit, aut [qui presbyterorum, aut diaconorum, ſeu defenſorum danti ſubſcripſerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, Sitque accipienti, vel ſubſcribenti de perſonis ſuperius comprehenſis, id eſt, quas anathemate feriri cenſuimus, inſtituta pœna contubernalium ſervata, quam præmiſimus, in alienatore vindicta, niſi forte, & alienator ſibi, dum reperit, & qui acceperit, celeri reſtitutione proſpexerit, &c. Sed etiam liceat quibuſcumque eccleſiaſticis perſonis vocem contradictionis afferre, & eccleſiaſtica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus poſſit alienata repoſcere: nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui a religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas diſpergit. Hujus autem conſtitutionis legem in Apoſtolica tantum ſede volumus ſervari. Univerſis eccleſiis per provincias ſecundum animarum conſiderationem, quem propoſito religionis convenire rectores earum viderint, more ſervato. *Symmac. in ſyn. Rom. III. cap. 4. 5. 6. 7. & 8. Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 17. Tarrac. lib. 6. c. 100. Anſelm. lib. 4. c. 28. & 29.*

* *offerri.*

17. q. 4. c. 1.

De rebus Eccleſ. cap. 6. Greg. IX. & in 1. coll.

CAPUT IV.

Si quis in quamlibet partem noſtra præcepta ante emiſſa Apoſtolicæ eccleſiæ de olivetis, & locis diverſis temeraverit, & non in omnibus obſervaverit, anathema ſit. *Greg. II. in ſyn. Roman. c. 13.*

CAPUT V.

Ut plebes eccleſiaſticæ nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſſallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur. *Joann. IX. in ſyn. Ravenn. part. 2. c. 10.*

CAPUT VI.

Ne aliquis clericus res Epiſcoporum, vel clericorum vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in uſus proprios conferat. Si quis fecerit, anathema ſit. *Urban. II. in ſyn. Clarom. c. 31.*

CAPUT VII.

Omnium per intruſionem, ſeu canonice electorum, ſub Epiſcopi nomine, aut Abbatis, qui ſecundum uſum eccleſiæ ſuæ conſecrandus eſt, alienationes quocumque modo factas, &c. irritas ju- 12. q. 2. c. 37. Quiſquis.

judicamus, &c. Nullus clericus præbendam ſuam, ſeu aliquod eccleſiaſticum beneficium aliquo modo alienare præſumat: quod ſi præſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & canonicæ ultioni ſubjacebit. *Calliſt. II. in concil. Roman. cap. ult.*

CAPUT VIII.

12. q. 4. c. 19. Quiſquis. Omnium rerum eccleſiaſticarum curam habeat Epiſcopus, eaſque diſpenſet, ut coram Dei oculis oportet. Non alienet quicquam, nec propinquis ex Dei bonis gratificetur. Sed ſi pauperes ſunt, ut pauperibus ſubveniat: hoc tamen prætextu eccleſiæ bona non deprædetur. *Apoc. c. 38. G. 39. L. Nicæn. II. c. 12. Vormatien. c. 45. Ivo part. 5. cap. 375. decret. Anſelm. lib. 6. c. 184. Cæſar. lib. 7. c. 72.*

CAPUT IX.

6. q. 1. c. Infames, 17. Qui facultates eccleſiæ abſtrahunt injuſte, infames ſunt. *Steph. epiſt. 1. in medio. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 5. Deuſded. cap. 3. Cæſar. lib. 5. cap. 28. Tarracon. lib. 2. cap. 8.*

CAPUT X.

12. q. 1. c. 28. De reditibus. Miniſteria eccleſiæ, quæ alienata comperimus reparare præſumptor compellatur. Cui etiam hoc ſpecialiter præcipimus imminere, ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantummodo vindicaſſe, reſtituat. *Simplic. epiſt. 3. in fin. Anſelm. lib. 5. c. 66. Cæſaraug. lib. 7. cap. 101.*

CAPUT XI.

16. q. 1. c. 91. Poſſeſſiones, quas unuſquiſque eccleſiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis, atque diſtractionibus, vel ſub quocumque argumento non patimur: niſi forſitan aut clericis honorum meritis, aut monaſteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis, ſi neceſſitas largiri ſuaſerit, ſic tamen, ut hæc ipſa non perpetuo, ſed temporaliter perfruantur. *Symm. epiſt. 1. cap. 1. Anſelm. lib. 5. cap. 47. & in Rom. lib. ult. cap. 43. Cæſarauguſt. lib. 7. c. 67. Tarracon. lib. 6. cap. 47.*

CAPUT XII.

12. q. 2. c. 49. Sicut eccleſia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas invadere non oportet. *Greg. lib. 2. epiſt. 43. Bonifacio Epiſc. Indict. XI. vel cap. 82.*

CAPUT XIII.

12. q. 2. c. 12. Res. Sacerdotibus res in Epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienandi licentia. *Greg. lib. 10. epiſt. 42. Deodato.*

CAPUT XIV.

De his, qui Scripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non * verbis nudis ab ordine cleri ad moveatur. *Arelat. c. 13.*

* vel.

CAPUT XV.

10. q. 1. c. 1. Caſellas, vel mancipiola eccleſiæ Epiſcopi, ſicut priſca canonum præcipit auctoritas, vel vaſa miniſterii, quaſi commendata fideli præpoſito, in integro eccleſiæ jure poſſideant, id eſt, ut neque vendere, neque per quoſcumque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare præſumant. Quod ſi neceſſitas certa compulerit, &c. apud duos, vel tres vicinos Epiſcopos cauſſa primitus comprobetur, &c. ut venditio roboretur, &c. Aliter facta venditio, vel tranſactio non valebit, &c. Minuſculas vero res aut eccleſiæ minus utiles peregrinis, vel clericis, ſalvo jure eccleſiæ, in uſum præſtari permittimus. *Agathen. cap. 7. Anſelm. lib. 3. cap. 86. in Rom.* Ead. q. c. 4. Hujuſmodi §. Quod ſi.

CAPUT XVI.

Diacones, vel presbyteri in parochia conſtituti, de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ ſibi commiſſæ, &c. alienare præſumant. Quod ſi fecerint, convicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud tantum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe. Sane [ſi quis pro qualibet condicione de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit, ſi de ſuo proprio tantum eccleſiæ contulerit, quantum viſus eſt abſtuliſſe, tunc demum iſtud ſtare licebit. *Agath. cap. 49. Ivo part. 3. c. 161. decret.* 12. q. 2. c. 15. cap. q. c. 36.

CAPUT XVII.

De agellis, cæteriſque facultatibus eccleſiaſticis a ſacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis, priorum canonum ſtatuta ſerventur: ut nobis per nullos contractus res eccleſiaſticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam, quæ de rebus eccleſiaſticis ab anteceſſoribus alienata, vel quibuſcumque inſtrumentis inutiliter in diſpendium eccleſiæ obligata noſcuntur, & intra tricennaria tempora repetitio ſuppetit, quæ acta ſunt, ſuffragante juſtitia, per publicum, aut clericorum * judicium revocentur. Quod ſi is, qui rem eccleſiaſticam tenet, admonitus judicium declinarit, quouſque aut ad diſcuſſionem veniat, aut rem eccleſiaſticam reſtituat, communione privetur. *Aurelian. III. c. 12.* * ele[illegible] al.

CAPUT XVIII.

Abbatibus, presbyteris, cæteriſque miniſtris de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio alienare, vel obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione Epiſcopi ſui nil liceat; quod qui præſumpſerit, degradetur, communione conceſſa: & quod præſumptum, vel alienatum, vel temere ordinatum eſt, ordinatione Epiſcopi revocetur. *Aurel. III. c. 23. Capitul. lib. 7. c. 275. Anſelm. lib. 5. c. 85. in addit. & in Roman. lib. ult. c. 44. Tarracon. lib. 6. cap. 15.* 12. q. 2. c. 41.

CAPUT XIX.

Ut Epiſc. qui de facultate propriæ eccleſiæ nihil relinquit, de eccleſiæ facultate, ſi quid aliter, quam canones eloquuntur, obligaverit, vendiderit, aut diſtraxerit, ad eccleſiam revocetur. Sane ſi de ſervis eccleſiæ libertos fecerit, numero competenti in ingenuitate permaneant, ita ut ab officio eccleſiæ non recedant. *Aurel. IV. c. 9.*

CAPUT XX.

Si quid Abbatibus, aut ſacris monaſteriis, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in ſua proprietate hoc Abbates, vel presbyteri minime revocabunt, nec alienari a cunctis fratribus debet, quacumque occaſione, quibus ſi fue-

ſuerit neceſſarium, ut ſtatuta convellant, non aliter valeat, niſi fuerit ſui Epiſcopi ſubſcriptione firmatum. *Aurel. IV. cap. II.*

CAPUT XXI.

Quicumque clericus aliquid jure eccleſiaſtico, ſeu verbo, ſeu per ſcripturam acceperit ad utendum, & poſtmodum alienare quacumque occaſione voluerit, non valebit, quia ſecundum canonum inſtituta, proprietatem eccleſiæ non violat in alios quælibet longa poſſeſſio, ſed in Pontificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro conſervando jure eccleſiaſtico, rem poſſeſſam inter clericos debeat communicare. *Aurel. IV. cap.* 18.

CAPUT XXII.

Quiſquis agellum eccleſiæ in die vitæ ſuæ a quocumque ſacerdote, cui poteſtas eſt, acceperit poſſidendum, quæcumque ibi profecerit, alienandi nullam habeat poteſtatem, nec ibi parentes ſui ex ea re aliquid exiſtiment vindicandum. *Aurel. IV. cap.* 34.

CAPUT XXIII.

Ne cui liceat res, vel facultates eccleſiæ, aut monaſteriis, vel xenodochiis pro quacumq. eleemoſyna cum juſtitia delegatas retentare, alienare, atque ſubtrahere. Quod quiſquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab eccleſiæ liminibus excludetur, quamdiu ab ipſo ea, quæ ſunt ablata, vel retenta, reddantur. *Aurel. V. cap.* 13. *Belvacen. apud Melden. cap.* 17.

CAPUT XXIV.

Hæc ſancta ſynodus nulli Epiſc. licentiam tribuit res alienare eccleſiæ, quoniam & antiquioribus canonibus hæc prohibetur. Si quid vero, quod utilitatem non gravet eccleſiæ, pro ſuffragio monachorum, vel eccleſiarum ad ſuam parochiam pertinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum, vel clericorum, & egenorum neceſſitati, ſalvo jure eccleſiæ, præſtare permittuntur pro tempore, quæ potuerint. *Tolet. III. cap.* 3. *Ivo lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 1. *panorm. & part.* 3. *cap.* 167. *decr.*

CAPUT XXV.

Teſtamenta, qua Epiſcopi, presbyteri, ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid eccleſiæ, aut quibuſcumque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant, &c. De quibus rebus ſi quis animæ ſuæ contemptor, aliquid alienare præſumpſerit, uſque ad emendationis ſuæ, vel reſtitutionis rei ablatæ tempus, a conſortio eccleſiaſtico, vel omnium Chriſtianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. cap.* 2.

CAPUT XXVI.

Quicumque clericus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter ſine conſcientia Epiſcopi aliquid de poſſeſſionibus, vel domo eccleſiæ tulerint, aut fraudem fecerint, non ſolum cum omni dedecore conſtricti reſtituant, quod fecerunt, ſed etiam non debere ibi in eccleſia eſſe, ubi fraudem viſus eſt operaſſe. *Narbon. cap.* 8.

CAPUT XXVII.

Si clericis, ſeu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet neceſſitatem ſuſtinentibus, pro ſolo religionis intuitu, in uſum res eccleſiaſticæ largiuntur, quanto magis conſulendum eſt, quibus retributio juſta debetur? *Toletan. IV. cap.* 37.

CAPUT XXVIII.

Si ſacerdos, vel miniſter de rebus eccleſiæ quidpiam alicui ſub præſtationis obtentu concedat, inſtrumento cauſſā præſtiti evidenter exponat: ut hoc, aut juſte confecta tranſactio innoteſcat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat, aliter vero pro hujus negotii cauſſa deinceps ſcriptura non valeat. *Tolet. IX. cap.* 3.

CAPUT XXIX.

Quiſquis Epiſcoporum in parochia ſua mona- 12. q. 2. c.
ſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus 74. Bonæ.
eccleſiæ cui præſidet, ditare decreverit, non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem dare debebit, &c. Ad eccleſiam vero, quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit, ea tamen cautela ſervata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerandam aſſumat. *Tolet. IX. cap.* 5. *Ivo part.* 3. *c.* 170. *decret.*

CAPUT XXX.

Si ſacerdos, vel miniſter, dum gubernacula ec- 16. q. 3. c.
cleſiarum adminiſtrare videtur, contra Patrum 10.
ſanctiſſimas ſanctiones de rebus eccleſiæ definiſſe aliquid dinoſcitur, non ex die, qua talia ſcribendo decrevit, ſed ex quo talia moriendo definita reliquit, ſupputationis ordo ſubſtabit. Numquam enim ad triennium temporis pertinebit poteſtas irrite hoc judicantis, quia ſtatus contractuum initia non ſumpſit ab origine æquitatis. *Tolet. IX. cap.* 8.

CAPUT XXXI.

Canonica cenſura decernit, ut res eccleſiæ, niſi ob nimias neceſſitates, quas deſcribit, nemo diſtrahat. Quod ſi quiſpiam imminente nimia neceſſitate, inconſulto Primate provinciæ, aut certe majore urgente neceſſitate, non adhibitis teſtibus vicinis Epiſcopis, id facere attentaverit, ita canonico judicio percellitur, ſcilicet, ut amiſſo honore reus Deo, & concilio teneatur, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *cap.* 17.

CAPUT XXXII.

Monenda eſt ſolertia Regia, ut ſtrenuos, & fideles miſſos per regnum ſibi commiſſum dirigat, & inveſtigent, ac diligenter imbrevient res eccleſiaſticas, quas per ſurreptionem, atque ignorantiam quorumcumque in allodium ipſe, aut pater ſuus donavit, & conſulens periculo animarum, ſuæ videlicet, ac patris ſui hoc ad tempus corrigere ſtudeat, ne forte cum voluerit, minime poſſit. *Melden. c.* 42.

CAPUT XXXIII.

Tollenda eſt prava omnino conſuetudo, quæ in quibuſdam locis oriri cœpit, quia nonnulli Archipresbyteri, vel aliorum titulorum cuſtodes fruges, vel aliarum eccleſiarum redditus ad proprias domus abducunt. Quidam vero aliorum poſſeſſiones conducunt, ut in eis, quæ ab eccleſiis ſuis male ſubtraxerunt, recondant. Nonnulli autem lai-

co-

eorum in tantum eorum nequitiæ ſe complices faciunt, ut quæ hujuſmodi tranſgreſſores ab eccleſia ſurripuerunt, ipſi in ſuis domibus abſcondant. Tales ergo primum a ſuis Epiſcopis corripiantur. Quod ſi ſe citius corrigere noluerint, tanquam qui eccleſiaſticas res ſacrilega temeritate tractaverunt, ſynodali ſententia feriantur. Laicos vero, qui poſt hanc denuntiationem ſocios ſe hujus expilationis præbuerint, tanquã furti reos judiciaria coarctabit auctoritas. *Ticinen. cap.* 5.

CAPUT XXXIV.

* *Anthras.* Zacharias maſſas, quæ vocantur *Antius* *, *&* *Formias* ſuo ſtudio jure B. Petri acquiſivit, quas & domos cultas ſtatuit, & de omnibus ſuperius annexis domibus cultis Apoſtolicæ rationis conſtituta faciens, atque ſacerdotale collegium aggregans ſub interdictionibus ſtatuit. Nulli quoque ſucceſſorum ejus Pontificum, vel aliæ cuilibet perſonæ licere ipſas domos cultas ab uſu eccleſiæ quoquo modo alienare. *Ex Pontifice ante finem.*

TITULUS XXXII.

NE REGES RES ECCLESIASTICAS AUFERANT, AUT PRIVATI HOMINES AB IPSIS EAS IMPETRARE AUDEANT.

CAPUT I.

12. q. 2. c. 4. QUicumque militum, vel cujuſcumque ordinis, vel profeſſionis perſona, prædia eccleſiaſtica a quocumque Rege, ſeu ſæculari Principe, vel ab Epiſcopis invitis, ſeu Abbatis, aut aliquibus eccleſiarum rectoribus ſuſceperit, vel invaſerit, vel etiam de rectorum privato, ſeu vitioſo conſenſu tenuerit, niſi eadem prædia eccleſiis reſtituerit, excommunicationi ſubjaceat. *Greg. VII. in ſynod. Roman. anno* 1078. *kal. Decemb. c.* 1. *ex lib.* 6. *Regiſtr. Tarrac. lib.* 5. *c.* 46.

CAPUT II.

16. q. 7. c. Si quis Principum, vel aliorum laicorum diſpoſitionem, ſive donationem, ſive dominationem rerum, ſive poſſeſſionum eccleſiaſticarum ſibi vindicaverit, ut ſacrilegus judicetur. *Paſchal. II. in concil.* 1. *incert. cap.* 5. *Calliſt. II. in concil. Roman. c.* 4. *Anſelm. lib.* 4. *cap.* 4.

CAPUT III.

Irrationabile eſt, ut eccleſiaſtica poſſeſſio, unde luminaria, & concinnationes eccleſiæ Dei fieri debent, terrena quavis poteſtate ſubtrahatur: ſed domui Dei reſtituta meritum redditoris multiplicent, & ſuſcipientis votum ſpiritualis deſiderii lucris exerceatur, &c. *Nicol. ad Michael. Imperat. epiſt.* 1. *in fine.*

CAPUT IV.

De rebus Eccleſiæ non alien. c. 2. *Greg. IX. & in* 1. *coll.* * al. *Res.* Qui * reculam eccleſiæ petunt a Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeatur, quæ obtinent, & a communione eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. *Arvern. c.* 4. *V. Melden. c.* 40 *Burch. lib.* 15. *c.* 36. *Ivo part.* 16. *c.* 37. *decret.*

CAPUT V.

Innumera ſcripturarum exempla, ut lacte eccleſiæ nutriti, & ſcientiæ ipſius uberibus ſufficienter repleti ante oculos reducentes, tunicam Chriſti, qui vos elegit, & exaltavit, quam nec milites auſi fuerunt ſcindere, tempore veſtro, quantocius reconſuite, & reſarcite, & nec violenta oblatione, nec illicitorum præceptorum confirmatione res ab eccleſiis vobis ad tuendum, & defenſandum, ac propagandum commiſſis, auferre tentate. Sed ut ſanctæ memoriæ avus, & pater veſter eas gubernandas vobis, fautore Deo, dimiſerunt, redintegrate, & præcepta regalia earumdem eccleſiarum conſervate, & confirmate, &c. *Syn. Holonien. apud conc. Melden. c.* 11. *in fin. ad Carolum Regem.*

CAPUT VI.

Ut res eccleſiaſticæ tempore Principatus veſtri ablatæ ex integro præſentialiter reſtituantur, & reſtitutæ conſerventur, ſicut tempore avi, & patris veſtri fuerunt, & excepto ſuperpoſito, quod ad uſus poſſidentium abſumptum eſt, quomodo tunc erant, quando vos illas inde tuliſtis, ſine refragatione reddantur, &c. *Syn. Belvacen. apud conc. Melden. c.* 17.

CAPUT VII.

Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus eccleſiaſticis facta, a vobis ſine dilatione reſcindantur, & ut de cetero ne fiant, a dignitate veſtri nominis Regii caveatur. *Belvacen. apud Melden. c.* 18.

CAPUT VIII.

Pertimeſcenda eſt canonica ſententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio, &c. Qui regulam, inquit, vel quidquid fuerit eccleſiæ, petunt a Regibus, & corrumpendæ pietatis inſtinctu, egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, & a communione eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. *Melden. c.* 40. *V. Arvern. c.* 4.

CAPUT IX.

Quod res ad eccleſiam pertinentes, & tempore principatus veſtri ablatas, ita præſentialiter reſtituatis, & reſtituas conſervetis, ſicut tempore avi, & patris veſtri fuerant, &c. *Melden. ad Carolum Calvum c.* 83.

CAPUT X.

Placuit univerſali concilio, ut Salomoni, qui Britanniorum tenet regionem, ſuggeratis, &c. ut facultates eccleſiaſticas nec ipſe Deo auferat, nec aliis auferre permittat. *Tullenſ. in epiſt. ad quoſdam Epiſcopos Britanniæ.*

TITULUS XXXIII.

DE HIS, QUI RES ECCLESIÆ SURRIPIUNT, AUT OCCULTANT, AUT QUOVIS MODO SIBI VINDICANT.

CAPUT I.

QUI poſſident loca pia, & non reſtituunt, 19. q. 5. Quoniam, cap. 5.
ſacerdotalis catalogi eos deponi jubemus: ſi autem Monachi, vel laici, excommunicati. *Nicæn. II. c.* 13. *Anſelm. lib.* 7. *c.* 72.

CAPUT II.

Qui emerit, aut perceperit aliquid ex prædi- 12. q. 2. c. 13. Apoſtolicos. * *ſalariis*, ſ.
ctis cimeliis, vel ſalaris *, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuſeos, ſit anathema, uſque dum fecerit

rit, quod ab hac ſancta, & univerſali ſynodo confirmatum eſt. *Synod. VIII. gen. CP. ſub Hadrian. II. c. 15. Anſelm. lib. 6. c. 169. Cæſar. lib. 7. c. 74.*

CAPUT III.

De ſchiſm. c. 1. apud Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 1. coll.

Alienationes, ſeu invaſiones, quæ per ſchiſmaticos, ſive per laicos factæ ſunt de rebus eccleſiaſticis, omni careant firmitate, & ad eccleſiam ſine omni ejus onere revertantur. Si quis autem contraire præſumpſerit, excommunicationi ſe noverit ſubjacere. *Alex. III. in concil. Later. c. 2.*

CAPUT IV.

De pœnit. c. 12. ap. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

In quibuſdam provinciis eccleſiarum patroni, ſeu vicedomini, & advocati, ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quod non ſolum cum vacantibus debet eccleſiis de paſtoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de poſſeſſionibus, & aliis bonis eccleſiaſticis pro ſua voluntate ordinare præſumunt, &c. Prohibemus ne ſuper præmiſſis decetero plus uſurpent, quam reperitur in jure permiſſum. Et ſi contra præſumpſerint, canonica diſtrictione compeſcantur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 45.*

CAPUT V.

Oblationes fidelium a nemine præſumantur, abſque conſenſu, & voluntate Epiſcopi, in cujus dinoſcuntur eſſe parœcia, & poteſtate poſſideri, vel dominari tententur, quoniam nonnulli memores ſui promiſſione peccaminum ſuorum, & pro æternæ vitæ mercatione de facultatibus ſuis tam rerum immobilium, quædam vero per ſcripturas eccleſiis tradiderunt, & Deo creatori ſuo perpetualiter habenda dederunt, &c. Unde precamur, ut antiquorum patrum regulas, quæ modo propter incuriam quorumdam quaſi oblita habentur, renovetis, & tale judicium ſuper eis fiat: ut aut manifeſte hæretici, qui eccleſiam Dei ſcindunt, & anathematizati, atque ab eccleſia Dei extorres habeantur, aut per ſatisfactionem eccleſiæ ad pœnitentiam, & demum juxta regulas eccleſiaſticas ad reconciliationem, & communionem recipiantur, &c. Sancimus, ut quicumque immemor, aut memor Interitus ſui res eccleſiæ delegatas, & Domino oblatas abſque proprii Epiſcopi juſſu poſſidens, præſumpſerit deinceps tenere quocumque in loco, & veritate comperta, res Dei ſervis ſuis diſſimulaverit, aut renuerit reformare, liminibus eccleſiæ ab Epiſcopo ejuſdem

12. q. 2. c. 11.

loci prius arceatur. Indigne enim ad altare Dei properare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet invadere, aut injuſte, ideſt, ſine licentia Epiſcopi poſſidere, aut iniqua, vel injuſta defenſione in eis perdurat. Necatores etiam pauperum judicandi ſunt, & ſi non emendaverint vitium, extirpandi, vindictam admonitio manifeſta præcedat, &c. Demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat, &c. Competitoribus etiam hujuſcemodi fræna diſtrictionis imponimus, qui facultates eccleſiæ ſub ſpecie largitatis regiæ, vel cujuſcumque poteſtatis improba ſubreptione pervaſerint, &c. Quod ſi is, cui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime ſolet territoriis commorari, ſacerdotem loci ipſius, ubi abitat, &c. literis inſtructum Epiſcopus reddat; tunc Antiſtes, ipſius fratris anxietates compertas, aut pervaſorem rerum dominicarum admonitione corrigat, aut prætaxata canonica diſtrictione condemnet, &c. Valde iniquum ergo, & ingens ſacrilegiū eſt, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum unuſquiſque venerabili eccleſiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quibus hæc maxime ſervari convenit, ideſt, Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus, & ſuper omnia a Principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel converti. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quam ſcriptum eſt, prædia eccleſiis tradita petierit, vel acceperit, aut poſſederit, vel injuſte defenderit, aut retinuerit, niſi cito ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: ſitque accipienti, & danti, & poſſidenti anathema, & inſtitutæ pœnæ contubernium aſſiduum, &c. *Symm. in ſyn. Rom. VI. vid. in Synod. III. cap. 6. 7. & 8. Gangren. cap. 7. & 8. Aquiſgr. cap. 66. Pariſ. cap. 16. Capit. lib. 1. cap. 47. & lib. 6. cap. 28. vel 56. & lib. 7. c. 5. vel 7. Burch. lib. 3. c. 144. & 145. Ivo part. 3. cap. 182. & 209. & 210. decret. & epiſt. 106. ad Daimbertum Senonen. Archiep. Deuſd. part. 4. Anſelm. lib. 5. cap. 44. Cæſar. lib. 7. cap. 43.*

CAPUT VI.

Quia Epiſcoporum res eccleſiæ non dubitantur eſſe, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit cru- *16. q. 1. c. 58. Similiter.*
delitate graſſatum, pervaſores rerum memoratarum prædictæ canonum diſtrictionis feriantur vindicta, ut qui moribus propriis, ac nulla conſcientiæ caſtigatione corriguntur ſaltem eccleſiaſticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter vero [quicumque res eccleſiæ con- *16. q. 1. In canonibus, c. 17. §. 1.*
fiſcare, aut competere, aut pervadere, periculoſa ſua infeſtatione præſumpſerit, niſi ſe citiſſime per eccleſiæ, de qua agitur, ſatisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter, & hi, qui res eccleſiæ juſſu, vel largitione Principum, vel quorundam potentum, aut quadam invaſione, aut tyrannica poteſtate retinuerint, & filiis, vel hæredibus ſuis, ut a quibuſdam jam factum audivimus, quaſi hæreditarias relinquerint, niſi cito res Dei admoniti a Pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus, ut potius cuſtodes chartarum, quam defenſores rerum creditarum, ut præceptum eſt, judicemur, &c. Similiter, & illi extorres debent fieri ab eccleſia, qui ſacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: *Auferte malum a vobis*, &c. *Sym- Deut. 13. 6. 1. Cor. 5.*
mac. in ſyn. Rom. VI. poſt med. Pariſ. cap. 1. & 2. Deuſded. part. 4.

CAPUT VII.

Celebravit dominus Gregorius Papa ſynodum Romæ, in qua inter cetera Robertum ducem Apuliæ jam anathematizatum, & Robertum de Loritello invaſores bonorum ſancti Petri excommunicavit. *Greg. VII. in ſynod. Rom. anno II. ſui Pontificatus.*

CAPUT VIII.

Si quis prædia B. Petri Apoſtolorum Principis

ubicumque poſita in proprietatem ſuam uſurpaverit, vel ſciens occultata non propalaverit, vel debitum ſervitium B. Petro exinde non exhibuerit, recognoſcat ſe iram Dei, & ſanctorum Apoſtolorum velut ſacrilegum incurrere. Quicumque autem in hoc crimine deprehenſus fuerit, eandem hæreditatem. B. Petro legitime reſtituat, & pœnam quadrupli de propriis bonis perſolvat. *Greg. VII. in ſyn. Rom. LX. Epiſcop. anno* 1078. *Pontif. anno* 6. *Anſelm. lib.* 4. *cap.* 38.

CAPUT IX.

Si quis Normannorum terras ſancti Petri, videlicet illam partem Firmanæ Marchiæ, quæ nondum pervaſa eſt, & ducatum Spoletanum & Campaniam, nec non maritimas, atque Sabinum, & Comitatum Tiburtinum, nec non monaſterium ſancti Benedicti montis Caſſini, & terras ſibi pertinentes, inſuper etiam Beneventum invadere, vel deprædari præſumpſerit, gratiam ſancti Petri, & introitum eccleſiæ ei uſque ad ſatisfactionem interdicimus. *Greg. VII. in Rom. ſyn. habita anno* 1080. *Pontific. anno* 7. *cap.* 4.

CAPUT X.

Interdictum eſt omnibus laicis, ne amplius altaria, vel eccleſias ſibi retineant. *Urban. II. in ſyn. Claromont. cap.* 20.

CAPUT XI.

16. q. 7. c. 18. Nullus laicorum eccleſias, vel eccleſiarum bona occupet, vel diſponat. Qui vero ſecus egerit, juxta B. Alexandri capitulum ab eccleſiæ liminibus arceatur. *Paſchal. II. in concil. incert. c.* 4.

CAPUT XII.

Si quis Principum, vel aliorum laicorum diſpoſitionem, ſive donationem, ſive dominationem rerum, ſeu poſſeſſionum eccleſiaſticarum ſibi vindicaverit, ut ſacrilegus judicetur. *Paſchal. in concil. incert. cap.* 5. *Calliſt. II. in concil. Rom. cap.* 4.

CAPUT XIII.

Nullus advocatus, præter jus & beneficium antiquitus conſtitutum, aliquid ſacri arripere, vel uſurpare præſumat, &c. *Eug. III. in ſynod. Rom. cap.* 6.

CAPUT XIV.

Si clericus, vel laicus ab eccleſia auferat ceram, vel oleum, excommunicetur. *Apoſt. c.* 72.

CAPUT XV.

17. q. 4. c. 15. Si forte. Si quiſpiam presbyter, ſive diaconus ſacrarii ſindonem, vel velum ſubtracta vendiderit, Judæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. *Clem. epiſt.* 2. *ante med. Ivo part.* 2. *cap.* 65. & *part.* 6. *cap.* 88. *decret. Anſelm. lib.* 8. *cap.* 2. *Cæſaraugust. lib.* 8. *cap.* 59.

CAPUT XVI.

61. q. 2. c. 2. Qui abſtulerit aliquid patri, vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit, mater vero noſtra eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit. Ergo qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt, atque homicida ante conſpectum
17. q. 4. c. 18. juſti judicis deputabitur. Qui rapit pecuniã proximi ſui, iniquitatem operatur; qui autem pecuniam, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit, &c. *Anacl. epiſt. I. cap.* 6. *Tribur. cap.* 7. *Troslej. cap.* 4. *Burch. lib.* 11. *c.* 18. *Ivo part.* 14. *c.* 88. *decret.*

CAPUT XVII.

Et ſtatutum olim, ut qui ſtatum conturbat eccleſiæ, ab ejus liminibus arceatur: nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. *Alex. in princ. ep.* 2.

CAPUT XVIII.

Ad ſedem Apoſtolicam perlatum eſt, quod ſint 12. q. 2. c. 5.
inter vos contentiones, & æmulationes, & prædia divinis uſibus tradita, quidam humanis applicant uſibus, & Domino Deo, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, ut ſuis uſibus inſerviant. Quapropter ab omnibus illius uſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia uſibus ſecretorum cæleſtium dicata, a quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, ſacrilegus habeatur, & ſicut ſacrilegus judicetur. Ipſos autem, qui hoc agunt, clericos, & Domini ſacerdotes perſequi, eoſque infamare audivimus, ut malum ſuper malũ addant, & deteriores fiant non * inde colligentes, quod eccleſia Domini in ſacerdotibus conſiſtit, & creſcit in templum Dei. Et ſicut qui eccleſiam Dei vaſtat, & ejus prædia, & donaria ſpoliat, & invadit, ſit ſacrilegus, ſic ille, qui ejus ſacerdotes inſequitur, ſacrilegii reus exiſtit, & ſacrilegus judicatur. Æmulamini fratres chariſmata meliora: & nolite talia agere, nec eis commiſceri, aut conſentire, qui talia agunt. Quoniam non ſolum qui talia agunt, ſunt hujus criminis rei, ſed qui facientibus conſentiunt. Non gravius peccatum eſt fornicatio, quam ſacrilegium, ſed ſicut majus peccatum eſt, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, ſic gravius eſt ſacrilegium agere, quam fornicari. *Pius epiſt. II. in princ. Burch. lib.* 11. *cap.* 29. *Ivo part.* 5. *c.* 243. & *part.* 13. *cap.* 39. *decret. Anſelm. lib.* 5. *cap.* 30. & 36. *Cæſar. lib.* 7. *cap.* 3. & 39. *Tarrac. lib.* 4. *cap.* 34.

* *non intelligentes*, al.

27. q. 4. c. 12.

1. Cor. 10. Rom. 1.

CAPUT XIX.

Ipſæ res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis uſibus, quam eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum, vel indigentium converti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus
explendum Domino traditæ. Si quis autem, quod Act. 5.
abſit, ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus ſacrilegii efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, &c. Hæc fratres valde ca-
venda ſunt, & timenda, quia res eccleſiæ, non 12. q. 1. c. 26.
quaſi propriæ, ſed ut communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore, non in alios, quam in præfatos uſus, ſunt fideliter diſpenſandæ, ne ſacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, ubi traditæ ſunt, ne pœnam, & mortem Ananiæ, & Saphiræ incurrant, & quod pejus eſt, anathema maranatha fiant: & ſi non corpore, ut Ananias, & Saphira mortui ceciderint, anima tamen, quæ potior eſt corpore, mortua, & alienata a conſortio fidelium cadat, & in profundum bara-
thri labatur. Unde attendendum eſt omnibus, 17. q. 4. c. 13.

&ſi-

& fideliter cuſtodiendum, & illius uſurpationis contumelia depellenda, ne prædia uſibus ſecreto-
ſacrorum. rũ * cæleſtium dedicata, a quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis uratur, &c. *Urban. I. ep. unic. cap. 2. Troslej. cap. 4. Magunt. ſub Arnulph. cap. 11. Capit. lib. 6. cap. 115. Anſelm. lib. 3. cap. 37. Cæſar. lib. 7. cap. 40.*

CAPUT XX.

Res eccleſiarum veſtrarum, & oblationem fidelium, quas ſignificaſtis, a quibuſdam irruentibus vexari, vobiſque & eccleſiis veſtris auferri, indubitanter maximum eſt peccatum, teſtante
12. q. 2. c. 6. Prov. 28. ipſa ſcriptura, quæ ait: [*Qui abſtulerit aliquid patri, vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homicidæ particeps eſt.* Pater ergo noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit: & mater noſtra eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter generavit. Et ideo qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ aufert, fraudat, & rapit, homicida in conſpectu judicis eſſe deputabitur. Unde ſcriptum eſt:
17. q. 4. cap. 18. [*Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit, qui autem pecunias, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit.* Unde & Judas, & pecuniam fraudavit, quæ uſibus eccleſiæ, id eſt, pauperibus, quos eccleſia paſcere debet, diſtribuebat juſſu Salvatoris, cujus vicem Epiſcopi tenent, non ſolum fur, ſed fur, & ſacrilegus factus eſt, &c. Hæc fieri prophetæ, hæc Apoſtoli, hæc ſucceſſores eorum, & omnium Catholicorum patrum vetant decreta, & tales præſumptiones ſacri-
17. q. 3. Omnes. c. 3. legium eſſe dijudicant. Quorum nos ſequentes exempla omnes tales præſumptores, & eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores, una nobiſcum a liminibus ſanctæ matris eccleſiæ anathematizatos, Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe judicamus. Et
Rom. 1. non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis. Quia non ſolum, qui faciunt, rei judicantur, ſed etiam qui conſentiunt facientibus: par enim pœna, & agentes, & conſentientes comprehendit. *Lucius epiſt. unic. cap. 5. & 6. Anaclet. epiſt. 1. ante fin. Tibur. cap. 7. Troslej. cap. 4. Bonif. Epiſc. in epiſt. ad Regem Anglorum. Burch. cap. 19. Ivo part. 3. cap. 140. & part. 14. cap. 88. & 89. decret. Anſelm. lib. 12. cap. 4. Tarracon. lib. 6. cap. 98.*

CAPUT XXI.

6. q. 1. c. 17. Infames eſſe dicimus, &c. fures, ſacrilegos, perjuros, raptores, &c. & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt injuſte, &c. *Steph. epiſt. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 5. Deuſded. cap. 3. Cæſar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8.*

CAPUT XXII.

De reg. jur. cap. 7. Quæ multorũ ens. & c. 8. eod. tit. in 1. coll. Quidquid in ſacratis Deo rebus, & Epiſcopis injuſte agitur, pro ſacrilegio reputabitur, quia ſacra ſunt, & violari a quoquam non debent. *Steph. ep. 2. in princ.*

CAPUT XXIII.

Sacrilegium, & contra leges eſt, ſi quis, quod 17. q. 4. c. 4.
venerabilibus locis relinquitur, pravæ voluntatis ſtudiis ſuis tentaverit compendiis retinere. *Greg. lib. 8. epiſt. 6. Sabino ſubdiacono. Anſelm. lib. 4. cap. 39. Tarrac. lib. 6. cap. 103.*

CAPUT XXIV.

Quid pati debeat, ſi quis aliquid de eccleſia fur- 12. q. 2. Fra-
to abſtulerit. Hoc tua fraternitas ex perſona furis ternitas, c.
penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim 15.
quidam, qui habentes ſubſidia, furtum perpetrant: & ſunt alii, qui hac in re ex inopia delinquunt. Unde neceſſe eſt, ut quidam damnis, quidam verberibus, quidam diſtrictius, quidam levius corrigantur, ex caritate, non ex furore, &c. Abſit, quod Eccleſia cum augmento recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra de damnis quærat. *Gregor. ad Auguſt. interrogat. 4. Ivo part. 13. cap. 5. decret.*

CAPUT XXV.

Nolite, quæ eccleſiæ commiſſa ſunt, velle furripere, ſcientes, quia tanto omnium a ſacris debet omnis mundanarum rerum adminiſtrator eſſe remotus, quanto quemlibet ex cathalogo clericorum, & militantium Deo nullis convenit negotiis ſæcularibus implicari. *Nicolaus ad Michael. Imp. prope fin.*

CAPUT XXVI.

De his, qui Scripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis
publicis fuerit detectus, vel * verbis nudis ab ordi- * *non*, al.
ne cleri amoveatur, &c. *Arelat. I. cap. 13.*

CAPUT XXVII.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet 24. q. 3. c. 21.
pauperem *, aut religioſum expoliaverit, & man- * *pauperio-*
daverit eum ad ſe venire Epiſcopus, ut audiatur, *rem*, al.
& is contempſerit, invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos, & quoſcumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet. cap. 11. Anſelm. lib. 7. cap. 164.*

CAPUT XXVIII.

Si quis clericus furtum eccleſiæ fecerit, pere- 12. q. 2. c.
grina ei communio tribuatur. *Agath. c. 5. Raban.* 11. Clerici,
c. 18. de pœnit. in fin.

CAPUT XXIX.

Si is, qui rem eccleſiaſticam tenet, admonitus judicium declinavit, quouſque aut ad diſcuſſionem veniat, aut rem eccleſiaſticam reſtituat, communione privetur. *Aurel. V. cap. 12. Trosl. cap. 4. in fin.*

CAPUT XXX.

Si quis ſacerdos res eccleſiæ debitas, vel proprias horrenda cupiditate occupaverit, retinuerit, aut a poteſtate ex competitione perceperit, ſi eas non reſtituerit, nullis rebus excuſetur. Sed & ſi agnito jure eccleſiaſtico non ſtatim eccleſiæ, vel ſacerdoti reformaverit, aut, ut ipſum jus agnoſcere poſſit, & in judicium electorum venire diſtulerit, tamdiu a communione eccleſiaſtica ſuſpendatur, quamdiu reſtitutis rebus tam eccleſiam, quam ſacerdotem reddat indemnem. Similis etiam de his, qui oblationes defunctorum legaliter dimiſſas

quolibet ordine aſſignare tardaverint, vel detinere præſumpſerint, diſtinctionis eccleſiaſticæ juxta priores canones forma ſervetur. Cui etiam ſententiæ ſubjacebit quiſquis, quod pro devotione ſua eccleſiis dedit, revocare præſumpſerit. *Aurel. III. cap.* 22.

CAPUT XXXI.

Si quis cujuſcumque eccleſiæ munuſcula quælibet ſub ſacramenti ſcriptura collata, nefaria calliditate fraudaverit, invaſerit, retinere tentaverit, atque ſuppreſſerit, & non ſtatim a ſacerdote commonitus collata reddiderit, ab eccleſiæ catholicæ communione pellatur. *Arvern. c.* 13.

CAPUT XXXII.

Quicumque pro devotione ſua oblationis ſtudio, aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam abſque ſcriptura probatur eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum vel ipſe, vel hæredes ejus quacumque occaſione auferre a jure hoc eccleſiæ, vel alienare voluerint, quoad uſque a tali intentione diſcedant, aut pervaſa reſtituant, a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur. *Aurel. IV. c.* 19.

CAPUT XXXIII.

Si quis clericus, aut laicus ſub potentum nomine, atque patrocinio res ad jus eccleſiæ pertinentes, contempto Pontifice, petere, ſeu poſſidere præſumpſerit, primum admoneatur, quæ abſtulit civiliter reformare, aut certe judicium ſacerdotis, ſeu judicis operiri, ut poſcit ſacra religio. Quod ſi in perverſionis * pertinacia ſubſiſtit, tamdiu ab eccleſiæ liminibus arceatur, donec cum ſatisfactione juſtiſſima pervaſa, aut occupata reſtituat. *Aurel. IV. c.* 25.

* *pervaſionis*, ſ.

CAPUT XXXIV.

Quicumque tam eccleſiæ, quam Epiſcopi res proprias, quæ & ipſæ eccleſiæ noſcuntur eſſe, quas Pontifex actoribus eccleſiæ dinoſcitur aſſignaſſe, vel Abbatum, aut monaſteriorum, ſive presbyterorum quaqua temeritate pervadere, competere, vel confiſcare præſumpſerit, tunc reſervato correctionis hoc loco, adhuc presbyter ejuſdem eccleſiæ, cujus intereſt, pervaſorem convenit admonere, & ſi reſtitutionem diſtulerit, adhuc quaſi filius ab omnibus fratribus ad reddendum miſſis epiſtolis compellatur. Qui ſi pertinaciter in pervaſione perſtiterit, & ſe tollere poſt tertiam commonitionem de re illa, aut eccleſiæ aut propria noluerit, convenit ut omnes omnino una conniventia, ſimul cum noſtris Abbatibus, ac presbyteris, vel clero, qui ſtipendiis ex ipſo alimento paſcuntur, quia arma nobis non ſunt alia, auxiliante Chriſto, circumſepto clericali choro, necatori pauperum, qui res pervadit eccleſiæ, pſalmus centeſimus octavus dicatur, ut
Joann. 15. veniat ſuper eum illa maledictio, quæ ſuper Judam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta, ut non ſolum excommunicatus, ſed etiam anathema moriatur, & cæleſti gladio feriatur, qui in deſpectu Dei, & eccleſiæ & Pontificum in hac pervaſione præſumit aſſurgere, &c. Qui de fratribus ad dandum ſolatium venire pro certa infirmitatis neceſſitate non potuerit, Abbates, & presbyteros in vice ſua tranſmittat. Qui ſi præter certam infirmitatis excuſationem commonitus, aut venire, aut tranſmittere noluerit remotum ſe a fratrum charitate eſſe cognoſcat. *Turon. II. c.* 25.

CAPUT XXXV.

Quia nonnulli immemores ſui per quaslibet ſcripturas pro captu animi de facultatibus ſuis eccleſiis aliquid contuliſſe probantur, &c. Quicumque res eccleſiis delegatas injuſte poſſidens præſumpſerit retinere, & veritate comperta res Dei ſervis ſuis diſſimulaverit reformare, ab omnibus eccleſiis ſegregatus, a ſancta communione habeatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, niſi cum culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indigne enim ad altare Domini properare* permittitur, qui res eccleſiaſticas & audet rapere, & injuſte poſſidere, ac in iniqua defenſione perdurat. Necatores enim pauperum judicandi ſunt, qui eorum taliter alimenta ſubtraxerint. Sacerdotalis tamen debet eſſe proviſio, ut vindictam admonitio manifeſta præcedat: ut res uſurpatas, ſi injuſte quis tulerit, adhibita æquitate reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit, poſtea prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat. Neque quiſquam per interregna res Dei defenſare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminum ſingulari dominatione concludit. Quod ſi præſumpſerit, & ipſius offenſam, & prædictæ damnationis periculum ſuſtinebit. Competitoribus etiam hujuſmodi frænum diſtrictionis imponimus qui facultates eccleſiæ ſub ſpecie largitatis regiæ improba ſurreptione pervaſerint, &c. Quod ſi is, qui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime ſolet territoriis commorari, ſacerdotem loci illius, ubi habitat, Epiſcopus de hujuſmodi pravitate contemptus illi hujuſmodi prava neglecta perſona litteris mox reddat inſtructum, tunc Antiſtes ipſius fratris anxietate comperta, aut pervaſorem admonitione corrigat, aut canonica diſtrictione condemnet. Accidit etiam, ut temporibus diſcordiæ ſupra promiſſionem bonæ memoriæ Clodovæi Regis res eccleſiarum aliqui competiſſent, ipſaſque res invaſas, improviſa morte collapſi, propriis hæredibus reliquiſſent, placet & hos quoque, niſi res Dei admoniti a Pontifice agnita veritate reddiderint, ſimiliter a ſanctæ communionis participatione ſuſpendi, &c. Iniquum eſſe cenſemus, ut potius cuſtodes chartarum, per quas aliquid eccleſiis a fidelibus perſonis legitur derelictum, quam defenſores rerum creditarum, ut præceptum eſt, judicemur. *Pariſ. c.* 1. *Turon. II. cap.* 26. *Symmac. in ſyn. Rom.* 6. *Deuſd. c.* 4.

* *propinquare*, al.

16. q. 1. c. 57. In canonibus. *propoſita*.

CAPUT XXXVI.

Quia Epiſcoporum res propriæ eccleſiarum res eſſe noſcuntur, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit facultate* graſſatum pervaſores rerum memoratarum canonum diſtrictione feriantur, ut dum vindicta corrigit, qui moribus propriis, ac nulla conſcientiæ caſtigatione corripitur, ſaltem regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut pervadere peri-

* *crudelitate*, al.

cu-

culoſa infeſtatione præſumpſerit. *Pariſ. cap.* 2. *Symmach. Papa in ſyn. Rom. VI.*

CAPUT XXXVII.

Ne cui liceat res, vel facultates Eccleſiæ aut monaſteriis, vel xenodochiis pro quacumque eleemoſyna cum juſtitia delegatas retentare, alienare, atque ſubtrahere. Si quis fecerit tamquam necator pauperum, antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab eccleſiæ liminibus excludatur, quamdiu ab ipſo ea, quæ ſunt ablata, vel retentata reddantur. *Aurelian. V. cap.* 13. *Synod. Belvac. apud concil. Meld. c.* 17. *Magunt. ſub Arnulph. c.* 6.

CAPUT XXXVIII.

Nullus Epiſcopus, clericus, vel alia perſona alterius eccleſiæ res aut petat, aut præſumat accipere; quod ſi fecerit, tamdiu habeatur a communione altaris, vel omnium fratrum, ac filiorum charitate ſuſpenſus, donec ipſi eccleſiæ, cujus directo ordine res eſt ablata, reſtituatur. *Aurel. V. cap.* 14.

CAPUT XXXIX.

Quiſquis quodcumque muneris, vel facultatis ſacerdotibus, aut eccleſiis, aut quibuslibet locis ſanctorum contulerit, aut ea, quæ a parentibus donata noſcuntur, poſtmodum auferre præſumpſerit, ut necator pauperum communione privetur. *Aurel. V. c.* 16.

CAPUT XL.

Quicumque clericus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter ſine conſcientia Epiſcopi aliquid de poſſeſſionibus, vel de domo eccleſiæ tulerint, aut fraudem fecerint, non ſolum omni dedecore conſtricti reſtituant, quod fecerunt, ſed etiam non debere ibi in eccleſia eſſe, ubi fraudem viſus eſt operaſſe, duobus jaceat ſub pœnitentia annis, & dum * defleverit factum, revertatur ad officium. *Narbon. c.* 8.

* omn, f.

CAPUT XLI.

Synodus ſancta decrevit, ut ſi quid baſilicæ ſancti Marcelli, vel ſancti Symphoriani, vel quibuſcumque locis, vel ſervientibus Deo, per qualcumque auctoritates, aut ſcripturarum epiſtolas dominus Rex Guntramnus, vel jugalis ſua, filiæque eorum, &c. contuliſſe, vel adhuc conferre voluerint, neque ab Epiſcopis locorum, neque poteſtas Regia quocumque tempore ſucceſſura de eorum voluntate quidquam minorare, aut auferre præſumat. Quod ſi quis hoc quocumque tempore temerate, aut auferre præſumpſerit, veluti necator pauperum anathemate perpetuo judicii divini plectatur. *Valen. Gal. II. in fin.*

CAPUT XLII.

Nullus ſacerdotum, vel miniſtrorum ex rebus eccleſiæ, quæ in quibuſcumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri ſuo, aut cathedræ propriæ civitatis * connectat, &c. Verum ut hujus rei potior ſoliditatis habeatur, condignis [filiis, vel nepotibus, honeſtioribuſque propinquis ejus, qui conſtruxit, vel ditavit eccleſiam, licitum ſit hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, ut ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus prævideriut defraudare, aut commonitionis honeſtæ conventione compeſcant, aut Epiſcopo, vel judici corrigenda denuntient. Quod ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano ejus hæc inſinuare procurent. *Tolet. IX. c.* 1. *Burch. lib.* 3. *c.* 182. *Ivo part.* 3. *c.* 243. *decr.*

* miniſtri, al. 16. q. 7. c. 31.

CAPUT XLIII.

Illi (*ſacerdotes*) qui rei propriæ facultate ſuffulti ſunt, aut qui rem ſuam jam antea in nomine eccleſiæ, cui præſunt, transfudiſſe noſcuntur, ſi aut per ſe, aut per ſubditos, ſeu per quoslibet aliena diripiunt, &c. pervaſa, vel præſumpta de rebus propriis ſarciant, &c. & duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi ſunt, &c. Qui nihil proprietatis habere videntur, magna diſcretionis arte medendi ſunt, quo nec auſus illicitos eccleſiarum facultatibus redimant, nec illi penitus extorres a pœna perſiſtant. Neque enim juſtum eſt, ut pro pravis actibus ſacerdotum, eccleſiæ, quibus præeminent, ſuſtineant damnum, & pro exceſſibus talibus ſatisfactio ab eccleſiis exigatur, cum eccleſia cultores ſuos non ad litem ſed honeſtatem informet. *Tolet. XI. c.* 5.

CAPUT XLIV.

Amico quidpiam rapere furtum eſt, eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt, accepiſſe pauperibus erogandum, &c. & aliquid inde ſubtrahere omnium prædonum crudelitatem ſuperat. *Hieron. ad Nepotian. apud Aquiſgr. c.* 94. *Vaſcn. c.* 4.

12. q. 2. c. 71. Gloria. ante fin. & 13. q. 2. c. 10. Qui oblationes in fin.

CAPUT XLV.

Multa contra eos, qui eccleſias compilant. *Conc. Aquenſe, ſive Aquiſgranenſ. ſub Pipino lib.* 1. *&* 2.

CAPUT XLVI.

Ut contra deprædatores, & oppreſſores eccleſiarum, & rerum ad eaſdem pertinentium, defenſores, ſecundum miniſterium veſtrum, quantum Deus poſſe dederit, exiſtatis, ac præcepta, quæ avus, ac pater veſter eccleſiis ditioni veſtræ ſubjectis fecerunt, ac firmaverunt, &c. de cætero rata in omnibus conſervetis. *Belvacenſ. apud ſynod. Meldenſ. cap.* 24. *eadem ſynod. Meldenſ. cap.* 86.

CAPUT XLVII.

Hi, qui monaſteria, atque ſacra loca, vel eccleſias infringunt, & depoſita, vel alia quælibet exinde abſtrahunt, &c. velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ, quæ ex his decreta eſſe dignoſcitur, ſubigantur. *Meld. c.* 60.

CAPUT XLVIII.

Pervaſores rerum eccleſiaſticarum, qui eaſdem res, vel contra auctoritatem, non ſolum tenere, verum & crudeliter depopulari noſcuntur, quidam etiam & facultates eccleſiæ in diverſa collaboratione & redditibus eas expoliant, ut rapaces, &c. ex criminali, & publico peccato publica pœnitentia ſatisfaciant. *Meldenſ. cap.* 61. *Burchard. lib.* 11. *cap.* 16. *Ivo part.* 14. *c.* 86. *decret.*

CAPUT XLIX.

Si quis non metuens judicium Dei, & damnationem æternam, & poſſeſſiones eccleſiarum, ſive expoliare, quæ pertinent ad jus earum, præſumpſerit, excommunicationis ſententiam, quouſque præſumptionis factum corrigat, ſecundum

co-

eccleſiaſticam cenſuram ferat. *Valent. ſub Lothario c. 8.*

CAPUT L.

Plurimi veſtrum abjecto timore Dei templa violant, vaſa Dei, & in diverſis ſpeciebus theſaurum auferunt, & depoſita, id eſt, commendata propter paganorum incurſionem ab aliis eccleſiis in ſuos uſus transferunt, & ſacrilegium jam publice ſine timore committunt, poſſeſſiones eccleſiæ, id eſt, villas, quæ datæ ſunt Deo, &c. vos Deo aufertis, &c. Tam nefarium ſcelus, quo præſentibus, & futuris nocetit, jam vindicaret, quia juſtus eſt, niſi eſſet & patiens, &c. Dei vox eſt: *Tacui, nunquam ſemper tacebo*: id eſt, in hac vita quieſco, in altera vindicabo. Vindictam illa-
Exod. 20. Deut. 5. turus quid eſt dicturus? Audiſtis me præcepiſſe, *Non concupiſces rem proximi tui*, rem proximi veſtri ſi concupiſcitis, quia non auſi eſtis, aliquando non abſtuliſtis, meam non ſolum concupiſcitis, ſed ad meum contemptum audaciſſime vobis vindicaſtis, & plus timuiſtis ſervum, quam me
1. Tim. 6. Dominum; ergo meus contemptus, & veſtra, quæ radix fuit omnium malorum, cupiditas vos mergit in tartarum, &c. *Tullen. in ep. ad Rothbert. & alios.*

CAPUT LI.

Tollenda eſt prava omnino conſuetudo, quæ in quibuſdam locis oriri cœpit, quia nonnulli Archipresbyteri, vel aliorum titulorum cuſtodes fruges, vel aliarum eccleſiarum redditus ad proprias domos abducunt, &c. *Ticin. ſub Ludov. II. c. 5.*

CAPUT LII.

Quidem Epiſcopi, & rectores monaſteriorum res eccleſiarum ſuarum ſubtractas, & aliis perſonis largitas eſſe queruntur; & ideo eccleſiaſticas utilitates nequaquam ſe implere poſſe dicunt, quæ ut reſtituantur, veſtram regiam majeſtatem imploramus. Quia ſi hi, qui eas pro animarum ſuarum remedio eccleſiis contulerunt, præmium merentur, ſine dubio damnatione digni ſunt, qui eas ſubtrahere moliuntur. *Ticinen. c. 10.*

CAPUT LIII.

Qui de rebus eccleſiarum aliquid abſtulerint, gravius inde judicentur, quia ſacratum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abſtulerit, aut arripuerit, &c. *Piſten. c. 4.*

CAPUT LIV.

Quicumque timorem Domini poſtponentes, & eccleſiaſtica judicia non verentes, res eccleſiæ rapiunt, vel auferunt, ut in epiſtola Anacleti Papæ legitur, ſacrilegium faciunt. Papa dixit: „Ergo qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt, atque homicida ante conſpectum judicis deputabitur.
17. q. 4. c. 18. „{ Qui rapit pecuniam proximi ſui iniquitatem operatur, qui autem pecuniam, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit“. Unde tanta auctoritate Apoſtolicæ ſententiæ ſuffulti ſancimus, & unanimes judicamus, ut res eccleſiæ triplicitet componantur, inſuper vero bannus Epiſcopalis exquiratur. Qui vero exteriores eccleſiæ res rapiunt, vel fraudant, Comite agente coerceantur, ut res ablatæ legitime reſtituantur, & componantur. Si vero non procuraverint, vel non emendaverint, ab Epiſcopo canonice conſtringantur, ut res reſtituantur. *Tiburicenſ. cap. 7. Anaclet. epiſt. 1. ante fin. Lucius epiſt. unic. cap. 6. Troſl. cap. 4.*

CAPUT LV.

Sacrilegium eſt res eccleſiæ ſacratas auferre, poſſeſſiones ad jus eccleſiæ pertinentes, vel aliquid eccleſiæ conſecratum, vel donatum tollere, invadere, fraudare, vel rapere, &c. *Troſleian. cap. 4. in princ.*

CAPUT LVI.

Omnes contra legem facientes, res eccleſiæ quaſcumque diripientes, vel eccleſias, ſacerdoteſque contra divinas ſanctiones vexantes ſacrilegi, atque indubitanter infames ſacrilegi vocantur. Et heu, quanti ſcientes, quanti, quia ſcire nolunt, vel quid ſit ſacrilegium, ſcire ſe diſſimulant, ideo neſcientes in hoc peſſimum facinus proruerunt, & quia hoc anathema in medio eſt populi Chriſtiani, non eſt Deus cum eis &c. O- 12. q. 2. c. 3. Nulli.
mnia, quæ Domino offeruntur, proculdubio conſecrantur, & non ſolum ſacrificia, quæ a ſacerdotibus ſuper altare Domini conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quidquid ei a fidelibus offertur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, vel quodlibet artificium, ædificium, veſtimentum, quodcumque mobile vel immobile, &c. & quicumque ab eccleſia aliquod ex his quocumque modo alienaverit, abſtulerit, invaſerit, vaſtaverit, ſive diripuerit, quia quæcumque eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt, proculdubio ſacrilegium committit. Quapropter in libro Capitularium ſecundum cap. 427. &c. ſancitur: „ut nullus laicus homo, vel Imperator, vel Rex, vel Epiſcopus, aut aliquis præfectorũ ſæculari poteſtate fultus ſibi per violentiã rapiat, aut a nobis competere, vel quocumque modo invadere præſumat, monaſterium, aut prædia, vel quaſcumque res, vel aliquid de monaſterio“, &c. Si autem in tantum horribilis eſt Deo ille, qui impie agit, certe ſeparatus eſt a Deo, & anathemati juſto ſubjicitur. *Anathema* enim nihil aliud ſignificat, niſi a *Deo ſeparationem*, ſicut in veteri, & novo teſtamento judicium de anathemate ſignificat. Et nullus ſacrilegus regnum Dei poſſidebit, niſi per puram, probatamque, & publicam pœnitentiam, & ſanctæ eccleſiæ, ejus præcipuæ, quam læſit, ſatisfactionem, &c. Et a ſocietate fidelium ejus ideo alienatur, ut quiſquis ille eſt, pro certo hoc ſciat, quia tali, niſi per ſatisfactionem condignam, nec vivo, nec mortuo eccleſia communicat, &c. Sicut Hieremias peccatorem populum quadruplici planxit alphabeto, ſicut nos ſacrilegos Dei, & eccleſiæ contemptores percutiamus quadruplici anathematis maledicto. Sit eis clauſa porta cæli, aperta janua inferni, cum nullo Chriſtiano partem habeant omnino, vel ſocietatem, ſed & de reliquiis ciborum illorum nihil detur pauperibus, quin potius projiciantur canibus, donec per humilem, & dignam pœnitentiam, & congruam emendationem lætificent eccleſiam, quam per ſacrilegia, & nefanda ſcelera exacerbaverant. Sed

quia

Digitized by Google

quia ſunt quidam, qui temporalem potius mortem, quam æternam timeant, recenſeamus, quid ſæculi leges de talibus præcipiant. In libro ſuprascripto cap. 431. jubetur, ut capitali pœna mulctentur, qui ſacrilegia, adulteria, & prædationes, & devaſtationes exercuerunt, & omnes res eorum fiſco Regis ſocientur, vel eccleſiæ, cujus res vaſtaverint, alienaverint, aut abſtulerint, dentur. De illis, quæ res eccleſiæ tenent, ex Capitulari Caroli Imperatoris: „Si quis eccleſiaſticam „rem tenet, & admonitus judicium declinaverit, „quouſque ad diſcuſſionem veniat, aut rem reſtituat, communione privetur". *Troslejan. c. 4. Burch. lib. 11. cap. 17. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 32. panorm. & part. 14. cap. 87. decret. Tarracon. lib. 5. cap. 4.*

CAPUT LVII.

c. 1. de praebend. Greg. IX. & in 1. collect. Nullus de clero, ſive de populo eccleſiaſtica bona jure conſanguinitatis requirat ſibi habenda. *Pictav. cap. 4.*

CAPUT LVIII.

Nemo ea, quæ ſunt eccleſiæ, ut ſua uſurpet. *Theophil. Epiſcop. Alexand. in commonitorio cap. 10.*

TITULUS XXXIV.

NEMO SURRIPIAT BONA EPISCOPI DEFUNCTI, ET BONA ECCLESIÆ VIDUATÆ SERVENTUR SUCCESSORI.

Vide ſupra lib. quarto, titulo octuageſimotertio, quibus hæc adde:

CAPUT I.

Diſt. 7. c. 2. Quoniam. PRoventus eccleſię viduatæ apud œconomum ipſius eccleſiæ ſerventur. *Chalced. cap. 25. in fin. Vernen. cap. 17. Vormat. cap. 76. Capitul. lib. 3. cap. 28. Burch. lib. 1. cap. 24. Ivo part. 5. cap. 135. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 35. Caeſar. lib. 3. c. 28.*

CAPUT II.

Ut moriente Romano Pontifice, vel cujuſcumque civitatis, nullus præſumat facultates eorum invadere, ſed ſucceſſoribus eorum reſerventur integræ. *Nicol. II. in ſynod. Roman. cap. 2.*

CAPUT III.

Ne aliquis clericus res Epiſcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in uſus proprios conferat. Quod ſi quis fecerit, anathema ſit. *Urban. II. in ſyn. Claromont. cap. 31. al. 29.*

TITULUS XXXV.

DE PACTIS.

CAPUT I.

De pact. c. 7. Greg. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. collect. PLerique ſicut accepimus, regulares, & clerici ſæculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium eccleſiarum pactum adjiciunt: „ut conductores, & feudatarii, decimas eis ſolvant, & „apud eoſdem eligant ſepulturam", &c. Pactum hujuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes, ut quidquid fuerit occaſione hujuſmodi pacti præceptum, eccleſiæ parochiali reddatur. *Innocent. III. in concil. gen. Lateranen. cap. 56.*

CAPUT II.

Ut pactum, quod a beatæ memoriæ veſtro genitore domino Udone, & a vobis piiſſimis Imperatoribus juxta præcedentem conſuetudinem factum eſt, nunc in ſynodo redintegretur, & inviolatum ſervetur. *Joann. IX. in ſynod. Ravenn. part. 3. cap. 5.*

CAPUT III.

Si humana pacta non poſſunt impune calcari, *20. q. 1. c. 8. Puellæ.* quid de eis manebit, qui corruperint fœdera divini ſacramenti. *Leo epiſt. 90. ad Ruſtic. cap. 13. & 14. Burch. lib. 8. c. 2. Ivo part. 7. cap. 20. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 87. Cæſar. lib. 10. cap. 113. Tarrac. lib. 1. c. 221.*

CAPUT IV.

Studioſe agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur opere, compleantur. *Greg. lib. 8. reg. epiſt. 38. Jan. Epiſc. Calarit.* *De pact. cap. 1. Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT V.

Cum generatione, quæ pacem vobiſcum habere quærit, quomodo ad alterutrum pacem firmare, & cuſtodire debeatis, inquiritis. Quæcumque gens vobis pacem offerre voluerit, vos nolite renuere, ſcriptum quippe eſt: *Pacem ſequimini* *Hebr. 12.* *cum omnibus.* Et rurſus: *Cum omnibus hominibus* *Rom. 12.* *pacem habentes*, &c. Providendum eſt, ut in omni pacto Chriſtus pręponatur, ita ut lege ipſius, præcipue fide illius * ſuperſtitente fœdus, quod ** illeſa.* in invicem pangitur, permaneat incorruptum. Quam autem pacem ſectari debeatis, dominus manifeſtat, cum dicit: *Pacem meam do vobis.* *Joann. 14.* Cum eo igitur, qui pacem Chriſti non habet, nec nos communionis habere pacem debemus. Sed nec cum illo, qui pacem idcirco poſtulat, ut liberius nociva committat. *Nicolaus ad conſ. Bulgar. cap. 80.*

CAPUT VI.

Percunctati eſtis cum generatione, quæ Chriſtiana eſt, fœdus, interpoſito ex utraque parte jurejurando feceritis, & poſt hæc illi pactum diſrumpere, & ſuper vos inſurgere voluerint, utrum & vos adire contra eos audeatis, an aliud quid agere debeatis. Verum omnis eſt neceſſitas tolleranda, magis quam a vobis quælibet iniquitas perpetranda. Proinde fœdus, quod pangitis, nulla eſt occaſione violandum, niſi forte in confirmandi fœderis ipſius articulo interpoſitū eſt quatenus ſic una pars id foret obſervatura pactum, ſi pars hoc altera nulla tergiverſatione violaſſet: ſiquidem a Chriſtiano omne genus mendacii ſummopere declinandum eſt, &c. Jam vero ſi illi poſtpoſito juramento, diruptoque fœdere contra vos inſurrexerint, quid vos oporteat agere, Epiſcopus veſter a vobis inquiſitus reſpondeat, &c. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 81.*

CAPUT VII.

Cum paganis quod ſit Chriſtiano pactum faciendum Apoſtolus indicat: „qui nullam commu- *2. Cor. 6.* „nionem luci ad tenebras, Chriſto ad Belial, fi„deli cum infideli": dat intelligi debere penitus abſiſtere. Verum ſi eo fidelis animo pactum cum infideli conſtituit, ut eum ad cultum veri Dei poſſit attrahere, non eſt prohibendum, &c. Inveniuntur autem nonnulli ſanctorum, & fidelium cum alienigenis, & infidelibus pacta, & amicitiæ fœdera contraxiſſe diverſa, ſed eos non tamquam infidelitatem eorum, & ſuperſtitionem approbantes

co-

coluiſſe, ſed tamquam in angarias diverſis uſibus implicaſſe, & præcipue in terrenis eos quæſtibus, & ſervilibus occupaſſe. *Nicol. ad conſult. Bulg. cap.* 82.

CAPUT VIII.

De pact. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. Antiq. Gratus Epiſcopus dixit, &c. „ Aut inita pacta „ ſuam obtineant firmitatem, aut conventus ſi ſe „ non cohibuerit, eccleſiaſticam ſentiat diſcipli- „ nam “. Univerſi dixerunt „ Pax ſervetur, pacta „ cuſtodiantur “. *Carth. I. cap.* 12.

CAPUT IX.

Pacta, quæ juxta canonicam regulam inter Epiſcopos per pacificam deliberationem juſtiſſime fuerint facta, in omnibus placet eſſe ſervanda. *Emerit. cap.* 8. *ante fin.*

TITULUS XXXVI.
DE DONATIONIBUS.

CAPUT I.

17. q. 4. c. 41. Queſti nobis ſunt Caſtelien. monaſterii monachi Abbatem ſuum terram intra Syllacæ-

* *ſcbitan*, al. num caſtrum *, quæ in DC. pedes extenditur, ſub prætextu fabricandæ eccleſiæ fraternitati tuæ donationis titulo conceſſiſſe. Et ideo volumus, quantum parietes poſſunt ædificatæ eccleſiæ circumdare, viri eccleſiæ vindicari. Quidquid vero extra parietes ejuſdem eccleſiæ eſſe potuerit, ad jura monaſterii ſine difficultate aliqua revertatur, quia nec mundanarum legum, nec ſacrorum canonum ſtatuta permittunt, res monaſterii de jure ejus quolibet titulo ſegregari. Eapropter donationem ejus terræ, quæ contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitue. *Greg. lib. 7. indict. 1. epiſt.* 33. *Cæſar. lib. 9. cap.* 35.

CAPUT II.

De iis quæ fiunt a prælat. apud Greg. IX. c. 7. & 8. & in 3. collect. de iis quæ conced. ab Epiſc. c. 1. & 2. Ne quis Epiſcopus de rebus eccleſiæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, niſi forte aliquod horum faciat, ut vel meliora proſpiciat, & cum totius cleri conſenſu, atque tractatu id eligat, quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum, &c. Si laicus decimam diœceſani conſenſu alteri eccleſiæ aſſignaverit, præſertim religioſo conventui, conſtabit ipſa donatio perpetua firmitatæ ſubnixa, &c. *Innoc. III. Archipresbytero, magiſtro ſcholar. & P. de vico ſancti Ave. Regis Abb. Bituric.*

CAPUT III.

De hæret. c. 6. Greg. IX. & c. 9. in 1. coll. Epiſcopi, vel clerici res ſuas ne donent non orthodoxis Chriſtianis, etſi propinqui ſint. *Carthagin. cap.* 22. *Carthaginen. III. cap.* 13.

CAPUT IV.

12. q. 2. c. 52. ſine 6. 2. & c. 1. & 8. de his, quæ fiunt a præl. Greg. IX. & in 1. coll. de iis, quæ conced. c. 1. & in 3. coll. c. 2. Irrita erit donatio Epiſcoporum, vel venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticæ abſque conniventia, & ſubſcriptione clericorum. *Carth. IV. cap.* 32. *Innoc. III. Metenſ. Archidiacono. Burchard. lib. 3. cap.* 170. *Ivo part. 3. cap.* 231. *decr. & lib. 2. tit. 10. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 7. cap. 192. in addit.*

CAPUT V.

12. q. 2. c. 34. Epiſcopus, qui filios, aut nepotes non habens, alium, quam eccleſiam, reliquit hæredem, ſi quid de eccleſia, non in eccleſiæ cauſſa, aut neceſſitate interceperit, quod diſtraxit, aut donavit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus ejus indemnitatibus eccleſiæ conſulatur. *Agath. cap.* 33. *V. cap.* 22. *Hiſpal. cap.* 1.

CAPUT VI.

Quiſquis clericus aliquid de munificentia eccleſiæ, cui ſervierit, adeptus, & ad ſacerdotium alterius civitatis eſt, aut fuerit ordinatus, quod dono accipit, vel acceperit, reddat, & quod ſuum eſt ex proprietate, vel ſecundum inſtrumenti ſeriem probatur emiſſe, poſſideat. *Epaun. c.* 14.

CAPUT VII.

Ne quis ſacerdotum, vel clericorum more ſæ- 14. q. 2. c. Uni.
cularium judicium audeat accipere pro impenſis patrociniis munera, niſi forte in eccleſiis oblata gratuito, quæ non favore muneris videantur accepta, ſed collatione devotionis illata, &c. *Tarrac. cap.* 10. *Cæſar. lib. 5. cap.* 76.

CAPUT VIII.

De munificentiis ſacerdotum, id obſervandum, quod ſicut, ſi quid præſenti tempore a clericis decedentibus munificentiæ habetur, vel poſſidetur, deinceps a ſucceſſoribus nullatenus auferatur, ita ut qui deceſſorum largitatibus gaudent, officia, & eccleſiæ obedientiam, & affectum ſacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentiis, quæ præſenti tempore ab his poſſidentur, ſi pro opportunitate Epiſcopo placuerit, quod voluerit, commutare, ſine accedente diſpendio in locis aliis commutetur. De munificentiis vero præſentibus, quas unuſquiſque clericus pro ſua gratia eorum obſequiis exiſtimat conferenda, ſicut in arbitrio dantis eſt, ut tribuere, quibus voluerit, debeat, ita ſi inobedientia, vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita, in arbitrio ſit præſidentis, utrum, vel qualiter debeat revocare. *Aurel. III. cap.* 17.

CAPUT IX.

Quicumque pro devotione ſua oblationis ſtudio aliquid in campellis, vel in vineolis etiam abſque ſcriptura probatur eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum ipſe, vel hæredes ejus quacumque occaſione auferre a jure hoc eccleſiæ alienare voluerint, quoadusque a tali intentione diſcedant, aut pervaſa reſtituant, aut certe a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur. *Aurel. IV. cap.* 9.

CAPUT X.

Si quis Epiſcopus alterius eccleſiæ clerico de facultatibus ſuæ eccleſiæ aliquid ſub titulo quocumque donaverit, poſt ejus obitum, qui acceperit ad eccleſiæ jus, de cujus facultate diſceſſerat, revertatur, quia iniquum eſt, ut ſub hac ſpecie damnum eccleſia, quæ multis ſubvenit, patiatur. *Aurel. IV. cap.* 36.

CAPUT XI.

Quiſquis majorum, aut mediocrium perſonarum quodcumque muneris, vel facultatis ſacerdotibus, aut eccleſiis, aut quibuslibet locis ſanctorum ſtudio mercedis cum juſtitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipſa quæ a parentibus donata noſcuntur, poſtmodum quis auferre præſumpſerit, ut necator pauperum communione privetur. *Aurel. V. cap.* 16.

CAPUT XII.

Illud cenſuimus ſtatuendum, ut quaſcumque munificentiis clericis, aut ſervientibus, ſive

de

de rebus eccleſiis in uſum, aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint ſacerdotes, ſubſequentes Pontifices nullatenus auferre præſumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate perſonarum, vel regula canonum præcedentium in perſona habeatur, non in facultate diſtrictio. *Lugdun. cap.* 5.

CAPUT XIII.

Præbendum eſt a ſacerdotibus vitæ ſolatium indulgentibus, & maxime his, quibus reſtituenda viciſſitudo eſt. [Quicumque ergo fidelium de facultatibus ſuis eccleſiæ aliquid devotione propria contulerint, ſi forte ipſi, ut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem eccleſia ſuffragium vitæ pro temporis uſu percipiant. Si enim clericis, ſeu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet neceſſitatem ſuſtinentibus pro ſolo religionis intuitu in uſum res eccleſiaſticæ largiuntur, quanto magis his conſulendum eſt, quibus retributio juſta debetur? *Tolet. IV. cap.* 37.

16. q. 7. c. 30.

CAPUT XIV.

Quæcumque Epiſcopus ad bonos profectus viderit creſcere per bonam intentionem, venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus eccleſiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat poteſtatem, &c. *Emerit. cap.* 13.

CAPUT XV.

Placuit huic ſancto concilio, ut ſi Epiſcopus eccleſiæ ſuæ, in qua præſidet, de rebus ſuis inventus fuerit plurima contuliſſe, quidquid amicis ſuis, ſervis, aut libertis, vel quibuſlibet perſonis, de eccleſiæ ſuæ rebus compertus fuerit aliquid donaſſe, ſi triplum, aut multo plus patuerit eſſe, quod conſcripſit in nomine eccleſiæ ſuæ, firmum teneat, quod diſtribuit in perſonis, quæ prænotatæ ſunt ſuperiori ordine, nec licebit ſuccedenti Epiſcopo prioris ſui irrumpere voluntatem. *Emerit. cap.* 21.

CAPUT XVI.

16. q. 7. c. 42. Conſtit. & 20. q. 3. & aut. Res, quæ ab illectis, & negligentibus datę, ab avaris, & cupidis non ſolum acceptæ, ſed raptæ noſcuntur, hæredibus reddantur, qui dementia parentum, & avaritia incentorum exhæreditati eſſe noſcuntur. Si vero neſcientibus Epiſcopis, aut Abbatibus miniſtri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc feciſſe convincuntur, Epiſcopi, & Abbates deſidia, illi vero rapacitate, & avaritia judicentur. Hoc vero, quod quiſque Deo juſte, & rationabiliter de rebus ſuis offerri, eccleſia tenere debet. *Cabilon. ſub Carolo cap. 7. Burch. lib.* 8. *cap. 93. Ivo part. 7. cap. 111. decret.*

TITULUS XXXVII.
DE JUDICIIS.

CAPUT I.

Cap. 1. de treug. & pace Greg. IX. & in 1. coll. TReugas a quarta feria poſt occaſum ſolis uſque ad ſecundam feriam, & ab Adventu Domini uſque ad octavas Epiphaniæ, & a Septuageſima uſque ad octavas Paſchæ, ab omnibus inviolabiliter obſervari præcipimus. Si quis autem treugas frangere tentaverit, poſt tertiam commonitionem, ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus excommunicationis ſententiam dictet, & ſcriptam vicinis Epiſcopis repræſentet, &c. Epiſcopi ad ſolum Deum, & ad ſalutem populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant, &c. *Alex. III. in concil. Later. cap. 21. Innoc. III. in concil. Rom. cap. 9. poſt Ivo panorm.*

CAPUT II.

Innovamus, ut presbyteri, monachi, clerici, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, & in agricultura exſiſtentes, & animalia, quæ ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. *Alex. III. in concil. Later. cap. 22. Innocent. II. in concil. Roman. c. 9. poſt Ivo panorm.* *De treug. & pac. cap. 2. Greg. IX. & in 1. collect.*

CAPUT III.

Si quis treugam diffregerit, uſque tertio ad ſatisfactionem ab Epiſcopo admoneatur. Quod ſi nec tertio ſatisfacere contempſerit, Epiſcopus, vel cum Metropolitani conſilio, aut cum duobus aut uno vicinorum Epiſcoporum in rebellem anathematis ſententiam dictet, & per ſcripturam Epiſcopis circumquaque denuntiet. *Calliſt. II. in conc. Rom. c.* 13.

CAPUT IV.

Præcipimus, ut presbyteri, clerici, monachi, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, & in agricultura exſiſtentes, & animalia, cum quibus arant, & oves omni tempore ſint ſecuræ. Si quis autem hoc noſtrum ſtatutum violare præſumpſerit, Epiſcopus, in cujus parochia fuerit, omni tepiditate ſepoſita, canonicam de ipſo juſtitiam faciat. *Eugen. III. in conc. Rom. cap.* 11.

TITULUS XXXVIII.
DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

CAPUT I.

UNiuſcujuſque eccleſiæ ruſticæ parœciæ, vel prædia maneant inconcuſſa apud Epiſcopos, qui ea poſſident, præſertim ſi triginta annis ſine vi ea poſſidentes adminiſtrant. Intra id tempus, ſi quæſtio de eis moveatur, liceat ei, qui ſe lædi putat, movere litem apud ſynodum provinciæ; vel ſi contra ſuum Epiſcopum vel Metropolitanum lis ſit, apud Primatem, vel CP. ſedem &c. *Chalced. c. 17. Trull. c. 25. Burch. lib. 3. c. 148. Ivo lib. 2. tit. 6. c. 1. panorm. & part. 3. c. 106. decr. Anſ. lib. 5. c.* 26. 16. q. 3. c. 1. Per ſingulas.

CAPUT II.

Placuit huic ſanctæ, & magnæ ſynodo, ut res vel privilegia, quæ Dei eccleſiis ex longa conſuetudine pertinent, & ſive a divæ * recordationis Imperatoribus, ſive ab aliis Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaquam a poteſtate Præſulum earum, quæcumque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quælibet auferat, ſed ſint omnia in poteſtate, ac uſu Præſulis eccleſiæ, quæcumque intra ſpatium triginta annorum ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſæcularium contra præſentem definitionem egerit, tanquam ſacrilegus judicetur, & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria privilegia, ſeu res reſtituerit, & reſervaverit, anathema ſit. *Synod. VIII. CP. ſub Hadrian. II. cap. 18. Anſelm.* 16. q. 3. c. 2. * *piæ*

lib. 4. cap. 30. Ivo epiſt. 71. vel 30. ad Decan. Belvacen.

CAPUT III.

De præſcript. c. ult. Greg. IX. & in 4. coll. ead. tit. cap. 3. Rom. 14. Quoniam omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali judicio definimus ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam canonica, quam civilis, cum ſit generaliter omni conſtitutioni, atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali non poteſt obſervari peccato. Unde oportet, ut qui præſcribit, id nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ. *Innoc. III. concil. gen. Later. cap. 41.*

CAPUT IV.

13. q. 2. c. 2. 16. q. 3. c. 2. p. 2. Facultates eccleſiæ, nec non & diœceſes quæ ab aliquibus poſſidentur Epiſcopis, jure ſibi vindicent, quod tricennalis lex concluſit, quia & filiorum noſtrorum Principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus excluſit. *Gelaſ. epiſt. 2. cap. 2. Burch. lib. 3. c. 149. Ivo lib. 2. tit. 6. cap. 2. panorm. & part. 3. cap. 144. & 147. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 19. Cæſar. lib. 7. cap. 31.*

CAPUT. V.

16. q. 4. c. 1. Volumus accedentem te ad Panormitanam civitatem quæſtionem ipſam tali ratione diſcutere, dominio rei apud poſſeſſorem, ſicut hactenus poſſeſſum eſt, videlicet permanente, ut ſi monaſterium præfatum ſancti Theodori fines, de quibus cauſatio mota eſt, inconcuſſos quadraginta annis poſſediſſe repereris, nullam deinceps, etiam ſi quid ſanctæ Romanæ eccleſiæ competere potuit, patiaris ſuſtinere calumniam, ſed quietem eorum inconcuſſam omnibus modis procurare. Sin vero actores eccleſiæ, non eos poſſediſſe quadraginta annos inconcuſſo jure monſtraverint, ſed aliquam intra tempora hæc motam fuiſſe aliquando quæſtionem eorundem finium, electis arbitris tranquille, & legaliter ſopiatur. *Gregor. lib. 1. epiſt. 9. Petro Subdiacono. Ivo part. 3. c. 246. decr. Anſelm. lib. 5. c. 75. in Rom.*

CAPUT VI.

De præſcript. c. 5. in 1. coll. Hortamur ut ad loca, de quibus contentio eſt, debeatis accedere, & conſtituta loca, quæ in lite ſunt præſentia, jure terminare faciatis, quadraginta tantum annorum ab utraque parte præſcriptione ſervata. *Gregor. Syracuſan. Epiſc. lib. 6. regiſtr. epiſt. 36. vel cap. 200.*

CAPUT VII.

c. 1. de præſcript. Greg. IX. & in 1. coll. Placuit, ut etiam ſi quiſquam poſt leges aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, ſi eum per triennium nemine repetente retinuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præjudicium patietur. Si autem non fuit, non præjudicetur matrici, ſed liceat, cum locus acceperit Epiſcopum, quem non habeat, ex ipſo die intra triennium repetere. Itemque ſi fuerit Epiſcopus ad catholicam ex Donati parte converſus, non ei præjudicet præfinitum tempus, ſed ex quo die converſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebat cathedram. *Carth. cap. 120. G. Afric. cap. 86. L.*

CAPUT VIII.

Clerici quilibet quantacumque diuturnitate temporis de eccleſiæ remuneratione aliqua poſſederint, in jus proprium præſcriptione temporia non vocentur, dummodo pateat eccleſiæ rem fuiſſe, ne videantur etiam Epiſcopis adminiſtrationes prolixas, aut precatorias * cũ ordinati ſunt facere debuiſſe, aut diu retentas facultates in jus proprietatis ſuæ poſſe tranſcribere. *Agath. c. 59. Epaun. c. 28. Ivo part. 3. c. 166. decr.* *16. q. 3. c. 11.*

* *precarias.*

CAPUT IX.

Si Epiſcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis, vel monachis præſtiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam ſi longa tranſiiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum eccleſia præjudicium patiatur, nec ſæcularis legis præſcriptio opponatur. *Aurel. c. 25. vel 23. Anſelm. lib. 5. cap. 87. in Rom.* *16. q. 3. c. 12.*

CAPUT X.

Quicumque clericus aliquid de jure eccleſiaſtico alienare quacumque ratione præſumpſerit, non valebit, quia ſecundum canonum ſtatuta proprietatem eccleſiæ non violat in alios quamlibet longa poſſeſſio, &c. *Aurelian. IV. cap. 18.*

CAPUT XI.

Omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hoſtilitatẽ retinuiſſe eccleſiam ſuam comprobaret, ejus privilegio reſtituatur. Sicut enim per legem mundalem his, quos barbarica ſeveritas* captiva neceſſitate tranſvexit, poſtliminio revertentibus redditur antiqua poſſeſſio, non aliter eſt eccleſia receptura parochiam, quam ante tenuit, cum rebus ſuis, ſive ab aliis eccleſiis poſſeſſa ſit. Non enim erit obiicienda præſcriptio temporis, ubi neceſſitas intereſt hoſtilitatis. *Hiſpalenſ. II. cap. 1. C. de captiv. & poſtlimin. lib. 1. l.* Si quos, *l. fin.* §. Diverſar. hor. §. Quos barbarica fer. *16. q. 3. c. 13. Prima.*

* *feritas, al.*

CAPUT XII.

Prolatis canonibus ſynodalia decreta perlecta ſunt, quæ monent ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos uſurpet. Ob hoc placuit inſpectionis viros mittendos, ita ut ſi in diœceſi poſſidentis ſitam baſilicam veteribus ſignis lineis prævisſos monſtraverit, eccleſia, cujus eſt jus retentionis, ſit æternum dominium. Quod ſi & limes legitimus eandem baſilicam non recludit, & tamen longi temporis probatur objecta præſcriptio, appellatio repetentis Epiſcopi non valebit, quia illi tricennalis objectio ſilentium imponit. Hoc enim & ſæcularium Principum edicta præcipiunt, & Præſulum Romanorum decrevit auctoritas. Si vero intra triginta annos extra alienos terminos baſilicæ injuſta retentio reperitur, repetentis Epiſcopi juri ſine mora reſtituetur. *Hiſpalenſ. II. c. 2. Burch. lib. 1. c. 69. Ivo part. 3. c. 99. decr.* *16. q. 3. c. 6. Inter.*

CAPUT XIII.

Quicumque Epiſcopus alterius Epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit, quia ſecundum jus legis ejus videtur eſſe diœceſis, admittenda non eſt contra eum actio repoſcendi. Sed hoc intra unam parochiam*, extra vero nullo modo, ne dum diœceſis *16. q. 3. c. 4.*

* *provinciã.*

Digitized by Google

ſis defenditur, provinciarum termini confundantur. *Tolet. IV. c. 33. Burch. lib. 1. c. 67. Ivo lib. 2. tit. 6. c. 4. panorm. & part. 3. cap. 131. & part. 5. c. 175. decr. Anſelm. lib. 5. c. 28.*

CAPUT. XIV.

16. q. 3. c. 3. 16. q. 5. c. 2. Poſſeſſio. Sicut diœceſim alienam tricennalis poſſeſſio tollit, ita territorii conventum non adimit. Ideoque baſilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum Epiſcopum pertinebunt, cujus conventus eſſe conſtiterit. *Tolet. IV. c. 34. Burch. lib. 3. cap. 147. Ivo lib. 2. tit. 6. cap. 5. panorm. & part. 3. cap. 212. decr. Anſelm. lib. 5. cap. 27.*

CAPUT XV.

Dum miſerante Domino, Principis juſſu in unum ad ſanctum veniſſemus Concilium, unus Belva nomine ſanctæ Egeditanæ eccleſiæ Epiſcopus interpellavit ſanctam ſynodum, eo quod Juſtus Salmaticenſis eccleſiæ Epiſcopus debitam illi teneret diœceſim, hoc etiam adjiciens, ut unde a Gallæciæ metropoli diœceſis ſuæ fuerat poſſeſſum, ille reciperet, quamvis longa poſt tempora, quæ parochiæ ſuæ fuerant debita. Sed quia antiquorum canonum ſunt inſtituta, ut ſi in una Provincia quiſque Epiſcopus de alterius diœceſi partem aliquam per triginta annos poſſederit, quietus teneat: juſtum perſpeximus, ut quia nec ille triginta annos adhuc habet, quod ad hujus provinciæ Metropolim reductus eſt, & ille, quod per longa tempora non poſſedit, recepit, & triginta adhuc non ſunt in hoc illi impleti anni, ſicut ille ad debitam diœceſim rediit, ita & hic pulſat ad diœceſim ſibi debitam, ordine Metropolitani cum ſuis fratribus per ſuum Sajonem recipiat. Ita tamen, ut de præſentia Metropolitani inſpectores dirigantur, qui evidentia ſigna diœceſes ipſas conſpiciant, & unuſquiſque quod illi debitum eſt accipiat & habeat, &c. Omnibus vero Epiſcopis id conſtituitur eſſe ſervandum, ut parochiam ſuam bene cuſtodiant, nec a quolibet fratre ea uſurpari permittant. Quibus ſi tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiã occurrerit, nullo modo reddenda erit. *Emerit. c. 8.*

CAPUT XVI.

Renovamus canonem, qui dicit, ruſticas, & quæ ſunt in regione parochias inconcuſſas, & illabefactatas manere apud Epiſcopos, qui eas poſſident, & maxime ſi triginta annorum ſpatio eas ſine vi [illegible]ſidentes adminiſtraverint. Si autem intra triginta annos fuit, vel fuerit aliqua de his controverſia, licere his, qui ſe injuria affectos dicunt, de eo actionem movere apud ſynodum provinciæ. *Trull. c. 25. vide Chalced. c. 17.*

CAPUT XVII.

Ab antiquo tempore a ſanctis patribus, & a noſtris ſenioribus conſtitutum eſt, ut ſicut habet Epiſcopus in ſua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus ruſticanis parochiis, quas per tricennium inconcuſſe poſſidet, ita & unuſquiſque presbyter habeat parochiam ſuam, &c. *Troſl. c. 6. in princ.*

TITULUS XXXIX.

DE PRECARIIS.

CAPUT I.

16. q. 3. c. 1. CLerici quilibet, quantacumque diuturnitate temporis eccleſiæ rem ratione aliqua poſſederint, in jus proprium, præſcriptione temporis, non vocentur, dummodo pateat eccleſiæ rem fuiſſe, ne videantur etiam Epiſcopi adminiſtrationes prolixas, aut precatorias *, cum ordinati ſunt, facere debuiſſe, aut diu retentas facultates in jus proprietatis ſuæ poſſe tranſcribere. *Agath. c. 59. Epaun. c. 18. Ivo part. 3. c. 166. decret.* * *precarias.*

CAPUT II.

Si Epiſcopus humanitatis intuitu mancipiola, 16. q. 3. c. 12.
vineolas, vel terrulas clericis, vel monachis præſtiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam ſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum eccleſia præjudicium patiatur, nec ſæcularis legis præſcriptio opponatur. *Aurelian. cap. 15. vel 23. Anſelm. lib. 5. cap. 87. in Rom.*

CAPUT III.

Sæpe fit, ut proprietati originis obſiſtat longin- 12. q. 2. c.
quitas temporis, &c. Decernimus, ut ſi quis cle- 73.
ricorum ſtipendium de rebus eccleſiæ cujuſquam Epiſcopi percipit largitate, ſub precariæ nomine debeat profeſſionem ſcribere, nec per retentionem diuturnam præjudicium afferat eccleſiæ, & quæcumque in uſu perceperit, debeat utiliter laborare, ut nec res divini juris videantur aliqua occaſione negligi, & ſubſidium ab eccleſia, cui deſerviunt, percipere poſſint clerici. Quod ſi quis eorum contempſerit facere, ipſe ſe ſtipendio ſuo videbitur privare. *Tolet. VI. cap. 5. Ivo part. 6. cap. 372. decret.*

CAPUT IV.

De illis hominibus, qui exhæreditati eſſe dicuntur, ſi aliquis eſſet, qui vellet dicere ſe a quolibet noſtrum illis privari rebus, quas pater ejus, aut mater, aut frater, aut aliquis propinquorum ad eccleſias Dei dediſſet, & in ejus nomine iterum precaria a rectoribus eccleſiarum acciperetur, &c. Pœne nullus eſt, qui res ſuas ad eccleſias donet, niſi de rebus eccleſiaſticis, aut tantum, quantũ donavit, aut duplum, aut triplum uſufructuario accipiat, & quibus ille tunc, vel quantis filiis, aut propinquis a rectoribus impetraverit, poſt diſceſſum ejus eadem conditione, qua ille tenebat, poſteri ejus ſibi vindicent, &c. Nobis viſum eſt, prædictis hæredibus hanc dare optionem, ut ſi voluiſſent traditiones parentum ſuorum conſequi, de quibus illi jam erant per legem excluſi, rectoribus eccleſiarum ſe commendarent, & hæreditatem illam in beneficium, unde ſe adjuvare, ac ſuſtentare poſſent, acciperent. *Turon. ſub Carolo cap. 51.*

CAPUT V.

Quicumque per cupiditatem, & malum ingenium aliorum res ſibi acquiſierint, & pro ipſis rebus eccleſiæ illis in precaria reddiderint, & poſt modum datoribus diſplicuerit, pars eccleſiæ, quod ſuum eſt, habeat, & illi, quæ ſua ſunt, abſque ullius contradictione recipiant. Qui hoc perpetraverint, ſecundum modum culpæ pœnitentiam agant, & deinceps res aliorum cupide, & procaciter recipere non præſumant, niſi tantum quantum pro ſola eleemoſyna eas Deo dare voluerint, vel etiam ipſas, quas donant in nomine ſuo, & fi-

Digitized by Google

liorum ſuorum in precariam recipere voluerint, *Remen. cap.* 36.

CAPUT VI.

Si quilibet hominum res eccleſiæ per mendacia, vel alias mala ingenia, in precariam ſibi acquirere, & habere voluerit, & poſt factas precarias eadem mendacia ad aures ejuſdē rectoris eccleſiæ delata fuerunt, ipſa eccleſia res ſuas, quę ei mendaciter abſtractæ fuerint, pleniter abſque ullius contradictione omnino recipiat. Ille vero, qui res ſuas per eadem mendacia propter cupiditatem ipſius precariæ eidem eccleſiæ tradidit, ſimili modo in ſuam recipiat dominationem. *Remenſ.* 37. *Mag. ſub Arnulph. cap.* 20.

CAPUT VII.

12. q. 2. c. 32. Precariæ, & commutationes tempore viduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca Epiſcoporum occupaverant, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel civili, ſi finiendæ * ſunt, fiant. *Belvacen. apud Melden. c.* 21. *Burch. lib.* 3. *cap.* 166. *Ivo part.* 3. *cap.* 227. *decret.*

* faciendæ, al.

CAPUT VIII.

10. q. 2. c. 4. Precariæ a nemine de rebus eccleſiaſticis fieri præſumantur, niſi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus eccleſiæ, in ſuo tantum qui dederit nomine, ſi res proprias, & eccleſiaſticas uſufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præſens dimiſerit, ex rebus eccleſiaſticis triplum fructuario uſu in ſuo tantum quis nomine ſumat, quia ſic eas quemque tractare oportet, ut alienarum diſpenſatorem, non propriarum largitorem. Et a nulla poteſtate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo, & ſanctis illius dicatis, cum ratio, & uſus obtineat, neminem, cui non vult contra utilitatem, & rationem, præſtitum de proprio facere beneficium. Præcepta autem regalia ſuper precariis eccleſiaſticis fieri nec ratio ſinit, nec auctoritas quolibet modo permittit. Quoniam præcepta in jure eccleſiaſtico firmare indignum judicet neceſſe eſt majeſtas regia, niſi ab 10. q. 2. c. 7. c. 1. de prec. Greg. IX. & in 1. collect. eccleſiaſtico rectore petantur, &c. Precariæ ſecundum antiquam conſuetudinem, & auctoritatem de quinquennio in quinquennium renoventur. *Syn. Belvacenſ. apud Meldenſ. cap.* 22. *Burch. lib.* 3. *c.* 167. & 168. & 169. *Ivo part.* 3. *c.* 228, 229. 230. *decret.*

TITULUS XL.

DE LOCATO, ET CONDUCTO.

CAPUT I.

VEnit nunc ad aures noſtras quod quidam Epiſcoporum a quibuſdam rogati, poſſeſſiones, quæ ad alias eccleſias pertinent, irrationabiliter conferant, & per hoc quantum poſſunt ad propriam utilitatem *, aliorum poteſtatem Epiſcoporum uſurpent, &c. Hujus rei gratia placuit magnæ huic, & univerſali ſynodo, quod nullus fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum, vel quiſquam talem ſibi facere nequiſſimam locationem roget, vel ab alio aliquo ipſe rogatus quamlibet alienarum, & extranearum conferat eccleſiarum poſſeſſionem, &c. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram viſus fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdicta ſunt, ſeparatur aliquo indicto tempore, diſciſſo videlicet, & dirupto modis omnibus locatorio pacto, quod ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto præter canonem factum eſt, &c. *Syn. VIII. CP. ſub Hadr. II. c.* 23.

* voluntatem.

CAPUT II.

Nullus Abbas, Archipresbyter, Præpoſitos eccleſiæ audeat poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ vendere, commutare, locare, vel in feudum dare ſine communi fratrum conſenſu, vel Epiſcopi propriæ civitatis, alioquin ordinis ſui pericolum patiatur. *Paſchal. II. in ſynodus apud Guardaſtallum, cap.* 4.

TITULUS XLI.

DE JURE EMPHYTEUTICO.

CAPUT I.

HÆC ſancta, & univerſalis ſynodus definivit, neminem prorſus Epiſcoporum vendere, &c. nec tradere ſalaria * eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venumdare, ac per hoc eccleſiaſticos redditus lædere, &c. *Synod. VIII. CP. ſub Hadriano II. cap.* 15. *Anſelm. lib.* 6. *cap.* 169. *Cæſar. lib.* 7. *c.* 74. 12. q. 2. c. 12. Apoſtolicos.

* ſalaria, ſ.

CAPUT II.

Et hoc ſancta nunc ſynodus didicit, quod in quibuſdam locis, quidam propria uſi auctoritate, ac ſine voluntate illorum, quibus hujuſmodi diſpoſitiones commiſſæ ſunt, audacter, & tyrannice pellunt eos, qui per emphyteuſim perceperunt aliquid ex his locis, quæ poſſederunt, occaſione quaſi ruptæ fidei circa penſionis pactum. Non autem licet omnimodis hæc fieri, niſi prius excipiat proteſtationem per quoſdam idoneos, & fideles homines is, qui emphyteuſim contraxit, quod niſi dederit uſque ad tres annos deſtinatum tributum, propellatur a locis a ſedentis. Oportet enim poſt trium annorum cenſus retentionem accedere ad Præpoſitos urbis, vel regionis illius, & arguere in conſpectu eorum eum, qui emphyteuſim conſecutus eſt, & exhibere contemptum ejus, & tunc ſententia, & judicio Prætorum * recipiat eccleſia propriam poſſeſſionem. Sed nequaquam apud ſe, vel per ſe faciat prædictorum oblationem locorum. Suſpectum quidem tale quid, & multi turpis lucri, & avaritiæ conſiſtit indicium. Si quis ergo Epiſcopus, aut Metropolitanus præter hanc definitionem noſtram abſtulerit aliquem locum a quoquam, putans quod eccleſiam propriam defendat, ſequeſtretur a proprio Patriarcha per aliquod tempus, dans primo, quod per poteſtatem ſuam abſtulit, vel ſurripuit. Si vero contentioſus quis perſtiterit non obediens his, quæ ſanctę ac univerſali ſynodo viſa ſunt, deponatur omnimodis. *Syn. VIII. gen. CP. ſub Hadr. II. cap.* 20. *vid. eiuſd. ſynodi VIII general. cap.* 15. *inf. tit. de empt. & vendit. cap.* 1.

* prædictorum, ſ.

CAPUT III.

Multi huc veniunt, qui terras aliquas, vel inſulas in jure eccleſiæ noſtræ, in emphyteuſim ſibi poſtulant dari, & aliquibus quidem negamus, aliquibus vero jam conceſſimus. Sed tua experientia ſanctæ eccleſiæ utilitatem conſpiciat, memor, quod ante ſacratiſſimum B. Petri Apoſtoli corpus poteſtatem patrimonii ejus acceperit, &c. *Greg. Pet. ſubdiac. lib.* 1. *regiſt. epiſt.* 70.

TI-

TITULUS XLII.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

CAPUT I.

12. q. 2. c. 13.

APoſtolicos, & paternos canones renovans ſancta hæc, & univerſalis ſynodus definivit, neminem prorſus Epiſcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia *, & vaſa ſacrata excepta cauſſa olim ab antiquis canonibus ordinata, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum, ſed nec tradere ſalaria* eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venumdare, ac per hoc eccleſiaſticos redditus lædere, quos ad propriam utilitatem, &c. ob* eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe decernimus. Omnes vero eccleſiarum rerum poteſtatem habentes, & has meliorare, ac dilatare, pro ut oportuerit eccleſiaſtica loca, per quæ * redditus fiant, & inſuper propriarum rerum diſpoſitionem diſtribuere, ac emittere, ſeu conferre quibuſcumque voluerit, & judicaverit juxta propriam poteſtatem, & dominatum. Quiſquis autem apparuerit poſt hanc definitionem noſtram contrarium quid huic ſanctæ, & univerſali ſynodo agere, deponatur ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum, caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis vel ſine ſcriptis ab Epiſcopo venditione, vel emphyteutica traditione, aut alia quavis alienatione cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum * locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel ſalariis *, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit, ad incidendam chartam venditionis, vel emphyteuſeos, ſit anathema, uſque dum fecerit, quod ab hac ſancta, & univerſali ſynodo confirmatum eſt. Si autem Epiſcopus convictus fuerit conſtruxiſſe monaſterium de redditibus eccleſiaſticis, tradat eidem eccleſiæ ipſum monaſterium. Si vero de propriis rebus, aut de aliis quibuſdam conventionibus, habeat id ſecundum propriam poteſtatem, & voluntatem omni vita ſua, & poſt finem vitæ ſuæ dimittat, & conferat hoc quibuſcumque voluerit, non tamen ſæculare diverſorium fiat. *Syn. VIII. CP. ſub Hadrian. II. c.* 15. *Anſelm. lib.6. c.* 169. *Cæſar. lib. 7. c.* 74.

** κειμήλια. * ſolaria, f. * ad, f. * quæ per, al. * ſolariorum, f. * ſolariis, f.*

CAPUT II.

De rebus eccleſ. non alienand. c. ult. Greg. IX. in 4. coll. eod. tit. c. un.

Venditiones feudorum, ſeu aliorum bonorum eccleſiæ, ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu præſumi occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis, cum non conſtitutio, ſed deſtitutio, vel deſtructio dici poſſit, necnon uſurpatio juriſdictionis, ſacri approbatione concilii decrevimus non tenere, præſumptoribus per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendis. *Innoc. III. in conc. gener. Later. c.* 44.

CAPUT III.

Polychronius fame exiſtente vendidit prædia eccleſiæ, quæ relicta ei damnato fuerant, vel aleret clerum, & pauperes, & abſolutus eſt a Xyſto, III. *in ſyn. Rom. c.* 9. 10. 11. *&* 12.

CAPUT IV.

Nullus eccleſiam, vel res eccleſiæ vendat, vel emat. *Gregor. VII. in concil. Roman. anno incert. cap.* 9.

CAPUT V.

Nullus Abbas, nullus Archipresbyter, nullus Præpoſitus eccleſiæ, audeat poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ vendere, commutare, locare, vel in feudum dare, ſine communi fratrum conſenſu, vel Epiſcopi propriæ civitatis, alioqui ordinis ſui periculum patiatur. *Paſchal. II. in ſynod. apud Guardaſtall. c.* 4.

CAPUT VI.

17. q. 4. c. 15.

Si forte quiſpiam presbyter, ſive diaconus ſacrarii ſyndonem, vel velum ſubtracta vendiderit, Judæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur, qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit ſe ſupradicti Judæ ſuſcepturum pœnam. *Clem. epiſt.* 2. *poſt princ. Ivo part.* 2. *cap.* 65. *& part.* 6. *cap.* 88. *decret.*

CAPUT VII.

De pœn. diſt. 5. c. 2. Qualitas.

Difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non intervenire peccatum. *Leo ep.* 90. *ad Ruſtic. Narbon. cap.* 9. *Raban. cap.* 39. *pœnit. Burch. lib.* 2. *cap.* 128. *& lib.* 19. *cap.* 95. *Ivo part.* 6. *cap.* 202. *& part.* 13. *cap.* 25. *& part.* 15. *cap.* 107. *decret. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 131. *Cæſar. lib.* 8. *c.* 80.

CAPUT VIII.

12. q. 3. c. 42. Si quis.

Epiſcopus rem eccleſiæ venditam a presbyteris, cum Epiſcopus erat, poteſt repetere, niſi malit rei pretium. *Ancyr. cap.* 15. *vid. Mart. Brac. cap.* 17. *Anſelm. lib.* 6. *cap.* 162. *Cæſar. lib.* 7. *cap.* 71.

CAPUT IX.

17. q. 4. c. 39. Nullus.

Rem eccleſiæ nemo vendat. Sed ſi redditus non habet, & cogat neceſſitas, Primas provinciæ certior fiat, qui cum Epiſcoporum numero conſulat, quid fieri oporteat. Si vero adeo urgeat neceſſitas, ut non poſſit conſulere antea, vicinos in teſtimonium vocet Epiſcopos, & curam ſuſcipiat oſtendi in ſynodo eccleſiæ neceſſitates. Quod niſi fecerit, Deo, & ſynodo obnoxius erit, & a ſuo honore alienus. *Carthag. cap.* 26. *G. Carthag. V. c.* 4. *L. Mart. Brac. c.* 14. *Ivo part.* 3. *c.* 153. *decret. Anſelm. lib.* 5. *c.* 45.

CAPUT X.

12. q. 2. c. 52. Placuit. Ead. q. c. 50. Non habenti.

Presbyteri ſine voluntate ſuorum Epiſcoporum rem eccleſiæ non vendant, in qua conſecrati ſunt. Epiſcopis quoque non licet prædia eccleſiæ ſine voluntate Synodi, vel ſuorum presbyterorum vendere ſine neceſſitate. Neque Epiſcopo licet uti re matricis eccleſiaſticæ. *Carth. c.* 33. *G. Magunt. ſub Raban. cap.* 8. *Capitul. lib.* 5. *cap.* 29. *& lib.* 7. *c.* 27. *Burch. lib.* 3. *c.* 178. *Ivo part.* 3. *c.* 239. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 148. *Cæſar. lib.* 7. *c.* 70.

CAPUT XI.

12. q. 2. c. 52. fine in med. de his, quæ fiunt a prælat. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll.

Irrita erit donatio Epiſcoporum vel venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticæ abſque conniventia, & ſubſcriptione clericorum. *Carth. IV. c.* 32. *Burch. lib.* 3. *cap.* 170. *Ivo lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 2. *panorm. & part.* 3. *c.* 231. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 192. *in addit.*

CAPUT XII.

10. q. 2. c. 1.

Caſellas, vel mancipiola eccleſiæ, Epiſcopi, ſicut priſca canonum præcepit auctoritas, vel vaſa miniſterii, quaſi non commendata fideli Præpo-

poſito, in integro eccleſiæ jure poſſideant, id eſt, ut neque vendere, neque per quoſcumque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare præſu-
10. q. 2. Hujusmodi, c. 4. in fin. mant. | Quod ſi neceſſitas certa compulerit, ut pro eccleſiæ augmento, aut neceſſitate, aut utilitate, vel uſufructu, vel indirecta venditione aliquid diſtrahatur, apud duos, vel tres comprovinciales, vel vicinos Epiſcopos cauſſa, qua neceſſe ſit vendi, primitus comprobetur, ut habita diſcuſſione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione, quæ facta fuerit venditio, roboretur, aliter facta ven-
12. q. 2. c. 57. ditio, vel tranſactio non valebit. Sane [ſi quos de ſervis eccleſiæ bene meritos ſibi Epiſcopus libertate donaverit, collatam a ſucceſſoribus libertatem placuit cuſtodiri, cum hoc, quod eis manumiſſor in libertate contulerit, quod tamen jubemus xx. ſolidorum numerum, & modum in terrula, & vineola, vel hoſpitiolo tenere. Quod amplius datum fuerit, poſt manumiſſoris mor-
12. q. 2. c. 41. in fin. tem eccleſiæ revocetur. Minuſculas res, aut eccleſiæ minus utiles peregrinis, vel clericis, ſalvo jure eccleſiæ, in uſum præſtari permittimus. *Agathen. c. 7. Ivo part. 16. c. 50. decret. Anſelm. lib. 5. c. 86. in Rom.*

CAPUT XIII.

12. q. 2. c. 32. Statuimus, quod omnes canones jubent, ut civitatenſes, ſive diœceſani presbyteri, vel clerici, ſalvo jure eccleſiæ, rem eccleſiæ (*quam*) ſicut permiſerunt Epiſcopi, tenent, vendere, aut donare non præſumant. Facta venditio non valebit, & de facultatibus, ſi quas habent proprias, indemnem eccleſiam reddant, & communione priventur. *Agathen. c. 22.*

CAPUT XIV.

12. q. 2. c. 53. Terrulas, aut vineolas exiguas, & eccleſiæ minus utiles, aut longe poſitas, parvas, Epiſcopus ſine conſilio fratrum, ſi neceſſitas fuerit, diſtrahendi habeat poteſtatem. *Agathen. cap. 45. Ivo part. 3. cap. 160. decret. Cæſar. lib. 7. cap. 78.*

CAPUT XV.

12. q. 2. c. 36. Quidquid parochiarum presbyter de eccleſiaſtici juris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur, & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis. *Agath. c. 53. Epaun. c. 7. Ivo part. 3. c. 162. decret. Anſelm. lib. 5. c. 187. in addit.*

CAPUT XVI.

12. q. 2. c. ult. de pecul. cler. c. 2. Greg. IX. & in 1. coll. Presbyter, dum diœceſim tenet, de his quæ emerit, ad eccleſiæ nomen ſcripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat. *Agath. cap. 54. Epaun. cap. 8. Burch. lib. 3. c. 119. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 24. panorm. & part. 3. c. 95. decret.*

CAPUT XVII.

12. q. 2. c. 36. Quidquid parochiarum presbyter de eccleſiaſtici juris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur, & vacuum, & in venditorem *, vel hæredes ſuos comparantis actione. *Epaun. c. 7. Agath. c. 53. Ivo part. 3. c. 162. decret.*

* *al. in venditoris comparantis actione vertenda.*

CAPUT XVIII.

Archipresbyter, cum diœceſim tenet, de his quæ emerit, aut eccleſiæ nomine ſcripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat. Similis quoque de venditionibus, quas Abbates facere præſumunt, forma ſervetur, ut quidquid ſine Epiſcoporum notitia venditum fuerit, ad poteſtatem Epiſcopi revocetur. *Epaun. cap. 8. Agath. cap. 54.*

CAPUT XIX.

Nullus Epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ ſine conſcientia Metropolitani ſui vendendi aliquid habeat poteſtatem, utili tamen omnibus commutatione permiſſa. *Epaun. cap. 12.*

CAPUT XX.

Sacerdotes, vel quicumque illi ſunt, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcumque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus propriis, vel vile, vel carum habuerint, ad eccleſiæ nomen, cui præſunt chartarum inſtrumenta conficere procurent. Non enim convenit, ut eccleſia quem * ſuſcepit externum, efficiat in alieno divitem, & in ſuo retineat fraudatorem. Qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ea omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiſſe, ſive nulla, ſive aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſata tam juris ſui, quam eccleſiaſticarum rerum habitudine *, ſi ſe utriuſque rei quantitas exæquaverit, inter eccleſiam, & decedentis hæredes æquo jure conquiſitio pertinebit. Si autem quælibet pars majori cumulo ſui juris excreverit, majorem portionem etiam in diviſione percipiet, &c. *Tolet. IX. c. 4. Ivo part. 3. cap. 169. decret.* *14. q. 41. c. 4.*

* *quæ, al.*

* *compenſatione, al.*

CAPUT XXI.

Perſona, quæ ſciendo divina vaſa, vel miniſteria, aut in uſus ſuos tranſtulerit, aut comedere in his, vel poculum ſibi ſumendum elegerit, gradus ſui, vel officii periculum ſuſtinebit, ita tamen, ut ſi de ſæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, ſi vero religioſus, ab officio deponatur. Sub hac damnationis ſententia, & illi obnoxii tenebuntur, qui eccleſiaſtica ornamenta, vela, vel alia, quælibet indumenta, atque etiam utenſilia ſciendo in ſuos uſus tranſtulerint, vel aliis donanda, vel vendenda crediderint. *Brac. III. c. 2.*

CAPUT XXII.

Oportet, ut ſi quando ſacerdotes fruges, vel quoſdam reditus terræ congregant, & protelant, non ideo hoc faciant, ut carius vendant, & theſauros congregent, ſed ut pauperibus tempore neceſſitatis ſubveniant. *Cabil. ſub Carol. Magno.*

CAPUT XXIII.

Licet antiquorum patrum ſententia, de talibus perſonis, quæ vaſa ſacra diſperdunt voluntate ſacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata, tamen in commune ſtatuit coadunatio noſtra, ut non tantum de ſacris miniſteriis, ſed etiam de univerſis eccleſiæ ornamentis nihil unuſquiſque ſacerdotum pro ſuis uſibus, vel voluptatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet. Si quis ſacerdotum hoc decretum violaverit, deponatur, &c. Atque inſuper ſi ejuſdem temeratoris exſtiterit propriæ rei habitatio *, quidquid de eiſdem ſacris miniſteriis, vel ornamentis eccleſiæ viſus eſt naufragaſſe, aut ipſe, aut pars ejus, compellatur parti ejuſdem eccleſiæ ex integro reformare. *Tolet. XVIII. c. 5. vel 4.*

* *ambitio, al.*

CA-

CAPUT XXIV.

Presbyteri non vendant rem eccleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis, non habentibus neceſſitatē. Nec Epiſcopo liceat matricis eccleſiæ rem tituli ſui nominis uſurpare. *Magunt. ſub Rabano c. 8. vide Carthag. c. 33. Capitul. lib. 5. c. 29. & lib. 7. c. 27.*

CAPUT XXV.

10. q. 2. c. ult. Si quis Epiſcopus nulla eccleſiaſticæ rationis neceſſitate compulſus, in ſuo *clero, aut ubi forte non eſt presbyter, de rebus eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vendere, res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in judicio Epiſcoporum deiiciatur, auditus, & tamquam furti, aut latrocinii reus, ſuo privetur honore. *Mart. Brachar. c. 14. vide Carthag. c. 26. G. Burch. lib. 1. c. 215. & lib. 3. c. 181. Ivo part. 3. cap. 172. & 242. & part. 5. c. 329. decr. Cæſar. lib. 7. c. 73. Tarrac. lib. 6. c. 135.*

* *inſcio.*

CAPUT XXVI.

Diſt. 50. c. 22. Si quis presbyter, aut diaconus inventus fuerit aliquid de miniſteriis eccleſiæ venumdediſſe, quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In judicio tamen Epiſcopi dimittendum eſſe, ſive dignus ſit, ſive indignus, in ſuo recipi debeat gradu, quia multotiens hoc ipſum, quod de ſacroſancto altario contaminatum eſt, in Epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt. *Mart. Brach. c. 17. vide Ancyr. c. 15. Burch. lib. 3. c. 179. Ivo part. 3. c. 173. & 240. decr. Cæſar. lib. 7. c. 79.*

TITULUS XLIII.

DE RERUM PERMUTATIONE.

CAPUT I.

QUando quiſquam Prælatorum, aut muneris, aut amoris, aut amicitiæ, aut certe timoris, vel cujuslibet alterius rei gratia res eccleſiæ in commutationem dat, commoda ſcilicet, & utilia dans, & incommoda, & inutilia eccleſiæ ſuæ accipiens, venditorem temerarium eccleſiaſticarum rerum ſe eſſe noverit, reumque Deo & concilio contremiſcat. Quod, quia in commutandis rebus id perſæpe eveniſſe dubium non eſt, cavendum ſummopere ab hinc Prælatis eſt, ne in commutandis eccleſiaſticis rebus incauti exiſtant. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 17.*

CAPUT II.

De rerum permut. c. 2. Greg. IX. & in 1. coll. Commutationes rerum eccleſiaſticarum valde caveantur, & ſubtiliſſime, ſi aliquo modo fieri debent, inſpiciantur. Quæ autem inconſultæ ſunt factæ, juxta decretum canonicum Papæ Hilarii, qui illicite deceſſor Epiſcopus admiſerit, vel ab aliis illicite commiſſa ſunt, ab eo, qui ſucceſſor eſt, emendentur. *Syn. Belvac. apud conc. Meld. c. 23. Burch. lib. 3. cap. 171. Ivo lib. 2. tit. 10. c. 3. panorm. & part. 3. c. 232. decr.*

CAPUT III.

De commutationibus rerum eccleſiaſticarum diligentiſſima adhibeatur cura, ut vel juxta interdictum, & obteſtationem ſacrorum canonum nullatenus fiant, vel certe fraudulentia, & nequitia quorumdam in hac re ita coerceatur, & amputetur, ut eccleſia Dei ſuis prædiis, & facultatibus tam impudenter, & dolenter minime ſpolietur. Quia cum ipſæ res eccleſiarum a piis, & fidelibus Deo oblatæ juxta antiquorum Patrum ſententiam nihil ſint aliud, niſi vota fidelium, patrimonium pauperum, redemptio peccatorum, ſi eas fideliter, & integre eccleſiaſticis uſibus non defendimus, & in eos, qui obtulerunt, & in Deum, cui oblatæ ſunt, graviſſimo nos reatu implacamus. *Valent. ſub Lothar. c. 21.*

TITULUS XLIV.

COMMUNIA DE REBUS ECCLESIÆ.

CAPUT I.

DE procuratione debita in viſitatione, & numero ſubjectionum Archiepiſcopi, Cardinalis, Epiſcopi, Archidiaconi, & Decani, & de caritativo ſubſidio. *Alex. III. in concil. Lateranenſ. cap. 4.* *De cenſib. c. 6. Gr. IX. & in 1. coll.*

CAPUT II.

Omnes omnino clerici tam ſubditi, quam Prælati viceſimam partem eccleſiaſticorum proventuum uſque ad triennium conferant in ſubſidium terræ ſanctæ, &c. quibuſdam dumtaxat religioſis exceptis ab hac prætaxatione merito eximendis: illis ſimiliter, qui aſſumpto, vel aſſumendo crucis ſignaculo ſunt perſonaliter profecturi. Nos autem, & fratres noſtri S. R. E. Cardinales plenariæ decimam perſolvemus. Sciantque ſe omnes ad hoc fideliter obſervandum, per excommunicationis ſententiam obligatos, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. ult.*

CAPUT III.

De eccleſiaſticis privilegiis, quod veſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat qui ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque eccleſiis ſua jura ſervamus: nec cuilibet favente gratia, ultra quam meretur, impertior, nec ulli hoc, quod ſui juris eſt, ambitu ſtimulante derogo, ſed fratres meos per omnia honorare cupio. Sicque ſtudeo honore ſingulos ſubvehi, dummodo non ſit, quod alteri jure ab altero poſſit opponi. *Gregor. lib. 2. indict. 10. epiſt. 39. Dominico Carthaginenſi Epiſcop. Anſelm. lib. 4. c. 9. Cæſar. lib. 7. c. 25.* 25. q. 2. c. 8.

CAPUT IV.

Nullus Epiſcopus gravamen, ſeu ſervile ſervitium ex uſu contra eccleſiaſticam normam Abbatibus, ſeu clericis ſuis imponat, vel interdictum ſacerdotale officium pretio interveniente reſtituat. Quod ſi fecerit, officii ſui periculum ſubeat. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. 1078. ann. 6. ſui Pontificatus, c. 10. Tarrac. lib. 5. c. 54.* 1. q. 1. cap. 124.

CAPUT V.

Poſſeſſiones eccleſiarum, & Epiſcoporum triennales, Abbates, vel monachos habere omnimodis prohibemus. *Calliſt. II. in conc. Rom. c. 18.*

CAPUT VI.

Duo in una civitate uno tempore, nec ordinentur, nec habeantur Epiſcopi, ne res eccleſiæ ſæva diviſione debeant partiri. *Cabilon. cap. 4.*

CAPUT VII.

Statuimus, ne Epiſcopi quando pro confirmando populum parochias circumeunt, Archipreſbyteros ſuos gravent & hujuſmodi impenſa contenti ſint. *Panes centum, &c. mel, oleum, cera, quod ſufficit. Ticin. ſub Ludov. II. cap. 15.*

TI-

TITULUS XLV.

EPISCOPI, PRESBYTERI, ET ALII CLERICI RES ECCLESIÆ RELINQUANT ECCLESIÆ, SUUM AUTEM PATRIMONIUM RELINQUANT CUI VELINT.

CAPUT I.

EPiſcopus res proprias diſtribuere poteſt, ac emittere, ſeu conferre quibuſcumque voluerit, & judicaverit juxta propriam poteſtatem ac dominatum. *Syn. VIII. CP. ſub Hadrian. II. c. 15.*

CAPUT II.

De teſt. c. 7. Gr. IX. c. 4. eod. tit. in 2. coll. Cum in officiis charitatis illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos beneficium cognoſcimus accepiſſe. Eccleſiaſtici quidem clerici, cum ab eccleſiis ſua multa bona perceperint, bona per eccleſias acquiſita in alios uſus præſumunt transferre. Hoc igitur quia & antiquis canonibus conſtet inhibitum, nos etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati atque eccleſiarum providere volentes ſive inteſtati deceſſerint, ſive aliis conferre voluerint, penes eccleſiam bona præcipimus remanere. *Alex. III. in conc. gen. Later. c. 3.*

CAPUT III.

12. q. 1. cap. 21. & c. 20. Sint manifeſtæ res Epiſcopi, ſi quas habet, & res Domini, ut poſſit de ſuis moriens, quibus voluerit, & ut voluerit relinquere, neque intercidant propter res eccleſiæ, ut ſi uxorem habeat vel filios, vel propinquos, vel ſervos. Æquum enim eſt, neque eccleſiam, neque propinquos Epiſcopi damnum pati. *Apoſt. c. 40. Mart. Brach. cap. 15. Anſelm. lib. 6. c. 161.*

CAPUT IV.

De ſucceſſ. ab inteſtato, c. 3. in 1. coll. Euplus præſentium portitor Euſanium Agrigentinæ civitatis Epiſcopum ſuum fuiſſe genitorem, matriſque ſuæ res apud eum plurimas indicat manſiſſe. Quem quoniam inteſtatum aſſerit eſſe defunctum, ideo, & res maternas ſibi petit debere reſtitui, & antedicti Epiſcopi patris ſui ſe permittı ſubſtantiam adipiſci. Qua de re fraternitati tuæ hujus præcepti ſerie deputamus, quatenus diligenter curet addiſcere, & ſi quid apud prædictam eccleſiam de rebus matris ipſius inveniri potuerit, ſi quidem nihil eſt, quod antedicto Euplo rationabiliter poſſit obſiſtere, ei ſecundum ſuam faciat portionem reſtitui. Proinde & de rebus paternis, quas ante Epiſcopatum dinoſcitur habuiſſe, ſi eas jus eccleſiæ ſuæ quolibet modo non tranſtulit, ei quantum portione ejus legaliter ſcit competere, ut ſatisfieri poſſit, immineat, &c. *Greg. Maximiano Syracuſ. Epiſc. lib. 3. regiſtr. cap. 36.*

CAPUT V.

12. q. 5. c. 2. Obitum Theodori Epiſcopi dilectionem tuam jam credimus cognoviſſe, ſed quia ipſe teſtamentum dicitur condidiſſe, ſubtiliter te, quid de rebus eccleſiæ conſumpſiſſet, oportet inquirere. Et ſi quidem eum exinde aliquid incongrue minuiſſe didiceris, ita age, ut res ipſæ ab eo, cujus intereſt, modis omnibus reparentur. *Greg. lib. 4. epiſt. 22. Cypriano Diacono.*

CAPUT VI.

Presbyteri, ac diaconi, atque clerus fraternitatis veſtræ oblata nobis petitione, conqueſti ſunt Joannem quondam deceſſorem tuum condito teſtamento diverſa in eccleſiæ ſuæ gravamine conſcripſiſſe, & petiverunt ut hæc in damnum eccleſiæ ſuæ, prohibente quippe lege, nulla deberent occaſione perſolvi, &c. Ea, quæ de eccleſia ſua, vel de acquiſitis in Epiſcopatu rebus, contra legum fieri ſtatuta depoſuit, fraternitas veſtra, nec auctoritatem præbeat, nec aliqua in iis ratione conſentiat. Si quid autem de propriis rebus, quas ante Epiſcopatum habuit, quod quidem prius eccleſiæ ſuæ non contulit, fieri voluit, vel decrevit, firmum per omnia robur obtinere neceſſe eſt, nec quiſquam eccleſiaſticorum id contra rationem tentet qualibet excuſatione convellere. Quia *12. q. 5. c. 3.*
vero dum viveret, ſæpius a nobis expetiit, ut ea, quæ in monaſterio illo contulerat, quod juxta eccleſiam ſancti Apollinaris ipſe conſtruxerat, noſtra debuiſſemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc eſſe promiſimus, fraternitatem veſtram neceſſario duximus adhortandam, ut nihil de his, quæ illic contulit, atque conſtituit, aliquo modo patiatur imminui, ſed omnia firma ſtudeat ſtabilitate ſervari. Hujus igitur monaſterii, & collatarum illic rerum, quia in teſtamento, quod condidit, feciſſe noſcitur mentionem, ſciendum vobis eſt, non ea nos ideo confirmaſſe, quoniam ſupremam ejus ſequimur voluntatem, ſed quia ei hoc, ſicut diximus, viventi promiſimus. Hæc itaque ſic ſollicite fraternitas veſtra implere feſtinet, quatenus, & quæ in ſupraſcripto monaſterio conſtituit, & a nobis ſunt firmata, ſerventur, & illa quæ in damnum dari, vel fieri per teſtamentum ſuæ decrevit eccleſiæ, nullam prohibente nempe lege, obtineant firmitatem. *Greg. lib. 5. epiſt. 1. Mariniano Epiſcopo Ravennat.*

CAPUT VII.

Hortamur experientiam tuam, ut quidquid eccleſiæ *Epiſcopi* eſſe potuerit, a qualibet perſona detineri nullatenus patiaris, niſi hoc ſolum, *De teſt. c. 1. apud Gr. IX. c. 2. in 1. collect.*
quod ad eum ante Epiſcopatus ordinem proprium habuiſſe conſtiterit. Quidquid vero vel ante eccleſiæ ipſius eſſe cognoveris, vel in Epiſcopatus ordine Epiſcopum acquiſiſſe, in ejuſdem eccleſiæ conſervetur dominio, nec quiſquam exinde aliquid uſurpare qualibet occaſione præſumat, &c. *Greg. Athemio ſubdiac. lib. 7. reg. epiſt. 52. indict. 2.*

CAPUT VIII.

Quidquid prædictus pater tuus Epiſcopatus ſui tempore de proprio eccleſiæ conſtiterit conquiſiſſe, ne tollas, quia & ſacris canonum legibus eſſe noſcitur definitum, ut in his, quæ Antiſtes Epiſcopatus tempore acquiſiverit, non alius, niſi ſola ſuccedat eccleſia. *Greg. Scholaſtico defenſori lib. 9. reg. ep. 1.*

CAPUT IX.

Nulli dubium eſt, quia ſicut ſacerdotibus res *12. q. 1. c. 2.*
in Epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienandi licentia, ita de his, quas antea habuerint quidquid judicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem tuam, tempore, quo ad nos fuit, queſtam eſſe recolimus, quod quædam immobilia, quæ Conſtantius deceſſor veſter Luminoſæ ancillæ Dei filiæ fratris ſui teſtamenti ſerie legait titulo

reli-

reliquit, jam Epiſcopus acquiſiſſet, decreviſſeque nos, ut ſi hec conſtaret, nullum ex his eccleſia veſtra præjudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & moleſtiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei ſine cognitione de his, quæ poſſidet, quidquam auferre. *Greg. lib.* 10. *epiſt.* 42. *Deodato Epiſcopo. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 168. *Cæſar. lib.* 7. *cap.* 60.

CAPUT X.

De teſt. c. 8. *apud Greg. IX. & in* 1. *coll. c.* 1. *c.* 5.

Clerici de mobilibus, quæ per eccleſias ſunt adepti de jure teſtari non poſſunt: viventes tamen, & ſui compotes moderate valent aliqua de bonis ipſis non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ intuitu erogare in ægritudine etiam conſtituti. *Alexand. III. Cænomanen. Epiſc. poſt Later. concil. part.* 29. *cap.* 8.

CAPUT XI.

De teſt. c. 9. *apud. Greg. IX. & in* 1. *coll. eod. tit. c.* 6.

Clerici ſæculares * de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cogitationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, aut amicorum ſuorum non habito reſpectu ad eccleſiam, pervenerit ad ipſos, libere diſponere valeant; de iis tamen, quæ conſideratione eccleſiæ ſuæ perceperunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum. *Alex. III. Vigilienſ. Epiſcop. poſt Later. p.* 29. *cap.* 5.

* *ſcholares*, al.

CAPUT XII.

De renunciat. c. 14. *ap. Greg. IX. & in* 1. *coll. de teſt. c.* 8.

Mandamus quatenus auctoritate noſtra, & tua ſtatuas, & ordines, ut eccleſiaſtici tui Epiſcopatus de iis, quæ ſibi de (*eccleſiarum*) bonis præveniunt, aut ratione ipſarum acceſſerint, nullum audeant condere teſtamentum, ſed bona ipſis eccleſiis prout juſtum eſt, & canonicum cedant, ſi enim aliquæ de perſonis ipſis inteſtatæ deceſſerint, bona, quæ ipſis pro eccleſiis, aut ratione ipſarum acceſſerunt, nihilominus eccleſiis eiſdem cedere decernas, ſane de bonis illis, quæ jure patrimonii, aut aliunde favore perſonæ acquiſita ſunt, teſtandi liberam habeant facultatem. *Alexand. Carnoten. Epiſcop.*

CAPUT XIII.

12. apud Gr. IX. & c. 2. *eod. tit. in* 2. *collect.*

Generaliter bona quælibet per eccleſiam acquiſita ei debent poſt acquirentis obitum remanere. Nomine autem eccleſiæ non ſolum * Epiſcopus intelligitur, vel ſucceſſor clerici morientis, ubi eſt collegium clericorum, ſed communis congregatio, quæ rerum illarum debet * canonicam diſtributionem habere. Ubi autem in loco decedentis tantum unus eſt ordinandus, is ea bona, ſicut & alia ipſius eccleſiæ in timore Domini diſpenſet. Licet autem mobilia per eccleſiam acquiſita de jure in alios, pro decedentis arbitrio, transferri non poſſint *, conſuetudinis eſt tamen non improbandæ, ut de his pauperibus, religioſis locis, & illis, qui viventi ſervierunt *, ſive conſanguinei fuerint, ſive alii, juxta ſervitii meritum conferatur. Cæterorum, quæ hæreditate, vel artificio, aut doctrina proveniunt, pro decedentis arbitrio dividantur. Quia vero nonnulli in diverſis eccleſiis beneficia poſſident, ita diſtinguimus, ut quæ habuerint, per æſtimationem congruam dividantur. *Alexand. III. electo, & Capitulo Caſſanen.*

* deeſt, al. *ſolum.*
* *deberet.*
* *poſſunt.*
* *ſervierant.*

CAPUT XIV.

12. q. 1. *c. Manif.* 20.

Notæ ſint res eccleſiæ etiam presbyteris, diaconis, ut ſi contingat Epiſcopum obire, non depereant, neque res Epiſcopi prætextu earum occupentur. Juſtum enim, & æquum eſt apud Deum, & homines, ut quæ ſunt Epiſcopi, quibus ipſe voluerit, relinquantur; Eccleſiæ vero ſua ſerventur. *Antioch. cap.* 24. *M. Brac. cap.* 15. *Anſelm. lib.* 7. *c.* 155.

CAPUT XV.

De hær. c. 6. *apud Greg. IX. c.* 9. *eod. tit. in* 1. *coll.*

Ut Epiſcopi, vel clerici in eos, qui catholici chriſtiani non ſunt, etiam ſi conſanguinei fuerint, nec per donationes, nec per teſtamentum rerum ſuarum aliquid conferant. *Carth. c.* 22. *G. Carth. III. cap.* 13. *L.*

CAPUT XVI.

12. q. 3. *c.* 1.

Placuit, ut Epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, vel quæcumque prædia nomine ſuo comparant, tamquam rerum dominicarum * invaſionis crimine teneantur obnoxii, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obvenerit, faciat inde, quod eorum propoſito congruit. Quod ſi a ſuo propoſito exorbitaverint, honore eccleſiaſtico indigni, tamquam reprobi judicentur. *Carth. cap.* 32. *G. Carth. III. c.* 49. *Magunt. ſub Raban. cap.* 8. *Burch. lib.* 3. *c.* 120. *Ivo lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 25. *panorm. & part.* 3. *c.* 96. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 147. *Cæſar. lib.* 7. *c.* 69. *Tarrac. lib.* 1. *c.* 240.

* *divinarum.*

CAPUT XVII.

De hær. c. 5. *Greg. IX. c.* 8. *eod. tit. in* 1. *collect.*

Si quis Epiſcopus heredes propinquos; vel non propinquos præhonoret eccleſiæ hæreticos, vel gentiles, etiam poſt obitum ejus, anathema ei dicatur, & nomen ejus a ſacerdotibus non ſuſcipiatur, neque defendi poſſit, quod inteſtatus deceſſerit, quia debuit factus Epiſcopus diſponere de rebus ſuis. *Carth. cap.* 82. *G. Afr. cap.* 48. *L. refertur a Juſtiniano ad Joann.*

CAPUT XVIII.

12. q. 3. *c.* 3.

Pontifices, quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis, ab extraneis duntaxat aliquid, aut in eccleſia, aut ſequeſtratim, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis, offerre probatur, non quaſi ſuum proptium ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ inter facultates eccleſiæ computabunt, quia juſtum eſt, ut ſicut ſacerdos habet, quod eccleſiæ dimiſſum, ita & eccleſia habeat, quod relinquitur ſacerdoti. Sane quidquid per fideicommiſſum aut ſacerdoti, aut eccleſiæ fortaſſe dimittitur, cuicumque alii poſtmodum profuturum, id inter facultates ſuas eccleſia computare aut retinere non poterit. *Agath. cap.* 6. *Burch. lib.* 1. *cap.* 217. *Ivo part.* 5. *cap.* 331. *Cæſar. lib.* 4. *cap.* 85.

CAPUT XIX.

12. q. 2. *c.* 34.

Epiſcopus, qui filios, aut nepotes non habens alium, quam eccleſiam reliquit hæredem, ſi quid de eccleſia, non in eccleſiæ cauſſa, aut neceſſitate inſumpſerit, quod diſtraxit, aut donavit irri-

tum habeatur, &c. *Agathen. c. 33. vid. Hiſpal. I. cap. 1.*

CAPUT XX.

12. q. 1. Epiſcop. c. 19. De rebus Epiſcopi propriis, vel acquiſitis, quiquid Epiſcopus de ſuo proprio habet hæredibus ſuis, ſi voluerit, derelinquat. Quidquid vero de proviſione eccleſiæ ſuæ fuerit, ſive de agris, ſive de frugibus, ſive de oblationibus omnia jure eccleſiæ reſervare cenſuimus. *Agath. cap. 48.*

CAPUT XXI.

12. q. 5. c. 5. Si Epiſcopus conditio teſtamento aliquid de eccleſiaſtici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, niſi tantum de juris proprii facultate ſuppleverit. *Agath. cap. 51. Epaun. c. 17. Burch. lib. 1. c. 212. Ivo part. 5. c. 326. decret.*

CAPUT XXII.

Parentibus, & propinquis decedentis Epiſcopi, ſi inteſtatus obierit, denuntietur, & ſine Metropolitani, vel comprovincialium ſacerdotum conſcientia, nil de rebus defuncti occupare præſumant, ne forte cum hæreditatis rebus etiam aliqua ad eccleſiam pertinentia, vel permiſta uſurpent, &c. Si quis contra hæc improba mente tentaverit, & communione, & conſortio privetur eccleſiæ. *Valent. Hiſp. c. 3.*

CAPUT XXIII.

Si quis clericorum agellos, vel vineolas, ſeu alia ædificia in terris eccleſiæ ſibi feciſſe probatur, ſuſtentandæ vitæ cauſa, uſque ad diem obitus ſui poſſideat, poſtea vero juxta priorum canonum conſtitutiones, jus ſuum eccleſiæ ſanctæ reſtituat, nec teſtamentario, ac ſucceſſorio jure cuiquam hæredum, aut prohæredum relinquat, niſi forſitan cui Epiſcopus pro ſervitio, ac præſtatione eccleſiæ largiri voluerit. *Tolet. II. c. 4.*

CAPUT XXIV.

Comperimus in canone, ut Epiſcopus, qui res proprias, excepto filiis, & nepotibus, alteris, & non eccleſiæ ſuæ dimiſerit, quidquid de eccleſiæ rebus, aut donavit, aut vendidit, aut quoquomodo ab eccleſia tranſtulit, irritum haberetur. *Hiſpal. c. IV. Agath. c. 33.*

CAPUT XXV.

Quæ ſacerdos, vel clericus emit, ſi nihil habet ſuum, eccleſiæ erit. Si habet propria æqualia rebus eccleſiaſticis, inter hæredes, & eccleſiam res empta dividatur, inæqualia pro quantitate dividentur. Donata ſibi, niſi aliter diſponat, eccleſiæ vindicentur. *Tolet. IX. cap. 4. Ivo part. 3. cap. 169. decret.*

CAPUT XXVI.

12. q. 4. c. 1. Sacerd. 12. q. 3. Quicunq. c. 2. Propinqui morientis Epiſcopi nihil de rebus ejus abſque Metropolitani cognitione uſurpent. Si vero decedens Metropolitanus fuerit, ſucceſſoris ejus ſententiam, aut concilii ſuſtinebit, ne paſſim hæreditatis adeundæ danda licentia de rebus eccleſiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inveniatur illata. Si presbyteri, aut diaconi fuerint, quos obiiſſe conſtiterit, non ſine agnitione ſui Epiſcopi, rem ejus hæredibus adire licebit. Quiſquis tranſgreſſor extiterit, pro his, quæ non expectato ordine adierit, invaſionis damno legis ſententiæ ſubjacebit. *Tolet. IX. cap. 7.*

CAPUT XXVII.

Filii Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum ex ancillæ, vel ingenuæ connubio in honore conſtitutorum, non ſolum hæreditatem paternam numquam accipient, ſed etiam in ſervitutem ejus eccleſiæ, de cujus ſacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt, jure perenni manebunt. *Tolet. IX. cap. 10. Ivo part. 6. c. 425. decret.* 12. q. 8. Cum multæ. c. 3.

CAPUT XXVIII.

De teſtamento glorioſæ memoriæ ſancti Martini eccleſiæ Bracaren. Epiſcopi, & Ricimiri eccleſiæ Dumien. Epiſcopi etiam. *Vid. Tolet. X. in fin.*

CAPUT XXIX.

Epiſcopus res ſui juris, quas ante Epiſcopatum aut certe in Epiſcopatu hæreditaria ſucceſſione acquiſivit, ſecundum auctoritatem canonicam, quidquid vult, faciat, & cui vult conferat. Poſtquam autem Epiſcopus factus eſt quaſcumque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine quolibet condicione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum ſuorum, ſed in eccleſiæ, cui præeſt, jura deveniant. Similiter & de presbyteris, qui de eccleſiarum rebus, quibus præſunt, prædia eo modo emunt, faciendum ſtatuimus. Quoniam multos presbyterorum, occaſione taliter emptarum rerum, eccleſias, quibus præſunt, ſpoliaſſe, & a ſuo miniſterio multis modis exorbitaſſe, & ſe diabolo mancipaſſe, multoſque laicorum ex hoc facto in ſcandalum damnationis, & perditionis protraxiſſe cognovimus. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 16. Burch. lib. 1. c. 214. Ivo part. 5. c. 328. decr.*

CAPUT XXX.

Clerici de rebus eccleſiæ nullum poſſunt condere teſtamentum. *Concil. habitum in Germania ſub Conrad. c. 5.*

CAPUT XXXI.

Manifeſta debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent in conſcientia eorum, qui circa Epiſcopos ſunt, & presbyteri, & diaconi, ut hi omnes ſciant, quæ ſunt eccleſiæ propria, ut ſi Epiſcopi contigerit tranſitus, eos nihil latere poſſit ex his, quæ ad eccleſiam pertinent, ut nullo modo poſſit minui, & perire. Neque res propriæ Epiſcopi debent importunitatem pro rebus eccleſiæ pati. Dignum vero, & juſtum eſt apud Deum, & homines, ut ea, quæ Epiſcopi propria ſunt, eidem conſerventur eccleſiæ, ut nec eccleſia patiatur damnum, neque Epiſcopus pro rebus eccleſiæ in ſuis proſcribatur. *M. Brach. c. 15.* 12. q. 2. c. 20.

TITULUS XLVI.
QUI NON POSSUNT CONDERE TESTAMENTA.

CAPUT I.

Poſtquam quilibet talium (*qui hæreticis favent*) fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit intra annum, ex tunc ipſo jure ſit factus infamis &c. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat, &c. *Innoc. III. in conc. Later. gen. c. 3.* *De hæret. c. 13. ap. Greg. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.*

CA-

CAPUT II.

De teſt. c. 2. apud Greg. IX. & c. 3. eod. tit. in 2. coll.
Quia ingredientibus monaſterium convertendi gratia, nulla ſit teſtandi licentia, ſed res eorum ejuſdem monaſterii juris fiant, aperta legionis definitione decretum eſt. Quod cum pœne omni
19. q. 3. c. 7. notum ſit, in magna nos Gavinæ Abbatiſſæ monaſterii Sanctorum Gravini, atque Luxorii inſinuatio admirationem perduxit, quæ Siricam monaſterii ſui Abbatiſſam, poſtquam regendi ſuſcepit officium, condito teſtamento legata quibuſdam aſſerit reliquiſſe, &c. Et ideo quia ex dimiſſis illicite rebus xenodochium poſſeſſionem aſſerit indebite retinere, his vos hortamur affatibus, ut omni cura, ac ſtudio providere debeatis, quatenus ſi poſſeſſio ipſa ex nullo præcedenti contractu, ſed memoratæ Siricæ legato deſcendit, antedicto monaſterio, poſtpoſito ſtrepitu, vel excuſatione reddatur, &c. Alia igitur omnia, quæ ex teſtamento prænominatæ Siricæ detinentur, quippe quod nullum eſſe legali ſanctione permittitur, neceſſe eſt, ut juri monaſterii, fraternitatis veſtræ ſollicitudine ſacerdotali per omnia ſtudio reparentur, quia imperiali conſtitutione aperte ſancitum eſt, ut ea, quæ contra leges ſint, non ſolum inutilia, ſed etiam pro infectis habenda ſint. *Greg. Januario Epiſc. Calaritan. lib. 7. reg. ind. 2. epiſt. 7. Anſelm. lib. 7. c. 182.*

CAPUT III.

Teſtamentum fecit presbyter ſocius noſter Januarius, nobiſcum manens, de eccleſia vivens, communem vitam profitens, teſtamentum fecit, hæredem inſtituit: „ O dolor illius ſocietatis, o „ fructus natus, non de arbore, quam plantavit „ Dominus? Sed eccleſiam ſcripſit hæredem. Nolo „ munera iſta, &c. Nihil habebat? teſtamentum „ non faceret. Habebat aliquid? non ſe noſtrum „ ſocium fingeret. Magnus mihi inde dolor „ eſt, fratres. Dico charitati veſtræ, propter „ hunc dolorem, ſtatui hæreditatem ipſam in eccleſia „ non ſuſcipere. Filiorum ipſius ſit, quod „ reliquit, ipſi inde faciant, quod voluerint,
17. q. 4. c. 43. „ &c. [Quicumque vult, ex hæreditario filio, hæ„ redem facere eccleſiam, quærat alterum, qui „ ſuſcipiat, non Auguſtinum, immo Deo pro„ pitio, neminem inveniat ". *Ex Auguſt. ſerm. 2. de vita, & moribus clericorum, & 53. ad frat. in eremo, in Aquiſgr. ſub Ludov. c. 112. Ivo part. 3. c. 177.*

TITULUS XLVII.

NE CLERICI SUCCESSORES SIBI CONSTITUANT IN BENEFICIIS.

Vide Part. I. Lib. IV. Tit. LXXV. & Tit. X. hoc Libro.

TITULUS XLVIII.

TESTATORIS VOLUNTAS AB HEREDIBUS ILLICO ADIMPLENDA.

CAPUT I.

De teſt. c. 1. in 1. coll.
TEſtamentum Bacandæ quondam xenodochii in eo, qua conditum eſt, volumus firmitate perſiſtere. *Greg. Pet. ſubdiac. lib. 1. reg. epiſt. 9.*

CAPUT II.

16. q. 1. c. 25. Admonere te volumus, ne piæ defunctorum voluntates tua, quod abſit, remiſſione taſcentur. *Gregor. Jan. Epiſc. Calaritan. lib. 3. reg. ep. 9.*

CAPUT III.

Pervenit ad nos Stephanum veſtrum de hac luce migrantem, ſupremæ voluntatis elogio monaſterium præcepiſſe fundari, cujus deſiderium a Theodoſia honeſta femina hærede ejus fertur, quod hactenus dilatione protrahitur. Quamobrẽ hortamur fraternitatem tuam, ut maximum de prædicta cauſſa ſtudium geras, atque ante nominatam feminam commoneas, quatenus intra annale ſpatium monaſterium, quod juſſum eſt, debeat ordinare, & cuncta ſecundum defuncti voluntatem ſine altercatione conſtruere. Quod ſi intra prædicti temporis metam aliqua perficere negligentia, vel calliditate diſtulerit, &c. tune volumus, ut fraternitatis tuæ ædificetur ſtudio, ordinatiſque omnibus res, atque reditus, qui relicti ſunt, per te loco ipſi venerabili ſine imminutione aliqua ſocientur. Sic enim & ante tremendum judicem tuum ſententiam remiſſionis effugiens, & ſecundum piiſſimas leges, diſtrictas defunctorum pias voluntates Epiſcopali ſupplebis ſtudio. *Gregor. Januar. Epiſc. Calarit. lib. 3. regiſtr. epiſt. 10.* *De teſt. c. 3. apud Greg. IX. & in 1. col. eod. tit. c. 12.*

CAPUT IV.

Aſſerit Calumnioſus Epiſcopus, Fetocinarum quendam condito teſtamento hæredem noſtram inſtituiſſe eccleſiam, atque eccleſiæ S. Joannis, quæ ante portas Hortonenſis civitatis ſita eſt, duos caſales fundi campos per Auximatium legati titulo reliquiſſe, & a noſtra eos nunc eccleſia detineri. Quos quia ſecundum voluntatem defuncti ſibi petit debere contradi, experientia tua, lecta ſerie teſtamenti, ſi ita eſſe repererit, nec eſt quod rationabiliter a parte noſtræ poſſit opponi eccleſiæ, prædictos caſales tradere ſupradicto fratri non differat, &c. *Greg. Scholaſtico Defenſori lib. 9. reg. epiſt. 14.*

CAPUT V.

Neceſſe eſt ut defuncti diſpoſitio modis omnibus conſervetur. *Gregor. lib. 9. regiſtr. epiſt. 20. Januario Epiſc. Caralit.*

CAPUT VI.

Scripſiſſe memini, ut legata, quæ ex tenore Antonini defenſoris a nobis debentur, monaſteriis, vel aliis, prout ſtatutum fuit, ſolverentur, & quare, neſcio, tua experientia hoc implere tardaverit. Proinde volumus, ut pro portione noſtra ex pecuniis eccleſiæ eadem legata impleas, ut cum ad me veneris, illic contra te gemitum pauperum non relinquas, &c. [Cognovi autem, Romano referente, quia moriens uxor Redempti unam concham argenteam nudis verbis dixerit venumdari, & liberis ſuis tradi, ſcutellam quoque argenteam monaſterio cuidam reliquerit, in quibus utriuſque voluntatem ejus per omnia volumus impleri, ne ex rebus minimis peccata majora capiamus. *Greg. Pet. Subdiacono Siciliæ lib. 12. reg. epiſt. 30.* 13. q. 2. c. 4. *De teſtam. c. 4. apud Gr. IX. & c. 13. eod. tit. in 1. coll.*

TITULUS XLIX.

COMMUNIA DE TESTAMENTIS.

CAPUT I.

SI quis de clero, vel presbyteri univerſi loci tranſierit, quod commune eſt, de hoc mundo, ſi ne-

L 2

Digitized by Google

ſi neminem de ſuo genere habuerit conſortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferat eccleſiæ, & exinde quatuor partes fiant, &c. *Silv. in ſyn. Rom. 284. Epiſcopor. c. 4.*

CAPUT II.

De teſtam. c. 10. apud Greg. IX. & in 1. coll. eod. tit. c. 9.

Propoſuiſti talem in tuo Epiſcopatu conſuetudinem inoleviſſe, quod teſtamenta, quæ fiunt in ultima voluntate, ab iis, qui poteſtatem habent ſuper alios, penitus reſcindantur niſi cum ſubſcriptione ſeptem, aut quinque teſtium fiant, ſecundum quod humanæ leges decernunt. Quia vero a divina lege, & ſanctorum Patrum ſtatutis, & a generali eccleſiæ conſuetudine id eſſe noſcitur alienum, cum ſcriptum ſit: *in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum,* præſcriptam conſuetudinem penitus improbamus, & teſtamenta quæ parochiani veſtri coram presbytero ſuo, & tribus vel duobus aliis idoneis perſonis in extrema voluntate de cætero fecerint, firma decernimus permanere, & robur obtinere perpetuæ firmitatis, ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis præſumptione qualibet hujuſmodi audeat reſcindere teſtamenta. *Alex. III. Ubaldo Oſtienſ. Epiſc. & Archipresbyt. & canonicis Velletr. poſt Lateran. conc. part. 50. cap. 20. & lib. 13. regiſtr.*

Deut. 17. b.

CAPUT III.

De teſtam. c. 11. apud Gr. IX. & c. 10. eod. tit. in 1. coll.

Mandamus, quatenus cum aliqua cauſſa ſuper teſtamentis eccleſiæ relictis ad veſtrum fuerit examen deducta, ea non ſecundum leges (*humanas*) ſed ſecundum decretorum ſtatuta tractetis, & tribus aut duobus legitimis teſtibus, quoniam ſcriptum eſt: *In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Alex. III. Velletren. * poſt Lateran. conc. part. 50. c. 8. ex 1. lib. regiſtr.*

Deut. 17. * *Vellen.*

CAPUT IV.

De teſtam. c. 13. apud Gr. IX. & c. 1. in 3. coll.

Qui extremam voluntatem in alterius diſpenſatione committit, non videtur decedere inteſtatus. *Innoc. III. Altiſiodorenſi Epiſcopo.*

CAPUT V.

Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat. *Carth. IV. c. 18. Cæſar. lib. 4. c. 61.*

CAPUT VI.

De munificentiis ſacerdotum id obſervandum, quod ſicut, ſi quid præſenti tempore a clericis decedentibus munificentiæ habetur, vel poſſidetur, deinceps a ſucceſſoribus nullatenus auferatur, ita qui deceſſorum largitatibus gaudent, officia eccleſiæ, & obedientiam, & affectum ſacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentiis, quæ præſenti tempore ab his, ſicut dictum eſt, poſſidentur, ſi pro opportunitate Epiſcopo placuerit, quod voluerit commutare, ſine accedente diſpendio, in locis aliis commutetur. De munificentiis vero præſentibus, quas unuſquiſque clericus pro ſua gratia eorum obſequiis exiſtimat conferendas, ſicut in arbitrio dantis eſt, ut tribuere, quibus voluerit, debeat, ita ſi inobedientia, vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita in arbitrio ſit præſidentis utrum, vel qualiter debeat revocari. *Aurel. III. cap. 17.*

CAPUT VII.

Quæcumque eccleſiis, aut Pontificibus ſub competenti, ac juſto documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis dignum eſt, ut pro Dei contemplatione ſerventur. *Aurel. IV. c. 14.*

CAPUT VIII.

Teſtamenta, quæ Epiſcopi, presbyteri, ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid eccleſiæ, aut quibuſcumque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant, id ſpecialiter ſtatuentes, ut etiam ſi quorumcumque religioſorum voluntas, aut neceſſitate, aut ſimplicitate aliquid a legum ſæcularium ordine viſa fuerit diſcrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcuſſa manere, & in omnibus Deo propitio cuſtodiri. De quibus rebus ſi quis animæ ſuæ contemptor aliquid alienare præſumpſerit, uſque ad emendationis ſuæ vel reſtitutionis rei ablatæ tempus a conſortio eccleſiaſtico, vel omnium Chriſtianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. I. c. 2.*

CAPUT IX.

Piſteria pro ſuæ animæ ſalute teſtamentum condens, juſſit multam quantitatem pecuniarum præſtari monaſteriis, nec non etiam xenodochiis, & prochiis, & aliis pauperibus Ægyptiacæ provinciæ. *In libello Iſchir. ad Leon. Papam, & concil. Chalced. in action. 3.*

CAPUT X.

Sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus moriturus teſtamentum condens honoraverit eum, quicumque ille poſt eum fuiſſet Archiepiſcopus, plurimis & magnis legatis de propria ſua ſubſtantia, &c. *In libello Athanaſii ad Leon. Papam, & concil. Chalcedon. action. 3.*

LIBER QUARTUS.

De Reliquiis Sanctorum, de Cruce, de ſacris Imaginibus, & de veneratione illis debita.

TITULUS I.

SANCTI DEO PRECES ADHIBENT PRO NOBIS.

CAPUT I.

SI quis has (*imagines*) non ſalutaverit, in nomine Domini, & ſanctorum ejus, anathema. Si quis traditionem eccleſiæ, ſive ſcripto, ſive conſuetudine valentem, non curaverit, anathema. Germani orthodoxi perpetua memoria. Joannis, & Georgii perpetua memoria. Præconum veritatis perpetua memoria. Trinitas hos tres approbavit. Horum diſputationibus inhærentes digni reddamur miſericordiis, & gratia primi, & magni ſupremi ſacerdotis Jeſu Chriſti Dei noſtri,

ſtri, intercedente ſimul inviolata Domina noſtra ſancta Dei genitrice, & omnibus ſanctis. Fiat, fiat, Amen. *VII. ſynod. act. 7. poſt ſubſcriptiones.*

CAPUT II.

Oramus ſuper omnia ſanctum Deum omnes melioratos, & ſecundum placentem ſibi voluntatem clareſcentes, non ſolum a divina ita intentatos manſuros, ſed æterna bona conſecuturos orationibus, & intercesſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei genitricis, & cum ſanctorum precibus & obſecrationibus ſanctæ hujus, & univerſalis ſynodi. Amen. *Imp. Baſilius, cujus verba approbat ſynod. gen. VIII. action.* 10.

CAPUT III.

De celebr. Miſſ. c. Cum Marthæ. 6. apud Greg. IX. & in 3. coll. eod. tit. c. 52. Cum ſacræ ſcripturæ dicat auctoritas, quod injuriam facit martyri, qui orat pro martyre, idem eſt ratione conſimili de ſanctis aliis ſciendum, quia orationibus noſtris non indigent, pro eo quod cum ſint perfecte beati omnia eis ad vota ſuccedunt; ſed nos potius eorum orationibus indigemus, quas, cum miſeri ſimus, undique mala noſtra perturbant. Unde quod in pleriſque orationibus continetur, proſit videlicet, vel proficiat huic ſancto, vel illi talis oblatio ad gloriam, vel honorem, ita ſane debet intelligi, ut ad hoc proſit, quod magis, ac magis a fidelibus glorificetur in terris, aut etiam honoretur, &c. *Innoc. III. I. Archiep. Lugdun. Auguſtin. ſerm. 17. de Verbis Domini.*

CAPUT IV.

Nec ego pro ſalute omnium ab obſecrando ceſſabo (*inquit Petrus*). *Clem. ep. 1. in princ.*

CAPUT V.

Beati Apoſtolorum Principis Petri accepimus corpus, &c. orantes Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis maculas veſtrorum purget peccatorum, & in ſua vos conſervet voluntate, &c. *Cornel. epiſt. 1. in princ.*

CAPUT VI.

Cum adjutorio, & orationibus Apoſtolorum venientes, &c. Præſentati Imperatori litteras porrigite cum tali allocutione: *ſalutat Pater veſter vos, Deum quotidie rogans, & intercesſionibus ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli veſtrum regnum commendans*, &c. *Hormiſda in indiculo dato legatis Epiſcopis, & aliis ad Imperatorem Anaſtaſium.*

CAPUT VII.

Intercedentibus, & adjuvantibus ſanctis, quid agendum ſit de cauſa Nicopolitanæ eccleſiæ. *Hormiſda Ennodio & Peregrino Epiſcopis.*

CAPUT VIII.

Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſanctuaria, ſicut religioſiſſimo quæſiſtis affectu, per harum portitorē ſub omni veneratione tranſmiſimus, optantes orationibus eorum mentis veſtræ oblatio, & deſideria gratiæ ſint divinitatis accepta, &c. *Hormiſda Juſtinianum Virum Illuſtrem.*

CAPUT IX.

Unde optamus, ut vos beatus Petrus Apoſtolorum Princeps ad ſua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui veſtra præſentia mereamur. *Felix IV. in epiſt. 2. in fine.*

CAPUT X.

Rogo omnipotentem Deum, ut ſua te gratia protegat, & beati Petri Apoſtolorum Principis interceſſione a malis omnibus illæſum ſervet, quatenus fervor cœleſti deſiderii in tua mente quotidie ardentius excreſcat, &c. *Gregor. ad Secundinum incluſ. lib. 7. regiſt. Indict. 2. epiſt. 53. ante fin.*

CAPUT XI.

Sane ipſius (*Dei matri*) intercesſionibus, omniumque ſanctorū precibus potens in bello Deus noſter fortis, & longanimis duxit te ſuper Joſeph, &c. *Gregor. II. ad Germanum CP. Epiſcopum VII. ſynod act. 4. ante fin.*

CAPUT XII.

Ex his liquido conſtat ob recordationem Sanctorum imagines tantum pingi, venerari & coli, quos clare conſtat ſervos eſſe Dei, & pro nobis apud Deitatem obſecrantes, & intercedentes. Dignum namque eſt, ut ducum noſtrorum memores ſimus, & Deo gratias agamus. *Hadrian. epiſt. ad Conſtantinus & Iren. ante fin. apud VII. ſynod. act. 2.*

CAPUT XIII.

Quanto debemus puro corde, & animo ſculptū Chriſtum Deum noſtrum, ſanctamque ſemper Virginem ejus genitricem Mariam, Apoſtolos quoque vel omnes ſanctos Dei, per eorum ſacras effigies, atque imagines colere, vel adorare, & ad propitiandum nobis petere, & relaxari delicta. *Gregor. II. in ſynod. Roman. apud Hadr. de imagin. c. 70.*

CAPUT XIV.

Inter cetera, quæ tibi contra principem mundi arma, Deo favente, contuli, hoc potiſſimum eſt, ut corpus Dominicum frequenter acciperes, indicavi, & ut certæ fiduciæ matris Domini te omnino committeres præcepi, &c. De matre vero Domini, cui te principaliter commiſi, & committo, & nunquam committere, quouſque illam videamus, ut cupimus, omittam, quid tibi dicam? quam cœlum, & terra laudare, licet ut meretur, nequeant, non ceſſant? Hoc tamen procul dubio teneas, quia quanto altior, & melior, ac ſanctior eſt omni matre, tanto clementior, & dulcior circa converſos peccatores, & peccatrices. Pone itaque finem in voluntate peccandi, & proſtrata coram illa ex corde contrito, & humiliato lacrymas effunde, invenies illam, indubitanter promitto, promptiorem carnali matre, ac mitiorem in tui dilectione. *Gregor. VII. lib. 1. regiſt. epiſt. 50. in fin. alias 47. ad Mathildem.*

CAPUT XV.

Ut humilitatis noſtræ conſtitutio adjuvante Domini miſericordia valeat cuſtodiri, ſancti, ac beatiſſimi ſacerdotis Domini Martini, quæ Deo accepta eſt, obtinebit interceſſio. *Turon. c. 13.*

CAPUT XVI.

Servis Dei in exercitum, & in hoſtem pergere omnino prohibemus, niſi illi tantum, qui propter divinum miniſterium, miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda ad hoc electi ſunt. *Franc. ſynod. ſub Caroloman-*

manno. Capit. lib. 5. c. 2. Burch. lib. 1. c. 218. Ivo part. 5. c. 332. decret.

CAPUT XVII.

Et ſi quis hinc noſtrum prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Deum noſtra dilectio pro fratribus, & ſororibus noſtris, apud miſericordiam patris non ceſſet oratio. *Cyprian. epiſt. 1. Cornel. in fin.*

CAPUT XVIII.

Nobiſcum eadem orate, communia enim ſacerdotum ſunt, & ſanctam, ac glorificatam Virginem Dei genitricem Mariam una nobiſcum ſupplicate intercedere pro pace ſanctiſſimarum eccleſiarum, & victoria, ac perpetuitate piiſſimi, & sereniſſimi Imperatoris noſtri. *Joann. Hieroſ. ad Joann. CP. apud V. ſynod. CP. Action. 1. in fine.*

CAPUT XIX.

Implendo quæ Agapeto juſte judicata fuere, illius beatam animam coletis, quæ cum Deo proximior ſit, eo quod vinculo terræ, & carnis hujus ſoluta ſit, & fiduciam ea propriis bonis operibus adepta pro pace, & ſalute veſtræ pietatis intercedit. *Acta CP. lecta V. ſyn. act. 1. in libello Mariani monachi, & aliorum ad Imperat. in fin. cujus initium:* Deus magnus.

CAPUT XX.

Quidquid libri de paſſionibus martyrum narrant, hoc ipſum etiam imagines ſignant, has enim recipimus tanquam effigurationem prototyporum. Nihilominus credentes in unum Deum in Trinitate laudatum, eidemque ſoli latriam exhibentes, poſcimus interceſſionem intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Deiparæ, ſanctorum item Angelorum, omniumque divorum, & patrum noſtrorum. *Taraſ. ante VII. ſynod. in. epiſt. ad Joann. presbyter. in princ.*

CAPUT XXI.

Deus pacis vitam noſtram in pace conſervet, & omnes illos, qui eum colunt, & admirantur, nomenque illius invocant, ſalvos faciat, interceſſione, & precibus Dominæ noſtræ ſanctæ Deiparæ, & omnium ſanctorum. Amen. *Taraſ. ante VII. ſyn. d. ep. ad Joann. presbyt. in fin.*

CAPUT XXII.

Interpellans intemeratæ Virginis noſtræ Deiparæ, ſanctarum cæleſtium poteſtatum, omniumque ſanctorum interceſſionem, horum etiam ſanctas reliquias cum omni honore ſuſcipiens, & amplectens, honorifice veneror, &c. *VII. ſyn. act. 1. Confeſſio Baſilii Episc. Ancyræ reſipiſcentis.*

CAPUT XXIII.

Sanctæ matris Virginis etiam auxilium, protectionem, & interceſſionem nocte, diuque ut peccatori mihi ſubveniat, invoco, utque eam poteſtatem habet ab illo, quem in mundum edidit, Chriſto Deo noſtro. Quin etiam ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, martyrum, patrum & eremitarum imagines ſuſcipio, & veneror, non ut Deos, abſit, verum mentis meæ affectum, & deſiderium, quo in illos affectus ſum, hoc modo indicans, ex toto animo omnes obteſtor, ut ad Deum pro me intercedant, quo in oculis ejus miſericordiam in die judicii conſequar, &c. *Theodoſius Epiſcopus Amorii reſipiſcens VII. ſynod. act. 1. poſt princ.*

CAPUT XXIV.

Chriſtus Deus noſter per ſanctiſſimam illius genitricem, & omnes ejus ſanctos, voſque ipſius ſacros ſacerdotes, qui idem ſentitis, & dolum in cordibus veſtris non habetis, ſed perpetuo incumbitis in hæc ſtudia, ut omnia, quæ ſcripta ſunt, impleatis, promiſſiones ſuas veras demonſtret, &c. *Joannes presbyter legatus orientis VII. ſyn. act. 2. ante fin.*

CAPUT XXV.

Obſecrans interceſſionem ſanctiſſimæ, intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ, ſanctorumque Angelorum, & ſanctorum glorioſorum Apoſtolorum, Prophetarum, martyrum, confeſſorum, & doctorum. Amplector etiam horum venerandas imagines, &c. Pax Dei, quæ imminent ſcandala, intercedente immaculata Deipare Virgine Maria, omnibuſque ſanctis, avertat. *Taraſ. in epiſt. ad Orientis Epiſcopos poſt princ. & in fin. relata in VII. ſynod. action. 3.*

CAPUT XXVI.

Vir Galata ſenex in monte Sina degens, cum filium ei barbari abſtuliſſent, Dominum noſtrum Chriſtum per interceſſionem Platonis patrii martyris ad commiſerationem ſollicitabat. Idem quoque filius in vinculis per ejuſdem martyris patrocinium tentabat, ut ſui miſertus Dominus miraculum aliquod exhiberet. Utrorumque autem preces cum eſſent exauditæ, &c. Ecce confeſtim martyr noſter Plato, ipſe eques, equumque alium trahens filio vigilanti, cognoſcentique ex pictura ſæpe viſa effigiem martyris apparuit, juſſitque, ut ex media turma exurgens equum aſcenderet, &c. Ut non dubitandum ſit, quin omnibus in locis Deum per ipſos martyres invocantibus mirifica, & admiranda præclari illi athletæ per Dominum Chriſtum dare poſſint, &c. *Nilus in epiſt. ad Heliodor. Silentiar. VII. ſynod. act. 4. poſt princ.*

CAPUT XXVII.

Mulier ſubito dolores in ſe ruere ſenſit, cœpitque clamare, & gemere, &c. Sic autem quatuor integris diebus in cruciatibus ſubſtitit, quinto autem die ſub crepuſculum vidit ſanctum (*Anaſtaſium*) aſtantē, atque ad eam dicentem: „ Deſcende ad Tetrapylū, ſanctique Anaſtaſii interceſ„ ſionem apud Deum poſce, quo ſana fias “. Ipſa igitur cum ſurrexiſſet ex grabbato, convocatis liberis ſuis, ad eos dixit: „ Tollite me, inque „ templum B. Anaſtaſii concedamus, &c. “ Impoſitam itaque eam ferculo bajularunt, &c. Deinde ſe ipſa in ſolum proſternens, ſanctumque orationibus flebilibus martyrem placans ſana, firmaque ſurrexit. *Ex miraculis S. Anaſtaſii ſynod. VII. act. 4. poſt princ.*

CAPUT XXVIII.

Suſpicio ſanctos Apoſtolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum mediationem propitius ſit mihi Deus noſter benigniſſimus, & remiſſionem peccatorum mihi gratis largiatur, &c. *Baſil. in ep.*

ad

ad Julianum Apoſtatam. VII. ſynod. act. 4. poſt medium, refertur etiam in epiſt. Hadrian. ad Conſtant. & Iren. in med. act. 2.

CAPUT XXIX.

At ſi Domini, & Servatoris noſtri, item intemeratæ ejus matris vere Deiparæ, necnon Sanctorum imagines ſalutamus, confeſſim etiam fidem, & diſpoſitionem mentis erga illos habemus, ſed unum Deum ſine principio, &c. pro genere humano hominem factum agnoſcimus. Ancillam autem, & matrem illius exiſtentem, vere pro genere noſtro intercedentem, præſentiſſime, ita ut Dominus quidem noſter ſalutem diſpenſet, illa vero materno affectu pro nobis poſcat, agnoſcimus & ... ſanctos denique omnes, tamquam conſervos noſtros, & ejuſdem nobiſcum naturæ participes gratiſſimos Dei miniſtros, & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia adeo data nobis miniſtrent; curationes, inquam morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quatenus nobis in hymnodiis, & glorificationibus poſſibile eſt, agnoſcimus &c. *Epiſt. Germani Epiſcopi CP. ad Joann. Epiſc. Synnadon. in fin. VII. ſyn. act. 4. ante fin.*

CAPUT XXX.

Neque ipſi imagines (*Sanctorum*) ut tu dicebas, adoramus, ſed eum, qui per picturam indicatur, glorificamus, neque hos etiam, ut Deos, abſit, ſed ut veros Dei ſervos, & amicos, & poteſtatem habentes pro nobis apud Deum intercedendi. *Joann. Epiſcopus Theſſalonicenſ. in ſermone, ſive dialogo Gentilis, & Chriſtiani. VII. ſyn. act. 5. poſt princ.*

CAPUT XXXI.

Noverunt (*Chriſtiani*) & verbis, & encomiis ter inculpatam, & inviolatam vere, & proprie Deiparam eſſe: norunt etiam ſanctos venerari, earum denique virtutes per hiſtorica exempla in memoria habere &c. cognoſceres, illoſque ſecundum divinum Apoſtolum cum Chriſto vinctos eſſe, & pro nobis intercedere, &c. *Epiphan. in Gregor. & alios tom. 4. ad med. in II. Nicæn. action. 6.*

CAPUT XXXII.

Igitur cum timore Dei omnia agamus, poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ, & ſemper Virginis Dominæ noſtræ Mariæ, item ſanctorum Angelorum, omniumque Sanctorum. Salutantes, & venerandas illorum reliquias, ut nos ſanctitudinis eorum fiamus participes. *Epiphan. contra Gregor. & alios apud VII. ſynod. act. 6. in fin.*

CAPUT XXXIII.

Libellum dedimus non in labiis doloſis, neque in dolo mentis, ipſe Deus teſtis eſt, qui etiam vades * eſt noſter, ſed ex ſinceritate, & munditia; ſperantes in miſeratione Dei noſtri, qui hominem amat, & interceſſione ſanctæ, & intemeratæ Dei genitricis Mariæ, & ſanctorum Apoſtolorum, & beatiſſimi, & ſanctiſſimi Papæ Nicolai, atque ſanct. patris noſtri, & ſummi ſacerdotis Ignatii, veſtræque beatitudinis oratione, &c. uſque ad ſanguinem decertare in eccleſiaſticis cauſſis, ut & culparum, quas fecimus, ex hac correctione, & ſatisfactione cordis indulgentiam percipiamus. *Libell. quorumdam Epiſcop. pœnitentium apud ſynod. gen. VIII. act. 2.*

* *vas*, f.

CAPUT XXXIV.

Auxiliante nobis ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis gratia, interceſſione glorioſæ & veræ Dei genitricis Mariæ, perque præcipue nobis Dominæ, atque ſanctiſſimæ immobilem permanere oramus noſtrarum veſtrarumque ſanctarum eccleſiarum ſtatum, nihilominus & inſeparabilem cuſtodire fidei unitionem, &c. *Ex relatione Joann. CP. Patriarchæ ad Hormiſdam Papam.*

CAPUT XXXV.

Rogo Deum ſemper eam (*eccleſiam novæ & veteris Romæ*) inſeparabilem permanere orationibus ſanctorum Apoſtolorum, & tuæ precibus ſanctitatis, &c. *Joannes CP. Patriarcha Hormiſdæ Papæ.*

CAPUT XXXVI.

Hoc opto, atque feſtino, ut veniat in hoc ſtudio terminus utilis humanitate quidem Domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti, interceſſionibus autem in cunctis beatiſſimi Apoſtoli Petri, & in omnibus ſapientiſſimi Pauli, & venerandæ eorum fidei & tuæ beatitudini juſte debitus honor cuſtodiatur, &c. *Dorotheus, Epiſc. Hormiſd. Papam.*

CAPUT XXXVII.

Nullo modo jam licebit ſanctam Dei dilacerari eccleſiam per gratiam ſancti Spiritus, & interceſſiones ſanctæ, & religioſæ Dei genitricis Virginis Mariæ. *Ex relatione Epiphanii CP. Epiſc. ad Hormiſdam Papam.*

CAPUT XXXVIII.

Oret igitur veſtra ſanctitas, tam pro piiſſimis & Chriſtianiſſimis Principibus, quam pro noſtra parvitate, & univerſali unione, & gratiæ ſanctæ & unius eſſentia Trinitatis, & interceſſionibus Dominæ noſtræ ſanctæ glorioſæ Virginis, & Dei genitricis Mariæ, omnia ad unitatem indiviſam conveniant, &c. *Ex relatione 2. Epiph. CP. Epiſcop. Hormiſdam.*

CAPUT XXXIX.

Sanctiſſimum Proterium (*Alexandinorum Epiſcopum*) in ordine, & choro ſanctorum martyrum ponimus, & ejus interceſſionibus miſericordem, & propitium Deum nobis fieri poſtulamus, &c. Incolumen veſtram pietatem Deus omnium nobis donet longævis temporibus ſanctorum orationibus. *Epiſcop. Europæ ad Leon. Imperat. poſt conc. Chalcedon. in epiſt. incipit* Pietatis veſtræ.

CAPUT XL.

Qui amplius non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, &c. His actis, & ſolo Deo creatore ſuo adorato, invocet ſanctos, ut per ſe intercedere apud Majeſtatem divinã dignentur. *Theodulph. cap. 23. Aurelian. presbyt.*

CAPUT XLI.

Deprecetur (*Chriſtianus*) ſanctos Apoſtolos, martyres, ut pro eo intercedant. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap. 29.*

CAPUT XLII.

In communi omnes benedicamus pariter Domino gloriæ noſtræ, & Principi pacis, & auctori,

diſper-

diſperſa congreganti, & bene coaptanti interceſſionibus ſanctæ Dominæ noſtræ Dei genitricis, Deum videntium Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen. *Baſilius Imperator apud ſynod. VIII. gen. act. 6. in fin.*

TITULUS II.
DE RELIQUIIS SANCTORUM, ET DE EARUM VENERATIONE.

CAPUT I.

QUI auſi ſunt aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum eccleſiaſticas traditiones contaminare, &c. aut quidquam de conſecratis in eccleſia abiicere, &c. aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, aut reliquias martyrum, quas ſciverint eſſe germanas, & veras, aut contra iſta vafre, & improbe aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem eccleſiaſticam, &c. ſi fuerint Epiſcopi, aut clerici deponantur, ſi monachi, aut laici, communione priventur. *Syn. VII. act. 7. in defin. in fin.*

CAPUT II.

De reliquiis c. ult. Gr. IX. c. 2. de immun. eccleſ. in 4. coll.

Cum ex eo, quod quidam Sanctorum reliquias exponunt venales, ut eas paſſim oſtendant, chriſtianæ religioni ſit detractum ſæpius, in poſterum præſenti decreto ſtatuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capſam non oſtendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero de cætero non permittant illos, qui ad eorum eccleſias cauſſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut, & in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit. *Innoc. III. in concil. Lateran. gener. c. 62.*

CAPUT III.

Martyres paſſi ſunt, non tamen animæ eorum occiſæ ſunt in corporis paſſione, ore Veritatis atteſtante: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*, &c. Perturbatores eccleſiæ non ſolum prædicta agunt mala, ſed & memorias martyrum execrantur. Quapropter in præfata conſtituimus ſynodo, vobiſque & omnibus eccleſiis tenendum, & agendum mandamus, ut ſuper memorias martyrum miſſæ celebrentur, ne memoriæ eorum a talibus extingui, aut veneratio poſſit prohiberi. *Felix in ſyn. LXX. Epiſcop. epiſt. 2. in med.* *Matth. 10.*

CAPUT IV.

Ante corpora Apoſtolorum pro vobis preces ſiunt quotidie. *Steph. ep. 2. in fin.*

CAPUT V.

Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſanctuaria, ſicut religioſiſſimo quæſiſtis affectu, per horum portitorē ſub omni veneratione tranſmiſimus. Optantes orationibus eorum mentis veſtræ oblatio, & deſideria gratiæ ſint divinitatis accepta, &c. *Hormiſda Juſtinianum illuſtrem.*

CAPUT VI.

Significatur etiam beatorum Apoſtolorum, vel martyrum, ſicut ſperamus, ſancto nos affectui tuo direxiſſe reliquias, præſumentes fidem veſtram eorum deinceps pleniuseſſe meritis adjuvandam. *Vigilius in epiſt. 1. Eutherio in fin.*

CAPUT VII.

Savinus Abbas monaſterii ſancti Stephani inſulę Capris ſuggeſſit nobis, ſe Agathę martyris reliquias jam olim apud ſe habere conceſſas, & in monaſterio ſuo vult ipſa ſanctuaria collocari, ideoque ad prædictum monaſterium te jubemus accedere, & ſi ibidem nullum corpus conſtat humatum, prædicta ſanctuaria ſolemniter collocabis, &c. *Gregor. Joanni Epiſcop. Surrentino ep. 52. indict. 9. lib. 1.*

CAPUT VIII.

Tranſmiſimus beati Petri Apoſtoli benedictionem crucem parvulam, cui de catenis ejus beneficia ſunt inſerta, quæ illius quidem ad tempus ligaverunt, ſed veſtra colla in perpetuum a peccatis ſolvant. Per quatuor vero in circuitu partes de B. Laurentii craticula, in qua peruſtus eſt, beneficia continentur, ut hoc, ubi corpus illius pro veritate crematum eſt, veſtram mentem ad amorem Domini accendat. *Gregor. lib. 2. regiſt. indict. XI. epiſt. 34. ad Dinamium Galliarum Patricium.*

CAPUT IX.

Clavim parvulam a ſacratiſſimo beati Petri Apoſtoli corpore pro ejus benedictione tranſmiſimus, in qua ineſt ferrum de catenis ejus incluſum, ut quod collum illius ad martyrium ligaverat, veſtrum ab omnibus peccatis ſolvat. Crucem quoque dedi latori præſentium vobis offerendam, in qua lignum Dominicæ crucis ineſt, & capilli Joannis Baptiſtæ, ex qua ſemper ſolatium noſtri Salvatoris per interceſſionem præcurſoris ejus habeatis, &c. Præterea tranſmiſimus clavim aliam a ſacratiſſimi beati Petri Apoſtoli corpore, quæ cum digno honore repoſita, quæque apud vos invenerit, benedicendo multiplicet. *Gregor. lib. 7. indict. 2. epiſt. vel c. 126. ad Reccaredum Regem.*

CAPUT X.

Serenitas veſtræ pietatis, religionis ſtudio, & ſanctitatis amore conſpicua, propter eam, quæ in honorem ſancti Pauli Apoſtoli ædificatur, eccleſiam, caput ejuſdem S. Pauli Apoſtoli, aut aliud quid de corpore ipſius, ſuis ad ſe juſſionibus a me præcepit debere tranſmitti, &c. Præcipitis, quæ facere nec poſſum, nec audeo. Nam corpora ſanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum tantis in eccleſiis ſuis coruſcant miraculis, atque terroribus, ut neque ad orandum ſine magno illuc timore poſſit accedi. Denique dum beatæ recordationis deceſſor meus, quia argentum, quod ſupra ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedum ſpatio mutare voluit, ſignum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid ſimiliter ad ſacratiſſimum corpus S. Pauli Apoſtoli meliorare volui, & quia neceſſe erat, ut juxta ſepulchrum hujuſmodi effodi altius debuiſſet, Præpoſitus loci ipſius oſſa aliqua non quidem eidem ſepulchro conjuncta reperit, quæ quoniam levare præſumpſit, atque in alium locum tranſponere, apparentibus quibuſdam triſtibus ſignis, ſubita morte defunctus eſt. Præter hæc autem ſanctæ memoriæ deceſſor meus itidem ad corpus ſancti Laurentii mar-

martyris quædam meliorare deſiderans, dum neſcitur, ubi venerabile corpus ipſius eſſet collocatum, & effoditur exquirendo, ſubito ſepulchrum ipſius ignoranter apertum eſt, & ii, qui præſentes erant, atque laborabant, monachi, & manſionarii, quia corpus ejuſdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præſumpſerunt, omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita ut nullus vitæ ſupereſſe potuiſſet, qui ſanctum juſti corpus illius viderat. Cognoſcat autem, tranquilliſſima domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando ſanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore, ſed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima corpora ſanctorum ponitur, quod levatum in eccleſia, quæ eſt dedicanda, debita cum veneratione reconditur, & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus, ſicut a majoribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipſum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit. In Romanis namque, vel totius occidentis partibus omnino intolerabile eſt, atque ſacrilegum, ſi ſacrorum corpora tangere quiſquam fortaſſe voluerit. Quod ſi præſumpſerit, certum eſt, quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum conſuetudine, qui oſſa levare ſanctorum ſe aſſerunt, vehementer miramur, & vix credimus, &c. De corporibus vero beatorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum? dum conſtet, quia eo tempore, quo paſſi ſunt ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora ſicut civium ſuorum repeterent. Quæ ducta uſque ad ſecundum urbis milliarium, in loco, qui dicitur ad Catacumbas, collocata ſunt. Sed dũ ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui, atque fulguris nimio metu terruit, atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, quibus nunc ſunt condita, poſuerunt. Quis ergo nunc, ſereniſſima domina, tam temerarius poſſit exiſtere, ut hæc ſciens eorum corpora non dico tangere, ſed vel aliquatenus præſumat inſpicere? &c. Sed quia ſereniſſimæ dominæ tam religioſum deſiderium eſſe vacuum non debet, de cathenis, quas ipſe S. Paulus Apoſtolus in collo, & in manibus geſtavit, ex quibus multa miracula in populo demonſtrantur, partem aliquam vobis tranſmittere feſtinabo ſi tamen hanc tollere limando prævaluero, quia dum frequenter ex cathenis eiſdem multi venientes benedictionem petunt, ut parũ quid ex limatura accipiant, aſſiſtit ſacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concite aliquid de cathenis ipſis excutitur, ut mora nulla ſit, quibuſdam vero petentibus diu per cathenas ipſas ducitur lima, & tamen ut aliquid exinde exeat, non obtinetur. *Gregor. ad Conſtantinam* * *Aug. lib. 3. reg. indict. XII. ep. 3. vel cap. 30.*

* *Conſtantiam.*

CAPUT XI.

Tranſmiſimus crucem parvulam, in qua de cathenis amator veſtrorũ ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum inſerta eſt benedictio, quæ oculis veſtris aſſidue ſupponatur, quia multa per eandem benedictionem miracula fieri conſueverunt, &c. Eulogias ſancti Marci a beatiſſima fraternitate veſtra tranſmiſſas, cum ea caritate, quæ ſunt directæ, ſecundum notitiam earum ſuſcepimus, & gratias affectui veſtro referimus &c. *Gregor. Eulogio Alexand. Patriarchæ in fin. lib. 11. regiſt. epiſt. 47.*

CAPUT XII.

Reliquias ſanctorum, de quibus præſentium lator nos admonuit, dari præcepimus. *Martin. ep. 2. in fine.*

CAPUT XIII.

Flebiles, & infelices hæretici, cum ipſis ſacris imaginibus, ipſa lipſana ſanctorum eiicientes, atque abnegantes contempſerunt, &c. Si enim explanare voluerimus de lipſanorum ſanctorum veneratione, per divinam ſcripturam, & ſanctorum Patrum opuſcula, quis valebit ſcribere, aut chartas proferre? Pauca enim ex multis breviter memoramus. Sancti Baſilii Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ in interpretatione pſalmi CXV. inter cetera. Ante hoc dicebatur Sacerdotibus & Nazaræis: *quoniam omnis, qui tetigerit mortuum, immundus erit, & ut lavet veſtimenta ſua.* *Num. 19.* Nunc autem, qui tetigerit oſſa martyrum, accipiet aliquam participationem ſanctificationis de corpore aſſiſtente gratia: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus* &c. *Pſalm. 15.* Item ſancti Joannis Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani in ſermone in epiſtolam beati Pauli Apoſtoli ad Romanos, *Serm. 32.* inter cetera: „ Ego autem
„ & propter hoc Romam diligo, &c. Pro hoc
„ eam beatifico, quia & vivens (*Paulus*) eis ſcri-
„ bebat, & ſic eos diligebat, & præſentialiter eis
„ locutus eſt, & vitam ibi temporalem finivit,
„ & ſanctum corpus ejus ibi habent, pro quo &
„ honorabilior civitas magis, quam pro aliis. Et
„ ſicut corpus magnum, & forte oculos habet
„ duos ſplendentes, ſacrorum horum corpora, id
„ eſt, Petri, & Pauli, ita non eſt cælum ſplen-
„ didius, quando ſol emittit radios ſicut Roma-
„ næ urbis hæ duæ lampades ubique in mundo
„ illuxerunt. Exinde ergo rapietur Paulus, exin-
„ de Petrus. Conſiderate, & tremiſcite, qualia vi-
„ debit inſigna Roma, Paulum ſubito ſurgentem
„ a loco requietionis ſuæ ſimul cum Petro, &
„ proficiſcentem obviam Chriſto? Quale mandat
„ Chriſto donum Roma? Quales coronas civi-
„ tas continet duas? quales cathenas aureas cir-
„ cumnectit? quales habet fontes, &c. Quis mi-
„ hi tribuet perfundi corpore Pauli, & adhærere
„ ſacræ ſepulturæ, & pulverem ſanctum videre
„ corporis illius, in quo imitatus eſt Chriſtum,
„ in quo Chriſti ſtigmata portavit, in quo ubi-
„ que prædicationem diſſeminavit? Pulverem il-
„ lum corporis ejus, per quod ubique occurrit?
„ Pulverem oris illius, per quod Chriſtus annun-
„ tiabatur, & lux lucebat “, &c. Item ex ſermone S. Auguſtini in natali ſanctorum Apoſtolorum inter cetera: „ Nam iſte beatiſſimus Petrus piſca-
„ tor, &c. modo genibus provolutus eum adorat
„ Im-

„ Imperator “, &c. *Hadrian. ad Carolum de imaginib. c. 62. poſt princ.*

CAPUT XIV.

Filiæ regum delectaverunt te in honore tuo, quia non quæſierunt honorem patrum ſuorum, ſed quæſierunt honorem tuum. Oſtendatur mihi Romæ in tanto honore templum Romuli, in quanto oſtendam ibi memoriam Petri. In Petro quis honoratur, niſi ille defunctus pro nobis, &c. *Auguſt. pſalm. 44. apud Hadrian. de imaginib. c. 62. in fin.*

CAPUT XV.

Ex epiſtola ſancti Gregorii Papæ Leontio Exconſuli miſſa. Præterea benedictionem vobis ſancti Petri Apoſtolorum Principis, clavim ſacratiſſimi ſepulchri ejus, in qua benedictio de cathenis illius eſt inſerta, tranſmiſimus, ut quod ejus collum ligavit ad martyrium, hoc veſtrum ab omnibus peccatis ſolvat. *Hadrian. de imaginib. c. 91. Gregor. lib. 7. c. 34. regiſt.*

CAPUT XVI.

Si ſanctorum effigies execrabiles eſſe crederentur, profecto & ipſorum reliquiæ, quorum caro
* nihilo, ſ. corruptionem ſenſit in tumulo, pro neutro*, quod abſit, haberi deberentur. Veruntamen, ſi ad eorum conſortium venire optamus, profecto hic omnia in honore ſanctorum, id eſt, tam reliquias non ſolum corporum, ſed & veſtimentorum, ſeu etiam imagines vultus illorum in quolibet loco depictas celeberrimo honore venerari debemus, &c. *Nicol. in epiſt. ad Michaelem Imperator. incip.* Principatum, *relata in VIII. ſynod. CP. action. 4.*

CAPUT XVII.

Sciſcitamini, ſi liceat crucem Domini cum reliquiis mundo, ſive immundo hanc habenti oſculari, vel portare, &c. Portare eam, ſed cum ſumma reverentia, & corpore, & corde mundiſſimo, &c. De reliquiis vero ſanctorum eadem dicimus, quorum corpora, templa, & vaſa fuere, ſuntque Dei, quibusque ad omnia bona opera, tamquam organa, ſanctus uſus eſt, quando voluit, Spiritus. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 7.*

CAPUT XVIII.

Sequimur ſanctam ſynodum, & amplectimur quæ beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe domine coangelice ſumme Pontifex Hadriane ſubſcripſiſti, ante ſacratiſſimum Petri (& Pauli) Apoſtolorum eximii corpus celebravi. *Formula libelli dati Legatis ab Hadrian. II. relata in ſynod. VIII. CP. act. 1.*

CAPUT XIX.

Ut noſtra exhortatio cordi veſtro altius imprimatur, ex more ſanctorum miſimus vobis claviculam auream, in qua de cathenis beati Petri benedictio continetur, quatenus per ejus præſentia patrocinia, uberiora ejus erga vos patrocinia ſentiatis, & in amore ipſius de die in diem ferventes accendamini, promerentes, ut omnipotens Deus qui illum admirabili potentia a nexibus ferreis liberavit, ejus meritis, & interceſſionibus vos ab omnium peccatorum vinculis abſolvat, & ad gaudia æterna perducat. *Gregor. VII. lib. 7. regiſt. epiſtol. 6. ad Alfonſum Regem Hiſpan. ad fin.*

CAPUT XX.

Sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur, niſi forſan clericus cujuſcumque parochiæ vicinus eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famuletur. *Epaun. cap. 25. Burch. lib. 3. cap. 88. Ivo part. 3. cap. 78.*

CAPUT XXI.

Ut a media quadrageſima presbyteri chriſma petant, &c. Chriſmario, & linteo ſicut reliquiæ ſanctorum deportari ſolent. *Antiſiod. cap. 6.*

CAPUT XXII.

Agnovimus quoſdã Epiſcopos in ſolemnitatibus martyrum ad eccleſiam progreſſuros, reliquias collo ſuo imponere, &c. & Levitas albis indutos in ſellulis eos deportare, &c. Antiqua, & ſolemnis conſuetudo ſervetur, ut in feſtis diebus arcã Domini cum reliquiis non Epiſcopi, ſed Levitæ in humeris geſtent, quibus in veteri lege onus id impoſitum fuit. Si Epiſcopus reliquias portet, non ipſe a diaconibus in ſellula vehatur, ſed potius pediſſequa eo una cum populi progreſſione procedente, ad conventicula ſanctarum eccleſiarum ſanctæ Dei reliquiæ per eundem Epiſcopum portabuntur. Qui hoc non adimplet, quamdiu in hoc vitio erit, a ſacrificando ceſſabit. *Brac. III. cap. 5.* *1. Patel. 5. a.*

CAPUT XXIII.

Deinceps [corpora Sanctorum de loco ad locum nullus præſumat transferre ſine conſilio Principis, vel Epiſcoporum, & ſanctæ ſynodi licentia. *Magunt. c. 51. Burch. lib. 3. c. 252. Ivo part. 3. c. 273.* *De conſ. diſt. 1. c. 37.*

CAPUT XXIV.

De Sanctorum reliquiis venerandis. *Baſil. Epiſcop. Ancyræ in confeſſione a VII. ſyn. laudata act. 1. poſt princ.*

CAPUT XXV.

Filius veſter magnificus vir Juſtinianus baſilicam ſanctorum Apoſtolorum, in qua deſiderat, & beati Laurentii martyris reliquias eſſe conſtituit, ſperat per parvitatem noſtram, ut prædictorum ſanctorum reliquias celeriter concedatis, &c. Si beatitudini veſtræ videtur, ſanctuaria beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſecundum morem ei largiri præcipite, & ſi fieri poteſt, ad ſecundum cataractam ipſa ſanctuaria deponere veſtrum eſt deliberare. Petit & de cathenis ſanctorũ Apoſtolorum, ſi poſſibile eſt, & de craticula beati Laurentii martyris, &c. Propter hoc in urbem veſtram Eulogium Magiſtrianum direxit, hoc ſibi ſatisfacere judicans, ſi de ipſo fonte, de quo per omnem terram ſanctuaria Apoſtolorum ſunt data, inde, & ipſe reliquias ſuſcipere mereatur, &c. Singulas capſellas per ſingulorum Apoſtolorum reliquias fieri debere ſuggerimus, &c. *Ex ſuggeſtio legatorum eccleſiæ CP. ad Hormiſd. Papam.*

CAPUT XXVI.

Reliquias ſanctorum veneror, & honore proſequor, & ſaluto, veluti athletarum, & certatorum pro Chriſto, quique gratiam a Deo conſecuti ſunt, & remedia præſtare, morbos curare, dæmones eiicere, quemadmodum Chriſtiana eccleſia, veluti per manus accepit a ſanctis Apoſto-

lis,

lis,& Patribus uſque in præſens ſæculum. *Theod. Epiſc. Amorii reſipiſcens. VII. ſynod. act. 1. poſt princ.*

CAPUT XXVII.

Apoſtolicas eccleſiæ traditiones, quibus veneratio, culturaque Sanctorum docetur, recipimus, & veneramur. Eos autem, ut miniſtros, amicos, & filios Dei exiſtentes honoramus, honor enim, qui a conſervis idem ſentientibus invicem exhibetur, indicium eſt benevolentiæ erga Dominum. Sunt enim promptuaria Dei, & pura Chriſti habitacula, Spiritusque ſancti immaculata ſpecula,
Sapiens. 3. quoniam etiam animæ eorum in manu Dei exiſtunt, ut ſcriptum eſt, Deus enim vita exiſtens, cum ſancti in manu Dei ſint, in vita, & lumine neceſ-
Pſalm. 115. ſum eſt, ut exiſtant, & ob id, *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* Hi viventes in libertate, Deo aſtiterunt. Servator noſter Chriſtus fontes ſalutares, Sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia indebiles fundentes, unguentum redolentis ſuavitatis ſcaturientes, & ut inquit magnus doctor immortalis (*Athanaſius*) martyrum oſſa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis viſum impertiunt, lepras emundant, tentationes, & mœrores tollunt, atque id per Chriſtum qui in ipſis habitat. Bene et-
Pſalm. 67. iam Pſalmographus cecinit, *Mirabilis Deus in*
Pſalm. 15. *ſanctis ejus.* Et iterum: *Sanctis in terra illius, mirificas fecit omnes voluntatei ejus in ipſis. Synodica Theodori Hieroſol. Patriarch. ante fin. apud VII. ſynod. act. 3.*

CAPUT XXVIII.

In Cæſarea Paleſtinæ regionis, mirifica a ſancto viro (*Anaſtaſio* deſignata recenſeamus. Cum ſanctæ civitati reliquiæ ſacræ appropinquaſſent, omnibus ea res ſuit declarata, & ſignificata. Itaque lætitia magna perfuſi omnes ſurgentes ſubito, lignaque ſacra pulſantes, invicem obviam facti ſunt, in veneranda Virginis Deiparæ æde, quæ appellatur Nova. Illinc cum cruce, & ſupplicatione egreſſi, læti, & gaudentes cum gratiarum actione ſacris reliquiis occurrerunt, &c. Accedentibus illis, & ſalutantibus ſepulchrum martyris, illicque ſacris reliquiis munus in memoriam ſancti offerentibus, mulier quædam ex primariis civitatis dixit: „ Reliquias e Perſide venientes numquã venerabor “, &c. Sanctus martyr in habitu monachi per ſomnum coram mulieta aſtitit, illique ait, *e lumbis ægrotas.* Ipſa autem reſpondens, *non* inquit, *domine, neque enim quidquã mali ſentio.* Poſtquam hoc dixiſſet, expergefacta ſubito dolores in ſe ruere ſenſit, cœpitque clamare, & gemere, &c. Sic autem quatuor integris diebus in cruciatibus ſubſiſtit, quinto autem die ſub crepuſculum vidit ſibi ſanctum illum aſtantem, atque ad eam dicentem: „ Deſcende ad Tetrapylum, „ ſanctique Anaſtaſii interceſſionem apud Deum „ poſce, quo ſana fias “. Ipſa igitur cum ſurrexiſſet ex grabato, in memoriamque blaſphema illa, & impia verba, quæ contra caput ſuum dixerat, rediſſent, convocatis liberis ſuis, ad eos dixit: „ Tollite me, tollite me, inque templum beati Anaſtaſii conſcendamus, ſi quidem jam docta ſum meo cum periculo, reliquias ex Perſide venientes adorandas, venerandaſque, & quæ „ Deus ſacravit, ea non eſſe com nunia appellanda “; impoſitam itaque eam in ferculo (*filii*) bajularunt. Cum autem appropinquarent ipſi loco, ipſa eminus conſpicata ſancti imaginem, cum lacrymis cœpit exclamare: Hic eſt, qui in ſomnis vere a me viſus inſtruxit me de malis, quæ me habent. Deinde ſe ipſa in ſolum proſternens, ſanctumque orationibus flebilibus martyrem placans ſana, firmaque ſurrexit, &c. *Synod. VII. act. 4. poſt princ. ex miraculis S. Anaſtaſii martyris.*

CAPUT XXIX.

Quemadmodum genuini filii, peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quidquid illius in domo viderint, ſive baculum, ſive ſedem, ſive chlamidem hæc, inquam, omnia cum lacrymis atteſtantes amplexantur, non illa honorantes, ſed patrem deſiderantes, & venerantes, ſic & nos fideles omnes crucem Chriſti, tanquam virgam adoramus, ut ſedem vero, & cubile illius, ter ſanctum ſepulchrum, præſepe autem, & Bethleem, reliquaque illius habitacula, ut domum, ſic Apoſtolos illius, beatoſque martyres, & reliquos ſanctos, veluti amicos illius colimus. Ita Syon tamquam illius civitatem, Nazareth vero tamquam illius patriam amplectimur, non aliter etiam Jordanem, quam divinum illius lavacrum reveremur. Magno enim, & inexplicabili erga eum amore, quo aſcendit, ubi reſedit, ubi apparuit, aut quod tetigit, aut omnino obumbravit, tamquam Dei locum colimus & adoramus, non ipſam regionem, aut loca des venerantes, ſed eum, qui in illis converſatus eſt, apparuit, & in carne cognitus eſt, quique nos ab errore liberavit, Chriſtum Dominum Deum noſtrum, &c. A ſanctorum martyrum reliquiis & imaginibus ſæpe dæmones fugantur, &c. Quot inumbrationes, quot ſcaturigines, ſæpe etiam ſanguinis fluores ex imaginibus, & reliquiis martyrum extiterunt, &c. Qua ratione ſibi idololatræ ſumus, qui oſſa, cineres, pannos, ſanguinem, ſepulchra denique martyrum adorantes, illis tamen non ſacrificamus, &c. Ego per cælum, terram, mare, ligna, lapides, reliquias, templa, crucem, Angelos, homines, per omnem denique creaturam viſibilem, & non viſibilem omnium auctori Domino, & factori ſoli adorationem, & cultum exhibeam, &c. Qui tanta miracula per ligna fecit Deus, dic rogo, numquid per ſanctæ crucis pretioſum lignum miranda efficere poteſt? Quod ſi autem eſt impium oſſa venerari, quam ob rem oſſa Joſeph cum omni honore ex Ægypto vecta ſunt? Quomodo homo mortuus oſſa Heliſæi attingens reſurrexit? Jam ſi per oſſa mirifica Deus facit, clarum eſt, quod & per imagines, lapides, pluraque alia, idem poſſit, &c. *Leontius Epiſcopus Neapoleos Cypri ex lib. 5. Apologiæ contra Judæos apud VII. ſynod. act. 4. ante medium.*

CAPUT XXX.

Sanctorum etiam ſanctas reliquias cum omni honore ſuſcipiens, & amplectens honorificæ veneror, &c. *Baſil. Epiſc. Ancyræ reſipiſcentis confeſſio act. 4. VII. Synod.*

CAPUT XXXI.

Quæ Deo oblata ſunt, ejus participatione, & contractatione ſancta fiunt. Quemadmodũ idem & tota ſcriptura teſtatur, & ob hoc ſancto honor ſanctitatis illius non aliter conſervatur, quam per noſtram devotam adorationem. *Epiph. contra Gregor. tom. 5. ad med. ex aſſertione Aſterii Epiſcopi de S. Euphemia martyre in fine in VII. ſynod. act. 6.*

CAPUT XXXII.

Sacrorum corpora, & præcipue beatorum reliquias, ac ſi Chriſti membra, ſinceriſſime honoranda, & baſilicas eorum nomine appellatas, velut loca divino cultui mancipata, affectu piiſſimo & devotione fideliſſima adeundas. Si quis contra hanc ſententiam venit, non Chriſtianus credatur, ſed Eunomianus. *Gennadius Maſſilienſis Epiſc. qualiter veneranda ſint corpora, vel reliquiæ ſanctorum cap. 40. apud Hadrianum de imaginibus, cap. 59.*

CAPUT XXXIII.

Præſumentes de beatitudinis veſtræ benevolentia, paternam dilectionem nimium petimus quatenus reliquiis ſanctorum Apoſtolorum, tam nos, quam baſilicam eorum, hic in domo noſtra ſub nomine prædictorum venerabilium conſtructam, illuſtrare, & illuminare large dignemini, &c. *Juſtinian. in epiſt. ad Hormiſdam Pap. ad finem.*

CAPUT XXXIV.

Felix conſtituit ſupra ſepulchra, aut memorias martyrum Miſſas celebrari. *Dam. in Felicis.*

CAPUT XXXV.

Zachariæ temporibus magnum theſaurum Dominus Deus noſter in hac Romana urbe per eundem Pontificem propalare dignatus eſt. In venerabili Patriarchio ſacratiſſimum beati Georgii martyris caput in capſa reconditum reperit, &c. Ipſe cum hymnis, & canticis in venerabili diaconia ejus nomine ſita in hac Romana civitate regione ſecunda ad velum aureum illud deduci fecit, ubi immenſa miracula, & beneficia omnipotens Deus ad laudem nominis ſui per eundem ſacratiſſimum martyrem operari dignatus eſt. *Ex Pontif. ad finem.*

TITULUS III.

NE TEMPLA ÆDIFICENTUR, NEVE ALTARIA ERIGANTUR SINE RELIQUIIS SANCTORUM.

CAPUT I.

Templa, quæ conſecrata ſunt, ſi carent reliquiis martyrum, reliquias accipiant. Qui ſine reliquiis conſecrat templum, deponatur, ut eccleſiaſticas traditiones tranſgreſſus. *Nicæn. II. cap. 7.*

CAPUT II.

In ſynodo conſtituimus, & omnibus eccleſiis tenendum, & agendum mandamus, ut ſuper memorias martyrum miſſæ celebrentur, ne memoria eorum extingui, aut veneratio poſſit prohiberi. *Felix in ſynod. LXX. Epiſc. epiſt. 2. in med.*

CAPUT III.

De Conſecr. diſt. 1. c. 3. De locorum conſecratione Sanctorum, &c. hoc ſumus indicio deteſtabiliore permoti, quod in quocumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, nec omnino fideliũ conſtructiones ędificatas, ſacris proceſſionibus * audacter inſtituere nonnulli memorantur. Quæ quoniã tam acerba, tam dura ſunt, ut eadem vix noſter ferre poſſit auditus, &c. diſtrictius iſta quærantur, & a quibus fuerint geſta prodantur, &c. *Gelaſ. ep. 1. c. 27.*

** profeſſionibus.*

CAPUT IV.

De conſecr. diſt. 1. c. 21. Eccleſia Arianorum, cujus ipſe ſanctus Gregorius in dialogis ſuis meminit, placuit eidem ſancto Gregorio, ut in fide catholica, introductis illic beati Sebaſtiani, & ſanctæ Agathæ martyrum reliquiis, dedicari debuiſſet, quod & factum eſt. *Hadrian. de imaginibus c. 90. ante med. Greg. lib. 3. cap. 30. dialog. & lib. 3. regiſtr. epiſt. 19. Anſelm. lib. 5. c. 26. Cæſ. lib. 7. c. 34.*

CAPUT V.

Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque ad paſſiva corpora, quæ ſepulturæ tantum propter miſericordiam eccleſiaſticam commendantur, redigat, ut aut inſania præcipitatos, aut alia ratione peccati disjunctos, non ratione, vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellet. At ſi quis ad injuriam martyrum claritati eorum adjungat infamiam, placet eos, ſi laici ſint, ad pœnitentiam redigi, ſi clerici, poſt commonitionem, & cognitionem honore privari. Hoc & ſingulis conciliis ſtatutum eſt. *Carthag. 1. c. 2. Burch. lib. 3. c. 55. Ivo lib. 3. cap. 58.*

CAPUT VI.

De conſecr. diſt. 1. Placuit. c. 25. Evertantur altaria, quæ per agros, & vineas ſunt in memoriam martyrum, in quibus neque corpus, neque reliquiæ martyrum ſunt, ab Epiſcopis illorum locorum, ſi fieri poteſt. Si vero propter tumultum id fieri non liceat, tamen admoneatur plebs, ne illa loca frequentet, & qui recte ſentiant, nulla religione illius loci teneantur, & omnino memoria martyrum non celebretur, niſi ubi corpus, & reliquiæ ſunt, vel antiquitus traditæ fuerunt. Quæ vero per ſomnia, vel vanas revelationes aliquorum altaria ædificantur, omnino improbentur. *Carthag. c. 84. G. Carthag. V. c. 14. L. Afric. c. 50. L. vid. Mart. Brach. c. 68. Capit. lib. 1. c. 42. Burch. lib. 3. c. 54. Ivo lib. 2, tit. ..... c. 1. panorm. & part. 3. c. 57. decr. Anſ. lib. 5. c. 14. Cæſ. lib. 4. c. 125.*

CAPUT VII.

De conſecr. diſt. 1. c. 28. Non oportet clericos ignaros, & præſumptores ſuper monumenta in campum miniſteria portare, aut diſtribuere ſacramenta, ſed aut in eccleſia, aut in baſilica, ubi martyrum reliquiæ ſunt depoſitæ, ibi pro defunctis oblationem offerri. *Mart. Brachar. c. 68.*

TITULUS IV.

DE SEPULCHRIS, ET CŒMETERIIS SANCTORUM, ET DE HONORE HABITO EISDEM.

Vide libro I. tit. XXVII. Part. II. quibus adde:

CAPUT I.

In præfata conſtituimus ſynodo, vobiſque, & omnibus eccleſiis tenendum, & agendum mandamus, ut ſuper memorias martyrum miſſæ celebrentur, ne memoriæ eorum extingui, aut ve-

veneratio poſſit prohiberi. *Felix cum LXX. Epiſcopis epiſt. 2. poſt med.*

CAPUT II.

Rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cujuſdam devotæ fœminæ, atque nobiliſſimæ matronæ Lucinæ, levata ſunt corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli de catacumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus levatum ſilentio poſitum eſt in prædio prædictæ matronæ via Oſtienſi ad latus ubi decollatus. Poſtea vero beati Apoſtolorum Principis Petri accepimus corpus, & condecenter poſuimus illud juxta locum ubi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorum Epiſcoporum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatii Neroniani, tertio Kal. Julii, orantes Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis, maculas veſtrorum purget peccatorum, & in ſua vos conſervet voluntate, &c. Sancti Apoſtoli de veſtro congratulantur gaudio, &c. *Cornel. ep. 1. in princ.*

CAPUT III.

De corporibus ſanctorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum, dum conſtat, quia eo tempore, quo paſſi ſunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora ſicut civium ſuorum repeterent, quæ ducta ad ſecundum urbis milliarium in loco, qui dicitur ad catacumbas, collata ſunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui, atque fulguris nimio metu terruit, atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, in quibus nunc ſunt, condita poſuerunt, &c. *Greg. lib. 3. regiſtr. epiſt. 30. ad Conſtantinam Aug.*

CAPUT IV.

Anacletus memoriam beati Petri conſtruxit, &c. & alia loca, ubi Epiſcopi * reconderentur, ſepulturæ. *Damaſ. in Anacleti.*

* *Epiſcopor. corpora.*

CAPUT V.

Cornelius rogatus a quadam matrona Lucina corpora Apoſtolorum beatorum Petri, & Pauli e catacumbis levavit noctu, primum quidem corpus beati Pauli beata Lucina poſuit in prædio ſuo via Oſtienſi ad latus, ubi decollatus eſt. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius Epiſcopus, poſuit juxta locum, ubi crucifixus inter corpora Sanctorum Epiſcoporum in templo Apollinis, in Vaticano Palatii Neroniani, in monte aureo III. Kal. Julii, &c. Cornelii corpus noctu collegit beata Lucina cum clericis, & ſepelivit in crypta juxta cœmeterium Calliſti in prædio ſuo via Appia (in arenario) XVIII. Kalend. Octob. *Damaſ. in Cornelii.*

CAPUT VI.

Truncati ſunt capite cum beato Xyſto ſex diacones, Feliciſſimus, Agapetus, Januarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus, VIII. Idus Aug. &c. Fuit magna perſecutio ſub Decio, & poſt paſſionem beati Xyſti die tertio paſſi ſunt Laurentius ejus Archidiaconus, & Subdiaconus Claudius, Severus Presbyter, & Romanus Oſtiarius, & Creſcentius Lector, &c. Sepultus eſt (*Xyſtus*) in cœmeterio Calliſti via Appia, & ſex Diaconi ejus in cœmeterio Prætextati via Appia. VIII. Idus Aug. Beatus vero Laurentius ſepultus eſt via Tiburtina in crypta in agro Verano. IV. Idus Aug. (in cœmeterio Cyriacelis cum multis aliis martyribus.) *Damaſ. in Xyſti II.*

CAPUT VII.

Eutychianus temporibus ſuis per loca diverſa CCCXLII. martyres manibus ſuis ſepelivit, & conſtituit, ut quicumque fidelium martyrem ſepeliret, ſine dalmatica, aut collobio purpurato nullatenus ſepeliret, dum tamen hujus conſtitutionis ad illum perveniſſet notitia. *Damaſ. in Eutychian.*

CAPUT VIII.

Marcellini tempore fuit perſecutio magna, ita ut intra XXX. dies XVII. millia hominum promiſcui ſexus per diverſas provincias martyrio coronarentur. De qua re, & ipſe Marcellinus ad ſacrificium ductus eſt, ut thurificaret, quod & fecit, & poſt paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Chriſti cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus eſt, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad paſſionem ſuam, adjuravit Marcellum presbyterum, ut præcepta Diocletiani non impleret. Jacuerunt autẽ corpora Sanctorum in platea dies XXXVI. ex juſſu Diocletiani. Exinde Marcellus presbyter noctu collegit corpora Sanctorum cum presbyteris, & diaconibus cum hymnis, & ſepelivit ea VI. Kal. Maii in via ſalaria in cœmeterio Priſcillæ, in cubiculo claro, quod patet uſque in hodiernum diem, ſecundum quod ipſe ſanctus Petrus præceperat, in crypta juxta corpus ſancti Creſcentionis. *Damaſ. in Marcellini.*

CAPUT IX.

Marcellus (rogavit matronam Priſcillam, quæ) fecit cœmeterium via Salaria, & XXV. titulos in urbe Roma conſtituit, quaſi diœceſes propter baptiſmum, & pœnitentiam multorum, &c. & propter ſepulturas martyrum, &c. Qui tandem in ſervitio animalium nudus amictus cilicio defunctus eſt, cujus corpus collegit beata Lucina, & ſepelivit in cœmeterio Priſcillæ in via Salaria XVII. Kal. Feb. &c. Lucina proſcriptione damnata eſt. *Damaſ. in Marcell.*

CAPUT X.

Liberius rediens de exilio habitavit in cœmeterio ſanctæ Agnetis apud germanam Conſtantii Auguſti, ut quaſi per ejus interventionem, aut rogatum rediret Liberius in civitatem, &c. Ab eodem die fuit perſecutio maxima in clero, ita ut intra eccleſiam presbyteri, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur, &c. Liberius ornavit de platoniis marmoreis ſepulchrum ſanctæ Agnetis martyris. *Damaſ. in Liberii.*

CAPUT XI.

Damaſus fecit baſilicas duas, unam juxta theatrum ſancti Laurentii, & aliam via Ardeatina, ubi requieſcit intra catacumbas, ubi jacuerunt corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. In quo loco dedicavit Platoniam ipſam, ubi jacuerunt corpora ſancta, & verſibus exornavit. Hic multa corpora ſanctorum martyrum, requiſivit,

ſivit, & invenit, quorum etiam conchilia, atque ſepulchra verſibus declaravit, & adornavit. *Ex Pontif.*

CAPUT XII.

Theodori tempore levata corpora ſanctorum martyrum Primi, & Feliciani, quæ erant in arenario ſepulta, via Numentana, & adducta ſunt in urbem Romam, quæ & recondita ſunt in baſilica beati Stephani protomartyris. *Ex Pont.*

CAPUT XIII.

Xyſtum in cœmeterio animadverſum ſciatis VIII. Iduum Auguſt. die, & cum eo quartum, &c. *Cyprian. ad Succeſſum Epiſc. epiſt.* 82.

TITULUS V.

DE MIRACULIS QUORUMDAM SANCTORUM.

CAPUT I.

OBſecro, ut reliquiæ ſancti Xyſti martyris nobis tranſmittantur. Fecimus, quod petiſti, quatenus populus, qui in loco quondam ſancti Xyſti martyris corpus dixerunt venerari, quod tibi nec verum, nec veraciter ſanctum videtur, certa ſanctiſſimi, & probatiſſimi martyris beneficia ſuſcipiens, colere incerte non debeat. Mihi autem videtur, quia ſi corpus, quod a populo cujuſdam martyris eſſe creditur, nullis illic miraculis coruſcat, & neque aliqui de antiquioribus exiſtunt, qui ſe a parentibus paſſionem ejus audiſſe fateantur, ita reliquiæ, quas petiſtis, ſeorſum condendæ ſunt, ut locus, in quo præfatum jacet, modis omnibus obſtruatur, nec permittatur populus certum deſerere, & incertum venerari. *Greg. ad Auguſtin. interrogat.* 7.

CAPUT II.

Beatiſſimum quoque Ambroſium ſplendidiſſimam lucernam eccleſiæ, qui ex cathecumeno, divino præſagio, ad Epiſcopalem per continuos gradus promotus eſt dignitatem, cur nobis pro veſtro tutamine opponitis? Qui non inſtinctu hominum, ſed divina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt. *Nicol. in epiſt. ad Photium incip.* Poſtquam beato Petro. *lecta act. 4. ſyn. VIII. CP.*

CAPUT III.

Cum graviter fidelis quædam mulier torminibus cruciaretur, ad locum repere cœpit, in cujus parietibus Sanctorum Coſmæ, & Damiani effigies depinxerat, fide uſa pro ſcipione. Chriſma autem accipiens, in aquam effudit, illamque bibit, & confeſtim ſanitati Sanctorum interceſſione reſtituta eſt, &c. *Ex lib. paſſionis Sanctorum Coſmæ, & Damiani apud VII. ſyn. act. 4. poſt med. ubi alia miracula ſunt.*

CAPUT IV.

Sanctos omnes (*veneramur*) tanquam conſervos noſtros, & ejuſdem nobiſcum naturæ participes, gratiſſimos Dei miniſtros, ut dictum eſt, & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia a Deo data nobis miniſtrent, curationes, inquam, morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quatenus nobis in hymnodiis, & glorificationibus poſſibile eſt, agnoſcimus. *Epiſt. Germani CP. Epiſcopi ad Joann. Epiſc. in fin. VII. Syn. act.* 4.

CAPUT V.

Martinus Papa ſanctiſſimus vir in exilio in loco, qui dicitur Cherſona, vitam finivit in pace Chriſti confeſſor, qui & multa mirabilia operatur uſque in hodiernum diem. *Ex Pontif.*

TITULUS VI.

DE SANCTORUM SOLEMNITATIBUS.

CAPUT I.

IMprobabilis, & emendanda confuſio, quæ a noſtris conſacerdotibus non ratione auctoritatis alicujus, ſed ſola temeritate præſumitur, ut paſſim, ac libere natalitiis Chriſti, ſeu apparitionis, necnon & Apoſtolorum, ſeu martyrum feſtivitatibus innumeræ plebes baptiſmi myſterium conſequantur. *Syric. ep. 1. c. 2. vid. Leonem ep. 78. ad Epiſcopos per Campaniam. Triburienſ. c. 12. Burch. lib. 4. c. 5. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 9. panorm. & part. 1. c. 58. & 200. decr. Cæſar. lib. 12. c. 10. Anſ. lib. 9. c. 13.* *De conſ. d. 4. c. 11.*

CAPUT II.

Magna indignatione commoveor, quod quoſdam ex vobis ita comperi eſſe Apoſtolicæ traditionis oblitus, ut præter Paſchæ feſtum, cui ſola Pentecoſtes ſolemnitas comparatur, audeant ſibimet, non aliqua humanæ infirmitatis neceſſitate cogente, jus baptiſmatis vendicare, & in natalibus martyrum, quorum finis aliter honorandus eſt, &c. *Leo epiſt. ad Epiſcopos per Campaniam in principio 78. vel 86.*

CAPUT III.

Quotiens Sanctorum Dei fuerit agenda feſtivitas, ſingula capitula diebus apta ſubjungimus, quibus commemorationem ſanctæ ſolemnitatis, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebramus. Cetera vero ordine conſueto perſequimur, &c. Significatur etiam beatorum Apoſtolorum, vel Martyrum, ſicut ſperamus, ſancto nos affectui tuo direxiſſe reliquias, præſumentes fidem veſtram eorum deinceps plenius eſſe meritis adjuvandam. *Vigil. ep. 1. c.* 5.

CAPUT IV.

Nos pœne omnium martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus. *Greg. lib. 7. regiſtr. indict. 1. ep. 29. Euloio Epiſcopo Alexandr. in med.*

CAPUT V.

In quorum Apoſtolorum, vel Martyrum, ſive Confeſſorum, atque Virginum diebus feſtis a labore terreno recedere debeatis, inquiritis. In ſolemnitatibus utique beatæ Mariæ Virginis, & ſanctorum duodecim Apoſtolorum, ac Evangeliſtarum, atque Præcurſoris Domini Joannis, & ſancti Stephani primi martyris, nec non & in eorum ſanctorum natalitiis, quorum apud vos, Deo favente, memoria celebris, & dies feſtivus habebitur. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 11.

CAPUT VI.

Non oportet in Quadrageſima Martyrum natales celebrare, ſed ſanctorum Martyrum memoriam ſabbatis, & dominicis facere. *Laod. c. 51. Mart. Brach. c. 48. Burch. lib. 13. cap. 10. Ivo part. 4. c. 43. decr.* 33. q. 4. c. 9. Non licet.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Paſſiones Martyrum legere licet, cum anniverſarii eorum dies celebrantur. *Carthag. c. 47. G. Carthag. III. c. 47. L. African. c. 13. L.*

CAPUT VIII.

Illud etiam petendum, ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, vetar. talia jubeant, & prohiberi, maxime cum in natalibus beatiſſimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus, quod pudoris eſt dicere, ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos, atque plateas exercent, &c. *Afric. c. 27.*

CAPUT IX.

In Auguſto, quia quotidie Miſſæ Sanctorum ſunt, prandium habeant monachi, &c. & quia inter Natalem Domini, & Epiphaniam omni die feſtivitates ſunt, itemque prandebunt. *Turon. II. cap. 18.*

CAPUT X.

Si quid ex collatione fidelium, aut per feſtivitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur. *Brach. I. cap. 39.*

CAPUT XI.

Ut in ſanctorum natalitiis ballimathiæ prohi-
De conſecr. diſt. 3. c. 2. beantur. Exterminanda omnino eſt irreligioſa conſuetudo, quam vulgus per ſanctorum ſolemnitates agere conſuevit. Populi, qui debent officia divina attendere, ſaltationibus, & turpibus invigilant canticis, non ſolum ſibi nocentes, ſed & religioſorum officiis perſtrepentes. Hoc etenim, ut ab omni Hiſpania depellatur, ſacerdotum, & judicum a concilio ſancto curæ committitur. *Tolet. III. cap. 23. Ivo part. 4. cap. 12. decr.*

CAPUT XII.

Multa quidem eveniunt, quæ dum leviter corriguntur, ſæpius ad majora conſcendunt. Valde enim omnibus noſcitur eſſe indecorum, quod per dedicationes baſilicarum, aut feſtivitates martyrum, ad ipſa ſolemnia confluentes chorus femineus turpia quidem & obſcœna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos pſallentes audire, &c. *Cabil. cap. 19.*

CAPUT XIII.

Gregorius tertius fecit oratorium intra baſilicam (*B. Petri*) juxta arcum principalem in parte virorum, in quo recondidit in honorem Salvatoris, ſanctæque ejus Genitricis, reliquias ſanctorum Martyrum, ac Confeſſorum, juſtorumque perfectorum in toto orbe terrarum quieſcentium, quorum feſta vigiliarum a monachis trium monaſteriorum illic ſervientium quotidie per ordinem exiſtentia, atque natalitiorum miſſas in eodem loco celebrare juſſit, inſtituens in canone ita a ſacerdote dicendum: *Quorum ſolemnitas hodie in conſpectu tuæ maieſtatis celebratur, Domine Deus noſter, toto in orbe terrarum* &c. *Ex Pontif. in Greg. III. in medio.*

CAPUT XIV.

Non ſanctos propter carnalem amorem laudamus, neque pingimus, ſed quod virtutum illorum ſimus memores, & in libris quoque vitas illorum deſcribimus, in tabuliſque illos depingimus, non quod hoc a nobis poſtulent ipſi, verum id noſtra cauſſa, & propter utilitatem noſtram facimus, non enim ſolum paſſiones martyrum nos inſtituunt, ſed & contextus, & ſcriptura de illorum paſſionibus, picturaque idem indicant. Simili modo & annua illorum memoria, &c. *Epiphan. in Gr. in VII. ſynod. action. 6. tom. 5. poſt princ.*

CAPUT XV.

Conſtituit (*Gregorius tertius*) ut fere ſine intervallo, & a presbyteris hebdomadariis Miſſarum ſolemnia, & a monachis divina officia, ſecundum conſtitutum, quod a collegio ſacerdotum coram ſacro corpore B. Petri Apoſtoli factum eſt, in ſolemniis Chriſti Domini Dei noſtri, ſanctæque ejus Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum vel omnium ſanctorum Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, in oratorio nomini eorum dedicato, intra eccleſiam B. Petri ſub arcu principali, ſimiliter & vigiliæ celebrarentur. Eiſdemque inſtitutis diſpoſuit, ut in cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in diebus natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportentur ad celebrandas miſſas per eum, quem præviderit Pontifex pro tempore ſacerdotem. *Ex Pontif. in fine.*

CAPUT XVI.

Quod ballimathiæ, & turpia cantica prohibenda ſunt a ſanctorum ſolemniis. *Reccared. Rex in concil. Tolet. III. in fine.*

TITULUS VII.

DE LUMINIBUS, QUÆ IN SEPULCHRIS SANCTORUM COLLOCARI SOLENT.

CAPUT I.

DUM Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria Sanctorum. *Zachar. epiſt. 4. ad Boniſ. poſt med.*

CAPUT II.

Id etiam placuit ſacerdotibus, &c. qui ſanctam Dei ædificaverit eccleſiam presbyter deſervientem habeat. Et ſi presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus inſtituatur. Certe ſi minor eſt cenſus, Oſtiarius a ſacerdote ſit electus, qui nitorem infra ſinus eccleſiæ faciat, qui eo ſanctarum reliquiarum luminaria omni ſubſequenti nocte accendat. *Tolet. ſub Reccared. cap. 2.*

CAPUT III.

Nec quempiam offendat, quod ante ſanctorum imagines lumina, & ſuaveolentia thymiamata accenduntur. Symbolice enim iſta fieri in honorem illorum opinandum eſt, quorum cum Chriſto requies, quorum honor ad ipſum recurrit, hoc ipſum teſtante ſapiente Baſilio, quod erga conſervos bonus honor erga ipſum Dominum commune benevolentiæ ſignum exhibet. Senſibilia enim lumina ſymbolum ſunt immaterialis illius, & a Deo dati luminis; aromatum autem incenſio, ſincerum, & totum ſancti Spiritus afflatum, & repletionem ſignificat. *German. Epiſcop. CP. ad Thomam Epiſcopum Claudiopoleos. VII. ſynod. act. 4. in fin.*

CAPUT IV.

Joannes (*tertius*) conſtituit, ut oblationes, & amulæ, vel luminaria in cœmeteriis per omnes

do-

Digitized by Google

dominicas de Lateranis miniſtrarentur. *Ex Pont.*

CAPUT V.

Diſpoſuit (*Gregorius tertius*), ut in cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in diebus natalitiorum (*Sanctorum*) luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per oblationariũ deportarentur, &c. *Ex Pontif.*

TITULUS VIII.

DE PEREGRINIS, QUI AD RELIQUIAS VENERANDAS SANCTORUM PROFICISCUNTUR.

CAPUT I.

De hæret. c. 7. in 1. coll. ** iſtum.* EOS, qui ardore fidei ad expugnandum hæreticos laborem juſtum * aſſumpſerint, ſicut eos, qui ſepulchrum dominicum viſitant ſub eccleſiæ defenſione recipimus, & ab univerſis inquietationibus tam in rebus, quam in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. *Alexand. III. in conc. Later. c. ult. in fin.*

CAPUT II.

24. q. 3. c. 23. Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria viſitantes capere, ſeu rebus, quas ferunt, ſpoliare tentaverit, &c. donec ſatisfecerit, communione careat chriſtiana. *Calliſt. II. in concil. Roman. cap. 16.*

CAPUT III.

Sanctus Gregorius Papa in epiſtola Euſebio Epiſcopo Theſſalonicenſi directa inter cetera: „ Si autem Theodorus lector ad orationem huc „ ad ſanctos Apoſtolos venire voluerit, eum fra- „ ternitas veſtra ſine aliqua mora tranſmittat". *Hadrian. de imaginibus cap. 62. in fin. Gregor. lib. 10. epiſt. 69. in fin. reg.*

CAPUT IV.

Tanta millia hominum protectioni, ac interceſſioni beati Apoſtolorum principis Petri ex *Act. 10. b.* omnibus finibus terræ properantium ſeſe quotidie conferunt, &c. ut præter illud, quod vas ipſi Petro oſtenſum catholicam ſignat Eccleſiam, etiam ipſa ſola Romana urbs, apud quam ejuſdem Apoſtoli corporalis præſentia ſedule veneratur, ipſius vaſis cunctas dinoſcatur in ſe continere univerſorum animalium, quæ homines intelliguntur ſpiritualiter, nationes, &c. *Nicol. in epiſt. ad Michael. Imp. poſt med.*

CAPUT V.

Presbyteros Romam, ſive Turonum abſque licentia Epiſcopi ſui adire, penitus decrevimus inhibendum. *Cabilon. ſub Carolo c. 44.*

CAPUT VI.

Nam & a quibuſdam, qui Romam, Turonumve, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſulte peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri, & diacones, & ceteri in clero conſtituti, qui negligenter viventes, in eo purgari ſe a peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant ſe impune aut peccare, aut peccaſſe, quia hæc loca oraturi frequentat. Sunt quidam potentum, qui adquirendi cenſus gratia, ſub prætextu Romani, ſive Turonici itineris, multa adquirunt, multos pauperes opprimunt, & quod ſola cupiditate faciunt, orationum, ſive ſanctorum locorum viſitationis cauſſa, ſe videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, ut majorem habeant materiam mendicandi, de quorum numero ſunt illi, qui circumquaque vagantes, illo ſe pergere mentiuntur, vel quia tantum ſunt vecordes, ut putent ſe ſanctorum locorum ſola viſione a peccatis purgari, non attendentes, quod ait B. Hieronymus: „ Non Hieroſolymam vidiſſe, „ ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt". *12. q. 2. c. 71. Gloria. in fin.* *Cabil. ſub Carolo cap. 45. Burch. lib. 19. c. 51. Ivo part. 15. cap. 65. decret. Hieronym. ad Nepotianum de inſtitutione monachorum c. 13. incipit*, Bonus homo.

CAPUT VII.

De beati Apoſtoli liminibus, & frequentatione eorum ex omnibus Orbis cardinibus, & de curationum multitudine. *Ennod. pro Symm. poſt med.*

TITULUS IX.

DE HISTORIIS MARTYRUM, ET DE DILIGENTIA QUÆ IN ILLORUM REBUS GESTIS SCRIBENDIS OLIM FUIT ADHIBITA.

CAPUT I.

ITem geſta ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant. Quis iſta catholicorum dubitet? & majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adjutorio univerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem, ſingulari cautela, in ſancta Romana eccleſia non leguntur, quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & a fidelibus * idiotis ſuperflua, ut minus apte *, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur, ſicut cujuſdam Cyrici *, & Julitæ ſicut Georgii, aliorumque hujuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur compoſitæ, propter quod, ut dictũ eſt, ne vel levis ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quam hominibus noti ſunt, omni devotione veneramur. Item vitas patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatiſſimus deſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. *Gelaſ. in ſyn. LXX. Epiſcoporum poſt princ. Burch. lib. 3. c. 220. Ivo lib. 2. tit. II. c. 3. panorm. & part. 4. c. 64. decret. Anſelm. lib. 6. c. 193.*

Diſt. 15. Sancta. c. 3. §. Item geſta.

** ab infidelibus, aut idiotis.* ** apta, al.* ** Quirici.*

CAPUT II.

Scriptura de inventione crucis Dominicæ, & alia ſcriptura de inventione capitis Joannis Baptiſtæ, novellæ quædam relationes ſunt, & nonnulli eas catholici legunt, &c. omnia probate, &c. *Gelaſ. in Synod. LXX. Epiſcoporum ante med.*

CAPUT III.

Septem ſubdiacones ordinavimus, qui ſeptem notariis imminerent, ut geſta martyrum veraciter in integro colligerent, nobiſque rimanda manifeſtarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in poſterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæſtioque oriatur, quoniam *omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*, & quæ *Rom. 15. a.*

no-

Digitized by Google

noſtris temporibus veraciter ſcribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. *Fabian. epiſt. 1. in princ.*

CAPUT IV.

Vitæ Patrum ſine probabilibus auctoribus minime in eccleſia leguntur, nam ab orthodoxis titulatę & ſuſcipiuntur, & leguntur. Magis enim paſſiones ſanctorum Martyrum ſacri canones cenſuerunt, ut liceat eas etiam in eccleſia legi, cum anniverſarii dies eorum celebrantur. *Hadrianus de imaginibus c. 88. Ivo part. 4. c. 141. decret.*

CAPUT V.

Falſo a veritatis hoſtibus compoſita martyrologia, uti Chriſtiani martyres inhoneſtantes, & ad incredulitatem inducentes auditores, non publice legi in eccleſiis jubemus, ſed igne comburi. Qui ſuſceperint, uti vera, anathematizamus. *Trull. cap. 63.*

CAPUT VI.

Clemens fecit ſeptem regiones dividi notariis fidelibus eccleſiæ, qui geſta martyrum ſollicite, & curioſe unuſquiſque per regionem ſuam perquirerent. *Damaſ. in Clem.*

CAPUT VII.

Anteros geſta martyrum diligenter a notariis exquiſivit, & in eccleſia recondidit. Propter quod a quodam Maximo Præfecto martyr effectus eſt. *Damaſ. in Anter.*

CAPUT VIII.

Fabianus fecit ſeptem ſubdiacones, qui ſeptem notariis imminerent, ut geſta ſanctorum martyrum in integrum colligerent, & multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit. *Damaſ. in Fabian.*

TITULUS X.

DE QUIBUSDAM MARTYRIBUS.

CAPUT I.

Diſtinct. 22. c. 3. Quamvis, diſt. 22. c. 2. Sacroſancta.

PAulus Apoſtolus non diverſo, ſicut hæretici garriunt, ſed uno tempore, uno, eodemque die glorioſa morte cum Petro, in urbe Roma, ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt, & pariter ſanctam Romanam eccleſiam Chriſto Domino conſecraverunt, &c. *Gelaſ. & LXX. in ſynod. Rom. in princ. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 3. panorm. Anſelm. lib. 1. c. 69. decret. Tarrac. lib. 1. c. 295.*

CAPUT II.

Joannes Baptiſta non pro confeſſione Chriſti, ſed pro veritate, id eſt Chriſto, capite truncatus eſt, & ſancto martyrio coronatus. *Greg. ad Aug. interr. 6.*

CAPUT III.

Quantæ virtutis Præcurſor noſtri redemptoris fuerit, novimus, qui per ſacrum eloquium non ſolum plus quam Propheta, ſed etiam Angelus vocatur, & tamen, ſicut mortis ejus hiſtoria teſtatur, poſt mortem a perſecutoribus corpus ejus incenſum eſt. *Greg. epiſt. 5. ad Theotiſtum lib. 9. epiſt. 39. regiſt. ante med*

CAPUT IV.

Romanam eccleſiam ſanctorum Principes Apoſtolorum Petrus, ac Paulus & prædicatione ſua inſtituerunt, & pro Chriſti amore fuſo proprio ſanguine ſacraverunt. *Nicol. ad conſult. Bulgarorum c. 92.*

CAPUT V.

Beatus Petrus Apoſtolus martyrio cum Paulo coronatur, poſt paſſionem Domini anno XXXVIII. Qui ſepultus eſt via Aurelia, in templo Apollinis, juxta locum, ubi crucifixus eſt, juxta palatium Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale tertio Kalend. Julii. *Damaſ. in Petri Apoſt.*

CAPUT VI.

Clemens natione Romanus de regione Cælio monte ex patre Fauſtino, &c. obiit martyr anno Trajani tertio. *Damaſ. in Clement.*

CAPUT VII.

Linus natione Italus de regione Tuſciæ patre Herculano, &c. martyrio coronatur. *Damaſ. in Lini.*

CAPUT VIII.

Evariſtus natione Græcus, ex patre Judæo, nomine Juda, &c. martyrio coronatur. *Damaſ. in Evariſti.*

CAPUT IX.

Alexander martyrio coronatur, & cum eo Eventius presbyter, & Theodulus Diaconus. *Damaſ. in Alexand.*

CAPUT X.

Xyſtus natione Romanus, &c. fuit temporibus Hadriani uſque ad Verum, & Anniculum, martyrio coronatur. *Damaſ. in Xyſti.*

CAPUT XI.

Teleſphorus natione Græcus, &c. martyrio coronatur. *Damaſ. in Teleſphori.*

CAPUT XII.

Anicetus natione Syrus ex patre Joanne, &c. etiam obiit martyr, & ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti. *Damaſ. in Aniceti.*

CAPUT XIII.

Victor natione Afer ex patre Felice, &c. martyrio coronatur. *Damaſ. in Victor.*

CAPUT XIV.

Calliſtus natione Romanus ex patre Domitio, &c. martyrio coronatur. *Damaſ. in Calliſti.*

CAPUT XV.

Urbanus ſua traditione multos convertit ad baptiſmum, & credulitatem, Tiburtium etiam, & Valerianum nobiliſſimum virum, ſponſum S. Cæciliæ, quos etiam uſque ad martyrii palmam perduxit, & per ejus monita, & doctrinam multi martyrio coronati ſunt. *Damaſ. in Urban.*

CAPUT XVI

Pontianus Epiſcopus, & Philippus * presbyter in exilio ab Alexandro ſuni deportati in Sardiniam, in inſulam Buccinam *, Severo, & Quintiano Coſſ. illic afflictus defunctus eſt XIII. Cal. Decemb. Quem B. Fabianus adduxit cum clero, navigio, & ſepelivit in cœmeterio Calliſti via Appia. *Damaſ. in Pontian.*

* *Hippolytus, f.*

* *Buccinarum.*

CAPUT XVII.

Anterus natione Græcus ex patre Romulo, &c. martyrio coronatur temporibus Maximini, & Africani conſulum. *Damaſ. in Anter.*

CAPUT XVIII.

Fabianus natione Romanus ex patre Fabio, &c. martyrio coronatur XIV. Kalend. Februar. *Damaſ. in Fabian.*

CAPUT XIX.

Cornelius natione Romanus ex patre Caſtino, &c. Hic ſub Cæſare Decio martyrio coronatur, &c. *Damaſ. in Cornel.*

CAPUT XX.

Lucius natione Romanus ex patre Porphyrio, &c. martyrio coronatur. Hic in exilio fuit relegatus, poſtea nutu Dei incolumis ad eccleſiam reverſus eſt, &c. Qui etiam a Valeriano capite truncatus eſt IV. Nonas Martii. Hic omnem poteſtatem eccleſiæ dedit Archidiacono ſuo Stephano, dum ad paſſionem pergeret. *Damaſ. in Luc.*

CAPUT XXI.

Stephanus natione Romanus ex patre Julio, &c. martyrio coronatur. *Damaſ. in Steph.*

CAPUT XXII.

Xyſtus (*junior*) natione Græcus ex Philoſopho de Athenis, ſedit annum unum, menſes X. dies XXIV. martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Decii, eodem tempore hic comprehenſus eſt a Valeriano, & ductus ut ſacrificaret dæmoniis. Qui quia contempſit præcepta Valeriani capite truncatus eſt, & cum eo ſex diacones Feliciſſimus, Agapetus, Januarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus VIII. Idus Auguſti, &c. Quo tempore fuit magna perſecutio ſub Decio. Et poſt paſſionem beati Xyſti die tertio paſſi ſunt Laurentius ejus Archidiaconus, & Subdiaconus Claudius, Severus Presbyter, & Romanus Oſtiarius, & Creſcentius Lector. *Damaſ. in Xyſt. II.*

CAPUT XXIII.

Felix natione Romanus ex patre Conſtantio martyrio coronatur, &c. *Damaſ. in Felicis.*

CAPUT XXIV.

Eutychianus natione Tuſcus ex patre Marino, &c. Hic temporibus ſuis per loca diverſa CCCLII. martyres manibus ſuis ſepelivit, &c. Et martyrio coronatur. *Damaſ. in Eutychiani.*

CAPUT XXV.

Cajus natione Dalmata ex genere Diocletiani Imperatoris ex patre Cajo, &c. Hic fugiens perſecutionem Diocletiani in cryptis habitans confeſſor quievit, maryrio coronatus poſt annos octo, &c. Qui poſt annos undecim cum Gabino fratre ſuo propter filiam Gabini presbyteri, nomine Suſannam martyrio coronatur. *Damaſ. in Caii.*

CAPUT XXVI.

Marcellinus natione Romanus ex patre Projecto martyrio coronatur. *Damaſ. in Marcellini.*

CAPUT XXVII.

Marcellus natione Romanus ex patre Benedicto, &c. Hic coarctatus, & tentus eſt, eo quod eccleſiam ordinaret, & comprehenſus a Maxentio, ut negaret ſe eſſe Epiſcopum, & ſacrificiis ſe humiliaret dæmoniorum. Qui ſemper contemnens, & deridens dicta, & præcepta Maxentii, damnatus eſt in catabulum. Qui dum multis diebus ſerviret in catabulo, orationibus & jejuniis Domino deſervire non ceſſabat. Menſe autem nono venerunt clerici ejus omnes, & eruerunt eum nocte de catabulo. Matrona vero quædam, nomine Lucina, vidua ſuſcepit beatum virum, quæ & domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi die, noctuque hymnis, & orationibus Domino Jeſu Chriſto confitebantur. His auditis a Maxentio, miſit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & juſſit in eadem eccleſia iterum planeas externi, ut ibidem animalia catabuli congregata ſtarent, & ipſis B. Marcellus deſerviret. Qui tandem in ſervitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus eſt, cujus corpus collegit B. Lucina, & ſepelivit in cœmeterio Priſcillæ via Salaria XVII. Kal. Febr. *Damaſ. in Marcell.*

CAPUT XXVIII.

Conſtantinus Auguſtus (*junior*) fecit concilium cum hæreticis, ſimul etiam cum Urſacio, & Valente, & ejecit Felicem de Epiſcopatu, qui erat Catholicus, revocavit Liberium. Ab eodem die fuit perſecutio maxima in clero, ita ut intra eccleſiam presbyteri, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Qui Felix depoſitus de Epiſcopatu habitavit in prædiolo ſuo via Portuenſi, ubi & requievit in pace IV. Kal. Auguſt. *Damaſ. in Liber.*

CAPUT XXIX.

Felix (*junior*) natione Romanus ex patre Anaſtaſio, &c. Hic declaravit Conſtantium filium Conſtantini hæreticum, & ſecundo rebaptizatum, & pro hoc declaratu ab eodem Conſtantio martyrio coronatur, & capite truncatur. Qui etiã paſſus eſt in civitate Corona * cum multis cleri- * *Cortona*, al.
cis, & fidelibus occulte juxta muros urbis ad lacus Trajani III. Id. Novemb. *Damaſ. in Felicis II.*

CAPUT XXX.

Joannes natione Tuſcus ex patre Conſtantio, &c. revertens Papa Joannes venerabilis, & Senatores cum gloria, dum omnia obtinuiſſent a Juſtino Auguſto. Rex Theodoricus hæreticus cum grandi dolo, & odio ſuſcepit eos, quos etiam gladio voluit occidere, ſed metuebat indignationem Juſtini Auguſti. Tamen in cuſtodia omnes afflictos maceravit *, ita ut beatiſſimus Joannes Epi- * *cruciavit.*
ſcopus primæ Sedis in cuſtodia afflictus, deficiens moreretur Ravennæ XII. * Kal. Junii. *Ex* * *XV.*
Pontificali Joannis.

CAPUT XXXI.

Auguſta miſit epiſtolam Romam ad Sylverium Papam, rogans, & obſecrans, ne pigriteris ad nos venire, aut certe revoca Anthimum in locum ſuum (*ſedem CP.*) ſed beatiſſimus Sylverius fiduciam habens in Domino, & B. Petro reſcripſit, dicens: „ Domina Auguſta, ego rem iſtam numquam ero facturus, ut revocem hominẽ hæreticum in ſua nequitia damnatum “. Tunc indignata Auguſta miſit juſſiones ſuas ad Beliſſarium Patricium per Vigilium diaconem, ita continentes: „ Vide aliquas occaſiones in Sylverium Papam, & depone illum de Epiſcopatu, aut feſtinus certe tranſmitte eum ad nos, &c. “ Tunc fecit Beliſſarius Patricius B. Sylverium Papam venire ad ſe in palatium Pincis *, & ad * *Pincii.*
primum, & ſecundum velum retinuit omnem clerum, &c. eum ſuſcepit Vigilius Archidiaconus in ſua quaſi fide, & miſit eum in exilium ad Pontianas *, & ſuſtentavit cum pane tribulationis, & * *Pontias*, al.
aqua anguſtiæ. Qui deficiens mortuus eſt, confeſſor factus. Qui etiam ſepultus eſt in eodem loco

XII.

XII. Kal. Jun. * ibique occurrit multitudo male habentium, & ſalvantur. *Ex Pontificali Sylverii.*

CAPUT XXXII.

* *Jul.* al. Martinus de civitate Tudertina provinciæ Tuſciæ, &c. in ſynodo condemnavit Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos, quia novitates contra immaculatam fidem præſumpſerunt innectere, &c. Imperator direxit in Italiam Olympium cubicularium ad regendam Italiam, præcipiens ei tenere Martinum, &c. Qui Olympius armans ſe cum exercitu, voluit ſchiſma ſanctæ eccleſiæ intromittere, & non illum permiſit omnipotens Deus, quæ nitebatur, perficere, &c. In eccleſia S. Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ ad Præſepe, dum ei communionem porrigeret ſanctiſſimus Papa, voluit interimere eum, ut demandaverat ſuo Spatario. Sed Deus omnipotens ipſe excæcavit Spatarium, ne ſanguis ejus effunderetur, & catholica Dei eccleſia hæreſi ſubjugaretur, &c. Deinde directus eſt ab Imperatore Theodorus Exarchus, cui cognomentum Caliopa, cum Theodoro imperiali cubiculario, qui & Pellurius * dicebatur, cum juſſione, & tollentes ſanctiſſimum Martinum Papam de eccleſia Salvatoris, quæ & Conſtantiniana appellatur, perduxerunt Conſtantinopolim, & nec ſic eis acquievit. Deinde directus eſt ſanctiſſimus vir in exilium, in locum, qui dicitur, Cerſona *, & ibidem, ut Deo placuit, vitam finivit in pace Chriſti confeſſor. Qui & multa mirabilia operatur uſque in hodiernum diem, &c. *Ex Pontif.*

* *Paleillarius*

* *Cherſona.*

TITULUS XI.

DE BASILICIS MARTYRUM, ET ALIORUM SANCTORUM.

Vide Part. I. Libro I. tit. ult. & Part. II. lib. I. tit. XXII. & ſeqq. quibus adde:

CAPUT I.

DE eccleſia ſanctæ martyris Euphemiæ. *Chalced. act. 1. in princ. & act. 2. & aliis actionibus.*

CAPUT II.

Diſt. 70. c. 1. Neminem. In eccleſia, vel martyrio, vel monaſterio ordinatio publicetur. *Chalced. c. 6. Capitul. lib. 1. c. 25. Burch. lib. 2. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 20. panorm. & part. 6. cap. 26. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 93.*

CAPUT III.

18. *q.* 2. *c.* 10. Quidam §. 1. & 2. Clerici martyriorum ſub poteſtate Epiſcopi ſint, contra auſi, canonum pœnis mulctentur, laici, vel monachi excommunicentur. *Chalced. c. 8. Ivo part. 6. cap. 358. & 359. decr. Anſelm. lib. 5. c. 84. in addit.*

CAPUT IV.

21. *q.* 2. Si quis. *cap.* 3. Qui mutatur ab una in aliam eccleſiam, nihil percipiat ex bonis prioris eccleſiæ, vel martyriorum, ptochiorum, & xenodochiorum ei ſubjectorum. *Chalced. c. 10. Aquiſgr. cap. 50. Caſ. lib. 8. c. 14.*

CAPUT V.

Corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam Sanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum baſilicæ. Nam ſi firmiſſimum hoc privilegium uſque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitū murorum cujuslibet defuncti corpus ſit humatum, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere. *Brach. I. c. 36. Burch. lib. 3. c. 157. Ivo part. 3. c. 220. decr.*

CAPUT VI.

Nullus Epiſcopus baſilicam, quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis ſub tributaria conditione eſt condita, audeat conſecrare. *Brachar. II. cap. 6.* *De conſ. d. 1. Si quis. c. 9.*

CAPUT VII.

Adveniente natalis Domini die, convenientes in unum vicinæ eccleſiæ, per triduum, cum pſalmis per ſanctorum baſilicas ambulantes celebrent litanias. *Brach. II. c. 9.*

CAPUT VIII.

Dum in baſilica beatiſſimæ, & ſanctæ martyris Leocadiæ omnium cœtus adeſſet, Rex (*Siſenandus*) pro ſe interveniendum Domino poſtulavit. *Toletan. IV. in prolog. canonum.*

CAPUT IX.

Multi fidelium in honorem Chriſti, & martyrum in parochiis Epiſcoporum baſilicas conſtruunt, oblationes ſanctas tribuunt, &c. *Tolet. IV. c. 32. Burch. lib. 3. c. 203. Ivo part. 3. c. 255. decret.*

CAPUT X.

Apud urbem Toletanam in baſilica ſanctæ Leocadiæ martyris conſedimus, &c. *Tolet. V. in prol.*

CAPUT XI.

In prætorio Toletano, in eccleſia ſanctæ Leocadiæ martyris, ſtatuimus ſubterinſerta capitulo. *Tolet. VI. in prol.*

CAPUT XII.

Stephanus Emeritenſis ſedis dixit: violentia principali ſe impulſum, ut in monaſterio Villulæ in qua venerabile corpus ſanctiſſimi Pimenii * confeſſoris debito quieſcit honore, novam Epiſcopalis honoris ordinationem feciſſe, &c. In ſuburbio Toletano in eccleſia Prætorienſi ſanctorum Petri, & Pauli Epiſcopum ordinavit, &c. *Tolet. XII. c. 4. Burch. lib. 1. c. 32. Ivo part. 5. c. 144. decr.* * *pimenii.*

CAPUT XIII.

In eccleſia ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli unuſquiſque noſtrum debitis fuit locatus in ſedibus, &c. *Tolet. XIII. in prol.*

TITULUS XII.

NEMO HÆRETICORUM MARTYRES VENERETUR.

CAPUT I.

UT non liceat in hæreticorum cœmeteria, & martyria, ut appellantur, abire orationis & ſanitatis petendæ cauſſa, ſed ſi fideles ſint excommunicentur ad tempus, quoad pœnitentes, & confeſſi ſuſcipiantur. *Laod. c. 9.*

CAPUT II.

Non oportet Chriſtianum relinquere martyres Chriſti, & abire ad pſeudomartyres hæreticorum, vel quos ipſi finxerunt, nam alieni ſunt a Deo, & anathema ſint, qui ad eos accedunt. *Laodic. cap. 34.*

TITULUS XIII.
COMMUNIA DE MARTYRIBUS, ET DE ALIIS SANCTORUM.

CAPUT I.

EPiſcopus prius hoſtiarius, lector, exorciſta ſit, deinde acolythus annis v. ſubdiaconus annis v. cuſtos martyrum annis v. diaconus annis v. presbyter annis tribus, &c. *Synod. Roman. CCLXVIII. Epiſcopor. ſub Sylveſtro in epilog.*

CAPUT II.

Cum adſint multa a ſacris corporibus Apoſtolorum martyrumque velamina, a peccatorum (*Rom. Pontificum*) corpore ſumitur, quod pro magna reverentia reſervatur, &c. *Greg. in ſyn. Rom. c. 4. lib. 4. ep. 44. vel c. 88. regiſtri.*

CAPUT III.

Diſt. 30. Si quis. c. 9. Si quis ſuperbia uſus contemnat ſynaxes (*conventus L.*) martyrum, & quæ in eis fiunt miniſteria *, & memorias eorum, anathema ſit. *Gangr. cap. 20.*

* *ſacrificia.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 1. De hymnis. c. 53. A nonnullis humano ſtudio hymni in laudem Dei, atque Apoſtolorum, & martyrum triumphos compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius, atque Ambroſius ediderunt, quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, quod de ſcripturis ſanctorum canonum, vel Apoſtolica traditione non exiſtunt, &c. Excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint auſi. *Tolet. IV. c. 12.*

CAPUT V.

Hymnum trium puerorum, &c. quidam ſacerdotes in miſſa dominicorum dierum, & in ſolemnitatibus martyrum canere negligunt. Proinde ſanctum concilium inſtituit, ut in omnium miſſarum ſolemnitate idem in publico decantetur, communionem amiſſuri omittentes. *Toletan. IV. cap. 1.*

CAPUT VI.

Quicumque Regem nece attrectaverit, &c. anathema ſit in conſpectu Dei patris, & Angelorum, &c. anathema in conſpectu Chriſti, & Apoſtolorum ejus ſit, &c. anathema ſit in conſpectu Spiritus ſancti, & martyrum Chriſti, &c. *Tolet. IV. c. 74.*

CAPUT VII.

Teſtamur coram Deo, & omni ordine Angelorum, coram prophetarum, atque Apoſtolorum vel omni martyrum choro, coram omni eccleſia catholica, & Chriſtianorum cœtu, ut nemo intendat in interitum Regis, &c. *Tolet. VI. c. 18. Burch. lib. 15. c. 26. Ivo part. 16. c. 27. decr.*

TITULUS XIV.
DE CRUCE, ET DE VENERATIONE, QUÆ IPSI DEBETUR.

CAPUT I.

DEfinimus cum omni diligentia, & cura venerandas & ſanctas imagines ad modum, & formam venerandæ, & vivificantis crucis e coloribus, teſſellis, aut alia quavis materia commode paratas dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, &c. Illiſque ſalutationem, & honorariam adorationem exhibent, non ſecundum fidem noſtram, veram latriam, quæ ſolum divinæ naturæ competit, ſed quemadmodum typo venerandæ, & vivificantis crucis, & ſanctis evangeliis, &c. reverenter accedimus, &c. Qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, &c. aut quidquam de conſacratis in eccleſia abiicere, evangelii inquam depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, &c. ſi fuerint Epiſcopi, aut clerici, deponuntur ſi monachi, aut laici communione privantur. *VIII. ſynod. Nicæn. II. act. 7. in definit. Hadrian. de imaginibus cap. 67. & 68.*

CAPUT II.

Beatus Hieronymus presbyter Hieroſolymitanus in quodam ſermone ſcripta reliquit. Etenim ſicut permiſit Deus omnibus gentibus adorare quæ manufacta ſunt, Judæis quidem cruſtas illas, quas fabricavit Moyſes præterea duo Cherubim aurea, ita nobis Chriſtianis crucem largitus eſt, & bonorum operum imagines pingere, & venerari, &c. *Hadrian. ad Conſtantin. & Irenem VII. ſynod. act. 2. quæ epiſtola approbata fuit ad finem.*

CAPUT III.

Cum crucem vivificam ſalutamus, convenienter canimus: *Crucem tuam adoramus Domine, lanceam, quæ vivificant latus ſanctitatis tuæ aperuit, adoramus.* Quæ ſane adoratio nihil aliud eſt, quam ſalutatio, ſive amplexum malis dicere, quod indicat hoc, quod labiis quoque noſtris propriis ea contingimus, &c. *Taraſ. & VII. ſyn. in epiſt. ad Imperator. in fine ejuſdem ſynod.*

CAPUT IV.

Dignum eſt, ut ſecundum congruentiam rationis, & antiquiſſimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipſa refertur, etiam derivative icones honorentur, & adorentur æque, ut ſanctorum ſacer liber Evangeliorum, atque typus pretioſæ crucis, &c. *Synod. VIII. CP. ſub Hadr. II. c. 3.*

CAPUT V.

Patriarchæ Dominicæ crucis vexillum ante ſe faciant ubique deferri, niſi in urbe Romana, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 5.* *De privil. c. 13. Gr. IX. c. 8. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT VI.

Particulam Dominicæ crucis cum eulogiis dilectionis veſtræ venerantes accepi. *Leo epiſt. 70. ad Juvenalem Hieroſ. Epiſcop.*

CAPUT VII.

Petrus ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt, Dominico, in feſtivitate paſchali, imaginem Genitricis Dei, & venerandam crucem in ſynagoga Judæorum poſuit, &c. His hortamur affatibus, ut ſublata exinde cum ea, qua dignum eſt, veneratione, imagine, atque cruce, debeatis, quod violenter ablatum eſt, reformare. *Gregor. lib. 7. Indict. 2. epiſt. 5. ad Januar. Caral. in regiſt.*

CAPUT VIII.

Direximus unam crucem, & clavem pro benedictione a ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorū principis, ut per ipſum a maligno ſis defenſus, per cujus lignum * munitum te eſſe credis, & ex eo te protegat, qui juvenilia tibi ſuggerit recordari.

* *ſignum.*

dari. *Greg. lib. 7. Indict. 2. epiſt. 53. regiſt. ad Secundin. incluſ.*

CAPUT IX.

Bellum erat cum impiis, in quo licet non aperte, inſignem tamen belli ſocium habuiſti Deum noſtrum Chriſtum, cujus quidem labarum inſigne geſtaſti, ipſam dico vivificantem crucem, magnum illud poſt mortem illius trophæum, in quo mundi fines quadripartito deſcripſit, partes etiam ejus litteris indicavit. *Greg. II. epiſt. ad Germanum Epiſc. CP. apud VII. ſynod. act. 4. poſt princ.*

CAPUT X.

Ipſam virgam (*Joſeph*) videlicet ſceptrum, fideliter, atque pulchre in typo crucis explanavit, B. Auguſtinus in Pſalmo LXXIII. inter cetera dicens: „ Immo jam in nomine Chriſti evenire gau„ deamus, jam tenentes ſceptrum ſubduntur li- *Pſalm. 71.* „ gno crucis, jam fit, quod prædictum eſt: *adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient illi.* Jam in frontibus Regum pretioſius eſt ſignum crucis, quam gemma diadematis". *Hadr. in lib. de imaginib. c. 24.*

CAPUT XI.

Sancti Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi, ex *cap. 7.* libro de incarnatione inter cetera: „ Nunquid, „ cum & divinitatem ejus adoramus, & carnem, *2. Cor. 13.* „ Chriſtum dividimus? Numquid cum in eo imaginem Dei, crucemque veneramur, dividimus eum? Apoſtolus certe, qui de eo dixit: Quoniam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, vivit tamen ex virtute Dei, ipſe dixit: Quia non di- *1. Cor. 1.* viſus eſt Chriſtus" &c. Item ex epiſtola ſancti Gregorii Papæ Leontio exconſuli miſſa, inter cetera: „ Oleum quippe ſanctæ Crucis, & aloes lignum ſuſcepimus, unum, quod tactum benedicat, aliud, quod per incenſum bene redoleat", *Hadrian. de imaginib. cap. 91. Greg. lib. 7. epiſt. 34. regiſtr.*

CAPUT XII.

Sciſcitamini, ſi liceat crucem Domini cum reliquiis mundo, ſive immundo hanc habenti oſculari, vel portare. Quod ei, qui mundus eſt, omnino licet, nam in oſculo, quid niſi amor, quo quiſque circa ea flagrat, innuitur. In deportatione vero ejus, quid niſi mortificatio carnis, vel *Luc. 14. f.* compaſſio proximorum exprimitur? Siquidem hanc, & Dominus bajulare præcepit, ſed in mente, verum, & cum corpore geſtatur, ut & mente geſtari debeat, facilius admonetur, &c. Igitur crucem Domini, paſſionem ejus venerantes, oſculamini, & pro ejus amore, ſi neceſſitas exigit, eadem cogitatione armamini, portate eam, ſed cum ſumma reverentia, & corpore, & corde mundiſſimo, ita ut a mente veſtra numquam decidat, id eſt, ut per abſtinentiam carnem ſemper afficiatis & per compaſſionem neceſſitatem proximorum veſtram putetis, &c. Præmiſſa digna reverentia, ſi munditia mentis, & corporis committatur, etiam quadrageſimali tempore, de quo ſpeciali conſultatione percunctati eſtis, crucem Domini & portare, & ſuperiori regula cuſtodita, licet, cum libuerit, oſculari, ſed, & tunc maxime, atque ibi, quando, & ubi antiqui hoſtis, vel pugnæ, vel inſidiæ præcipuæ formidantur. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 7. & 8.*

CAPUT XIII.

Quando prælio inire ſoliti eratis, indicatis vos hactenus in ligno militari caudam equi portaſſe, & ſciſcitamini, quid nunc vice illius portare debeatis. Quid aliud utique niſi ſignum ſanctæ crucis. Ipſum eſt enim, quo Moyſes mare diviſit, & *Exod. 4.* Amalech interfecit, quo Gedeon Madianitas ſu- *Exod. 17. Judic. 7.* peravit, & Chriſtus Dominus noſter diabolum, *Heb. 2.* qui habebat mortis imperium, non ſolum ſuperavit, ſed & proſtravit. Ipſum eſt ſignum, quod portamus in frontibus noſtris, ipſo a cunctis defendimur hoſtibus, & ab omnibus munimur incurſionibus, hoc eſt ſignum fidei, & ingens horror diaboli, quo Chriſtiani Principes in neceſſitatibus ſuis ſemper utuntur, & Reges veram religionem ſectantes ſæpe celebres, Chriſto propitio, triumphos de hoſtibus operantur. Sed ut manifeſtius ſciatis, quid pro illa equina cauda in ſignum debeatis militare convenientius, cum in apparatum belli proceditis, portare, pauca de Conſtantini actibus memoranda ducimus, &c. Ille quippe cum adverſus Maxentium urbis Romæ tyrannum exercitum duceret, &c. vidit per ſoporem ad Orientis partem in cælo ſignum crucis igneo fulgore rutilare, cumque tanto viſu fuiſſet exterritus, aſtare ſibi vidit angelos dicentes: „ Conſtan„ tine in hoc vince". Tum vero lætus redditus, & de victoria jam ſecurus, ſignum deſignat, hoc in militaria vexilla transformat, ac labarum, quem dicunt, in ſpeciem Dominicæ crucis exaptat, & ita armis, & vexillis religionis inſtructus, adverſus impiorum arma proficiſcitur, & ſine cruore Romani populi, ut ipſe Deum precabatur, Maxentio in flumen demerſo, de tyranno magnifice triumphavit. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 33.*

CAPUT XIV.

Conſulitis, ſi licet ſuper menſam, in qua ſacerdos, aut diaconus deeſt, vexillum ſanctæ crucis imprimere, & comedere? quod procul dubio licet, nam omnibus datum eſt, ut & omnia noſtra hoc ſigno debeamus ab inſidiis munire diaboli, & ab ejus omnibus impugnationibus in Chriſti nomine triumphare, &c. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 53.*

CAPUT XV.

Ipſa crucis imago, antequam ſuſcipiat ejus formare figuram, lignum omnibus commune eſt. Suſcipiens autem omnimodo venerandam ſimilitudinem, ſacra eſt, & dæmonibus terribilis, propter quod in ea figuratus * eſt Chriſtus. *Nicol. in* ** fixus, l.* *epiſt. ad Michael. Imp. incipit*, Principatum, *ante fin. relata. VIII. ſynod. ſub Hadrian. II. act. 4.*

CAPUT XVI.

Salutiferæ crucis ſignum omni cura, & honore venerandum eſt, per quod ſalvati ſumus ab antiquo peccato. Unde adorationem ei tribuentes, quæ in ſolo ac pavimento crucis ſigna fiunt, aboleri jubemus, ne trophæum victoriæ noſtræ pedibus conculcetur. Qui in ſolo poni curant crucem, excommunicentur. *Trull. c. 73.*

CA-

CAPUT XVII.

Venerabilis crux lapidata eſt ab his, qui cum ipſo *Severo hæretico*) nidificant. *Epiphanius Epiſcop. Tyrin. epiſt. ad ſynod. CP. poſt med. V. ſynod. act. 1.*

CAPUT XVIII.

Ego quatenus duo ligna crucis colligata ſunt, typum quidem adoro propter Chriſtum, qui in eo crucifixus eſt, cum vero fuerint diſſoluta a ſe, abiicio ea, & exuro quoque. Et quemadmodum qui mandatum Imperatoris ſuſcepit, illius ſigillum oſculando, non ipſam ceram, aut characterem, aut plumbum veneratur, verum Imperatori ipſi adorationem, & cultum exhibuit, ita quoque chriſtianorum filii typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, ſed ſigillum, & annulum, & characterem, Chriſtum ipſum aſpicientes, per hoc eum, qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus, & adoramus. Et quemadmodum genuini filii peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affectu, quidquid illius in domo viderint, ſive baculum, ſive ſedem, ſive chlamydem, hæc inquam omnia cum lacrymis attrectantes amplexantur, non illa honorantes, ſed patrem deſiderantes, & venerantes, ſic & nos fideles omnes crucem Chriſti tanquam virgam adoramus, ut ſedem vero, & cubile illius ter ſanctum ſepulchrum, &c. Hanc etiam propter Chriſtum, Chriſtique paſſiones, paſſim in eccleſiis, in domibus, & foro, in picturis, in ſindonibus, in promptuariis, veſtibus, omnibus denique in locis hanc (*crucis*) figuram ponimus, quo continuo contemplantibus nobis hæc in mentem veniant, &c. Quotidie per orbem terrarum omnes homines plane impios, exleges idololatras, ſcortatores, & latrones confeſtim per Chriſtum, & crucem illius compunctas in agnitionem melioren venire, mundoque renuntiantes omnem virtutem colere videtis, &c. Chriſtianorum populus quaſcumque crucis, & imaginum ejus figuras amplectuntur, non ipſis lignis, aut lapidibus, vel auro, aut corruptibili imagini, aut capſulæ, aut reliquiis cultum præſtant, verum per hæc Deo omnium factori gloriam, venerationem, & cultum exhibent. Siquidem qui in ſanctos impenditur honor, in ipſum recurrit, &c. Alioquin & multa Deus per crucem auditu mira fecit &c. Is qui tanta miracula per ligna fecit Deus, nunquid per ſanctæ crucis pretioſum lignum miranda efficere poteſt, &c. Cum igitur Chriſtianos cruce adoraſſe conſpexeris, ſcito, quia crucifixo Chriſto honos impenditur, tantum abeſt, ut lignum colat, &c. Rurſus nos crucem non ita affamur, neque etiam ſanctorum imagines, Dii noſtri eſtis, &c. *Leont. Epiſcop. Neapoleos Cypri IX. ex lib. 5. apologiæ contra Judæos. VII. ſynod. action. 4. ante med.*

CAPUT XIX.

Alios nemine impediente templum recepit, me ſolam autem miſeram non admiſit, &c. Stabam autem in angulo quodã aulæ ipſius templi, atque ita adhuc vix a populi tumultu me defendere potui. Cumque luctum adſpicerem, intuita ſum vivificum illud lignum, ſtatimque ratio ſalutaris oculos mentis meæ tetigit, cum indicaretur mihi cœnolitatem, & impuritatem operum meorum in cauſa eſſe, quam ob rem a templo ſecluderet. Cœpi ob id flere, & lamentari, &c. ecce in ſuperiore loci, in quo ſtabam, parte imaginem ſanctiſſimæ Deiparæ ſtantem conſpexi, loquor autem ad eam, &c. Jube, ut mihi contingat in templum ingreſſus, fac, ne priver adſpectu ligni, in quo juxta carnem adfixus fuit, quem tu genuiſti, proprium ſuum ſanguinem in redemptionem mei effundens. Jube, ut & mihi quoque fores pateant, ut & divinam illam crucem adorem, do enim fidejuſſorem tibi Deum, qui ex te ortus eſt, me non amplius corpus hoc meum turpi commiſtione conſpurcaturum? Verum ut tantummodo crucem filii tui inſpiciam, confeſtim mundo, omnibuſque rebus mundi vale dico, & renuncio, &c. dein procedens, ingreſſaque ſancta ſanctorum, ſancta crux vivifica me, ut eam adſpicerem, dignata eſt, divinaque illic myſteria inſpexi, &c. *Ex Vita S. Mariæ Ægyptiacæ in VII. ſynod. act. 4.*

CAPUT XX.

Quid dicere oportet, cum videamus reges noſtros, & Imperatores ex propria erga Deum affectione pro ſua ſtatua ſalutiferam crucem, gloriationem ſæculi erexiſſe. *German. Epiſc. CP. ad Thomam Epiſcopum Claudiopoleos. VII. ſynod. action. 4.*

CAPUT XXI.

Joannes Abbas Anachoreta ibat Hieroſolymã adorandæ crucis gratia, &c. *Ex Dionyſ. presbit. eccleſiæ Aſcalon. VII. ſyn. act. 5. ad finem.*

CAPUT XXII.

Euphemia peccante, apparet a capite ſignum illud, quod conſuetudo eſt Chriſtianis adorare, & depingere. Symbolum autem arbitror paſſionis, quam illa ſuſcepit, &c. *Aſterius Amaſiæ Epiſcopus de S. Euphemia martyre relat. in VII. ſynod. act. 6. tom. 5. in med.*

CAPUT XXIII.

Multa, quæ inter nos ſacrata ſunt, ſacram precationem non accipiunt, cum a ſe ipſo, & a nomine ſuo plena ſint ſanctificatione, & gratia: quapropter & veneranda, & ſancta honoramus, & amplectimur. Ipſe itaque typus ſalutiferæ crucis ſive ſacrata precatione, ſive dedicatione apud nos honorabilis exiſtit. Satisfacit enim nobis figura, quæ tum ſanctificationem accipit, a nobis fuerit adorata. Nam ſive in fronte eam tamquam ſigillum imprimimus, ſive per vacuum aerem crucis ſignum facimus ſperamus, confidimus dæmones crucem poſſe fugare. Eodem modo per imaginem, & per nominis ſignificantiam, quam ad primum exemplar referimus, fieri poſſe credendum eſt. Quin etiam ſalutantes eam, & honorifice adorantes, ſperamus nos ſanctificationem conſecuturos, &c. *Epiphan. contra Greg. & alios VII. ſyn. act. 6. tom. 4. poſt princ.*

CAPUT XXIV.

Glorioſus Maximus, cujus laus in omnibus eccleſiis, quando cum quibuſdam de eccleſiaſticis negotiis agebat, divinam figuram venerabilis crucis, item ſacrum evangelium, & venerandam imaginem juſſit in medium adduci, voluitque ut

in

in confirmationem actorum, oſcularentur ab omnibus, &c. *Epiphan. VII. ſyn. act. 7. in fin.*

CAPUT XXV.

Facta precatione unuſquiſque ſancta evangelia, venerandamque crucē, & imaginem Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, nec non dominæ noſtræ Deiparæ ſalutarunt, ponentes manus ſuas ſuper ea in confirmationem eorum, quæ locuti erant, &c. Taraſius dixit: „ Animadvertamus „ fratres, quo pacto dixerunt hoc verbum, ἠσπάσαντο, id eſt, ſalutarunt, quod & nos facere debemus, nam latria ad unum Deum refertur ". *Taraſ. CP. VII. ſyn. act. 4. ante med.*

TITULUS XV.

DE UTILITATE, QUÆ PERCIPITUR USU IMAGINUM.

CAPUT I.

SAlutamus etiam ſanctas Dominicas, Apoſtolicas, & Propheticas, item Sanctorum, præcipue autem dominæ noſtræ Deiparæ imagines, quæ nobis veluti exemplaria ſunt, & inſtructiones bonorum operum imitationis, & fidei erga Chriſtum, omnem idololatriam execrantes, &c. *VII. ſyn. act. 4. in fin.*

CAPUT II.

Sacram imaginem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & omnium Liberatoris, & Salvatoris æquo honore, cum libro ſanctorum Evangeliorum, adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem, & ſapientes & idiotæ cuncti, ex eo, quod in promptu eſt, perfruuntur utilitate. Quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura, quæ in coloribus eſt, prædicat, & commendat: & dignum eſt, ut ſecundum congruentiam rationis, & antiquiſſimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipſa refertur, etiam derivative icones honorentur, & adorentur, æque ut ſanctorū ſacer evangeliorū liber, atque typus pretioſæ crucis. Si quis ergo non adorat icona Salvatoris Chriſti, non videat formā ejus, quando venerit in gloria paterna glorificari, & glorificare ſanctos ſuos, ſed alienus ſit a communione ipſius, & claritate*. Similiter autē & imaginē intemeratæ matris ejus, & Dei genitricis Mariæ, inſuper & iconas ſanctorum Angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina ſcriptura, ſed & laudabiliſſimorum Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, & ſanctorum virorum, ſimul, & omnium ſanctorum, & honoramus, & adoramus & qui ſic ſe non habent, anathema ſint a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto. *Syn. VIII. gen. CP. ſub Hadrian. II. c. 3.*

* al. *charitate.*

CAPUT III.

Bonum profecto, & valde proficuum eſt, venerabiles iconas pingere. *CP. VIII. c. 7.*

CAPUT IV.

Idcirco pictura in eccleſiis adhibetur, ut hi qui litteras neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas, & illas ſervare, & ab earum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & litterarum neſcii haberent unde ſcientiam hiſtoriæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret. *Greg. lib. 7. ep. 109. regiſtr. ad Seren. Maſſilienſ.*

CAPUT V.

De conſ. d. 3. c. 27.

Perlatum ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum imagines, ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidē quod eas adorari vetuiſſes omnino laudavimus, fregiſſe vero reprehendimus. Dic frater a quo factū ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti? ſi non aliud, vel illud te debuit revocare, ne deſpectis aliis fratribus, ſolum te ſanctum eſſe crederes, & ſapientem. Aliud eſt picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa etiam ignorantes vident, quod ſequi debeant: in ipſa legunt, qui litteras neſciunt. Unde & præcipue gentibus pro lectione pictura eſt. Frangi vero non debuit, quod non ad adorandum in eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum, & quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit, &c. convocandi ſunt diſperſi eccleſiæ filii, eiſque ſcripturæ ſacræ eſt teſtimoniis oſtendendum, quia omne manufactum adorari non licet, quoniam ſcriptum eſt, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* *Luc. 4.* Ac deinde ſubjungendum eſt, quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, ut neſcientes litteras ipſam hiſtoriam intendentes, quid actum ſit, diſcerent, quia tranſiſſe in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi præciperes. Atque eis dicendum: ſi ad hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitus factæ ſunt, habere vulris in eccleſia, eas modis omnibus, & fieri, & haberi permitto. Atque indica, quod non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur, diſplicuit, ſed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita, &c. & ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines modis omnibus devita. Sed hoc ſollicite fraternitas tua admoneat, ut ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiat, & in adoratione ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur. *Gregor. ad Seren. Maſſilienſ. Epiſc. lib. 9. epiſt. 9. regiſtr. apud Hadrian. de imaginibus c. 61. 81. 96. & ult. Burch. lib. 3. cap. 36. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 29. panorm. & part. 3. cap. 41. decr. Anſ. lib. 13. cap. 45. Tarrac. lib. 4. c. 66.*

CAPUT VI.

Ipſa ſancta ſexta ſynodus fideliter per canones orthodoxe ſtatuens ita conſtituit dicens: „ In quibuſdam venerabilium imaginum picturis agnus „ digito præcurſoris monſtratur deſignatus*, „ qui in ſignum relictus eſt gratiæ, & poſt pauca „ ſecundum humanam figuram, & in imaginibus „ a nunc pro vetet, agno retitulari decernimus „ &c. " *Hadrian. ad Carol. c. 35. Trull. 83.*

* *Monſtratur deſignatur*, al.

CAPUT VII.

Divus pater Gregorius Apoſtolorum ſucceſſor prædicavit, ob id dipingi in templis evangelicas

hi-

hiſtorias, ut homines illiterati, & qui ſacros libros legere nequeunt, quorum ſane maxima pars eſt conſpectis illis, redderent Deo gloriam, & reducerent in mentē, quæ in carne converſatio Domini noſtri Jeſu Chriſti fuiſſet, ut taceam alios Imperatores, &c. qui omnes juxta antiquam traditionem, venerandas imagines & receperunt, & tenent, & in memoriam, & compunctionem cordis conſervant, & venerantur, &c. Nam qui imaginem aſpicit, inquit, Gregorius Epiſcopus Nyſſæ, quæ ex arte per diverſos colores in tabula eſt expreſſa, non ex pictura, & colorum tinctura ſimilitudinem accipit, ſed ad contemplationem primi exemplaris animum reducit, &c. *Hadrian. ep. ad Conſtantinum VI. & Irenem, poſt princ. & poſt med. apud VII. ſyn. act. 2.*

CAPUT VIII.

Prædicta incorporea agmina (*angelorum*) diverſis coloribus effigurantur, & compoſitionibus varios per colores, quatenus tacite noſmetipſos per ſacratiſſimas effigies ad ſimplices, & incorporales pia mente tranſeamus. Etenim impoſſibile eſt, noſtra mente ad incorpoream illam pertingere cæleſtis militiæ imitationem, viſionemque, niſi per elementorum poterimus viſibilem ad inviſibilem, pulcherrimamque attingere effigiem, &c. *Ex Dionyſ. de cæleſt. hierarch. c. 1. Hadr. de imaginibus c. 36.*

CAPUT IX.

Picturas non in aliū uſum admittimus, niſi ut perfectius omnium conſpectui, oculiſque exhibeantur, quemadmodum agnus, qui peccata mundi ſuſtulit, juxta humanam effigiem configuratus a nobis erigitur, ut ex hac ejus humiliatione altitudinem verbi Dei conſiderantes ad memoriā diſpenſationis in carne ejus omnia trahantur. *Tharal. in ep. ad Epiſc. orient. in med. ex VI. ſynod. apud VII. ſyn. act. 3.*

CAPUT X.

De Polemonis imagine, quæ ſcortum a turpitudine deterruit. *Greg. Theol. carmine in ſermone de virtute. VII. ſyn. act. 4. poſt princ. vide Hadr. de imaginibus c. 69.*

CAPUT XI.

Meleti exercitationē ſignificat. Paſſim in triviis, in foro, in agris in compitis nominis proprietate (*Meletius*) ſatisfacere incumbebat, &c. quod autem in nomine faciebat, hoc & in illius imagine effectum eſt: ſi quidem in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, & ubique ſanctam illam imaginem multi pinxerunt, ut non tantum ſanctam illam appellationem audirent, ſed & ubique corporis formam inſpicientes, duplicem haberent peregrinationis conſolationem. *Joannes Chryſoſtom. in enconico in Meletium. VII. ſyn. act. 4. in princ.*

CAPUT XII.

Vidi ſæpius inſcriptionis imaginem, & ſine lachrymis tranſire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret hiſtoriam, procumbit enim ante aram Iſaac genibus innixus circumductas ferens in tergo manus. Ille vero (*Abraham*) a tergo pueri innixus pedum curvamini, ſiniſtra comam pueri apprehendit ad ſe trahens: declinat autem faciem ad puerum, miſerabiliter intuens, dextram autem gladio obarmatam geſtat, quam etiam ad cædem dirigit, jamque gladii acies ipſum corpus propemodum attingit: cum illum divina vox a facto deterret. *Gregor. Niſſen. in orat. de Deitate Filii & Spiritus ſancti.* Joannes venerabilis monachus dixit: „Si tanto doctori hiſtoria „ inſpecta peperit utilitatem, & lachrymas, „ quanto magis rudibus & idiotis utilitatem, & „ commoditatem afferet". Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Catanes dixit: „ Si beatus Grego„ rius vigilantiſſimus ad divina oracula, inſpecta Abrahæ hiſtoria flevit, quanto magis œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, a nobis inſpecta, ad lachrymas, & utilitatem contemplantes nos adhortabitur, &c. *in VII. ſyn. action. 4. poſt princ. vide Cyrill. Alexand. in epiſt. ad Acacium Epiſc. Scythopoleos in eadem act.*

CAPUT XIII.

Multa de pictura martyrii Euphemiæ virginis Aſterius Epiſcopus Amaſeæ in Ecphraſi, de eadem. Aſterius ſacram tabulam vocat (*picturam martyrii Euphemiæ*) Gregorius Theologus imaginem venerandam, Chryſoſtomus ſanctam. *Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ Cypr. VII. ſynod. action. 4. poſt princ.* Major eſt imago, quam ſermo, atque hoc providentia Dei contingit propter idiotas homines. *Joann. presb. ibid.* *Rom. 15.*

CAPUT XIV.

Quæcumque præſcripta ſunt, in noſtram doctrinam ſunt præſcripta. Ipſæ igitur ſacræ imagines, & picturæ tum Moſaicis operibus, tum colorum materia delineatæ, in noſtram doctrinam, zelum, & typum eriguntur, & pictæ ſunt, ut & nos illis conformes, idem certamen apud Deum exhibeamus, quo & nos eo ſtatu, & parte conſtituat, quo illi fuerunt, & cohæredes regni ſui cœleſtis faciat. *Theodoſius Amorii Epiſcop. VII. ſynod. action. 4. poſt princip.*

CAPUT XV.

Adiit ſimul cum eo eccleſias precum fundendarum gratia, cum vero iſthic ſanctorum martyrum hiſtorias depictas conſpicaretur interrogavit; ecquid iſta ſibi vellent? Audiens autem ab eo, quænam eſſent a ſanctis miracula deſignata, quotque intolerabiles cruciatus a tyrannis pertuliſſent, miratus eſt plurimum etiam ad ſtuporem uſque: poſtquam autem aliquandiu apud religioſum illum virum hæſiſſet, ſubiit illi in mentem, quo Hieroſolymam peteret, atque illic ſacri baptiſmatis rore lavaretur. *Ex Anaſtaſii Perſæ martyris vita apud VII. ſynod. act. 4. poſt princ.*

CAPUT XVI.

Non oportere in baſilicis martyrum venationes pingere, aut piſcationes, ſed in ſacro loco ab Oriente ſanctiſſimi templi unicam, & ſolam effigiari crucem. Per ſolam enim ſalutiferam crucem genus humanum liberatum eſt. Per hanc deſperabundis undique ſpes annuntiatur. Verum novi, & veteris teſtamenti hiſtoriis hinc inde parietes templi replere doctiſſimi pictoris opera velim, quo ſcilicet ii, qui litteras non norunt, neque ſacram Scripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, quinam germane vero illi Deo per fortia facta ſervierunt, atque

in

in certamen excitentur glorioſorum, & laudatorum facinorum, per quæ cum cælo terram commutarunt, venerantes ſcilicet per contemplationē ea, quæ non viderunt. In communi vero domo, in qua multa fuerint habitacula, ſufficiat ſingulis veneranda crucis imago. *Nilus ad Olympiadorum Proconſulem VII. ſynod. act. 4. ante med.*

CAPUT XVII.

Quæ de imaginibus nobis cognita ſunt dicemus. Illud prius ſubiicientes, oportere, nos omnem rerum vanam novitatem obſervare, & maxime cum in fide, in Chriſti populo diſcordiæ, tumultus, & ſcandali argumentum ſuboritur. Deinde in eccleſiis conſuetudinem longi temporis tenendam, &c. Apud chriſtianos ſanctorum virorum imagines, qui uſque ad ſanguinem peccato *Hebr. 12. a* obſtiterunt, ut cum Apoſtolo loquar, quique verbo veritatis miniſtraverunt, dico autem Apoſtolos, & Prophetas, qui pia vita in bonorum operum exercitio fuerunt, quique vere Dei ſervi reperti ſunt, nihil aliud ſunt, quam fortitudinis eorum delineatio, ſanctæque diſpenſationis, & virtutis figuratio, ad glorificandum Deum, cui in præſenti hac vita ſervierunt, admonitio, & inſtructio. Sermo enim, qui bonorum virorum actiones recenſet, juvat audientes, & ad imitationem ſæpius adhortatur. Hoc etiam per frequentem imaginum inſpectionem fieri, veriſimile eſt. Nam quæ hiſtorica narratio per auditum docet, ea tacens pictura per imitationem oſtendit. Magnus enim Baſilius inquit, ex utroque ad fortitudinem incitari. Brevis, & ut ita dicam, per ſumma facta narratio, & factorum in imagine per picturam expreſſorum imitatrix demonſtratio nobis contemplantibus utilis eſt. Nam & per idola falſorum illorum Deorum geſta impura demonſtrantur. Nam & qui ſæpe audiverunt, ejuſcemodi de ſanctis viris narrari, ſi iterum in imagine iſta repræſentari viderint, in memoriam ea, quæ audierunt, & legerunt, reducunt. Qui etiam ignorantes ejuſcemodi, cum objecta fuerit eorum oculis talis contemplatio, cauſſam inquirendi, & perveſtigandi acquirunt. Præterea ab his vehementius in amorem, & laudem Dei concitamur, ita ut per hæc utraque illi, qui egregia ſanctorum *Matt. 5.* facta vident, aut audiunt, Patrem noſtrum, qui eſt in cœlis, glorificare juxta evangelii vocem co- *Num. 15.* gantur. Legiſlatio autem Moſaica populum jubet filamenta hyacinthina ad veſtium fimbrias aſſuere, ut memores ſint juſſorum, & ea cuſtodiant. Multo ſane magis per ſimilitudinariā vim apparentem in pictura ſanctorum virorum egreſſum glorioſæ Cataſtrophes rite videre licet, horumque *Hebr. 13.* fidem juxta Apoſtolicam doctrinam imitari. Domini autem juxta carnem formæ characterem figurari, in redargutionem hæreticorum, qui eum in phantaſtico, & non vero corpore veniſſe delirantes dicunt, quid obeſt? &c. Non enim colorum, & lignorum miſtura adoratur, ſed inviſibilis Deus, qui in ſinu Patris exiſtit, &c. Ita etiam ſanctitatis Chriſti, & ſupergloriosæ Matris imagines a populo Chriſtiano inſpiciuntur, & conſiderantur, & honore afficiuntur. Quare a longis temporibus ſanctiſſimis eccleſiis eas ſuſcipere viſum fuit, neque quidquam adhuc accidit, ut prohiberentur. Quin etiam poſt omnium perſecutionum turbulentias, & poſt fidei confirmatæ ubique libertatem, omnibus ſynodis univerſalibus uſque ad noſtram generationem celebratis, cum multi quoque canones de imaginibus ederentur, numquam tamen quidquam de earum abrogatione, ſtatutum eſt, quod certe, ſi illicitæ fuiſſent, fieri debebat. Multa autem de idolis, & idolorum ſtatuis, & execrationibus earum in ſcriptura dicta ſunt, &c. Neque hanc conſuetudinem non paucæ, aut ignobiles urbes, verum omnium regionum nobiliſſimæ, & principales eccleſiæ ſervant. Quod autem res pervetuſta ſit, hiſtoricas ſcripturarum narrationes in imagine effigiare, adſtruit beati Gregorii Nyſſeni Epiſcopi ſermo in Abraham, inſcriptione præ ſe ferens, in quo de oblatione Iſaac in tabula expreſſa recenſet. Quod ſi autem illorum res ita expreſſæ ſunt, quanto magis miracula Dominicæ diſpenſationis, & paſſionis talem demonſtrationem habere debent. Sic etiam athleticæ ſanctorum martyrum fortitudines, quæ ad zelum, & bonam imitationem aſpicientes inducunt, exprimi debent, in quibus habetur etiam generoſi, & admirandi martyris Anaſtaſii veri pugilatus certamen, &c. Non enim illa ſcripta idolorum damnatione, vituperationeque verus, & germanus Trinitatis adorator populus Chriſti ſe notari putabit, quod ſanctorum virorum imagines in recordationem virtutis eorum habeat, &c. Illud vero neceſſarium eſt, ut dicatur, nequaquam Chriſtianos ſuorum juxta carnem aut cognatorum, aut amicorum, aut familiarum figuram pingentes, illam aut colere, aut honore aliquo dignam dicere, immo ne Imperatorum quidam juſſibus obedientes poteſtati talia tribuunt, in quibus ſane culpabiles inveniuntur, qui dicentes ſe ſapientes, infatuati ſunt, &c. Nam ſi quiſ- *Rom. 8.* piam cum ſcientia, ſanctorum alicujus imaginem aſpexerit, recte Deum laudans dicet: *Gloria tibi Deus*, nomenque Sancti apponet, ut per hunc modum id, quod in deprecatione a nobis dicitur, impleatur, ut per viſibilia, & inviſibilia ter ſanctum nomen Chriſti glorificetur. Verum neque ſanctorum virorum aliquem, Deum appellari ſuſtinuerimus, proprie enim, & vere ejuſcemodi appellatio Deo convenit, & iis, qui faciunt, quod Deo placeat, Deus id nomen tradidit, ut in pſalmorum ſacro codice ſcriptum eſt. Neque rurſus *Pſalm. 81.* ut ſufficientem exiſtimantes cognitionis Dei aſſertionem ejuſcemodi imagines habentes, deſpicimus in eccleſiis Dei populi congregationes, &c. Nec quempiam offendat, quod ante ſanctorum imagines lumina, & ſuave olentia thymiamata accenduntur. Symbolice enim iſta fieri in honorem illorum opinandum eſt, quorum cum Chriſto requies, quorum honor ad ipſum recurrit, hoc ipſum teſtante ſapiente Baſilio, quod erga conſervos bonos honor, erga ipſum Dominum commune benevolentiæ ſignum exhibet. Senſibilia enim lumina ſymbolum ſunt immaterialis illius, & a Deo dati luminis; aromatum autem incenſio ſincerum, & totum ſancti Spiritus afflatū, & repletionem ſignificat, &c. Ante omnia vero providen-

dum eſt, ne a ſententia permuteris, ne ex hoc inimici noſtri, & hoſtes crucis Chriſti ſupercilium elevent contra fidem noſtram, dicantque. Huc uſque Chriſtiani erraruut, niſi enim inſtitutum ſuum idololatriam cognoviſſent, non ſane nunc manu facta abiiceret, &c. Quid autem dicere oportet, cum videamus Reges noſtros, & Imperatores ex propria erga Deum affectione, pro ſua ſtatua ſalutiferam crucem gloriationem ſæculi erexiſſe? *Germanus Epiſcopus CP. ad Thomam Epiſcopum Claudiop. l. os VII. ſynod. in act. 4.*

CAPUT XVIII.

Offendor in hoc, quod coram imaginibus procidit is. Scriptura autem ubique prædicat, ne faciamus nobis ſculptile, aut aliquam ſimilitudinem, Chriſtianus dixit: Deo, ut talis eſt, ſcriptura jubet, non eſſe faciendam ſimilitudinem, neque aliquam imaginem adorandam eſſe, ut Deum. Imagines enim, quas vides, ad memoriam Jeſu Chriſti ſalutaris nobis incarnationis pinguntur, perſonam illius humanitatis exprimentes. Sanctorum autem imagines eodem modo uniuſcujuſque prælia, certamina, & pugnas, item contentiones contra diabolum, & mundum, victoriaſque ſignificant, &c. Chriſtiani zelo, & fide flagrantes ſanctorum imagines inſpiciunt, recordantes in typos quanta fuerit eorum erga Deum pietas. Quinimmo adorantes, ſanctorum Deum invocant dicentes: „ Benedictus Deus hujus, vel illius ſancti, omniumque ſanctorum, qui dediſti illis patientiam, & tolerantiam, quippe eos dignatus es tuo regno, fac nos cum illis participes & interceſſionibus eorum ſerva nos “. Salvatoris autem imagines contemplantes, & adorantes ſpiritualibus oculis, & luminibus mentis omnium Deo gratias agimus, qui formam ſervi accipiens, hominem, mundumque liberavit, nobiſque ſine ullo peccato exiſtens ſimilis factus eſt. Non igitur ligneæ imagini, aut picturæ cultum exhibemus, adoramuſque, ſed omnium Dominum Chriſtum glorificamus, &c. *Ex libro diſputationum Judæi, & Chriſtiani VII. ſynodus act. 5. poſt princ.* (*forte Leontii.*)

CAPUT XIX.

De conſecr. d. 3. c. 28. Venerandas imagines Chriſtiani neq. Deos appellant, neque ut Deo cultum exhibent, neque ſalutis ſpem in illis conſtituunt, neque ab his judicium aliquando futurum expectant. Quod ſi autem in recordationē, & memoriam, item quod ſingulari quadam affectione in ipſa prototypa ferebantur, ſalutaverint, & honorifice adoraverint imagines, non tamen ob id illis latriam exhibuerunt, aut divinam venerationem adſcripſerunt, &c. Ut illi, qui audiunt auribus, gloriam Deo acclamant, ita qui oculis vident, eundem glorificant, quia in recordationem converſationis illius inter homines, hoc modo pervenimus. Nam ſi narratio ſcripta nobis res declarat, quid ni & pictura idem demonſtret? *Epiphan. contra Greg. & alios VII. ſyn. act. 6. tom. 2. poſt princ.*

CAPUT XX.

Omnes artes illiberales, quæ a ſcopo mandatorum Dei declinant, interdictæ ſunt; quæ vero ſecus agunt, ſed in uſum vitæ aliquem proficiunt & non ſunt indecoræ, ita a ſanctis patribus noſtris non ſunt damnatæ nec excluſæ. Picturæ autem arte, ſi in aſpectum turpitudinis quiſpiam uſus fuerit, execrabilis eſt, & damnoſa, &c. Si autem honeſtorum virorum vitas, & hiſtorias certaminum martyrum, eorumdemque paſſiones, item magni Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti diſpenſationis myſterium pictura repræſentare voluerimus, tunc quidem pictorum arte utentes valde recte feciſſe dicemur, nam & pictor crucem depingit, nec tamen aliquis, cui ſanum cerebrum eſt, ob eam cauſſam pictorem averſatur, neque a Divina gratia illum excludit, quod coloribus eam ornaverit. Rurſus, & de libris ſimiliter judicandum eſt, nam ſi quiſpiam turpes hiſtorias, aut geſta referat, turpis quoque eſt abiiciendus, & Chriſtianis auribus indignus cenſebitur; ſi vero divinitus inſpirata verba ſcribat, commemorandus eſt, &c. idem de imagine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctorumque ejus exiſtimandum, &c. *Epiph. contra Gregor. & alios tom. 2. ante fin. in VII. ſyn. act. 6.*

CAPUT XXI.

Veri adoratores, qui in ſpiritu, & veritate Deum colunt, non ceſſabunt imaginum picturas, quas in hiſtoriam, & recordationem tantum habent, erigere, & has venerantes, amplectentesque juxta Deo gratam ſententiam, & decretum, ſuum thoracem veritatis induent, &c. Etenim, & B. Baſilius in encomio quadraginta martyrum ſic ait: „ Age dum in medium eos adducentes, „ communem ab illis utilitatem præſentibus conſtituamus, &c. Nam quæ ſermo hiſtoricus per „ auditum exhibet, hæc pictura tacens per imitationem oſtendit “. *Epiphan. contra Greg. & alios apud VII. ſynod. act. 6. tom. 4. poſt princ.*

CAPUT XXII.

Imaginum pictarum jugis contemplatio continuo memoriam exercet, ne iterum recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore *Gen. 39. b.* meretricio detentum rapere cupit, caſti Joſeph imaginem proponit, qui adulterium execratus, & temperantia illud vicit *, atque hoc ipſum factum in imagine repræſentatum amatores hujus *[* illam vincens, al.]* virtutis multum confirmat. Rurſus alibi beatam *Dan. 13. c.* Suſannam continentia exornatam exhibet, extenſis manibus auxilium ex alto invocantem, Danielemque præſidentem judicem eruentem eam e manibus impiorum ſacerdotum. Ipſa autem pictura ad recordationem temperantis, & continentis vitæ facit. Rapere vult aliquem luxurioſum, molibuſque veſtimentis indutum, & non erogantem in pauperes, quæ poſſet ab illis pretioſis veſtibus ſumere, & a ſua delicata vita. Joannem huic pilis camelorum indutum, edentem ſilveſtre mel, & digito Chriſtum, qui ſuffert peccata mundi, indicantem exhibet. His adjungit Baſilium magnū & cum eo ſolitariorum, jejunantiumque, corporibus in terram ſtratis, multitudinem, &c. ſemper per eam Dei recordari poſſumus. Nam eſt cum lectio in ſacratis templis non pronuntietur, imaginum autem apparatus, & mane, & meridie, & veſpere in his fixus, actorum veritatem narrat

& an-

& annuntiat, &c. *Epiph. tom. 6. in fin. act. 6. de utilitate imaginum in VII. ſyn.*

CAPUT XXIII.

In Nicæna ſynodo Tharaſio CP. & Vicariis Papæ veteris Romæ, & aliis Orientis ſacerdotibus intervenientibus judicatum eſt, quod juxta antiquam conſtitutionem ſanctorum patrum noſtrorum imaginum picturam ad inſtructionem, & memoriam mentis noſtræ, & participationem ſanctificationis eccleſia recipit. Quidquid enim ſanctum Evangelium per lectionem nobis demonſtrat, hoc idem imagines per inſpectionem. Quidquid idem libri de paſſionibus martyrũ narrant, hoc ipſum etiam imagines ſignant, has enim recipimus tamquam effigurationem prototyporũ, nihilominus credentes in unum Deum in Trinitate laudatum, eidemque ſoli latriam exhibentes poſcimus interceſſionem intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Deiparæ, ſanctorum item Angelorum, omniumque divorum patrum noſtrorum. *Tharaſ. ante VII. ſynod. in epiſt. ad Joannem presb. in princ.*

TITULUS XVI.

DE MIRACULIS, ET USU IMAGINUM.

CAPUT I.

IMagines operantur multa miracula. *Gregor. II. in ſynod. Rom. apud Hadrian. de imaginibus cap. 70.*

CAPUT II.

In Cæſarea Paleſtinæ regionis mirifica a S. viro (*Anaſtaſio*) deſignata recenſemus. Cum ſanctæ civitati reliquiæ ſacræ appropinquaſſent, omnibus res ea fuit declarata, & ſignificata. Itaque lætitia magna profuſi omnes, ſurgentes ſubito, lignaque ſacra pulſantes, invicem obviam facti ſunt, in veneranda Virginis Deiparæ æde, quæ appellatur *Nova*. Illinc cum cruce, & ſupplicatione egreſſi, læti, & gaudentes cum gratiarum actione ſacris reliquiis occurrerunt, &c. Accedentibus illis, & ſalutantibus ſepulchrum martyris, illicque ſacris reliquiis munus in memoriam ſancti offerentibus, mulier quædam, (*Arete*) &c. *Ego*, inquit, *reliquias e Perſide venientes numquam venerabor*, &c. Cum ſacræ reliquiæ in urbem allatæ fuiſſent, communi ſententia cives martyri oratorium prope *Tetrapylum*, locus eſt is in medio civitatis, conſtituere decreverunt, quin etiam illius imaginem illic conſtituerunt. Jam cum eſſet extructum oratorium, ſanctus martyr in habitu monachi per ſomnum coram miſera aſtitit, illique ait, *e lumbis ægrotas?* ipſa autem reſpondens: *Non*, inquit, *Domine*, *neque enim quidquam mali ſentio.* Poſtquam hoc dixiſſet, expergefacta ſubito dolores in ſe ruere ſenſit, cœpitque clamare, & gemere, &c. Jam docta ſum meo cum periculo, reliquias ex Perſide adorandas venerandaſque, & quæ Deus ſacravit, non eſſe communia appellanda. Impoſitam itaque eam ferculo, (*filii*) bajularunt. Cum autem appropinquaſſet ipſi loco ipſa eminus conſpicata ſancti imaginem, cum lachrymis cœpit exclamare: *Hic eſt, qui in ſomnis a me viſus, inſtruxit me de malis, quæ me habent*, deinde ſe ipſa in ſolum proſternens, ſanctumque orationibus flebilibus martyrem placans, ſana firmaque ſurrexit. *Ex miraculi ſancti Anaſtaſii martyris.*

Petrus, & Petrus vicarii Hadriani Pap. veteris Romæ dixerunt: „ Ipſa illa imago in præſentem „ diem Romæ eſt in monaſterio cum pretioſo „ capite “. Joannes Epiſcopus Tauromeniæ dixit: „ Recte dixerunt venerabiles vicarii. Nam „ & in Sicilia muliercula, cum dæmonio vexaretur, Romam profecta ad imaginem ſanctiſ„ ſimam ſupradictam ſanata eſt “. *VII. ſynod. action. IV.*

CAPUT III.

Cum Chriſtianus in domo conducta imaginem Chriſti ex adverſo lectuli fixiſſet, erat hæc ſane veneranda, quod integram Chriſti Domini proportionem exprimeret, &c. Judæus domo conducta cum alios invitaſſet, illam viderunt, & convocatis aliis, multis malis afficere tentarunt, & dum ſingula paſſionis perſequuntur, cum lancea latus imaginis aperuiſſent, exivit ſanguis & aqua, &c. ex eo ſanguine, & aqua hydria repleta in ſynagoga unctus paralyticus, & cæci ſanantur, & multitudo magna ægrotantium, atque hi omnes Judæi converſi ſunt, &c. Sanctam Iconam Domini Salvatoris Metropolitano demonſtrarunt, is a Chriſtiano didicit, unde imaginem habuiſſet. Qui dixit, Nicodemum eam feciſſe, & Gamalieli Pauli magiſtro reliquiſſe, eum vero Jacobo, Jacobum Simoni, & Zachæo, & ſic Hieroſolymis conſervatam. Sed ante excidium XLIII. anno poſt aſcenſionem Domini, biennio ante adventum Titi & Veſpaſiani, eam imaginem Chriſtiani cum reliquis tranſtulerunt, eaque in Syria permanſit. Is vero eam a parentibus accepit, & pro hærede poſſidebat, &c. Epiſcopus ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones miſit ſingulas de ſanguine, & aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris noſtri decurrerunt, quas etiam per Aſiam, Africam, Europam per ſuos nuncios dirigens cuncta, quæ evenerant, univerſis declaravit, efflagitans, ut nona die Novembr. qui apud Hebræos nonus eſt menſis, non minori reverentia, quam Natalis Domini, vel Paſchalis iſta dies præcipua obſervatione colatur, &c. Hic eſt ſanguis ille Dominicus, qui apud pleroſque repertus eſſe dicitur, nec poteſt ex carne, & ſanguine Chriſti aliquid in mundo reperiri, niſi illud quod in ara altaris per manus ſacerdotum quotidie ſpiritualiter efficitur, &c. *Athanaſius in ſermone de imagine Chriſti. Berytenſ. lecto in VII. ſyn. act. 4.*

CAPUT IV.

Tharaſius Patriarcha dixit: „ Sed quiſpiam di„ xerit, quamobrem miracula a noſtris imagini„ bus non eduntur? “ Cui ſane ita ſit cum Apoſtolo reſponſum: *Miracula non credentibus data ſunt, ſed illis, qui in incredulitate verſantur*, &c. Matt. 12. *Generatio enim improba, & adulterina ſignum quærit*, &c. 1. Cor. 14. *Tharaſ. VII. ſyn. act. 4.*

CAPUT V.

Vir Galata ſenex in monte Sina degens, cum filium ei barbari abſtuliſſent, Dominum noſtrum Chriſtum per interceſſionem Platonis patrii mar-

tyris ad commiſerationem ſollicitabat. Idem quoque filius in vinculis per ejuſdem martyris patrocinium tentabat, ut ſic miſertus Dominus miraculum aliquod exhiberet. Utrorumque autem preces cum eſſent exauditæ, patris videlicet in ſpem mortis latentis, filiique, in captivitate detenti. Ecce confeſtim martyr noſter Plato ipſe eques, equumque alium trahens filio vigilanti, cognoſcentique ex pictura ſæpe viſa effigiem martyris apparuit, juſſitque ut ex media turba exurgens equum aſcenderet. Vix dixerat hæc, cum vincula aranearum telis fragiliora viſa ſunt, ipſeque ſolus per divinum nutum admonitus, liberatuſque equum aſcendens, gaudens, confidenſque divinum martyrem ſuum ſecutus eſt. Compendio autem, & admodum velociter uterque tum ſanctus ipſe, tum adoleſcens monachus, veluti alati, ſenis mentionem perveniunt, aſſequunturque jacentis adhuc in terra, & filii cladem deflentis. Sanum autem patri ex animo dolenti præclarus victor, martyrque filium dilectum poſtquam obtuliſſet, nuſquam amplius viſus eſt, ut non dubitandum ſit, quin omnibus in locis Deum per ipſos martyres invocantibus, mirifica, & admiranda præclari illi athletæ per Dominum Chriſtum dare poſſint, &c. *Nilus in epiſtola ad Heliodorum Silentiarium. VII. ſynod. act. 4. poſt princ.*

CAPUT VI.

Cum aliquando ab aulicis quibuſdam injuria eſſem affectus, venit ad me diaconus meus, vir pius, & timens Deum, retulitque in ſomnis ſibi viſum Metropolitanum noſtrum, pollicentem negotiis meis expectatum finem, & ſucceſſum. Ibi mihi inquirenti, qua effigie viſus ſibi eſſet Patriarcha, reſpondit: Facie rubicunda, & capite cano. Inquam ego, non eſſe eam Patriarchæ ſimilitudinem, ſed Divi Nicolai imaginem, quemadmodum fertur. Reſpondit tum is mihi, me recte dixiſſe, ſic enim circumfertur illius imago paſſim expreſſa, quemadmodum mihi in ſomnis adſtitit. Mox itaque confiſus ſermonibus, in ſacram, & Regiam urbem profectus, res, quæ ad Epiſcopatum meum pertinebant, ex animi ſententia compoſui. *Theodor. Myrorum Epiſc. VII. ſynod. act. 2. poſt princ.*

CAPUT VII.

A ſanctorum martyrum reliquiis, & imagini-
Geneſ. 50. bus ſæpe dæmones fugantur, &c. Quot inumbrationes, quot ſcaturigines, ſæpe etiam ſanguinis fluores ex imaginibus & reliquiis martyrum exti-
4. Reg. 53. terunt, &c. Quod ſi eſt impium oſſa venerari, quamobrem oſſa Joſeph cum omni honore ex Ægypto vecta ſunt? Quomodo homo mortuus oſſa Heliſæi attingens reſurrexit. Jam ſi per oſſa mirifica Deus facit, clarum eſt, quod & per imagines, lapides, pluraque alia idem poſſit. *Leont. Epiſc. Neapoleos Cypri ex lib. 5. apolog. contra Judæ. VII. ſynod. act. 4. in med.*

CAPUT VIII.

Imaginem maximam, & mirificam vidimus, repræſentantem in medio quidem picturam Domini noſtri Jeſu Chriſti, Chriſti autem matrem & dominam noſtram Deiparam ſemper Virginem Mariam a ſiniſtris, a dextris vero Baptiſtam, &c. præterea Apoſtolorum, & Prophetarum choros aliquot, & Martyrum cœtus, qui ante imaginem collocati genibus flexis, & capitibus in ſolum inclinatis, ante Dominum procidebant, &c. Tertio ad eandem imaginem venientes, prædictis verbis modiſque uſi ſunt horamque longam obſecrarunt, & declinati, hoc ſolum, quod jubes Domine, clamabant: Chriſtus vero commiſeratus annuit, &c. De terra itaque ſurgentes martyres, primo quidem gratias agebant Deo noſtro, qui eorum preces exaudiviſſet, deinde gaudentes, & exultantes: Ecce, ajunt ad me, gratiam Deus tibi dedit, ingredere itaque Alexandriam, & in magno templo jejunus dormi, parumque olei ex lampade, quæ ſupra Salvatoris imaginem accenſa dependet, in ampulla ſumpto, rurſus jejunus ea, quæ hic ſunt, auferes, & hoc pedes ungens, donum ſanitatis conſequeris, &c. Ipſe vero ſurgens poſt ſomnum, lampadis oleum ſumpſit, & ad Sanctorum ſanum veniens manus & pedes inunxit, & confeſtim a morbo liberatus, valetudinem bonam recuperavit. *Sophron. Epiſcop. Hieroſolymit. in encomio in ſanctos Cyrum & Joann.*

CAPUT IX.

Thomas presbyter, & monachus, Vicarius Orientis dixit: Hæc ipſa imago Alexandriæ in templo dicto Tetrapylo etiam hodie exiſtit, omneſque morbos curat. *VII. ſynod. act. 4. in medio.*

CAPUT X.

Incluſo dixit dæmon: imaginem iſtam, ſi nolis me tecum luctari, cave amplius adores. Habuit autem imago figuram dominæ noſtræ Deiparæ Virginis Mariæ geſtantem Jeſum Chriſtum, &c. Theodorus dixit, non egredieris, quin adores Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum cum matre ſua in imagine, &c. *Sophron. Hieroſolymitanus Epiſcopus in Limonario, ubi multorum ſanctorum vitas ſcripſit in med. Synod. VII. actionq. 5. ante fin. act. 4. poſt med.*

CAPUT XI.

Vir quiſpiam admodum manſuetus fiſtula in junctura coxæ laborabat, &c. Multis conſulentibus, ut Coſmæ & Damiani famulorum Dei templum ſacratum adiret, ſtatuit ſecum conſiliis amicorum, res enim nulli conſilii neceſſitas, acquieſcendum. Videt igitur per ſomnium viros Dei ſibi aſtantes, dicentes, adeſdum ad nos, & ſanaberis, &c. egreſſus ædem, ſacram videt in porticus limine a dextro latere imaginem Servatoris noſtri poſitam, appicta autem erat, & ſancta Deipara domina noſtra, beatique viri Coſmas, & Damianus, & quidam ex magnatibus, qui tabulam ſuſpenderat, Leontius nomine. Obſecrationibus igitur rurſum factis, amareque illacrymans multis horis rogat ſanctos, ut voti fiat compos; digreſſus autem ad cubiculum domus ſuæ videt noctu ſanctos viros Dei ad ſe venientes, in medio autem Virginem matrem dicentem ad illos, en hic eſt, ſuppetias illi quamprimum ferte. *Ex libro miraculorum ſanctorum Coſmæ, & Damiani. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XII.

Conſtantinus quidam etiam peregre profectus imaginem ſanctorum Coſmæ, & Damiani ferre ſo-

Digitized by Google

ſolebat, &c. is uxorem duxit, quæ cum paulo poſt ex maxilla dolere cœpiſſet, fatla eſt, ſe eos dolores amplius ferre non poſſe. Is vero illi reſpondens, ait, ſiquidem in noſtra civitate viveremus, poſſem ego cerea ſanctorum meorum Coſmæ, & Damiani imagine omnes dolores tuos ſedare, & auferre, &c. Rogavit illa ut in ſancta beatorum æde, poſtquam reverſi fuiſſent, preces fundere ſibi liceret, &c. Videt in ſomnis tremendos hos, & magnos medicos, & famulos Chriſti Coſmam, & Damianum ea, qua pinguntur, figura, lecto ſuo aſſiſtentes, &c. Maritus recordatus, quod in manicis ſub axilla figuram ſanctorum ferret, manicam excuſſit, uxorique imaginem oſtendit. Hæc autem cum vidiſſet, adoravit, & cognovit vere omnia, quæ cum ſanctis, & ſecum eſſent acta. *VII. ſynod. act. 4. poſt med. ex cod. lib. miraculorum ſanctorum Coſmæ, & Damiani.*

CAPUT XIII.

Manzon Epiſcopus Praconorum dixit: Poſtquam ego e regia urbe profectus in civitatem meam perveniſſem, ſubito morbo adeo correptus fui, ut amicorum juſſu teſtamentum condere cogerer, ſed juſſi, ut inferrent ad me ſanctam Servatoris noſtri Chriſti imaginem, quam cum vidiſſem, dixiſſemque, Domine, qui das ſanctis gratiam, reſpice me, impoſuiſſemque loco dolenti, morbus ab ea repulſus eſt, & ſanitatem recuperavi. Theodorus Epiſcopus Seleuciæ dixit, & nobis hoc præceptum eſt, factum enim eſt non longe a nobis. *VII. ſynod. act. 4. poſt med. poſt dict. lib. lectionem.*

CAPUT XIV.

Fidelis quædam mulier ſanctos Dei Coſmam & Damianum precibus ſollicitabat, nec ſatisfuit, quod in ſingulos dies eorum templa frequentabat quin etiam omnibus ædium ſuarum parietibus imagines eorum appinxit &c. Cum graviter torminibus cruciaretur, ad locum repere cœpit, in cujus parietibus ſanctorum effigies depinxerat, fide uſa pro Scipione. Chriſma autem accipiens, in aquam effudit, illamque bibit, & confeſtim ſanitati ſanctorum interceſſione, reſtituta eſt, &c. *Ex libro paſſionis ſanctorum Coſmæ, & Damiani. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XV.

Ajunt Simeonem Romæ tam fuiſſe fama nobilem, ut in omnibus etiam officinarum veſtibulis exiguas ejus imagines collocarint, cuſtodiam quandam, & ſecuritatem rebus ſuis illinc promittentes. *Theodoritus Epiſcopus Cyri in vita Simeonis. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XVI.

Illa imago Simeonis plura miracula fecit. *Ex vita Simeonis in mirando monte cap. 118. VII. ſynod. ibid.*

CAPUT XVII.

Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri retulit, vidiſſe hominem, qui oculum ſibi effodit eodem ſtimulo, quo oculum pictæ Virginis Deiparæ effodit. Alius quod clavum in fronte imaginis B. Petri infixit, dolore capitis torquebatur, donec clavum abſtulit, admonitus ab Epiſcopo Citii, qui id teſtatus eſt in ſynodo. Agarenus quoque oculum amiſit, quod oculum effodit imagini. *VII. Synod. act. 4.*

CAPUT XVIII.

Stabam in angulo quodam aulæ ipſius templi, atque ita adhuc vix a populi tumultu me defendere potui, cumque ſurſum aſpicerem, intuita ſum vivificum illud lignum, ſtatimque ratio ſalutaris oculos mentis meæ tetigit, &c. imaginem ſanctiſſimæ Deiparæ ſtantem conſpexi. Loquor autem ad eam, non conniventibus oculis, eandem inſpiciens, &c. Jube, ut & mihi quoque fores pateant, ut & divinam illam crucem adorem, &c. procul audivi vocem clamantem: Si quidem Jordanem tranſieris, requiem invenies bonam, &c. *Ex vita ſanctæ Mariæ Ægyptiac. VII. ſynod. act. 4. poſt. med.*

CAPUT XIX.

Joannes vicarius Orientis dixit: Talem imaginem nos vidimus in ſancta Chriſti Dei noſtri civitate, eamque ſæpius ſalutavimus. *VII. ſynod. ibid.*

CAPUT XX.

Supra illum locum in trabe crucis imago Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſtabat, Theodoro autem ex bubone ejulante, inſtillarunt in illum guttæ roris ex imagine, confeſtim levius a dolore ſe habuit, ſanitatique priſtinæ reſtitutus eſt, &c. meditabundus in oratorium ſancti martyris Chriſtophori, quod prope oppidum erat, concidens in faciem ſe projecit, &c. Cum autem jam a pavimento ſe levaſſet, inque Dei imaginem intentius ſpectaret, dulcedinem ſenſit melle ſuaviorem ori illius inſertam, &c. & ab illa hora facili negotio, & dociliter pſalterium didicit. *Ex vita Theodori Archimandritæ monaſterii Sicæan. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XXI.

Neanias venit in Scythopolim, & omne ſodalitium aurifabrorum, & argentariorum convocans interrogavit eos dicens: Poteſtis ne mihi facere vas aliquod, quod ego tradam vobis? Illi vero communi conſilio ſtatuerunt apud illum unum ex omnibus, quem optimum artificem exiſtimabant, nomen illi Marcus erat, &c. Perſuaſus itaque Marcus in abdito ex auro, & argento nocte crucem fabricavit. Cum autem opus conſummatum erigeretur, tres in eo imagines apparuerunt. Scriptum autem erat Hebraica dialecto in ſuperiore parte *Emmanuel*, & utrinque in ſummitate alarum, *Michael, & Gabriel*. Voluit autem Marcus ſibi timens expungere imagines, verum non potuit, confeſtim enim manus illius ſicca permanſit. Sub gallicinium autem dux, qui dicebatur Neanias ad ædes Marci, quo crucem auferret, properat. Videns autem illam, protinus adoravit. Ait autem ad Marcum. Quæ ſunt hæ perſonæ? quæque hæc inſcriptio? (Reſpondit Marcus) Domine, in qua hora crux a me erigebatur, imagines iſtæ per ſe enatæ ſunt, neque ego cognoſco, quænam, aut cujus ſit inſcriptio. Neanias vero cognoſcens virtutem quandam in his eſſe adorata cruce, Marco artifici copioſam mercedem ſolvit, &c. *Ex martyrio B. Procopii lecto in VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CA-

CAPUT XXII.

Summa rerum in hoc concludi poteſt, quod extra omnem controverſiam eſt, ſanctorum imagines mirifica deſignare miracula, ut & debili- ** aut, l.* bus valetudo bona per eos * concilietur, ſæpeque in ſomnis apparentes optima quæque nobis conſulant. Extra omnem controverſiam eſt, in ** Zozapili* Zoſopoli * Piſidiæ civitate imago Virginis matris intemeratæ, quæ ex picta etiã manu ſua unguentorum ſcaturiginem effudit, cujus ſane mi- *Hab. 11.* raculi plures teſtes ſunt. Hæc omnia ſancti per fi- *Act. 5. & 19.* dem operati ſunt in mundo, ut in Actis Apoſtolicis legimus, cujus rei etiam evidens teſtimoniũ eſt umbra veſtimentorum, & ſudaria ſanitates largientia. Quod igitur non omnis corporis umbra, neque quælibet ſudaria id poſſint, facile videt is, qui, quæ fides fuerit utriuſque erga Deum animadverterit, ut qui ejuſcemodi gratiã per inanimata illa indicaverit. Quamobrem credendum eſt, per imagines quoque talia a Deo deſignari, non per quaslibet tamen picturas aut imaginum ſpecies ejuſmodi fiunt, ſed ſanctorum effigies repræſentantium tantum, aut Jeſu Chriſti, neque enim hujuſmodi curationes ſpontaneas eſſe credendum eſt, ſed tantummodo ex Dei gratia. Dignum autem eſt, ut arbitror, & id recenſere, quod apud Pamphili Euſebium ſcriptum eſt in *Lib. 7. c. 14.* hiſtoria Eccleſiaſtica. In Paneade enim civitate, *Matt. 16. b.* quam & Cæſarem Philippi Evangalium vocat, dicitur fuiſſe domus Hæmorrhoiſſæ, &c. pro foribus autem domus, ajunt, ex ære fuſam imaginem ſtare, quæ Domini noſtri effigiem repræſentat, ex adverſo vero ſtatua ejuſdem materiæ mulieris genibus provolutæ, palmaſque ſuppliciter tendentis, expreſſa eſt, &c. Sub pedibus autem ſtatuæ Dominicæ herba quædam excreſcit peregrina ſpecie, neque ſatis cognoſcibilis, quæ omnium morborum remedia, & curationes exhibet. Quod & ipſe Euſebius ſe vidiſſe tradit. Manifeſtum autem eſt, quod ex inſigni miſericordia ejuſcemodi dona contingunt. Idem in eodem libro ſcripſit ſe Apoſtolorum Petri, & Pauli, item ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti ex coloribus depictas imagines vidiſſe, aſſerit autem ea ſpecie, qua putantur fuiſſe, &c. *Germanus Epiſcopus CP. ad Thomam Epiſcopum Claudiopoleos VII. ſyn. act. 4. ante fin.*

CAPUT XXIII.

Coſroes poſtquam impreſſionem in civitatem (*Edeſſenam*) feciſſet, mille inſidias terendit, &c. Re igitur ad ſummam deſperationem deducta imaginem a Deo factam, quam hominum manus non attigit, portant, Augaro, vel Abagaro autem Chriſtus D. us, quod eam videre deſiderabat, miſit. Hanc igitur ſacram imaginem ad opus a ſe factum afferentes, ignem quidem ſuccenderunt, ligneæque Coſroæ machinæ immiſerunt, confeſtim autem divina voluntate, & potentia fideque inſpicientium res ſucceſſit, & quod antea non poterant, tunc perfecerunt, &c. *Evagr, lib. 4. hiſt. Eccleſiaſt.*

Leo Lector magnæ eccleſiæ CP. dixit: Cum ego deſcendiſſem cum regiis apocryſariis in Syriam Edeſſam petivi, & venerandam imaginem non factam hominum manu adorari, & honorari a populo vidi. *VII. ſyn. act. 5. ante fin.*

CAPUT XXIV.

In ſomnis fœmina quædam devota vidit quendam ad ſe venientem, & dicentem: Age, mitte ut ſimulachrum Abbæ Theodoſii ejus qui in ſcopulo vivit, huc adſeratur, & Deus tibi dabit aquam. Mulier itaque duos homines miſit, qui imaginem afferrent, quæ cum eſſet allata, dimittentes eam in puteum, confeſtim aqua ſcaruriit, ut bona pars putei impleretur. Attulit itaque nobis de iſta aqua, bibimuſque, & Deum noſtrum glorificavimus, &c. Habebat ſenex (*Joannes Abbas*) in ſpelunca imaginem intemeratæ noſtræ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ, habentem in ulnis Chriſtum Deum noſtrum. Cum autem eſſet abiturus in deſertum vaſtum, aut Hieroſolymam adorandæ crucis gratia, & ſancta loca, vel in montem Sinai orandi cauſſa, vel ad martyres longe ab Hieruſalem diſtantes, erat enim ſtudioſus martyrum, nunc enim in Epheſum ad B. Joannem, nunc vero ad Eucharta ad ſanctum Theodorum, vel ad ſanctam Theclam in Seleuciam, vel Araphas ad B. Sergium ibat. Candelam parabat, eamque incendebat pro ſuo more, & cum accinctus ad iter preces funderet, dicebat ad Dominam totus in imaginẽm ejus intentus. Sancta Domina Deipara, quandoquidem reſtat mihi longum iter conficiendum, candelam tuam cura, eamque inextinctam juxta meum propoſitum ſerva: nam ego tuo fretus ſubſidio longum iter ingredior. Hæc autem cum ad imaginem dixiſſet, abiit, deſtinatumque iter poſtquam confecit, redit, nunc quidem intra menſem, nunc intra duos, aut tres, eſt, & quando quinque, aut ſex menſibus abfuit, candelam tamen ſemper accenſam deprehendit, &c. *Ex incerto. VII. ſynod. act. 5. ante fin.*

TITULUS XVII.
DE VENERATIONE IMAGINUM.

CAPUT I.

THaraſius ſanctiſſimus Patriarcha reſpondit, &c. Vim litterarum lectarum (*Hadriani Papæ Romani*) confirmamus, & imaginum picturas ſecundum priſcam patruum noſtrorum traditionem recipimus, & has deſiderio noſtro adoramus & in nomine Chriſti Dei noſtri, & intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ Virginis, ſanctorumque Angelorum, & omnium Sanctorum factas, ſed apertis verbis teſtamur, nos dumtaxat in unum Deum verum latriam, hoc eſt cultum, & fidem noſtram referre, & reponere. Sancta ſynodus dixit: Univerſa ſancta ſynodus ſic credit, & ſic docet. *VII. ſynod. act. 2. in fin.*

CAPUT II.

De imaginum uſu, & veneratione Tharaſius in epiſtola ad Epiſcopus Orientis, & Theodorus Epiſcopus Hieroſolymitanus, quorum ſententiam omnes partes amplectuntur. *VII. ſynod. act. 3.*

CAPUT III.

Sancta ſynodus dixit diviniloquorum patrum doctrinæ nos correxerunt, &c. ab his eruditi venerandas imagines amplectimur, illis adorationem tribuimus, &c. venerandas imagines ſalutamus,

mus, &c. gloriamur in facie matris, nempe in traditione catholicæ eccleſiæ, &c. Venerandas imagines ſalutamus. Qui ſic non credunt, anathema. Qui aliter ſentiunt, longe ab eccleſia abiiciantur &c. Chriſtianorum accuſatoribus, & Iconoclaſtis anathema. Qui ex ſcriptura ſententias contra idola dictas in ſanctas imagines torquent, anathema. Qui ſacras imagines idola vocant, anathema. Qui dicunt Chriſtianos tamquam Deos imagines amplecti anathema. Qui ſcienter communionem habent cum iis, qui ſanctas imagines reiiciunt, aut contemnunt, anathema. Qui dicunt præter Chriſtum, aliquem nos a cultu idolorum liberaſſe, anathema. Qui dicere audent ſanctam catholicam eccleſiam idola umquam admiſiſſe, anathema. *VII. ſynod. act. 5. in fin.*

CAPUT IV.

Sancta ſynodus exclamavit, &c. Venerandas imagines amplexamur. Qui ſecus agunt, anathematizentur. Qui ſic non ſentiunt, ab eccleſia depellantur, &c. Quicumque ſententias ſacræ ſcripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quod imagines Chriſtiani, ut Deos adorent, anathema. Qui ſcientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines ſentiunt, aut eas dehoneſtant, anathema. Qui præter Chriſtum Dominum Deum noſtrum dixerit alium nos a cultu idolorum liberaſſe, anathema. Qui autem eccleſiam catholicam dicere aliquando idola ſuſcepiſſe, anathema, &c. Cunctis hæreticis anathema. Rugienti conciliabulo contra venerandas imagines, anathema. Impia hæreſeon verbula æſtimantibus anathema. Theodoſio pſeudoepiſcopo Epheſi, anathema. Siſinnio Paſtillæ, anathema. Baſilio maledico Tricacabo anathema. Trinitas trium horum dogma ſuſtulit, Anaſtaſ. Conſtantino, & Nicetori, qui ſucceſſive thronum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ aſcenderunt, non aliter, ac novo Ario, Neſtorio, Dioſcoro anathema. Sancta Trinitas horum trium dogma ſuſtulit. Joanni Nicomediæ, & Conſtantino Natoliæ hæreſiarchis anathema. In nihilum redegerunt imaginem Domini, & ſanctorum ejus, Dominus eos in nihilum deduxit. Si quis ex Iconoclaſtarum hæreſi aliquem exiſtentem defenderit, anathema. Si quis Deum ſecundum humanitatem non circumſcriptibilem confeſſus fuerit, anathema. Si quis evangelicas narrationes per picturam repræſentatas non acceptaverit, anathema. Si quis has non ſalutaverit in nomine Domini, & ſanctorum ejus, anathema. Si quis traditionem eccleſiæ, ſive ſcripto ſive conſuetudine valentem non curaverit, anathema. *VII. ſynod. act. 7. in fin.*

CAPUT V.

Audemus anathematizare Arii inſaniam, Macedonii rabiem, &c. Deinde, & qui poſt hos vana, & nova excogitarunt nugamenta contra venerandas imagines, eodem ſuffragio, & convenienter accepto a ſancto Spiritu verbo, & pura fontis illius aqua, ſpongia divinorum dogmatum abſterſimus, & expunximus, inventoreſque nugeræ vaniloquentiæ longe extra eccleſiaſticos muros ejecimus, &c. His ita ſe habentibus in confeſſo, & ſine ulla dubitatione credimus acceptam, & placitam coram Deo eſſe venerandarum imaginum depictionem, &c. Qui vero ita non eſt animatus, ſed circa venerandarum imaginum adorationem laborat, & dubitat, eum anathematizat ſancta, & veneranda noſtra ſynodus, quæ efficacia divini ſpiritus, & eccleſiaſticis patrum traditionibus munita eſt, & cincta. *Syn. VII. in ep. ad Conſtat. & Irenenſ. Imp. poſt act. VII.*

CAPUT VI.

Apoſtolice inſtructi, traditiones, quas accepimus, ſervamus, omnia ſcilicet ſuſcipientes, quæ ſancta catholica eccleſia, & ſcripto, & conſuetudine admiſit. Quorum de numero, cum & venerandarum imaginum eſſent figurationes, de his peculiariter egimus. *Nicæn. II. in epiſt. ad cler. CP. ad med.*

CAPUT VII.

Theodorum Iconomachum, qui nominatur Crithinus anathematizat ſancta hæc, & univerſalis ſynodus, & omnes conſentaneos ejus, tam qui nunc adhuc ſuperſunt, quam qui in eodem ſenſu, & opinione vita exceſſerunt. *Synod. VII. gen. ſub Hadrian. II. act. 8. in fin.*

CAPUT VIII.

Aſcendens Stephanus Deo amiciſſimus diaconus, & notarius anathematizavit ita: Omnibus hæreticis anathema. Concilio, quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema. His, qui ſumunt divinæ ſcripturæ dicta, quæ ſunt adverſus idola contra venerandas imagines, anathema. His, qui vocant ſacras iconas idola, anathema. His, qui dicunt, quia ut ad Deos Chriſtiani ad imagines acceſſerunt, anathema. His, qui coinquinant, & inhonorant venerabiles iconas, anathema. Anaſtaſio, Conſtantino, &c. anathema. *Synod. VIII. gen. act. 8. in fin.*

CAPUT IX.

Sacram imaginem Domini noſtri Jeſu Chriſti æquo honore cum libro ſanctorum evangeliorum adorari decernimus, &c. propter honorem, qui ad principalia ipſa refertur, iconæ honorentur, æque ut ſacer evangeliorum liber, atque typus pretioſæ crucis. Si quis ergo non adorat iconam Salvatoris Chriſti, non videat formam ejus, &c. Sed alienus ſit a communione ipſius, & caritate *. Similiter autem, & imaginem intemeratæ matris ejus, Dei genitricis Mariæ, inſuper, & iconas ſanctorum Angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina ſcriptura. Sed & laudabiliſſimorum Apoſtolorum, prophetarum, martyrum, & ſanctorum virorum, & omnium ſanctorum honoramus, & adoramus, & qui ſic ſe non habent, anathema ſint. *ſynod. VIII. CP. ſub Hadrian. II. cap. 3.*

* *Claritate.*

CAPUT X.

Cupimus ad compeſcendam erroris inſaniam, adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere, forſan reſipiſcent inquieti. In libro enim Exodi ſic legimus: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, loquere filiis Iſrael ut tollant mihi primitias*, &c, hæc ſunt autem quæ accipere debetis, *Exod. 25.*

tis, & cætera per ordinem uſque ad duos Cheru-
3. Reg. 7. bim, qui erant ſuper arcam teſtimonii, &c. Aliud teſtimonium ex libro tertio Regum, ut ſileant garrientes mandato Dei. A Salomone conſtructo templo, inter alia fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, & infra: Et ſculpſit in eis picturam Cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Cherubim, quam palmas, & cætera auro. Ecce chariſſimi fratres, conſideremus, quid Deo mandante Moſes fecerit, quidve Salomon ſapientiſſimus juſſu conſtruxerit divino, &c. Quanto debemus puro corde, & animo ſculptum Chriſtum Deum noſtrum, ſanctamque ſemper Virginem ejus Genitricem Mariam, Apoſtolos quoque, vel omnes Sanctos Dei, per eorum ſacras effigies, atque imagines colere, vel adorare, & ad propitiandum nobis petere, & relaxari delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus, & adoramus, ſed pro nobis incarnato Verbo Dei. Si autem manufacta omnia obiicienda ſunt, neque arca fœderis, neque aurei, & cælati Cherubim ejus debuerunt recipi, &c. Si vero illa ſuſcepta ſunt, & hæ imagines opportune recipiuntur, quoniam ſecundum Deum fiunt. Unde & operantur, ſicuti & arca, multa miracula. *Greg. II. in ſynod. Rom. apud Hadrian. de imaginib. c. 70.*

CAPUT XI.

Quoniam oportet nos majorum noſtrorum inſtituta immoto mentis intuitu conſervare, & in omnibus ſanctorum patrum ſemper dogmata venerari, definimus de ſacris, & venerandis imaginibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque ſemper Virginis Genitricis Mariæ, omniumque ſanctorum, qui Deo ab Abel juſto placuiſſe creduntur, quæ eccleſia ſancta in univerſo orbe diffuſa antiquitus accepit, quæque ſedis Apoſtolicæ Præſules pro eis decreverunt, ac ſtatuerunt, illibata perſiſtere, atque intemerata permanere. *Nicol. in ſynod. Rom. c. 6. apud ſynod. VIII. gen. CP. act. 8. ſub Hadr. II.*

CAPUT XII.

Petrus ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt, Paſchali, imaginem Genitricis Dei, & venerandam crucem in ſynagoga Judæorum poſuit, &c. His hortamur affatibus, ut ſublata exinde cum ea, qua dignum eſt, veneratione imagine, atque cruce, debeatis, quod violenter ablatum eſt reformate. *Greg. lib. 7. epiſt. 5. reg. ad Jan. Caralit.*

CAPUT XIII.

Bellum erat cum impiis, in quo, licet non aperte, inſignem tamen belli ſocium habuiſti Deum noſtrum Chriſtum, cujus quidem labarum inſigne geſtaſti, ipſam dico vivificantem crucem, magnum illud poſt mortem illius trophæum, in quo mundi fines quadripartito deſcripſit, &c. Deinde etiam ſanctam omnium Dominæ caſtæ Dei matris imaginem, cujus faciem divites populi ſupplicant. Sanctum enim eſt, ut patribus videtur, nam quicumque eam ita venerantur, his ſine dubio magna retribuit, quandoquidem ima-
Lib. 1. de Spiritu S. c. 18. ginis veneratio in prototypum juxta magnum Baſilium redit. Pietate enim plenum eſt venerandarum picturarum argumentum, ut auctor eſt Chryſoſtomus. Si quis alius, ergo certe, inquit, ex cera fuſilem picturam pietate plenam amavi. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine perſequentem, & David vere dicentem: *Do-* Pſalm. 72.
mine in civitate tua imaginem eorum annihilabis, neque umquam eccleſia erravit in hoc, quod dixerit, Deum nobis imagines conceſſiſſe, neque etiam hoc ethnicam traditionem ſapit. Nam & in Paneadem civitatem Hæmorrhoiſſæ imago tranſmiſſa, in memoriam miraculi, quo herbæ excreſcentes omnibus ęgritudinis auxiliares erant, celebrabatur, idque ſumma erga nos Dei bonitate. Ergo eccleſiæ capita, & columnæ talia fieri permiſerunt, & tradiderunt, ut in omnium oculis ejuſcemodi picturæ exhiberentur. *Greg. II. ad Germanum CP. Epiſcop. VII. ſynod. act. 4. ante fin.*

CAPUT XIV.

Beatus Silveſter per diaconos adferri, quas habebat, Apoſtolorum imagines juſſit, quas cum Imperator aſpexiſſet, clara voce proclamavit: *hi ſunt, quos per viſum conſpexeram*, &c. Eccleſias Dei exædificare cœpit, columnas eorum paſſim ſacris imaginibus in memoriam incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, omniumque Sanctorum reverentiam exornavit, &c. Quemadmodum etiam beatus pater Gregorius Apoſtolorum ſucceſſor prædicavit, ob id depingi in templis evangelicas hiſtorias, ut homines illiterati, & qui ſacros libros legere nequeunt, quorum ſane maxima pars eſt, conſpectis illis redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quæ in carne converſatio Domini noſtri Jeſu Chriſti fuiſſet, ut taceam alios Imperatores cum ſacerdotibus, & univerſo chriſtiano populo, qui omnes juxta antiquam ſanctorum patrum traditionem venerandas imagines & receperunt, & tenent, & in memoriam, & compunctionem cordis conſervant, & in hunc uſque diem venerantur. Nec aliter fiebat in regionibus iſtis, donec proavus veſter ex impiorum quorumdam inſtructione venerandas imagines abſtulit, &c. Qua de cauſa in magnam tribulationem uterque Gregorius Romani Pon- II. & III.
tifices per ea tempora ſanctiſſimi, conjecti ſunt, &c. Poſt id & Zacharias, Stephanus, Paulus, & alter Stephanus, qui nobis * in Epiſcopatu hujus * nos, ſ.
almæ urbis præceſſerunt, avum, patremque veſtræ Serenitatis pro reſtitutione ſanctarum imaginum ſæpe interpellarunt. Eadem ratione & noſtra exiguitas Imperatoriam veſtram majeſtatem cum omni humilitate obſecrat, ſinat aliquando recordationis cauſſa erigi in eccleſiis ſacram Jeſu Chriſti juxta incarnationem humanitatis imaginem. Ponatur in aula Dei ſimilitudo ejus ſanctæ Matris, ſanctorum quoque & beatorum Apoſtolorum, prophetarum, martyrum, & confeſſorum, & ex animi deſiderio eas veneremur, quemadmodum a ſanctiſſimis patribus majoribus noſtris, probatiſſimiſque Pontificibus nobis a multis ſæculis traditum eſt, &c. Nimirum ut per viſibilem figuram ad inviſibilem magnitudinis ejus divinitatem ſpirituali diſpoſitione mentes noſtræ rapiantur, &c. Nequaquam autem ſic ſtatuamus,

quem-

quemadmodum quidam nugantur, ut imagines tamquam Deos conficiamus, labor enim, & fatigatio noſtra, quam exhibemus, in deſiderium Dei ſanctorumque ejus perficitur. Et quemadmodum ſacra Scriptura imagines in memoriam venerationis habet, ſic & nos eas habeamus, ſervantes tamen perpetuo fidei noſtræ puritatem, *Geneſ. 49. Heb. 11.* &c. Quæcumque in admonitionem hominum ad gloriam Dei ſpectantia fiunt, Deo diſplicere nequeunt. Jacob in ſummitate virgæ ſuæ adoravit, &c. non virgam, ſed tenentem eam in ſignum dilectionis adoravit, & nos juxta deſiderium, & amorem, quo erga Deum, ſanctoſque illius affecti ſumus, figuras in imaginibus repræſentemus, non inquam in coloribus, & tabulis honorem conſtituentes, ſed eorum prædicantes gloriam, quorum appellationem imagines referunt, &c. Animad- *Exod. 40.* vertendum eſt, Dominum de medio Cherubim manu hominum factorum pro ſalute populi non dedignatum loqui. Quamobrem non eſt dubitandum, omnia, quæ in eccleſiis Dei ad laudem, & decorem domus illius conſtituuntur, ſancta, & colenda eſſe, &c. In libro Numerorum legitur: *Num. 21.* *Fac ſerpentem, & pone illum in ſignum, & qui tactus fuerit, illumque inſpexerit, vivet*, &c. Chriſti vero Dei, & Servatoris noſtri, omniumque ſanctorum figuras contemplantes, & venerantes, dubitamus nos ſervari, abſit, ut amplius dubitemus, abſit, ut a patrum ſanctorum traditione diverſa ſentiamus, hæreamus in doctrina illorum, nec ab illa declinemus, &c. B. Auguſtinus ait in ſermonibus adhortatoriis: „ Quid eſt imago Dei aliud, niſi vultus Dei, in quo ſignatus eſt populus Dei “. Et B. Gregorius Niſſæ Epiſcopus de Patriarcha Abraham: „ Vidi non infrequenter paſſionis figuram neque ſine lachrymis ejuſcemodi picturam tranſii, cum ſcilicet opus artificii in perſonam ſignificatam demonſtratum eſſe viderem “, & reliqua, quæ ex interpretatione in Cantica Canticorum adfert. Et deinceps: „ Numquid materia diverſorum colorum animæ imitationem non repræſentat? nam qui imaginem aſpicit, quæ ex arte per diverſos colores in tabula eſt expreſſa, non eſt pictura, & colorum tinctura ſimilitudine accipit, ſed ad contemplationem primi exemplaris animum reducit “. Et Baſilius epiſtola in Julianum Apoſtatam, &c. „ Confiteor etiam Filii incarnatam οἰκονομίαν deinde ſanctam Mariam, quæ ſecundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suſcipio etiam ſanctos Apoſtolos, prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum mediationem propitius mihi ſit Deus noſter benigniſſimus, & remiſſionem peccatorum mihi gratias largiatur. Quam ob cauſſam & hiſtorias imaginum illorum honoro, & palam adoro, hoc enim nobis traditum a ſanctis Apoſtolis, non eſt prohibendum, ſed in omnibus eccleſiis noſtris eorum hiſtorias erigimus “. Idem in ſermone in XL. martyres: „ Quin etiam bellorum trophæa, & victorias, & hiſtorici ſcriptores, & pictores demonſtrant, hi quidem oratione rem exornantes, hi vero in tabulis depingentes, multos ad virtutem, & virilitatem excitarunt, ſiquidem, quæ hiſtoria oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem oſtendit “. Et Joannes Chryſoſtomus CP. Epiſcopus in ſermone in parabolam de ſemente: „ Nonne injuria afficit Regē, qui regiam veſtem violat. Non noviſti, quod is, qui injuria afficit Imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipſum, veluti exemplar imaginis ejuſque dignitatem injurius eſt? Neſcis, quod quicumque ex ligno & coloribus imagini convicia dicit, illum non damnari, veluti in rem inanimatam, ſed contra Regem ipſum dixerit? Judicatur enim occulte Regi injuriam intuliſſe “. Et in ſermone in quintam diem Paſchæ, &c. „ Nam cum regię figuræ, & imagines in civitates inferuntur, populus non ipſam tabulam, aut ex cera factam imaginem honore proſequitur, cumque magiſtratu illis obviam procedit, ſed potius regiam hiſtoriam, & veluti præſentiam ſuſcipiunt eodem ſane modo, & ipſa creatio non terrenam ipſam ſpeciem, ſed cæleſtem hiſtoriam admiratur “. Cyrillus in Matthæum &c. „ Imaginum uſum nobis ſupplent parabolæ, quæ ſignorum virtutem nobis ſubiiciunt, nimirum per oculorum appoſitionem, manū tactum, & quæ in nudo intellectu contemplationem obſcure habent “. Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus de Incarnatione Domini: „ Ea, quæ in tabulis picta ſunt, cum figura per ſordes, & ſitum deleta fuerit, neceſſarium eſt, ut denuo pingantur, “ &c. Ambroſius ad Gratianum Imperatorem lib. III. cap. IX. „ Quid ergo, Numquid cum divinitatem, & carnem adoramus, Chriſtum dividimus? Num quando in eo & divinam imaginem, & crucem adoramus, ipſum partimur? abſit “. Et Stephanus Boſtrorum Epiſcopus: „ Quicumque imagines divorum confitentur, non errant, ſiquidem omne opus factum in nomine Dei, bonum, & ſanctum eſt. Aliud enim imago, aliud ἀγάλμα, hoc eſt, animalis abjecti ſtatua, &c. Quod imago Dei ſit homo, honore proſequendus eſt, & admitti dignus: omnis enim imago ſive Angelorum, ſive Prophetarum, aut Apoſtolorum, aut Martyrum, aut alioqui juſtorum virorum in nomine Dei facta, ſancta eſt. Non enim ipſum lignum honoratur, ſed ipſum illud, quod in ligno datur contemplandum, atque ita per recordationem veneratio exhibetur. Omnes enim Principes, etiam ſi peſſimi ſint peccatores, adoramus, & reverenter ſalutamus. Quid vetat igitur, quominus non liceat & ſanctos Dei miniſtros venerari, & in memoriam eorum imagines ſtatuere, & erigere, ne in oblivionem perpetuam veniant? Verum, inquis, Deus ipſe manufacta probibuit adoranda. Dic mihi, o Judæe, quid eſt, quod ſuper terram extet, quod non ſit manu hominum factum? &c. Nos vero in memoriam ſanctorum imagines facimus, Abrahæ, Moſis, Eliæ, Eſaiæ, Zachariæ, reliquorumque Prophetarum, Apoſtolorum, & ſanctorum Martyrum, qui propter Chriſtum tribulati ſunt, quo omnis,

„ qui eos in imagine contemplatur, illorum, &
„ meminerit, & glorificet Deum, qui illos quo-
„ que magni fecit. Decet ſiquidem eos honor, &
„ veneratio propter juſtitiam eorum, ut omnis
„ qui viderit eos, in imitationem ſuorum ope-
„ rum ducatur. Qualis vero iſte eſt adorationis
„ honor? Profecto non alius, quam is, quo nos
„ peccatores quoque invicem proſequimur, ſa-
„ lutantes nos inter nos per honorationem, &
„ dilectionem. Quid aliud apud Dominum De-
„ um noſtrum teneamus, quam adorantes, glo-
„ rificantes, & trementes eum. Imago enim ni-
„ hil aliud eſt, quam figura illius, in qua pictu-
„ ra * expreſſus eſt. Impii vero, qui ipſi nihil boni
„ faciunt, neque ſanctorum recordantur, ca-
„ veant bona operantes impedire, neque ſcandalo
„ ſint iis, qui ſanctos Dei ſervos honore afficiunt
„ &c. " Ex his liquido conſtat ob recordationes Sanctorum, imagines tantum pingi, venerari, & coli, quos clare conſtat ſervos eſſe Dei, & pro nobis apud Deitatem obſecrantes, & intercedentes. Dignum namque eſt, ut ducum noſtrorum memores ſimus, & Deo gratias agamus. Et beatus Hieronymus presbyter Hieroſolymitanus in quodam ſermone: „ Etenim, ut conceſſit omni-
„ bus gentibus adorare, quæ manu facta ſunt,
„ Judæis quidem cruſtas illas, quas fabricavit
„ Moſes, præterea duo Cherubim aurea, ita no-
„ bis Chriſtianis crucem largitus eſt, & bonorum
„ operum imagines pingere, & venerari, atque
„ ita noſtrum opus apud eum probare, &c. Ideo
„ ſupplico, obteſtor, adjuro, ut ſacras imagines
„ in ipſa Deum colente & regia urbe, & in utriſ-
„ que Græciæ partibus in priſtinum ſtatum re-
„ ſtitui, & firmari jubeatis, cuſtodientes tradi-
„ tionem hujus ſanctiſſimæ veſtræ eccleſiæ, abji-
„ ciendo etiam & execrando impiorum hæreti-
„ corum improbam vehementiam, quo ſacram
„ hanc veſtram catholicam, & Apoſtolicam Ro-
„ manam eccleſiam indiſſolutam complecti poſ-
„ ſitis. Amen ". *Hadrianus ad Conſtantinum & Irenem act. 2. ſyn. VII. Nicæn. II. vide Hadrianum c. ult. de imaginibus. Hæc epiſt. comprobata fuit in ead. ſyn. VII.*

** qui in pictura*

CAPUT XV.

De conſ. d. 3. c. Sexta 29.

In epiſtola tua eſt expreſſum, quod in ſextæ ſynodi, divine, & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus digito Præcurſoris demonſtratus, graphicæ eſt inſculptus, qui in typum gratiæ aſſumptus, verum nobis per legem agnum, nempe Chriſtum Deum indicat. Veteres igitur typos, figuras, & umbras tamquam veritatis ſigna, & notas eccleſiæ traditas ſuſcipientes, gratiam & veritatem agnoſcimus tamquam legis plenitudinem hanc arbitrantes. Ut igitur & in colorum affectibus omnium oculis ſubjiciatur figura illa, quæ agnum illum, qui abſtulit peccata mundi nimirum Deum noſtrum, juxta humanam effigiem delineat, cenſemus ab hoc tempore pro vetere illo agno, & novum in eccleſia Dei erigendum, &c. Deinceps etiam venerandas imagines, primum juxta humanam figurationem Chriſti Dei noſtri ſecundum nos, & pro nobis incarnati, deinde inviolatæ, & vere Deiparæ, poſtremo omnium ſanctorum ſuorum beatitas veſtra dilecta colere, & adorare pergat, &c. *Hadrian. ad Tharaſ. CP. VII. ſyn. act. 2. Trull. cap. 83. Ivo part. 4. c. 122. decr. Hæc item epiſtola in eadem ſyn. comprobata fuit V. Tharaſii epiſt. ad Epiſcopos Orientis act. 3. poſt med.*

CAPUT XVI.

O inſania frementium contra fidem, & religionem chriſtianam, ut auderent non colere, aut venerari imagines in quibus figuræ ſunt Salvatoris, ejus Genitricis, vel ſanctorum, quorum virtute ſubſiſtit orbis, atque potitur humanum genus ſalutem. Ænei ſerpentis inſpectione credimus Iſraeliticum populum a calamitate injecta liberari, Chriſti Dei noſtri, & ſanctorum effigies aſpicientes, atque venerantes dubitamus ſalvari? Abſit talium nefariæ temeritatis cedere amentiæ: patrum priſcas ſequamur traditiones, & ab eorum doctrina nulla declinemus ratione. *Hadrian. de imaginibus c. 26.*

Num. 21.

CAPUT XVII.

Sanctus Cyrillus Alexandrinus, & ſanctus Gregorius Nyſſenus uno tenore in hiſtor. Abrahæ pro ſacrarum imaginum veneratione dixerunt, &c. *Hadrian. de imaginibus c. 37. in VII. ſyn. act. 4. in princ. vide epiſt. Cyrill. ad Acacium Epiſc. Scythopoleos, & Greg. Nyſſen. in orat. de Deitate Filii & Spiritus Sancti.*

CAPUT XVIII.

Objectio. Quod contra B. Gregorii inſtituta ſit imagines adorare, ſeu frangere, &c. *Reſponſio.* Nequaquam ſacras contempſit imagines aliquando, ſed magis conſtantiſſime obſervavit, & eorum veneratus eſt figuras. *Hadrian. de imaginibus cap. 50.*

CAPUT XIX.

Objectio. De eo, quod Theodoſius Amorii Epiſcopus incaute, & extraordinarie dixerit: „ Confiteor,
„ & promitto, & ſuſcipio, & oſculor, & adoro
„ imagines ", & poſt pauca: „ Qui non inſtruunt
„ diligenter omnem Chriſto dilectum populum
„ adorare, & venerari ſacras, & venerandas i-
„ magines omnium Sanctorum, qui a ſæculo
„ Deo placuerunt, anathema ". *Reſponſio.* Putamus, quia zelo fidei fervens prædictus Theodoſius talem orationem confeſſus eſt, qualem in eorum definitione explanaverunt. Nam & prædeceſſores noſtros videlicet beatiſſimos Pontifices Gregorium, & Gregorium Zachariam, & Stephanum, Paulum, & iterum Stephanum reperimus pro ſacrarum imaginum erectione, in Spiritu ſancto ferventes, rectæ fidei zelum habere. Pro quo Dominus Gregorius Papa ſecundus junior, una cum LXXIX. ſanctiſſimis Epiſcopis, ante confeſſionem beati Petri Apoſtolorum Principis præſidens, multorum ſanctorum Patrum teſtimonia roborantes, venerari, & adorari ſacras imagines in eorum concilio cenſuerunt. Porro & prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis quondam Dominus Stephanus Papa ſimiliter cum Epiſcopis partium Franciæ, atque Italiæ, &c. ſanctorum Patrum teſtimoniis adhærentes adorare, atque venerari ſacras imagines ſtatuerunt. Unde & beatus Paulus Apoſtolus docens, inquit: *Tenete traditiones, quas accepiſtis*, &c. *Hadr. de imaginibus c. 63.* *2. Theſſal. c. 2.*

CA-

CAPUT XX.

Ex prava revertentes hæreſi totis niſibus eorum tentaverunt ſanctæ catholicæ, & Apoſtolicæ in ipſorum confeſſione ſatisfacere eccleſiæ, & ideo talem adorationem ſe confeſſi ſunt pro ſacris imaginibus credere, qualis in definitione ſynodi conſtituta eſt, inter cœtera: „ Reordinari venerandas, & ſanctas imagines, quæ ex coloribus „ & metallo, & cœtera materia opportune habentur in ſanctis Dei eccleſiis, in ſacris vaſis, „ & in veſtibus, parietibus, & talibus, domibuſque, & viis, quaſque Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti imagines, intemeratæ dominæ noſtræ ſanctæ Dei Genitricis, pretioſorum „ Angelorum, & omnium Sanctorum, & juſtorum virorum “. *Hadrianus de imaginibus c. 67. VII. ſyn. act. 7. in definit.*

CAPUT XXI.

Prædeceſſores noſtri ſanctiſſimi Pontifices in ſanctis conciliis talem dedere ſententiam: „ Si „ quis ſanctas imagines Domini noſtri Jeſu Chriſti ejus Genitricis, atque omnium Sanctorum „ ſecundum ſanctorum Patrum doctrinam * venerari noluerit, anathema ſit “. *Hadrian. de imaginibus c. 76.*

* *ſententiâ.*

CAPUT XXII.

Illi nobis dicere debebant in quali de ipſis ſex ſynodalibus conciliis reprehenſæ ſint ſacræ imagines. Enimvero in primo ſancto concilio ſæpius oſtenſum eſt, quia ſanctus Silveſter Papa, & Conſtantinus Chriſtianiſſimus Imperator venerati ſunt ſacras imagines, & cum nomine Chriſtianitatis palam coram omnibus fideliter, atque mirabiliter eas oſtenderunt, & a tunc uſque hactenus ſanctorum Pontificum, videlicet Silveſtri, Marci, & Julii miræ magnitudinis ſanctæ eorum eccleſiæ apud nos ſunt depictæ, tam in muſivo, quamque in ceteris hiſtoriis cum ſacris imaginibus ornatis *. Item in ſancto ſecundo concilio ſanctus Damaſus elegantiſſimus Papa propriam ſuam fecit eccleſiam, cujus ſanctus Gregorius Papa meminit in dialogis, quæ ex nomine conditoris Damaſi vocatur, ſimiliter a tunc uſque hactenus hiſtoriis ſacris, & imaginibus pictam habemus. Item & de ſancto tertio concilio ſanctus Cæleſtinus Papa proprium ſuum cœmeterium picturis decoravit, magis autem Beatus Xyſtus Papa fecit baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, cognomento *Majorem*, quæ & ad Præſepe dicitur, quam in diverſis hiſtoriis ſacris decoravit imaginibus, &c. Item de ſancto quarto concilio, ſanctus Leo Papa fecit eccleſias, quas in muſivo diverſis hiſtoriis, ſeu imaginibus pingens decoravit, &c. Et de ſancto quinto concilio ſanctiſſimus Vigilius Papa in Lateranenſi Patriarchio baſilicam faciens pulcherrime eam decoravit picturis, tam in hiſtoriis, quamque in ſacris imaginibus. Multo amplius vero ejus ſanctiſſimi ſucceſſores Dominus Pelagius, atque Dominus Joannes miræ magnitudinis eccleſiam Apoſtolicam a ſolo ædificantes, hiſtorias diverſas tam in muſivo, quam in variis coloribus cum ſacris pingentes imaginibus, & a tunc uſque hactenus a nobis venerantur. Sed & ſanctus Gregorius Papa in monaſterio ſuo pulchrum fecit oratorium, & ipſum diverſis hiſtoriis pingi fecit, atque ſacras ibidem erexit imagines, ubi & cum B. Eleutherio pro ægritudine Monachi ſui ingreſſus, in oratione pariter exauditi ſunt. Et ille vir ſanctus Eleutherius, quem dicunt & mortuum ſuſcitaſſe, ante ipſas ſacras imagines ſe proſternens, divinam exorare clementiam cum ſancto Gregorio non dubitavit, ſed fidem ferentes perfectam, pariter exauditi ſunt, & uſque hactenus apud nos venerantur, &c. In ſexto vero ſancto concilio non ſolum contemnere non ſunt auſi, ſed etiam eaſdem ſacras imagines venerantes ſtatuerunt, agnum Chriſtum Deum noſtrum ſecundum humanam figuram, & in imaginibus a nunc pro veteri agno retitulari, &c. Prædeceſſor noſter ſanctiſſimus Gregorius junior Papa, pro ſacris imaginibus, inquit „ omnia, & ipſa noſtra „ tradimus, ſi contigerit corpora, &c. Ideo nequaquam nos quiſpiam terminos patrum noſtrorum tranſgredi facere valebit, neque novitates vocum imponere, ſed in ea orthodoxa fide, quam ſuſcepimus, manentes, & olitanam „ traditionem amplectentes prædeceſſorum noſtrorum ſanctiſſimorum Pontificum proculdubio veneramur, & tenemus pro ſacris imaginibus concilia, nullum quemlibet jam exinde „ contrarium ſermonem ſuſcipientes, neque rationem reddentes “. *Hadrian. de imaginibus cap. 90. Ex Gregor. lib. 3. dialog. c. 33. Trull. cap. 33.*

* *ornata, ſ.*

CAPUT XXIII.

Sæpius exaravimus, qualiter prædeceſſores noſtri ſanctiſſimi Pontifices in eorum ſacris referentes conciliis, pro venerandis imaginibus conſtituerunt, & nimirum conſtat eorum Apoſtolicam cenſuram apud nos obſervandam, ac venerandam exiſtere. *Hadrian. de imaginib. c. 95.*

CAPUT XXIV.

Nuſquam frigidus, nuſquam tepidus labor ſanctorum Apoſtolicæ Sedis Præſulum circa ſacrarum imaginum debitam reverentiam, & competentem venerationem apparuit. Nec defuerunt harum impugnatoribus deceſſorum noſtrorum certamina, qui hoc egerunt ſcriptis, hoc diverſis laboribus, hoc etiam ſuis increpationibus apud mundi hujus Principes, ut talis error eminus pelleretur. Quamvis dixeritis, non noſtri eguiſſe vos ad expugnandos hæreticos, pro eo, quod jam fuerit hujuſmodi hæreſis in Nicææ ſecundo convocata ſynodo, & a magno Metodio deinde ſubverſa. Quaſi non & ipſi ſecundo in Nicæa collectæ ſynodo Apoſtolica noſtra ſedes præſederit, & prima contra male ſentientes ſpiritalem ſagittam emiſerit, &c. Nam & in cauſſa ſacrarum imaginum ante ſanctiſſimū Methodium, quinimmo & ante ſynodum in Nicæa ſub Irene congregatam, cum adhuc hoc ſchiſma noviter eſſet exortum, & Conſtantinopolitanos pœne cunctos more peſtilentiæ invaſiſſet, Romani Præſules, Gregorius inter ceteros, & Stephanus convocatis Epiſcopis occidentalium regionum inveniuntur fortiter dimicaſſe, & hoc funditus condemnaſſe. *Nicol. epiſt. ad Michael. Imper. cujus initium eſt:* Propoſueramus. *poſt med.*

CAPUT XXV.

Priſtinam ſanctorum Patrum traditionem, quam a prædeceſſoribus noſtris beatiſſimis, & orthodoxis Pontificibus, qui poſt B. Petrum in ejus Apoſtolica Sede reſederunt, nobis obſervandam ſuſcepimus, &c. Oportet ergo tota mentis intentione, ſummique deſiderii conamine venerandas tam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam ſuæ ſanctiſſimæ Genitricis, & beatorum Apoſtolorum, atque omnium ſanctorum imagines venerari, & colere, & eo, quo valeamus, adnixu contra hæreticorum vesaniam, qui ab earum veneratione populum cohibent, reſiſtere ſtudeamus, &c. Cur eorum execramur effigies, per quos agnovimus fidei veritatem, &c. Hæc brevi ſtilo tranſeuntes, &c. ſcripſimus, quia Hadrianus ſanctiſſimus Præſul anteceſſor noſter multa de his in epiſtolis, quæ CP. habentur, tradidit, &c. *Nicol. in ep. ad Mich. Imp. incip.* Principatum. *ante fin. lecta VIII. ſynod. ſub Hadrian. II. act.* 4.

CAPUT XXVI.

Dicit Hadrianus, quod niſi in erigendis imaginibus ferventius contra illorum depoſitores, atque conculcatores, ut vetus miles Chriſti reſiſteres, nequaquam veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, &c. *Nicol. in epiſt. ad Photium, incip.* Poſtquam. *B. Petro ex Hadrian. in epiſt. ad Tharaſium in VII. ſynod. act. 2. lect. in dict. act. IV. ſynod. VIII. ſub Hadrian. II.*

CAPUT XXVII.

De conſecr. diſt. 3. cap. Sextam. 29.

In aliquibus picturis ſanctarum imaginum agnus digito Præcurſoris oſtenditur, quo indicatur Chriſtum fuiſſe verum legis agnum. Has igitur formas, & umbras, uti veritatis ſymbola, & characteres eccleſiæ traditas veneramur cum caritate, & veritatem, ut implementum legis ſuſcipimus, ſed ipſum hominem pingi jubemus. *Trull. cap. 83. refert. VII. ſynod. act. 3. 4. & 6. & act. 2. in epiſt. Hadrian. ad Tharaſium, & epiſt. ad Carol. Magn. c. 35. & 90. & in epiſt. Tharaſii ad Epiſcopus Orientis. Ivo part. 4. cap. 122. & 126. decret. Cæſaraug. lib. 1. c. 39.*

CAPUT XXVIII.

Univerſam hæreticorum linguæ incontinentiam abiiciens execror. Interpellans etiam intemeratæ Virginis noſtræ Deiparæ, ſanctarum cæleſtium poteſtatem, omniumque ſanctorum interceſſionem, horum etiam ſanctas reliquias cùm omni honore ſuſcipiens, & amplectens, honorifice veneror, firmiter credens, me illorum ſanctitatis fieri poſſe participem. Eodem modo venerandas imagines, quæ œconomiam Jeſu Chriſti, &c. & Dominæ noſtræ, & Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, & omnium Sanctorum, (*oſtendunt*) ſuſcipio, & amplector, eiſque honorem debitum exhibeo, execrans ſeptimam pſeudoſynodum contra imagines, &c. Chriſtianorum accuſatores Iconoclaſtas execror. Qui ſacræ ſcripturæ verba de idolis, & gentilium ſtatuis ad venerandas Chriſtianorum imagines exponentes trahunt, execratio, &c. Qui aſſerunt Chriſtianos, ut Deos imagines adorare, execratio. Qui doctrinam ſanctorum patrum, & traditionem catholicæ eccleſiæ contemnunt, execratio. *Baſilii Epiſcopi Ancyr. reſipiſcentis confeſſio a VII. ſynod. laudata act. 1. poſt princ.*

CAPUT XXIX.

In primis approbo, ſuſcipio, ſaluto, & veneror ante omnia intemeratam Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri imaginem, & ejus, quæ ipſum ſine ſemine peperit, ſanctæ matris Virginis, cujus etiam auxilium, protectionem, & interceſſionem nocte, diuque, ut peccatori mihi ſubveniat, invoco, ut quæ eam poteſtatem habet ab illo, quem in mundum edidit, Chriſto Deo noſtro. Quin etiam ſanctorum Apoſtolorum, prophetarum, martyrum, patrum, & eremum colentium imagines ſuſcipio, & veneror, non ut Deos, abſit, verum mentis meæ affectum, & deſiderium, quo in illos affectus ſum, hoc modo indicans, ex toto animo omnes obteſtor, ut ad Deum pro me intercedant, quo in oculis ejus miſericordiam id die judicii conſequar. Eadem ratione, & reliquias ſanctorum veneror, & honore proſequor & ſaluto, veluti athletarum, & certatorum pro Chriſto, quique gratiam a Deo conſecuti ſunt, & remedia præſtare, morbos curare, dæmones eiicere, quemadmodum Chriſtiana eccleſia veluti per manus accepit a ſanctis Apoſtolis, & patribus uſque in præſens ſæculum. Probo ſimiliter, quæ a primordio receptæ traduntur imagines Jeſu Chriſti, &c. Nam ſi Imperatorum vexillis ſanctionibus, & imaginibus in civitates, & provincias miſſis omnis populus cum cereis, & ſuffimentis odoratis occurrunt, &c. Quemadmodum B. Baſilius ait: „ Verum etiam in bello fortia virorum facinora, & hiſtorici ſcriptores, & pictores ſæpe denotant, hi quidem oratione exornantes, hi vero in tabulis depingentes, utrique etiam multos ad virtutem excitarunt “, &c. Et Chryſoſtomus ait: „ Sanctorum enim gratia morte non amputatur, interitu non obtunditur, ſed & poſt mortem viventibus ſunt potentiores, &c. Qui venerandas imagines non veneratur, anathema: Chriſtianorum accuſatoribus, aut Iconoclaſtis anathema “. *Theodoſius Epiſcopus Amorii reſipiſcens. VII. ſyn. act. 1. poſt princ.*

In oratione in IX. martyres.

CAPUT XXX.

Leo Rhodi Epiſcopus ait: „ ex legali, prophetica, Apoſtolica, patrumque traditione inſtructi ſumus, hanc eſſe veritatem, pietatemque, ut in ſanctis eccleſiis venerandæ imagines colantur, docente idem multorum annorum conſuetudine ab Apoſtolorum temporibus hucuſque probata, atque ex his perſuaſi ſumus “. *VII. ſyn. act. 1. ante med.*

CAPUT XXXI.

Poſtquam hæreticorum caligines diſcuſſæ ſunt, lux orthodoxæ fidei omnes illuminavit. Quam & ego ſecutus ſuſcipio, & amplector ſanctas, & venerandas imagines. Qui vero ſecus ſentiunt, anathemate devoveo. *Agapius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ VII. ſyn. act. 2. in fin.*

CAPUT XXXII.

Euthymius ſanctiſſimus Epiſcopus Sardenſiũ dixit. Et ego antelectis beatiſſimi Papæ veteris Romæ litteris ſincere, & irrepugnabiliter inhæreo con-

conſentio, & confiteor de orthodoxa fide, deque ſanctis videlicet, & venerandis imaginibus, non veluti hoc ſit novum aliquod dogma, aut nuperum inventum recipiens, ſed clare cognoſcens ex Apoſtolica traditione, ſanctorumque doctorum in eccleſia juſſu per manus nobis traditum, ob eam cauſſam venerandas imagines ex toto corde cum debito honore, & ſalutatoria adoratione ſuſcipio. Eos vero, qui ſecus ſentiunt, aut reclamant, contrariave docent, alienos a catholica eccleſia arbitror, renuntio *, & hæreticos proclamo. *VII. ſyn. act. 2. in fin.*

* *ejuntio.*

CAPUT XXXIII.

Sanctas, & venerabiles imagines recipio, amplector, & honoro, veluti arrabonem exiſtentes meæ ſalutis: ſecus autem ſentientes anathematizo. *Stauratius Epiſcopus Chalcedonis VII. ſyn. act. 2. in fin.*

CAPUT XXXIV.

De conſecr. d. 3. c. 29. Sextam.

Sextæ ſynodi decretum, in quo aſſignatur quibuſdam in picturis agnum digito Præcurſoris indicatum feliciter effigiari, veluti in typum gratiæ verum illum agnum Chriſtum Deum noſtrum per legis præceſſionem præfiguratum, recipio. Propterea antiquas illas picturas, & umbras figurarum tamquam ſymbola, & notas eccleſiæ traditas amplectimur, ipſam tamen gratiam, & veritatem prius ſuo honore convenientes, legis enim ſatisfactio hæc ſunt. Picturas autem non in alium uſum admittimus, niſi ut perfectius omnium conſpectui, oculiſque exhibeantur, quemadmodum agnus, qui peccata mundi ſuſtulit, juxta humanam effigiem configuratus a nobis erigitur, ut ex hac ejus humiliatione altitudinem verbi Dei conſideremus. *Tharaſius in ep. ad Epiſcopos Orientis VII. ſyn. act. 3. in princ. Trull. c. 33. Hæc epiſt. comprobatur a ſynodo.*

CAPUT XXXV.

Sanctas imaginas reveremur, principio adorantes Dei verbi propter nos incarnati Domini noſtri, & Servatoris Jeſu Chriſti, qui formam ſervi aſſumpſit, imaginem. Quamquam ſciamus ipſam imaginem, & typum Deitatis, quæ cum carne illius immaculata inconvulſim unita eſt, minime poſſe figuram præſtare. Inviſibilis enim eſt divina natura, nec depingi, nec figurari ſe permittit. *Deum enim*, ut ipſe inquit, *nemo vidit, umquam*, ſed humanitatis illius imaginem coloribus ducentes, adoramus; viſus enim eſt Deus, & cum hominibus converſatus eſt, noſtroque more, & natura laboravit, eſuriit, ſitiit. Adoramus quidem Chriſti imaginem, quemadmodum facies ejus viſa eſt, non tamen a Deitate ſeparata, &c. Veneramur etiam, & adoramus imaginem Deiparæ, & Dominæ noſtræ irreprehenſibilis, immaculatæ, & inexcogitatæ caſtitatis matris, quæ illum peperit, quin etiam ſanctorum Apoſtolorum, prophetarum, & victorum martyrum, ſanctorumque, & beatorum veluti amicorum Dei imagines colimus, non in materia, aut coloribus honorem conſtituentes, ſed per officium noſtrum, quod ipſis adeo, quorum typum imagines geſtant, debemus, impartientes. Cum ſciamus, juxta Baſilii magni ſententiam, *quod imaginis honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.* Qui negant fas eſſe imagines ſanctorum adorare, cum ſint manufactæ, ob id etiam idola impii illi eas vocant, ſciant hi quod & Cherubim, & propitiatorium, & arca, & menſa, &c. manu hominum facta ſunt & adorata *, &c. Cum igitur ſcriptura venerandas imagines recipit, adorare eas licitum eſt, ſed prototypi cauſſa. *Theodorus Epiſcop. Hieroſolymit. in ep. ſynod. in fin. apud VII. ſynod. act. 3. in fin. ubi comprobatur a patrib.*

Philipp. 2. — *1. Joann. 4. c.* — *Baruch.* 3. — * *adornata*, al.

CAPUT XXXVI.

Recipio, veneror que juxta veterem traditionem ſanctas imagines. Et conventiculum illud apoſtaticum, quam ſeptimam ſynodum delirantes quidam auſi ſunt appellare, omneſque, qui cum hac ſentiunt, horrendis diris devoveo. *Epiphan. Diacon. Cataneſ. VII. ſynod. act. 3. ante fin.*

CAPUT XXXVII.

Vetus ſcriptura habuit Cherubim obumbrantia propitiatorium, & nos quoque imagines Jeſu Chriſti, & ſanctæ Deiparæ, ſanctorumque habebimus obumbrantes altaria. *Tharaſ. VII. ſynod. act. 4. in princ.*

CAPUT XXXVIII.

Ego ex cera fuſilem picturam pietate plenam amavi. Vidi enim angelum in imagine barbarorum nubes propulſantem, vidi barbarorum cohortes conculcatas, & Davidem vere dicentem: *Domine in civitate tua imaginem eorum ad nihilum redige. Joann. Chryſ. in oratione, quod veteris, & novi teſtamenti unus ſit legiſlator. VII. ſynod. act. 4. poſt princ. Hadrian. de imaginibus, c. 42. Greg. Piſſinun. Epiſcop. apud eandem ſynodum, act. 1. ante med.*

Pſalm. 72.

CAPUT XXXIX.

Mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, poſtquam gratiam nacta fuiſſet, ſtatuam Chriſto erexit, &c. *Antipater Epiſcopus Boſtrorum in ſermone de eodem miraculo VII. ſynod. act. 4.*

CAPUT XL.

Surgentes omnes cum gaudio, & lacrymis ſurrexerunt, pœnitentiamque egerunt, factaque precatione unuſquiſque ſancta evangelia, venerandamque crucem, & imaginem Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, nec non Dominæ noſtræ Deiparæ ſalutarunt, ponentes manus ſuas ſuper ea in confirmationem eorum quæ locuti erant, &c. Noviſti, quæ ſancita ſunt per ſancta evangelia, vivificamque crucem, nec non imaginem Dei Salvatoris noſtri, ipſiuſque ſanctam ſemper Virginem matrem. *Sanctus Maximus confeſſor in dogmatib. inter ipſum & Theodoſium Epiſcopum Cæſareæ in Bithyn.* Animadvertamus quo pacto dixerint hoc verbum ἠσπάσαντο id eſt *ſalutarunt*, quod & nos facere debemus: nam λατρεία ad unum Deum refertur *Tharaſ.* Petrus Epiſcopus Nicomediæ dixit: „ Neque etiam vulgaris vir,
„ qui hoc fecit, ſed Maximus Dei philoſophus,
„ & cum patribus certans, quin etiam confeſſor,
„ & veritatis propugnator. Sufficiat igitur nobis,
„ ut in ſalutando venerandas imagines illum ſe-
„ quamur ". *Apud VII. ſynod. act. 4. ante med.*

CAPUT XLI.

Venerentur alii aliter ſanctos, hos diverſimode

co-

Digitized by Google

eorum dona magnificantes, beneſactaque multifariam prædicantes, hi quidem excelſorum templorum erectionibus, illi vero variarum unionum ornatibus, alii gemmarum, & aurei contextibus, alii præclarorum pictorum artificio, &c. *Sophronius Archiepiſcopus Hieroſolymit. in encomico in ſanctos Cyrum, & Joann. VII. ſynod. act. 4. in med.*

CAPUT XLII.

Indicant verba patris noſtri Sophronii, quod ſcilicet præſtat jurantem pejerare, quam plane juramentum in deſtructionem venerandarum imaginum ſervare. Hoc autem dico, quia hodie quidam juramento idem ſtatuerunt. *Joannes monachus Vicarius Sacerdotum Orientis VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XLIII.

Confiteor etiam filii Incarnatam οἰκονομίαν, deinde ſanctam Mariam, quæ ſecundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans, ſuſcipio ſanctos Apoſtolos, prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum meditationem propitius ſit mihi Deus noſter benigniſſimus, & remiſſionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob cauſſam, & hiſtorias imaginum illorum honoro, & palam adoro. Hoc enim nobis a ſanctis Apoſtolis non eſt prohibitū, ſed in omnibus eccleſiis noſtris eorum hiſtorias erigimus. *Baſilius in epiſt. ad Julian. Imp. apoſtatam VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XLIV.

O clari athleticorum recte factorum pictores, exurgite veſtris artibus, militis mutilatam imaginem magnificate, &c. Inſcribatur etiam tabulæ, qui certaminibus præſidet Chriſtus. *Baſilius in beatum martyrem Barlaam VII. ſynod. action. 4. poſt med.*

CAPUT XLV.

Quæ tibi ſententia eſt de Nabuchodonoſor? Non meminiſti ſcripturæ, ubi impiiſſimus appellatur? &c. Non audiviſti, quod Cherubim rapuerit? non, inquam, intellectilia illa, & cæleſtia, verum ea, quæ in templo erant collocata obumbrantia propitiatorium, e quorum medio Deus loquebatur. *Cyrill. Hieroſol. cathec. 2.* Sanctiſſimus Patriarcha (*Tharaſius*) dixit: „ Animadvertamus quomodo accuſetur Nabuchodonoſor, „ quod Cherubim ſubverterit, quantumque ob „ eā rē increpatus ſit, & paſſus fuerit “. Sancta Synodus dixit: „ Magnum ſane caſum, & con„ demnationem “. Sanctiſſimus Patriarcha dixit: „ Igitur quicumque ſacrum aliquid e templo „ ejicit, & ſubvertit, eidem ſententiæ ſubjace„ bit “. Petronas glorioſiſſimus Patricius dixit: „ Poſt iſtam increpationem, & regno ejectus eſt, „ & ſeptem annis in deſertis herbas voravit in„ ſtar bovis “. *In VII. ſynod. act. 5. in princ.* *Dan. 4. f.*

CAPUT XLVI.

Sacræ Synodi cum divinis placitis & venerandas imagines admiſerunt, & honore & cultu quodā certo eas Patres noſtri dignati ſunt. Quin etiam in templis ſanctis ab ſe ædificatis eas collocaverunt, nec illic ſolum, verum etiam in omni loco convenienti eas pinxerunt, ſalutaruntque, &c. *VII. ſynod. act. 6. Epiphan. contra Gregorium, & alios tom. 2. poſt med.*

CAPUT XLVII.

Germani filii, non nothi, & adulterini, ſponſæ exornatæ Chriſti, quæ neque maculas, neque rugas habet, Catholicæ eccleſiæ, ſoli Deo cum obſecratione ſacrificia, & cultum præſentantes, venerandam Chriſti imaginem, veræque & indubitatæ Virginis noſtræ Deiparæ, ſanctorum Angelorum, & omnium denique Sanctorum ſenſu viſus intuentes ſanctificavit, & in memoriam eorum animo, & corde perpendunt, ut in unum Deum per juſtitiam credant, & ore confiteantur ad ſalutem, &c. Non eſt imaginum ſtructura pictorum inventio, ſed eccleſiæ catholicæ probata legiſlatio, & traditio, &c. *VII. ſynod. action. 6. Epiphan. contra Greg. & alios tom. 3. poſt princ.*

CAPUT XLVIII.

Quis ignorat imagine contumelia, aut ignominia affecta, illum lædi, cujus eſt imago? Hoc & ipſa veritas, hoc rerum natura docet, hoc & beati Patres tradiderunt. Baſilius enim Magnus inquit: „ Honos imaginis in ipſum prototypum re„ dit “. Athanaſius: „ Qui imaginem adorat, in „ ipſa Imperatorem adorat “. Similiter & Chryſoſtomus: „ Non noviſti, quod is, qui imagi„ nem Imperatoris violat, in prototypum di„ gnitatis injuſtus eſt? Atque ita Patres rerum „ naturam ſecuti ſunt, &c “. *VII. ſynod. act. 6. Epiphan. contra Greg. & alios tom. 5. in fin.*

CAPUT XLIX.

Uſque adeo venerandarum imaginum demonſtratio in Eccleſia obtinuit, ut ab eo tempore, quo evangelium prædicari cœptum eſt, ad hæc uſque tempora recepta fuerint. Jam autem cognoſcimus omne, quod antiquitate excellit, venerandum eſſe, &c. *Servate traditiones, quas accepiſtis.* *2. Theſ. 2.* *Profanas vaniloquentias averſemini*, &c. *1. Tim. 6.* *2. Tim. 2.* Quæcumque Patribus pro tempore ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ædificare placuit, recipimus, quæ vero ſecus ſe habent, ut hoſtilia reſpuimus. *Tit. 3.* *VII. ſynod. act. 6. Epiphan. tom. 6. in princ.*

CAPUT L.

Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribens admonet: „ Igitur fratres ſtate, & ſervate traditiones, „ quas edocti eſtis, ſive per verbum, ſive per epi„ ſtolas noſtras, &c. “ Ipſi Imperatores omnibus in locis venerandas imagines reſtituerunt cum in ſacris templis, tum etiam in portis regiarum. *Thar. in epiſt. ad Hadrian. in fin. VII. ſynod.* *2. Theſ. 2.*

CAPUT LI.

Veſtem Imperialem ſi injuraveris, numquid qui eam induit, injuria afficis? Neſcis quoniam ſi quis imaginem Imperatoris injuriaverit, primæ formæ dignitati adfert injuriam? Neſcis quoniam ſi quis imaginem, quæ a ligno detrahit, non ſicut in inanimatam materiam audens, ſic judicatur, ſed ſicut qui adverſus Imperatorem manus extendens fœdat materiam ſine anima Imperatoria, ſegregatam ab Imperatore? Imago enim omnino ſi feriatur, ejus injuria Imperatorem attin-

*Gevalinſis. tingit. *S. Severianus Epiſcop. Gabalanenſis * apud Hadrian. de imagin. c. 66.*

CAPUT LII.

Gregorius tertius fuit temporibus Leonis, & Conſtantini Imperatorum ea perſecutione graſſante, quæ per ipſos mota eſt ad deſtructionem, & depoſitionem ſacrarum imaginum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, omniumque Sanctorum, & Confeſſorum, pro quibus idem ſanctiſſimus vir, ut ab hoc reſipiſcerent, ac ſe removerent errore, commonitoria ſcripta vigore Apoſtolicæ Sedis, & inſtitutionis, quemadmodum & ſanctæ memoriæ deceſſor ipſius Gregorius ſecundus direxerat, miſit, &c. *Ex Pontif.*

TITULUS XVIII.

QUALIS VENERATIO SIT IMAGINIBUS ADHIBENDA.

CAPUT I.

SAlutamus ſanctas Dominicas, Apoſtolicas, & Propheticas, item Sanctorum, præcipue autem Dominæ noſtræ Deiparæ imagines, quæ nobis veluti exemplaria ſunt, & inſtructiones bonorum operum imitationis, & fidei erga Chriſtum, omnem idololatriam execrantes, & latriam ſolam Chriſto tribuentes, & Deo Patri, & Spiritui ſancto tamquam uni Deo cui honor, & laus in ſæcula. *VII. ſynod. Nicæn. II. act. 4. in fin.*

CAPUT II.

Fatemur eccleſiaſticas traditiones, ſive ſcripto ſive conſuetudine valentes, & decretas retinere velle, quarum de numero eſt imaginum effiguratio, ut quæ hiſtoriæ evangelicæ promiſſionis concinat ad credulitatem veræ, & non phantaſticæ incarnationis Dei, & ad utilitatem ſimilitudinis, quam nobis exhibet, utiliter inventam. His ſic ſe habentibus regiam viam incedentes, & ſanctorum noſtrorum, & divinorum Patrum doctrinæ inſiſtentes; & catholicæ eccleſiæ, in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſervantes, definimus, cum omni diligentia, & cura venerandas, & ſanctas imagines ad modum, & formam venerandæ, & vivificantis crucis, & e coloribus & teſſellis, aut alia quavis materia commode paratas dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſque, tum in ſacris vaſis, & veſtibus, tum in parietibus, & tabulis in ædibus privatis, in viis publicis, maxime autem imaginem Domini, & Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, deinde intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum, quo ſcilicet per hanc imaginum pictarum inſpectionem omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & deſiderium veniant, illiſque ſalutationem, & honorariam adorationem exhibeant, non ſecundum fidem noſtram veram latriam, quæ ſolum divinæ naturæ competit, ſed quemadmodum typo venerandæ, & vivificantis crucis, & ſanctis evangeliis, & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum, & luminarium reverenter accedimus, quemadmodum veteribus pie in conſuetudinẽ hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in prototyporum reſultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrum obtinet diſciplina, vel traditio catholicæ eccleſiæ, quæ a finibus uſque ad fines evangelium ſuſcepit. Paulo ergo ſic in Chriſto loquenti, omnique Apoſtolico cœtui, & patribus ſanctis idem ſentientibus inhærentes, ſervamus traditiones, quas ſuſcepimus, &c. Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut novam quandam vaniloquentiam inducere, aut quidquam de conſecratis in eccleſia abiicere, evangelii, inquam, depictum codicem, aut figuram, cruces, aut imagines, alicujus picturam, aut reliquias martyrum, quas ſciverint eſſe germanas, & veras, aut contra iſta vafre, & improbe aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem eccleſiaſticam, aut uti tamquam communibus ſacratis Deo repoſitis pretioſis, aut monaſteriis reverendis, ſi fuerint Epiſcopi, aut clerici deponantur, ſi monachi, aut laici communione priventur. *VII. ſyn. Nicæn. II. act. 7. in definitione. Hadrian. de imaginibus c. 67.*

CAPUT III.

Arbitrantes (*Iconoclaſtæ*) ſe poſſe obſcurare venerandarum imaginum picturam partim exterminarunt, partim quæ ex cera fuſæ erant, in ſingularem ornatum in turpes uſus converterunt; quæ vero ex tabulis, & aſſerculis depictæ erant, tum Chriſti, tum etiam ſanctorum illius, igni tradiderunt, &c. Quam ob rem omnibus modis recipiendæ ſunt venerandæ imagines Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus ſcilicet perfectus homo fuit, & hæ quoque omnes, quæ hiſtorice e ſacra evangeliorum narratione depinguntur, nempe intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, ſanctorumque Angelorum, nam hominibus ipſi quoque in forma hominis viſi ſunt. Item ſanctorum omnium quorum prælia, & certamina tabulis, & parietibus ſacris, item veſtibus, & vaſis inſculpta amari debent, quemadmodum catholica eccleſia multis retro ſæculis, in hiſce eſt inſtructa, ſic enim ea accepit, ſic a ſanctis noſtræ diſciplinæ ducibus, & eorum ſucceſſoribus patribus noſtris ſtatutum eſt. Sunt autem hæ adorandæ quoque, hoc eſt, exoſculandæ, & amandæ. Idẽ enim ſignificant hæc juxta antiquam Græciæ dialectum. Nam προσκύνειν ἀσπαζεσθαι φιλεῖν ſignificat, hoc eſt adorare, amplecti, & amare (*vel ſalutare & oſculari*). Præpoſitio autem πρὸς intentionem ſignificat deſiderii, quemadmodum in προσφέρω a φέρω, κυρῶ & προσκυρῶ κυνῶ, & προσκυνῶ quod ſignificat, & amplexum, & vehementem amorem. Nam quod quis φιλεῖ, hoc eſt amat, id etiam, προσφυρεῖ, hoc eſt amplectitur, & quod adorat, ſive amplectitur, nempe προσφυρεῖ, hoc etiam omnino φιλεῖ, id eſt amat, &c. Cum his convenit Gregorius Theologus dicens, *Bethlehem venerare, præſepe adora.* Quis autem modo recte, & ſincere ſcripturas intelligat, ea, quæ ita in ſcripturis occurrunt, non viderit, inde latriam, quæ fit per ſpiritum, non dici, &c. Neque enim in ſummo virgæ Jacob latriam fecit. Neque etiam Gregorius præſepi latriæ vocabulum addit, nequaquam. Rurſus cum crucem vivificam ſalutamus, Gen. 48.

con-

convenientet canimus: *crucem tuam adoramus Domine: lanceam, quæ vivificans latus ſancti-tatis tuæ aperuit, adoramus.* Quæ ſaue adoratio nihil aliud eſt, quam ſalutatio, ſive amplexum malis dicere, quod indicat hoc, quod labiis quoque noſtris propriis ea contingimus. Si vero ſæpiua in ſcriptura, & elegantibus noſtria patribus adorationem quis dixerit, pro cultu, ſive latria, quæ in ſpiritu fit, ſumi non negamus. Nam cum vox ſit multæ ſignificationis, non poteſt non aliquando pro cultu adorationis in ſpiritu ſumi. Adoratio enim eſt, cum venerationem, deſiderium & timorem ſignificet, ita nos veſtrum victorioſum, & placidiſſimum Imperium adoramus. Eſt adoratio, quæ tantum timorem ſignificat, quem-

Gen. 33. admodum Jacob adoravit Eſau. Eſt, quæ gratiam notat, quo modo Abraham pro agro, quem ac-

Gen. 23. cepit a filiis Heth in ſepulchrum Sarræ uxoris ſuæ adoravit illos. Rurſus qui ſperant beneficium ſe accepturos a potentioribus, eos adorant, quem-

Gen. 47. admodum Jacob adoravit Pharaonem. Hinc di-

Luc. 4. Deut. 6. & 10. vina Scriptura dicens, *Deum tuum adorabis, & illi ſoli cultum exhibebis: adorabis*, abſolute ponit, neque adjicit *ſoli*, ut ſignificetur vox diverſæ notionis, & æquivoca. *Cultum autem exhibebis*, ſive *ſervies*, *ſoli* dixit. Quam ob cauſſam latriam uni Deo tribuimus, adque illum referimus, &c. has quoque (*imagines*) adorandas, & ſalutandas putamus. Qui vero ita non eſt animatus, ſed circa venerandarum imaginum adorationem laborat, & dubitat, eum anathematizat ſancta, & veneranda noſtra ſynodus, quæ efficacia divini ſpiritus & eccleſiaſticis patrum traditionibus munita eſt & cincta. Anathema autem iſtud nihil aliud eſt, quam ſeparatio a Chriſto, &c. *Tharaſ. & VII. ſynod. in epiſtola ad Imperatores in fin. poſt act. 7.*

CAPUT IV.

Apoſtolicæ inſtructi traditiones, quas accepimus, ſervamus. Omnia ſcilicet ſuſcipientes, quæ ſancta Catholica eccleſia & ſcripto, & conſuetudine admiſit. Quorum de numero cum & venerandarum imaginum eſſent figurationes, de his peculiariter egimus, &c. Quare eas, *imagines*) honorabiliter adoramus, & ſalutamus, idem enim ſignificant hæc duo verba, quiqua eadem confitetur, hic catholicæ eccleſiæ verus, & germanus filius, & particeps illius exiſtit. *VII. ſyn. epiſt. ad omnes ſacerdotes CP. poſt act. 7.*

CAPUT V.

Tharaſius Patriarcha reſpondit: „ Nos ima-
„ ginum picturas ſecundum priſcam patrum no-
„ ſtrorum traditionem recipimus, & has deſide-
„ rio noſtro adoramus, ut in nomine Chriſti Dei
„ noſtri, & intemeratæ dominæ noſtræ Deipa-
„ ræ Virginis, ſanctorumque Angelorum, &
„ omnium Sanctorum ſactas, ſed apertis verbis
„ teſtamur, nos duntaxat in unum Deum verum
„ latriam, hoc eſt, cultum, & fidem noſtram
„ referre, & reponere ". Sancta ſynodus dixit:
„ Univerſa ſancta ſynodus ſic credit, & ſic do-
„ cet ". *VII. ſyn. act. 2. in fine.*

CAPUT VI.

Dignum eſt, ut ſecundum congruentiam rationis, & antiquiſſimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipſa refertur, etiam derivative, icones honorentur, & adorentur, æque ut ſanctorum ſacer evangeliorum liber, atque typus pretioſæ crucis, &c. *Synod. VIII. generalis CP. ſub Hadrian. II. cap. 3.*

CAPUT VII.

Fraternitas veſtra quoſdam imaginum adoratores aſpiciens, eaſdem eccleſiæ imagines confregit, atque projecit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari poſſit, habuiſſe laudamus, ſed frangere eaſdem imagines non debuiſſe judicamus, &c. Tua ergo fraternitas & illa ſervare, & ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & litterarum neſcii haberent, unde ſcientiam hiſtoriæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret. *Gregor. lib. 7. ep. 109. regiſt. ad Seren. Maſſilienſ.*

CAPUT VIII.

Imaginem, quam tibi dirigendam per Dulcerium * diaconum rogaſti, miſimus. Valde nobis tua (* Dulcidium.) poſtulatio placuit, quia illum in corde tota intentione diligis, cujus imaginem præ oculis habere deſideras. Ab re non facimus, ſi per viſibilia inviſibilia demonſtramus, &c. Scio quidem, quod imaginem Salvatoris noſtri non ideo petis ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filii Dei, ut in ejus amore recaleſcas, cujus imaginem videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante divinitatem ante illam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis ipſa pictura, quaſi ſcriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione mulcet. Ideoque direximus tibi ſurtarias * duas, imaginem (* ſurrariat.) Salvatoris, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli continentes, per ſupradictum filium noſtrum diaconum, & unam crucem, & clavem pro benedictione a ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorum Principis, ut per ipſum a malignoſis defenſus, per cujus lignum * munitum te eſſe credis, & ex eo te (* ſignum.) protegat, qui juvenilia tibi ſuggerit recordari. *Greg. ep. ad Secundinum incluſum lib. 7. reg. c. 53. in fin. vide Hadr. de imaginibus cap. 70. 75. 76. 82. 96.*

CAPUT IX.

Nequaquam ſic ſtatuimus, quemadmodum quidam nugantur, ut imagines tamquam Deos conficiamus. Labor enim, & fatigatio noſtra, quã exhibemus, in deſiderium Dei, ſanctorumque ejus perficitur. Et quemadmodum ſacra ſcriptura imagines in memoriam venerationis habet, ſic & nos eas habeamus. Servantes tamen perpetuo fidei noſtræ puritatem, &c. *Hadrian. in epiſt. ad Imperatores in med. approbata a VII. ſynod. act. 2.*

CAPUT X.

Superius exaravimus pro adorandis imaginibus &c. demonſtrantes eis oſculum, & honorabilem ſalutationem reddere, nequaquam ſecundum fidem noſtram veram culturam, quæ decet ſolam divinam naturam. *Hadr. de imaginibus c. 54.*

CA-

CAPUT XI.

Quantum frequenter per imaginariam reformationem videntur, tantum & qui eas aſpiciunt aſſurgunt ad primæ formæ * memoriam, & dilectionem, & ut his oſculum & honorabilem ſalutationem reddant, nequaquam autem ſecundum fidem noſtram, veram culturam, quæ decet ſolam divinam naturam, ſed quemadmodum ſigno pretioſæ, & vivificæ crucis, & ſanctis Evangeliis & cæteris ſacris ornatis, &c. *Hadr. de imaginibus c. 67. ex definit. VII. ſyn. act. 7.*

* prototyporum.

CAPUT XII.

Ex toto corde (*Euthimius*) dicit, ſe ſuſcipere venerandas imagines, & cum decenti honore, & adoratione amplecti, ut in definitione ſynodi dictum eſt, nequaquam ſecundum fidem noſtram veram culturam, quæ decet ſolam divinam naturam, ſed quemadmodum ligno pretioſæ, & vivificæ crucis, & ſanctis Evangeliis, & cæteris ſacris ornatis. *Hadr. de imaginibus c. 68. ex definitione VII. ſyn. act. 7.*

CAPUT XIII.

Sed hoc ſollicite fraternitas tua admoneat, ut ex viſione rei geſtæ, ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur, &c. *Gregorius ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum.* Et quoniam in his veſtrum a Deo inſpiratum regalem, orthodoxum ſenſum memorandum eſt, non docendum, qualiter ſanctus Gregorius Papa Sereno Epiſcopo docuit de ſacris imaginibus, ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, hoc eſt, eaſdem ſacras imagines aſpicientes in adoratione ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur. Eo ipſo tenore Secundino ſervo Dei incluſo, inquit: „ Non „ ideo petis, ut quaſi Deum colas, ſed ad recor„ dationem filii Dei in ejus amore recaleſcas, cu„ jus te imaginem videre conſideras “. Et nos quidem non quaſi ante divinitatem, ante ipſas proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut paſſum, aut in throno ſedentem recordamur. Sicut vero innuit Sereno Epiſcopo, aſpicientem ſacras imagines in adorationem humiliter ſe proſterni ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis, ſic & Secundino incluſo ſervo Dei docuit, non quaſi Deum colere, ſed ante eaſdem ſacras imagines ſe proſternentem, non quaſi divinitatem, ante ipſas proſterni, ſed proſternentem ſe, illum adorare, quem per imaginem, aut natum, aut paſſum, aut in throno ſedentem recordatur. Ita & nos eundem ipſum irreprehenſibilem, & orthodoxum ſenſum ſancti Gregorii Papæ ſequentes, & amplectentes dudum Irene, & Conſtantino Imperatori pro ſacris imaginibus * erectione prædicandum emiſimus, dicentes. Quia in univerſo mundo ubi chriſtianitas eſt, ipſæ ſacræ imagines permanentes ab omnibus fidelibus honorantur, ut per viſibilem vultum ad inviſibilem divinitatis majeſtatem mens noſtra rapiatur ſpiritali affectu, per contemplationem figuratæ imaginis ſecundum carnem, quã filius Dei pro noſtra ſalute ſuſcipere dignatus eſt, eumdem Redemptorẽ noſtrũ, qui in cælis eſt, adoramus, & in ſpiritu glorificantes collaudamus, quoniam juxta ut * ſcriptum eſt, *Deus ſpiritus eſt*, & oo hoc ſpecialiter divinitatem ejus adoramus. Nam abſit a nobis ut ipſas imagines, ſicut quidam garriunt, deficiemus, ſed affectum, & dilectionem noſtram, quam in Dei amore, & ſanctorum ejus habemus, omnimodo proferimus, & ſicut divinæ ſcripturæ libros, ipſas imagines ob memoriam venerationis habemus noſtræ fidei puritatem obſervantes, &c. *Hadr. de imaginibus c. ult. poſt princ. Greg. lib. 9. epiſt. 9. reg. ad Seren. Maſſilienſ. lib. 7. ep. 53. ad Secundinum incluſum.*

* Sacrarum imaginum, ſ.

* quod, ſ. Joann. 4. c.

CAPUT XIV.

Miſſi noſtri ſynodum iſtam (*ſeptimam*) ſecundum noſtram adhortationem fecerunt, & in priſtino ſtatu ſacras, & venerandas imagines erexerunt, & ſicut pro eiſdem imaginibus S. Gregorii ſenſum, & noſtrum continebatur, ita & ipſi in eadem ſynodo, definitione confeſſi ſunt: his oſculum, & honorabilem ſalutationem reddidere, nequaquam ſecundum fidem noſtram, veram culturam, quæ decet ſoli divinæ naturæ. Inſuper & pſeudoſyllogum illud, quod ab hæreticis factum eſt ſub Conſtantino hæretico Imperatore, anathematizantes cum eorum ſequacibus, atque complicibus damnaverunt, & ad fidem orthodoxam ſanctæ catholicæ, & Apoſtolicæ reverſi eccleſiæ, per libellos eorum fecerunt rectæ fidei confeſſionem, & ideo ipſam ſuſcepimus ſynodum. *Hadrian. de imaginibus cap. ult. ante fin. Ivo part. 4. c. 128. decr.*

CAPUT XV.

Hæc & his ſimilia præcedentes Patres ſciendo iconas Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque ſanctiſſimæ Genitricis, ſemperque Virginis, omniumque ſanctorum in parietibus eccleſiarum, ſecundum quod tempus hodie probat, depinxerunt, & pingere pro congruis locis omni dilectione uſque in præſens non prohibuerunt. Quid Chriſtiano veriſſimo nocet, ſi quod amat, & diligit, non ad adorandum deificet, ſed ad tremendum terribiliter in pariete, vel ligno depingit? &c. Quid fides noſtræ contradicit, quod in centro cameræ ſuper altare ejus figuram, quod Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, animæ noſtræ affectando deſiderant, cujus imago nominis titulum retentat, & quia per naturam Filium adoramus, quare nomen novum ſcriptum in calculo, vel gemmis non adoremus? &c. *Nicol. in ep. ad Michaelem Imp. incipit* Principatum, *ante fin. lect. in VIII. ſyn. ſub Hadr. II. act. 4.*

CAPUT XVI.

Suſcipio, & amplector venerandas imagines; adorationem autem, quæ fit ſecundum latriam, hoc eſt Dei culturam, tantũ ſuperſubſtantiali, & vivificæ Trinitati conſervo. Qui vero aliter ſentiunt, & glorioſos ſanctos non approbant, a Catholica, & apoſtolica eccleſia ſeparo, & anathemati ſubjicio, &c. *Conſtantin. Epiſc. Conſtantiæ Cypri in VII. ſyn. act. 5. ante fin.*

CAPUT XVII.

Neque apud nos, ut Dii adorantur ſanctorum imagines, typi, characteres, &c. Ego vero quatenus duo ligna crucis colligata ſunt, typum quidem

dem adoro propter Chriſtum qui in eo crucifixus eſt: cum vero fuerint diſſoluta a ſe, abiicio ea, & exuo quoque, & quemadmodum qui mandatum Imperatoris ſuſcepit, illius ſigillum oſculando, non ipſam ceram, aut characterem, aut plumbum veneratur, verum Imperatori ipſi adorationem, & cultum exhibuit; ita quoque Chriſtiani typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, ſed ſigillum, & annulum, & characterem Chriſtum ipſum aſpicientes, per hoc eum, qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus, & adoramus. Et quemadmodum genuini filii peregrinante longo tempore patre, quidquid filius in domo viderit, ſive baculum, ſive ſedem, ſive chlamidem, hæc inquam, omnia cum lacrymis attrectantes amplexantur, non illa honorantes, ſed patrem deſiderantes, & venerantes; ſic & nos fideles omnes crucem Chriſti tamquam virgam adoramus, ut ſedem vero, & cubile illius tet ſanctum ſepulchrum, præſepe autem, & Bethleem reliquaque illius habitacula, ut domum, ſic Apoſtolos illius, beatoſque martyres, & reliquos ſanctos, veluti amicos illius colimus, ita Sion tamquam illius civitatem, Nazareth vero tamquam illius patriam amplectimur. Non aliter etiam Jordanem, quam divinum illius lavacrum, reveremur &c. Hinc etiam propter Chriſtum, Chriſtique paſſiones paſſim in eccleſiis, in domibus, & foro in picturis, ſindonibus, promptuariis, veſtibus, omnibus denique in locis hanc figuram ponimus, quo continuo contemplantibus nobis hæc in mentem veniant, & non obliviſcamur, quemadmodum tu oblitus es Domini Dei tui. Sicut autem tu adoras, librum legis, non naturam membranarum, aut atramenti, ſed verba Dei; ſic & ego imaginem Chriſti adorans, non lignorum, aut colorum naturam adoro, abſit, ſed inanimatum characterem Chriſti. Hunc enim cum habeam, per ipſum Chriſtum me tenere, & adorare mihi
Gen. 27. videor, &c. Ut Jacob veſtem filii oſculatus eſt, &c. ſic & Chriſtiani omnes imaginem Chriſti, aut Apoſtoli, aut martyris tenentes, noſtraque ea re oſculantes, animo videmur nobis ipſum Chriſtum, aut martyrem amplecti, &c. Non tu veſtem filii mortui, aut uxoris oſculatus es? ipſoſque liberos, aut partes non oſculamur? &c. Si ligna ut Deos glorifico, &c. quomodo honore afficio, laudo, templa erigo, feſta celebro tribus illis pueris, qui in Babylone imaginem auream non adorarunt? &c. Qua ratione tibi idololatræ ſumus, qui oſſa, cineres, pannos, ſanguinē, ſepulchra denique martyrum adorantes, illis tamen non ſacrificamus, &c. Ego per cælum, terram, mare, ligna, lapides, reliquias, templa, crucem, angelos, homines, per omnem denique creaturam viſibilem, & non viſibilem omnium auctori Domino, & factori ſoli adorationem, & cultū exhibeo. Non enim per ſe creatura auctorem adorat, ſed per me, &c. Qui in ſanctos impenditur honor in ipſum (*Deum*) recurrit, &c. Alioquin, &
* *ligno*, f. multa Deus per crucem * audito mira fecit, ſi quidem lignum vitæ, & lignum ſcientiæ appellavit, &c. Deinde virga Pharaonem obtexit, mare diviſit, aquam dulcem fecit, &c. Is igitur, qui tanta miracula per ligna fecit Deus, dic, rogo, numquid per ſanctæ crucis pretioſum lignum miranda efficere poteſt? Quod ſi autem eſt impium oſſa venerari, quamobrem oſſa Joſeph cum Gen. 5.
omni honore ex Ægypto vecta ſunt? quo modo homo mortuus oſſa Heliſæi attingens reſurrexit? 4. Reg. 13. d.
Jam ſi per oſſa mirifica Deus facit, clarum eſt, quod & per imagines, lapides, pluraque alia idem poſſit, &c. Cum igitur Chriſtianos crucem adorare conſpexeris, ſcito, quia crucifixo Chriſto honos impenditur, tantum abeſt, ut lignum colant, &c. Rurſus nos crucem non ita aſſamur, neque etiam ſanctorum imagines, Dii noſtri eſtis, non enim Dii noſtri ſunt, ſed tantum ſimilitudines, & imagines Chriſti, & ſanctorum illius ad commemorationem, honorem, & decorem eccleſiarum venerandæ. Nam qui martyrem colit, Deum ipſum colit, qui Matrem Dei adorat, ipſi honorem aſſignat, qui apoſtolum honore proſequitur, ipſum, qui Apoſtolum miſit, honorat. Utinam, & tu quoque Moſaicas, & propheticas imagines feciſſes, illaſque quotidie adorares, ſic enim eorum Domino, & Deo veram latriam exhiberes, non autem ad eas ſtatuas Nabuchodonoſoris. Qua vero fronte contra me imaginum, & crucis cauſſa inſurgis, cum noris Abrahamum Gen. 23.
idololatras adoraſſe, Moſen vero Jethro idololatræ idē feciſſe, Jacob autem Pharaonē, Daniel Exod. 18. Gen. 47. Dan. 2.
Nabuchodonoſorem. Hi prophetæ, & juſti cum ſint ob beneficia quædam illis præſtita in terra exiſtentes, illos idololatras adorarunt, me ſanctam crucem, ſanctorumque effigies, a quibus infinita beneficia Deo procurante nobis obtigerunt, adorantem deſpicies? &c. *Leontius Epiſc. Neapoleos Cypri eu lib. V. Apologiæ contra Judæos VII. ſynod. act. 4. in med.*

CAPUT XVIII.

Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri dixit: „ Pater hic (*Leontius*) qui lectus eſt, in
„ una ex civitatibus Cypri, decenter, & ſancte
„ converſatus eſt, multaque encomia, & pane-
„ gyricas illius orationes etiam habemus, inter
„ quas extat oratio in Transfigurationem Do-
„ mini. Scripſit, & ſancti Joannis, Miſericordis
„ appellati, Epiſcopi Alexandrini vitam, & bea-
„ ti Simeonis, turbationeſque propter Chriſtum
„ circa ea tempora in eccleſia factas. Scripſit,
„ & alia quædam, in quibus omnibus orthodo-
„ xus cognoſcitur. Floruit circa tempora Mau-
„ ricii Imperatoris ". *VII. ſynod. action. 4. in med.*

CAPUT XIX.

Nemo offendatur in adorationis vocabulo. Siquidem, & homines, & ſanctos Angelos adoramus. Non autem, quod λατρείαν, hoc eſt cultum divinum exhibeamus. Moſes enim inquit, *Deum tuum adorabis, & illi ſoli latriam præſtabis.* Quo loco diligenter obſervabis, qua ratione poſteriori dicto, nimirum *latriæ* *, adjecerit Deuter. 6. * λατρείαν.
ſoli, *adorabis* vero non. Quamobrem adorare licet. Quid enim aliud eſt, quam honoris alicui exhibiti veluti emphaſis, adoratio? Latria vero nequaquam. Neque etiam licebit προσθύξασθαι, quod eſt proprie Deum adorare, &c. *Anaſtaſi-*

us

us Epiſcopus Theopoleos in epiſt. ſynod. VII. act. 4. in med.

CAPUT XX.

Quemadmodum abſente Rege, pro eo illius imago adoratur, præſente vero eo, veluti ſupervacaneum hoc omittitur, cum ſatius ſit ipſum, quam imaginem coli, neque tamen ob id ipſe, qui non adeſt, per id, quod pro illo adoratur, ignominia affici creditur, &c. Quemadmodum cum quiſpiam temulentus in imaginem Imperatoris impetum faciens, juſte corrigitur, veluti ipſum Regem ignominia affeciſſet, cum tamen ipſa imago, nihil ſit præterquam lignum, aut colores cum cera mixti; eodem modo, qui in alicujus typum, aut effigiem ignominioſus eſt, in illum, cujus eſt typus, injuriam factã arbitramur. *Idem Anaſtaſius ad Simeonem Epiſcop. Boſtror. ſerm. de ſabbato. VII. ſynod. act. 4. in med.*

CAPUT XXI.

Omnia tibi ſerviunt Deo, immo imagini Domini, non enim cum Regiæ imagines, & figuræ in civitatem afferuntur, magiſtratus, & populus gratulabundus tabulas veneratur, neque ex cera fuſilem imaginem, ſed Regiam figuram. *Joann. Chryſoſt. oratione in pelvim. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XXII.

Hoc aliquis ex imagine Imperatorum clarius, & attentius cognoſcere poſſit. Nam in imagine Regis forma, & ſpecies eſt; in Rege vero ea, quæ eſt in imagine, forma exiſtit, impermutabilis autem eſt in imagine Regia ſimilitudo, itaut qui imaginem inſpexerit, ipſum quoque Regem ſimul inſpiciat. Rurſus qui Regem conſpicit, novit eum eſſe, quem in imagine conſpexerat. Quandoquidem autem, ex eo quod ſimilitudo non differt, volenti poſt imaginis inſpectionem Regem videre, recte dixerit imago: „ ego in illo ſum, & „ ille in me, & quod in me vides, vides in illo “. Qui igitur imaginem adorat, adorat etiam ipſum Regẽ, illius enim forma, & figura eſt imago. *Athan. lib. 4. contra Arianos. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XXIII.

Tharaſius dixit: Hæc ſane rerum natura docet, quod honor imagini exhibitus, ad ipſum fontem primum referatur, quomodo etiam contumelia, &c. *Tharaſ. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XXIV.

Quia Rex dicitur etiam Regis imago, neque tamen ob id duo Reges, non enim ſcinditur potentia, neque honor diſtribuitur. Nam quemadmodum principium nos conſervans, poteſtaſque una, ita & noſtra glorificatio, ſive laudatio una, & non plures, quam ob cauſſam etiam imaginis honor ad primum veluti fontem dirigitur. *Baſil. Magnus ad Aphilochium de Spiritu ſancto, en 30. capitib. cap. 17. VII. ſynod. act. 4. poſt med. Hadrian. de imagin. cap. 66.*

CAPUT XXV.

Non qui in ſuam Regiam imaginem diligentius intuens, Regemque, illam dicens eum, qui in tabula pictus eſt, duos Reges fatetur, nimirum ipſam imaginem, & eum, cujus eſt imago. Neque ſi quis in tabula pictum indicaverit, dixeritque: *ecce Regem*, ob id primum & verum exemplar, ipſum ſcilicet Regẽ appellatione privavit. Profecto videtur magis honorem Regis per ejuſcemodi confeſſionem ſtabiliviſſe. *Baſil. contra Sabellianos, & Arium. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XXVI.

Joannes presbyter locum tenens Epiſcoporum Orientalium dixit: „ Falſa ſynodus ſparſerat hoc „ axioma. Quicumque imaginem Chriſti adorat, „ in duo Chriſtum dividit. Et quicumque imagi„ nem aſpiciens dixerit, aut inſcripſerit, ei, *hic* „ *eſt Chriſtus*, Chriſtum dividit. Stultum id ſa„ ne eſt, nam Baſilius, &c. honorem imaginum „ ad ipſum exemplar primum redire teſtatus eſt, „ &c. “ Clare enim dixit, quod, & Rex dicatur Regis imago, neque tamen duo Reges. Adeo ut tam clarum ſit, quod is, qui adoraverit imaginem, & dixerit, *hic eſt Chriſtus*, non peccaverit indicat enim, quod Chriſtus verus eſt Dei Filius, & Patri conſidens in cælis, idque in proprio ſuo corpore. Verum per imaginem, quæ per colores exprimitur, potentia ejus adoratur, & glorificatur, & per ſenſum in cognitionem ejus poteſtatis pervenimus. Unde & beatus pater indicavit, non eſſe duas adorationes, ſed unam ipſius imaginis, & primi exemplaris, cujus eſt imago. *Joann. presbyt. VII. ſynod. act. 4. poſt med.*

CAPUT XXVII.

Theophilus Epiſcopus Nacoliæ dicebat, ſe inſtructum ſacra ſcriptura dicente: *Nullam faciens ſimilitudinem ad adorandam illam, neque in cælo deſuper, neque ſuper terram.* Non oportet manufacta adorare, hoc eſt, quæ manu hominum elaborata ſunt. Cum vero ſanctos Chriſti martyres, veras fidei margaritas, omni honore dignos arbitremur, & interceſſiones eorum poſtulemus, non potui illi non reſpondere. Chriſtianorum itaque fidem, cultum, & adorationem in unum, & ſolum Deum exiſtere dixi, &c. creaturas non adoramus, abſit: neque cultum divinæ dominationi debitum in conſervos deducimus, abſit: neque Principes, aut Reges ſuper terram adorantes, æqualem illis cum Deo adorationem præſtare videmur, &c. Neque imaginum ex cera, & colore effigiationem in errorem perfectionis divini cultus ſuſcipimus. Non enim inviſibilis Deitatis imaginem, aut ſimilitudinem, aut figuram, aut formam expreſſam, quin etiam ipſorum ſanctorum angelorum præſtantes ordines, neque intelligere, neque inveſtigare omnino poſſumus, &c. Sanctæ illius carnis (*Chriſti*) characterem in imaginibus delineantes ſalutamus, & cultu, & honore omni, quo decet, dignamur, nec ob aliud, niſi in recordationem Divinitatis illius vivificæ, & inexpreſſæ humanitatis. Eadem ratione, & intemeratæ ejus juxta carnem matris, ſanctæ Deiparæ Virginis ſimilitudinem referimus. Hoc modo oſtendentes, quod mulier juxta naturam exiſtens, & a noſtra maſſa haudquaquam aliena, Deum inviſibilem, & omnia manu ſua continentem, ultra omnem, & hominum, & angelorum exiſtimationem in ventre ſuo conceperit, & ex ſe incarnatum genuerit. Etenim ob id eam, ut vere, & pro- *Exod. 20. Deut. 5.*

Digitized by Google

prie veri Dei matrem veneramur, & magnificamus, & quavis viſibili, & inviſibili creatura ſuperiorem reputamus. Ad hæc ſanctos martyres Chriſti, Apoſtolos, prophetas, tamquam conſervos noſtros, & veros Dei miniſtros, bonis operibus, & divina prædicatione veritatis, item perpeſſione pro ipſo Deo afflictionum glorioſos, amicos Dei veros, quibus ipſe etiam magnam loquendi confidentiam dedit, admiramur, & beatos prædicamus, nec non ad recordationem fortitudinis eorum, & rectam pro Chriſto ſervitutem, ſimilitudines eorum depingimus, non quod de divina natura participent, per hoc demonſtrare volentes, neque debitum tantummodo divinæ poteſtati, & gloriæ honorem illis tribuentes. Verum deſiderium noſtrum, & amorem, quo erga eos affecti ſumus, ita declaramus. Nam quæ per auditionem tamquam vera credidimus, hæc etiam per pingibilem imitationem ad ſtabiliorem noſtram inſtructionem collocamus, quando & ipſi ſancti Dei in unum, & ſolum Deum cultum adorationis, & glorificationem, & procreationem conſervantes, pro Chriſto ſanguinem ſuum effuderunt, & veræ confeſſionis coronã acceperunt. Hæc imaginum apparatus ratio eſt, non quod nos adorationem in ſpiritu, & veritate incomprehenſibili, & inveſtigabili Deitate decentem, in manu factas imagines, aut in opera hominum arte facta, aut ſane in ea, quæ ſubſunt Deo, ſive viſibilia ſint, ſive inviſibilia, transferre ſtudeamus; verum ut dilectionem noſtram, quam juſte in ſanctos Dei ſervos habemus, per juſtum modum exhibeamus, & per honorationem illorum in eũ, qui per illos glorificatus eſt, quique illos glorificavit, in confeſſionem potentiæ ſuæ, Chriſtum, glorificationem, & cultum referimus, ita ut & nos imitatores fortitudinis eorum, & dilectionis erga Deum, per bonorum operum contra paſſiones reſiſtentiam fiamus. Hunc autem eſſe imaginum in eccleſia Dei uſum unuſquiſque per hanc inſtructionem cognoſcat, neque aliunde nos ſalutis ſpẽ ſive in ho. mundo, ſive in futuro ſæculo expectare, niſi ab unigenito filio Dei. At ſi Domini, & Servatoris noſtri, item intemeratæ ejus matris vere Deiparæ, nec non ſanctorum imagines ſalutamus, conſeſtim etiam fidem, & diſpoſitionem mentis erga illos habemus, ſed unum Deum ſine principio, ſine fine, qui omnia in manu ſua habet, factorem noſtrum, & omnis creaturæ, & vere Servatorem, habentem poteſtatem in cælo, & in terra, pro genere humano hominem factum agnoſcimus, ancillam autem, & matrem illius exiſtentem vere pro genere noſtro intercedentem præſentiſſime, ita ut Dominus quidem noſter ſalutem diſpenſet, illa vero materno affectu pro nobis poſcat, agnoſcimus. Sanctos denique omnes tamquam conſervos noſtros, ejuſdem nobiſcum naturæ participes, gratiſſimos Dei miniſtros, ut dictum eſt, & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia a Deo data nobis miniſtrent: Curationes inquam, morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quatenus nobis in hymnodiis, & glorificationibus poſſibile eſt, memoria autem eorum cum encomio celebratur, ut ait ſcriptura, agnoſcimus, &c. *Germanus CP. Epiſcopus ad Joann. Epiſcop. Synnad. VII. ſynod. act. 4.* *Prov. 10.*

CAPUT XXVIII.

Facta precatione unuſquiſque ſancta evangelia, venerandamque crucem, & imaginem Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, nec non Dominæ noſtræ Deiparæ ſalutarunt, ponentes manus ſuas ſuper ea in confirmationem eorum, quæ locuti erant, &c. Maximus confeſſor in dogmatibus * ſalutarunt, dixerunt, quod & nos facere debemus, nam latria ad unum Deum refertur. *Tharaſ. CP. VII. ſynod. act. 4. ant. med.* ** ἡ κατὰ σχέσιν.*

CAPUT XXIX.

Nos imagines ſanctorum, qui revera in carne fuerunt ſervi Chriſti, fingimus, idque in memoriam eorum, neque quidquam indecorum efficimus, pingentes eos, ut re ipſa fuerunt, neque enim e nobis fingimus, neque rerum incorporearum corporeas formas cudimus, neque ipſi imagines, ut tu dicebas, adoramus, ſed eum, qui per picturam indicatur, glorificamus, neque hos etiam ut Deos, abſit, ſed ut veros Dei ſervos, & amicos, & poteſtatem habentes pro bonis apud Deum intercendendi, Dei autem imaginem Jeſu Chriſti Servatoris noſtri, quemadmodum ipſe ſuper terram cum hominibus converſatus eſt, pingimus, non ut ipſa natura Deus eſt: quæ enim poſſet eſſe Dei ſimilitudo? aut quæ figura incorporei non effigiabiliſque Verbi Patris? Deus enim ut ſcriptum eſt, ſpiritus eſt, &c. Nos ejus *Joann. 4.* humanitatem ea ratione pingimus, non illius incorpoream Deitatem, &c. de Angelis, & Archangelis, & eorum poteſtatibus, quibus & noſtras animas adjungo, ipſa catholica eccleſia ſic ſentit, eſſe quidem intelligibiles, ſed non omnino corporis expertes, & inviſibiles, &c. Sic autem multos ſanctorum Patrum ſenſiſſe cognovimus. Baſilius magnus, & beatus Athanaſius, & Methodius, & qui ſtant ab illis, &c. imitabiles pictura exiſtunt, & in loco exiſtunt, & circumferentiam habent, non tamen ex quatuor elementis, & craſſa illa materia, ut nos, &c. Multotiens viſi ſunt, ſed ab illis, quibus Dominus oculos aperuit. Nos igitur eas, non ut Deum, ſed ut creaturas intelligibiles, & miniſtros Dei pingimus, & colimus. Quod autem hominis forma pingantur, in cauſa eſt, quod in ea viſi ſunt, ſi quando miniſterium Dei apud homines abierunt. *Joannes Epiſcop. Theſſalonicen. in ſerm. ſive dialogo gentilis & chriſtiani VII. ſynod. act. 5. poſt princ.*

CAPUT XXX.

Sancti martyres dicunt: Non divinum, ſimplex exiſtens, & incomprehenſibile, formis, & figuris aſſimilamus, neque cera, & lignis ſuperſubſtantialem, & ante principia exiſtentem ſubſtantiam honorare nos decrevimus, &c. in qua viſus eſt ab hominibus figura, & in qua converſatus eſt inter homines, in tabulis pingitur, qua ratione per divinum typum ejus ſalutaris potentia recordamur. *Conſtantinus diaconus Conſtantin. in omnes ſanctos martyres. VII. ſynod. act. 5. ante fin.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Exod. 20. Deut. 5. *Non erunt tibi Dii alii præter me. Non facies tibi idolum*, &c. & ſi facimus hominum piorum ſimilitudines, non tamen ea ſunt, ut adorentur, ut Dii, ſed ut eas videntes, ad imitationem facinorum illorum irritemur*. Si vero ſimilitudines Chriſti facimus, ſane non propter ſimilitudinem adoramus, ſed quo mens per ea, quæ conſpexit, ſurſum volet, non enim imaginem corruptibilem hominis corruptibilis adoramus, ſed quia Deus homo incommutate dignatus eſt fieri, facimus illius imaginem, velut hominis, quamvis ſciamus eum natura Deum exiſtentem. Non idem igitur Deum, & imaginem dicimus, ſed Deum cognoſcentes, ſimilitudinem in imagine diſpenſationis illius humanæ figuramus. Gentiles autem errantes ſimilitudines Deos eſſe arbitrantur. *Scholion Incerti. VII. ſynod. action. 5. ante fin.*

* incitemur, f.

CAPUT XXXII.

De conſecr. diſt. 3. c. 28. Venerandas imagines Chriſtiani neque Deos appellant, neque ut Deo cultum exhibent, neque ſalutis ſpem in illis conſtituunt, neque ab his judicium aliquando futurum expectant. Quod ſi autem in recordationem, & memoriam, item quod ſingulari quadam affectione in ipſa prototypa ferebantur, ſalutaverint, & honorifice adoraverint imagines, non tamen ob id illis latriam exhibuerunt, aut divinam venerationem adſcripſerunt, &c. *VII. ſynod. action. 6. Epiph. tom. 2. in princ. contra Gregor. & alios.*

CAPUT XXXIII.

Chriſtiani unum Emmanuel Chriſtum Deum noſcentes, ipſum pingunt ſecundum hoc, quo Verbum caro factum eſt, &c. Picturas inſpicientes, nihil aliud animo cogitant, quam quod in his ſignificatur, nam cum in pictura Virginem peperiſſe conſpiciunt, Angeloſque cum paſtoribus adſtantes, Deum hominem factum eſſe reputant, natum ob noſtram ſalutem, &c. *Epiphan. ubi ſupra tom. 3. poſt princip.*

CAPUT XXXIV.

Aliud eſt imago, aliud prototypum, neque aliquis, modo quid ſapiat, proprietates prototypi in imagine exquirit, nam vera ratio in imagine nihil aliud, quam nominis communionem, cujus eſt imago, neque ſubſtantiam prototypi cognoſcit, &c. *Epiphan. ubi ſupra tom. 3. poſt princ.*

CAPUT XXXV.

In præcedentibus ex ſanctorum patrum rivis haurientes imaginis honorem in primum exemplar reverti ſignificavimus. Et qui imaginem Imperatoris videt, in ea ipſum Imperatorem contemplatur, & qui imaginem ejuſdem adorat, ipſum quoque Imperatorem adorat, hujus enim forma, & figura illius eſt imago. Et quemadmodum qui deſpiciens imaginem Imperatoris violat, non aliter caſtigatur, quam ſi ipſum Imperatorem contumelia affeciſſe, cum tamen illa ipſa imago, præter lignum, & colores nihil ſit, colores inquam, cum cera mixtos & contemperatos, eodem modo, qui typum alicujus, ſive figuram ignominia afficit, in illum ipſum, quem typus repræſentat, injurius eſt. Quin etiam ipſa rerum natura id ipſum docet. Hoc etiam univerſi mortales agnoſcunt, patreſque ſanctos ita tradidiſſe norunt, & eos, qui aliter docent eccleſiæ catholicæ, immo naturæ rerum contradicere, &c. *Epiphanius, ibid. tom. 4. poſt princ.*

CAPUT XXXVI.

Imaginum pictarum jugis contemplatio continuo memoriam exercet, ne iterum recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore meretricio detentum rapere cupit, caſti Joſeph imaginem proponit, &c. Traditionem itaque eccleſiæ recipiamus, legislationem ejuſdem veneremur, &c. An non ſentimus probam, & laudabilem eſſe imaginum erectionem? an non ſentimus ſpiritualiter nos per eas referri ad prototyporum recordationem? Sane ſentimus. Quapropter non indignas habebimus eas honore ſalutatione, & veneratione, debitamque adorationem illis date debemus. Sive igitur placebit ſalutationem, ſive adorationem appellare, idem profecto erit, modo ſciamus excludi latriam, hæc enim eſt alia a ſimplici adoratione, &c. Qui autem eſt adoraturus venerandam imaginis picturam, ſi dignus eſt, accedat, ſi indignus ſit, purgetur, deinde accedat, &c. Hi mentes muliebres decipiunt dicentes, quod ſi quis adoraverit imaginem Domini, aut intemeratæ Deiparæ Dominæ noſtræ, aut ſanctorum Angelorum, aut alicujus e ſanctis, is in ſpiritu latriam illis exhibet, &c. Gregorius Theologus ejuſcemodi cogitata ſubvertit, adhortatus nos omnes ad Bethleem venerationem, & ad præſepis adorationem. Cum illo glorioſus Maximus, cujus laus in omnibus eccleſiis, &c. divinam figuram venerabilis crucis, item ſacrum evangelium, & venerandam imaginem juſſit in medium adduci, voluitque ut in confirmationem actorum oſcularentur ab omnibus. Athanaſius in epiſt. ad Marcellinum, quam præpoſuit interpretationi pſalmorum, dicit: „ Librum pſalmorum aliquis aſſumens, prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis ſcripturis admiratus, & adorans enarrat, &c. Qui vero dicunt, ſufficere uſum imaginum ad memoriam ſolum, non vero ad ſalutationem eas habendas, ſemiprobi, & falſo veri, ut ita dicam, deprehenduntur, altera quidem parte veritatem confitentes, ex altera vero perverſe agentes, &c. Igitur cum timore Dei omnia agamus poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ, & ſemper Virginis dominæ noſtræ Mariæ, item ſanctorum angelorum, omniumque ſanctorum ſalutantes, & venerandas illorum reliquias, ut nos ſanctitudinis eorum fiamus participes ", &c. *VII. ſynod. action. 6. Epiphan. contra Gregor. & alios in fin.*

Geneſ. 39.

CAPUT XXXVII.

Interrogatio Antiochi, ad ſanctum Athanaſium pro imaginibus. Cum lex, & prophetæ dicant, ſtatuas, & ſimilitudines non adorabitis, quomodo vos facitis imagines, & adoratis eas? Reſpondit: „ Non ſicut Deos imagines adoramus nos fideles, abſit, pagani, ſed tantummodo affectu, & charitate noſtræ animæ ad „ vul-

„ vultum faciei imaginis apparentis. Unde mul- „ totiens, vultu deleto, ſicut lignum purum at- „ que commune eam, quæ dudum fuerat imago,
Geneſ. 47. „ comburimus “. Sicut enim Jacob approximans morti, ſummitatem virgæ Joſeph adoravit, non virgam honorificans, ſed qui eam tenebat, ſic & fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, niſi pro deſiderio effigie declarati. *Hadrian. de imaginib. cap. 34. en D. Athanaſio.*

TITULUS XIX.

DE IIS, QUI HÆRESIS ICONOCLASTARUM AUCTORES FUERUNT, AUT ILLI IN PRIMIS FAVERUNT.

Vide lib. XI. tit. XLVII. & adde:

CAPUT I.

PRincipium hujus hæreſeos, ex Conſtantino Epiſcopo Nacoliæ ortum eſt. *Tharaſ. VII. ſynod. act. 4. ante fin.*

CAPUT II.

Promittebas te correcturum ea, & confirmaturum, de quibus fides tua vacillare dicebatur, neque etiam quidquam amplius contumeliæ adverſus Dominum, aut ſanctorum ejus imagines dicturum, aut facturum, ſed tantum e ſcriptura probaturum, nihil divini honoris in creaturis conſiſtere, ſed licere tamen venerationem illis exhibere, &c. *German. CP. Epiſcop. ad Conſtantinum Epiſc. Nacoliæ. VII. ſyn. act. 4. ante fin.*

CAPUT III.

Inductio peregrinæ iſtius novitatis a prædicto Epiſcopo Nacoliæ initium cœpit. *Tharaſ. VII. ſynod. ibid.*

CAPUT IV.

Non eſſe decens dicebat Xenæus angelos exiſtentes incorporeos, corporea, & humana effigie repræſentari, quin etiam hæc fuit opinio ejus: Chriſto non dandum eſſe honorem, aut laudem eſſe dicendam in pictura hominum arte elaborata, eſſe autem illi ſolum acceptam adorationem
Joann. 4. in ſpiritu, & veritate. Inter cetera autem dicebat, & hoc eſſe puerilis animi factum, fingere in columbæ idolo ter adorabilem Spiritum ſanctum, nuſquam enim evangelicis ſcriptis traditum eſſe
Matt. 3. d. Spiritum ſanctum columbam eſſe, ſed quod in
Marc. 1. a. ſpecie columbæ aliquando viſus eſt, id autem di-
Luc. 3. a. ſpenſative, & non ſubſtantialiter factum eſſe. Ita
Joann. 1. c. putabat inconveniens pios homines Spiritum ſanctum, ut corpus habentem, delineare. Hæc Philoxenus docens ſimul cum ipſa doctrina opere rem demonſtrabat, ſæpe angelorum imagines adferens ejecit. Chriſtum autem imagines repræſentantes omnes in unum locum collocavit. *Joannes Diacrinomenus in hiſtoria Eccleſiaſtica VII. ſynod. act. 5. in med.*

CAPUT V.

Neque etiam ſanctorum Angelorum honorem (*Severus*) illæſum eſſe ſivit; frequenter autem ſermonem in gradibus ſtans hac de re habebat, populumque ſæpe perſuadere conabatur, etiam in ipſo templo ſanctiſſimi Michaelis, non decere purpureas angelos veſtes, ſed albas, non ignorans ſanctis non eſſe curæ poteſtatibus, quo veſtitu utantur; ſtudebat autem, & hæc diſcerpere, & commovere ne quomodo res ſe haberet, cognoſci poſſet. *Joannes Epiſcopus Gabalon in vitam, & politiam Severi hæreſiarchæ, act. 5. poſt med.*

CAPUT VI.

Anaſtaſius, Conſtantinus & Victor Patriarchæ CP. hæretici, libros de imaginibus bene loquentes deleverunt. *VII. ſynod. act. 5. poſt med.*

CAPUT VII.

Origo Iconoclaſtarum ex Arabis, & Hebræis orta eſt. Nam Ezidaus rex Arabum perſuaſus a Sarantapechi Hebræorum duce in Tiberiade, juſſit aboleri omnes imagines. Hos imitatus pſeudoepiſcopus Nacoliæ, ſed illi male perierunt, &c. *Joann. Vicarius Epiſc. Orientis.* Epiſcopus Meſenæ dixit: „ Et ego puerulus eram in Sy- „ ria, quando Sarracenorum Princeps imagines „ ſubvertit “. *VII. ſyn. act. 5. in fin.*

CAPUT VIII.

Utinam erubeſcant, cum in priſcos Chriſtianorum mores inſpiciunt, qui nunc dici volunt hoc nomine, ſane non damnarent picturarum apparatum, qui ab eo tempore fuit, quo prædicatum eſt evangelium, nam ab eo tempore quo celebrata eſt ſacroſancta ſynodus (*ſexta*) uſque ad conciliabulum, quo hi convenere, qui contra ſanctas imagines ſteterunt, non plus qua LXX. anni lapſi ſunt, &c. In primo enim & quinquies milleſimo Chriſtus natus eſt, & XXX. * annis, * *XXXII. ſ.*
menſibus v. fere nobiſcum fuit, &c. qui Apoſtolis mandavit, ut ea, quæ a ſe erant docta, alios deinceps docerent: ab eo tempore ad tempora Conſtantini primi ex Imperatoribus Chriſtiani anni propemodum CCC. ante illum gentiles tyrannice regnarunt, quorum tempore martyres idola oppugnantes occubuerunt. At vero Chriſtianorum cœtus divina æmulatione ducti templa conſtruxerunt, partim Chriſti nominis gratia, partim ſanctorum martyrum cauſſa, atque illi quidem hiſtoriam humanæ Chriſti diſpenſationis in iis pinxerunt, hi vero martyrum geſtis effigiandis operam collocarunt, alii id tabellis expreſſere, quo martyrum memoriam in oculis perpetuo ferrent, aut ipſius etiam Chriſti facta, alii autem in veſtibus ſacratis, in pretioſis repoſitoriis, in quibus incruenta ſacrificia peragunt, imagines pinxere, &c. Sacra autem ſexta, & univerſalis ſynodus, &c. ſub Juſtiniano &c. CII. canones edidere, in quorum LXXII. de imaginibus ſic tradiderunt: „ In quibuſdam ve- „ nerandarum imaginum picturis, &c. “ Videmus igitur omnes, & intelligimus, quod & ante ſacras ſex ſynodos, & poſt has etiam ſanctorum picturæ in eccleſia traditæ fuerint, non aliter atque ſacra evangelii lectio. Nam quæ leguntur ubi ad aures venerint, ad animum deinde legamus & tranſmittimus, & quæ oculis videmus in picturis, ea quoque mente complectimur, atque ita per duo iſta invicem conſequentia, lectionem, inquam, & picturam, unam cognitionem acquirimus, qua ad recordationem rerum geſtarum pervenitur, &c. *Epiphan. tom. 1. in fin. contra Greg. VII. ſyn. act. 6.*

CAPUT IX.

Tempore Gregorii ſecundi decrevit Imperator

Leo,

Digitized by Google

Leo, ut in nulla eccleſia imago cujuslibet ſancti, aut martyris, aut angeli haberetur, maledicta enim omnia aſſerebant, &c. *Ex Pontif.*

TITULUS XX.

ANATHEMATA CONTRA ICONOMACHOS.

Vide lib. XI. tit. XLVII. & in hoc libro tit. XVI. quibus adde:

CAPUT I.

ANathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis. *Libellus Roman. Eccleſ. in VII. ſyn. ſub Hadr. II. act. 1.*

CAPUT II.

Tantum amorem erga imagines ſanctorum habere videbatur (*Simeon Stilita*) ut impios illos (*Iconomachos*) anathematis jacularet ictibus. *Hadrian. in lib. de imaginibus ad Carolum Magnum c. 16. in med.*

CAPUT III.

Miſſi noſtri ſynodum iſtam VII. ſecundum noſtram adhortationem fecerunt, &c. Inſuper, & pſeudoſyllogum illud, quod ab hæreticis factum eſt ſub Conſtantino hæretico Imperatore anathematizantes cum eorum ſequacibus, atque complicibus damnaverunt. *Hadrian. de imaginibus cap. ult.*

CAPUT IV.

Qui venerandas imagines non veneratur, anathema ſit. Qui in ſanctas, & venerabiles imagines blaſphemias congerunt, anathema. Qui traducere, & maledicis verbis incellere audent venerandas imagines, aut eaſdem reiicere, anathema. Qui ex animo Chriſtianum populum non docent venerationem ſanctarum & honorabilium imaginum omnium ſanctorum, qui ab initio Deo placuerunt, anathema. Chriſtianorum accuſatoribus, aut iconoclaſtis, hoc eſt imaginum demolitoribus, anathema. *Theodoſii Epiſcopi Amorii reſipiſcentis confeſſio VII. ſyn. act. 1. poſt princ.*

CAPUT V.

Habebitis trium Apoſtolicorum thronorum concordem ſententiam, & concinentem concordiam, qui ſane ſex generales ſynodos ante habitas una voce prædicant, aliam autem illam, quam ſeptimam dicunt, ſynodum, (*loquuntur de pſeudoſynodo hæreticorum*) non modo non recipiunt, ſed uno animo, & voce deteſtantur, utpote quæ ex hæreſi contra Apoſtolicam, & patrum traditionem ſit congregata, non aliam ob cauſſam, quam ut ſacroſanctas, & venerandas imagines ſubverrat. *Orientalium ep. ad Tharaſium VII. ſyn. act. 3.*

CAPUT VI.

Anathematizamus omnem, qui non adorat ſanctas & venerabiles imagines. *Nicetæ, & Theophilus converſi ex Iconomachis apud ſyn. VII. gen. act. 8.*

CAPUT VII.

Gregorius tertius decrevit cum ſynodo nonaginta trium Epiſcoporum, ut ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis, & Apoſtolicæ eccleſiæ fidelem uſum contemnens adverſus eandem venerationem ſacrarum imaginum, videlicet Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & genitricis ejus ſemper Virginis immaculatæ, atque glorioſæ Mariæ, beatorum Apoſtolorum, & omnium Sanctorum depoſitor, atque deſtructor, & profanator, vel blaſphemus extiterit, ſit extorris a corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel totius eccleſiæ unitate, atque compage. *Ex Pontif.*

TITULUS XXI.

DECRETA CONTRA ICONOMACHOS.

CAPUT I.

QUod juſtum eſt, juſte exequendum. Deiloquus Moyſes evidenter lege promulgat, cum bonum non ſit bonum, niſi ſecundum rationem efficiatur. Bonum ergo profecto, & valde proficuum eſt, ſanctas, & venerabiles iconas pingere, ſed & proximos diſciplinas divinæ ac humanæ ſapientiæ docere; non autem bonum eſt, nec omnino proficuũ ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratia nequaquam iconas operari in ſacris templis, ſed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac ſancta, & univerſali ſynodo definimus, & promulgamus, uſque quo a propria ſeductione *, ac malitia convertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram ad picturæ ſanctarum imaginum in eccleſiis, aut doctrinæ actionem quoquo modo eos admiſerit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur, ſi vero laicus ſeparetur, & divinorum myſteriorum communione privetur. *Syn. VIII. gen. CP. ſub Hadr. II. cap. 7.*

Deut. 1.

* *ſeditione.*

CAPUT II.

Inimici ſanctæ catholicæ, & Apoſtolicæ eccleſiæ malignantes adverſus olitanam, orthodoxamque traditionem pro ſacris imaginibus * depoſitione ad nihilum redacti ſunt. *Hadr. in lib. de imaginibus ad Carolum Magnum c. 15.*

* *ſacrarum imaginum.*

CAPUT III.

Beatus Auguſtinus in pſalm. XIX. explanavit hunc verſum: *Inimici defecerunt frameæ in finem*, dicens. Non pluraliter *inimici*, ſed ſingulariter *hujus inimici*. Cujus autem inimici, niſi Diaboli frameæ defecerunt? Hæc autem intelliguntur diverſæ opiniones erroris, & poſt pauca: *Et civitates deſtruxiſti*, civitates autem iſtæ ſunt, in quibus diabolus regnat, ubi doloſa, & fraudulenta concilia, tanquam curiæ locum obtinent, &c. & ideo adimpletum eſt in ipſis hæreticis, quando ſacras imagines temerantes procaciter depoſuerunt. *Hadr. de imaginibus c. 41.*

Pſalm. 9.

CAPUT IV.

Debueras Paulum divinum Apoſtolum audiviſſe dicentem: *Traditiones, quas accepiſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolas noſtras ſervate*, & iterum Tito, & Timotheo ſcribentem: *Impuras verborum vanitates reſpuite.* Quid autem impurius, & vaniloquentius, quam chriſtianos idololatriæ ſtudioſos dicere? *Tharaſ. VII. ſyn. act. 2. in princ.*

2. Theſſ. 2.
1. Tim. 6.
2. Tim. 2.
Tit. 3.

CAPUT V.

Omnem blaſphemiam excedit improbum hoc factum, quod in Deũ Verbum pro nobis incarnatum, ejuſque glorioſam Matrem, & in venerandam, ſanctamque crucem Samaritæ deſignarunt, nam cum videamus pias veſtras leges, eos, qui imaginem, aut ſtatuam Imperatoris ignominia

affi-

afficiunt, extremo, & juſto mortis ſupplicio plectere: qua tandem pœna puniendi ſunt, qui in imaginem Domini noſtri, ejuſque Matris nefando facinore graſſati ſunt? tantum enim ſceleris eſt commiſſum, ut nec ulla humanitatis mica amplius ſupereſſe credatur, &c. *Simeon Stilita ep. 5. ad Juſtinum Juniorem. VII. ſyn. act. 5. in princ.*

CAPUT VI.

Quid eſt, quod alios dicunt excitatos, qui de imaginibus traditionem, quæ per octingentos annos valuit, quamque beati patres veluti anchoram ſtabiliverunt, & confirmarunt, ſubverterunt? *VII. ſyn. act. 6. Epiphan. contra Greg. & alios tom. 2. poſt princ.*

CAPUT VII.

Si quidem ſacras imagines ſuſceperint Iconoclaſtæ, eccleſiæ catholicæ adhærebunt, utpote quas ſacræ ſex univerſales ſynodi admiſerunt. Si vero non ſequentur catholicam eccleſiam, nemo eos audiet, utpote qui hujus ſacram traditionem non ſequantur. *VII. ſyn. act. 6. Epiphan. contra Greg. & alios tom. 2. poſt med.*

TITULUS XXII.

ARGUMENTA ICONOMACHORUM, ET CONFUTATIO IPSORUM.

CAPUT I.

APpellant illos (*Iconomachi*) umbratiles pictores, qui Chriſtum coloribus delineant, pinguntque. Quid ergo, num & fabrum crucem præparantem, ædificantemque χειροτέχνην hoc eſt ineptum fabrum, & rudem vocabunt? &c. *VII. ſyn. act. 6. Epiph. contra Gregor. & alios tom. 3. poſt princ.*

CAPUT II.

Objectio. Arbitratus eſt ipſam imaginem Chriſtum vocando, eſt autem Chriſtus hoc nomine Deus, & homo: ſequitur, ut & imago Dei ſit, & hominis, ut deitatē circumſcripſerit, aut inconfuſā unitionem naturæ humanæ, & divinæ confuderit, &c. *Pſeudoſynod. VII. in ſynodo act. 6.*

Solutio. Non eſt imaginum ſtructura pictorum inventio, ſed eccleſiæ catholicæ probata legiſlatio, & traditio. Nam quod vetuſtate excellit venerandum eſt, ut inquit divinus Baſilius. Teſtatur hoc ipſa rerum antiquitas, & patrum noſtrorum, qui Spiritu Sancto feruntur doctrina, etenim cum has in ſacris templis conſpicerent, ipſi quoque animo propenſo veneranda templa extruentes, in eis quidem gratas orationes ſuas, & incruenta ſacrificia Deo omnium rerum Domino offerunt. Atqui concilium, & traditio iſta non eſt pictoris, verum ordinatio, & diſpoſitio patrum ſanctorum, qui ædificaverunt. Hoc autem nomen *Chriſtus*, ſignificativum eſt & deitatis, & humanitatis ſecundum illam naturam, qua viſus eſt. Homines Chriſtiani illius imaginem depingere didicerunt, non ſecundum eam, qua inviſibilis erat, hæc enim deſcribi non potuit, audivimus enim ex Evangelio, *Joann. 1.* *Joann. 4.* Deum neminem unquam vidiſſe. Itaque natura humana, Chriſto depicto, ut rei veritas id indicat, ſecundum nomen tantum Chriſtiani confitentur ſe adaptare viſam imaginem archetypo, & non ſecundum eſſentiam. Ipſi autem ſtolidi, & leves imaginem, & prototypum nihil differre dicunt, & in diverſis ſubſtantiis identitatem ſubſtantiæ indicant, &c. Si in præſepio jacens faſciis involutus * per naturam humanitatis illius divinitatis natura fuit, circumſcriberetur & in colorata imagine humanitatis ejus incircumſcriptibilis ejus divinitas, ſi vero illud factum non eſt, neque hoc etiam, &c. *VII. ſynod. action. 6. Epiphan. ubi ſupra tom. 3. poſt princ.*

* *involuta, ſ.*

CAPUT III.

Objectio. Imaginum appellatio neque Apoſtolorum, neque patrum traditione cœpit, neque precationem ſacram ullam, qua ſanctificari poſſet, habet, ſed manet communis, & inhonorata, quemadmodum ab artifice pictore abſoluta eſt. *Pſeudoſyn. ubi ſupra tom. 4.*

Reſponſio. Quod cum multis aliis, quæ in Eccleſia obſervantur, ſine ſcriptura nobis imaginum veneratio tradita ſit, ab Apoſtolorum temporibus late per hiſtorias traditum eſt. De imagine maxime Hemorrhoiſſæ, quam multis ſcriptoribus confirmare poſſumus, &c. Quin etiam Baſilius Magnus, cujus ſcripta per omnes terræ fines reſonant, in diverſis opuſculis ſuis mentionem imaginum facit. Gregorius etiam, illius & carne, & ſpiritu frater, Nyſſenſium præſul in ſermone in Abraham idem ſentit. Item alter Gregorius Theologus in verſibus de virtute. Et Jo. Chryſoſtomus in oratione funebri in Meletium Epiſcopum Antiochiæ, & in ſermone, quod veteris, & novi teſtamenti unus ſit legiſlator. Cyrillus item expiator Neſtorianæ hæreſis in epiſt. ad Acacium Epiſcopum Scytopoleos. Anaſtaſius Epiſcopus Theopoleos. Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? omnes enim ſancti patres noſtri imagines acceperunt. Quam ob cauſſam mendaces deprehenduntur in hoc, quod dicunt, non eſſe patrum traditionem, &c. Plane enim pictura convenit cum evangelica narratione, &c. Nam ſi conſpexerimus in imagine Angelum annuntiantem Virgini, plane in recordationem Evangelicæ hiſtoriæ venimus, &c. *Luc. 1.* *VII. ſynod. action. 6. Epiph. ubi ſup. tom. 4.*

CAPUT IV.

Objectio. Quomodo autem, & valde laudatam Dei Matrem, quam obumbravit plenitudo Deitatis, per quam nobis eluxit lumen, quod adiri nequit, matrem, inquam, ipſis cælis altiorem, ſanctiorem Cherubim, vulgaris ars gentilium pingere audet? Rurſus, quomodo eos, qui cum Chriſto regnaturi ſunt, & in ſedibus cum eo ſedebunt judicaturi orbem terrarum, conformes ejus gloriæ, quibus non erat dignus mundus, ut divina miracula aſſerunt. quomodo, inquam, eos non timent per artem gentium exhibere? *Pſeudoſynod. ubi ſupra*

Reſponſio. Norunt (*Chriſtiani*) per ſpecificam effigiationem certamina, & virilia eorum facta animo perſpicere, & ſupernis honoribus magnificare, cognoſcereque illos, ſecundum divinum Apoſtolum, cum Chriſto vinctos eſſe, & pro nobis intercedere, ſinceramque & inviolatam fidem, & cultum in ſpiritu, & veritate ſoli Deo offerre, minime vero creaturis illis, quæ ſunt ſub cælo, &c. *VII. ſynod. act. 6. Epiphan. ubi ſupra tom. 4. in med.*

CA-

CAPUT V.

Objectio. Joann. 4. Jo. 1. & 5. Joann. 20. Deus eſt ſpiritus, & quicumque Deum adoraverint, in ſpiritu, & veritate adorent. *Deum nemo vidit unquam*, neque vocem ejus audiviſtis, neque formam ejus vidiſtis, *beati ſunt, qui non viderunt, & crediderunt. Pſeudoſyn. act. 6. tom.* 4.

Reſponſio. Non Chriſtiani adorationem in ſpiritu, & veritate imaginibus exhibuerunt, neque etiam divinæ crucis effigiei, neque etiam unquam inviſibilis, & incomprehenſibilis naturæ imaginē apparatunt, &c. Nam cum divinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore, & deſiderio ampleſtimur, ad ipſum prototypum reſpicimus. *VII. ſynod. action. 6. Epiphan. ubi ſupra tom. 4. poſt med.*

CAPUT VI.

Objectio. Deut. 5. Et in veteri teſtamento ait ad Moſem, & populum: *Non facies tibi idolum, neque omnem* *Deut. 4.* *ſimilitudinem*, &c. Quam ob cauſam in monte in medio ignis vocem verborum audiviſtis, ſimilitudinem non vidiſtis, &c. *Pſeudoſyn. ubi ſupra ſynod. VII. act. 6. tom.* 4.

Reſponſio. Quæ in veteri lege contra eos, qui inter filios Iſrael vitulum adorabant, & Ægypti abominationibus inſiſtebant, dicuntur in chriſtianos quoque jactare non deſinunt. Capiuntur autem labiis proprii oris: utinā autē cogitaſſent, quia Dominus eam gentem ducturus in terram promiſſionis, in qua habitabant gentes, quæ adorabant, & colebant idola, dæmones, ſolem, lunam, & aſtra, reliquaſque creaturas, quin etiam volucres, quadrupedes, & ſerpentes, Deum autem verum ignorabant; quare tam diligenter eis præcepit, ne facerent ullam ſimilitudinem eorum, quæ aut in cælo, aut in terra ſunt. Poſtquam autem eos ab idololatria abduxiſſet, juſſiſſetque tabernaculum teſtimonii fabricari, Moſes ſervus illius, fidelis, cui omnia ſignificaverat, ſenſibilia Cherubim habentia hominum formam, reſpondentia figura intelligibilibus ex auro apparuit inumbrantia propitiatorium, quod ſcilicet Chriſtum præfiguravit. *Synod. VII. act. 6. Epiph. tom. 4. contra Greg. & alios.*

CAPUT VII.

Objectio. Rom. 1. Et mutaverunt gloriam immortalis Dei per imaginem, non ſolum ad mortalis hominis ſimilitudinem effectam, & venerati ſunt, & coluerunt ea, quæ condita ſunt, ſuper eum, qui condidit. Et rurſum: *2. Cor. 5.* Si enim cognovimus Chriſtum ſecundum carnem, jam non cognoſcimus, per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem, & *Rom. 10.* hoc quod ab Apoſtolo aperte dictum eſt: *Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Pſeudoſyn. VII. act. 6. ubi ſupra.*

Reſponſio. Aperte dicere licet eos ſimiles factos gentibus, qui gloriam Dei mutaverunt relicto creatore, dum Apoſtolicas ſententias ſecundum proprias cupiditates ſubvertunt. Clarum enim omnibus eſt Apoſtolum gentes reprehendiſſe in eo, quod *Rom. 1. c.* ait: *Commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis*, infert etiam volucrum, quadrupedum, & ſerpentium. Doloſe tamen iſti totam phraſim contaminaverunt, ut per eam immutatam ſimpliciores ineſcarent, quaſi ſcilicet Apoſtolus de imaginum in eccleſia pictura verba faceret. Nam quæ ab Apoſtolo inferuntur, apertam habent manifeſtationem, volatilium enim, quadrupedum, & ſerpentium mentionem facit. Item ea, & venerati ſunt, & coluerunt, creaturas ſcilicet ſupra creatorem. *VII. ſynod. act. 6. Epiph. contra Greg. & alios tom. 4. ante fin.*

CAPUT VIII.

Objectio. Epiphanius Cyprius ſic ait: „ Ne in eccleſiam „ imagines inferatis, neque in ſanctorū cœmete„ riis eas ſtatuatis, ſed perpetuo circumferte Deū „ in cordibus veſtris. Quin etiam neque in domo „ communi tolerentur, non enim fas eſt Chriſtia„ num per oculos ſuſpenſum teneri, ſed per oc„ cupationem mentis“. Idem in aliis quoque ſermonibus ſuis de imaginum ſubverſione multa dixit, quæ ſtudioſe quærentes facile invenietis. *Pſeudoſyn. ubi ſupra tom. 5.*

Reſponſio. Quod nunc a beato Patre Epiphanio dictum eſt, illius nequaquam exiſtit. Divinus enim hic pater LXXX. capitum librum edidit, in quo omnes hæreſes gentiles, & Judaicas, item quotquot poſt Chriſtianiſmum ſuſceptum invectæ ſunt, damnavit. In quo proculdubio & eam poſuiſſet, quæ de imaginibus ab iſtis fertur, ſi alienam a Chriſti religione hanc exiſtimaſſet. Quod ſi autem eccleſia has contra venerandas imagines expoſitiones ſuſcepiſſet, profecto non fuiſſet illis uſa in ornatum templorum ad noſtram memoriam juvandam, &c. Beatus pater Epiphanius temporibus Arcadii, & Theodoſii floruit: ab eo igitur tempore & hanc hæreſim uſque anni ſunt CCCC. & tamen libros illos contra imagines nemo Chriſtianorum, præter ipſos novitatis magiſtros, recipit. Quod ſi tanto tempore in eccleſia non ſunt recepti, quamobrem nunc a nobis recipi debent? Nam quam adferunt quidam iſtorum epiſtolam veluti ſcriptam a beato Epiphanio Cypriorum Præſule ad Thodoſium Imperatorem, &c. invenimus circa finem epiſtolæ hujuſcemodi commonitionem: „ Sæpe cum miniſtris * meis de imaginum ablatione egi, ſed ab his non receptus ſū, neque „ vel in paucis vocem meā audire ſuſtinuerunt“. Attendamus autem, qui floruerunt per tempora Epiphanii, quos tamquam glorioſos Doctores, & tuta munimenta eccleſiæ dicere poſſumus Baſilius Magnus, Gregorius Theologus, Gregorius Niſſenus, quem omnes patrem patrum vocant, Joann. Chryſoſtomus, Ambroſius, Amphilochius, Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus. Quod ſi is, qui hanc expoſitionem dictorum contra venerandas imagines edidit, ait ſe a ſanctis patribus, qui per ea tempora floruerunt, non fuiſſe receptum, quomodo ea, quæ ſancti patres non probaverunt, nos qui circà fines temporum, & ſæculorum mo. curſimus, quique verbi, & cognitionis uſu deficimus *, & indigni ſumus, ut diſcipuli illorū vocemur, recipiemus? præſertim cum falſo contra eccleſiam edita ſint, &c. Nos autem Chriſticolæ dictum illud Apoſtoli cogitemus. Traditiones, quas accepimus eas ſervemus, profanas vaniloquentias recuſemus, eaque omnia falſa, & efficta cogno-

** Comminiſtris, l.*

** Deſtituimur, al.*

2. Theſſal. 2. 2. Tim. 3. Ad Tit. 3.

ſcamus. Libri enim B. Epiphanii, præcipue is, qui dicitur *Ancyrotus*, & reliqui per univerſum terrarum orbem ſunt famigerati, &c. hi vero pauci, & forte nuper editi, quare, ut novicii, & alieni, aliique ab eccleſia exiſtimati ſunt, nec umquam fuere recepti, &c. Epiphanii diſcipuli templum in Cypro, quod ejuſdem patris nomine appellaverunt, ædificaverunt, & cum multis aliis picturis illius quoque imaginem ibidem collocarunt, &c. *VII. ſynod. action. 6. Epiphan. tom. 5. in princ.*

CAPUT IX.

Objectio. Gregorius Theologus in verſibus dicit: „ Flagitium eſt fidem habere in coloribus, & non in „ corde, ea enim, quæ in coloribus exiſtit, faci„ le eluitur; quæ vero in profundo mentis illa „ mihi amica “. *Pſeudoſyn. ubi ſupra tom. 5.*

Reſponſio. Beatus Gregorius, &c. voluit, ut operemur, quæ ſunt regni cælorum, non vero mundi hujus, quæ tamquam fluxa, & celeriter ſe mutantia fidem non habent. *VII. ſynod. Epiph. ubi ſupra tom. 5. poſt princ.*

CAPUT X.

Objectio. Amphilochius Iconii Epiſcopus ita ait: „ Non „ enim nobis ſanctorum corporales vultus in ta„ bulis coloribus effigiare curæ eſt, quoniam his „ opus non habemus, ſed politiæ illorum virtu„ tum memores eſſe debemus “. *Pſeudoſynod. ubi ſupra.*

Reſponſio. Hæreticis proprium eſt, mutilatas exquirere ſententias, &c. hæc dicit beatus pater, maxime quo nos ad imitationem perducat, non enim ſanctos propter carnalem amorem laudamus, neque pingimus, ſed quo virtutum illorum ſimus memores, & in libris vitas illorum deſcribimus, in tabuliſque illos depingimus, non quod hoc a nobis poſtulent ipſi, verum id noſtra cauſſa, & propter utilitatem noſtram facimus, non enim ſolum paſſiones martyrum nos inſtituunt, ſed & conrextus, & ſcriptum de illorum paſſionibus, picturaque idem indicant, ſimili modo & annua illorum memoria, &c. Nemo enim laudaverit virum, quem viderit virtutes ſanctorum averſantem, & quotidie illorum imagines circumferentem, aut templa illis ædificantem, aut vaſa comparantem illis, ſui ipſius autem templum divinis virtutibus non ornantem, &c. Hoc ſane martyrum eſt encomium, electorum ad virtutem convocatio, quemadmodum Magnus ait Baſilius in moralibus ſermonibus, &c. „ Multas cruces in ædicula fi„ gurare, & præcepta Dei contemnere, imita„ tioniſque paſſionis illius oblivisci, extrema de„ mentia eſt, &c. “ Aſterius Amaſiæ Epiſcopus in ſermone de Lazaro, & divite emphaſi utens ait: „ Ne pingas Chriſtum in veſtibus, ſed ma„ gis ſumptu illo, & impenſis pauperibus ſubve„ ni &c. “ Idem tamen in encomio de Euphemia martyre imaginem laudat, &c. Gregorius Theologus in ſermone natalium Domini, ſic ait: „ Bethleem honore affice, & præſepe adora. „ Nam quæ Deo oblata ſunt, ejus participatio„ ne, & contrectatione ſancta fiunt, quemadmo„ dum idem & tota Scriptura teſtatur, & ob hoc „ ſancto, honor ſanctitatis illius non aliter con„ ſervatur, quam per noſtram devotam adoratio„ nem, &c. “ *VII. ſyn. act. 6. Epiphan. ubi ſup. tom. 5. in med.*

CAPUT XI.

Objectio. Theodorus Ancyræ Epiſcopus ſic docet. Sanctorum formas, & ſpecies ex materialibus coloribus formari minime decorum putamus, horum autem virtutes, quæ per ſcripta traditæ ſunt veluti vivas quaſdam imagines, reficere ſubinde oportet. Ex his enim ad ſimilium imitationem, & zelum pervenire poſſumus. *Pſeudoſyn. ubi ſupra.*

Reſponſio. Nos cum congregaſſemus libros Theodoti ſex ad Lauſum tomos contra Neſtorium ſcriptos, interpretationem in ſymbolum Nicænum, ſermonem in natalem Domini, in luminaria, in Heliam & viduam, in ſanctum Petrum, & Joannem & in claudum ſedentem ad Speciosam portam, in eos, qui talenta acceperant, in duos cæcos, nuſquam ſane dictam ſententiam invenire potuimus &c. *VII. ſyn. act. 6. Epiphan. ubi ſupra tom. 5.*

CAPUT XII.

Objectio. Similiter & Euſebius Pamphili ad Conſtantiam Auguſtam petentem Chriſti imaginem ad ſe ab illo mitti, &c. velim mihi ſignifices, quamnam putes Chriſti imaginem? *Pſeudoſynod. ubi ſupra.*

Reſponſio. Quis fidelium in Eccleſia, quique verorum dogmatum ſcientiam habeat, ignorat Euſebium Pamphili in reprobũ ſenſum conſenſiſſe Arii placitis? &c. Opinentur Ariani Chriſtum Dominum noſtrum carnem ſine anima aſſumpſiſſe divinitatem, impleviſſe animæ conſilia, &c. nimirum quo paſſionem, ut ait Gregorius divinitate circumſcribant, & ob id vere Theopaſchitæ ſunt. Qui autem hujus ſententiæ ſunt, imaginem non habendam cenſent, quemadmodum impius Severus. Petrus Fullo, Philoxenus Hierapoleos Epiſcopus, & omnis denique illa multi capitis, & ſine capite hydra contendit. Hujus igitur ſocietatis exiſtens, & Euſebius, quemadmodum ex illius epiſtolis, & hiſtoricis commentariis demonſtratũ eſt, imaginem Chriſti Theopaſchitarum more reiicit, qua de cauſa & Conſtantiæ Licinii uxori ſcribit apud ſe imaginem non reperiri. Nam & in eadem epiſtola dicit, quod illius incarnata forma in Deitatis naturam mutata ſit. Nemo tamen ſanctorum patrum noſtrorum ſic ſenſit, aut docuit, neque etiam veritas ſic ſe habet. *VII. ſyn. act. 6. Epiphan. tom. 5. ante fin. vide ibi multa contra Euſeb. Pamphili.*

TITULUS XXIII.

COMMUNIA DE IMAGINIBUS.

CAPUT I.

APoſtolice inſtructi traditiones, quas accepimus, ſervamus omnia ſuſcipientes, quæ ſancta catholica Eccleſia & ſcripto, & conſuetudine admiſit. Quorum de numero cum & venerandarum imaginum eſſent figurationes, de his peculiariter egimus. *Nicæn. II. in epiſt. ad cleric. CP.*

CAPUT II.

Imagines Petri, & Pauli oſtenduntur a Silveſtro Conſtantino. *Hadr. in ep. ad Conſtant. & Iren. Imperatores, apud ſyn. VII. act. 1.*

CA-

CAPUT III.

Objectio. Quod nulla Evangelii lectio tradat Jeſum ad Abagarum imaginem miſiſſe.

Reſponſio. Prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis D. Stephanus, quondam ſanctiſſimus Papa, in concilio præſidens, inter plurima veridica teſtimonia per ſemetipſum aſſerens docuit ita, &c. Quod Redemptor humani generis, appropinquante die paſſionis, cuidam Regi Edeſſæ civitatis deſideranti corporaliter illum cernere, & ut perſecutiones Judæorum fugeret, ad illum convocare, ut auditas miraculorum opiniones, & ſanitatum curationes, illi, & populo ſuo impertiret, reſpondiſſet: „ Quod ſi faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei ſpeciem transformatam „ in linteo dirigo, per quam & deſiderii tui fervorem refrigeres, & quod de me audiſti, impoſſibile nequaquam fieri exiſtimes, &c. “ Item ex ſynodica trium Patriarcharum Coſmæ Alexandriæ, Theodori Antiochiæ, & Theodori Hieroſolymæ, &c. Theodorus Patriarcha Hieroſolymorum inquit: „ Reſtat mihi tempus enarrandi „ de Abagaro Edeſſeno, & alia, aut ſimilia ſanctorum Patrum, quæ & vos melius cognoſcitis “. *Hadrianus in lib. de Imaginibus c.* 18.

CAPUT IV.

Viſio ſacrarum imaginum ad ſpecioſam formam Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem, ſanctæque ejus Genitricis, & ſanctorum pertinet. *Hadr. in lib. de Imaginibus ad Carol. c.* 20.

CAPUT V.

Objectio. Quod non ad adorationem imaginum pertineat teſtimonium, quod de ſexta ſynodo protulerunt Patres in ſeptima ſynodo.

Reſponſio. Idcirco teſtimonium de ſancta ſexta ſynodo protulerunt, ut clarifice oſtenderent, quod jam quando ſancta ſexta ſynodus acta eſt, a priſcis temporibus ſacras imagines, & hiſtorias pictas venerabantur. Unde ipſa ſancta ſexta ſynodus fideliter per canones orthodoxe ſtatuens ita conſti-
Can. 83. tuit, dicens: „ In quibuſdam venerabilium imaginum picturis, agnus digito Præcurſoris monſtratus deſignatur, qui in ſignum relictus eſt „ gratiæ “, & poſt pauca: „ Secundum humanam figuram & in imaginibus a nunc pro veteri agno retitulari decernimus “, &c. Unde & beatus Auguſtinus in XCII. pſalmo explanavit. Si autem non adoras in Chriſto iſta terrena, quamvis de illa ſimilitudo quædam data eſt ad ſignificandos ſanctos, de quacumque creatura ducta fuerit ſimilitudo tu intellige ſimilitudinem creaturæ, & adora artificem creaturæ. *Hadrian. de imaginibus cap.* 35.

CAPUT VI.

Uſus ſanctæ noſtræ catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ fuit, & eſt, quando ſacræ imagines, vel hiſtoriæ pinguntur, prius ſacro chriſmate unguntur, & tunc a fidelibus venerantur, inſtar facientes, ut locutus eſt Dominus ad Mo-
Exod. 30. ſem, dicens: *Facieſque unctionis oleum ſanctum unguentum compoſitum opere unguentarii, & unges ex eo tabernaculum teſtimonii, & arcam teſtamenti* &c. *Hadrian. de imaginibus c.* 39.

CAPUT VII.

Petrus, qui ex Judæorum ſuperſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum, Deo volente, perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdam indiſciplinatis, ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt dominico, in ipſa feſtivitate paſchali cum gravi ſcandalo, imaginem (*in ſynagoga*) Genitricis Dei, Dominique noſtri, & venerandam crucem, vel birrum album, quo de fonte ſurgens indutus fuerat, poſuit, &c. „ Hortamur ut ſublata exinde cum ea, qua dignum eſt, veneratione, imagine, atque cruce „ debeatis, quod violenter ablatum eſt, reformare, &c. “ Ne ergo ſupraſcriptus Petrus, vel alii, qui ei in hac indiſciplinationis pravitate præbuere ſolatium, ſive conſenſum, hoc zelo fidei ſe feciſſe reſpondeant, ut per hoc quaſi eis neceſſitas fieret convertendi, admonendi ſunt, atque ſcire debent, quia hac circa eos temperantia magis utendum eſt, ut trahatur ab eis velle, non reniti, non ut adducantur inviti, quia ſcriptum eſt: *Vo- Pſalm. 53.
luntarie ſacrificabo tibi*, &c. Ecce S. Gregorius non eſt auſus contradicere tali fidei pro ſactis imaginibus, ſed magis eam confirmavit, ubi dixit: *Non adducantur inviti. Hadr. de imaginibus c.* 50. *ex D. Greg. ad Januarium Epiſcop. Caral. lib.* 7. *ep.* 5. *Indict.* 2.

CAPUT VIII.

Ut de pluribus optimum unum memoremus, S. Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi teſtimonium proferimus, qui in expoſitione ſanctorum martyrum Gervaſii, & Protaſii, inter reliqua ait: „ Tertia vero nocte confecto jejuniis corpore „ non dormienti ſed ſtupenti quædam mihi apparuit tertia perſona, quæ ſimilis erat Beato „ Paulo Apoſtolo, cujus vultum me pictura docuerat “. Hoc teſtimonium in concilio Domini Stephani prædeceſſoris mei oblatum eſt, &c. Sanctus Gregorius Papa in dialogis ſuis meminit de quibuſdam beatiſſimis viris atque religioſis feminis, ſimulque puellis, quod ſanctam Dei genitricem Mariam, atque Principes Apoſtolorum Petrum, & Paulum, & ſanctos Martyres viderint in tranſitu ſuo: unde eos cognoverunt, niſi per picturam? ſicut & Beatus Ambroſius, ut ſuperius exaravimus, dixit. *Hadr. de imaginibus cap.* 71.

CAPUT IX.

Credimus, quia incognitum non habetis illud quod S. Gregorius Papa, ut ſuperius exaravimus in epiſtola ſua dixit. Et quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admitit. *Hadr. de imaginibus cap.* 81. *Greg. lib.* 9. *epiſt.* 9. *reg.*

CAPUT X.

Pictores imitantur arte naturam, & colores coloribus permiſcentes, viſibiles corporum depingunt imagines, &c. Et Imperatorem ſedentem, & barbarum ſubditum, & gladium acutum, & fluvios decurrentes, & campos variis coloribus adornatos, & omnia, quæ videntur, per artem imitantes, mirabilem hiſtoriam videntibus præſtant. *Joannes Chryſoſtomus in pſalm.* 50. *apud Hadr. de imaginibus c.* 86.

CAPUT XI.

Hadrianus Papa ignovit Tharaſio Patriarchæ ex laicis ſumpto propter zelum de imaginibus ſacris. *Joann. VIII. in ep. ad ſyn. CP. act. 2.*

CAPUT XII.

Placuit picturas (*paganorum*) in eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur (*a paganis*) aut adoratur, in parietibus depingatur. *Elib. c. 36. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 28. pan. & part. 3. c. 40. decr. Burch. lib. 3. c. 35.*

CAPUT XIII.

Conſtantinus, dum templum Romæ Salvatoris extrueret, in utroque pariete templi hiſtoriam veteris, & novi teſtamenti ſcripſit, hinc quidam Adam exeuntem paradiſum, illinc vero latronem paradiſum ingredientem. *Petrus, & Petrus vicarii Hadriani Papæ VII. ſyn. act. 3. ante med.*

CAPUT XIV.

Cur Angeli, & Cherubini facie hominis pingantur, quia in ea viſi ſunt ab hominibus. *Tharaſ. VII. ſynod. act. 4. in princ.*

LIBER QUINTUS.

De Veſtibus, Vaſis ſacris, & de aliis Cæremoniis Eccleſiaſticis.

TITULUS I.

NE QUISQUAM, PRÆTER EOS QUI SACRIS INITIATI SUNT, VASA, AUT PALLAS SACRAS TANGERE AUDEAT.

CAPUT I.

NUllus lector, vel oſtiarius vaſa ſacrata audeat contingere. *Sylveſt. in ſyn. Rom. CCLXXXIV. Epiſcop. cap. 9.*

CAPUT II.

De conſ. d. 1. cap. 40. In hac ſancta ſede Apoſtolica a nobis, & reliquis Epiſcopis, cæteriſque Domini ſacerdotibus ſtatutum eſt, ut ſacra vaſa non ab aliis, quam a ſacratis, Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum valde eſt, ut ſacra Domini vaſa quæcumque ſint, humanis uſibus ſerviant, aut ab aliis, quam a Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo ſuo, & hi etiam, qui non peccaverunt, mala patiantur, aut pereant, quia perit juſtus ſæpiſſime pro impio, &c. *Xyſt. epiſt. 2. in princ. Burchard. lib. 3. cap. 214. Ivo part. 3 cap. 264. & part. 2. cap. 70. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 161. in addit.*

CAPUT III.

Diſt. 23. c. 25. Sacratas Deo fœminas, vel monachas ſacra vaſa, vel ſacratas pallas penes vos contingere, & incenſum circa altaria deferre perlatum eſt ad Apoſtolicam ſedem, quæ omnia reprehenſione, & vituperatione plena eſſe, nulli recte ſapientium dubium eſt. Quapropter hujus ſanctæ ſedis auctoritate, hæc omnia vobis reſecare funditus, quanto citius poteritis, cenſemus, & ne peſtis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abſtergi citiſſime mandamus, &c. *Soter. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 3. cap. 215. Ivo part. 2. cap. 72. & part. 3. cap. 265. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 204. Tarrac. lib. 4. cap. 43.*

CAPUT IV.

Diſt. 23. c. 26. Non oportet miniſtros locum habere in diaconico *, & dominica vaſa tangere. *Laodic. cap. 21. Mart. Brach. cap. 41. Ivo part. 3. cap. 105. decr.*

** ſubdiaconos.*

CAPUT V.

Non oportet inſacratos miniſtros licentiam habere in ſecretarium, quod Græci διακονικὸν appellant, ingredi, & contingere vaſa dominica. *Agath. cap. 66.* *Diſt. 23. c. 31. & 32.*

CAPUT VI.

Non liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, nec aliis, niſi his, qui ab Epiſcopo ſubdiaconi fuerint ordinati. *Brac. I. cap. 28. vide Mart. Brac. cap. 41. Ivo part. 6. c. 377. decr.* *Diſt. 23. c. 31. & 32.*

CAPUT VII.

Non liceat mulieri manum ſuam ad pallas dominicas mittere. *Antiſiod. cap. 37.*

CAPUT VIII.

Quidam noſtrorum, verorum virorum relatu, quidam etiam viſu didicimus, in quibuſdam provinciis contra legem divinam, canonicamque inſtitutionem fœminas ſanctis altaribus ſe ultro ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia presbyteris adminiſtrare, & quod his majus, indecentius, ineptiuſque eſt, corpus, & ſanguinem Domini populis porrigere, & alia quæque, quæ ipſo dicto turpia ſunt, exercere. Miranda ſane res eſt, unde is illicitus in Chriſtiana religione irrepſerit uſus, ut quod viris ſæcularibus illicitum eſt, fœminæ, quarum ſexui nullatenus competit, aliquando contra fas ſibi licitum facere potuerint, quod quorundam Epiſcoporum incuria, & negligentia proveniſſe nulli dubium eſt. Unde, væ nobis ſacerdotibus, &c. Hoc ergo tam illicitum factum, quia ex toto a religione Chriſtiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum eſt. Proinde unuſquiſque Epiſcoporum ſollicite, ſagaciterque provideat, ne in ſua parochia tale quid fieri deinceps ſinat. *Pariſ. ſub Ludovic. & Loth. lib. 1. cap. 45.*

CAPUT IX.

Non liceat cuilibet miniſteria tangere, niſi ſubdiacono, aut acolytho in ſecretario vaſa dominica. *Mart. Brac. cap. 41. Ivo part. 6. cap. 377. decret.* *Diſt. 23. c. 32.*

CAPUT X.

Xyſtus conſtituit, ut vaſa ſacrata * non tangerentur, niſi a miniſtris ſacratis. *Damaſ. in Xyſti.*

** miniſteria, al.*

CA-

CAPUT XI.

Soter conſtituit, ut nulla monacha pallam ſacratam contingeret, nec incenſum poneret in ſancta eccleſia. *Damaſ. in Soter.*

CAPUT XII.

Bonifacius conſtituit, ut nulla mulier, aut monacha pallam ſacratam contingeret, aut lavaret, aut incenſum poneret in eccleſia, niſi miniſter. *Ex Pontif.*

TITULUS II.

DE MUNDITIE, QUÆ DEBETUR VASIS, ET PALLIS SACRIS, ET DE MODO, QUO ABLUENDÆ SUNT.

CAPUT I.

C. 2. de cuſtod. Euch. Greg. IX. & c. 1. de immun. eccleſ. in 4. coll.

SUnt alii clerici, qui non ſolum eccleſias dimittunt incultas, verum etiam vaſa miniſterii, & veſtimenta miniſtrorum, ac pallas altaris, nec non & ipſa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus ſunt horrori. Quia vero zelus nos comedit domus Dei, &c. præcipimus, ut oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta prædicta munda, & nitida conſerventur. Nimis enim videtur abſurdum, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent in profanis. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 19.*

CAPUT II.

Vaſa altaris, & panni vel pallia ſint nitida, & integra, & ſi fuerint vetuſta, vel aliquo caſu corrupta, religioſo & puro loco abſcondantur vel igne crementur. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. incert. cap. 27.*

CAPUT III.

*De conſ. d. 1. cap. 38. * cathara.*

De vaſis ſacris ita gerendum eſt. ſ Altaris palla cathedra *, candelabrum, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea, quæ in ſanctuario fuerint, male tractari, ſed incendio univerſa tradantur, cineres eorum in baptiſterio inferantur, ubi nullus tranſitus habeatur, aut in pariete, aut in foſſis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. *Clem. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 3. cap. 216. Ivo part. 2. cap. 66. & part. 3. cap. 266. decr. Tarrac. lib. 4. cap. 42.*

CAPUT IV.

*De conſ. d. 1. c. 39. Nemo, §. 1. * intra.*

Pallas, & vela, quæ in ſanctuarii ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris juxta * ſacrarium lavent, non eiicientes foras a ſacrario velamina dominicæ menſæ, ne forte pulvis Dominici corporis male decidat a ſindone foris abluta, & erit hæc operanti peccatum. Idcirco intra ſacrarium miniſtris præcipimus hæc ſancta cum diligentia cuſtodire. Sane pelvis nova comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipſa pelvis velis apponatur lavandis, niſi quæ ad dominici altaris cultum pertinent, pallæ altaris ſolæ in ea laventur, & in alia vela januarum. De velis autem januarum cura ſit oſtiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens, aut ignarus ad velum januæ domus Domini manus incondite tergat, ſed ſtatim coercitus diſcat omnis homo, quia velum atrii domus Domini ſanctum eſt, &c. *Clem. epiſt. 2. poſt princ. Burch. lib. 3. cap. 216. Ivo part. 3. cap. 266. decret.*

CAPUT V.

Non licet diacono velo, vel palla ſcapulas ſuas involvi. *Antiſiod. cap. 13.*

CAPUT VI.

Conqueſtum eſt in ſancto concilio de quibuſdam ſtultiſſimis presbyteris, ut quando incendium videant, corporale dominico corpore conſecratum ad extinguendum incendium temeraria præſumptione in ignem proiiciant. Ideoque decretum eſt, ſub anathematis interdictione, ne ulterius fiat. *Salegunſt. cap. 6. poſt Burch. decr. Ivo part. 15. cap. 172. decret.*

TITULUS III.

CORPORA MORTUORUM OLIM PALLIS AUT SACRIS VESTIBUS NON TEGEBANTUR.

CAPUT I.

EX amore fidelium hujus ſedis Rectoribus, mos ultra meritum erupit, ut cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc dalmaticis contegant, eaſdemque dalmaticas pro ſanctitatis reverentia ſibimet partiendas populus ſcindat, & cum adſint multa a ſacris corporibus Apoſtolorum, martyrumque velamina, a peccatorum corpore ſumitur, quod pro magna reverentia reſervetur. De qua re præſenti decreto conſtituo, ut feretrum, quo Romani Pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur, &c. *Greg. in ſynod. Rom. cap. 4. lib. 4. cap. 88. vel epiſt. 44. regiſtr.*

CAPUT II.

De conſ. d. 1. cap. 39.

Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum obvolvat, aut diaconus ſcapulas operiat, quæ fuit in altari, aut quæ data eſt in menſam Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter, & quaſi nihil, & negligenter habuerit divina myſteria, diaconus triennio, ſexque menſibus a dominico alienus ſit altari, gravi percuſſus anathemate. Quod ſi clericum presbyter non commonuerit, decem annis, & quinque menſibus excommunicatus ſit, propterea quod de dominicis ſacramentis ſubjecta ſibi non commoverint miſteria, & poſtea cum grandi humilitate matri reconcilietur eccleſiæ. *Clem. epiſt. 2. in princ. vid. Antiſiod. cap. 12. & 13.*

CAPUT III.

Obſervandum, ne pallis vel miniſteriis divinis defunctorum corpuſcula obvolvantur. *Arvern. cap. 3.*

CAPUT IV.

De opertorio dominici corporis, ſeu palla altaris numquam ſacerdotis corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur, quia ſacro velamine uſibus ſuis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur. *Arvern. cap. 5. Burchard. lib. 3. cap. 107. Ivo part. 2. cap. 142. decret.*

CAPUT V.

Non licet velo, vel pallis corpora mortuorum involvi. *Antiſiod. cap. 12.*

CAPUT VI.

Pallia, quæ ſuper corpora mortuorum poſita ſunt, non ponantur ſuper altare. *Synod. Bituricen. cap. 13. apud concil. Lemovicen. act. 2.*

TI-

TITULUS IV.

EPISCOPI VASA ECCLESIÆ CONSERVENT, ET NE ILLA ALIENARE AUDEANT.

CAPUT I.

12. q. 2. c. 13. APoſtolicos, & paternos canones renovans ſancta hæc, & univerſalis ſynodus definivit, neminem prorſus Epiſcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, & vaſa ſacrata, excepta cauſſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum, ſed nec tradere ſalaria * eccleſiarum in emphyteutica pacta, &c. Quiſquis autem aperuerit poſt hanc definitionem noſtram, contrarium quid huic ſanctæ, & univerſali ſynodo agere deponatur, ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum, caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ab Epiſcopo pro venditione, vel emphyteutica traditione, aut alia quavis alienatione, cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum *, & locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel ſalariis *, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit ad incidendam chartam venditionis, vel emphyteuſeos, ſit anathema, uſque dum fecerit, quod ab hac ſancta, & univerſali ſynodo confirmatum eſt. *Syn. VIII. gener. ſub Hadr. II. c. 15. Aſelm. lib. 6. c. 169. Cæſar. lib. 7. c. 74.*

* ſolaria, f.
* ſolariorum, f.
* ſolariis, f.

CAPUT II.

Sicut reprehenſibile, & ultione dignum eſt, ſacrata quæpiam vaſa, præterquam in iis, quæ lex, & ſacri canones præcipiunt, venundare, ita nulla eſt objurgatione, vel vindicta plectendum, ſi pietatis cauſſa, pro captivorum fuerint redemptione diſtracta, &c. *Gregor. ad Fortun. Epiſc. Fanenſem lib. 6. epiſt. 13. regiſt. indict. XV.*

CAPUT III.

Quia pervenit ad nos, quod quidam ex Italiæ eccleſiis clerici vaſa ſacra in Sicilia venundarunt, idcirco Pantaleonem notarium noſtrum direximus, ut eadem vaſa ſollicita inveſtigatione requireret, &c. *Gregor. Joann. Epiſc. Syracuſ. lib. 7. regiſt. Indict. 1. epiſt. 27.*

CAPUT IV.

Bonifacium vobis ordinavimus ſacerdotem, cui dedimus in mandatis, &c. ut miniſteria, atque ornatum eccleſiæ, vel quidquid illud eſt in patrimonio ejuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere. *Greg. II. epiſt. 3. ad clerum & plebem Turingiæ poſt princ.*

CAPUT V.

De his, qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus vel * verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. *Arelat. I. c. 13.*

* non.

CAPUT VI.

10. q. 2. c. 1. Caſellas, vel mancipiola eccleſiæ Epiſcopi, ſicut priſca canonum præcepit auctoritas, vel vaſa miniſterii, quaſi commendata fideli præpoſito, in integro eccleſiæ jure poſſideant, &c. *Agath. cap. 7. Anſelm. lib. 5. c. 86. in Rom.*

TITULUS V.

NEMO VASA, AUT VESTES SACRAS AD SUUM USUM DOMESTICUM TRANSFERAT, AUT VENDAT.

CAPUT I.

SI quis auſus fuerit, quidquam de conſecratis in eccleſia abiicere, evangelii inquam depictum codicem, aut figuram crucis, &c. aut uti tamquam communibus ſacratis Deo repoſitis pretioſis, aut monaſteriis: ſi fuerint Epiſcopi, aut clerici deponantur, ſi monachi, aut laici communione priventur. *VII. ſynod. act. 7. in deſin. in fin.*

CAPUT II.

Vas aureum, vel argenteum ſacrum, &c. nemo in ſuos uſus convertat, injuſtum enim eſt. Si deprehenſus ſit, excommunicatione puniatur. *Apoſt. cap. 73.*

CAPUT III.

Si forte quiſpiam presbyter, ſive diaconus ſacrarii ſyndonem, vel velum ſubtracta vendiderit, Judæ Iſchariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit ſe ſupradicti Judæ ſuſcepturum pœnam. *Clem. epiſt. 2. poſt princ. Ivo part. 2. cap. 65. & part. 6. cap. 88. decret.* 17. q. 4. c. 15.

CAPUT IV.

Veſtimenta eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, cultuſque divinus, omni cum honorificentia, & honeſtate a ſacerdotibus, reliquiſque eccleſiæ miniſtris celebratur, ſacrata debent eſſe, & honeſta, quibus aliis in uſibus, cum Deo ejuſque ſervitio conſecrata, ac dedicata ſint, nemo debet frui, quam eccleſiaſticis, & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, niſi a ſacratis hominibus, ne ultio quæ Balthaſar Regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes, talia præſumentes veniat divina, & corruere eos faciat divinæ ultionis juſtum flagellum ad ima. *Steph. epiſt. 1. in fin. Ivo part. 2. cap. 74. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 26. Cæſar. lib. 8. c. 42. Tarrac. lib. 4. cap. 44.* De conſ. d. 1. c. 42. Dan. 5.

CAPUT V.

Pervenit ad nos diaconos eccleſiæ Catanenſis calciatos compagis procedere præſumpſiſſe, quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit, niſi ſolis tantummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim a prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe conceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus non eſt leviter attendendus, cum omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat, &c. ut cognita veritate, quid fieri debeat, diſponamus, &c. *Greg. ad Joann. Syracuſ. Epiſc. lib. 7. regiſt. Indict. 1. epiſt. 28.*

CAPUT VI.

Ne ad nuptiarum ornatum miniſteria divina præſtentur, ne dum improborum contactu, pompaque ſæcularis luxuriæ polluuntur, ad officium ſacri myſterii videantur indigna. *Arvern. cap. 7. Burch. lib. 3. c. 108. Ivo part. 2. c. 143. decret. & lib. 1. tit. 4. c. ult. panorm. Cæſaraug. lib. 8. c. 42. & Tarrac. lib. 4. c. 44.* De conſ. d. 1. c. 41.

CAPUT VII.

Omni cura, omnique ſtudio providendum eſt, ne

ne hi, qui locum videntur obtinere regiminis, contumeliam videantur inferre cæleſtibus ſacramentis. Etenim, quod & auditui terribile *, & viſui execrabile judicatur, quidam ſacerdotes vaſa Domini in proprios uſus aſſumunt, epulaſque ſibi in eis comedendas apponunt, &c. Perſona, quæ ſciendo divina vaſa, ad miniſteria, aut in uſus ſuos tranſtulerit, aut comedere in his, vel poculum ſibi ſumendum elegerit, gradus ſui, vel officii periculum ſuſtinebit, ita tamen, ut ſi de ſæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, ſi vero religioſus, ab officio deponatur. Sub hac damnationis ſententia & illi obnoxii tenebuntur, qui eccleſiaſtica ornamenta, vela, vel alia quælibet indumenta, atque etiam utenſilia ſciendo in ſuos uſus tranſtulerint, vel aliis donanda, vel vendenda crediderint. *Brach. III. cap.* 2.

* *horribile, al.*

CAPUT VIII.

In commune ſtatuit coadunatio noſtra, ut non tantum de ſacris miniſteriis, ſed etiam de univerſis eccleſiæ ornamentis, nihil unuſquiſque ſacerdotum pro ſuis uſibus, vel voluptatibus contingere, vendere, aut naufragare pertentet. Si quis ſacerdotum hoc decretum violaverit, deponatur, &c. Atque inſuper ſi ejuſdem temeratoris extiterit propriæ rei habitatio *, quidquid de eiſdem ſacris miniſteriis, vel ornamentis eccleſiæ viſus eſt naufragaſſe, aut ipſe, aut pars ejus, compellatur parti ejuſdem eccleſiæ ex integro reformare. *Tol. XVII. c.* 5.

* *ambitio.*

CAPUT IX.

Nullus ſacerdos, aut clericus, ſive laicus præſumat calicem, aut patenam, aut quælibet vaſa ſacra, & divino cultui mancipata ad alios uſus retorquere. Si quis de calice ſacrato, quo ſanguis Chriſti accipitur, aliud bibit, præter Chriſti ſanguinem, & patenam ad aliud officium habet, quam ad altaris miniſterium, deterrendus eſt exemplo Balthaſſar, qui dum vaſa Domini in uſus communes aſſumpſit, vitam pariter cum regno amiſit. *Theodulphus ad presbyter. Aur. c.* 18.

Dan. 5.

CAPUT X.

Stephanus conſtituit ſacerdotes, & levitas veſtibus ſacratis in uſu quotidiano non uti, & niſi in eccleſia tantum. *Damaſ. in Steph.*

TITULUS VI.

CORPORALE SIT LINEUM.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. *c.* Conſulto. 45.

SAcrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo ab Epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato, atque contexto, ſicut corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſyndone munda ſepultum fuit. *Syn. Rom.* 267. *Epiſc. ſub Silv. in epilog. Burch. lib.* 3. *cap.* 99. *Ivo lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 39. *panorm. & lib.* 2. *cap.* 134. *decret. Anſelm. lib.* 9. *cap.* 2.

Matt. 27. *g.*

CAPUT II.

Silveſter conſtituit, ut ſacrificium altaris non in ſerico, neque in panno tincto conſecraretur, niſi tantum in lineo ex terra procreato, ſicut Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſyndone linea, & munda ſepultum fuit. *Damaſ. in Silveſt.*

Joan. 19.

TITULUS VII.

DE VESTIBUS, ET INSIGNIBUS PROPRIIS SACERDOTUM, ET ALIORUM MINISTRORUM, ET DE VASIS, QUÆ ILLIS IN ORDINATIONE CONFERUNTUR.

CAPUT I.

DE ſuperhumerali, quod proprium eſt Epiſcoporum. *Syn. VIII. gen. act.* 2. *poſt med.*

CAPUT II.

Presbyteris, & diaconis depoſitis, cum reconciliabantur, olim reddebat Pontifex oraria. *Syn. gen. VIII. act.* 2. *poſt med.*

CAPUT III.

Introductus eſt Photius baculo innixus, & cum eo Gregorius dudum Syracuſanus. Marinus Deo amiciſſimus diaconus ſanctæ Romanorum eccleſiæ, & Vicarius dixit: „ Tollite baculum „ de manu ejus, ſignum eſt enim dignitatis pa„ ſtoralis, quod hic habere nullatenus debet, „ quia lupus eſt, & non paſtor “. *Syn. VIII. gen. act.* 7. *in princ.*

CAPUT IV.

Cappas manicatas ad divinum officium intra eccleſiam nulli gerant, ſed nec alibi, &c. Pontifices autem in publico, & in eccleſia ſuper indumentis lineis omnes utantur, niſi monachi fuerint, &c. *Inn. III. in concil. gen. Lateran. cap.* 15. *in med.*

De vita, & honeſt. cler. c. 15. Clerici, *Gr. IX. c.* 4. *eod. tit. in* 4. *coll.*

CAPUT V.

Ut diaconi non eſſent plures per parochias, niſi duo, & Cardinales urbis Romæ ſeptem, & dalmaticis uterentur, & palla linoſtima læva eorum tegeretur. *Silveſt. in ſynod. Rom. CCLXXXIV. Epiſcopor. cap.* 6.

CAPUT VI.

Communis filius Petrus diaconus nobis innotuit, quod fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit, popoſcerit, ut ſibi, & archidiacono ſuo utendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate compulſus feſtinanter abſceſſit, ut nec ipſe mœror incumbens diu, ut dignum erat, & res deſiderata poſcebat, ſineret permanere, & nos in multis implicitos eccleſiaſticæ rationis conſideratio novum hoc inconſulte, & ſubito non permitteret indulgere, idcirco poſtulatæ rei prolongatus effectus eſt. Nunc vero charitatis tuæ bona revocantes ad animum, hujus auctoritatis noſtræ ſerie, petita concedimus, atque te, vel archidiaconum tuum dalmaticarum uſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdemque dalmaticas, Ciriaco Abbate deferente, tranſmiſimus. *Greg. Aregio Epiſcopo Francorum lib.* 7. *reg. ep.* 111. *Anſ. lib.* 6. *c.* 88.

Diſt. 23. *c.* 10.

CAPUT VII.

Non oportet miniſtrum orarium * ferre, neque januas derelinquere. *Laodic. cap.* 22. *Anſ. lib.* 7. *cap.* 82.

Diſt. 23. *c.* 27. Miniſtrum.
* *ſubdiaconum.*

CAPUT VIII.

Non oportet lectores, vel cantores orarium ferre, & ita legere, vel canere. *Laod. c.* 23. *Anſ. lib.* 7. *cap.* 83.

Diſt. 23. *c.* 28.

CAPUT IX.

Subdiaconus cum ordinatur, &c. patenam de

Diſt. 23. *c.* 15.

manu

manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu vero archidiaconi urceolum cum * aquamanile. aqua & mantile *, & manutergium. *Carth. IV. c. 5. Vide Iſidor. lib. 2. de eccleſ. officiis c. 10. apud Aquiſgr. c. 6. Raban. de inſtitutis clericor. lib. 1. c. 8. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 8. panorm. & part. 6. cap. 9. in fin. & cap. 14. decr. Anſelm. lib. 7. cap. 51.*

CAPUT X.

Diſt. 23. c. 16. Acolythus cum ordinatur, &c. ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda eccleſiæ lumina mancipari, accipiat & urceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in euchariſtiam ſanguinis Chriſti. *Carth. IV. cap. 6. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 9. pan. & part. 6. c. 15. decr. Anſ. lib. 7. c. 50.*

CAPUT XI.

Diſt. 23. c. 17. Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo, &c. *Carth. IV. c. 7. Anſ. lib. 7. c. 57. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 10. panorm. & part. 6. c. 16. decr.*

CAPUT XII.

Diſt. 23. c. 18. Lector cum ordinatur, &c. Epiſcopus ſpectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens: „ Accipe, & eſto relator verbi Dei “, &c. *Carth. IV. c. 8. Anſ. lib. 7. c. 55. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 11. panorm. & part. 6. c. 17. decr.*

CAPUT XIII.

Diſt. 23. c. 19. Oſtiarius cum ordinatur, &c. tradat ei Epiſcopus claves eccleſiæ de altario, dicens: „ Sic age, „ quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, „ quæ his clavibus recluduntur “. *Carth. IV. c. 9. Anſ. lib. 7. c. 54. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 12. pan. & part. 6. c. 18. decr.*

CAPUT XIV.

Diſt. 93. c. 19. Diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis alba induatur. *Carth. IV. c. 41. Anſ. lib. 7. c. 61. Cæſar. lib. 8. c. 20.*

CAPUT XV.

Diſt. 50. c. 36. De his clericis. Qui altario miniſtrant, vel vaſa ſacro officio deputata contrectant, ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant. *Ilerd. cap. 1.*

CAPUT XVI.

Quia aliquanti hujus provinciæ eccleſiæ diacones abſconſis intra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil differre a ſubdiacono videantur, ut de cetero ſuperpoſito ſcapulæ, ſicut decet, utantur orario, placuit. *Brachar. I. cap. 27.*

CAPUT XVII.

Lectores in eccleſia ſu hab tu ſeculari non pſal- * *graves*, al. lant neque gradus * gentili ritu dimittant. *Brachar. I. cap. 29.*

CAPUT XVIII.

11. q. 3. c. 65. Epiſcopus depoſitus reſtitutus a ſynodo recipit orariũ, annulum, & baculum; presbyter orariũ, & planetam; diaconus orarium, & albam; ſubdiaconus patenam, & calicem, ſic & reliqui gradus ea in reparationem ſui recipiant, quæ cum ordinarentur, perceperant. *Tolet. IV. cap. 27. Burch. lib. 2. cap. 192. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 5. panorm. & part. 5. cap. 367. & part. 6. c. 237. decret. Anſelm. lib. 8. cap. 27.*

CAPUT XIX.

Oraria duo nec Epiſcopo induere liceat, nec presbytero, nec diacono. Sed diaconus unum orarium geſtet in ſiniſtro humero, quando orat, id eſt, prædicat, dexteram habeat liberam ad miniſterium, &c. Purum vero ſit ejus orarium, nec ullis coloribus, aut auro ornatum. *Tolet. IV. c. 39. Anſ. lib. 7. c. 80. Cæſ. lib. 4. c. 103.* *Diſtinct. 25. Unum, c. 8.*

CAPUT XX.

Cum antiqua, & eccleſiaſtica noverimus inſtitutione præfixum, ut omnis ſacerdos, cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur, ſcilicet, ut qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & adverſa, virtutum ſemper ornamento utrobique circumſeptus appareat; qua ratione in tempore ſacrificii non aſſumit, quod ſe in ſacramento recepiſſe non dubitat? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat *, & in oblatione, vel perceptione ſuæ ſalutis, ſcilicet ut cũ Sacerdos ad ſolemnia miſſarum accedit, aut pro ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus, ita ut de uno, eodemque orario cervicem pariter, & utrumque humerum premens, ſignum in ſuo pectore præparet * crucis. Si quis autem aliter egerit excommunicationi debitæ ſubjaceat. *Brach. III. cap. 3.* *Diſt. 23. c. 9. Eccleſiaſtica.* * *retentum*, al. * *præferat*; al.

CAPUT XXI.

Presbyteri ſine intermiſſione utantur orariis propter differentiam ſacerdotii dignitatis. *Magunt. c. 28. Capitul. lib. 5. c. 81. Burch. lib. 2. c. 101. Ivo part. 6. c. 178. decr.*

CAPUT XXII.

Subdiaconi vaſa corporis, & ſanguinis Chriſti diaconibus ad altaria Domini offerunt, &c. Hic cum ordinantur, &c. patenam tantum, & calicem de manu Epiſcopi, & ab Archidiacono ſcyphum aquæ cum aquamanili, & manutergium accipiunt. *Iſid. lib. 2. c. 10. de eccleſ. offic. apud Aquiſgr. c. 6. vide Carthag. IV. c. 5.*

CAPUT XXIII.

Cunctis presbyteris, ut libros, & ſacerdotalia veſtimenta ſuo Epiſcopo in proxima ſynodo oſtendant, expreſſe commendatum eſt. *Metanſ. cap. 3.*

CAPUT XXIV.

Qui ſcienter excommunicatum ſuſceperit, &c. ab ordine presbyter ceſſet, nec gradum recipiat, niſi ſatisfactus ab Epiſcopo ſuo ſacris veſtimentis reinduatur, &c. Quando autem Epiſcopus presbyterum depoſuerit, ſic agat. Jubeat eum prius indui omnibus ſacerdotalibus indumentis, deinde manu ſua auferat manipulum, deinde caſulam, deinde mediam ſtolam de collo reflectat inter ſcapulas ſub latere dextro, & depoſitus eſt a presbyteratu, & diaconatu. *Concil. Lemovicenſ. act. 2. poſt med.*

CAPUT XXV.

Quando more ſolito ad ſynodum convenitis, veſtimenta, & libros, & vaſa ſancta, cum quibus ve-

veſtrum miniſterium, & injunctum officium peragitis, vobiſcum deferte, nec non duos, aut tres clericos, cum quibus Miſſarum ſolemnia celebratis, vobiſcum adducite, ut probetur, quam diligenter, quam ſtudioſe Dei ſervitium peragitis. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap.* 4.

CAPUT XXVI.

Urbanus fecit miniſteria ſacrata omnia argentea, & patenas argenteas xxv. appoſuit. *Damaſ. in Urban. Tribur. c.* 18.

CAPUT XXVII.

Stephanus conſtituit ſacerdotes, & levitas veſtibus ſacratis in uſu quotidiano non uti, & niſi in eccleſia tantum. *Damaſ. in Steph.*

CAPUT XXVIII.

Eutychianus conſtituit, ut quicumque fidelium martyrem ſepeliret, ſine dalmatica, aut collobio purpurato nullatenus ſepeliret. *Damaſ. in Eutychian.*

CAPUT XXIX.

Silveſter conſtituit, ut diaconi dalmaticis in eccleſia uterentur, & palla linoſtima læva eorum tegeretur. *Damaſ. in Silveſt.*

CAPUT XXX.

Zoſimus conſtituit, ut diacones lævas tectas de pallis linoſtimis haberent. *Ex Pontif.*

TITULUS VIII.

DE PALLIO.

Vide lib. III. tit. IV. quibus adde:

CAPUT I.

Macarius Epiſcopus Antiochenus hæreſis damnatus deponitur, in ipſaque depoſitione pallio exuitur. *VI. ſyn. gen. CP. action.* 8. *in med.*

CAPUT II.

Honoratus Archidiaconus eccleſiæ Salonitanæ a ſanctæ memoriæ deceſſore meo miſſa ſupplicatione popoſcerat, ut ab Antiſtite ſuo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem nullo modo cogeretur, &c. Proinde experientiã tuam præſentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conjungens in Salonem Natalẽ fratrẽ coepiſcopumque noſtrum ſaltem tot ſerioris admonitum ſtudeat adhortari, ut ſupra memoratum Archdiaconum in ſuo ſtatim loco ſuſcipiat. Quod ſi facere hoc contumaciter, ut conſuevit, forte diſtulerit, uſum ei pallii, qui ab hac Sede conceſſus eſt, ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ contradicito. Quem ſi etiam amiſſo pallio, adhuc in eadem pertinacia perſeverare perſpexeris, Dominici quoque corporis, ac ſanguinis eumdem antiſtitem participatione privabis. *Greg. lib.* 2. *reg. ep.* 16. *Antonino Subdiacono.*

CAPUT III.

Diſt. 100. *cap.* 8. Illud, frater chariſſime, tibi non putamus ignotum, quod pœne de nullo Metropolitano, in quibuslibet mundi partibus ſit auditum, extra Miſſarum tempus, uſum ſibi pallii vendicaſſe. Et quod bene hanc conſuetudinem generalis eccleſiæ noveritis, veſtris nobis manifeſtiſſime ſignificaſtis epiſtolis, quibus præceptum beatæ memoriæ deceſſoris noſtri Joannis Papæ nobis in ſubditis tranſmiſiſtis annexum, continens omnes conſuetudines ex privilegio prædeceſſorum noſtrorum conceſſas vobis, eccleſiæque veſtræ debere ſervari. Confitemini igitur aliam eſſe generalis eccleſiæ conſuetudinem, poſtquam ea, quæ vos geritis, vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium Metropolitanorum etiam a tua eſt fraternitate ſervandus, aut ſi tuæ eccleſiæ aliquid ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumve a prioribus Romanæ urbis Pontificibus, quod hæc Ravennati eccleſiæ ſunt conceſſa, a vobis oportet oſtendi. Quod ſi hoc non oſtenditur, reſtat, poſtquam talia agere, neque conſuetudine generali, neque privilegio vendicas, ut uſurpare te comprobes, quod feciſti, &c. Decorari pallio volumus forſan moribus indecori, dum nihil in Epiſcopali cervice ſplendidius fulget, quam humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, ſi honores ſuos ſibi quibuslibet argumentis ſtabili propoſuit mente defendere, aut generalitatis uſum ex non ſcripto ſequi, aut ex ſcriptis privilegiis ſe tueri. Quod ſi poſtremo nihil horum eſt, aliis Metropolitanis hujus te præbere nolumus præſumptionis exemplum, &c. Admoneo quatenus niſi deceſſorum meorum munificentia tibi hæc per privilegium attributa docueris, ut in plateis pallium ulterius non præſumas, ne non habere & ad miſſas incipias, quod audacter & in plateis uſurpas. De ſecretario autem, quod fraternitas tua reſediſſe cum pallio, & filios eccleſiæ ſuſcepiſſe, & fecit, & excuſavit, nunc interim nihil quærimus, quia ſynodorum ſententiam ſequentes minores culpas, quæ negantur, ulciſci recuſamus. Hoc tamen quia ſemel, & iterum ſit factum cognovimus, ſed fieri prohibemus. *Gregor. lib.* 2. *epiſt.* 54. *ſive cap.* 93. *indict.* 1. *Joanni Epiſcopo Ravennati. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 87.

CAPUT IV.

Pallium vobis ex more tranſmiſimus, & vices vos Apoſtolicæ Sedis agere iterata innovatione decernimus. *Greg. lib.* 4. *epiſt.* 15. *ſeu cap.* 59. *Joanni Epiſcopo primæ Juſtinianæ Illyricæ. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 91. *vel cap.* 99. *Diſt.* 100. *cap.* 20.

CAPUT V.

Pallium tibi tranſmittimus, quo fraternitas tua intra eccleſiam ad ſola miſſarum ſolemnia utatur. *Gregor. lib.* 4. *epiſt.* 51. *ſeu cap.* 95. *Virgilio Epiſcopo Arelat. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 90. *vel cap.* 98. *Diſt.* 100. *cap.* 6.

CAPUT VI.

Novit fraternitas veſtra, quia prius pallium, niſi dato commodo, non dabatur. Quod quia incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri Apoſtolorum Principis, tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione vetuimus. *Greg. lib.* 4. *epiſt.* 55. *ſeu cap.* 99. *Joanni Corinthi Epiſcopo. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 82. *vel* 90. *Diſt.* 100. *cap.* 3.

CAPUT VII.

Scriptorum veſtrorum inſinuatio patefecit, Andream fratrem noſtrum Nicomedianæ civitatis Epiſcopum, Deo propitio, ſolemniter ordinatum, &c. Supraſcripto igitur Andreæ fratri, & coepiſcopo noſtro pallium nos direxiſſe agno- *Diſt.* 100. *cap.* 11.

ſcite, atque privilegia cuncta conceſſiſſe, quæ prædeceſſores noſtri ejus prædeceſſoribus contulerunt. *Greg. lib. 5. epiſt. 7. ſeu cap. 107. indict. 14. Epiſcopis Epiri. Anſelm. lib. 6. cap. 91. vel cap. 100.*

CAPUT VIII.

Diſt. 100. cap. 2. Priſca conſuetudo obtinuit, ut honor pallii, niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat. *Greg. lib. 7. epiſt. 5. Brunichild. Reginæ. Anſelm. lib. 6. cap. 85. vel 93. Cæſar. lib. 3. cap. 52.*

CAPUT IX.

Diſt. 100. cap. 5. In ea ſynodo, quam contra Simoniacam hæreſim per fratrem & coepiſcopum noſtrum Syagrium decrevimus congregari, ſanctitatem veſtram volumus intereſſe, atque eidem fratri ita pallium, quod tranſmiſimus, tribui, ſi ſe prius ſe promiſerit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem ſynodicam a ſancta eccleſia removere. De qua ſynodo omnem nobis ſubtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus ſcriptis diſcurrentibus nuntiare, ut ipſe, cujus nobis ſanctitas valde experta eſt, nos reddas de omnibus certiores. *Greg. lib. 7. epiſt. 111. Aregio Epiſcopo. Anſelm. lib. 6. cap. 88. vel 90.*

CAPUT X.

Diſt. 100. cap. 9. Rationis ordo omnino nos admonet, ut cum uſu pallii aliqua ſimul, ſicut diximus, largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque ſollicitudinis debet accreſcere, ut cultui veſtrum, actionis quoque ornamenta conveniant, oportet, ut enixius in cunctis ſe ſtudiis veſtra fraternitas exerceat, & circa ſubjectorum actus ſit cura vigilans, & veſtrum illis exemplum inſtructio, & vita magiſtra ſit. *Greg. lib. 7. epiſt. 112. Syagrio Epiſcopo Auguſtudunenſi. Anſelm. lib. 6. cap. 86.*

CAPUT XI.

Fratri, coepiſcopoque noſtro Syagrio pro eo, quod in ea prædicatione, quæ in Anglorum gente, auctore Domino facta eſt, devotum ſe vehementer exhibuit, pallium ad miſſarum ſolemnia utendum tranſmiſimus, ut quia juvare ſpiritualia ſtuduit, Apoſtolorum Principis ſolatio, in ipſo quoque inveniatur ſpiritali ordine profeciſſe. *Greg. ad Brunichild. Reginam lib. 7. regiſtr. epiſt. 113.*

CAPUT XII.

Cum a Sede Apoſtolica veſtræ inſignia dignitatis (*loquitur de pallio*) exigitis, quæ a beati Petri tantum corpore aſſumuntur, juſtum eſt, ut vos quoque Sedi Apoſtolicæ ſubjectionis debita ſigna ſalutis exhibeatis, quæ vos cum beato Petro, tamquam membra de membro habere, & catholici capitis unitatem ſervare declarent. *Paſchalis II. in epiſt. ad Archiep. Polon.*

CAPUT XIII.

Significamus Deo placitæ paternitati veſtræ, die XVII. Kal. Auguſt. indictionis quartæ, noſtram humilitatem, divina gratia, ſuo, ut præcepit, munere præveniente, veſtris ſanctis ac Deo dignis precibus, in ſancta Romana eccleſia Pontificalis honoris accepiſſe conſecrationem & ſtolam. *Athanaſius, & alii ad Felic. II. poſt med.*

CAPUT XIV.

Marcus conſtituit, ut Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopos urbis, tunc pallio uteretur, & ab eodem Epiſcopus urbis Romæ conſecraretur. *Damaſ. in Marci.*

TITULUS IX.

DE LUMINIBUS.

CAPUT I.

Si clericus, vel laicus ab eccleſia auferat ceram, vel oleum, excommunicetur, & quinquies amplius, quod abſtulit, reſtituat. *Apoſt. cap. 72.*

CAPUT II.

Dum Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria ſanctorum. *Zach. epiſt. 4. ad Bonifacium poſt med.*

CAPUT III.

Prohibendum, ne lucernas hi, qui ab immundis ſpiritibus vexantur, publice accendant, ſi facere contra interdictum voluerint, abſtineant a communione. *Eliberit. cap. 37.*

CAPUT IV.

Acolythus ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda luminaria mancipari. *Carthag. IV. cap. 6. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 9. panorm. & part. 6. cap. 15. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 50.* *Diſt. 23. c. 6.*

CAPUT V.

Omnibus diebus veſperas, & matutinas clerici celebrent, quia deſiſtente clero, quod eſt peſſimum, comperimus in baſilicis, nec luminaria miniſtrari. *Tarrac. cap. 7. ad finem.*

CAPUT VI.

Placuit, ut de rebus eccleſiaſticis tres æque fiant portiones; id eſt una Epiſcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis eccleſiæ, de qua * parte, ſive archipresbyter, ſive archidiaconus illam adminiſtrans Epiſcopo faciat, &c. *Brac. cap. 25.* * *quarta.*

CAPUT VII.

Placuit, ut nullus Epiſcoporum tertiam partem ex quacumque oblatione populi in eccleſiis parochialibus requirat, ſed illa tertia pars pro luminaribus eccleſiæ, vel reparatione * ſervetur, & ſingulis annis Epiſcopo inde ratio fiat, &c. *Brac. II. cap. 2.* *10. q. 3. c. 2.* * *recuperatione.*

CAPUT VIII.

Non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminaris, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tamquam domus privata, conſecretur eccleſia. *Brac. II. cap. 5. Vormac. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decret.* *1. q. 2. c. 1.*

CAPUT IX.

Placuit Dei ſacerdotibus, ut quiſquis Antiſtes infra ſuam parochiam Dei aulam inquirat, & munificus ille, qui ſanctam Dei ædificaverit eccleſiam, quo ibidem pro ſua mercede largitus eſt, eodem loco presbyter * ſecundum priorum canonum inſtituta deſerviens * habeat, & ſi presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus inſtituatur. Certe ſi minor eſt cenſus, oſtiarius a ſacerdote ſit electus, qui nitorem infra ſinus ſanctæ eccleſiæ faciat, qui & ſancta- * *presbyterum, ſ.* * *ſervientem.*

rum

rum reliquiarum luminaria omni ſubſequenti nocte accendat. *Tolet. ſub Reccar. Rege cap. 2.*

CAPUT X.

De lucerna, & cereo intra vigilias ante paſcha. *Vide Tolet. IV. cap. 8.*

CAPUT XI.

Sicut in aliis eccleſiis veſpertino tempore, poſt lumen oblatum, prius dicitur veſpertinum. *Emerit. cap. 2.*

CAPUT XII.

16. q. 1. c. 25. Quicumque ſacerdotum, vel miniſtrorum deinceps cauſſa cujuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, altare divinum veſtibus ſacratis exuere præſumpſerit, ſeu etiam ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de templo Domini ſubtraxerit, vel extingui præceperit, &c. ſi eum ante veræ pœnitudinis coram Metropolitano ſatisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, & luci ſuæ dignitatis ſe noverit, & honore privandum. Illis perſonis ab hac ultionum ſententia ſeparatis, quas aut contaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubverſionem ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatem, vel obſidionem perferentes, &c. talia feciſſe contigerit. *Tolet. XIII. cap. 7.*

CAPUT XIII.

Quidam fratres dixerunt conſuetudinis antiquæ fuiſſe in eorum eccleſiis, ut pro balſamo emendo ad chriſma faciendum ſive pro luminaribus eccleſiæ concinnandis binos, vel quaternos *1. q. 2. c. 106.* denarios presbyteri darent. [Statuimus, ut ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt, ita etiam pro balſamo, ſive luminaribus emendis nihil presbyteri chriſma accepturi dent, &c. Epiſcopi de facultatibus eccleſiæ balſamum emant, luminaria ſinguli in eccleſiis ſuis concinnanda provideant. *Cabilon. ſub Carolo cap. 16. Burch. lib. 4. cap. 93. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 92. panorm. & part. 1. c. 287. decr.*

CAPUT XIV.

Cuſtodes eccleſiæ luminaria cum omni diligentia (*ad horas canonicas*) concinnanda provideant. *Aquiſgran. ſub Ludovic. cap. 131.*

CAPUT XV.

Nec quempiam offendat, quod ante ſanctorū imagines lumina, & ſuave-olentia thymiamata accenduntur, ſymbolicos enim iſta fieri in honorem illorum opinandum eſt, quorum cum Chriſto requies, quorum honor ad ipſum recurrit, hoc ipſum teſtante ſapiente Baſilio, quod erga conſervos bonos honor, erga ipſum Dominum commune benevolentiæ ſignum exhibet. Senſibilia enim lumina ſymbola ſunt immaterialis illius, & a Deo dati luminis: aromatum autem incenſio, ſinceram, & totum ſancti Spiritus afflatum, & repletionem ſignificat. *German. Ep. CP. ad Thomam Epiſcopum Claudiopoleos apud VII. ſynod. act. 4. in fin.*

CAPUT XVI.

Joannes tertius ampliavit, & reſtauravit cœmeteria ſanctorum martyrum, & conſtituit, ut ** ampullæ, al.* oblationes, & amulæ *, vel luminaria in eadem cœmeteria per omnes Dominicas de Lateranis miniſtrarentur. *Ex Pontif.*

CAPUT XVII.

Diſpoſuit (*Gregorius tertius*) ut in cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in diebus natalitiorum (*Sanctorum*) luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportarentur, &c. *Ex Pontif.*

CAPUT XVIII.

Zacharias xx. libras auri pro emendo oleo annuo, ut de lucro eorum in luminaribus apoſtolicis proficiat, inſtituit, & conſtitutum ſub anathematis vinculo obligavit. *Ex Pontif.*

TITULUS X.

DE CAMPANIS, ET CYMBALIS.

CAPUT I.

Concedimus Epiſcopis, ut cum commune terræ fuerit interdictum, excommunicatis, & interdictis excluſis, poſſint quandoque januis clauſis, ſuppreſſa voce, non pulſatis campanis celebrare officia divina, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 58.* *c. 25. de privil. Gr. IX. c. 8. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT II.

Cum ſanctæ civitati reliquiæ ſacræ appropinquaſſent, omnibus res ea fuit declarata, & ſignificata. Itaque lætitia magna perfuſi omnes, ſurgentes ſubito, lignaque ſacra pulſantes invicem obviam facti ſunt, &c. *Ex miraculis ſancti Anaſtaſii martyris. VII. ſynod. act. 4. ante med.*

CAPUT III.

Tempore Vitaliani Imperator Conſtantinus, (*& eius milites*) Syracuſis vaſa ſacrata, vel cymbala ſanctarum Dei eccleſiarum auferentes nihil dimiſerunt. *Ex Pontif.*

TITULUS XI.

DE AQUA BENEDICTA.

CAPUT I.

Manente eccleſia, & altari, fraternitati tuæ inſinuatione præſentium innoteſcat, quod ipſa reconciliari poterit *poſt humani ſanguinis effuſionem*) per aquam cum vino, & cinere benedictam. *Innocentius III. Compoſtell. Epiſc.* *De conſ. eccleſ. vel alt. c. 4. et. Gr. IX. de dedic. in 3. coll. cap. 3.*

CAPUT II.

Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, *De conſ. d. 3. cap. 20.* ut ea cuncti aſperſi ſanctificentur, ac purificentur, quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus ſanguine populum ſanctificabat, atque mundabat, *Heb. 9.* multo magis aqua ſale aſperſa, diviniſque precibus ſacrata populum ſanctificat, atque mundat. Et ſi ſale aſperſo per Heliſæum prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis divinis precibus ſacratus, ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera bona multiplicat, & inſidias diaboli avertit, & a phantaſmatis verſutiis homines defendit? Nam ſi tactu fimbriæ veſtimenti Salvatoris ſalvatos infirmos eſſe non dubitamus, quanto magis virtute ſacrorū ejus verborū divinitus ſacrantur elementa, quibus ſanitatem corporis, & animæ humana percipit fragilitas? His ergo, & aliis inſtructi documentis vota ſingulorum Domini ſacerdotes reſpicite, & in virtute Spiritus ſancti divinis precibus per miniſterium vobis divinitus collatum perficere certate. *Alexand. epiſt. 1. poſt med. Burchard. lib. 2. cap. 52.* *4. Reg. 2. d.* *Matt. 14. d.*

Digitized by Google

53. *Ivo part. 2. cap. 68. decret. Tarrac. lib. 4. cap. 1.*

CAPUT III.

** exorcizata.*

De aqua benedicta * ad conſecrationem eccleſiæ. *Vigil. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT IV.

Fana idolorum deſtrui minime debeant, ſed ipſa, quæ in eis ſunt, idola deſtruantur. Aqua benedicta fiat, in eiſdem fanis aſpergatur, altaria conſtruantur, reliquiæ ponantur, &c. *Greg. ad Melit. Abbat. in Francus lib. 9. reg. ep. 71.*

CAPUT V.

Cum ſacerdos audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quamcitius ad eum pergat, & ingreſſus cubiculum, aquam benedictam ſuper eum, & per omne cubiculum aſpergat cum antiphona, *Aſperges me Domine*, & verſu, *Exurgat Deus. Nannet. cap. 4.*

Pſalm. 50. Pſalm. 67.

CAPUT VI.

Alexander conſtituit aquam aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum. *Damaſ. in Alexand.*

TITULUS XII.
DE DIPTYCHIS SACRIS.

CAPUT I.

NUmquid omnes (*Epiſcopi ab Acacio ejecti*) Imperatoris nomen ex diptychis abſtulerunt. *Gelaſ. epiſt. 6. ad Epiſc. Dardaniæ poſt med.*

CAPUT II.

Anathematizato ſpecialiter per libellum Acacio, de prædeceſſorum ejus nominibus taceatur, abraſis eorum de diptychorum inſcriptione vocabulis, &c. *Hormiſda in Indiculo legatis ad Juſtinum Aug. dato.*

CAPUT III.

Catholicorum numero adjungi deſiderans S. Papæ Leonis in diptychis nomen aſſeveras ſcriptum. *Hormiſda Joann. Epiſc. CP.*

CAPUT IV.

In venerabili diptycho, in quo piæ memoriæ tranſitum ad cælos habentium Epiſcoporum vocabula continentur, quæ tempore ſanctorum myſteriorum ſecundum ſanctas regulas releguntur, &c. *In epiſt. Epiſcoporum Ægypti ad Anatolium CP. Archiep. poſt med. pro concil. Chalcedon. in 3. part.*

CAPUT V.

De atrio diptycho, *eſt in concil. CP. ſub Mena contra Anthymum, relecto in concil. V. gen. act. 1. in princ.*

CAPUT VI.

Sanctiſſimi Epiſcopi dixerunt: „ Reverentiſſimus ſacrorum cuſtos vaſorũ iſtius ſanctiſſimæ „ eccleſiæ afferat ad conſiderationem nobis, & „ recitationem hujus ſacra diptycha, in quibus „ ſanctæ memoriæ ſacerdotum iſtius optimæ ci„ vitatis ſcripta continentur vocabula“. Joannes presbyter, & cimiliarcha dixit: „ Secundum „ juſſionem veſtræ ſanctitatis inter ſacra vaſa, „ quæ a me ſervantur, habentes diptycha iſta „ protuli, & ad recitationem porrigo“, &c. Sanctiſſimi Epiſcopi dixerunt: „ Ad auditum „ noſtræ mediocritatis, ſed etiam illorum, qui ad „ teſtimonium producti ſunt, reverentiſſimi, & „ clariſſimi, & honeſtiſſimi viri recitentur ſacra „ diptyca, quæ declarant ſanctæ memoriæ con„ numerationem ſacerdotum iſtius Mopſueſta„ næ civitatis, ex quo immaculata, & ortho„ doxa fides prædicatur, uſque ad hunc ſacer„ dotem, qui in preſenti XIII. Indictione defun„ ctus eſt, & lecta ſunt nomina ex tribus dipty„ chis, &c. “ Sanctiſſimi Epiſcopi dixerunt: „ Porrigantur & nobis ad recitationem, & conſi„ derationem, quæ manifeſta facta ſunt, ſacra di„ ptycha, ut unuſquiſque noſtrum perlegat, & „ inſpiciat, & oblata ſunt ſanctiſſimis Epiſco„ pis (*& quæſitum de Theodoro ablato, & de* „ *Cyrillo poſito*) in diptychis, &c. “ *In concil. Mopſueſten. contra Theodor. relato in V. ſynod. gen. coll. 5. in med.*

CAPUT VII.

Ad ſatisfaciendum ſcripſimus, ut & venerabile nomen ſanctæ recordationis Leonis quondam urbis Romæ Archiepiſcopi, in ſacris diptychis tempore conſecrationis propter concordiam affigeretur, & veſtrum benedictum nomen ſimiliter in diptychis prædicetur. *Joann. CP. Epiſc. Hormiſdæ Papæ.*

CAPUT VIII.

Poſt factum libellum ab Epiſcopo CP. nomen Acacii de diptychis eſt deletum, &c. ſimiliter deleta ſunt de diptychis Zenonis, & Anaſtaſii nomina &c. *Ex ſuggeſtione Dioſcori diaconi ad Hormiſdam Papam.*

CAPUT IX.

Quos veſtra Apoſtolica Sedes condemnans in ſacris diptychis recitare non juſſit, eos nec ego inter ſacra facio nominari myſteria, &c. *Epiphan. CP. Epiſcop. in relation. ad Hormiſdam.*

CAPUT X.

Omni intentione ordinavimus, ut venerabilis eccleſia CP. nec non complures aliæ vota ſuſcipiant veſtra, non ſolum in ceteris, ſed in auferendis etiam nominibus ex ſacris diptychis, quæ removenda maxime poſtulaſtis, &c. *Juſtinus Imp. Hormiſdæ Papæ in epiſt. quæ incipit* Quo fuimus ſemper, *poſt princ.*

TITULUS XIII.
COMMUNIA DE VASIS, ET ALIIS ORNAMENTIS.

CAPUT I.

DIdicimus quoſdam Domini ſacerdotes ſuperſtitioſo potius cultui inſervire, quam mentis, vel fidei puritati, &c. amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt ſe ſanctæ ſcripturæ fidem non per ſpiritum, ſed per litteram completuros, &c. In lumborum præcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, &c. Unde hic habitus in eccleſiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum conſuetudo vertatur? Diſcernendi a plebe, vel ceteris ſumus doctrina, non veſte; converſatione, non habitu, mentis puritate, non cultu, &c. *Cæleſt. epiſt. 2. cap. 1.*

Lev. 12. b. De conſ. d. 1. c. 1. §. Fecit ergo.

CAPUT II.

Multa de vaſis, & ornamentis templi Judæorum,

rum, &c. Judæi loca, quibus Domino ſacrificabant, divinis habebant ſupplicationibus conſecrata, &c. Si Judæi qui umbræ legis deſerviebant, hæc faciebant, multo magis quibus veritas patefacta eſt, &c. & templa Domino ædificare debemus; & prout melius poſſumus, ornare, eaque divinis precibus, & ſanctis unctionibus ſuis cum altaribus, & vaſis, veſtibus quoque, & reliquis ad divinum cultum explendum utenſilibus devote, & ſolemniter ſacrare, & c. *Felix IV. epiſt.* 1. *cap.* 1. *in fin. Burchard. lib.* 3. *cap.* 57. & 58. *Ivo part.* 3. *cap.* 60. & 61.

CAPUT III.

De conſ. d. 1. cap. 45. Vaſa, quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt, & patenæ. De quibus Bonifacius martyr & Epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramenta conficere, reſpondit: „ Quondam ſacerdotes aureis ligneis calicibus u„ tebantur, nunc e contra lignei ſacerdotes au„ reis utuntur calicibus “. Zephirinus decimuſſextus Romanus Epiſcopus patenis vitreis miſſas celebrari conſtituit. Tum deinde Urbanus decimuſoctavus Papa omnia miniſteria ſacrata fecit argentea. In hoc enim, ſicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum decus ſuccrevit eccleſiarum, noſtris enim diebus, qui ſervi patrisfamilias ſumus, ne decus matris eccleſiæ imminuatur, ſed magis cumuletur, & amplificetur, ſtatuimus, ut deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis, & ſanguinis Jeſu Chriſti Domini noſtri in ligneis vaſculis ullo modo conficere præſumat, ne unde placari debet, inde iraſcatur Deus. *Triburienſ. c.* 18. *Burch. lib.* 3. *c.* 223. *Ivo part.* 3. *c.* 282. *decr.*

CAPUT IV.

Zephirinus fecit conſtitutum de eccleſia, ut patenas vitreas miniſtri ante ſacerdotes portarent, dum Epiſcopus miſſam celebraret. *Damaſ. in Zeph.*

LIBER SEXTUS.

De Verbi Dei prædicatione.

TITULUS I.

DE DOCTRINA, ET VITA MINISTRORUM VERBI DEI.

CAPUT I.

Presbyteros oportet ſcire canones, alioquin quomodo judicabunt eccleſiam? Quis fieri poterit medicus, ſi ignoret medicinam? *Greg. VII. in conc. Rom. anno incerto cap.* 28.

CAPUT II.

Presbyteri ſint litterati, aliter enim, quomodo erunt magiſtri, qui non fuerunt diſcipuli? aut qualiter ſcient docere gregem ſibi commiſſum, & exhortari? Iſti ſunt canes non valentes latrare. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. cap.* 30.

CAPUT III.

Ex his omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia deſcendat, & ipſa ſit omnium malorum mater, quæ incuria, & ignavia gignitur; negligentia vero alitur, & augetur, atque in ſenſibus hominum radicatur, dum amatur, quam ſi quis forte doceat, effugandam velut antiquis, & hæreditariis ſedibus, moleſte & indignanter avellitur. Et ideo paululum laborandum nobis eſt, ut indignantes ignorantiæ præſumptionem ſcientiæ ratione reſecemus, in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi ſunt, per quas, quaſi ſub ſpecie alicujus ſcientiæ, ignorantia in his vehementius radicata eſt. Nihil enim eſt gravius, quam ſi id, quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat verum eſſe, quod falſum eſt, quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici a ceteris velit. Ita ſunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicujus ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem, quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis, ut poſſimus, quaſi lumine nobis inde accenſo, errorum tenebras depellere. Grande enim malum eſt, ut diximus, ignorantia, ſed quia ſubſtantiam non habet, facile ab his, qui ſtudioſi ſunt, effugatur; non enim aliud eſt ignorantia, niſi non cognoviſſe, quod expedit, ubi autem cognoveris, periit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quā nemo alius aſſignare poteſt, niſi verus propheta, hæc enim via eſt, vitam volentibus ingredi, & ſummum iter bonorum operum pergentibus ad civitatem ſalutis. *Clem. epiſt.* 3. *in med.*

CAPUT IV.

Juſtum eſt omnes in univerſo Romanorum orbe doctores legis ea, quæ legis ſunt, recta ſapere, & operari, & non regulas naſcentis eccleſiæ confundere, aut fidem, aut doctrinam Apoſtolorum variis maculare doctrinis, nec fratres infeſtare, &c. Doceri omnes oportet, qui Domini ſacerdotio funguntur, ut & ceteros inſtruant, & ſibi proficiant. Scriptum eſt autem: *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*; & alibi: *Populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.* Ipſa enim Veritas per ſe infert, & dicit: *Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.* [Ille proculdubio ſcandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui ejus ſcandalizat Epiſcopū, vel ſacerdotem. Impie namque agentes ſunt impii, neque intelligentes omnes impii, porro docti intelligent, &c. *Anaclet. epiſt.* 1. *in med. Ivo part.* 6. *cap.* 245. *decr.*

Dan. 12. a. Dan. 11. f. Matt. 11. a. Luc. 7. d. Diſt. 93. c. 10.

CAPUT V.

Dist. 45. c. ult. Sane. Tim. 1. b.

Percuſſor ille doctor dicitur, qui ſermone inutili

Digitized by Google

tili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit conſolari in doctrina ſana, & contradicentes redarguere, & recte viventes, atque rectam fidem tenentes conſolidare, &c. *Anaclet. ep. 2. ante fin. ad Epiſcopos Italiæ.*

CAPUT VI.

Diſt.38.c.3. Si vix in laicis tolerabilis videtur inſcitia, quanto magis in eis, qui præſunt, nec excuſatione eſt digna, nec venia? &c. *Leo ep. 22. in princ. ad Conſtantinopolitanos. Anſ. lib. 7. cap. 107.*

CAPUT VII.

Imperatorem Perſarum, & ſi non fuiſſe converſum doleo, vel tamen ei Chriſtianam fidem prædicaſſe omni modo exulto, quia etſi ille ad lucem venire non meruit, veſtra autẽ ſanctitas prædicationis ſuæ præmium habebit. Nam & Æthiops in balneum niger intrat, niger egreditur, ſed tamen balneator nummos accipit. *Greg. Domit. Metropolit. lib. 1. reg. ep. 63. Indict. XI.*

CAPUT VIII.

Prov.14. Multos per prædicationem veſtram venire ad eccleſiam ſuſpicor, quod totum veſtræ laudi proficit, quia ſcriptum eſt: *ubi plurimæ ſegetes, ibi maxima fortitudo boum:* manifeſtatur enim virtus prædicantium, ubi ſurgit ſeges animarum, &c. *Greg. Steph. Epiſc. lib. 6. ep. 8. reg.*

CAPUT IX.

Diſt.38.c.1. Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in ſacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet
1. Tim. 4. Paulus Apoſtolus dicens ad Timotheum: *intende lectioni, & exhortationi, doctrinæ quoque, & ſemper permane in his.* Sciant igitur ſcripturas ſanctas, & canones meditentur, ut omne opus eorum in prædicatione divina, & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina. *Tolet. IV. cap. 24. Arelat. ſub Carolo c. 3. Burch. lib. 1. c. 100. Ivo part. 5. c. 202. decr. Anſ. lib. 7. c. 105. Cæſar. lib. 4. cap. 54.*

CAPUT X.

De baptiſmo, & myſterio ſanctæ fidei unuſquiſque Archiepiſcopus ſuos ſuffraganeos diligenter, ſtudioſeque admoneat, quatenus per ſtudium ſacræ lectionis imbuti, & de myſterio ſanctæ fidei, & de ſacramento baptiſmatis unuſquiſque illorum in propria parochia perfecte, ſtudioſeque presbyteros, & univerſum populum docere, &
Diſt.38.c.1. inſtruere non negligat. Quia ignorantia mater cunctorum eſt errorum, & maxime in ſacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas admonet Paulus Apoſtolus dicens ad
1. Tim. 4. d. Timotheum: *Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ.* Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina. *Arelat. ſub Carolo cap. 3. Tolet. IV. c. 24.*

CAPUT XI.

Sobrietatem ſacerdotes teneant, & hanc habendam fidelibus prædicent, quia non poteſt libere ſobrietatem prædicare, qui ſe mero, uſque ad alienationem mentis ingurgitat. *Cabilon. ſub Carolo cap. 10. Burch. lib. 14. cap. 4. Ivo part. 13. cap. 72. decret.*

CAPUT XII.

Clerici in doctrina, & lectionibus, pſalmis, & hymnis, & canticis exercitio jugi incumbant. Tales enim debent eſſe, qui divinis cultibus ſe mancipandos ſtudent exhibere, ſcilicet ut dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent. *Magunt. cap. 10. in fin.*

CAPUT XIII.

Qui erudiendis, atque inſtituendis de virtute populis præerit, neceſſe eſt, ut in omnibus ſanctus ſit, & in nullo reprehenſibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipſe a peccato debet eſſe alienus, nam qua fronte ſubjectos arguere poteſt, cũ illi ſtatim poſſit correptus ingerere: *Ante doce te, quæ recta ſunt, Epiſcope.* Quapropter qui negligit recta facere, deſinat & recta docere. Prius quippe ſemetipſũ corrigere debet, qui alios ad bene vivendũ admonere ſtudet, ita ut in omnibus ſemetipſum formã vivendi præbeat, cunctoſque ad bonũ opus & doctrina, & opere provocet. Cui etiam ſcripturarum ſcientia neceſſaria eſt, quia ſi Epiſcopi tantum ſit ſancta vita, ſibi ſoli poteſt prodeſſe ſic vivens, porro ſi & doctrina fuerit eruditus, poteſt ceteros quoſque inſtruere, & docere ſuos, & adverſarios repercutere, &c. cujus præ cæteris ſpecie officium eſt, ſcripturas legere, percurrere canones, exempla ſanctorum imitari, vigiliis, jejuniis, orationibus incumbere, cum fratribus habere pacem, nec quemquam ex membris ſuis diſcerpere. *Aquiſgran. c. 9. ex Iſidoro 2. lib. de eccleſiaſt. officiis c. 6.*

CAPUT XIV.

Ad hoc, niſi me fallit opinio, ſancte vivendum eſt ſacerdoti, ne dicta ſua repugnantibus factis evacuet, ſi quod prædicat fieri debere, non faciat: aut ſi quod non facit, prædicare præſumpſerit, nihil apud eos, qui ejus vitam novere, proficiat. Quia ad hoc eſt eccleſiæ Dei præpoſitus, ut non ſolum bene vivendo alios exemplo ſuæ converſationis inſtituat, ſed etiam fiducialiter prædicando ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat, quæ pœna maneat duris, quæ gloria obedientibus, oſtendat. *Proſp. lib. de vita contemplativa c. 20. apud Aquiſgr. c. 26.*

CAPUT XV.

Cum ſacerdos non agit bona, qui loquitur, ei etiam ſermo ſubtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur, ſicut per Prophetam dicitur: *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras juſtitiam meam, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* *Pſalm. 49.* Plerumque doctor, qui docere audet quod negligit agere, cum deſierit bona loqui, quæ operari contempſit, docere ſubjectos incipit prava, quæ agit, ut juſto omnipotentis Dei judicio in bono jam nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recuſat, quatenus dum mens ejus terrenarum rerum amore incenditur, de terrenis rebus ſemper loquatur. *Gregor. lib. 11. moral. c. 9. & 10. apud Aquiſgr. c. 27.*

CA-

CAPUT XVI.

Recolite quanta, & qualia, me audiente, atque probante, dicere ſolebatis de adminiſtratione Pontificis, qui populi ſibi commiſſa cura poſthabita, ardentius bona præſentia deſiderat, quam futura, &c. Qui non prædicat perſeverantiam juſtis, pœnitentiam pravis, contemptum mundi converſis, futuras pœnas averſis. Qui non poteſt dicere contemptoribus admonitionis ſuæ, futurum cogitate judicium, quod ipſe forte non cogitat, amatoribus mundi, nolite diligere mundum, ſi eum mundi amor oblectat, ambitioſis, ambitioni jam finem imponite, ſi eum ambitio ruinoſa præcipitat, ebrioſis, ebrietatem cavete, ſi ſe mero uſque ad alienationem mentis ingurgitat. Sumptuoſis dapibus gravidus * non poteſt ſuis abſtinentiam laudare, quam calcat. Vitio cupiditatis addictus, cupidis amorem non poteſt diſſuadere pecuniæ. Inimicitiarum tenax, non valebit animos diſſidentium ſacerdotali tranquillitate componere. Juſtitiam prædicare judicibus erubeſcit, quam ipſe patronæ potentis favore corrumpit. Nec defendit oppreſſos, ſi perſonas, aut honorat, aut deſpicit. Et quidquid boni non facit aut mali committit, nec jubebit fieri, nec vetabit, quia neceſſariam docendi auctoritatem contrarietate ſuæ actionis, aut amittit, aut minuit. *Proſper de vita contemplativa lib. 1. c. 15. apud Aquiſgr. c. 28.*

1. Joann. 2.

* crudus.

CAPUT XVII.

Interdum doctoris vitio etiam ipſa verax doctrina vileſcit, & qui non vivit, ſicut docet, ipſam, quam prædicat veritatem, contemptibilem facit. Arcus perverſus eſt lingua magiſtrorum docentium bene, & viventium male, & ideo quaſi ex perverſo arcu ſagittam emittunt, dum ſuam pravam vitam propriæ linguæ ictu confodiunt. Qui bene docet, & male vivit, tamquam æs, aut cymbalum ſonitum facit aliis, ipſe tamen ſibi manet inſenſualis. Qui bene docet, & male vivit, quod docet, bene viventibus proficit, quod vero male vivit ſe ipſum occidit. Sicut ſacerdos, qui ſi digne ſe agit, ut ſacerdotem decet, miniſterium ejus, & ipſi, & aliis utile eſt, indigne autem vivens, aliis quidem utilis eſt loquendo, ſe autem interficit prave vivendo. Ac per hoc, quod in illo mortuum eſt, proprium ejus eſt; quod vero vivit in eo, id eſt ſacrum miniſterium, alienum eſt. Qui bene docet, male vivit, videtur ut cereus, qui aliis bonam novit lucem præſtare, ſe vero in malis ſuis conſumere, atque extinguere. Qui bene docet, & male vivit, videtur, bonum malo conjungere, lucem tenebris permiſcere, veritatem mendacio mutare. *Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, c. 37. apud Aquiſgr. c. 29.*

CAPUT XVIII.

Iracundi doctores per rabiem furoris diſciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis convertunt, & unde emendare ſubditos poterant, inde potius vulnerant. Ideo ſine menſura ulciſcitur culpas præpoſitus iracundus, quia cor ejus diſperſum in rerum curis, non colligitur in amorem unius Deitatis. Mens enim ſoluta in diverſis, catena charitatis non aſtringitur, ſed male laxata, male ad omnem occaſionem movetur. *Iſidor. de ſummo bono c. 40. apud Aquiſgr. c. 33.*

CAPUT XIX.

Tu quidem divinas ſæpius ſcripturas lege, immo numquam de manibus tuis ſacra lectio deponatur. Diſce, quod doceas: Obtine eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut poſſis exhortari in doctrina ſana, & contradicentes revincere. Permane in his, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens a quo didiſceris, paratus ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti te rationem de ea, quæ in te eſt, ſpe, & fide. Non confundant opera tua ſermonem tuum, ne cum in eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat, cur ergo hæc, quæ dicis, ipſe non facis? Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de jejuniis diſputat, accuſare avaritiam & latro poteſt. Sacerdotis Chriſti os, mens, manuſque concordent. *Hier. ad Nepotian. apud Aquiſgr. c. 94. poſt princ.*

CAPUT XX.

Prædicatio ſacerdotalis contemnitur, quando, quod verbis prædicat, operibus non adimplet. Proinde qui ceteris forma, & exemplum debent eſſe, primo facere debent, quod docent, & evitare, quæ fieri prohibent. Unde beatus Gregorius in libro paſtorali, cum per gallum prædicationis ſpeciem tractando exponeret, inter cetera ſic ait: „ Gallus cum jam edere cantus parat, prius alas excutit, & ſemetipſum feriens vigilantiorem reddit. Quia nimirum neceſſe eſt ut ii, qui verba ſanctæ prædicationis monent, prius ſtudio bonæ actionis evigilent, ne in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce. Prius ſe per ſublimia facta excutiant, & tunc ad bene vivendum alios ſollicitos reddant prius cogitationum aliis ſemetipſos feriant, & quidquid in ſe inutiliter torpere ſollicita inveſtigatione deprehenderint, diſtricta animadverſione corrigant & tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria fletibus curent, & tunc, quæ aliorum punienda ſunt, denuntient, & antequam verba exhortationis inſonent, omne, quod locuturi ſunt, operibus clament “, &c. Quando vita ſacerdotum cum doctrina non concordat, & auditoribus infirmis ſcandalum, & animarum provenire periculum, non eſt dubium. Proinde ſummopere cavendum eſt ſacerdotibus, ne offendiculum fiant iis quibus præſunt. Tunc enim offendiculum fiunt illis, quando quod verbis prædicant, moribus impugnant, &c. *Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib. 1. cap. 4. ex Gregor. lib. 3. Paſtoral. c. ult.*

CAPUT XXI.

Cavendum ſummopere eſt ſacerdotibus, ut ab avaritiæ peſte, quæ eſt idolorum ſervitus, & cupiditate, quæ radix omnium malorum eſt, ſuoſque ſectatores a regno Chriſti excludunt, ſe compeſcant. Quoniam digne non poſſunt ſubditis prædicare, ut ab his ſe abſtineant, cum ipſi his, quod valde dedecus, immo periculoſum eſt, ſe mancipaverint, &c. Scribit & Proſper: „ Non poteſt dicere ſacerdos contemptoribus admonitionis ſuæ futurum cogitate judicium, quod „ ipſe

Epheſ. 5. Coloſſ. 3. 1. Tim. 6.

1. Ioan. 2. „ ipſe forte non cogitat. Amatoribus mundi, nolite diligere mundum, ſi eum mundi amor oblectat; ambitioſis ambitioni finem imponite, ſi eum ambitio ruinoſa præcipitat, ebrioſis, ebrietatem cavete, ſi ſe mero uſque ad alienationem mentis ingurgitat, &c. & quidquid boni non facit, aut mali committit, nec jubet fieri, nec vetabit, quia neceſſariam docendi auctoritatem contrarietate ſuæ actionis, aut amittit, aut minuit ", &c. *Pariſ. ſub Ludov. lib.* 1. *c.* 13. *Ex D. Proſpero de vita contemplat. lib.* 1. *c.* 15.

CAPUT XXII.

In ipſa vita ſacerdotum penſandum eſt, qualiter quiſque doceat, ſicut ait egregius doctor beatus Gregorius, ut recte docens infirmitatem ſuam quotidie omni conſideratione cognoſcat, ne aut humilitas acceſſum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vitam doctrina deſtituat, aut doctrinā præſumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet, poſt autem magiſterium, quod ſuſcipitur, vitam commendet, ac deinde neceſſe eſt, ut paſtoralis vitæ bonum, quod vivendo oſtenditur, etiam loquendo propagetur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 1. *c.* 7. *ex Greg. lib.* 1. *paſtor. in princ.*

CAPUT XXIII.

Diſt. 31. c. 2. Nec minus exemplum boni operis doctrinæ conveniens in ſacerdotibus eſſe debet, ut quod ore doctrina profert, vitæ meritum juſtæ operationis verba ſacerdotis omnibus delectabilia faciat exequenda, vitamque probabilem commendet. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 2. *c.* 8.

CAPUT XXIV.

Nemo recte monitoris perſonam accipit, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, & amorem innocentiæ, converſatione demonſtrat. *Ennod. pro Symmacho ante fin.*

TITULUS II.

QUAS RES AUDITORIBUS IN CONCIONIBUS PROPONI OPORTEAT, ET DE MODO, QUEM TENERE DEBET, QUI CONCIONATUR.

CAPUT I.

Sacerdotes & alii clerici, qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam ſubditi, quam prælati orationi, & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes eos verbo pariter & exemplo, ut timorem & amorem ſemper habeant divinum ante oculos, ne quid dicant, aut faciant, quod divinam majeſtatem offendat. Et ſi aliquando lapſi fuerint in peccatum, per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis, & corporis, & tam in victu, quam in veſtitu mediocritatem ſervantes, diſſenſiones & æmulationes omnino vitando, rancore, ac livore a ſe penitus relegatis, ut ſic ſpiritalibus, & materialibus armis muniti adverſus hoſtes fidei ſecurius prælientur, non de ſua præſumentes potentia, ſed de divina virtute ſperantes. *Innoc. III. in conc. Later. c. ult.*

CAPUT II.

Epiſcopus, vel presbyter, qui clerici, vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, ſegregretur, & ſi in ſocordia perſeveret, deponatur. *Ap.* 57. *vel* 58.

CAPUT III.

Oportet eum, qui docet, & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime eſſe eruditus & doctus, irreprehenſibilis, maturus, impavidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementē hunc poſt me. *Petrus apud Clem. epiſt.* 1. *poſt princ.* 8. q. 1. c. 12.

CAPUT IV.

Quæ major charitas, aut quod efficacius pietatis patrocinium poteſt a quoquam alicui impendi, quam ſi ignorantiæ tenebras & imperitiæ caliginem ab eo repellat, ac demum veræ fidei doctrinæ pabulo non ad quæſtum, non ad ambitionem, ſed ad eruditionem, & ædificationem reficiat? tamquam enim mutilo fit manus, claudo pes, oculus cæco, qui ignorantiæ tenebris ſapientiæ & ſcientiæ theſaurum reſerat, & candorem lucis, viaſque Domini benigniter aperit, &c. *Anter. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, poſt princ.*

CAPUT V.

Objurgando, hortando, ſuadendo, blandiendo, conſolando prodeſſe, quibus poſſumus, feſtinemus. Lingua noſtra bonis fomentum ſit, pravis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortando ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur, ut quia doctores dicimur, viam ſalutis gradientibus oſtendamus. *Dionyſius Severo Epiſc. epiſt. ad fin.*

CAPUT VI.

Nulli ſacerdotum liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum poſſit regulis obviare, quæ enim a nobis res digna ſervabitur *, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangantur? &c. *Cæleſtin. epiſt.* 3. *ad Epiſc. Apuliæ, & Calabriæ.* Diſt. 8. c. 4. * digne obſervabitur.

CAPUT VII.

Ignorare numquam licuit ſacerdotum, quid canonum regulis fuerit definitum. *Leo epiſt.* 1. *Epiſc. Italiæ in med.*

CAPUT VIII.

Nos, qui ſacerdotes vocamur, debemus populum nobis ſubjectum, & prædicando verbis in omni bono, & faciendo, quæ docemus, exemplis inſtruere, in charitate, in caſtitate, in humilitate, in continentia, in modeſtia, in vigiliis, in jejuniis, & oratione, in religione, in eleemoſynis, in hoſpitalitate, in quantum vires permittunt, in verbo ſapientiæ ſale condito, in temperantia manducandi, vel bibendi, in converſatione ſancta, in ſimplicitate cordis, in omni opere bono, pie, & juſte vivendo, &c. *Forojul. c.* 13. *ad finem.*

CAPUT IX.

Doctoris populorum ſermo debet eſſe purus, ſimplex, & apertus, plenus gravitate & honeſtate, plenus ſuavitate, & gratia, tractans de myſterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiæ, de diſciplina juſtitiæ. Unumquemque diverſa

ſa admonens exhortatione juxta profeſſionis, morumque qualitatem, videlicet ut prævocat quid, cui, quando, vel quomodo proferat, &c. *Aquiſgran. cap. 9. ex Iſid. 2. lib. de offic. eccleſiaſt. c. 6.*

CAPUT X.

Prædicator quiſque ſtudeat, ut minas potentium ratione mitiget, & oppreſſorum anguſtias, quantum prævalet, ope levet: ut foris reſiſtentibus opponat patientiam, & intus ſuperbientibus exhibeat cum patientia diſciplinam: ut erga errata ſubditorum ſic manſuetudo zelum temperet, quatenus a juſtitiæ ſtudio non enervet, ſic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis limite fervendo tranſcendat. Rectoris officium eſſe debet, ut ingratos beneficiis ad amorem provocet, ut gratos quoque miniſteriis in amore ſervet, ut proximorum mala, cum corrigere non valet, taceat, & quæcumque corrigi loquendo poſſunt, ſilentium, conſenſum eſſe pertimeſcat. *Gregor. in Paſtor. lib. 2. c. 6. apud Aquiſgran. c. 21. ad finem.*

CAPUT XI.

Non omnibus una, eademque doctrina eſt adhibenda, ſed pro qualitate morum, diverſa exhortatio erit doctorum. Nam quoſdam increpatio dura, quoſdam vero exhortatio corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diverſo medicamine ſerviunt, ita ut juxta vulnerum varietates medicina diverſa ſit, ſic & doctor eccleſiæ ſingulis quibuſque hominibus congruum doctrinæ remedium adhibebit, & quod cuique oporteat, pro ætate, pro ſexu, ac profeſſione annuntiabit. Non omnibus ea, quæ ſunt clauſa, aperienda ſunt: multi enim ſunt, qui capere non poſſunt, quibus ſi indiſcrete manifeſtentur ſtatim aut detrahunt, aut negligunt: prima quippe prudentiæ virtus eſt, eam, quam docere oporteat, æſtimare perſonam. Rudibus populis, ſeu carnalibus plana, atque communia, non ſumma, atque ardua prædicanda ſunt, ne immenſitate doctrinæ opprimantur potius, quam erudiantur.
1. Cor. 3. a. Unde & Paulus Apoſtolus ait: *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam, carnalibus quippe animis, nec alta nimis de cæleſtibus, nec terrena convenit prædicare, ſed mediocriter, ut initio eorum moreſque deſiderant, edoceri*, &c. Aliter eſt agendum circa eos, qui noſtro committuntur regimini, ſed offendunt, atque aliter cum his, qui nobis commiſſi non ſunt, qui ſi juſti ſunt, venerandi ſunt, ſi vero delinquunt, pro ſola charitate, ut locus, eſt, corripiendi ſunt non tamen cum ſeveritate, ſicut hi, qui nobis regendi ſunt commiſſi, &c. Ingenium boni doctoris eſt incipere a laudibus eorum, quos ſalubriter objurgatos corrigere
1. Cor. 2. b. cupit, ſicut Apoſtolus ad Corinthios facit, quos a laudibus inchoat, & increpationibus probat, ſed erant apud Corinthios, qui & laude, & increpatione digni eſſent. Ille vero ſic diſcrete, ſic utraque omnibus loquitur, ut omnibus utraque convenire videantur. *Iſidor. lib. 3. de ſummo bono c. 43. apud Aquiſgr. c. 23.*

CAPUT XII.

Non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas aſtringit. Sæpe namque aliis officiunt, quæ aliis proſunt, quia plerumque herbæ, quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt, & lenis ſibilus equos mitigat, catulus inſtigat, & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit, & panis, qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate ergo audientium formari debet ſermo doctorum, ut & ad ſua ſingulis congruat, & tamen a communis ædificationis arte numquam recedat. Quid enim ſunt intentæ mentes auditorum, niſi ut ita dixerim, quædam in cithara tenſiones tractæ chordarum? quas tangendo artifex, ut non ſibimetipſi diſſimile canticum faciat, diſſimiliter pulſat, & idcirco chordæ conſonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, ſed non uno impulſo feriuntur. Doctor quiſque, ut una cunctos virtute charitatis ædificet, ea una doctrina, non una, eademqua exhortatione tangere corda audientium debet. Doctor etenim, qui loci ſui neceſſitate exigitur ſumma dicere, hac eadem neceſſitate compellitur ſumma monſtrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo imperat, oſtendendo adjuvat, ut fiat. Hunc enim per prophetam Dominus dicit: *Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion*, ut videlicet, qui cæleſti prædicatione utitur, ima jam terrenorum operum delerens, in rerum culmine ſtare videatur, tantoque facilius ſubditos ad meliora pertrahat, quanto per vitæ meritum de ſupernis clamat. *Greg. in Paſtorali lib. 2. c. 3. & 3. lib. in prol. apud Aquiſgr. c. 24.* Eſai. 40. b.

CAPUT XIII.

Ut longe ante nos reverendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, non omnia tempora congruunt doctrinæ, ſecundum Salomonis ſententiam dicentis: *Tempus tacendi, tempus loquendi.* Ecclesiastic. 3. b. Non quidem per timorem, ſed per diſcretionem, propter malorum incorrigibilem iniquitatem, nonnumquam erectos oportet a doctrina ceſſare. Interdum doctores eccleſiæ, calore charitatis ardentes conticeſcunt a docendo, quia non eſt, qui audiat, teſtante propheta: *Civitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat.* Jer. 13. Qui docendi accipit officium, interdum ad tempus facta proximi taceat, quæ ſtatim corrigere nequaquam æſtimat. Nam ſi corrigere poteſt, & diſſimulat, verum eſt, quod conſenſum erroris alieni habeat. Plerique ſancti doctores pro mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt, his tacere diſponunt, ſed calorem ſpiritus, quo aguntur, ferre non ſuſtinentes, iterum in increpationem proſiliunt impiorum. *Iſid. lib. 3. de ſummo bono c. 44. apud Aquiſgran. c. 25.*

CAPUT XIV.

Sumamos ſartaginē ferream, & ponamus eam Ezech. 3. a. murū ferreū inter nos & civitatem, id eſt aſſumamus zelum fortem, & inter nos & auditoris noſtri animum inveniamus hanc poſtmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum in-

inventuri ſumus, ſi nunc eum fortiter tenemus, videlicet docendo, cuſtodiendo, ſuadendo, increpando, mulcendo, terrendo aliquando leniter, aliquando vero & ſeverius agendo, &c. Infirmæ quippe animæ, atque appetitui mundi deditæ, aliquando melius ex ſeveritate ſervantur, ut obfirmata facies, id eſt, per ſeveritatis cuſtodiam ab omni ſpe fuvolæ remiſſionis obducta, inconſtantem animam terreat, atque a delectatione vitiorum diſtinctionis vigore conſtringat. Quod cum a doctore agitur, ſemper neceſſe eſt, ut dulcedo & humilitas corde teneatur, quatenus & multum amet, & numquam contra eum per elationem ſuperbiat, cui tamen amorem ſuum, & humilitatem pro utilitate ejus prodeſſe recuſat. *Greg. lib. 1. ſuper. Ezech. homil. 12. circa fin. apud Aquiſgran. c. 34.*

CAPUT XV.

Statuimus, ut unuſquiſque noſtrum dictis, & exemplis plebes parochiæ ſuæ attentius ad meliora incitare ſtudeat, eaſque, ut ſe a malis cohibeant, & ad Dominũ ex toto corde convertant, ſollicite admoneat, Deumque, quem peccando ſibi iratum fecerant, digna pœnitentiæ ſatisfactione, & eleemoſynarum largitione ſibi placabilem facere ſatagant, &c. ſimulque eis oſtendendum, quoniam quandiu quis malis operibus deditus eſt, nec ſibi, nec alii Deum propitiari meretur. Et quod unuſquiſque eleemoſynam, & cetera bona opera a ſemetipſo incipere debeat. Cum itaque prædicatores ſine ceſſatione populo Dei prædica-
Eſai. 58. re neceſſe ſit, juxta illud Eſaiæ: *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum*: tum maxime id eis facere neceſſe eſt, quando iram Domini contra populum Dei, meritis exigentibus graſſari perſpexerint, juxta illud, quod Dominus per Ezechielem prophetam
Ezech. 3. & 33. loquitur: *Terra, cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum unum de noviſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſupra ſe ſpeculatorem, & ille viderit venientem gladium ſuper terram, & cecinerit buccina, & annunciaverit populo; audiens autem quiſquis ille eſt ſonum buccinæ, non obſervarit, veneritque gladius, & tulerit eum, ſanguis ipſius ſuper caput ejus erit*, &c. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit tuba, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de his animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram &c. Formidoloſa valde, & tremenda hæc ſententia ſacerdotibus eſt, qua dicitur, *Sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Unde Proſper ſcribit: „Ille, inquit, cui diſpenſatio „verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſancte vivat, & „tamen perdite viventes arguere aut erubeſcat, „aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente pe„rierint, perit: & quid ei proderit, non puniri „ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato? &c.“ Ecce quale periculum prædicatoribus, niſi ſtrenue, utiliterque prædicaverint, & auditoribus, niſi id, quod ſibi prædicatum fuerit, obedienter impleverint, inſtat. Quod autẽ per negligentiam, & deſidiam prædicatorum, & per contemptum quorundam auditorũ tranſgreſſio fit divinorum præceptorum, periculumque animarum, manifeſtum eſt. Quapropter neceſſe eſt, ut hæc prophetica, immo cæleſtis tuba, qua præcepitur: *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum*, ut prædicatores, & auditores a ſomno torporis, & negligentiæ tandem excitet, ut hi de utili ſua prædicatione, & illi de obedienti impletione, æterna a Domino donentur remuneratione. Eſai. 58. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 5. ex D. Proſpero lib. 1. de vita contemplat. c. 20.*

CAPUT XVI.

Doctrina ſacerdotalis ſecundum cujuſque qualitatem omnibus ſufficiens eſſe debet, modeſta, prudens, diſcreta, honeſta, atque utilis. *Aquiſgr. ſub Ludov. part. 1. c. 8.*

CAPUT XVII.

Ignorari non licet, quanta debet eſſe diverſitas, atque diſcretio in arte prædicationis, prout in libro paſtorali digeſtum habetur, ita inquiente S. Gregorio: „Ut enim ante nos longe reverendæ „memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, „non una, eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas „aſtringit, ſæpe namque aliis officiunt quæ aliis proſunt“. Ideoque rector ſcire debet deſcriptiones perſonarum, quæ in eodem libro a plenius ſcire volentibus inveniri poſſunt. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 2. cap. 6. ex Greg. in prol. lib. 3. Paſtoral.*

CAPUT XVIII.

Doctrina, & prædicatio in populum partim Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, partim vero populi negligentia, non, ſicut neceſſarium eſt, procuratur, & ſacerdotum quidem incuria nullatenus eſt excuſanda; quidam vero laici, & maxime potentes, ac nobiles, quos ſtudioſius ad prædicationem venire oportebat, juxta domos ſuas baſilicas habent, in quibus divinum audientes officium, ad majores eccleſias rarius venire conſueverunt. Et dum ſoli afflicti, & pauperes veniunt, quid aliud, quam ut mala patienter ferant, illis prædicandum eſt? Si autem divites, qui pauperibus injuriam facere ſoliti ſunt, venire non tenuerent, admoneri utique poſſent, ut eleemoſynis peccata ſua redimerent, ut a fluxu rerum temporalium ſe abſtinerent. Admonendi ſunt igitur potentes, ut ad majores eccleſias, ubi prædicationem audire poſſint, conveniant, &c. *Ticin. cap. 4.*

TITULUS III.

CONCIONATORES EX SCRIPTIS SANCTORUM PATRUM DEPROMANT CONCIONES.

CAPUT I.

QUI officium prædicationis ſuſcepimus, nullis curis a divina lectione privemur. *Tolet. XI. cap. 2.*

CAPUT II.

Oportet eccleſiis præpoſitos quotidie, ſed præſertim dominicis diebus clerum, & populum docere

cere pietatis ſermones ex ſacra ſcriptura differentes ſenſus, & judicia veritatis, non tranſgrediendo traditos fines, aut ſanctorum patrum traditiones, &c. non aliter interpretentur (*ſacram ſcripturam*) quam eccleſiæ lumina, & doctores ſuis ſcriptis fecerunt, &c. Nam per dictorum patrum doctrinam populi ſciunt, quæ eligere, & capere debeant, quid damnoſum, & abiiciendum eſt, & vitam in melius commutant, & ignorantiæ affectu non tenentur, & vitæ ſalutem quærunt. *Trull. cap. 19.*

CAPUT III.

Quilibet Epiſcopus habeat homilias continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubjecti erudiantur, ideſt, de fide catholica, prout capere poſſint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum, de reſurrectione quoque futura, & ultimo judicio, & quibus operibus poſſit promereri beata vita, quibuſve excludi. Et ut eaſdem homilias quiſque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut Theotiſcam, quo facilius cuncti poſſint intelligere, quæ dicuntur. *Turon. ſub Carolo c. 17. Magunt. ſub Raban. c. 12.*

CAPUT IV.

Cū omnia concilia canonū, qui recipiuntur, ſint a ſacerdotibus legenda, & intelligenda, & per ea ſit eis vivendum, & prædicandum, neceſſarium duximus, ut ea, quæ ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus ſcribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prædicetur. *Cabil. ſub Carolo c. 37. Magunt. ſub Rab. c. 2. Burch. lib. 19. c. 147. Ivo part. 15. c. 157. decret.*

CAPUT V.

Epiſcopi ſermones, & homilias ſanctorum patrum, prout omnes intelligere poſſint, ſecundum proprietatem linguæ prædicare ſtudeant. *Remen. cap. 15. Burch. lib. 1. cap. 96. Ivo part. 5. cap. 198. decret.*

CAPUT VI.

In exponendis, vel prædicandis divinis ſcripturis ſanctorum catholicorum, & probatiſſimorum patrum ſenſum quiſque ſequatur, in quorum ſcriptis, ut beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet. *Meld. c. 34.*

TITULUS IV.

QUO MODO SINT EXPLICANDÆ DIVINÆ LITTERÆ.

CAPUT I.

Diſt. 37. c. 15. RElatum eſt nobis, quod quidam in veſtris partibus commorantes adverſantur ſanis doctrinis, & prout eis videtur, non ſecundum traditionem patrum, ſed juxta ſenſum ſuum docere videntur. Multas enim quidam, ut audivimus, veſtrarum partium, ſecundum ingenium hominum, ex his, quæ legunt, veriſimilitudines capiunt, & ideo diligenter obſervandum eſt, ut lex Dei, cum legitur, non ſecundum propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis divinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſque ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecus adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ex ſcripturarum auctoritate confirmare, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam a majoribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſervavit, ut ipſe poſſit ea, quæ recte ſuſcepit, competenter aſſerere. Cum enim ex divinis ſcripturis integram quis, & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ forte in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut ubi vera didicit, falſa, & ſimulata declinet. *Clem. epiſt. 5. in fin.*

CAPUT II.

Neminem liceat interpretari aliter divinas ſcripturas niſi quod recta ratio permittit, &c. Ea tenenda ſunt, quæ divinarum ſcripturarum ſeries continet, & a ſacerdotibus utili ratione ſunt conſtituta. *Innoc. epiſt. 23. c. 6. ad ſynod. Tolet.*

CAPUT III.

Oportet, eos, qui præſunt eccleſiis in omnibus quidem diebus, & præcipue dominicis, omnem clerum, & populum docere pietatis, & rectæ religionis eloquia, ex divina ſcriptura colligentes intelligentias, & judicia veritatis, &c. Sed etſi ad ſcripturam pertinens controverſia aliqua excitata fuerit, ne tam aliter interpretentur, quam quo modo eccleſiæ luminaria, & doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt, & majorem ex his laudem aſſequantur, quam ſi quæ a ſe dicantur, componant, ne dum quandoque ad id hæſitant, ab eo, quod convenit, excidant. Per prædictorum enim patrum doctrinam populi ad eorum, quæ ſunt bona, & expetenda, & inutilia, ac reiicienda, cognitionem venientes, vitam in melius componunt, nec ignorantiæ vitii convincuntur, ſed doctrinæ mentem adhibentes, ſeipſos ad id, ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium ſuppliciorum metu ſibi ſalutem procurant. *Trull. c. 19.*

CAPUT IV.

In exponendis, vel explicandis divinis ſcripturis ſanctorum catholicorum, & probatiſſimorum patrum ſenſum quiſque ſequatur, in quorum ſcriptis, ut beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet. *Meld. c. 34.*

TITULUS V.

QUIBUS DIEBUS SINT HABENDÆ CONCIONES.

CAPUT I.

COmperimus, quod per nonnullas eccleſias die ſextæ feriæ paſſionis Domini clauſis baſilicarum foribus non celebratur officium, nec paſſio Domini populis prædicatur, dum idem ſalvator noſter Apoſtolis dicat, *paſſionem, & mortem, & reſurrectionem meam omnibus prædicate.* Ideoque oportet eodem die myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis annuntiandum voluit, prædicare, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum præſtolari *. *Tolet. IV. c. 6.* * poſtulare.

CAPUT II.

Ut in diebus dominicis habeantur conciones. *Trull. c. 19.*

CAPUT III.

De officio prædicationis, ſi forte Epiſcopus non fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut aliqua cauſſa exigente non valuerit, numquam tamen deſit diebus dominicis, aut feſtivitatibus, qui verbum Dei prædicet, juxta quod intelligere vulgus poteſt. *Magunt. c. 25.*

CAPUT IV.

Omnes ſacerdotes, quibus parochia commiſſa eſt, omnibus dominicis, & feſtis diebus admonere prædicando populum debent, ſecundum illud:
2. Tim. c. 4. *Argue, obſecra, increpa*, quia ſacerdos ſi ſine prædicationis ſonitu incedit, interminatione divina mortis reus eſt. Epiſcopus autem, quos doctos viderit ad hoc officium, & idoneos, non tantum juſſu, ſed etiam rogatu ad tam ſublime opus incitare debet. Quod officium, ſive monachus, ſive clericus ſuſcipere nequaquam poteſt, niſi in gradum lectoris fuerit ordinatus. *Concil. Lemov. Action. 2. ante fin.*

TITULUS VI.

DE EFFECTU PRÆDICATIONIS VERBI DEI.

CAPUT I.

SI aſſidui ſint (*Chriſtiani*) ad audiendum, non ſolum vitæ æternæ ex ſalubri commonitione capiunt lucra, verum, & quæcumque illæ ſunt triſtitiæ, vel mœrores, quæ ex præſentis vitæ neceſſitatibus, & cladibus temporum veniunt, quæque malorum ſermonibus in corde ſuo, velut jacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, & vitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Alioquin ſi multo tempore auditum ſubtrahant a verbo Dei & remaneant in cultu vitiorum, ſine dubio in nis erunt, & ſentibus occupari. Et quid aliud niſi ad ignem talis hæc terra præparabitur? *Clem. ep. 3. 1. ante med.*

TITULUS VII.

EPISCOPI, CUM DIŒCESES VISITANT, DOCEANT SUBDITOS, ET REVOCENT EOS A VITIIS.

CAPUT I.

De conſecr. c. 23. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. VIſitationis officium exercentes, non quærant quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, prædicationi, & exhortationi, & correctioni, & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 33. in fin.*

CAPUT II.

12. q. 2. c. 24. Quoniam Velina, Buxentina, & Blandana eccleſiæ, quæ tibi in vicino ſunt conſtitutæ, ſacerdotis noſcuntur vacare regimine, propterea fraternitati tuæ earum ſolemniter operam viſitationis injunximus, illud præ omnibus commonentes, ut ubi præfatarum eccleſiarum, ſive diœceſeos earum, vel diaconi, vel religioſæ perſonæ inventæ fuerint, diſtricte, canoniceque ut vivant, modis omnibus admonere ſtudebis. *Greg. lib. 2. epiſt. 29. Felici Epiſc. Anſelm. lib. 7. c. 7.*

CAPUT III.

10. q. 1. Placuit, c. 12. Epiſcopi viſitantes, poſtquam ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerint, alia die convocata plebe ipſius eccleſiæ, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diverſa crimina, id eſt, homicidium, adulterium, perjurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera: Et quod nolunt ſibi fieri, alteri non faciant. Et ut credant reſurrectionem omnium hominum, & diem judicii, in quo unuſquiſque ſecundum opera ſua recepturus ſit. *Brachar. II. cap. 1. Burch. lib. 1. c. 85. Ivo part. 1. c. 75. & part. 5. c. 191. decret.*

CAPUT IV.

De ſervitio presbyterorum erga Epiſcopos ſuos, conſuetudo, ut nobis videtur, valde reprehenſibilis amputetur, ut ſcilicet quotiens Epiſcopus ſtatuto tempore viſitationem, & prædicationem per eoſdem ſacerdotes, & populos (non) exercet, nequaquam ab eis pro ſolito ſervitio pecunias exigat. *Valent. ſub Lothar. c. 22.*

TITULUS VIII.

MUNUS EPISCOPI EST DOCERE CLERICOS, ET RELIQUUM POPULUM.

Vide lib. IV. tit. LIX.

TITULUS IX.

PRÆDICANTEM EPISCOPUM CUSTODIANT DIACONI.

CAPUT I.

DIaconi cuſtodiant Epiſcopum prædicantem. Diſt. 93. c. 11. *Evariſt. epiſt. 1. in princ.*

CAPUT II.

Evariſtus ſeptem diaconos ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem propter ſtilum veritatis. *Damaſ. in Evariſt.*

TITULUS X.

PRESBYTERI, VEL DIACONI DOCEANT POPULUM.

Vide lib. VI. tit. X. lib. VII. tit. I. quibus adde.

CAPUT I.

SI quis ſæcularium, amore religionis, ſe ad quemcumque ſacerdotum crediderit conferendum, ipſe ſibi eum, quem erudiendi gratia ſuſcepit, vindicabit. *Arelat. II. c. 36.*

TITULUS XI.

PRESBYTER NON DOCEAT POPULUM PRÆSENTE EPISCOPO.

CAPUT I.

NEC Epiſcopo coram poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari choepiſcopo liceat. *Damaſ. epiſt. 4. in med. Leon. epiſt. 86. ad Epiſcopos Germaniæ in fin.*

CAPUT II.

Nec presbyteris, vel chorepiſcopis licet, Epiſcopo coram poſito, populum docere, aut benedicere, nec plebem exhortari, quæ omnia eis a Sede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur. *Hiſpal. II. c. 7. in fin.*

TITULUS XII.

NEMO PRÆDICET SINE LICENTIA EPISCOPI DIŒCESANI.

CAPUT I.

QUia nonnulli ſub ſpecie pietatis virtutem ejus, juxta quod ait Apoſtolus, abnegantes, auctoritatem ubi vendicant prædicandi, cum ipſe Apoſtolus dicat: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur*: omnes, qui prohibiti, vel non miſſi, præter auctoritatem ab Apoſtolica Sede, vel catholico Epiſcopo loci ſuſceptam, publice, vel privatim prædicationis officium uſurpare præſum-

De hær. c. 13. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll. 2. Tim. 3. Tit. 2. Rom. 10.

ſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur. Et niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna pleƈtantur. *Innoc. III. in concil. gen. Lateran. c. 3.*

CAPUT II.

De pœnit. c. 14. Gr. IX. & c. 5. in 4. collect.

Eleemoſynarum quæſtores, quorum quidam ſe alios mentiendo abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti niſi Apoſtolici, vel diœceſani Epiſcopi litteras veras exhibeant, prohibemus, & tunc præter id, quod in ipſis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Lateran. c. 62.*

CAPUT III.

Non licet Epiſcopo in alia urbe ei non competenti publice docere. Si quis fecerit Epiſcopatu ceſſet, in presbyteratu manens. *Trull. c. 20.*

TITULUS XIII.

CONSTITUANTUR IN ECCLESIIS CATHEDRALIBUS, ET IN CONVENTUALIBUS VIRI DOCTI, ET GRAVES, QUI CONCIONENTUR.

CAPUT I.

De off. jud. ord. cap. 14. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. collect.

Quoniam in plerisque partibus intra eandem civitatem, atque diœceſim permiſſi ſunt populi diverſarum linguarum, habentes ſub una fide varios ritus, & mores, diſtriƈte præcipimus, ut Pontifices hujuſmodi civitatum, ſive diœceſum provideant viros idoneos, qui ſecundum diverſitates rituum, & linguarum, divina officia illis celebrent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter, & exemplo. *Innoc. in concil. Later. c. 9.*

CAPUT II.

De off. jud. ord. c. 25. Gr. IX. c. 3. eod. tit. in 4. collect.

Deuſd. 8. Matt. 4.

Inter cetera, quæ ad ſalutem ſpeƈtant populi Chriſtiani, pabulum verbi Dei maxime noſcitur eſſe neceſſarium, quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quod *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Unde cum ſæpe contingat, quod Epiſcopi propter occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias, ne dicamus defeƈtum ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omnino, nec de cetero tolerandum, per ſe ipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceſes, & diffuſas, generali conſtitutione ſancimus, ut Epiſcopi viros idoneos ad ſanƈtæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cum per ſe idem nequeunt, ſollicite viſitantes, eas verbo ædificent, & exemplo, quibus ipſi cum indiguerint, congrue neceſſaria miniſtrent: ne pro neceſſariorum defeƈtu compellantur deſiſtere ab incepto. Unde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus eccleſiis, viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi poſſint coadjutores, & cooperatores habere, non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentiis injugendis, ac ceteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtriƈtæ ſubjaceat ultioni. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 10.*

CAPUT III.

Dignum duximus, ut unuſquiſque Epiſcoporum ſtudeat miniſtros ſuos, pro modulo poſſibilitatis, bene inſtruere, ut ſi forte contigerit aliquem Epiſcoporum tardiloquentem eſſe, aut infirmitate aliqua impeditum, habeat tamen miniſtrum doƈtum, qui ejus vice pabula verbi divini populo adminiſtrare poſſit, vel etiam ſi Epiſcopus de hac mortalitatis luce tranſierit, ut eccleſia, ſi a Domino faƈtum, doƈtore futuro non indigeat. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part. 2. c. 11.*

CAPUT IV.

Unuſquiſque noſtrum, ſive per ſe, ſive per aliquem, vel aliquos ex miniſtris eccleſiæ fideliter doƈtos, ita verbum prædicationis, tam in urbe, quam foris in plebibus exhibeat, ut omnino eis admonitio, & exhortatio ſalutaris deeſſe non poſſit: quia ubi verbum Dei fidelibus non miniſtratur, quid aliud, quam vita animæ ſubtrahitur? *Valent. ſub Loth. cap. 16.*

TITULUS XIV.

CONSTITUANTUR MAGISTRI SUMPTIBUS ECCLESIARUM, QUI GRATIS DOCEANT.

Vide lib. XIV. tit. IX.

TITULUS XV.

LAICI NON CONCIONENTUR.

CAPUT I.

Præter eos, qui ſunt Domini ſacerdotes, nullus ſibi jus docendi, & prædicandi audeat vendicare, ſive ille monachus, ſive laicus, qui alicujus ſcientiæ nomine glorietur, quia et ſi optandum eſt, ut omnes eccleſiæ filii, quæ reƈta, & ſana ſunt, ſapiant, non tamen permittendum eſt ut quiſquam extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus, gradum ſibi prædicatoris aſſumat, &c. *Leo epiſt. 60. vel 91. ad Maxim. Antiochen. Epiſcop. Burch. lib. 2. c. 158. Ivo part. 6. cap. 249. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 130. in Rom. poſt lib. ult. c. 68.*

CAPUT II.

Præter Domini ſacerdotes, nullus audeat (docere), & prædicare, ſeu monachus, ſive ille ſit laicus, qui cujuslibet ſcientiæ * nomine glorietur. *Leo epiſt. 61. vel 42. in fin. ad Theodoritum Epiſcopum Cyri. Burch. lib. 2. cap. 158. Ivo part. 6. c. 249. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 130. & in Rom. poſt lib. ult. c. 68.*

16. q. 1. c. 19. Adiicimus.

** ſententia,*

CAPUT III.

Conſulentibus, & inſtrui poſcentibus vobis, quid de eo faciendum ſit, qui ſuper præcepta Apoſtolica ſe efferens, prædicare tentaverit. Unus ex eis, id eſt Paulus, reſpondet, & inſtruit dicens: „Sed licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis præter quod evangelizamus vobis, „ anathema ſit". Verumtamen, cum hoc ſit, non eſt paſſim, nec a vobis, qui laici eſtis, temere judicandum; in multis enim offendimus omnes. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 105.*

Gal. 1. 8.

Jacob. 3. 2.

CAPUT IV.

Laicus præſentibus clericis, niſi ipſis rogantibus *, docere non audeat. *Carth. IV. c. 98. Ivo part. 8. c. 323. decret.*

Diſt. 23. c. 29. Mulier, in fin.

** jubentibus, al.*

CA-

CAPUT V.

Diſt. 23. c. 29. & de conſecr. d. 4. cap. 20.

Mulier, quamvis docta, & ſancta, viros in conventu docere non præſumat. *Carth. IV. cap. 99. Burch. lib. 8. c. 83. Ivo part. 7. c. 101. & part. 8. c. 324. decret.*

CAPUT VI.

Ne quis doctoris nomen ſibi componat, præter has perſonas, quibus conceſſum eſt, ſecundum quod ſcriptum eſt. *Cæſar. c. 7.* — Heb. 5. a.

CAPUT VII.

Non oportet publice laicum movere ſermonem, vel docere, docendi dignitatem inde comparantem, ſed permaneat in tradito a Deo ordine, & quibus cum gratia data eſt docendi, diſſerat, & ſacras ab eis diſcat. In una enim eccleſia fecit Deus diverſa membra juxta Apoſtoli vocem, quod recte Gregorius Theologus interpretatur, &c. qui contra fecerit, dies quadraginta communione privetur. *Trull. c. 64.* — Rom. 12. b.

TITULUS XVI.

HÆRETICI NON PERMITTANTUR HABERE CONCIONES.

CAPUT I.

BOnum profecto, & valde proficuum eſt ſanctas, & venerabiles iconas pingere, ſed & proximos diſciplinas divinæ, ac humanæ ſapientiæ docere. Non autem bonum eſt, nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratia nequaquam iconas operari in ſacris templis, ſed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac ſancta, & univerſali ſynodo definimus, & promulgamus uſquequo a propria ſeductione *, ac malitia convertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram ad picturæ ſanſanctarum imaginum in eccleſiis, aut doctrinæ actionem quoquomodo eos admiſerit, ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur, ſi vero laicus, ſeparetur, & divinorum myſteriorum communione privetur. *Syn. VIII. CP. ſub Hadr. II. c. 6. vel 7.*

* ſeditione.

CAPUT II.

Photius propriæ manus ſubſcriptionibus muniebat ſibi adhærentes clientes ad diſcendam ſapientiam, quæ adeo ſtulta facta eſt, cum manifeſte nova eſt inventio, & ſanctis patribus noſtris penitus aliena, &c. Definivit ſancta, & univerſalis ſynodus, neminem ex his omnibus a nunc tale tenere, vel ſervare chirographum, ſed abſque quolibet offendiculo indubitanter, & intrepide tam docere, quam diſcere omnes, qui ad utrumque conſiſtunt idonei, præter hos, qui erroris inveniuntur, & hæreticæ impietatis ſervituti ſedacti; hujuſcemodi enim certiſſime & docere, & diſcere interdicimus, &c. *Syn. VIII. CP. ſub Hadr. cap. 8. vel 9.*

CAPUT III.

Pſeudoprophetæ, & qui falſas faciunt pro lucro prædicationes, non accipiantur. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. incert. c. 22.*

CAPUT IV.

Filii noſtri Proſper, & Hilarius, tantum, neſcio, quibus presbyteris, illic licere, qui diſſentioni Chriſtianæ * ſtudeant, ſunt apud nos profecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicari adverſantia veritati. Sed veſtræ dilectioni juſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus ſuper magiſtrum non eſſe diſcipulum, hoc eſt, non ſibi debere quemquam ad injuriam doctorum vendicare doctrinam, &c. Quid illic ſpei eſt, ubi magiſtris tacentibus hi loquuntur, qui ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne connivere ſit, hoc tacere, timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Merito namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori, ergo corripiantur hujuſmodi. Non ſit his liberum, habere pro voluntate ſermonem. Deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere novitas vetuſtatem, deſinat eccleſiarum quietem inquietudo turbare, &c. Sciant omnes, qui male docent, quod ſibi diſcere magis, ac magis competat, quam docere. Nam quid in eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? &c. Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus, vetentur hujuſmodi qui laborant per terras aliud, quam ille noſter juſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare. *Cæleſt. ep. 1. c. 1.*

* Eccleſiarum, al. — Matt. 10.

CAPUT V.

Ut Imperialis eſt poteſtatis tumultus publicos, ac ſeditiones ſacrilegas ſeverius coercere, ita auctoritatis eſt ſacerdotalis monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere, & omni virtute reſiſtere, ne ea, quæ ad ſacerdotes pertinent, ſibi audeant vendicare. *Leo ep. 80. ad Julian. Coen. Epiſc. in med.*

TITULUS XVII.

PRESBYTERI, ET DIACONI LAPSI NON CONCIONENTUR.

CAPUT I.

Diſt. 50. c. 32. Presbyteros.

PResbyteri, qui immolarunt, & poſtea certamina ſuſtinuerunt, non offerant, neque concionentur, neque miniſtrent in ſacris miniſteriis: *Ancyran. cap. 1. Burch. lib. 5. cap. 40. Ivo part. 2. c. 49. decr.*

CAPUT II.

Diſt. 50. c. 32. Presbyteros.

Diaconi, qui immolantur, & poſtea tormenta vicerunt, vacent ab omni miniſterio ſacro, etiam prædicandi. *Ancyr. c. 2. Burch. lib. 5. c. 41. Ivo part. 2. c. 50. decr.*

CAPUT III.

Qnicumque ſubordinatione vel diaconatus vel presbyterii, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmovendos, reos ſcilicet, vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis, &c. *Valent. Galliæ cap. 4.*

CAPUT IV.

Hi qui in diſcrimine conſtituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifeſta ſcelera confitentes, ſed tantum peccatores ſe prædicantes, hujuſmodi ſi revaluerint, poſſunt etiam pro morum gravitate ad gradus eccleſiaſticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum perpetraſſe publice fateantur, ad clerum,

rum, vel ad honores eccleſiaſticos pervenire nullatenus poterunt, quia ſe confeſſione propria notaverunt. *Tolet. IV. c. 54. & Tolet. XIII. c. 10.*

TITULUS XVIII.

OMNES POSSUNT INTERESSE CONCIONIBUS, ETIAM INFIDELES.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. cap. 66. EPiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam & audire verbum Dei, ſive gentilem, ſive hæreticum, ſive Judæum uſque ad miſſam catechumenorum. *Carth. IV. c. 84. Burch. lib. 3. c. 28. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 14. panorm. & part. 1. c. 33. decr. Cæſ. lib. 4 c. 91.*

CAPUT II.

Antiquos canones relegentes cenſuimus obſervandum, ut ſacroſancta evangelia ante munerum
** vel miſſam, al.* illationem in miſſa * catechumenorum in ordine lectionum poſt Apoſtolum legantur, quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel ſermones ſacerdotis non ſolum fideles, ſed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui e diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita nonnullos attractos ad fidem evidenter ſcimus. *Valent. Hiſp. c. 1.*

TITULUS XIX.

POPULUS AMET SUUM DOCTOREM, ET OBTEMPERET ILLIUS PRÆCEPTIS.

CAPUT I.

12. q. 3. c. 12. QUicunque contriſtaverit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. *Petrus apud Clem. epiſt. 1. in princ. & Alex. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT II.

1. q. 7. c. 8. Inſtruebat (*B. Petrus*) verba divina libenter audire, & ſacerdotibus ſuis libenter obtemperare, atque obedientes eſſe docebat, &c. omnes & eorum Epiſcopos tota animi virtute diligere, ut oculos ſuos, quia oculi ſunt illorum. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiam ſi ipſi aliter, quod abſit, agant, memores ſcilicet illius Domi-
Matt. 13. a. ni præcepti: *Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Clem. ep. 1. in fin. Theodulph. ad presb. Aurelian. c. 21.*

CAPUT III.

Conſilium do unicuique veſtrum (*Sacerdotes*) conſtanter docere verba divina, & diſcentibus libenter accommodare aurẽ verbo Dei. Veſtrum enim, quia legatione Domini fungimini, eſt docere populos, eorum vero eſt, vobis obedire ut Deo, &c. Veſtrum eſt eos inſtruere, eorum eſt vobis obedire ut Deo, cujus legatione fungimini
Matt. 20. Luc. 10. dicente Domino: *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit.* Nihil enim injuſtius, vel inhoneſtius eſt, quam filios patribus rebelles, aut clericos, vel laicos doctoribus, ſeu diſcipulos magiſtris inobedientes, vel protervos exiſtere, &c. Dominus noſter mittens vos vice ſua in loco Apoſtolorũ ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omneſque vobis fideliter obedientes, ut ipſi, exiſtere, quoniam nec aliter terra pari & fructus ſuos, niſi culta receperit ſemen, & irrigata germinaverit, & pariat, quæ eſt paritura. Sic & omnis homo qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde ſuo germinare non ſiverit, ac minime crediderit doctoribus, & Epiſcopis ſuis, non benevolus, ſed rebellis, atque inobediens extiterit, fructum non germinabit, nec pariet, ſed ſimilis eſt arbori illi, de qua Dominus ait: *Omnis arbor,* *Matt. 7.*
quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Clem. ep. 3. in princ.

CAPUT IV.

Deſiderium habere omnes erga doctorem veritatis, eumque ut oculos ſuos amare oportet, quia & ipſum populum ſibi commiſſum, ceu proprios filios amare, & docere condecet, &c. *Clem. ep. 3. poſt princ.*

CAPUT V.

Conſilium do unicuique diſcenti, libenter præbere aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire, quæ dicimus, ut mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam ſi me docente ea, quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo pravis opinionibus occupato obſiſtere nititur, non ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſſam. Debet enim juſto judicio examinare, quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis iis, quæ ſunt, ut ſunt, in bonis actibus dirigens viam ſuam regni cæleſtis poſſit particeps inveniri. *Clem. epiſt. 3. in med.*

CAPUT VI.

Sacerdotes vice Chriſti legatione funguntur in eccleſia. *Evariſt. ep. 2. ad fideles in Ægypto princ. ubi multa de obedientia Epiſcopis. Anaclet. ep. 1. ad omnes fideles, cum Clemente ep. 1. ad Jacob. frat. Domini Pontian. Felici Epiſcopo Succribono ep. 1.*

CAPUT VII.

Utilis ſemper eſt docti viri allocutio, quia aut diſcit audiens, quod neſcire ſe noverat, aut cognoſcit, quod eſt amplius, id quod ſe & neſcire neſciebat, &c. *Greg. Eulogio Epiſcopo Alexandr. lib. 7. regiſtr. ep. 29. indict. 2.*

CAPUT VIII.

Si David regum juſtiſſimus in Saul, quem conſtabat jam a Domino reprobatum, & abjectum eſſe, manum mittere non præſumpſit, quanto magis cavendum eſt, ne manum detractionis aut vituperationis, ſive indiſcretionis, aut dehonorationis quidam mittant in unctum Domini, vel in prædicatores ſanctæ eccleſiæ? quia eorum vexatio, ſive detractio ad Chriſtum pertinet, cujus vice in eccleſia legatione funguntur. *Gregor. Felici Epiſc. Meſſanæ lib. 12. ep. 32. reg.*

CAPUT IX.

Vereor, ne ſitis matri veſtræ eccleſiæ adhuc in triſtitia, & gemitu, cum non convenitis ad audiendum Dei verbum, & vix feſtis diebus ad eccleſiam proceditis, & hoc non tam deſiderio verbi, quam ſtudio ſolemnitatis, & publicæ quodammodo remiſſionis obtentu. Quid igitur ego faciam, cui diſpenſatio verbi credita eſt? ubi, vel quando veſtrum tempus inveniam? Plurimum ex hoc, immo pœne totum mundanis occupationibus teritis, in foro aliud, aliud in negociatione

con-

conſumiris: alius liribus vacat, & ad audiendum Dei verbum nemo, aut pauci admodum vacant, &c. Præſentes etiam in eccleſia poſiti non eſtis intenti, ſed communes, & ex uſu fabulas teritis, & verbo Dei, vel lectionibus divinis terga convertitis, &c. *Pariſien. ſub Ludov. & Lothar. lib. 2. cap 51. in med.*

CAPUT X.

Qui eccleſiæ in una, atque indiſcreta Chriſti fide, ac dilectione concorditer ad cæleſtia tendens populus dicitur, neceſſe eſt, ut prædicatorum bene vivendi, ac docendi inſtantia, & auditorum obediendi, atque exſiſtendi inſiſtentia perornetur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 4. cap. 25.*

CAPUT XI.

Admonendi ſunt potentes, ut ad majores eccleſias, ubi prædicationem audire poſſint, conveniant, & quantum dono omnipotentis Dei divitiis, & honoribus cæteros antecedunt, tanto ad audiendum præcepta conditoris ſui alacrius feſtinent. *Ticinen cap. 4.*

TITULUS XX.

COMMUNIA DE VERBI DEI PRÆDICATIONE.

CAPUT I.

2. Tim. 4. EGregius prædicator dicit: *Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Nova vero, atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem, &c *Greg. Joann. Epiſc. CP. lib. 2. regiſt. epiſt. 52. ad fin. Indict. 15.*

CAPUT II.

Sacerdote verbum faciente in eccleſia, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. *De conſecr. diſt. 1. c. 62.* *Carthag. IV. cap. 24. Capitul. lib. 7. cap. 186. in fin. in addit. Burch. lib. 2. cap. 66. Ivo part. 6. c. 162. decret.*

CAPUT III.

Neceſſe eſt, ut prædicatores in admonendo, & auditores in diſcendo, & opere complendo, abhinc, ut ſuum cavere periculum poſſint, majus adhibeant ſtudium. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 10.*

CAPUT IV.

Comperimus quoſdam ſocios ordinis noſtri, non cauſſa neceſſitatis, aut utilitatis, ſed potius avaritiæ, & propriæ delectationis ſæpiſſime propria civitatis ſuæ ſede relicta, cleroque neglecto, remotiora loca frequentare, de qua re & deſtitutio divini cultus, & prædicatio in plebibus, & cura ſubjectorum poſtponitur, & hoſpitalitas negligitur. Quod ne ulterius a quoquam ſine inevitabili neceſſitate, & certa utilitate fiat, pari conſenſu inhibuimus. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 25. Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 1. cap. 11.*

CAPUT V.

Quiſquis ſui quæſtus, non Dei cauſſa evangelica in prædicationem implet, longe ſe a diſcipulatu Chriſti ſejungit. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 31.*

LIBER SEPTIMUS.

De Oratione, divinis Officiis, & Lectione.

TITULUS I.

DE NECESSITATE ORATIONIS.

CAPUT I.

V*Igilate, & orate, ne intretis in tentationem. Chriſtus apud Luc. cap. 22.*

CAPUT II.

Quod tempus intervenit, quo (*Dei*) non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſſis, cogitationibus, moribus adjutor, & protector orandus eſt, &c. *Zoſimus apud Cæleſt. epiſt. 1. cap. 9.*

CAPUT III.

Præter eas beatiſſimæ. & Apoſtolicæ ſedis inviolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi patres peſtiferæ novitatis elatione dejecta (*loquitur de hæreſi Pelagii*) & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis uſque in finem perſeverantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt; obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni eccleſia catholica, uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. *Cæleſt. epiſt. 1. cap. 11.*

CAPUT IV.

Sine humilitate, caſtitate, ac eleemoſynis, & orationibus nullus ad vitam ingredi valet. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 87.*

CAPUT V.

Placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere ſanctos: *Dimitte nobis debita noſtra*, ut non pro ſeipſis hoc dicant, quia non eſt eis jam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo, peccatores, & ideo non dicere unumqueque ſanctorum: *Dimitte mihi debita mea*, ſed *dimitte nobis debita noſtra*, ut hoc pro aliis potius, quam pro ſe juſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim & juſtus erat Apoſtolus Jacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes. Milevit. cap. 7. Carth. cap. 116. G. Afric. cap. 82. L.* *Matt. 6.* *Jacob. 3.*

CAPUT VI.

Placuit, ut quicumque verba ipſa dominicæ orationis, ubi dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra*, ita volunt a ſanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, ſed ipſi Domino mentientem, qui labiis dicit ſibi dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur debita non habere. *Milevit. c. 8. Carthag. c. 117. Greg. Afric. c. 83. L.* *Matt. 6. 6.*

CAPUT VII.

Iſtorum (*Pelagianorum*) ſacrilegas diſputatio-

tiones neceſſario ſequitur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem, quod Dominus di-
Matt. 6. ſcipulus monuit, & poſuit in oratione, quam docuit, ut non deficiat fides noſtra, quod pro Apoſtolo Petro ſe rogaſſe ipſe teſtatus, eſt, &c. & fallaciter orari, cũ orando poſcuntur, quæ naturæ jã ita conditæ ſufficientibus viribus obtinentur. Nec
Luc. 22. e. debuiſſe dicere Dominum Jeſum Chriſtum, *vigilate, & orate*, ſed tantummodo *vigilate, ut non*
Matt. 14. *intretis in tentationẽ*. Nec beatiſſimo Petro pri-
Luc. 22. mo Apoſtolorum: *Rogavi pro te, ſed moneo te*, vel *impero*, ac *præcipio*, *ne deficiat fides tua*. Contradicitur enim, iſtorum contentione, benedictionibus noſtris, ut incaſſum ſupra populum dicere videamur, quidquid eis a Domino precamur, ut recte, ac pie vivendo illi placeant, vel illa, quæ pro fidelibus precatur Apoſtolus:
Ephes. 3. *Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti*, &c. *ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum ejus*. Si ergo voluerimus benedicendo ſuper populum dicere, *da illis virtutem Domine*, corroborari per ſpiritum tuum, iſtorum nobis diſputatio contradicit, &c. Quicumque dogmatizat, & affirmat humanam ſibi ad vincenda peccata, & Dei mandata facienda, ſufficere poſſe naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ ſanctorum evidentibus orationibus declaratur, adverſarius invenitur, &c. anathema ſit. *Carth. concil. ad Innoc. ante epiſt. 25.*

CAPUT VIII.

Hæretici nobis dominicam etiam orationem
Matt. 6. impiis diſputationibus conantur auferre. Cum e-
Luc. 11. nim Dominus docuerit, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, iſti dicunt, poſſe hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem juſtitiæ, ſine adjutorio gratiæ Salvatoris, per ſolum liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut
Matt. 6. etiam non ſit neceſſarium dicere, *Dimitte nobis*
Luc. 9. *debita noſtra*. Illud vero, quod ſequitur: *Ne nos inferas in tentationem*, non ita intelligendum, tamquam divinum adjutorium poſcere debeamus ne in peccatum tentati decidamus, ſed hoc in noſtra poſitum eſſe poteſtate, &c. tanquam fruſtra
Rom. c. 9. Apoſtolus dixerit: *Non volentis neque curren-*
Luc. 22. *tis, ſed miſerentis eſt Dei*, &c. Fruſtra etiam
Matt. c. 26. Dominus dixerit Apoſtolo Petro: *Rogavi pro te,*
Luc. 22. *ne deficeat fides tua*; & omnibus ſuis: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem*, &c. Hæc interim duo, quibus omnino totum, quod Chriſtiani ſumus, conantur (*Pelagiani*) evertere, quæ fidelia corda ſuſtineant? non eſſe rogandum Deum, ut contra peccati malum, atque ad operandam juſtitiam ſit noſter adjutor, & non opitulari parvulis ad conſequendam vitam æternam Chriſtianæ gratiæ ſacramentum? *Milevit. conc. ad Innoc. in med. ante epiſt. 26.*

CAPUT IX.

Oramus ut peccatorum tentationem ſuperare poſſimus, ut ſpiritus Dei, unde pignus accepimus, adjuvet infirmitatem noſtram. Qui autem
Matt. 6. orat, & dicit: *Ne nos inferas in tentationem*, non utique id orat, ut homo ſit, quod eſt natura; neque orat id, quod habeat liberum arbitrium, quod jam accepit, cum crearetur ipſa natura; neque orat remiſſionem peccatorum, quia hoc ſuperius dicitur, *Dimitte nobis debita noſtra*, **2. Cor. 13. b.** neque orat, ut accipiat mandatum, ſed plane orat, ut faciat mandatum, &c. Pro Corinthiis orat Apoſtolus: „Oramus autem ad Dominum, ne „quid faciatis mali“ &c. Sicut nunc per orationis ſacrificium convincimur non eſſe ſine peccato quoniam juſſi ſumus dicere: *Dimitte nobis de-* **Matt. 6.** *bita noſtra*, ita & tunc per ſacrificia victimarum animalium convincebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis jubebantur offerre, &c. Nobis ſufficit, quod nullus in eccleſia Dei reperitur in quolibet profectu excellenti, atque juſtitia, qui audeat dicere ſibi non neceſſariam precationem orationis Dominicæ, *Dimit-* **Ibidem.** *te nobis debita noſtra*, & dicat ſe non habere pec- **1. Joann. 1.** catum, &c. *Aurelius, & alii ad Innocentium ante ep. 27. poſt princ. & ante fin.*

CAPUT X.

Pœnæ nihil valet jejunium, quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant. *Theodulphus ad presbyteros Aurelianenſes cap. 43. Burch. lib. 13. c. 14. & Ivo part. 4. c. 47. decr.*

TITULUS II.

DE MAXIMA ORATIONIS VIRTUTE, ET IN PRIMIS DE EA, QUÆ A SACERDOTIBUS ADHIBETUR.

CAPUT I.

Amen amen dico vobis, ſi quid petieris Patrem in nomine meo, dabit vobis. Uſque modo non petiſtis quidquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum. Chriſtus apud Joannem c. 16. vide eundem Joannem cap. 14. Matthæum c. 7. & 21. Marc. c. 11. Luc. c. 11.

CAPUT II.

Orate pro invicem, ut ſalvemini, multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum oravit, & cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum. *Jacob. ep. cath. c. 5.*

CAPUT III.

Ipſi (*ſacerdotes*) pro populo interpellant, & **1. q. 1. c. 91.** populi peccata comedunt, quia precibus ſuis, & oblationibus ea delent, atque conſumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. *Multum enim*, ut ait Beatus Jacobus Apoſtolus, **Jacob. 5. d.** *valet deprecatio juſti aſſidua. Alex. epiſt. 2. in princ. Ivo part. 2. c. 69. & part. 6. c. 45. decr.*

CAPUT IV.

Hæc vobis ſcienda mandamus, ut ab his vos caveatis, & ceſſetis perſequi eos, qui Deo miniſtrant, quorum orationibus, & terrena bella ſedantur, & Deus peccatoribus conciliatur. *Marcellus ep. 2. in med.*

CAPUT V.

Quieſcite, & nolite perſequi eos, qui perfecte **v. 6. q. 1. c.** Deo miniſtrant, quorum orationibus, & terrena **12.** bella ſedantur, & recedentium a Deo angelorum

pelluntur incurſus, quique omnes dæmones, qui conrupti ſunt, precum aſſiduitate confundunt. *Falix ſecundus epiſt. 1. c. 20.*

CAPUT VI.

Dicitis quod quodo in caſtris eſtis, orationem perfectam & congruam facere nequeatis, ac per hoc exponi cupitis quid agere debetis. Unde nos e contra ſuademus, ut quanto plus hoſtes ſæviunt & neceſſitas, vel tribulatio incumbit, tanto inſtantius orationi operam detis. Nam patres noſtri plus orando, quam pugnando victores fuerunt, & voti compotes plus precibus, quam præ-
Exod. 17. liis extiterunt. Denique Moyſes orabat, & Joſue pugnabat, ſed plus ille vincebat orando, quam iſte pugnando; aptius ergo ab armis, quam ab oratione vacandum eſt. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap.* 38.

CAPUT VII.

Noſſe vos velle aſſeveratis, ſi liceat omnibus veſtris præcipere tempore ſiccitatis ad pluviam poſtulandam jejunium, & orationem facere. Vobis quidem hoc agere licet, quoniam jejunium, & oratio magnæ virtutis ſunt, & ad has jugiter faciendas veſtris multum valet hortatio, ſed congruentius eſt, hæc per Epiſcoporum diſpoſitionem fiant. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 56.

CAPUT VIII.

Dignum eſt, ut Pontifices Chriſti primum jejunando, & orando in cordibus ſuis domum præparent Spiritui ſancto, & ſic per impoſitionem manuum ceteris fidelibus eum tradant orando. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 33.*

CAPUT IX.

Scire convenit, quantum lector ſacræ legis meditationibus debeat eſſe intentus, juxta quod in libro Paſtorali habetur, id eſt, quod omne bonum rite a rectore agitur, ſi ſupernæ formidinis, & dilectionis ſpiritu afflatus, ſtudioſe quotidie ſacri eloquii præcepta meditetur, ut in eo vim ſollicitudinis, & erga cæleſtem vitam providæ circumſpectionis, quam humanæ converſationis uſus indeſinenter deſtruit, divinæ admonitionis verba reſtaurent, & qui ad vetuſtatem vita per ſocietatem ſæcularium ducitur, ad amorem ſemper ſpiritalis patriæ, compunctionis aſpiratione renovetur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 2. cap. 5. ex Greg. in Paſtorali lib. 2. c.* 51.

CAPUT X.

Si ex toto corde converſi ad Dominum, veram pœnitentiam, fructuſque pœnitentiæ dignos fecerimus, crebris, & ſanctis inſtantes jejuniis, vigiliis caſtis, illique bene complacitis, & orationibus ſalſo lacrymarum imbre perfuſis, cum eleemoſynis juſtis, ceteriſque miſericordiæ, & cha-
Pſalm. 40. ritatis operibus, &c. cito ejus, qui cor contritum & humiliatum non ſpernit, & cui proprium eſt miſereri, & parcere, miſericordiam conſequemur. *Troslejan. c.* 15.

CAPUT XI.

Oportet vos aſſiduitatem habere legendi, & inſtantiam orandi, quia vita viri juſti lectione inſtruitur, ornatur, & aſſiduitate lectionis munitur
Pſalm. 118. 6. homo a peccato juxta illum, qui dicebat: *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Hæc ſunt enim arma, lectio videlicet, & oratio, quibus diabolus expugnatur, hæc ſunt inſtrumenta, quibus æterna beatitudo adquiritur; his armis vitia comprimuntur. his alimentis virtutes nutriuntur. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 2. vide tit. de Lectione, c.* Si quando.

TITULUS III.

ORATIO MULTORUM, ET IN PRIMIS TOTIUS ECCLESIÆ PLURIMUM VALET APUD DEUM.

CAPUT I.

ALterutrum fulti precibus, & orationibus voluntatem Dei facere contendite. *Fabian. ep. 1. poſt med.*

CAPUT II.

Communibus, & alternis plus agimus orationibus, ſingularibus, aut privatis. *Innoc. ep. 10. ad Aurel. Carth. & Aug. Hipponenſ. Epiſc. in fin.*

CAPUT III.

Obſecrationum ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita, in toto mundo, atque in omni eccleſia catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarum plebium præſules mandata ſibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt cauſſam, & tota ſecum congemiſcente eccleſia poſtulant, & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, ut ſchiſmatici ſpiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapſis pœnitentiæ remedium conferatur, ut denique cathecumenis ad regenerationis ſacramenta perductis cæleſtis aula miſericordiæ reſeretur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus, &c. *Cæleſt. ep. 1. c.* 11.

CAPUT IV.

Multas Deo ſupplicationes fecimus, & faciemus commonitis, & exhortatis multis fratribus, & religioſis congregationibus ad ſtudium earundem ſupplicationum, ut miſereretur gentis illius Teutonicæ. *Gregor. VII. Udoni Treverenſ. Archiep. lib. 5. reg. ep. 7.*

TITULUS IV.

DE ASSIDUITATE ORATIONIS.

CAPUT I.

O*Portet ſemper orare, & non deficere. Luc.* 18. *num.* 1.

CAPUT II.

„ Implemini Spiritu ſancto loquentes vobiſ-
„ metipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpi-
„ ritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus
„ veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro o-
„ mnibus in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ Deo, & Patri, ſubjecti invicem in timore Chri-
„ ſti". *Paul. ad Epheſ. c. 5. num.* 19.

CAPUT III.

Sine intermiſſione orate. Paul. 1. ad Theſſal. c. 5. num. 17.

CAPUT IV.

Inſtruebat (*D. Petrus*) prædicationi, & oratio-

tioni, ac lectioni frequenter incumbere, &c. *Clem. epiſt.* 5. *ante fin.*

CAPUT V.

Orneni tam clerici, quam ſæculares animas ſuas ornamentis digniſſimis, &c. orare ſemper Deum es toto corde, & ab ipſo petere, quæ decet, ipſi gratias agere, &c. *Clemens epiſt.* 2. *ante med.*

CAPUT VI.

* *exceptis, al.* His dumtaxat, electis * (*baptiſmum tradi convenit*) qui ante quadraginta, vel eo amplius dies nomen dederunt, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus, atque jejuniis fuerint expiati,
1. *Cor.* 9. *b.* quatenus Apoſtolica illa impleatur præceptio,
„ ut expurgato fermento veteri nova incipiat eſ-
„ ſe conſperſio". *Syric. epiſt.* 1. *c.* 2.

CAPUT VII.

In omnibus actibus, cauſſis, cogitationibus, motibus adjutor, & protector orandus eſt, ſuperbum eſt enim ut quidquam ſibi humana natura præſumat, clamante Apoſtolo:
Epheſ. 6. *Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed contra principes, & poteſtates aeris hujus, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Zoſimus apud Cæleſtin. epiſt.* 1. *c.* 9.

CAPUT VIII.

Cum in prælium proficiſci diſponitis, quod ipſi commemoraſtis, agere in Dei nomine, non omittite, id eſt, ad eccleſias ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, &c. *Nicol. ad conſ. Bulgar. c.* 35.

CAPUT IX.

Scire vos convenit, neminem exceptum eſſe
Luc. 18. *d.* ab eo, quod Dominus in Evangelio dicit: *Opor-*
ad Theſſal. *tet ſemper orare, & non deficere.* Et Apoſtolus:
cap. 5. *Sine intermiſſione orate*, quod ſaniſſime, ſancto Auguſtino docente, ſic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. *Nicolaus ad conſult. Bulgar. c.* 61.

CAPUT X.

Diſt. 81. *c. ult.* Viduæ, quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, ut & meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adjuvent. *Carthag. IV. c.* 103. *Ivo part.* 8. *c.* 327. *decret.*

CAPUT XI.

Nonnulli ſacerdotum in Hiſpaniis reperiun-
Matt. 6. tur, qui Dominicam orationem, quam Salvator docuit, & præcepit, non quotidie, ſed tantum
1. *Theſſ.* 5. die dominica dicunt. Et quia ſine intermiſſione, ut oremus Apoſtolus docuit, qualiter autem oremus Chriſtus præcepit, dicens: *Cum autem oratis, dicite, Pater noſter, qui es in cælis.* Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod ſine intermiſſione dici jubetur? &c. Delet ergo hæc quotidiana oratio minima, & quotidiana peccata, &c. Quiſquis ſacerdotum, vel ſubjacentium clericorum hanc orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in privato officio præterierit, propter ſuperbiam judicatus, ordinis ſui honore privetur. *Toletan. IV. c.* 9.

CAPUT XII.

Sicut ſunt plerique qui pio, religioſoque ſtudio, orandi gratia, eccleſiam ſæpiſſime frequentant, ita a contrario exiſtunt quidam, qui licet e vicino habeant baſilicam, id tamen perraro, quod emendatione dignum eſt, faciunt. Ut ergo templa divinis cultibus mancipata, frequenter adiri, ibique Deum conſtanter, & devote oporteat invocari, divinæ ſcripturæ teſtimonia teſtantur. Legitur itaque in libro Paralipomenon: *Ap-* *Paral. lib.*
paruit Dominus Salomoni nocte, & ait: Audi- 2. *cap.* 7.
vi orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificii, &c. & in Evangelio Lucæ:
Et factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab *Luc.* 24.
eis, & ferebatur in cælum: & ipſi adorantes, regreſſi ſunt Hieruſalem cum gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes, & benedi-
centes Deum. Et in Actibus Apoſtolorum: *E-* *Act.* 2. 2.
rant autem, inquit, *perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Et paulo poſt: *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis. Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib.* 2. *c.* 55.

CAPUT XIII.

Egredientes hoſpitium armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat, antequam ſeſſio, nec prius corpuſculum requieſcat, quam anima verbo Dei paſcatur. Ad omnem actum, & ad omnem inceſſum, manus pingat crucem. *Hieron. ad Euſtochium apud Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib.* 2. *c.* 53.

CAPUT XIV.

Lectiones ſanctas libenter audire (*oportet*) orationi frequenter incumbere. *Theodulph. ad presbyt. Aurelianen. cap.* 21. *ex Clem. epiſt.* 5. *ante fin.*

CAPUT XV.

Singulis diebus, qui amplius non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet & veſpere, &c. hæc faciant, quibus baſilicæ locus prope eſt, in baſilica, qui vero in itinere, aut in agris eſt, ubicumque eum hora matutina, vel veſpertina invenerit, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c.* 23.

CAPUT XVI.

Admonere debetis fideles, ut aſſiduitatem & ſtudium habeant orandi. Ipſe autem orandi modus talis eſſe debet, ut primum dicto ſymbolo, quaſi fidei ſuæ recenſito fundamento, dicat, quiſquis eſt, tribus vicibus: *Qui plaſmaſti me, miſerere mei*; & tribus vicibus: *Deus propitius eſto mihi peccatori*: & compleat orationem Dominicam. Si ergo locus, aut tempus exegerit, deprecetur ſanctos Apoſtolos, Martyres, ut pro eo intercedant, & armata fronte ſigno crucis, elevatis cum corde, & manibus, & oculis, Deo gratias agat. Si vero tempus ad hæc omnia peragenda minus ſufficiens fuerit, ſufficiat tantum: *Qui plaſmaſti me, miſerere mei*: Et, *Deus propitius eſto mihi peccatori*: Et oratio Dominica tantum cum gemitu, & contritione cordis. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c.* 29.

CAPUT XVII.

Omni die Deo in oratione noſtra, aut ſemel aut bis, aut quanto amplius poſſumus, confiteri debemus peccata noſtra, dicente Propheta:

Pſal. 31. *Delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitias meas non abſcondi: Dixi, confitebor adverſum me injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Facta etenim confeſſione cum gemitu, & lachrymis Domino in oratione, recitandus eſt pſalmus quinquageſimus, ſive vigeſimus quartus, ſive trigeſimus primus, atque alii ad rem pertinentes, & ſic complenda eſt oratio. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap.* 30.

CAPUT XVIII.

Petrus orationi, & prædicationi tantum vacabat, &c. idem docet facere Clementem. *Damaſ. in Petri.*

TITULUS V.

DE ATTENTIONE, ET REVERENTIA, QUAM POSTULAT ORATIO.

CAPUT I.

Apud Gr. IX. c. 9. de celeb. miſſ. c. 2. eod. tit. in 4. coll. DOlentes referimus, quod non ſolum quidam minores clerici, verum etiam aliqui eccleſiarum Prælati, circa comeſſationes ſuperfluas, & confabulationes illicitas, ut de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, tranſcurrendo undique continuata ſyncopa matutinum. Sunt & alii, qui Miſſarum celebrant ſolemnia vix quater in anno, & quod deterius eſt, intereſſe contemnunt, & ſi quando dum hæc celebrantur interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt exterius * collocutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Hæc igitur, & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus, diſtricte præcipientes, in virtute obedientiæ, ut divinum officium diurnum, pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter, & devote. *Innocent. III. in concil. gener. Later. cap.* 17.

* *externis.*

CAPUT II.

Sunt qui intrantes eccleſiam, multis pſalmodiæ, vel orationum ſermonibus prolongant, ſed alibi corde intendendo, nec ipſi quid dicant, recolunt, ore quidem orantes, ſed mentem foris vagantem, omni orationis fructu privantes, putantes a Deo precem exaudiri, quam nec ipſi, qui fundunt, audiunt. Quod antiqui hoſtis inſtinctu fieri, nemo eſt, qui animadvertere nequeat. Sciens enim utilitatem orandi, & invidens hominibus gratiam impetrandi, immittit orantibus multimoda cogitationum levium, & aliquando turpium, nocentiumque phantaſmata, quibus orationem impediat, adeo ut nonnumquam tales, tantoſque diſcurrentium cogitationum fluctus, proſtrati in oratione toleremus. Sunt itaque plerique, quibus potius cordi eſt, vanis, & obſcœnis confabulationibus vacare, quam lectionibus divinis aurem accommodare, quibus etiam nuſquam tam delectabile videtur eſſe, ſuſurrationes aliorum auribus ingerere, cachinnis ora diſſolvere, quam in eccleſia Dei, ubi eum humiliter, devoteque debuerant invocare, & peccata ſua deflere, ſed & hoc ejuſdē hoſtis antiqui inſtinctu fieri, dubium non eſt. Quod autem domus Dei non ſit hujuſcemodi illicitarum actionum, ſed potius orationis locus, Dominus docet in Evangelio, dicens: *Domus mea domus orationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.* *Matt. 21.* *Beda in Evangel. homil. 17. Apud Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 2. c. 12.*

CAPUT III.

Si quis ante principem mortalem veniens cum omni reverentia, & timore ſtat, loquitur, & incedit, quanto potius eum, qui ante Deum, qui eſt æternus, terribilis, & excelſus, acceſſerit, cum omni pavore, ac tremore non ſolum ſtare convenit, ſed & quaſi ſervum ſemetipſum in conſpectu ejus humiliter præſentare. Et quia quorumdam in Evangelio reproborum ligari manus, & *Matt. 22.* pedes præcipiuntur, quid aliud iſti agunt, qui manus ſuas coram Domino ligant, niſi Deo quodammodo dicunt, *Domine ne manus meas ligari præcipias, ut mittar in tenebras exteriores, quoniam jam ego eas ligavi, & ecce ad flagella paratus ſum?* Hinc etiam pectus percutimus, ſignantes videlicet, quod nequiter egimus, diſplicere nobis: ac ideo antequam Deus feriat, id nos in nobis ipſis ferire; & antequam ultio extrema veniat, commiſſum pœnitentia digna punire. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 54.

TITULUS VI.

DE LOCO, ET TEMPORE, ALIISQUE CÆREMONIIS AD PRECES FUNDENDAS.

CAPUT I.

SCiſcitamini, ſi cœpta oratione nuntius venerit de hoſtibus, ac ideo ipſam orationem conſummare nequiveritis, quid vobis agendum ſit? Quid aliud utique niſi, ut bonum, quod cœpiſtis, quocumque vos perrexiſſe contigerit, perficiatis. Nam non eſt Chriſtianis unus locus orationis, ſicut Judæis erat Hieroſolymis, & veluti Samaritanis in monte Gazarin, ſed in omni loco, quemadmodum & Apoſtolus ait: *Volo ergo viros orare in* *1. Tim. 2.* *omni loco, levantes puras manus:* præterea qui *Matt. 20.* in bono opere perſeveraverit in finem hic ſalvus erit, præcipue eo tempore, quando contra inimicorum itur incurſus, & oratione, ſicut jam ſupra diximus, magis quam armis expectari debet ab hoſte triumphus. *Nicol. ad conſult. Bulgaror. cap.* 74.

CAPUT II.

Utrum velato, an nudato capite mulier in eccleſia ſtare debeat Apoſtolus docet: *Mulier o-* *1. Cor. 11.* *rans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum,* &c. *Nicol. ad conſult. Bulgaror. cap.* 58.

CAPUT III.

Sicut ſunt nonnulli, qui orandi gratia eccleſiæ limina frequentare negligunt, ita e contrario exiſtunt plerique, qui pro eo, quod baſilicas adire nequeunt, & reliquias Sanctorum præſto non habēt: idcirco vota precum ſuarū ad Deum ut oportet, ſupplici devotione non fundunt, non animadvertentes, quod Deus non ſit minus in parte, quā in toto, ſed ubique totus, ubique præſens, ubique mirabilis. Unde ait Pſalmiſta: *Quo ibo a ſpiritu tuo?* *Pſal. 138.* *& a facie tua quo fugiam? ſi aſcendero in cælū,*

Pſal. 102. 1. Tim. 2. *tu illic es, ſi deſcendero in infernũ, ades*; & idẽ alibi: *In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino*, &c. Apoſtolus quoque ait: *Volo igitur viros orare in omni loco, puros levantes manus ſine irâ, & diſceptatione. Pariſienſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 2. c. 13.*

CAPUT IV.

Orare quomodocumque ſe habeat aliquis, & utcumque ſit affectus Domini meminiſſe, & auxilium implorare non eſt reprehendendum, ad ſancta autem ſanctorum, qui non anima, & corpore purus eſt, accedere prohibebitur. *Dionyſ. Alex. in epiſt. ad Baſilidem c. 2.*

CAPUT V.

Dicendum eſt fidelibus, ut ſingulis diebus, qui amplius non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet, & veſperi, dicens ſymbolum ſive orationem dominicam, &c. His actis, & ſolo Deo creatore ſuo adorato, invocet ſanctos, ut pro ſe intercedere apud majeſtatem divinam dignentur. Hæc faciant, quibus baſilicæ locus prope eſt in baſilica; qui vero in itinere, aut pro qualibet occaſione in ſilvis, aut agris eſt, ubicumque eum ipſa hora matutina, vel veſpertina invenerit, ſic faciat, ſciens Deum ubique præſen-
Pſalm. 101. tem eſſe, dicente Pſalmiſta: *In omni loco domi-*
Pſalm. 138. *nationis ejus benedic anima mea Domino. Et, ſi aſcendero in cælum, tu illic es. Theod. ad preſbyt. Aurel. c. 23.*

CAPUT VI.

Ad orientem verti inter orandum, quæ nos ſcriptura docuit? &c. ex non ſcripta doctrina id accipientes, &c. Omnes quidem inter orandum orientem aſpicimus: Pauci autem ſcimus, quod antiquam patriam inquirimus, paradiſum, quam Deus plantavit in Eden, in oriente. Et preces quidem ſtantes peragunt in una ſabbati, &c. *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphilochium c. 27.*

TITULUS VII.

ORATIO CONJUNGATUR CUM ELEEMOSYNA, ET CUM ALIIS OPTIMIS EXERCITATIONIBUS.

CAPUT I.

ITA Deo precem fundere convenit navigantes (*in eccleſiæ navi*) ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, ſi orationes ipſæ bonis moribus, & bonis operibus adjuventur. *Clem. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT II.

De pœnit. d. 3. c. 2. de conſ. d. 5. c. 23. Nihil prodeſt homini jejunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. *Pius ep. 1. in fin. Anſ. lib. 11. c. 6.*

Act. 10.

CAPUT III.

Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemoſynis vacantem per re-
* ablata. velationem Angelum, Petrumque ipſum vidiſſe. Numquid per baptiſmum hæc illi ablata * ſunt, propter quæ ei baptiſmus videtur eſſe conceſſus? *Innoc. epiſt. 22. c. 2. in fine.*

CAPUT IV.

Hortor, fratres chariſſimi, ut omni hebdomada quarta, & ſexta feria litaniam inexcuſabiliter indicatis, & contra barbaricæ crudelitatis incurſus ſupernæ protectionis auxilium imploretis. Sed ut ad aures Dei viam precibus faciatis, vigilantius ſtudendum eſt, ut voces actibus adjuventur, nam inanis fit oratio, ubi prava eſt actio. *Greg. Epiſc. Siciliæ ep. 45. lib. 9. reg.*

CAPUT V.

Accepto conſilio, hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, poſt litanias, & multorum orationem eleemoſynis conditam, divino fulti auxilio ſtatueremus, quod melius de electione Rom. Pontificis videretur. *Greg. VII. lib. 1. reg. ep. 1.*

CAPUT VI.

Non eſt pretioſa laus, neque ſancta oratio cito impetrans in ore peccatoris, cujus eſt vita laudabilis, & actio ſæcularis: precor, exoro, & rogo ut eos qui merentur audiri pro vitæ meritis, vigilanti cura rogites, ut pro me exorent. *Greg. VII. Hug. Cluniacenſ. Abb. lib. 2. reg. ep. 49.*

TITULUS VIII.

DE PRECIBUS PRO REGIBUS ADHIBENDIS, ET PRO POPULO.

CAPUT I.

REprehenduntur Metropolitani, qui negotiis ſæcularibus dant operam, & preces pro ſuis delictis, & populi ignorantiis Deo non adhibent. *CP. VIII. c. 24. vel 22. ſub Hadr. II.*

CAPUT II.

Adhibeantur preces pro Imperatore. *Syn. Ravenn. ſub Joann. IX. part. ult. c. ult.*

CAPUT III.

Eccleſia inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, Diſt. 97. c. 1.
quas pro veſtri felicitate dependit Imperii, teſte ſancto Petro, ſollicitis pro religionis obſervantia vocibus clamat, &c. *Bonif. ep. 1. ad Honor.*

CAPUT IV.

Inſtituit ſanctum concilium, ut quandocumque cum cauſſa Regem progredi fecerit contra ſuos hoſtes, unuſquiſque noſtrum in eccleſia hunc teneat ordinem, ita ut omnibus diebus per bonam diſpoſitionem, ſacrificium omnipotenti Deo pro ejus ſuorumque fidelium, atque exercitus ſui ſalute offeratur, & divinæ virtutis auxilium impetretur, ut ſalus cunctis a Domino tribuatur, & victoria illi ab omnipotenti Deo concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus eſt, quamdiu cum divino juvamine ad ſuam redeat ſedem. *Emerit. cap. 3.*

CAPUT V.

Excepto paſſionis Dominicæ die, quando altaria denudata perſiſtunt, nec cuipiam in eo die miſſarum licet ſolemnia celebrare, cunctis aliis diebus, quibus idem Dominus noſter (*Rex*) in hac vita ſuperſtes extiterit, pro eo, vel pro cunctis ejus filiis, vel filiabus, aut pro iis, qui jam matrimoniali ſunt jure conjuncti, adhucque ſunt conjungendi, ſeu pro nepotibus vel ſuis omnibus ſacrificiorum Domino libamina dedicentur, pie orationis vota ſolvantur, ac cum gratiarum actione ſuperno Numini commendentur. Quo deſideria in eis bona quotidie multiplicentur, adverſantium eorum conamina virtute ſuæ dexteræ confringantur, indulgentia, & gratia eis a ſua miſericordia conferatur, ut ſuæ potentiæ defenſione protecti, antiqui hoſtis decipulam evadant, &

cha-

charitate, & vitæ longævitate pollentes, adire mereantur poſt tranſitum ſidereas manſiones. *Tolet. XVI. c. 8. in fine.*

CAPUT VI.

Pro Carolo Rege, & pro liberis ejus omnes Epiſcopi, presbyteri, ſeu Abbates, & monachi pſalmodiam, miſſarum officia omnipotenti Deo devotiſſime exſolvant. *Arelat. ſub Carolo c. 2.*

CAPUT VII.

Orationes aſſiduas intente fundere pro Imperatoris ſtabilitate, ac incolumitate omnes ſe velle ſecundum noſtram admonitionem unanimiter, profeſſi ſunt, ut miſericordia divina largiori ævo illius manſuetudinem conſervare dignetur. *Turon. ſub Carolo c. 1.*

CAPUT VIII.

Ab omnibus indeſinenter orationes fiant pro vita, & incolumitate, pro ſalute animæ, & corporis domini Imperatoris, prolisque ejus, pro ſtatu regni, pro remiſſione peccatorum, & cæleſtis regni collatione, ita dumtaxat, ut ſemper magis ac magis per incrementa temporum talis creſcat obſervatio, &c. *Cabil. ſub Carolo c. 66.*

CAPUT IX.

Pro Domino Imperatore, ſuaque nobiliſſima prole orationes, & oblationes augeantur, &c. *Remenſ. c. 40.*

CAPUT X.

1. Tim. 2. Debent juxta Apoſtolum, primo omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones ab omnibus hominibus pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Hoc enim, inquit Apoſtolus, bonum eſt, & acceptum coram Salvatore noſtro Deo. *Aquiſgr. c. 131.* (1. Tim. 2.)

CAPUT XI.

Baruc. 1. Si Hieremia propheta Dei pro vita idololatræ Regis Nabuchodonoſor orare admonet, quanto magis pro ſalute Chriſtianorum Regum ab omnibus ordinibus Deo eſt humiliter ſupplicandum? *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 2. c. 8.*

CAPUT XII.

Statuimus, ut oratio ab omnibus nobis pro glorioſo Rege Arnulpho, ſeu etiam, & pro glorioſa conjuge ſua, necnon, & pro ſtatu totius Chriſtianitatis, pro ut nos debitores eſſe cognoſcimus, in eccleſiis noſtris aſſidue celebretur. *Magunt. ſub Arnulpho c. 1.*

CAPUT XIII.

Rogaverunt prædicti Epiſcopi orare pro Domino Rege Arnulpho. *Metenſ. c. ult.*

CAPUT XIV.

Monachi, vel ſanctimoniales juxta ſuam profeſſionem ſobrie, ac pie, & ſimpliciter vivant & pro Regum ſalute, & regni pace, & eccleſiæ tranquillitate ſupplicent. *Troslejan. c. 3.*

TITULUS IX.

DE IIS, QUI NON COMMUNICANT IN ORATIONE CUM POPULO.

CAPUT I.

De conſecr. diſt. 1. c. 60. OMnes fideles, qui ingrediuntur, & audiunt ſcripturas, nec perſeverant in oratione, & ſancta ſumptione, ut diſcordiã facientes ab eccleſia excommunicentur. *Apoſt. c. 9. G. 10. L. Burchard. lib. 2. cap. 67. & 68. Ivo part. 6. c. 163. & 164. decr.*

CAPUT II.

Omnes, qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas audiunt, non vero communicant orationi cum populo, aut averſantur ſuſceptionem Euchariſtiæ propter aliquam inſolentiam, eiiciantur ab eccleſia, donec confiteantur, & oſtendant fructus pœnitentiæ, & deprecentur, ut poſſint veniam ſortiri. *Antioch. cap. 2. Tribur. c. 2. Mart. Brac. c. 83.* De conſ. d. 2. c. Si quis 18.

TITULUS X.

NON LICET ORARE CUM HÆRETICIS, NEQUE CUM EXCOMMUNICATIS.

CAPUT I.

QUI cum excommunicato etiam domi orat excommunicetur. *Apoſt. cap. 10. G. 11. L. vide Carth. IV. c. 73. Fabian. ep. 1. Tribur. cap. 2. Burch. lib. 11. cap. 35. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 15. panorm. & part. 14. cap. 24. & 40. Anſ. lib. 12. cap. 17. & 19.* 11. q. 3. c. Sicut. 16.

CAPUT II.

Qui clericus cum depoſito, ut cum clerico orat, deponatur. *Apoſt. c. 11. G. 12. L.*

CAPUT III.

Epiſcopus, presbyter, diaconus cum hæreticis orans excommunicetur, ſi uti clericus agere quidquam permittat, deponatur. *Apoſt. cap. 44. G. 45. L.*

CAPUT IV.

Si clericus, vel laicus ingrediatur Synagogam Judæorum, vel hæreticorum, ut illic oret, deponatur, & excommunicetur. *Apoſt. c. 63.*

CAPUT V.

Qui dæmonium habet, neque clericus fiat, neque cum fidelibus oret, donec mundetur. *Apoſt. cap. 78.*

CAPUT VI.

Non licet communicare cum excommunicatis, neque cum iis per domos ingredi, & cum eis orare, qui eccleſiæ non participant in oratione, &c. *Antioch. cap. 2. Triburien. cap. 2. Mart. Brac. c. 85.*

CAPUT VII.

Non licere in hæreticorum cœmeteria, vel martyria, ut appellantur, abire clericos orationis, aut ſalutis cauſſa. Sed hos omnes, & ſi fideles ſint, excommunicatos fieri ad certum tempus, pœnitentes vero, & confeſſos ſe peccaſſe ſuſcipi. *Leodic. c. 9.*

CAPUT VIII.

Non oportet cum hæreticis, vel ſchiſmaticis orare. *Laodicen. c. 33. Mart. Bracharenſ. c. 70.* 1. q. 1. c. Non liceat. 67.

CAPUT IX.

Cum hæreticis nec orandum, nec pſallendum. *Carthag. c. 72. L.* 24. q. 3. c. Cleric. 35. in fin.

CAPUT X.

Qui commicaverit, vel oraverit cum excommunicato, ſive clericus, ſive laicus excommunicetur. *Carthag. IV. c. 73. L. Burchard. lib. 11. cap. 44. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 19. panorm. & part. 14. c. 28. & 108. decr. Anſ. lib. 11. c. 18.* 11. q. 3. c. 19.

CA-

CAPUT XI.

oratiouibus, al. Non oportet facile orationem * eum (*fornicariis*) communicare. *Greg. Thaumaturg. cap. 1. epiſt. de comedentibus idolothyta.*

CAPUT XII.

An debeat clericus præſentibus Arianis, vel aliis hæreticis orare, & an eum lædat, quando fecit orationem, ſeu oblationem. Reſpondeo: In divina oblatione diaconus ante ſalutationem loquitur: Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo intereſſe, niſi profiteantur ſe pœnitentiam acturos, & hæreſim vitaturos. *Timoth. Epiſc. Alexandr. in quibuſdam reſponſis c. 9.*

CAPUT XIII.

11. q. 3. c. 18. Cum excommunicato neque orare, neque loqui cuilibet licebit. *Iſidor. in reg. monachor. c. 17. in D. Benedicti regula c. 26. Burch. lib. 11. c. 32. Ivo part. 14. c. 34. & 96. decret. Anſelm. lib. 12. c. 16. Cæſaraug. lib. 14. c. 39.*

TITULUS XI.

DE GENUFLEXIONE.

CAPUT I.

CAthecumenus ingrediens in eccleſiam, & in ordine cathecumenorum ſtat, ſi peccet, genu inclinato audiat, ſi audiens peccat, eiiciatur. *Neocæſ. c. 5. Burch. lib. 4. c. 20. Ivo part. 1. c. 255. decret.*

CAPUT II.

26. q. 7. Sacerdos. c. 6. Pœnitentes etiam diebus remiſſionis genua flectant. *Carthagin. IV. c. 82. Ivo part. 15. c. 13.*

CAPUT III.

Sciendum eſt, quod exceptis diebus dominicis, & illis ſolemnitatibus, quibus & univerſalis eccleſia ob recordationem dominicæ reſurrectionis ſolet ſtando orare, fixis in terram genibus ſuppliciter Dei clementiam nobis profuturam, noſtrorumque criminum indulgentiam depoſcendum eſt. Cujus rei in evangelio ipſe Dominus dedit exemplum. Sed & Stephanum martyrem, & Apoſtolum Paulum eadem feciſſe liber Actuum Apoſtolorum teſtis eſt. Ex quibus intelligi datur, oportere Chriſtianum humiliter ad terram proſterni, ne forte illi dicatur: *Quid ſuperbis terra, & cinis? Turon. ſub Carolo c. 37.*

Matth. 26. Act. 7. & 20. Eccl. 10. b.

CAPUT IV.

In unaquaque genuflexione, & aſſurrectione re ipſa oſtendimus, quod etiam propter peccatum in terram delapſi ſumus, & per ejus, qui nos creavit, clementiam, in cælum revocati ſumus. *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphil. c. 27.*

TITULUS XII.

NE CHRISTIANI CUM ORANT TEMPORE PASCHALI ET DIEBUS DOMINICIS, GENUA FLECTANT.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. Quoniã. c. 10. diſt. 30. Si quis presyter. c. ult. SUnt qui dominica die, & in dieb. Pentecoſtes genua flectunt, ſed obſervandum eſt, ut ſtantes oremus. *Nicæn. cap. 20. Aquiſgr. c. 46. Mart. Brac. c. 5. Burch. lib. 2. c. 88. Ivo part. 4. c. 18. decret.*

CAPUT II.

Dominicis diebus genu non flectere a ſanctis patribus Chriſti reſurrectionem honorantibus, canonice accepimus. Conſtituimus, ut poſt veſpertinum ſacerdotum ad altare ſabbato ingreſſum, ex conſuetudine, quæ ſervatur, nemo genu flectat uſque ad ſequentem veſperam in die Dominico, in qua poſt ingreſſum lucernarium, genua rurſus flectentes, Domino, preces ſic offerimus. Servatoris enim noſtri reſurrectionis, velut præcurſorem noctem, quæ fuit ante ſabbatum accipientes, hymnos ab ea ſpiritualiter incipimus, feſtum ex tenebris in lucem finientes, ut in perfecto & integro die ac nocte nos reſurrectionem celebremus. *Trull. c. 90.*

CAPUT III.

Sciendum eſt, quod exceptis diebus dominicis & illis ſolemnitatibus, quibus & univerſalis eccleſia ob recordationem dominicæ reſurrectionis ſolet ſtando orare fixis in terram genibus ſuppliciter Dei clementiam nobis profuturam, noſtrorumque criminum indulgentiam depoſcendum eſt, &c. *Turon. ſub Carolo c. 37.*

CAPUT IV.

Quoniam ſunt quidã in die dominico genuflectentes, & in diebus Pentecoſtes, ut omnia in univerſis locis conſonanter obſerventur, placuit ſancto concilio ſtantes Domino vota digniſſima perſolvere. *Aquiſgr. ſub Ludov. c. 46.*

CAPUT V.

Quod ab Apoſtolis traditum, canon tenet antiquus, placuit, ut per omnes dominicas, & per omnes dies Paſchæ, uſque ad quinquageſimam non proſternant ſe oratione humilitatis, ſed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebramus. *Mart. Bracar. c. 57. vide Nicæn. c. 20.* *Diſt. 30. c. ult.*

CAPUT VI.

Diem dominicum lætitiæ diem agimus, quod in eo Dominus reſurrexerit, in quo nec genua quidem flectere accepimus. *Petrus Alexand. Epiſc. in ſerm. de pœnis. c. 15.*

CAPUT VII.

Preces ſtantes (*Chriſtiani* peragunt in una ſabbati, rationem autẽ non omnes ſcimus. Non ſolum enim, ut qui cum Chriſto conſurrexerimus, & quæ ſupra ſunt, quærere debeamus in die reſurrectionis, gratiæ nobis datæ, per ſtatum in oratione, nos ipſos commonefacimus, ſed quod videatur eſſe etiam quodammodo ſæculi, quod expectatur, imago. *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphil. c. 27.*

TITULUS XIII.

DE DIVINIS OFFICIIS, ET IN PRIMIS DE HORIS CANONICIS.

CAPUT I.

NE quiſquam presbyterorum, vel diaconorum, qui ſacris officiis dediti ſunt, ultro ac per ſe eccleſias ingrediens ſacrum aliquid operetur, in quibus ab initio ſortem minime conſecutus eſt, &c. *Synod. VIII. gener. CP. ſub Hadr. II. c. 23. vel 21.*

CAPUT II.

Metropolitani committunt Epiſcopis ſubjectis eccleſiæ propriæ divina officia, & litanias, & cuncta omnino ſacra, quæ ad ſe pertinent, miniſteria *, ita ut per illos celebrent omnia, quæ ** myſteria.*

per

per ſemetipſos alacriter agere debuerunt, &c. dimittentes perſeverare in orationibus, & obſecrationibus pro ſuis delictis ac populi ignorantiis, &c. Quiſquis ergo Metropolitanorũ &c. non per ſe cum timore Dei, & alacritate, ſeu conſcientia bona, debita miniſteria in propria civitate, ſed per ſuffraganeos Epiſcopos ſuos efficere tentaverit, pœnas exſolvat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. *Synod. VIII. gener. CP. ſub Hadr. II. c. 24. vel 27.*

CAPUT III.

De offic. jud. ord. c. 14. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Quoniam in pleriſque partibus intra eandem civitatem, atque diœceſim permiſti ſunt populi diverſarum linguarum habentes ſub una fide varios ritus, & mores, diſtricte præcipimus, ut Pontifices hujuſmodi civitatum, ſive diœceſum provideant viros idoneos, qui ſecundum diverſitates rituum, & linguarum divina officia illis celebrent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter, & exemplo. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 9.*

CAPUT IV.

De vita & honeſt. cler. c. 15. Greg. IX. c. 4. eod. tit. in 4. coll.

Clerici ſe in divinis officiis, & aliis bonis exerceant ſtudiis diligenter, &c. cappas manicatas ad divinum officium intra eccleſiam nulli gerant. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 16.*

CAPUT V.

De ætat. & qualit. c. 14. Greg. IX. c. 4. eod. tit. in 4. coll.

Epiſcopi promovendos in ſacerdotes diligenter inſtruant, & informent vel per ſe ipſos, vel per alios viros idoneos ſuper divinis officiis, & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 27.*

CAPUT VI.

Diſt. 92. c. 2. In ſanct.

Præſenti decreto conſtituo, ut in ſede hac ſacri altaris miniſtri (*Diaconi*) cantare non debeant, ſolumque evangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolemnia exſolvant. Pſalmos, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas fuerit, per minores Ordines exhiberi, &c. *Greg. in ſynod. Roman. c. 1. & in regiſt. lib. 4. cap. 88. vel epiſt. 44. Ivo part. 2. cap. 79. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 6. Tarrac. lib. 4. cap. 22.*

CAPUT VII.

Illi, qui ante nos fuerunt, providam in eccleſiis conſuetudinem tradiderunt, hodieque in eccleſia Romana, quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum, inprætermiſſe ſervatur, ita ut nullus ſacerdos majore ſuo non innuente conſacerdote, cuilibet rei benedicere nitatur, ſed & anterior ſtans ad pronuntiandum aliquam lectionem, benedictionem quidem poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere. *Nicol. ad Michael. Imper. ante med.*

CAPUT VIII.

Quia nobilitas tua poſtulavit, quod ſecundum Sclavonicam linguam apud vos divinum celebrari annueremus officium, ſcias nos huic petitioni tuæ nequaquam poſſe favere. *Greg. VII. lib. 7. regiſt. epiſt. 11. ad Wratislaum Boemiorum Ducem.*

CAPUT IX.

Ut ſabbato evangelia cum aliis ſcripturis legantur. *Laodic. c. 16.*

CAPUT X.

Non oportet conjungere in ſynaxi (*in proceſſionibus*, *L.* pſalmos) ſed lectio cujuſque pſalmi fiat per partes (*ordinabiliter*, *L.*) *Laodic. c. 17.*

CAPUT XI.

Eaſdem preces orationum omnino in nonis & veſperis eſſe ſervandas. *Laod. c. 18. Vide c. 19. de triplici oratione catechumenorum pœnitentium, & fidelium.*

CAPUT XII.

Paſſiones martyrum legere licet, cum anniverſarii dies eorum celebrantur. *Carth. c. 47. G. African. c. 13. L.*

CAPUT XIII.

Confirmatas in ſynodo preces, vel præfationes vel commendationes, ſive manus impoſitiones, ab omnibus celebrari oportet, neque alias dici. *Carthag. cap. 106. G. Milevit. c. 12. L. Afric. cap. 70. L.*

CAPUT XIV.

Nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet, & cum ad altare aſſiſtitur, ſemper ad Patrem dirigatur oratio. Et quaſcumque ſibi preces aliquis deſcribit, non eis utatur, niſi prius eas cum inſtructoribus fratribus contulerit. *Carth. III. cap. 23. L. Capit. lib. 6. cap. 66.*

CAPUT XV.

Diſt. 50. c. 67. Placuit.

Evangelia, aut Apoſtolum pœnitentes inter lectores non legant, &c. *Tolet. I. c. 2. & c. 4. Mart. Brach. c. 23. Burch. lib. 2. c. 37. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 20. panorm. & part. 6. c. 138. decr. Anſ. lib. 1. cap. 26.*

CAPUT XVI.

Nulla profeſſa, vel vidua abſente Epiſcopo, vel presbytero in domo ſua antiphonas cum confeſſore, vel ſervo ſuo faciat. Lucernarium vero, niſi in eccleſia, non legatur, aut ſi legatur in villa, præſente Epiſcopo, vel presbytero, vel diacono legatur. *Tolet. I. c. 9.*

CAPUT XVII.

De conſ. d. 5. c. 13. Convenit.

Quia convenit ordinem eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtudendum eſt, ſicut fit, ut poſt antiphonas collectiones per ordinem ab Epiſcopis, vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantentur diebus omnibus, & in concluſione matutinarum, vel veſpertinarum, & miſſarum poſt hymnos capitella de pſalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad veſperam ab Epiſcopo cum benedictione mittatur. *Agathenſ. cap. 30. Rodulph. de eccleſiaſt. officiis prop. 14.*

CAPUT XVIII.

Qui tam in Sede Apoſtolica, quam etiam per totas orientales, atque Italiæ provincias dulcis, & nimium ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, ut *Kyrie eleiſon* frequentius cum grandi affectu, ac compunctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus eccleſiis noſtris iſta conſuetudo ſancta, & ad Matutinum, & ad Miſſas, & ad Veſperam Deo propitiante intromittatur. *Vaſen. II. cap. 3.*

CAPUT XIX.

Omnis clerus die ſabbati ad veſperam ſit paratus,

Digitized by Google

tus, quo facilius die dominico ſolemnitas cum omnium præſentia celebretur, ita tamen ut omnibus diebus veſperas, & matutinas celebrent. *Tarrac. cap. 7.*

CAPUT XX.

De conſ. d. 5. c. 14. Id ſemper.

Omnibus diebus poſt matutinas, & veſperas oratio dominica a ſacerdote proferatur. *Gerund. cap.* 10.

CAPUT XXI.

Ut pſalmus quinquageſimus ante canticum dicatur. *Barcin. c.* 1.

CAPUT XXII.

Ut benedictio in matutinis fidelibus, ſicut in veſpera, tribuatur. *Barcin. c.* 2.

CAPUT XXIII.

In præcipuis ſolemnitatibus hora tertia miſſarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo faciius intra horas competentes ipſo officio expedito, ſacerdotes poſſint ad veſpertina officia in veſpertino tempore convenire. Quia ſacerdotem veſpertinis officiis ad eccleſiam talibus præcipue diebus, nec decet deeſſe, nec convenit. *Aurel. 3. cap.* 14.

CAPUT XXIV.

** Extra pſalmos canonicarum, ſcripturarum novi, & vet.*

Placuit, ut veteris * teſtamenti nihil poetice compoſitum in eccleſia pſallatur, ſicut & ſancti præcipiunt canones. *Brach. 1. c.* 30.

CAPUT XXV.

Ut *Alleluja* in Quadrageſima, & Kal. Januar. non dicatur, ſed in Paſchate: qui contra fecerit communione ejuſdem Paſchæ privetur, &c. *Tolet. IV. cap.* 10.

CAPUT XXVI.

In quibuſdam Hiſpaniarum eccleſiis laudes poſt Apoſtolum decantantur, priuſquam evangelium prædicetur, dum canones præcipiant, poſt Apoſtolum non laudes, ſed evangelium annuntiari. Præſumptio eſt enim, ut anteponantur ea, quæ ſequi debeant. Nam laudes poſt evangelium ſequuntur propter gloriam Chriſti, quæ per idem evangelium prædicatur. Circa omnes igitur ſacerdores hic ordo deinceps retineatur, excommunicationis ſententiam ſuſcepturi, qui hunc ordinem perturbaverint. *Tolet. IV. c.* 11.

CAPUT XXVII.

Diſt. 38. c. 2.

Quando presbyteri in parochiis ordinantur, &c. ad litanias, vel ad concilium venerint, rationem Epiſcopo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent. *Tolet. IV. cap. 25. Arelat. ſub Carolo c. 4. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 16. panorm. & part. 3. c. 129. decret. Anſelm. lib. 7. cap.* 104.

CAPUT XXVIII.

Nulli cujuſcumque dignitatis eccleſiaſticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum pſalterium, vel canticorum uſualium, & hymnorum ſive baptizandi perfecte noverint ſupplementum &c. *Tolet. VIII. c.* 8.

CAPUT XXIX.

Sunt nonnulli (*parochiani presbyteri*) qui eccleſiarum ſuarum res ad plenitudinem habent, & ſollicitudo illis nulla eſt habendi clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita perſolvant officia. Proinde inſtituit hoc ſanctum ſynodũ *, ut omnes parochiani presbyteri, juxta, & * in rebus ſibi a Deo creditis ſentiunt habere virtutem, de eccleſiæ ſuæ familia clericos ſibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium ſanctum digne peragant, & ad ſervitium ſuum aptos eos habeant. *Emerit. c.* 18.

** concilium, f.*
** ut, f.*

CAPUT XXX.

26. q. 3. c. 23.

Quicumque ſacerdotum, vel miniſtrorum, deinceps cauſſa cujuſlibet doloris, vel amaritudinis permotus, altare divinum veſtibus ſacris exuere præſumpſerit, &c. atque, quod pejus eſt, occaſionem nutrierit, unde templis Domini, aut officia conſueta deſint, aut oblatio ſingularis ſacrificii videatur in aliquo defraudari, ſi eum antea veræ pœnitudinis coram Metropolitano ſatisfactio non purgaverit, &c. loci ſui, & dignitate ſe noverit, & honore privandum. Illis proculdubio perſonis ab hac ultionum ſententia ſeparatis, quæ aut contaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubverſionem * ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatem, vel ſubverſionem perferentes, ſeu etiam divinorum judiciorũ ſententiam metuentes talia feciſſe contigerit. In quo facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni livoris doloſitas declaratur. *Tolet. XIII. c.* 7.

** obſidium, al.*

CAPUT XXXI.

Sanctimoniales in monaſterio conſtitutæ habeant ſtudium in legendo, & in cantando, in pſalmorum celebratione, ſive oratione, & horas canonicas matutinam videlicet, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſpertinam, completorium pariter, celebrent. *Cabilon. ſub Carolo cap. 59. Burch. lib. 8. c. 77. Magunt. ſub Raban. c.* 16.

CAPUT XXXII.

Dan. 6. c.

Horam tertiam, & ſextam, & nonam Daniel, & tres pueri ſupplicationibus devoverunt, ſcilicet, ut ab ortu diei in tempus ſupplicationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis reverentiam declararent, pariliter a tertia ad ſextam, atque inde ad nonam, per paria lucis intervalla ratis dimenſionibus terminata. Trinitas ter in die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, quod Spiritus ſanctus hora tertia, hoc eſt ſuo loco, & numero, & tempore deſcendit ad terras, impleturus gratiam, quam Chriſtus promiſit. Nam & ſexta hora Chriſtus paſſus in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim ſacramento legitimis ad precem temporibus, per ternas horas Trinitatis perfectio, aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur; & ſi computetur divina celebritas, per quaternarium uſque in veſpertinum officium, hoc eſt, quater ternis ſignificatur, quia mundus quadrifario diviſus in Trinitate ſalvatur. Siquidem & in nocte ſtationes, & vigiliæ militares, in quatuor partes diviſæ, ternis horarum ſpatiis ſecernuntur, ut & in ipſis nocturnis, mundialibuſque officiis, Trinitatis myſterium veneretur. *Iſidor. lib. 1. de offic. c. 19. apud Aquiſgr. c.* 126.

Act. 2. c.
Matt. 29. Joann. 19. c.

CAPUT XXXIII.

Exod. 29.

Veſpertinum diurni finis officium diurnæ, & alternæ lucis occaſus eſt, cujus ex veteri teſtamento ſolemnis celebratio eſt. Denique hoc tempore veterum ſacrificia offerri, adolerique altario aroma-

mata, & thura mos erat. Teſtis eſt hymnidicus
ille, regio, ac ſacerdotali perfunctus officio, di-
Pſalm. 140. cens: *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in*
Matt. 26. *conſpectu tuo, elevatio manuum mearum ſa-*
crificium veſpertinum. In novo quoque teſta-
mento eo tempore Dominus, & Salvator noſter
cœnantibus Apoſtolis myſterium ſui corporis, &
ſanguinis initio tradidit, ut tempus ipſum ſacri-
ficii veſpertinum oſtenderet ſæculi. Proinde in
honore, ac memoria tantorum ſacramentorum
his temporibus adeſſe nos decet Dei conſpectibus
& perſonare in ejus cultibus orationum noſtra-
rum illi ſacrificium offerentes, atque in ejus lau-
dibus pariter exultantes. Veſperum autem nomi-
natur a ſydere, quod veſper vocatur, & deciden-
Job 33. te ſole exoritur, de quo propheta dicit: *Et ve-*
ſperum ſuper filios hominum conſurgere facis.
Iſidor. lib. 1. de offic. cap. 20. *apud Aquiſgran.*
cap. 127.

CAPUT XXXIV.

De completis autem celebrandis id etiam in
patrum invenitur exemplis, David propheta di-
Pſalm. 131. cente: *Si aſcendero in lectum ſtrati mei, ſi de-*
dero ſomnum oculis meis, & palpebris meis
dormitationem, & requiem temporibus meis,
donec inveniam locum Domino, tabernaculum
Deo Jacob. Quis non ſtupeat, tantam in Dei a-
more animi devotionem, ut ſomnum ſibi, ſine
quo utique corpora humana deficiunt, penitus
interdixerit, donec locum, ac templum Domino
fabricandum in pectore ſuo Rex, & Propheta re-
periret? Quæ res nos debet fortiter admonere, ut
ſi ipſi locus Domini eſſe volumus, & tabernacu-
lum ejus, aut templum cupimus haberi, in quan-
tum poſſumus exempla ſanctorum imitemur, ne
Pſalm. 75. de nobis dicatur, quod legitur: *Dormierunt ſo-*
mnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri
divitiarum in manibus ſuis. Iſidor. lib. 1. de off.
c. 21. *apud Aquiſgr. c.* 128.

CAPUT XXXV.

De Matutinorum antiquitate, & auctorita-
Pſalm. 62. te teſtis eſt idem David Propheta, dicens: *In*
matutinis meditabor in te, quia fuiſti adjutor
Pſalm. 118. *meus.* Et alibi: *Prævenerunt oculi mei ad te di-*
luculo, ut meditarer eloquia tua. Caſſianus au-
tem dicit: „Matutinæ ſolemnitatis officio no-
„ vo adhuc tempore inſtituto, primitias in Be-
„ thleem monaſterio, ubi Dominus noſter Jeſus
„ Chriſtus pro redemptione ſalutis ex Virgine
„ naſci dignatus eſt, ſicque ex illa per univerſum
„ mundum ejuſdem celebrationis invaluit con-
„ ſuetudo. Diluculo autem proinde oratur, quod
„ reſurrectio Chriſti celebretur. Matutina autem
„ luce radiante, Dominus, & Salvator noſter
„ ab inferis reſurrexit, quando cœpit oriri fideli-
„ bus lux, quæ moriente Chriſto occiderat pec-
„ catoribus. Siquidem, & eo tempore cunctis
„ ſpes futuræ reſurrectionis creditur, cum juſti,
„ & omnes ab hac temporaria morte quaſi a ſo-
„ pore mortis reſurgentes, evigilabunt". *A-*
quiſgr. c. 129. *ex Iſidoro lib.* 1. *de offic. eccleſiaſt.*
cap. 23. *& Caſſiano de inſtitutis cœnobio lib.* 3.
cap. 4.

CAPUT XXXVI.

Paulus, & Silas in cuſtodia publica circa me- Act. 16.
dium noctis orantes, hymnum, audientibus cun-
ctis, vincti dixiſſe memorantur, ubi repente ter-
ræ motu facto, & concuſſis carceris fundamentis,
& januæ ſponte apertæ, & omnium vincula ſunt
ſoluta. Unde oportet his horis, pſallendi, oran-
dique frequentiam nos in ſanctis habere officiis,
finemque noſtrum, vel ſi advenerit ſuo tali actu,
expectare ſecuri. *Iſidor. lib.* 1. *de offic. c.* 22. *apud*
Aquiſgran. c. 130.

CAPUT XXXVII.

Studeant ſummopere canonici prædictas ho-
ras vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his divi-
num officium humiliter, ac devote perſolvere.
Mox enim, ut datum fuerit ſignum, feſtinato o-
mnes ad eccleſiam conveniant. Quam non pom-
patice, inhoneſte, vel incompoſite, ſed cum re-
verentia, & Dei timore ingrediantur. Nec cum
baculis in choro, exceptis debilibus, ſed religio-
ſiſſime illis ſtandum, & pſallendum eſt. Sunt ete-
nim quidam clericorum, qui in ſæcularibus nego-
tiis, & diſceptationibus pœne totum infatigabi-
liter deducunt diem, & mox in eccleſiam ad di-
vinum officium peragendum, ut intraverint, ita
fatigari videntur, ut nec orationi vacare, nec ad
pſallendum ſtare queant, ſed potius ſedentes,
non divinis, ſed vanis ſolent inſtare loquelis,
&c. Qui ſegniter, aut tarde ad matutinum, aut
ad aliud quodlibet divinum obſequium peragen-
dum occurrerit, dignum eſt, ut non cum aliis in
choro, ſed omnium ultimus, ut certe erubeſce-
re diſcat, in loco hujuſcemodi negligentibus a
Prælatis conſtituto ſtet, &c. *Aquiſgr. ſub Lud.*
lib. 1. *c.* 131.

CAPUT XXXVIII.

Pſallentium in eccleſia Domino mens concor-
dare debet cum voce, ut impleatur illud Apoſto- 1. Cor. 14.
li: *Pſallam ſpiritu, pſallam, & mente,* quo-
niam quamvis ubique Dominum per potentiam
divinitatis noverimus eſſe, præcipue tamen eum,
cum divino aſſiſtimus officio, per gratiam nobis
credimus adeſſe. De qua re venerabilis Beda pre-
sbyter in expoſitione evangelii Lucæ, ita dicit:
„ Non latet Angelos crebro electis inviſibili
„ adeſſe præſentia, ut eos, vel ab hoſtis callidi
„ defendant inſidiis, vel majoris cæleſtis deſide-
„ rii gratia ſuſtollant, Apoſtolo atteſtante, qui
„ ait: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiri-* Hebr. c. 1.
„ *tus, in miniſterium miſſi propter eos, qui*
„ *hæreditatem capient ſalutis?* Maxime ta-
„ men Angelici nobis ſpiritus adeſſe credendi
„ ſunt, cum divinis ſpecialiter mancipamur ob-
„ ſequiis, id eſt cum eccleſiam ingreſſi, vel le-
„ ctionibus ſacris aurẽ accommodamus, vel pſal-
„ modiæ operam damus, vel orationi incumbi-
„ mus, vel etiam miſſarum ſolemnia celebramus.
„ Unde ait Propheta: *In conſpectu Angelorum* Pſalm. 137.
„ *pſallam tibi.* Nec dubitare licet, ubi corporis,
„ & ſanguinis dominici geruntur myſteria, ſu-
„ pernorum civium adeſſe conventus. Unde ſtu-
„ dendum ſolerter eſt, ut cum eccleſiam, vel ad
„ divinæ laudis debita ſolvenda, vel ad agenda
„ miſſarum ſolemnia intramus, ſemper Angeli-
„ cæ

» cæ præſentiæ memores cum timore, & venera-
» tione competenti cæleſte compleamus offici-
» um, ne ſi, quod abſit, id negligenter, aut
» inhoneſte, vel tepide expleverimus, & ad
» perficiendum pigri advenerimus, in ſenten-
Jerem. 42. » tiam, qua dicitur, *Maledictus homo, qui opus*
» *Dei fecerit negligenter*, miſerabiliter laba-
» mur. Ergo ſolerti induſtria nobis obſervan-
» dum eſt, ne quid in eccleſia Dei ineptum, ne
» quid perverſum, ne quid indecens, aut cogi-
» tatione, aut actibus, aut verbis perpetremus,
» quatenus, & conſpectu Angelorum Domini
» digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens
» non quod condemnet in nobis, ſed potius, quod
» remuneret, inveniat". *Aquiſgr. c.* 132.

CAPUT XXXIX.

Tales ad legendum, cantandum, & pſallendum in eccleſia conſtituantur, qui non ſuperbe, ſed humiliter debitas Domino laudes perſolvant, & ſuavitate lectionis, ac melodiæ, & doctos demulceant, & minus doctos erudiant, pluſque velint in lectione, vel cantu populi ædificationem quam popularem vaniſſimam adulationem. Qui vero hæc docte peragere nequeunt, erudiantur prius a magiſtris, & inſtructi hæc adimplere ſtudeant, ut audientes ædificent. *Aquiſgr. c.* 133.

CAPUT XL.

Pſalmi in eccleſia non curſim, & excelſis, atque inordinatis, ſeu intemperatis vocibus, ſed plane, ac dilucide, & cum compunctione cordis recitentur, ut & recitantium mens illorum dulcedine paſcatur, & audientium aures illorum pronuntiatione demulceatur, quoniam quamvis cantilenæ ſonus in aliis officiis excelſa ſoleat edi voce, in recitandis tamen pſalmis hujuſcemodi vitanda eſt vox. *Aquiſgr. c.* 137.

CAPUT XLI.

Veſpertinales quoque in vigilia Paſchæ meſius celebrandæ viſæ ſunt propter lætitiam reſurrectionis Domini, quam dimittendæ. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 2. *c.* 9.

CAPUT XLII.

Diſt. 76. *c.* 3. Hoc ſciendum eſt, quod ſi quando jejunium menſis Junii in vigilia Pentecoſtes evenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolemni Pentecoſtes, & tunc propter ſolemnitatem Spiritus ſancti diacones dalmaticis induantur, & *Alleluja* cantetur, & *Flectamus genua* non dicatur. *Salegunſtadien. c.* 2. *poſt Burch. decret. Ivo part.* 4. *c.* 33. *decret.*

CAPUT XLIII.

Pſalm. 53. In eccleſiis diu, noctuque, & ut cum pſalmographo melius dixerim, veſpere & mane, & me-
Pſalm. 54. ridie benedicere Deum oportebit, maxime autem in divinis myſteriis, & ſacris officiis, dum hæc, inquam, peraguntur. *Germanus CP. ad Thomam Epiſcop. Claudiopoleos. VII. ſyn. act.* 4. *ante fin.*

CAPUT XLIV.

In veſpertinis officiis primo lucernarium, deinde pſalmi duo, reſponſorius unus, & laudes, & hymnus, atque oratio dicenda eſt. Poſt veſpertinum autem congregatis fratribus oportet, vel aliquid meditari, vel de aliquibus lectionis quæſtionibus diſputare, conferendo pie, & ſalubriter, tantumque meditando, diſputandoque immorari, quoaduſque completorii tempus poſſit occurrere. *Iſidor. in regula monachorum c.* 6.

De iis, quæ pertinent ad Miſſam. *Vide libro de ſacrificio Miſſæ.*

TITULUS XIV.

SERVETUR IDEM ORDO AB OMNIBUS IN CELEBRATIONE DIVINORUM OFFICIORUM.

CAPUT I.

Ordo eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſto- *De conſ. d.*
diatur ubique, ſicut fit, &c. *Agath. c.* 39. *5. cap.* 13. Convenit.

CAPUT II.

Intra provinciam noſtram ſacrorum ordo, & pſallendi una ſit conſuetudo, ut ſicut unam cum Trinitatis confeſſione fidem tenemus, unam & officiorum regulam teneamus, &c. *Venet. c.* 15.

CAPUT III.

Ad celebrandum divina officia, ordinem quem *De conſ. d.*
Metropolitani tenent provinciales obſervare de- *1. cap.* 30.
bebunt. *Epaun. c.* 27. *Burch. lib.* 3. *c.* 25. *Ivo lib.* Altaria.
2. *tit.* 4. *c.* 5. *panorm. & part.* 3. *c.* 30. *decret.*

CAPUT IV.

Inſtitutio Miſſarum, ſicut in Metropolitana *De conſ. d.*
eccleſia agitur, ita in Dei nomine in omni Tar- *2. c.* 31.
raconenſi provincia, tam ipſius miſſæ ordo, quam pſallendi, vel miniſtrandi conſuetudo ſervetur. *Gerund. cap.* 1. *Burch. lib.* 3. *cap.* 66. *Ivo part.* 3. *cap.* 68. *decret.*

CAPUT V.

Pro reverentia domini Martini, vel cultu, ac virtute id ſtatuimus obſervandum, ut tam in ipſa baſilica ſancta, quam in eccleſiis noſtris iſte pſallendi ordo ſervetur, ut in diebus æſtivis ad matutinum ſex antiphonæ binis pſalmis explicentur.
Toto Auguſto manicationes * fiant, quia feſtivi- *Id eſt, man-*
tates ſunt, & miſſæ. A Septembri ſeptem anti- *ducationes,*
phonæ explicentur binis pſalmis. Octobri octo *non in feri-*
ternis pſalmis. Novembri novem ternis pſal- *is, quibus*
mis. Decembri decem ternis pſalmis. Janua- *jejunatur,*
rio, & Februario itidem uſque ad Paſcha, ſed *vel matuti-*
ut poſſibilitas habet, qui facit amplius pro ſe, *næ conven-*
& qui minus, ut potuerit. Supereſt, ut vel duo- *tiones.*
decim pſalmi expediantur ad matutinum, quia patrum ſtatuta præceperunt, ut ad Sextam ſex pſalmi dicantur cum *Alleluja*, & ad duodecimam duodecim, itidemque cum *Alleluja*, quod etiam Angelo oſtendente didicerunt. Si ad duodecimam duodecim pſalmi, cur ad matutinum non itemque vel duodecim explicentur? Quicumque minus, quam duodecim pſalmos ad matutinum dixerit, jejunet uſque ad veſperam, panem cum aqua manducet, & non illi ſit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempſerit, una hebdomada panem cum aqua manducet, & jejunet omni die uſque ad veſperam. *Turon. II. cap.* 19.

CAPUT VI.

Placuit omnibus communi conſenſu, ut unus *Diſt.* 12. *c.*
atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſ- *ult.*
pertinis monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ. *Brac. c.* 19.

CAPUT VII.

Ut per ſolemnium dierum vigilias, vel miſſas omnes eaſdem, & non diverſas lectiones in eccleſia legant. *Brac. c. 20.*

CAPUT VIII.

Ut eodem ordine miſſæ celebrentur ab omnibus, quo proluturus quondam hujus Metropolitanæ eccleſiæ Epiſcopus ab ipſa Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſuſcepit ſcriptum. *Brac. c. 22.*

CAPUT IX.

Unus ordo orandi, atque pſallendi a nobis per omnem Hiſpaniam, atque Galliam conſervetur, unus modus in Miſſarum ſolemnitatibus, unus in veſpertinis officiis, &c. quia in una fide continemur & regno. Hoc enim & antiqui canones decreverunt, ut unaquæque provincia & pſallendi, & miniſtrandi parem conſuetudinem teneat. *Tolet. IV. c. 2.*

CAPUT X.

Oportet, ut ſicut in aliis eccleſiis, veſpertino tempore, poſt lumen oblatum, prius dicitur veſpertinum, quam ſonum * in diebus feſtis, ita & a nobis cuſtodiatur in eccleſiis noſtris. *Emerit. cap. 2.*

* *Ave Maria, ſ.*

CAPUT XI.

Diſt. 1. cap. 13. Epheſ. 4. De his, qui contra Apoſtoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit, ut Metropolitanæ ſedis auctoritate coacti, uniuſcujuſque provinciæ cives *, rectoreſque eccleſiarum unum, eundemque in pſallendo teneant modum, quem in Metropolitana ſede cognoverint inſtitutum, nec aliqua diverſitate cujuſcumque ordinis, vel officii a Metropolitana ſe patiantur ſede disjungi, &c. Abbatibus ſane indultis officiis, quæ juxta voluntatem ſui Epiſcopi regulariter illis implenda ſunt, cetera officia publica, id eſt, veſperas, matutinum, ſive miſſam aliter, quam in principali eccleſia celebrare non liceat. Quiſquis violator extiterit ſex menſibus communione privatus apud Metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura permaneat corrigendus, &c. Sub iſta regula non ſolum Metropolitanus totius provinciæ Pontifices, vel Sacerdotes aſtringat; ſed etiam ceteri Epiſcopi ſubjectos ſibi eccleſiarum rectores obtemperare his inſtitutionibus cogant. *Tolet. XI. c. 3.*

* *Pontifices, al.*

TITULUS XV.

PRESBYTERI, ET ALII CLERICI ACCEDANT AD PRECES MATUTINAS, ET VESPERTINAS.

CAPUT I.

Diſt. 93. c. ult. PResbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra civitatem fuerit, vel in loco, in quo eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villæ, ſi ad eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, ſi caſtigatus, per ſatisfactionem veniam ab Epiſcopo noluit promereri. *Toletan. I. c. 5. Mart. Bracar. cap. 63. Burch. lib. 2. c. 152. Ivo part. 6. c. 243. decret. Capitular. lib. 7. c. 161.*

CAPUT II.

Clericus, quem intra muros civitatis ſuæ manere conſtiterit, & matutinis hymnis ſine probabili excuſatione ægritudinis inventus fuerit defuiſſe, ſeptem diebus a communione habeatur extraneus, quia miniſtrum ſacrorum eo tempore, quo non poteſt ab officio ſuo ulla honeſta neceſſitas occupare, fas non eſt a ſalubri opere ceſſare. *Venet. cap. 14.*

CAPUT III.

Expletis, religioſiſſimo obſequio, horis competentibus, divinis officiis ab omnibus canonicis dato ſigno, devotiſſime ad completorium celebrandum veniendum eſt. *Aquiſgr. c. 136.*

TITULUS XVI.

DE OFFICIO ROMANO.

CAPUT I.

IN hoc, quod ſubditione tua, Romani ordinis officium fieri ſtudio, & juſſionibus tuis aſſeris Romanæ eccleſiæ te filium, ac eam concordiam & eandem amicitiam te nobiſcum habere, quam olim Reges Hiſpaniæ cum Romanis Pontificibus habebant, cognoſceris. Eſto itaque conſtans, & fiduciam firmam habeas, & quod cœpiſti, perficias. *Gregor. VII. lib. 1. regiſtr. ep. 66. Sancio Regi Aragonum.*

CAPUT II.

Cum beatus Apoſtolus Paulus Hiſpaniam ſe adiiſſe ſignificet, ac poſtea ſeptem Epiſcopos ab urbe Roma ad inſtruendos Hiſpaniæ populos a Petro & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idololatria, chriſtianitatem fundaverunt, religionem plantaverunt, ordinem, & officium in divinis cultibus agendis oſtenderunt, & ſanguine ſuo eccleſias dedicavere, veſtra diligentia non ignoret, quantam concordiam cum Romana urbe Hiſpaniam religione, & ordine divini officii habuiſſe ſatis patet, &c. Vos, fratres Epiſcopi (*adhortor*) ut Romanæ eccleſiæ ordinem, & officium recipiatis, non Toletanæ, vel cujuslibet alius, ſed iſtius, quæ a Petro, & Paulo ſupra firmam petram, per Chriſtum fundata eſt, & ſanguine conſecrata, &c. Unde non dubitatis, vos ſuſcepiſſe religionis exordium, reſtat etiam ut inde recipiatis in eccleſiaſtico ordine divinum officium, quod Innocentii Papæ ad Eugubinum directa Epiſcopum vos docet epiſtola, quod Hormiſdæ ad Hiſpalenſem miſſa decreta inſinuant, quod Toletanum, & Bracharenſe demonſtrant concilia, quod etiam Epiſcopi veſtri ad nos nuper venientes, juxta conſtitutionem concilii per ſcripta ſua facere promiſerunt, & in manu noſtra firmaverunt. *Greg. VII. lib. 1. reg. ep. 64. Regib. & Epiſcopis Hiſpaniæ.* *Matt. 16.*

CAPUT III.

Noverit excellentia tua dilectiſſime, illud unum admodum nobis, immo clementiæ divinæ placere, quod in eccleſiis regni tui, matris omnium ſanctæ Romanæ eccleſiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari effeceris. Denique in illo, quem hactenus tenuiſſe videmini, ſicut ſuggerentibus religioſis viris didicimus, quædam contra catholicam fidem inſerta eſſe patulo convincuntur. Quæ cum relinquere, & ad priſcam conſuetudinem, ſcilicet hujus eccleſiæ reverti deliberaſti, non dubie te beatum Petrum patronum optare, & ſubditorum tuorum ſalutem, cæleſti gra-

gratia inſpirante, ſicut Regem decet, curare monſtraſti. *Greg. VII. lib. 9. reg. ep. 2. ad Alphonſum Regem Hiſpaniæ.*

TITULUS XVII.
DE PSALMIS, ET CANTU ECCLESIASTICO.

CAPUT I.

LIbrum Pſalmorum ſecundum Septuaginta interpretes, & presbyteros, &c. & ſicut a rectore tuo Alexandro coepiſcopo didiciſti Græcorum pſallentiam ad nos dirigas, quia apud nos tantum die dominica Apoſtoli epiſtola una recitatur, & evangelii capitulum unum, nec pſallentium mos tenetur, nec hymni decus * in ore noſtro cognoſcitur. *Damaſ. ad Hieron. ep. 2.*

* *hymni dicus*, al.

CAPUT II.

Diſtinct. 92. Non licet. cap. 3.

Non oportet plures canere in eccleſia, quam qui cantores conſtituuntur, ut in ambone, & ex libro canant. *Laod. c. 15. Mart. Brac. c. 45. Aquiſgr. c. 76.*

CAPUT III.

Non oportet ab idiotis pſalmos compoſitos, & vulgares in eccleſia dici. *Laod. c. 59. Burch. lib. 3. c. 211. Ivo part. 3. c. 262.*

CAPUT IV.

Clericis fœtuum occiſoribus officium miniſtrandi recuperare non liceat, attamen in choro pſallentium, a tempore receptæ communionis, interſint. *Ilerd. c. 2.*

CAPUT V.

Diſtinct. 12. Placuit. c. ult.

Ut unus, atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officiis teneatur, & non diverſæ, ac privatæ monaſteriorum conſuetudines contra eccleſiaſticas regulas ſint permiſtæ. *Brach. I. c. 19. vide Tolet. IV. c. 2.*

CAPUT VI.

Lectores in eccleſia in habitu ſæculari ordinati * non pſallant, neque granos * gentili ritu dimittant. *Brac. I. c. 29.*

* *ornati*, al. * *gradus*.

CAPUT VII.

Eccleſ. 4. c. 7. q. 1. Illud c. 5. de conſ. d. 1. Ut illud. c. 57.

Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem. Cavendum eſt, ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino pſallitur, vel ſacrificatur, unicuique divinis ſingulariter officiis inſiſtenti perniciosa paſſio, vel corporis qualibet valetudo * occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro hujuſmodi ergo caſibus præcaventes neceſſarium duximus, inſtituere, ut ubi temporis, vel loci, ſive cleri copia ſuffragatur, habeat quiſque ille canens Deo, atque ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem, ut ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, a tergo ſemper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus. *Tolet. XI. c. 14. Burch. lib. 3. cap. 73. Ivo part. 2. cap. 126. decret.*

* *invaletudo.*

CAPUT VIII.

Canentes in eccleſiis non vocibus inordinatis utantur, ut naturam ad clamorem impellant, neque quid eligant, quod eccleſiæ non conveniat, ſed cum omni diligentia pſalmorum cantus proferant Deo in occulto videnti, pios enim eſſe filios Iſrael, ſacra ſcriptura docuit. *Trull. cap. 75.*

CAPUT IX.

Ut de ſcholis tam divinæ, quam humanæ litteraturæ, nec non & eccleſiaſticæ cantilenæ juxta exemplum prædeceſſorum noſtrorum aliquid inter nos tractetur, & ſi poteſt fieri, ſtatuatur, atque ordinetur. *Valent. ſub Lothar. cap. 18.*

CAPUT X.

Legi litteras Apoſtolatus veſtri poſcentes, ut ſecundum ſimplicitatem LXX. interpretum canendum pſalmographum interpretari feſtinem propter faſtidium Romanorum, ut ubi obſcuritas impedit, apertius, & latine trahatur ſenſus. Cliens precatur tuus, ut vox iſta pſallentium in ſede tua Romana die, noctuque canatur, & in fine pſalmi cujuſlibet ſive matutinis, vel veſpertinis horis conjungi præcipiat Apoſtolatus tui ordo: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ſicut erat*, &c. Iſtud carmen laudis omni pſalmo conjungi præcipias, ut fides CCCXVIII. Epiſcoporum Nicæni concilii in veſtro ore pari conſortio declaretur. Ubi autem Deus, & homo honorabili voce cantatur, *Alleluja*, ſemper cum omnibus pſalmis affigatur, ut in omni loco communiter reſpondeatur nocturnis temporibus. In eccleſia autem a ſancta reſurrectione uſque ad ſanctam pentecoſtem finiatur, inter dierum vero ſpatia quinquageſimæ propter novitatem ſancti Paſchæ ut vox iſta laudis canatur in *Aleph*, quod prologus græce, latine præfatio dicitur. *Hieron. ad Damaſ.*

CAPUT XI.

Non liceat in pulpito pſallere, aut legere niſi qui ab Epiſcopo lectores ſunt ordinati. *Martin. Brach. c. 45. vide Laod. c. 15. Aquiſgr. 76.* *Diſt. 93. c. 3.*

CAPUT XII.

Damaſus conſtituit, ut pſalmi die, noctuque canerentur per omnes eccleſias, qui hoc præcepit presbyteris, Epiſcopis, ac monaſteriis. *Ex Pont.*

CAPUT XIII.

Hormiſda compoſuit clerum, & pſalmis * erudivit. *Ex Pontif.*

* *pſalmos*, al.

TITULUS XVIII.
DE SYMBOLO APOSTOLORUM, ET DE ORATIONE DOMINICA.

CAPUT I.

CHriſto reſurgente, & aſcendente in cælum, miſſo ſancto Spiritu, collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in uno poſiti (*Apoſtoli*) ſymbolum, quod fidelis nunc tenet eccleſia, unuſquiſque quod ſenſit dicendo, condiderunt, ut diſcedentes ab invicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei Catholicæ recenſentes, in qua, & integritas credulitatis oſtenditur, & unius Dei omnipotentis, id eſt ſanctæ Trinitatis æqualitas declaratur, & myſterium incarnationis filii Dei, qui pro ſalute humani generis a Patre de cælo deſcendens, de Virgine naſci dignatus eſt, quoque ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo ſepultus ſurrexerit, & in carne ipſa cælos aſcenderit, ad dexteramque Patris conſederit, judex venturus ſit, ac qualiter remiſſionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit, & reſurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, *Act. 1. & 2.*

ram, ſic docuerunt, ſymbolum enim græce latine collatio dicitur. Et hoc prædicti ſancti Apoſtoli inter ſe, per Spiritum ſanctum ſalubriter, ut dictum eſt, condiderunt. *Clem. ep. 1. ante med.*

CAPUT II.

Ipſius catholici ſymboli brevis, & perfecta confeſſio, qua duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa eſt munitione cæleſti, ut omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio detruncari. *Leo epiſt. 13. ad Pulcheriam in fin.*

CAPUT III.

Credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod eccleſia Rumana intemerata ſemper cuſtodit, & ſervat &c. *Ambroſ. & alii ad Syric. ante med.*

CAPUT IV.

Orationem Dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos Apoſtulorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent, &c. Dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos vero a ſolo ſacerdote (*in Miſſa*). *Gregor. Joann. Epiſcopo Syracuſ. epiſt. 63. lib. 7 regiſtr. in dict. 2.*

CAPUT V.

De conſ. d. 4. cap. 56. Symbolum placuit ab omnibus eccleſiis una die, id eſt, ante octo dies Dominicæ reſurrectionis publice in eccleſia competentibus prædicari. *Agath. cap. 13. Burch. lib. 4. cap. 29. Ivo part. 1. cap. 223. decret.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 5. cap. Semper, 14. Omnibus diebus poſt matutinas, & veſperas oratio Dominica a ſacerdote proferatur. *Gerunden. cap. 10.*

CAPUT VII.

Nonnulli ſacerdotum in Hiſpaniis reperiuntur, qui Dominicam orationem, quam Salvator noſter docuit, & præcepit, non quotidie, ſed tantummodo die Dominica dicunt. Et quia ut ſine *1. Theſſ. 1. d. Matt. 1. b.* intermiſſione oremus, Apoſtulus docuit: qualiter autem oremus, Chriſtus præcepit dicens: *Cum oratis, dicite: Pater noſter, qui es in cælis.* Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod ſine intermiſſiune dici jubetur? Nam in tantum quotidie hæc oratio dicenda eſt, quantum & ipſo titulo utatur*, uam vocatur oratio quotidiana, ſic enim ſancti patres nuncupaverunt, quod etiam apud Doctores, quorum illuſtris doctrina eſt, invenitur. Sanctus quoque* Cyprianus dicit: „Itaque in oratione Dominica panem noſtrum, id eſt Chriſtum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Chriſto manemus, & vivimus, a ſanctificatione, & corpore ejus non recedamus“. Sanctus Hilarius dicit: „*Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Quid enim tam vult Deus, quam ut quotidie Chriſtus habitet in nobis, qui eſt panis vitæ, & panis e cælo, & quia quotidiana oratio eſt, quotidie quoque ut detur, oratur“. Sanctus Auguſtinus dicit: „De quotidianis autem brevibus, levibuſque peccatis, ſine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit, eorum eſt enim dicere: *Pater noſter qui es in cælis*, qui jam patri tali regenerati ſunt ex aqua, & Spiritu ſancto“. Delet ergo hæc quotidiana oratio minima, & quotidiana peccata, delet & illa, a quibus vita fidelium etiam ſcelerate geſta, pœnitendo in melius redacta diſcedit mutata. Ergo ſicut Chriſtus præcepit, ſicut Apoſtolus monuit, & quemadmodum doctores eccleſiaſtici inſtituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo, vel opere delinquimus, quotidie hanc orationem effundere in conſpectu Dei debemus. Quiſquis ergo ſacerdotum, vel ſubjacentium clericorum hanc orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in privato officio prætererit, propter ſuperbiam judicatus ordini ſui honore privetur*. *Tolet. IV. cap. 9. ex Cyprian. ſer. de orat. Dominic. Auguſtino ex Hilario in Enchirid. ad Laurent. cap. 11.*

* *utitur.* * *quippe.* * *multetur.*

CAPUT VIII.

10. q. 1. c. 18. Placuit. de conſ. d. 4. cap. 54. Ante dies viginti baptiſmi ad purgationem exorciſmi concurrant catechumeni. In quibus viginti diebus omnes catechumeni ſymbolum, quod eſt, *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, ſpecialiter doceantur. *Brac. II. cap. 1. Burchard. lib. 4. cap. 8. Ivo part. 1. c. 75. & 203.*

CAPUT IX.

Eſai. c. 10. Verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram, quod per ſanctos Apoſtolos vidimus impletum. Quid enim brevius, quam ſimplex fidei ſymbolum ab Apoſtolis inſtitutum, in quo myſticum ſacramenti continetur arcanum? *Synod. Mediolanen. epiſt. ad Conſtant. IV. Imper.*

CAPUT X.

Symbolum, & orationem Dominicam omnis Chriſtianus memoriter ſciat, omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, maſculi, feminæ, juvenes, ſenes, ſervi, liberi, pueri, conjugati, innuptæque puellæ, quia ſine hac benedictione, nullus poterit in cælorum regno percipere portionem. Qui autem obſervaverit hæc, & a malis operibus ſe cuſtodierit, & in præſenti ſæculo ſalvus erit, & in futuro cum angelis congaudebit. *Forojul. poſt confeſſ. fidei.*

CAPUT XI.

Symbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & orationem Dominicam diſcere ſemper admoneant ſacerdotes populum Chriſtianum. Volumuſque ut diſciplinam condignam habeant, qui hæc diſcere negligunt, ſive in jejunio, ſive in alia caſtigatione emendentur. Propterea dignum eſt, ut filios ſuos donent ad ſcholam, ſive ad monaſteria, ſive foras presbyteris, ut fidem catholicam recte diſcant, & orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in ſua lingua hoc diſcat. *Magunt. cap. 45. Capit. lib. 5. cap. 95. Burch. lib. 2. cap. 156. Ivo part. 6. cap. 247. decret.*

CAPUT XII.

Matt. 6. Ut orationem, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus diſcipulos ſuos orare docuit, verbis diſcerent, & ſenſu bene intelligerent, quia illam ignorare nulli Chriſtiano licet. *Remenſ. cap. 2.*

CAPUT XIII.

Presbyter ab ortu nativitatis cujuſque ad ſe pertinentis curam habeat, ne aliquis eorum abſque renatione ſacri baptiſmatis moriatur. Poſt

ac-

Digitized by Google

acceptum autem ſacrum baptiſma, ſine manus impoſitione Epiſcopi non remaneat, ac deinde imbuatur ſcire orationem Dominicam atque ſymbolum. *Aquiſgr. II. part. 3. cap. 5.*

CAPUT XIV.

Provideant viri potentes, & maxime potentes feminæ, ut in ſuis domibus adulteria, &c. non vigeant, ac orationem Dominicam, & ſymbolum cunctos tenere, & frequentare compellant, quia parochiani presbyteri, & Epiſcoporum miniſtri, de minoribus & vilioribus perſonis hoc providere ſtudebunt. *Meld. cap. 74.*

CAPUT XV.

Pene innumerabiles inveniuntur in plebe eccleſiaſtica cujuſcumque ſexus, & ætatis, pariter, & conditionis, qui ad uſque ſuæ tempora ſenectutis, nec ut debuerant per opera fidei notitiam (*impleverunt*) uſque adeo, ut neque ipſius ſymboli verba ſalutaris, nec ſaltem ſalutationem dominicæ noverint orationis. Hi vero tales, & ſi aliquid videantur habere bonæ converſationis, quomodo ſine fidei fundamento ædificium conſtruunt boni operis? Et ad hæc, quid excuſationis prætendere poſſumus, dum tales a corpore exeuntes, non ad vitam, quam non noverunt, ſed ad mortem rapiuntur æternam, quam evadere ſine fide, ex qua juſtus vivere creditur, minime potuerunt. *Troſleian. cap. 15.* *Hebr. 11.*

CAPUT XVI.

Commonendi ſunt fideles omnes a minimo uſque ad maximum, ut orationem Dominicam, & ſymbolum dicant, & dicendum eſt eis, quod his duabus ſententiis omne fidei chriſtianæ fundamentum incumbit, &c. Nullus chriſmetur, neque baptizetur, neque a lavacro fontis alium ſuſcipiat, neque coram Epiſcopo ad confirmandum quemlibet teneat, niſi ſymbolum, & orationem dominicam memoriter tenuerit. *Theodulph. ad presb. Aurel. cap. 22.*

CAPUT XVII.

Dicendum eſt fidelibus, ut ſingulis diebus, qui amplius non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet, & veſpere dicens Symbolum, vel orationem Dominicam, &c. *Theodulphus ad presbyt. Aurelian. cap. 23.*

Alia de Symbolo Apoſtolorum vide lib. X. de Baptiſmo, &c. De Symbolo Nicæno, & CP. vide lib. V. tit. XV.

TITULUS XIX.

DE HYMNIS.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. cap. 47. Nocte ſancta Nativitatis Domini Salvatoris clerici miſſas celebrent, & hymnum Angelicum in eis ſolemniter decantent, quoniam & eadem nocte ab Angelo paſtoribus nuntiatus eſt, &c. Ab Epiſcopis autem idem Angelicus hymnus pro tempore, & loco in Miſſarum ſolemniis celebrandus eſt, atque ſolemniter recitandus. *Teleſph. epiſt. unic. poſt princ. Ivo part. 2. cap. 71. decret. Cæſar. lib. 11. cap. 9. Tarrac. lib. 4. cap. 61.* *Luc. 2.*

CAPUT II.

Licet Ambroſianos hymnos habeamus in canone, tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui, qui digni ſunt forma, cantare volumus libenter, & amplecti eos, præter ea, quorum auctorum nomina non fuerint in limine prænotata, quoniam quæ fidem conſtituerunt, dicendi rationi non obſtant. *Turon. II. cap. 24.*

CAPUT III.

Sex diebus paſchæ nullus ſervile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati hymnis paſchalibus indulgentes, perſeverationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes Creatorem, ac Regeneratorem noſtrum veſpere, & mane, & meridie. *Matiſc. II. cap. 2.*

CAPUT IV.

De hymnis canendis Salvatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum: *Et hymno dicto (inquit Matthæus) exierunt in montem oliveti*; & Paulus ad Epheſios: *Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobis metipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus.* Et quia nonnulli hymni humano ſtudio in laudē Dei atque Apoſtolorum, & Martyrū triumphos compoſiti ſunt, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius, atque Ambroſius ediderunt, quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, quod de ſcripturis ſanctorum canonum, vel Apoſtolica traditione non exiſtunt; reſpuant ergo & illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium pſalmorum dicimus: *Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in ſæcula ſæculorum, amen.* Nam & ille hymnus, quem nato Chriſto Angeli cecinerunt, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, reliqua quæ ibi ſequuntur, eccleſiaſtici doctores compoſuerunt; ergo nec ipſi in eccleſiis canendi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarum libris non inveniuntur. Componuntur Miſſæ, ſive preces, vel orationes, ſive commendationes, ſeu manus impoſitiones; ex quibus ſi nulla decantetur in eccleſia, vacant officia omnia eccleſiaſtica. Apoſtolus ad Timoth. *Obſecro ergo primo omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro omnibus, qui in ſublimitate ſunt.* Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compoſitos, nullus noſtrum ulterius improbet, ſed pari modo in Gallia, Hiſpaniaque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint auſi. *Tolet. IV. cap. 12.*

De conſ. d. 1. cap. 53. Matt. 26. Epheſ. 5. Luc. 2. 1. Tim. 2.

CAPUT V.

Hymnum trium puerorum, &c. quem eccleſia catholica per totum orbem diffuſa celebrat, quidam ſacerdotes in miſſa Dominicorum dierum, & in ſolemnitatibus Martyrum canere negligunt, per omnes Hiſpaniæ eccleſias, vel Galliæ, in omnium miſſarum ſolemnitate idem in publico * decantetur, communionem amiſſuri, qui antiquam hujus hymni conſuetudinem excesserint. *Tolet. IV. cap. 13.*

* *pulpito*, al.

CAPUT VI.

Non oportet clericos, niſi hymno dicto edere panem, & poſt cibos gratias auctori ſuo deferre. *Mart. Brac. cap. 62. vel 65. Burch. lib. 2. cap. 165. Ivo part. 6. cap. 256.* *Diſt. 45. c. Non liceat, 22.*

CA-

CAPUT VII.

Gelaſius fecit hymnos in modum B. Ambroſii Epiſcopi, & Sacramentorum præfationes, & orationes cauto ſermone, & epiſtolas fidei elimato ſermone. *Ex Pontif.*

TITULUS XX.

DE HYMNO TRISAGIO.

Vide libro XI. titulo XLV. quibus adde:

CAPUT I.

Iſai. 6. AB Angelis nobis laus iſta profluxit, qui ante crucem dicebant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ſicut reſpicere Eſaias meruit; poſt crucem vero cum laude clamabant: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.* Denique cum terræ motu Conſtantinopolis quateretur, populuſque in campo oraret, inſ ntulus toto populo ſpectante, cum Proclo civitatis Epiſcopo, in cælum per unam horam raptus eſt, ibique hujuſmodi didicit hymnum, turſumque deſcendens nuntiavit, quæ in æthere audierat, dicens, de cælo, quaſi de multitudine pſallentium hujuſmodi laudes inſonuiſſe auribus ſuis, dictumque ſibi, ut eam laudationem populo indicaret, quam ubi populi inceperant, civitatem receperunt, Deoque per hujuſmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati ſunt, &c. *Felix III. in ſyn. Rom. epiſt. 2. ad Petr. Fullon. ante V. ſynod.*

CAPUT II.

Petrus nuper damnatus eſt, eo quod prave, & nefarie in hymno Triſagion noviter introduxit, *qui crucifixus eſt propter nos*, ſcientes quia non Trinitatem crucifixam ab Apoſtolis accepiſtis, neque Patrem, neque Spiritum ſanctum, niſi carnem Chriſti, filium Dei unigeniti ſolum, &c. *Felix III. epiſt. 1. Petro Cnaphæo Antioch. Epiſcop. Vide etiam aliam epiſt. eius ad Zenon. in quibus acerbe invehitur in ipſum, quia Triſagio addebat*, Qui crucifixus eſt, *&c.*

CAPUT III.

Poſt hos ſanctos Patres cum graves terræ motus civitatem Conſtantinopolitanã occupaſſent, magnus, & parvus, dives, & pauper, ſervus, & liber extra civitatem in campo ſecedentes, ſimul concurrerunt, frigoribus, & hyeme ibidem perdi malentes, quam civitati ipſi conjungi. Quibus ubi Deus parcere clementer dignatus eſt, revelavit beato Proclo Triſagium acclamare, cum ipſi ad propulſandam iram litanias facerent. Et hoc clare non uni, vel duobus notum fuit, ſed toti mundo, &c. Dixit enim *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis.* Quomodo ergo tu auſus fuiſti apponere crucem? &c. *Aſclepiades Epiſcopus Trallianum ad Petrum Antiochen. ad fin. ante V. ſynod.*

CAPUT IV.

Secutus beatum Proclum, & iuſſus revelationem in campo, timoribus exiſtentibus deprecative dicas Triſagium ad pauſationem iræ. *Juſtinian. Epiſcop. Siciliæ ad Petrum Antiochenum in fin. ante V. ſyn.*

CAPUT V.

Oportet ſequi revelationem ſanctiſſimi Procli Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopi, quando in campum cum toto populo cucurrit, fluctuante ipſa civitate ſub terræ motu, & omnibus fletum emittentibus repente puerum in aera levare a quadam virtute, & huic imponi triſagium litaniæ, & dicere: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis*, & hæc annuntiare Epiſcopo juſſus eſt. Sicque per tres horas in tribunali ſtans ſecus pedes ipſius Epiſcopi hæc narravit. Et ſic poſtquam litanias fecerunt, ſtetit terræ motus. *Cincianus * Epiſcopus Acculinorum *, ante V. ſyn.* * Quintianus, al. * Conan-lianorum, al.

* CAPUT VI.

Cherubicum hymnum corrupiſti, per quem & noſtra civitas firmata eſt, cum olim moveretur ab interioribus terræ motibus, puero infante ad aera rapto, in conſpectu totius civitatis uſque ad tertium cælum, quemadmodum divinus Paulus ibidem hanc ineffabilem hymnologiam, in qua hora in campo multitudo cum lachrymis exclamabat, *Domine miſerere*, ad Deum ſimul cum ſancto patre noſtro Archiepiſcopo hujus regalis & a Deo amatæ civitatis. *Acacius CP. Epiſc. poſt prinr. ante V. ſynod.* 2. Cor. 2.

CAPUT VII.

Ut in Triſagio poſt verba illa: *Sanctus Deus, Sanctus fortis*, &c. non dicatur: *qui crucifixus es pro nobis. Anthcon. Epiſcopus Arſinae in epiſt. ad Petrum Fullonem. Fauſtus Epiſcopus Appollonidæ in epiſt. ad eumdem. Pamphilius Epiſc. Abydar. in epiſt. ad eumdem. Aſclepiades Epiſc. Trallian. in epiſt. ad eumdem Petrum ante V. ſynod.*

TITULUS XXI.

DE VERSU, CUJUS INITIUM EST, GLORIA PATRI, &c.

CAPUT I.

CUM in fine pſalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, aliqui dicunt: *Gloria Patri, & Filio Spiritui ſancta*, &c. Conſtat illos omnino a doctrina dominica deviare, qui aliquid huic voluerunt confeſſioni derogare: qui ſi in errore permanſerint, ſocii nobis eſſe non poſſunt. *Vigil. epiſt. ſingul. c. 2.*

CAPUT II.

Quia non ſolum in ſede Apoſtolica, ſed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam propter hæreticorum aſtutiam, quia Dei Filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed a tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt *Gloria Patri*, &c. *Sicut erat in principio*, &c. dicitur: etiam & nos in univerſis eccleſiis noſtris hoc ita dicendum eſſe decrevimus. *Vaſen. II. c. 5.*

CAPUT III.

Acclamatum eſt in laudibus Dei, & in favorem Principis ab univerſo concilio: *Gloria Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, cui cura eſt pacem, & unitatem eccleſiæ ſuæ ſanctæ Catholicæ providere. Tolet. III. poſt confeſſionem fidei a Reccaredo factam.*

CAPUT IV.

Quicumque non dixerit *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, anathema ſit. Quicumque libellum habuerit, in quo Gloria Patri per Fi-

Digitized by Google

Filium, in Spiritu ſancto continetur, anathema ſit. *Tolet. ante canones.*

CAPUT V.

Hoc definitum, ut in pſallendis ordinibus per quemcumque pſalmum, Gloria dicatur Omnipotenti Deo, per majores vero pſalmos, prout fuerint prolixius pauſationes fiat, & pro quacumque pauſatione, Gloria Trinitatis Domino decantetur. *Narb. cap. 2.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 1. cap. de hymnis, 53. Nonnulli hymnos humano ſtudio compoſitos reprobant, quod de Scripturis ſanctorum canonum, vel Apoſtolica traditione non exiſtunt. Reſpuant ergo & illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem quotidie publico, privatoque officio in fine omnium pſalmorum dicimus: *Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto in ſæcula ſæculorum Amen. Tolet. IV. c. 12.*

CAPUT VII.

In fine pſalmorum, non *Gloria Patri*, ſed *Gloria, & honor Patri* dicatur: David propheta dicente, *Afferte Domino gloriam, & honorem*, & Joannes Evangeliſta in Apocalypſi audivit vocem cæleſtis exercitus: *honor, & gloria Deo noſtro ſedenti in throno.* Ac per hoc hæc duo ſic oportet in terris dici, ſicut & in cælis reſonant. Univerſis ergo eccleſiaſticis hanc obſervantiam damus, quam quiſquis prætererit, communionis jacturam habebit. *Tolet. IV. cap. 14.*

Pſalm. 28. Apoc. 5.

CAPUT VIII.

Sunt, qui in fine reſponſoriorum *Gloriam* non dicunt, quod interdum inconvenienter reſonat. Sed hæc eſt diſcretio, ut in lætis ſequatur gloria, in triſtioribus repetatur principium. *Tolet. IV. c. 15. Vide Hieronym. in epiſt. ad Damaſ. tit. de pſalmis, & cantu eccleſiaſtico cap.* Legi litteras.

TITULUS XXII.
DE LECTIONE.

CAPUT I.

INſtruebat (*Petrus Apoſtolus*) actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, &c. Prædicationi, & orationi, ac lectioni frequenter incumbere. *Clem. epiſt. ad Jacob. ante fin.*

CAPUT II.

Nobis providendum eſt, cooperante gratia Dei, fructum Domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non poteſt, niſi ſapientiam ſectando *, ejuſque præcepta lectionibus, & hymnis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, & voluntatem ejus, in quantum ipſe largitus fuerit, perficere ſtudeamus. *Alex. epiſt. 3. in princ.*

* *ſermtando*, al.

CAPUT III.

Diſt. 44. c. 12. Pro reverentia Dei, & ſacerdotum, quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi, in omni ſacerdotali convivio lectio ſcripturarum divinarum miſceatur: Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur. *Tolet. III. cap. 7. Raban. cap. 28. de pœnit. Burch. lib. 2. c. 169. Ivo part. 7. cap. 260. decret.*

CAPUT IV.

Quandiu Epiſcopus convivatur, potius ſacra lectio ante menſam ejus recitetur, quam otioſa a ſuſurronibus reſonent verba. *Turon. ſub Carolo cap. 5.*

CAPUT V.

Epiſcopi, & Abbates pauperes ſecum ad menſam habeant, & lectio divina ibi perſonet, & ſumant cibum cum benedictione, & laude Domini. *Remen. c. 17.*

CAPUT VI.

Si quondam lectione ceſſatur, debet manuum operatio ſubſequi, quia otioſitas inimica eſt animæ, & antiquus hoſtis, quem a lectione, ſive ab oratione, ſive ab operatione vacantem invenerit, facile ad vitia rapit. Per uſum namque lectionis diſcetis, qualiter, & vos vivatis, & alias doceatis. Per uſum orationis, & vobis, & iis, quibus in charitate conjuncti eſtis, prodeſſe valebitis. Per manuum operationem, & corporis macerationem & vitiis alimenta negabitis, & veſtris neceſſitatibus ſubvenietis, & habebitis quid neceſſitatem patientibus porrigatis. *Theodulphus ad presbyt. Aurelian. c. 3.*

CAPUT VII.

Lectiones ſanctas audire (*oportet*) orationi frequenter incumbere. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21. ad med.*

Vide Teodulph. ad presbyt. Aurelian. cap. 2. tit. de Orationis virtute cap. Oportet.

TITULUS XXIII.
DE LIBRIS SACRIS, ET DE UTILITATE IPSORUM.

CAPUT I.

ORdo librorum veteris teſtamenti, quem ſancta, & catholica Romana ſuſcipit, & veneratur eccleſia, &c. Geneſis liber unus, Exodi liber unus, Levitici liber unus, Numeri liber unus, Deutoronomii liber unus, Jeſu Nave liber unus, Judicum liber unus, Ruth liber unus, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Pſalmorū CL. liber unus, Salomonis libri tres, Proverbia, Eccleſiaſtes, & Cantica canticorum. Item ſapientiæ liber unus, Eccleſiaſtici liber unus. Item ordo Prophetarū, Eſaiæ liber unus, Jeremiæ liber unus, Cinoth, id eſt de lamentationibus ſuis. Exechielis liber unus, Danielis liber unus, Oſeæ liber unus, Amos liber unus, Michææ liber unus, Johel liber unus, Abdiæ liber unus, Jonæ liber unus, Naum liber unus, Abacuc liber unus, Sophoniæ liber unus, Aggæi liber unus, Zachariæ liber unus, Malachiæ liber unus. Item ordo hiſtoriarum Job liber unus, Tobiæ liber unus, Eſdræ liber unus, Heſter liber unus, Judith liber unus, Machabæorū liber unus. Item ordo ſcripturarum novi, & æterni teſtamenti. Evangeliorum libri quatuor, ſecundum Matthæum liber unus, ſecundum Marcum liber unus, ſecundum Lucam liber unus, ſecundum Joannem liber unus. Actuum Apoſtolorum liber unus. Epiſtolæ Pauli Apoſtoli numero quatuordecim: ad Romanos epiſtola una, ad Corinthios epiſtolæ duæ, ad Galatas epiſtola una, ad Theſſalonicenſes epiſtolæ duæ, ad Epheſios epiſtola una, ad Philippenſes epiſtola una, ad Coloſſenſes epiſtola una, ad Timotheum epiſtolæ duæ, ad Titum epiſtola una, ad Philemonem epiſtola una, ad He-

Hebræos epiſtola una. Item Apocalypſis Joannis liber unus. Item canonicæ epiſtolæ numero ſeptem, Jacobi epiſtola una, Petri Apoſtoli epiſtolæ duæ, Joannis Apoſtoli epiſtolæ tres, Judæ Zelotis Apoſtoli epiſtola una. *Gelaſ. in ſyn. ſeptuaginta Epiſcoporum. Burch. lib. 3. cap. 217. 218. 219. 220. Ivo part. 4. c. 61. decr.*

CAPUT II.

Sint omnibus vobis clericis, & laicis libri venerandi, & ſancti, veteris quidem Teſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jeſu Nave unus, Judicum unus, Ruth unus, Regum quatuor, Paralipomenon, id eſt, derelictorum libri dierum duo, Eſdræ duo, Heſter unus, Machabæorum tres, Job unus, Pſalmorum unus, Salomonis tres: Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Prophetarum duodecim unus: Eſaiæ unus, Jeremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus. Extrinſecus autem a vobis intelligatur, debere veſtros adoleſcentes diſcere ſapientiam eruditiſſimi Syrach. Noſtra autem, id eſt, novi Teſtamenti Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Pauli epiſtolæ quatuordecim, Petri epiſtolæ duæ, Joannis tres, Jacobi una, Judæ una, Clementis * epiſtolæ duæ, & ordinationes vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non ſunt omnibus divulgandæ propter ea, quæ ſunt in eis myſtica, & Actus noſtri Apoſtolorum. *Cap. 84. Apoſt.*

* *Eccleſia non recipit hos libros tamquam authenticos.*

Diſt. 38. c. 8.

CAPUT III.

Sicut ſtellas cæli non extinguit nox, ſic mentes fidelium firmamento inhærentes ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat mundana iniquitas, &c. *Zephir. ep. 1. in princ.*

CAPUT IV.

Qui libri recipiantur in canone ſanctarum ſcripturarum, brevis annexus oſtendit, &c. Moſis libri quinque, id eſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, nec non & Jeſu Nave unus, & Judicum unus, & Regum libri quatuor, ſimul, & Ruth, Prophetarum libri ſexdecim, Salomonis libri quinque Pſalterium. Item hiſtoriarum Job liber unus, Tobiæ unus, Heſter unus, Judith unus, Machabæorum duo, Eſdræ duo, Paralipomenon duo. Item novi teſtamenti, evangeliorum libri quatuor, Pauli Apoſtoli epiſtolæ quatuordecim, epiſtolæ Joannis tres, epiſtolæ Petri duæ, epiſtola Judæ, epiſtolæ Jacobi, Actus Apoſtolorum, apocalypſis Joannis. Cetera autem, quæ ſub nomine Matthiæ, ſive Jacobi minoris, & ſub nomine Petri, & Joannis, quæ a quodam Leutio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreæ, quæ a Nexocharide, & Leonide philoſophis, vel ſub nomine Thomæ, & ſi qua ſunt alia, non ſolum repudianda, verum etiam noveris eſſe damnanda. *Innoc. ep. 3. cap. 7.*

CAPUT V.

Valde gaudeo, quod dulciſſima beatitudo veſtra, etiam cauſſis ſæcularibus occupata, ad intellectum ſacri eloquii vigilanter ingenium reducit. Sic quippe neceſſe eſt, ut ſi illa omnimodo caveri non poſſint, iſta non omnimodo poſtponantur. *Gregor. Domitiano Metropolit. epiſt. 63. lib. 2. regiſtr. indict. 11.*

CAPUT VI.

Quid eſt ſcriptura ſacra, niſi quædam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam? & certe ſi cubi eſſet gloria veſtra alicubi conſtituta, & ſcripta terreni Imperatoris acciperet, non ceſſaret, non quieſceret, ſomnum oculis non daret, niſi prius, quid ſibi Imperator terrenus ſcripſiſſet, agnoviſſet. Imperator cæli, Dominus hominum, & Angelorum pro vita tua tibi ſuas epiſtolas tranſmiſit, & tamen glorioſe fili eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis. Stude ergo quæſo, & quotidie Creatoris tui verba meditare. Diſcere cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad æterna ſuſpires, & mens veſtra ad cæleſtia gaudia majoribus deſideriis accendatur. Tanto enim tunc major ei erit requies, quanto modo ab amore conditoris ſui requies nulla fuerit. *Greg. lib. 4. reg. ep. 40. ad Theodorum Medicum.*

CAPUT VII.

Opto ut ſanctam ſcripturam legere ametis, ut quamdiu vos omnipotens Deus viris conjunxerit, ſciatis qualiter vivere, & domum veſtram quomodo diſponere debeatis. *Greg. Barbaræ, & Antoniæ lib. 9. reg. ep. 75. in fin.*

CAPUT VIII.

Hos condemnamus, qui ſe extollunt adverſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, nova includunt præcepta, &c. omnia, quæ conveniunt traditionibus Apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum præceptis in eccleſia fieri exoptamus. *Gangr. in fine. Ivo part. 8. c. 321.*

Diſt. 30. c. 16. Hæc autem, 41. cap. 5. Parſimoniam.

CAPUT IX.

Non oportet libros, qui ſunt extra canonem, legere, niſi ſolos canonicos novi & veteris teſtamenti. Quæ autem oporteat legi, & in auctoritatem recipi, hæc ſunt, Geneſis mundi, Exodus Ægypti, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſu Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Eſdræ primus, & ſecundus. Liber Pſalmorum CL. Proverbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum, Job, Heſter, duodecim Prophetæ, id eſt, Oſeæ Amos, Joel, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, item Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Novi autem teſtamenti evangelia quatuor, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Joannem, Actus Apoſtolorum, epiſtolæ catholicæ ſeptem, Jacobi una, Petri duæ, prima, & ſecunda, Joannis tres prima, ſecunda, & tertia, Judæ una, epiſtolæ Pauli Apoſtoli numero quatuordecim, ad Romanos, ad Corinthios prima & ſecunda, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes prima & ſecunda, ad Timotheum prima, & ſecunda, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. *Laod. c. 59.*

CAPUT X.

Præter canonicas ſcripturas nihil in eccleſia legatur ſub nomine divinarum ſcripturarum, ſunt autem hæ. Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſus Nava, Judicum, Ruth, Re-

Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job, Pſalterium Davidicum, Salomonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Eſther, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Novi autem Teſtamenti Evangeliorum libri quatuor, Actuum Apoſtolorum liber unus, Pauli Apoſtoli epiſtolæ tredecim, ejuſdem ad Hebræos una, Petri Apoſtoli duæ, Joannis Apoſtoli tres, Judæ Apoſtoli una, Jacobi una, Apocalypſis Joannis liber unus. Quæ ad notitiã Bonifacii fratris, & conſacerdotis noſtri, & Epiſcoporum illarum partium deducimus, ut hæc confirment, quæ nos a Patribus percepimus. *Carth. c. 24. G. Carth. III. c. 47. L. Capit. lib. 1. c. 20.*

CAPUT XI.

Si quis dixerit, vel crediderit alias ſcripturas, præter quas eccleſia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit. *Tolet. I. in fin. forte conc. Aquis Celenis habiti.*

CAPUT XII.

Apocalypſim librum multorum conciliorum auctoritas, & ſynodica ſanctorum præſulum Romanorum decreta Joannis evangeliſtæ eſſe præſcribunt, & inter divinos libros recipiendum conſtituerunt, & quia plurimi ſunt, qui ejus auctoritatem non recipiunt, eumque in eccleſia Dei prædicare contemnunt. Si quis eum non receperit, aut a Paſcha ad Pentecoſtem miſſarũ tempore in eccleſia non prædicaverit, excommunicationis ſententiam habebit. *Tolet. IV. c. 16.*

CAPUT XIII.

Diſt. 38. c. Ignorantia. 1. Tim. 4. 13. Sacerdotes legere ſanctas ſcripturas admonentur, Paulo Apoſtolo dicente ad Timotheum: *Intende lectioni, exortationi, doctrinæ, ſemper permane in his.* Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones meditentur, &c. *Tolet. IV. cap. 24. Burch. lib. 1. cap. 100. Anſelm. lib. 7. cap. 114.*

CAPUT XIV.

Omnis iſte conventus dixit, ſe ſcripturarum ſanctarum monita, & canonum inſtituta diligenti indagatione perquirere, & indefeſſa atque infatigabili obſervatione, auxiliante Domino, velle perficere. *Cabilon. ſub Carolo c. 66.*

CAPUT XV.

Quoniam nonnulli auſi ſunt ea, quæ dicuntur apochrypha, ſibi componere, & ea divinæ ſcripturæ permiſcere, de qua certiores facti ſumus, quemadmodum tradita ſunt patribus, qui ab initio ipſi verbi aſpectores, & miniſtri fuimus, mihi quoque viſum eſt a germanis fratribus admonito, & edocto ab alto per ſeriem exponere, qui in canonem recepti, & traditi, & creduntur eſſe divini libri, &c. Sunt itaque veteris quidem Teſtamenti libri omnes numero viginti duo. Tot enim ut audivi, etiam elementa ab Hebræis eſſe traditum eſt. Ordine autem, & nomine ſic eſt unuſquiſque. Primum Geneſis, deinde Exodus, deinde Leviticum, & poſt eum Numeri, & exinde Deuteronomium. Eum conſequitur Jeſus Nave, & Judices, & poſtea Ruth. Et rurſus deinceps Regum libri quatuor, & eorum primus quidem, & ſecundus in unum librum connumerati. Tertius autem, & quartus ſimiliter in unum. Poſtea Paralipomena, ſeu derelicta, primus, & ſecundus ſimiliter in unum librum connumerati. Deinde Eſdræ primus, & ſecundus ſimiliter in unum. Poſtea autem liber Pſalmorum, & deinceps Proverbia. Deinde Eccleſiaſtes, & Cantica canticorum. His accedunt Job, & reliqui prophetæ, duodecim quidem in unum locum connumerati. Deinde Eſaias, Jeremias, & cum ipſo Threni, ſeu Lamentationes. Baruch epiſtolæ, & poſt ipſum Ezechiel, & Daniel. Ad hos uſque conſiſtit vetus Teſtamentum. Novi quoque Teſtamenti libros dicere non eſt differendum. Sunt autem hi quatuor Evangelia, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Joannem. Deinde poſtea Actus Apoſtolorum, & epiſtolæ, quæ dicuntur canonicæ, ſeptem Apoſtolorum ſic, Jacobi una, Petri duæ, deinde Joannis tres, & poſt eas Judæ una. Præterea ſunt Pauli quatuordecim epiſtolæ, quæ ſic ordine ſcriptæ ſunt. Prima ad Romanos, deinde ad Corinthios prima & ſecunda, & poſt eas ad Galatas, & deinceps ad Epheſios. Deinde ad Philippenſes, & Coloſſenſes, & poſt eas ad Theſſalonicenſes duæ, & quæ eſt ad Hebræos, & ſtatim ad Timotheum duæ, ad Titum autem una, & ultima ad Philemonem una. Et rurſus Apocalypſis Joannis. Hi ſunt fontes ſalutis, ut qui ſitit, impleatur eloquiis, quæ ſunt in eis. In his ſolis pietatis doctrina annunciatur. Nemo his addat, nec ab his aliquid detrahat. De his autem Dominus Sadducæos quidem reprehendebat dicens: *Erratis non intelligentes ſcripturas.* Judæos autem hortatur, *Scrutamini ſcripturas*, quia hæ ſunt, quæ de me teſtimonium perhibent. Sed ut res ſit accuratior, & exactior, hoc quoque adjicio, ſcribens neceſſario, quod extra hos ſunt alii quoque libri, non in canonem quidem redacti, ſed quos legi a patribus decretum eſt, iis, qui nunc accedunt, & volunt in pietatis, verique cultus ratione initiari: Sapientia Salomonis, Sapientia Sirach, & Heſter, & Judith, & Tobias, & doctrina, quæ dicitur Apoſtolorum, & Paſtor, qui ſunt tamen non aſpernandi. *Athanaſius epiſt. feſtiva.*

CAPUT XVI.

Non oportet pſalmos compoſitos, & vulgares in eccleſia dicere, neque libros, qui ſunt extra canonem, legere, niſi ſolos canonicos novi, & veteris Teſtamenti. *Mart. Bracar. c. 67.*

Vide Gregorium Nazianzenum in carminibus, & Amphilochium Iconii Epiſcopum ad Seleucum.

TITULUS XXIV.

DE ALIIS LIBRIS, QUOS RECIPIT, VEL REJICIT ECCLESIA.

Vide Part. I. Lib. VI. tit. XIV.

CAPUT I.

SAncta Romana eccleſia poſt illas veteris, vel novi Teſtamenti, quas regulariter ſuſcepimus, etiam has ſuſcipi non prohibet ſcripturas, id eſt, ſanctam ſynodum Nicænam trecentorum decem & octo patrum, mediante maximo Conſtantino Auguſto, in qua Arius hæreticus con- *Diſt. 15. c. 3.*

demnatus eſt: ſanctam ſynodum Conſtantinopolitanam, mediante Theodoſio Seniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem eacepit, ſanctam ſynodum Epheſinam, in qua Neſtorius condemnatus eſt, conſenſu beatiſſimi Cæleſtini Papæ mediante Cyrillo Alexandriaæ ſedis Antiſtite, & Arcadio Epiſcopo ab Italia deſtinato, ſanctam ſynodum Chalcedonenſem mediante Marciano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro, ejuſque complicibus damnatæ ſunt. Sed & ſi quæ ſunt concilia a ſanctis Patribus hactanua inſtituta poſt * horum auctoritatem & cuſtodienda, & recipienda, & decernimus, & mandamus. Item opuſcula Beati Cypriani martyris, & Carthaginenſis Epiſcopi. Item opuſcula Beati Gregorii Nazianzeni Epiſcopi. Item opuſcula B. Baſilii Cappadociæ Epiſcopi. Item opuſcula beati Athanaſii Alexandrini Epiſcopi. Item opuſcala B. Cyrilli Aleaandrini Epiſcopi. Item opuſcula B. Joannis Conſtantinopolitani Epiſcopi. Item opuſcula B. Theophili Alexandrini Epiſcopi. Item opuſcula B. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi. Item opuſcula B. Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi. Item opuſcula B. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi. Item opuſcula Beati Hieronymi presbyteri. Item opuſcula Proſperi viri religioſiſſimi. Item epiſtolam Beati Leonis Papæ ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum deſtinatam, cujus textum quiſpiam ſi uſque ad unum jota diſputaverit, & non eam in omnibus venerabilitet receperit, anathema ſit. Item opuſcula, atque tractatua omnium orthodoxorum Patrum, qui in nullo a ſanctæ Eccleſiæ Romanæ conſortio deviarunt, nec ab eju. fide, vel prædicatione ſejuncti ſunt, ſed ipſius communionis per gratiam Dei uſque in ultimum diem vitæ ſuæ fuere participes, legendos decernimus. Item [decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab urbe Romana pro diverſuium partam conſolatione dederunt, venerabiliter recipiendas. Item geſta ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant. Quis iſta * catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adjutorio univerſa toleraſſe?] Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem, ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur, quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut dictis * ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur, ſicut cujuſdam Quirici & Julitæ, ſicut Georgii, aliorumque hujuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur compoſitæ, propter quod, ut dictum eſt, ne vel levis ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres, & eorũ glorioſos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti ſunt, omni devotione veneramur. Item vitas Patrum Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatiſſimus deſcripſit Hieronymus,

* pratr.
Diſt. 19. c. 2. §. Conſonat.
* ita eſſe, al.
* idiotis, al.

cum omni honore ſuſcipimus. Item actus beati Silveſtri Apoſtolicæ Sedis præſulis, licet ejus, qui conſcripſit, nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognoſcimus, & pro antiquo uſu multæ hæc imitantur eccleſiæ. Item ſcripturam * de inventione crucis Dominicæ, & aliam ſcripturam * de inventione capitis Joannis Baptiſtæ, novellæ quædam relationes ſunt, & nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus pervenerint *, Beati Pauli Apoſtoli præcedat ſententia: *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.* Item Rufinus vir religioſus plurimos eccleſiaſtici operis edidit libros, nonnulla etiam ſcripturas interpretatus. Sed quoniam Beatus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa ſentimus, quæ prædictum Beatum Hieronymum ſentire cognoſcimus & non ſolum de Rufino, ſed etiam da diverſis, quos vir ſæpius memoratos zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuſcula, quæ vir beatiſſimus Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus. Reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. Item Chronica Euſebii Cæſarientis, & ejuſdem eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros, quamvis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atque excuſatione Origenis ſchiſmatici unum conſcripſerit librum, propter rerum tamen notitiam ſingularem, quæ ad inſtructionem pertinent, uſquequaque non dicimus renuendos. Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſariam adverſus paganorum calumnias dignam ordinavit hiſtoriam, miraque brevitate contexuit. Item venerabilis viri Sedulii paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus inſigni laude præferimus. Item Juvenci nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cetera, quæ ab hæreticis, ſive ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica Romana eccleſia, e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum a Conſtantio Cæſare, Conſtantini Auguſti filio congregatam, mediante Tauro præfecto, & tunc, & nunc uſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis libri decem, apocryphum. Actus nomine Andreæ Apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ Apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi, apocryphi. Evangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Evangelium nomine Matthiæ, apocryphum. Evangelium nomine Petri Apoſtoli, apocryphum. Evangelium nomine Jacobi minoris, apocryphum. Evangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Evangelium nomine Thomæ, quo utuntur Manichæi, apocryphum. Evangelium nomine Bartholomæi Apoſtoli, apocryphum. Evangeliũ nomine Andreæ Apoſtoli, apocryphũ. Evangelia quæ falſavit Lucianus, apocrypha. Liber de infantia Salvatoris, apocryphus. Evangelia, quæ falſavit Eſitius *, apocrypha. Liber de nativitate Salvatoris, & de Maria, & obſte-

tri-

* ſcripta
* alia ſcripta.
* advenient.
1. Theſſ. 5.
* Heſychius.

Digitized by Google

trice, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lucius * (** Leucius.*) diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber de filiabus Adæ Geneſeos, apocryphus. Centimetrum de Chriſto, virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur actus Teclæ, & Pauli Apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Proverbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & ſancti Xyſti nomine prænotatus eſt, apocryphus. Revelatio, quæ appellatur Pauli Apoſtoli, apocrypha. Revelatio, quæ appellatur Thomæ Apoſtoli, apocrypha. Revelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus, id eſt aſſumptio ſanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone poſt diluvium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur teſtamentum Job, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia ſancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Joannis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur ſortes Apoſtolorũ, apocryphus. Liber qui appellatur laus Apoſtolorum, apocryphus. Liber canonũ Apoſtolorum, apocryphus. Liber phyſiologus, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, & beati Ambroſii nomine ſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebii Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani, apocrypha. Opoſcula Lactantii, apocrypha. Opuſcula Aphricani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha. Opuſcula Commodiani, apocrypha. Opuſcula alterius Clementis, Alexandrini, apocrypha. Opuſcula Tatii Cypriani, apocrypha. Opuſcula Arnobii, apocrypha. Opuſcula Tyconii, apocrypha. Opuſcula Caſſiani, presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victorini Pictavienſis, apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumenti * (** Frumentici.*), cæci, apocrypha. Epiſtola Jeſu ad Abagarum Regem, apocrypha. Epiſtola Abagari ad Jeſum, apocrypha. Paſſio Cyrici * (** Quirici.*), & Julitæ, apocrypha. Paſſio Georgii, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi confingunt, ſed dæmonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. Hæc, & omnia his ſimilia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthius, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus, & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcœniſſimis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, ſive Manichæus, Fauſtus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Celeſtius, Donatus, Euſtachius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Celanenſis, Cæleſtinus, Maximinus Priſcillianus * (** Perſilianus.*) ab Hiſpania, Neſtorius Conſtantinopolitanus, Maximus, Unicus, Lampetius, Dioſcorus, Euthyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit. Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, nec non & omnes hæretici, eorumque diſcipuli, ſive ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt, quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana Catholica, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis actoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. *Gelaſ. in ſynod. 70. Epiſcop. Hug. S. Victore didaſca lib. 4. cap. 14. & 15. Burch. lib. 3. cap. 220. & 221. Ivo lib. 1. tit. 11. cap. 3. panorm. & part. 4. cap. 64. & 65. decret. Cæſaraug. lib. 2. cap. 23. Tarrac. lib. 1. cap. 232.*

CAPUT III.

De libris prophanis, quos a Saracenis vos abſtuliſſe, ac apud vos habere perhibetis, quid faciendum ſit, inquiritis. Qui nimirum non ſunt reſervandi; *corrumpunt enim*, ſicut ſcriptum eſt, *mores bonos colloquia mala* (*1. Cor. 15. d.*): ſed utpote noxii, & plaſphemi, igni tradendi. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 103.*

CAPUT IV.

Quod nullum capitulum, nullus liber canonicus habeatur abſque Rom. Pontificis auctoritate. *Greg. VII. lib. 2. reg. in dictato.*

CAPUT V.

Quare a veritatis hoſtibus falſo confictæ ſunt martyrum hiſtoriæ, ut Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerent, in eccleſia non publicari jubemus, ſed eas igni tradi. Qui eas autem admittunt, vel tamquam veris iis mentem adhibent, anathematizamus. *Trull. 63.*

TITULUS XXV.

DE TRADITIONIBUS.

CAPUT I.

Apoſtolice inſtructi traditiones, quas accepimus, ſervamus, omnia ſcilicet ſuſcipientes, quæ ſancta catholica eccleſia ſcripto, & conſuetudine admiſit. Quorum de numero, cum & venerandarum imaginum eſſent figurationes, de his peculiariter egimus, &c. verbum Domini nihil (*hæretici*) fecerunt, eccleſiaſticas traditiones ceſſaverunt, quam ob cauſſam in nihilum redegit eos Deus. *Nicæn. II. act. VII. in fine in epiſt. ad clericos CP. ante canones in med.*

CAPUT II.

Quis neſciat, aut non advertat id, quod a (*Diſt. 11. c. ult.*) Principe Apoſtolorum Petro Romanæ eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur ab omnibus debere ſervari? nec ſuper induci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? &c. Sæpe dilectionem tuam ad urbem veniſſe, ac nobiſcum in eccleſia conveniſſe, & quem morem, vel in conſecrandis myſteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat, cognoviſſe dubium non eſt. Quod ſufficere arbitraremur ad informationem eccleſiæ tuæ, vel reformationem, ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & ſatis certum haberemus, niſi de aliquibus conſulendos

dos nos eſſe duxiſſes, quibus idcirco reſpondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, ſed ut majori auctoritate tuos inſtituas, vel ſi qui a Romanæ eccleſiæ inſtitutionib. errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas, ut ſcire valeamus, qui ſint, qui aut novitates inducunt, aut alterius eccleſiæ, quam Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſervandam. *Innoc. epiſt.* 1. *in princ. Burch. lib.* 3. *cap.* 125. *Anſelm. lib.* 1. *cap.* 41. *Ivo part.* 4. *cap.* 67. *decret.*

CAPUT III.

Diſt. 11. *c.* 8. *vide d.* 11. *c.* 6. Conſuetudinem. * *inviolatam*, al.

Nos conſuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil uſurpare dignoſcitur, immotam * permanere concedimus, ſive de primatibus conſtituendis, ſive de cæteris capitulis, exceptis iis, qui ex Donatiſtis ad Epiſcopatum perveniunt, quos provehi ad Primatus dignitatem, &c. modis omnibus prohibemus. *Gregor. lib.* 1. *epiſt.* 75. *Epiſcopis Numidiæ. Burch. lib.* 3. *cap.* 124. *Ivo lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 21. *panorm. & part.* 4. *cap.* 66. *&* 204. *decret. Cæſar. lib.* 1. *cap.* 15.

CAPUT IV.

Diſt. 12. *c.* 9.

Quemadmodum illicita perpetrari non patimur, ſic quæ ſunt conſuetudinis non negamus. *Greg. lib.* 7. *ep.* 81. *Maximo Salonitano Epiſc.*

CAPUT V.

Diſt. 12. *c.* 10. * *Gallicanum*, al.

Novit fraternitas tua Romanæ eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, ut ſive in Romana, ſive in Gallicana *, ſive in qualibet eccleſia aliquid inveniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicite eligas, & in Angelorum eccleſia, quæ adhuc in fide nova eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſiis colligere potuiſti, infundas. Non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſiis, quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt elige, & hæc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone. *Greg. ad Auguſtinum Anglor. Epiſcop. reſponſ.* 3. *Ivo part.* 2. *cap.* 80. *decret. Tarrac. lib.* 6. *cap.* 152.

CAPUT VI.

Diſt. 41. *c.* 5. Parſimoniā.

Omnia, quæ a divinis ſcripturis, & Apoſtolicis traditionibus tradita ſunt, in eccleſia fieri optamus. *Gangr in fin. Ivo part.* 8. *c.* 321. *decr.*

CAPUT VII.

Dogmatum, & prædicationum, quæ in eccleſia cuſtodita ſunt, hæc quidem ex ſcriptis mandata doctrina habemus, illa vero ex traditione Apoſtolorum nobis tradita in myſterio ſuſcepimus, quæ utraque habent eaſdem vires ad pietatem. His autem nemo contradicet, qui rituum eccleſiaſticorum, vel minimam experientiam habuerit. Si enim non ſcriptas conſuetudines, tamquam non magnam poteſtatem habentes recuſare voluerimus in rebus principalibus, ipſum Evangelium imprudentes damno afficiemus, vel potius id, quod prædicandum eſt, ad ſolum nomen redigemus. Nam ut ejus, quod primum eſt, & maxime commune, primum mentionem faciam. Figura crucis eos, qui in nomine Domini noſtri ſperaverint, ſignari, quis per litteras docuit? Ad orientem verti inter orandum quæ nos ſcriptura docuit? Verba eccleſiæ, quæ dicuntur in oſtenſione panis Euchariſtiæ, & calicis benedictionis, quis ex ſanctis nobis ſcriptum reliquit? non enim iis utique contenti ſumus, quorum Apoſtolus, vel evangelium meminit, ſed & præfamur, & alia ſubjungimus, ut quæ magnam vim habeant ad myſterium, ex non ſcripta doctrina id accipientes, aquam baptiſmatis benedicimus, & oleum unctionis, & eum etiam, qui baptizatur, ex quibuſnam ſcripturis? Nonne ex tacita, & myſtica traditione? Quid vero ipſum olei uſum, quænam ſcriptis mandata oratio docuit? Ut ter autem immergatur homo, unde? Quin & alia quoque, quæ circa baptiſmum fiunt, renuntiare Satanæ, & Angelis ejus, ex quanam ſunt ſcriptura? non autem ex hac non publicata, & arcana doctrina, quam in minime curioſo, & nequaquam pluſquam oportet inveſtigante ſilentio patres cuſtodierunt, recte illi edocti, quæ ſunt in myſteriis præclara, ac veneranda ſilentio ſervare? Quæ enim ne ſuſpicari quidem licet iis, qui non ſunt myſteriis initiati, quomodo conſentaneum eſt eorum doctrinam in ſcripturis triumphare? &c. Hæc eſt eorum, quæ non ſcripta ſunt, traditionis ratio, ut non ſæpius agitata dogmatum cognitio multis utilis, & contemnenda reddatur propter conſuetudinem. Aliud eſt enim dogma, & aliud prædicatio. Dogmata enim tacentur, prædicationes publicantur. Eſt autem ſilentii ſpecies obſcuritas, qua utitur ſcriptura, quæ reddat dogmatum ſententiam contemplatu difficilem ad eorum utilitatem, qui in ea incidunt, &c. Deinde cum tot ſint, quæ ſcripta non ſunt, & tantam vim habeant ad pietatis myſterium unam nobis dictionem, quæ ad nos venit ex patribus, non concedent, quam nos ex non quæſita, & affectata conſuetudine in non perverſis eccleſiis manſiſſe invenimus, quæ non parvam habet rationem, nec parvam affert utilitatem ad myſterii potentiam. *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphiloch. cap.* 27.

CAPUT VIII.

Jam vero ad hoc, quod teſtibus careat ea, quæ eſt cum ſpiritu conglorificatio, illud dicimus, quod ſi nihil aliud eſt, quod non ſit ſcriptum, nec hoc admittatur; ſin autem plurima myſtica ſine ſcriptis in Republica Chriſtiana verſantur, cum multis aliis hoc quoque ſuſcipiamus. Apoſtolicum autem eſſe exiſtimo, in non ſcriptis quoque traditionibus permanere: *Laudo enim*, inquit, *vos, quod omnia mea meminiſtis, & quemadmodum tradidi vobis traditiones tenetis.* Et illud: *ſervate traditiones, quas accepiſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolas.* Quarum quidem maxime una eſt, & hæc præſens, quam qui ab initio conſtituerunt poſteris tradentes, uſu ſemper una cum tempore procedente per longam conſuetudinem in eccleſiis actis radicibus firmam, ſtabilemque fecerunt. Numquid ergo ſi veluti in judicio inopia probationis, quæ ſit per ſcripta laborantes, teſtium multitudinem adduxerimus, an non a vobis editam ſententiam aſſequemur? Ego quidem ſic exiſtimo: *In ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum.* Sin autem, & longum tempus pro nobis facere aperte vobis oſten-

2. Theſſ. c. 2.

Deut. 17. b.

oſtenderimus, an non vobis videbimur dicere, probabiliter non eſſe hanc concedendam adverſus nos actionem? Sunt enim quodammodo veneranda ant qua dogmata, quæ tamquam in quadam canitie, in antiquitate habent venerationem. *Baſil. de Spiritu ſancto cap. 29. ad Amphiloch.*

CAPUT IX.

Qui doctrinas Sanctorum patrum, & traditionem catholicæ eccleſiæ contemnunt, &c. execratio. *Baſil. Ancyræ Epiſcopus in confeſſione fidei anathematiſmo 7. apud ſynod. Nican. II. action. 1.*

CAPUT X.

Ego inquiſibili ratione doctrinam ſanctorum Apoſtolorum ſecundum traditionem ſanctorum patrum tenens firmiter honorem conſubſtantiali, & per omnia ſanctæ Trinitati offero, &c. *Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, & a patrum traditione nullatenus deviare. Joannes CP. Epiſcop. in libello fidei ad Hormiſdam ante med. & Hormiſda epiſt. 5. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Vid. libellum quem detulerunt legati Romani in ſynod. VIII. CP. ſub Hadrian. II. act. 1. Euſeb. ep. 3. ante med. libellum Eulalii Epiſc. Carthag. ad Boniſ. II. relatum in epiſt. 1. Boniſ.* 25. q. 2. c. 9.

LIBER OCTAVUS.

De Paſchate, & diebus Feſtis.

TITULUS I.

PASCHA CELEBRETUR EODEM DIE AB OMNIBUS.

CAPUT I.

SAnctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ eccleſiæ urbis Epiſcopus, cum hujus obſervationis annos centum numero collegiſſet LXXVI. paſchale feſtum longe aliter, quam alii decreverant, tenendum eſſe conſtituit, a primo auguſtæ memoriæ Theodoſii junioris conſulatu ſuccedentes ſibi ſacræ obſervantiæ ordines ponens ut longioris temporis ratio ejus litteris tenetur aſcripta, &c. in anno qui erit LXXVI. paſchæ dies invenitur aſcriptus, quem a paſſione Domini nullius exempli, nullius conſtitutionis admittit auctoritas, nam diem VIII. Kalendarum Majarum ab eo cognoſcimus præfinitum, qui anni limitem antiquitus conſtitutum excedit, cum alii XV. Kalendarum Majarum huic feſtivitati deputaverint diem, &c. Quia ergo non leviter delinquitur, ſi in principio ſacramenti veritas, & unitas ab univerſali eccleſia non tenetur, obſecro clementiam veſtram, ut ſtudium veſtrum præſtare dignemini, quatenus Ægyptii, vel ſi qui ſunt alii, qui certam hujus ſupputationis videntur habere notitiam, ſcrupulum hujus ſollicitudinis (*de die Paſcha*) abſolvant, ut eum diem generalis obſervantia dirigat, qui nec paternarum conſtitutionum normam relinquat, nec ultra præfixus terminos evagetur. *Leo epiſt. 62. ad Mauris. Auguſt. V. epiſt. 63. ad Eudoxiam* * *Aug. de eadem re.*

* Eudochiam.

CAPUT II.

De præſentis anni Paſcha nulla dubitatio eſſe nobis potuit, ſed de futuro, quod Theophilus Alexandrinæ urbis Epiſcopus VIII. * Kal. Majarum die, quod numquam ita a tempore Dominicæ reſurrectionis eſt, credidit aſcribendum. Unde ſolicitius congruit hoc requiri, ut omnis occaſio tollatur erroris, &c. Ac ne vel apud nos, vel apud Orientales naſcatur, ex hac parte diverſitas, hoc inſtantius noſtro nomine cum Chriſtianiſſimo Principe agere tua dignetur dilectio, quamvis & ipſe clementiſſimus Princeps ſe, inquiſitione ſolliciriſſima, curam hanc Ægyptiis delegaſſe, ſuis epiſtolis dignatus ſit indicare. *Leo ep. 66. in medio ad Julian. Epiſc. vide ep. 93.*

* IX. al.

CAPUT III.

Petitionem de feſtivitate paſchali gaudeo ita a veſtra pietate ſuſceptam, ut confeſtim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret, &c. De qua re, quidquid ad pietatis veſtræ notitiam perlatum fuerit, jubete me noſſe, ut de obſervantia, quam non licet eſſe diverſam, quid potiſſimum ſit tenendum, eccleſia univerſalis agnoſcat. *Leo epiſt. 68. ad Martianum Imperat. in fin.*

CAPUT IV.

Cum in omnibus divinorum præceptorum regulis exequendis ſacerdotalem obſervantiam oporteat eſſe concordem, maximo nobis principaliter providendum eſt, ne in paſchalis feſti die, vel ignorantia, vel præſumptio peccatum diverſitatis incurrat, &c. Cum igitur in quibuſdam aſcriptionibus patrum, futurum proxime paſcha Domini ab aliis in diem XV. K. Maii, ab aliis in diem VIII. inveniatur aſcriptum, &c. „ Noverit fraternitas veſtra, die VIII. Kalend. Majarum ab omnibus reſurrectionem Dominicam celebrandam, „ & hoc ipſum per vos aliis eſſe fratribus intimandum, ut divinæ pacis conſortio, ſicut una fide jungimur, ita una ſolemnitate feriemur". *Leo epiſt. 93. ad Epiſcopos Galliarum, & Hiſpaniarum.*

CAPUT V.

Paſchæ Domini una die, & tempore per omnem orbem obſerverur, & juxta conſuetudinem litteras ad omnes tu (*Silveſter*) dirigas. *Arelat. cap. 1. Silveſtro Rom. Pontif. Ivo part. 4. cap. 19. decr.* De conſ. d. 3. c. 26. De obſervatione.

CAPUT VI.

Paſchæ ſolemnitas uno die, & tempore celebranda. *Carth. IV. c. 65.* De conſ. d. 3. cap. 23.

CAPUT VII.

Placuit, ut ſanctum paſcha ab omnibus ſacerdotibus uno tempore celebretur. *Aurel. IV. c. 1.*

CAPUT VIII.

Paſchale feſtum uno die celebramus, & tempo-

pore, ne io Judaicum decidamus errorem. *Tolet. X. cap. 1.*

CAPUT IX.

Evangelizamus vobis de conſonantia ſanctiſſimæ paſchæ, quia veſtris orationibus eſt correctum etiam hoc opus, ita ut omnes orientales fratres, qui cum Judæis primitus celebrabant, conſone cum Romanis, & vobiſcum cum omnibus ab initio paſcha cuſtodientibus ex hoc tempore debeant cuſtodire. *Epiſtola Concil. Nicæn. ad eccleſ. Alexandr. in Tripart. lib. 2. c. 12. & apud Theodoret. lib. 1. c. 9.*

CAPUT X.

Cum de ſanctiſſimo feſto diei paſchatis diſceptaretur, communi omnium ſententia rectum eſſe videbatur, ut omnes ubique Chriſtiani uno, eodemque die illud celebrarent. Quid enim præſtabilius, quidve auguſtius eſſe poterat, quam ut hoc feſtum, per quod ſpem immortalitatis haberemus, uno modo, & ratione apud omnes continenter * obſervaretur, &c. Illud etiam facile poteſt intelligi, maximum nefas eſſe, ut in tanto, & tam ſolemni religionis noſtræ feſto regnet diſſentio. Unum enim libertatis noſtræ diem feſtum hoc eſt ſanctiſſimæ paſſionis Salvator noſter nobis tradidit, unamque ſuam eccleſiam catholicam eſſe voluit, cujus quidem membra tametſi in multa, & varia loca diſperſa ſint *, tamen uno ſpiritu, hoc eſt divina voluntate, & nutu coaleſcunt *. Veſtræ igitur ſanctitatis prudentia accurate ſecum conſideret, quam grave, immo vero quam indecorum ſit, ut eiſdem diebus alii jejuniis vacent; alii agitent convivia, ac poſt dies paſchatis aliis in feſtis, & animorum remiſſione verſentur, alii præſcriptis jejuniis ſe dent *. Quapropter iſtud rectius inſtituendum eſt, & ad unam formam *, ac modum redigendum; hoc enim, ſicut omnes ſatis animadvertere exiſtimo, divina providentia vult, & quoniam iſtud ſic via, & ratione gerendum erat, ut nihil nobis cum conſuetudine parricidarum, & illorum qui necis Domini auctores extiterunt, eſſet commune, & modus ille eximius, decoruſque ſervandus eſſet, quem omnes eccleſiæ totius orbis partes, vel verſus occidentem, vel verſus meridiem, vel verſus ſeptemtrionem incolentes ſervant, ſ ac nonnullæ etiam, quæ in locis ad orientem ſpectantibus habitant *, idcirco omnes in præſentia hoc recte ſe habere arbitrati ſunt, &c. illud ſedulo reputantibus, ſanctiſſimum inſtitutum eſſe, ut omnes communi conſilio id ratum cupiant, quod accurata, & recta ratio poſtulare videtur, quodque nihil cum Judæorum perjurio habet * commercii. Verum ut ſummam rei breviter complectar, viſum eſt communi omnium judicio ſacratiſſimum Paſchatis feſtum uno, eodemque die celebrandum eſſe, &c. *Conſtantin. Imp. in ep. ad eccleſias de conc. Nicæn. poſt med.*

* *ſincere inviolateque*, al.

* *in multis variiſque locis congregentur.*

* *foveatur.*

* *dedant.*

* *normam.*

* *quem nonnulli, qui ad orientem habitant, non admittunt.*

* *habere.*

TITULUS II.

PASCHA CELEBRETUR DIE DOMINICO.

CAPUT I.

OMnibus Epiſcopis, & presbyteris præceptum eſt, paſchæ obſervantiam cuſtodire a luna XIV. uſque ad XXI. ita ut dominicus dies coruſcet. *Silveſt. in ſynod. Roman. CCLXXV. Epiſcoporum cap. 2.*

CAPUT II.

De conſ. d. 3. Noſſe, c. 21.

Paſcha Domini die dominica annuis ſolemnitatibus eſt celebrandum, iſtis ergo temporibus Hermes doctor fidei, & ſcripturarum effulſit inter nos, & licet nos idem paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum eidem Hermæ * Angelus domini in habitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, ut paſcha die dominico ab omnibus celebraretur. Unde & vos Apoſtolica auctoritate inſtruimus omnes eadem ſervare debere, quia & nos eadem ſervamus, nec debetis a capite quoquomodo diſſidere. *Pius epiſt. 1. in princ. Ivo part. 4. c. 3. decret.*

* *Hermæ.*

CAPUT III.

De conſ. diſt. 3. cap. 22.

Celebritatem ſancti paſchæ die dominica agi debere, prædeceſſores noſtri jam ſtatuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari ſolemniter mandamus, quia non decet, ut membra a capite diſcrepent, nec contraria gerant. A quarta decima vero luna primi menſis uſque ad viceſimumprimum ejuſdem menſis diem, eadem celebretur feſtivitas. Eodem vero tempore baptiſmus celebrandus eſt catholicus. *Victor ep. 1. in princ. Ivo part. 4. decr. Anſ. lib. 6. c. 60.*

CAPUT IV.

Sanctum diem paſchæ in communi omnes ſervemus dominica poſt XIV. lunam primi menſis. *Anglic. c. 1. ex Beda hiſt. Eccleſ. lib. 4. c. 5.*

CAPUT V.

Pius frater Paſtoris, &c. ſub hujus Epiſcopatu frater ipſius Hermes librum ſcripſit, qui dicitur *Paſtoris*, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu paſtoris, ut ſanctum paſcha die dominica celebraretur. *Damaſ. in Pii. Ivo part. 4. c. 145. decr.*

CAPUT VI.

Victor conſtituit, ut ſanctum paſcha die dominico celebraretur, ſicut Pius * &c. Et fecit concilium, & collatione facta cum presbyteris, ac diaconibus, accerſitoque Theophilo Alexandriæ Epiſcopo conſtituit, ut a decimaterita * luna primi menſis, uſque ad XXI. die dominica cuſtodiatur ſanctum paſcha. *Damaſ. in Vict.*

* *Eleutherius.*

* *XIV.*

TITULUS III.

DE MODO, QUEM TENEBANT ANTIQUI IN DIVULGANDO PASCHATE.

CAPUT I.

PAſchale feſtum, quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo ſemper menſe celebrandum ſit, ita tamen eſt lunaris curſus conditione mutabile, ut plerumque ſacratiſſimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerumque, quod non licet, ut non ſimul omnis eccleſia, quod non niſi unum eſſe oportet, obſervet. Studuereque ſancti patres occaſionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Epiſcopo delegantes, quoniam apud Ægyptios hujus ſupputationis antiquitus tradita eſſe videbatur peritia, per quam, qui annis ſingulis dies prædictæ ſolemnitatis

Digitized by Google

tatis eveniret, ſedi Apoſtolicæ indicaretur, ut hujus ſcripti ad longinquiores eccleſias judicium generaliter percurreret. *Leo epiſt. 62. in princ. ad Martian. Aug. vide ep. 63. ad Eudoxiam Aug. & epiſt. 66. ad Julian. Epiſc.*

CAPUT II.

Tempore ſynodi dies paſchatis divulgetur. *Carth. cap. 34. G. Carth. III. cap. 41. L. Afric. cap. 1. L.*

CAPUT III.

Ut ab eccleſia Carthaginenſi nuntietur dies paſchatis. In ſynodo ſingulis annis celebrando nunciabitur. *Carth. c. 52. G. Afric. c. 18. L. Carth. III. c. 1. & 41. L.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 3. c. Placuit, 24.

Dies paſchatis ſubſcriptione formatarum omnibus inſinuetur. *Carth. c. 74. G. Afric. cap. 40. L. Carth. V. c. 7. L.*

CAPUT V.

Omnes Africanæ provinciæ Epiſcopi obſervationem paſchalem ab eccleſia Carthaginenſi curent accipere. *Carth. III. c. 1.*

CAPUT VI.

Placuit, ut ſanctum paſcha, ſecundum Laterculum Victoris ab omnibus ſacerdotibus uno tempore celebretur, quæ feſtivitas annis ſingulis ab Epiſcopo epiphaniarum die in eccleſiis denuncietur. De qua ſolemnitate quotiens aliquid dubitatur, inquiſita, vel agnita per Metropolitanos a ſede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur. *Aurel. IV. c. 1.*

CAPUT VII.

De conſ. d. 3. c. 25. Placuit.

Poſtquam omnia in concilio ſacerdotum fuerint ordinata, ſuper venturum ipſius anni paſcha, quota Kalend. die, vel quota luna debeat ſuſcipi, a Metropolitano Epiſcopo nuncietur, quod cæteri Epiſcopi, vel clericus reliquus breviculo ſubnotantes, unuſquiſque in ſua eccleſia adveniente natalis Domini die, aſtante populo poſt lectionem evangelicam nunciet, ut introitum Quadrageſimæ nullus ignoret. In cujus principio convenientes in unum vicinæ eccleſiæ per triduum cum pſalmis per ſanctorum baſilicas ambulantes celebrent litanias. *Brac. II. c. 9.*

CAPUT VIII.

Omnes presbyteri ante Epiphaniam miſſos ſuos dirigant, qui eis de principio Quadrageſimæ nuncient, & in ipſa Epiphania ad populum indicent. *Antiſiod. c. 2.*

CAPUT IX.

Solet in Hiſpaniis de ſolemnitate paſchali varietas exiſtere prædicationis, diverſa enim obſervantiæ laterculorum paſchalis feſtivitatis, interdum errorem parturit. Proinde placuit, ut ante tres menſes epiphaniarum Metropolitani ſacerdotes litteris ſe invicem inquirant, ut communi ſcientia edocti, diem reſurrectionis Chriſti, & comprovincialibus ſuis inſinuent, & uno tempore celebrandum annuncient. *Tol. IV. c. 4.*

CAPUT X.

Placuit omnibus nobis, ut deinceps cuncti confinitimi Epiſcopi, nullā ſibi occaſionem obiicientes, aut longinquitate itineris præcaventes, annua recurſione de feſtivitate paſchali, tempore congruo Primatem ſuum, ſub cujus poteſtatis manſerint regimine, inquirant: ut quo die, & tempore, illis paſchæ feſtum pronunciaverit, ſollicita veneratione peragant. *Cæſaraugust. III. cap. 2.*

TITULUS IV.
DIVERSI DIES, IN QUIBUS INCIDIT PASCHA.

CAPUT I.

Arbitror damnari Victorinum Pictavienſis regionis Antiſtitem, qui in ſua ferocitate quidquid vellet affirmabat hominibus, & cyclos paſchæ pronunciabit fallaces, ut & hoc, quod conſtituit x. Kal. Maii * cuſtodiri, veſtro ſermone caſſetur, & veſtro judicio condemnetur, &c. & omnes damnarunt Victorinum Epiſcopum, qui ignorans lunæ rationem, ſub arbitrii ſui tenacitate diſrumpebat veritatem, & Silveſter dedit (*ei*) anathema, & damnavit extra urbes ſuas. *Silveſter in ſynod. Roman. CCLXXXIV. Epiſc. c. 2.* * *April. al.*

CAPUT II.

Has litteras de ratione paſchali futuri anni præſcripſi. Nam cum ante diem XI. Kalend. Aprilis pene luna XVI. colligatur, nam quippiam minus eſt, itemque cum in ante diem IV. Kalend. earumdem veniat XXII. exiſtimavi XI. Kal. memoratarum die feſta paſchalia celebranda: quoniam XIII. luna nullum paſcha umquam ante hoc paſcha factum eſſe cognovimus, &c. Prudentiæ tuæ erit, cum unanimis, & conſacerdotibus noſtris hanc ipſam rem in ſynodo religioſiſſima tractare, &c. *Innoc. ep. 11.*

CAPUT III.

Ab XI. Kalend. Aprilium uſque in X. * Kalend. Majar. legitimum ſpatium eſt præfinitum, intra quod omnium varietatum neceſſitas concludatur, ut paſcha Dominicum nec prius poſſumus habere, nec tardius, quod enim in X. & in IX. Kalendar. Majar. videtur nonnunquam perveniſſe feſtivitas, quadam ratione defenditur, quia & ſi dies reſurrectionis ultra terminum videtur exiſſe, dies tamen paſſionis limitem poſitum non invenitur egreſſus. Ad octavum autem Kalendar. Maj. paſchalem obſervantiam perducere, aperta tranſgreſſio eſt. *Leo ad Maurit. Aug. epiſt. 62. V. ep. ſeq. ad Eudox. * Aug.* * *XI.* * *Eudoch.*

CAPUT IV.

Paſcha futurum nos ſi Deus voluerit XI. * Kalendar. Majar. die celebraturos eſſe cognoſcite. *Vigil. epiſt. 1. cap. 5.* * *X. al.*

CAPUT V.

Quædam viliſſima poſſeſſio *Meltinas* appellatur, in montibus arduis, ac ſilvis denſiſſimis conſtituta, illicque perparva, atque vili opere conſtructa eſt eccleſia. In cujus baptiſterio nocte ſacroſancta paſchali baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla ſit fiſtula, nec aqua omnino vicina, fons ex ſe repletur, paucique, qui fuerint, conſecratis, cum deductorium nullum habeat, ut aqua venerat, ex ſeſe deſcendit. Tunc ergo cum error (*de die paſchatis*) ortus fuiſſet conſuetis lectionibus nocte ſacra diſcuſſis, cum presbyter ſecundum morem baptizandi, horam requireret,

uſque ad lucem aqua non veniente, non conſecrati, qui baptizandi fuerant, receſſerunt. Ut ergo breviter narrem, illa nocte, quæ luceſcebat in diem Dominicam a. die Kal. Maii, fons facer hora competenti repletus eſt, &c. *Paſchaſin. Epiſc. in epiſt. ad Leon. Pap.*

CAPUT VI.

Inſtantis dominicæ paſſionis numerum, qui veſtris continetur litteris, ex repoſitis apud nos diei paſchalis annalibus recte habere ſignificamus, & ante quidem ſcientes, & nunc ſcrupuloſius requirentes ſine dubitatione mundi feſtivitatem incolumes nos celebrare XIII. Kal. Majar. die optamus, qui eſt proprie nonus decimus dies futuri menſis Aprilis. *Joann. Epiſc. CP. ad Hormiſd. Pap.*

CAPUT VII.

De Paſchali die veſtra beatitudo cognoſcat concordate orientalium cum Apoſtolica ſede ſententiam, ut XIII. Kalend. Majar. die feſtivitas celebranda ſperetur, ſicut Joannis quoque CP. Antiſtitis relatione clarebit. *Germanus Epiſc. Fel. & Dioſcor. diaconus, Blandus presb. in ſuggeſtione ad Hormiſd. Pap.*

TITULUS V.

NE QUISQUAM PASCHA CELEBRET CUM JUDÆIS, NEQUE ALIAS FERIAS AGAT, AUT ILLORUM, AUT GENTILIUM.

CAPUT I.

26. q. 7. c. 14. SI quis Kal. Januarias, & broma * (*ritu paganorum*) colere præſumpſerit, &c. anathema ſit. *Zach. in ſyn. Rom. c. 9. Burch. lib. 10. c. 16. Ivo part. 11. c. 43. decret.*

* *brumam, ſ.*

CAPUT II.

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus paſcha ante æquinoctium vernum cum Judæis celebraverit, deponatur. *Apoſt. c. 7. G. 8. L.*

CAPUT III.

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus jejunet cum Judæis, vel feſtos dies cum eis celebret, vel ſuſcipiat ab eis xenia eorum feſtorum, ut azyma, aliudve, deponatur; laicus excommunicetur. *Apoſt. c. 70.*

CAPUT IV.

De die ſabbato non colendo. *Greg. lib. 11. ep. 3. regiſt. Nicol. ad conſult. Bulg. cap. 10. vid. tit. ne Chriſtiani diebus feſtis rebus ſervilibus operam dent.*

CAPUT V.

Omnes laici, qui audent diſſolvere definitionem ſanctæ & magnæ ſynodi Nicenæ, quæ collecta eſt præſente pietate Dei amantiſſimi Conſtantini de ſancto feſto ſalutiferæ paſchæ, excommunicati, & ejecti ſint ab Eccleſia, ſi permanſerint contentioſe impugnantes, quæ recte decreta ſunt. Qui vero præſunt eccleſiæ Epiſcopus, presbyter, diaconus, ſi deinceps audeant in ſubverſionem populorum, & ſeditionem eccleſiarum ſe ſeparare, & cum Judæis paſcha celebrare, hunc ſancta ſynodus alienum judicat ab eccleſia, ut qui non ſibi tantum peccati, verum etiam multis cauſſa ſit corruptionis, & ſubverſionis, & non ſolum ipſos deponit hæc ſynodus a miniſterio, ſed & qui audent ipſis communicare poſt depoſitionem, depoſitos vero privat externo honore, quo ſanctus canon, & ſacerdotium Dei promeruit. *Antioch. c. 1.*

CAPUT VI.

Non oportet Chriſtianos Judaizare, & ſabbato vacare, ſed dominico die. Judaizantes anathema a Chriſto ſint. *Laodic. c. 29.*

CAPUT VII.

Non oportet a Judæis, vel hæreticis feſtivitates accipere, aut communicare feſtis eorum. *Laodic. c. 37.*

CAPUT VIII.

Quod non oportet a Judæis azyma accipere, vel eorum impietatibus communicare. *Laod. cap. 38.*

CAPUT IX.

Non oportet cum gentilibus feſta celebrare, & communicare ſacrilegæ impietati eorum. *Laod. cap. 39.*

CAPUT X.

Superſtitionibus Judaicis, vel feriis inhærentem, a conventu eccleſiæ ſeparandum. *Carth. IV. c. 89. Burch. lib. 10. cap. 7. Ivo lib. 8. tit. 6. cap. 4. panorm. & part. 11. cap. 35. decret. Tarrac. lib. 4. cap. 73.* 26. q. 7. Auguriis. c. 11.

CAPUT XI.

Ad nos pervenit, quoſdam de populis catholicæ fidei, execrabili ritu, die quinta feria, quæ dicitur Jovis, excolere, & operationem non facere, quam rem pro Dei timore execrantes, & blaſphemantes, quicumque ab hac die, præter feſtivitates in eo die venientes, auſus, vel auſa fuerit vacare, & operam non facere, ſi ingenuus eſt, aut ingenua, de eccleſia repellendus, & ſub pœnitentia mittendus anno uno, & eleemoſyna, & fletu ſatisfaciat, ut eis Dominus ignoſcat. Si ſervus, aut ancilla fuerit, contenta * flagella correcti domino conſignentur, & ultra talia eos obſervare non permittant. *Narbon. c. 15.*

* *centum, ſ.*

CAPUT XII.

Non licet iniquas obſervationes agere diebus Kalendarum, & otiis vacare gentilibus. *Mart. Brac. c. 74. Raban. c. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. c. 15. Ivo part. 11. c. 42. decret.* 26. q. 7. c. 15.

CAPUT XIII.

Indignum videbatur, ut ſanctiſſimum iſtud (*Paſchæ*) feſtum Judæorum ritum, & conſuetudinem imitantes ageremus, qui quidem quoniam ſuas ipſorum manus * deteſtabili ſcelere polluerunt, cæco animorum errore irretiti merito tenentur, &c. Qui poſt necem Domino illatam, ex mentis ſtatu deturbati, non ratione ulla, ſed temerario * animorum impetu, quocumque inſita ipſis, & innata inſania rapiat, feruntur. Hinc etiam exiſtit, quod nec in hac quidem parte veritatem perſpiciant, quippe * cum præ errore longiſſime evagantes a convenienti emendatione, ſed eodem anno alterum paſcha celebrent. Proinde quid eſt, cur iſtos imitemur, quos gravi erroris morbo laborare conſtat? eodem namque anno idem feſtum denuo recolendo renovari non permittimus, &c. *Conſtantinus Imp. in epiſt. ad eccleſias de concil. Nicæn. poſt princ.*

* *immanis.*

* *impotenti.*

* *Qui, ut ſemper plurimum aberrantes, modo errorem non corrigunt, ſed.*

TI-

TITULUS VI.

DE PERCEPTIONE EUCHARISTIÆ IN PASCHATE.

CAPUT I.

De pœn. & remiſſ. c. 12. Gr. IX. eod. tit. in 4. coll. cap. 20.

OMnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno, proprio ſacerdoti, &c. Suſcipiens reverenter ad minus in paſchate Euchariſtiæ ſacramentum. *Innoc. II. in concil. gener. Lateran. cap. 21.*

CAPUT II.

De conſ. d. 1. cap. 19.

Sæculares, qui in natali Domini, paſcha, & pentecoſte, non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. *Agathenſ. cap. 18. Burch. lib. 5. cap. 23. Ivo part. 2. cap. 33. decret. Cæſar. lib. 11. cap. 19.*

CAPUT III.

Matt. 16. d.

Comperimus, quod per nonnullas eccleſias in die ſextæ feriæ paſſionis Domini, clauſis baſilicarum foribus, non celebratur officium, nec paſſio Domini populis prædicatur, dum idem Salvator noſter Apoſtolis ſuis præcepit dicens: *Paſſionem, & mortem, & reſurrectionem meam omnibus prædicate.* Ideoque oportet eodem die myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis annunciandum voluit, prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum poſtulare *, ut pœnitentiæ compunctione mundati, venerabile feſtum Dominicæ reſurrectionis remiſſis iniquitatibus ſuſcipere mereamur, corporiſque ejus, & ſanguinis ſacramentum mundi * a peccato ſumamus. *Tolet. IV. cap. 6.*

* *præſtolari*, al.

* *mundati.*

CAPUT IV.

De communione in paſchate mentio eſt. *Tolet. IV. cap. 10. Tolet. VIII. cap. 9.*

CAPUT V.

In die reſurrectionis Domini pœnitus ab omnibus communicandum. *Theodulph. ad presbyteros Aurel. c. 41.*

TITULUS VII.

DE CERO PASCHALI.

CAPUT I.

PRecum, quæ ſuper cereum dicuntur, *meminit Greg. lib. 9. regiſt. epiſt. 28. Mariniano Epiſc. Ravenn.*

CAPUT II.

Lucerna, & cereus infra vigilias * apud quaſdam eccleſias non benedicuntur, & cur a nobis benedicantur, inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius ſacramentum hæc ſolemniter benedicimus, ut ſacræ reſurrectionis Chriſti myſterium *, quod tempore hujus noctis votivæ advenit, benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus. *Tolet. IV. c. 8.*

* *in pervigilio Paſchæ* al.

* *miniſterium*, al.

CAPUT III.

Presbyteri oblationes, vel luminaria, &c. tamquam propria ſua habeant, & cereus Paſchalis ad illuminanda altaria remaneat. *Synod. Bituricen. c. 12. apud concil. Lemov. act. 2.*

CAPUT IV.

Zoſimus per parochias conceſſit licentiam benedicendi cereum paſchalem. *Ex Pontific.*

TITULUS VIII.

NE CHRISTIANI, CUM ORANT TEMPORE PASCHALI, ET DIEBUS DOMINICIS SE PROSTERNANT.

Vide Part. II. Lib. VII. Tit. XII.

TITULUS IX.

BAPTISMUS TANTUM IN PASCHATE, ET PENTECOSTE CONFERATUR.

Vide Part. II. Lib. X. de Baptiſmo.

TITULUS X.

VIRGINES CONSECRENTUR IN EPIPHANIA, IN ALBIS PASCHALIBUS, ET IN APOSTOLORUM NATALITIIS.

Vide Part. I. Lib. IX. Tit. LXVI.

TITULUS XI.

COMMUNIA DE PASCHATE.

CAPUT I.

QUotiens paſchalis, aut aſcenſionis Domini, vel Pentecoſtes, & epiphaniæ, ſanctorumque Dei fuerit agenda feſtivitas ſingula capitula diebus apta ſubjungimus, &c. *Vigil. epiſt. 1. cap. 5.*

CAPUT II.

De igne paſchali, quod inquiſiſti, a ſanctis priſcis Patribus, ex quo per Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam, & pretioſo ſanguine ejus eccleſia dedicata eſt, quinta feria paſchæ * dum ſacrum chriſma conſecratur tres lampades magnæ capacitatis ex diverſis candelis eccleſiæ oleo collecto, in ſecretiori eccleſiæ loco, ad figuram interioris tabernaculi inſiſtente, indeficienter cum multa diligentia inſpectæ ardebunt, ita ut oleum ipſum ſufficere poſſit uſque ad tertium diem, de quibus candelis ſabbato ſancto pro fontis ſacri baptiſmate ſumptus ignis per ſacerdotem renovabitur. *Zach. ep. 5. ad Bonifacium Epiſc. ante med.*

* *ante paſcha.*

CAPUT III.

Magna dies (*vocatur dies paſchæ.*) *Ancyr. cap. 6.*

CAPUT IV.

Formatæ in fine habeant diem paſchæ, niſi obſcurum ſit, quando erit, tunc enim dies præteritæ paſchæ adjungatur, quomodo ſolet, poſt conſulatum in publicis geſtis adſcribi. *Carth. c. 109. G. Milevit. c. 20. L. Afr. c. 73.*

CAPUT V.

Ne ſancta oblatio pro benedictionibus in feſto paſchatis ad aliam parochiam mittatur. *Laod. cap. 14.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 4. c. 123. d. 95. cap. 4.

Presbyteri ante paſchæ ſolemnitatem chriſma petunt. *Carth. IV. c. 36. L. Tolet. 1. c. 28. Vaſ. c. 3. Vormatien. c. 60. Capitul. lib. 7. cap. 394. Burch. lib. 4. c. 76. Ivo part. 1. cap. 270. decret. & lib. 1. tit. 2. cap. 94. panorm. Cæſar. lib. 4. cap. 111.*

CAPUT VII.

De conſ. d. 4. Symbolum, cap. 56.

Ante octo dies dominicæ reſurrectionis competentibus ſymbolum prædicatur. *Agath. cap. 13. Burch. lib. 4. cap. 29. Ivo part. 1. cap. 223. decret.*

CAPUT VIII.

De conſ. d. 3. cap. 6. Sacerdotibus omnibus eſt decretum, ut ante paſchæ folemnitatem, non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur. *Aurelian. c. 24. al. 26.*

CAPUT IX.

Non licet in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigiliam expedire, quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus. *Antiſiod. c. 11.*

CAPUT X.

A paſcha ad pentecoſtem in eccleſia liber Apocalypſis Joannis Evangeliſtæ prædicandus. *Tolet. IV. c. 16.*

CAPUT XI.

Paſchatis die ſancto militum manu templum profanatum, mulieres in baptiſmo vulneratæ, ſanctiſſimus Chriſti ſanguis, in militum veſtimenta fuſus, omniaque facinora paſſim admiſſa. Vacuæ fidelibus Eccleſiæ in tanta ſolemnitate relictæ *lamentatur Joann. Chryſoſt. in ep. ad Innoc.*

CAPUT XII.

Eſt nuper proditum apud Conſtantinopolim, ſacratiſſimo paſchæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum urbium populos religio caſtigatiore, ſub præſentia Principum, ritu celebranda collegerat, clauſas ſubito catholicas eccleſias, truſos in cuſtodiam ſacerdotes, ſcilicet ut eo potiſſimum tempore, quo indulgentia principali triſtia noxiorum clauſtra reſerantur, piæ legis, & pacis miniſtros ſævus carcer includeret, &c. *Honorius Aug. ad Arcadium orientis principem poſt princ.*

TITULUS XII.

DE DIGNITATE DIEI DOMINICI, ET DE REVERENTIA, QUÆ IPSI DEBETUR.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. Sabbato, c. 15. Diem dominicum ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti non ſolum in paſcha celebramus, verum etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, &c. Die dominico exhilarati (*Apoſtoli*) non ſolum ipſum feſtiviſſimum eſſe voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt. *Innoc. ep. 1. cap. 4. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 4. panorm. & part. 4. c. 28. decret. Tarrac. lib. 5. c. 70.*

CAPUT II.

Diſt. 75. c. 5. Quod dic. in fin. Tantis divinarum diſpoſitionum myſteriis eſt (*Dominica dies*) conſecrata, ut quidquid eſt a Domino inſignius conſtitutum, in hujus diei dignitate ſit digeſtum. In hac mundus ſumpſit exordium, in hac per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apoſtoli a Domino prædicandi omnibus gentibus evangelii tubam ſumunt, & inferendum univerſo mundo ſacramentum regenerationis accipiunt. *Joann. 20. e.* In hac, ſicut beatus Joannes Evangeliſta teſtatur, congregatis in unum diſcipulis, januis clauſis, cum ad eos Dominus introiſſet, inſufflavit, & dixit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. *Joann. 14. b. 16. c. Act. 2. a.* In hac denique promiſſus a Domino Apoſtolis Spiritus ſanctus advenit, ut cæleſti quadam regula inſinuatum, & traditum noverimus, in illa die celebranda nobis eſſe myſteria ſacerdotalium benedictionum, in quo collata ſunt omnia dona gratiarum. *Leo epiſt. 79. cap. 1. ad Dioſcor. Alexand. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 6. panorm. & part. 6. c. 70. decret.*

CAPUT III.

Diem Dominicum inchoante noctis initio, id eſt veſpere ſabbati, quæ in prima luceſcit ſabbati, quando ſignum inſonuerit, vel hora eſt ad veſpertinum celebrandum officium, non propter honorem ſabbati ultimi, ſed propter ſanctam illam noctem primi ſabbati, hoc eſt, dominici diei, cum omni reverentia, & honorifica religione venerari omnibus mandamus Chriſtianis. Abſtinere primum omnium ab omni peccato, & ab omni opere carnali, etiam a propriis conjugibus, & ab omni opere terreno, & nihil aliud vacare, niſi ad orationem, concurrere ad eccleſiam cum ſumma mentis devotione, ceſſante omni cauſarum ſtrepitu, cum charitate, & dilectione benedicere Deum Patrem, & laudare totis medullis cordis unigenitum Dei Filium, qui iſtam diem perglorioſam ſuam ſanctificavit reſurrectionem, & hymnum dicere ſancto Spiritui, qui eum benedixit per admirabilem ſuum adventum, quando in igneis linguis ſuper beatos deſcendit Apoſtolos. *Act. 2.* Sed & omnium pene dona chariſmatum in eadem ſacratiſſima die creduntur in mundo collata. Nam ipſa die Dominus poſt reſurrectionem in diſcipulis ſuis Spiritum ſanctum ad remittenda *Joann. 20.* peccata inſufflavit. In ipſa in deſerto Dominus de quinque panibus quinque hominum millia pavit. *Matt. 14.* In ipſa die manna pluit de cælis primum in *Exod. 16.* eremo, & multæ aliæ ſpiritalium munificentiæ rerum in ipſa die ſunt manifeſtatæ, quas cunctas longum eſſet per ordinem recenſeri. Ipſum eſt e- *Iſai. 58.* nim ſabbatum Domino dedicatum, de quo ſcriptura dicit *Qui fecerit in eo opus ſervile*, id eſt *Exod. 35.* peccati, *morte moriatur.* Porro ſi de illo ſabbato diceret, quod Judæi celebrant, &c. diceret tantum *ſabbatum*, & nequaquam adderet *dedicatum*, & *meum.* Sed quia differentiam voluit facere inter illud, & iſtud, quod eſt dominica dies, ideo addit *meum*, ac ſi diceret meum, non veſtrum, dedicatũ, non in veſtris obſervationibus maculatum, & ideo cum omni reverentia eſt a nobis honorandum atque colendum. *Forojul. c. 13.*

CAPUT IV.

Chriſtianorum religioſæ devotionis, quæ, ut creditur, ex Apoſtolorum traditione, immo eccleſiæ auctoritate deſcendit mos inolevit, ut ob memoriam Dominicæ reſurrectionis, diem dominicum venerabiliter, atque honorabiliter colat, quoniam eo die Deus lucem mundi condidit, eo *Gen. 1.* die, ut dictũ eſt, Chriſtus a mortuis reſurrexit: eo *Matt. 28.* die paracletum Spiritum ſanctum Apoſtolis miſit de cælis, eo die, ut a quibuſdam doctoribus *Act. 2.* traditur, manna pluit de cælo. Hæc, & his ſimilia liquido demonſtrant, hunc diem cæteris diebus celebriorem, & venerabiliorem fore, &c. *Exod. 16.* Multi noſtrorum viſu, multi etiam quorundam re-

relatu didicimus, quoſdam in hac die ruralia opera exercentes fulmine interemptos, quoſdam artuum contractione mulctatos, quoſdam etiam viſibili igne, corporibus, oſſibuſque ſimul ſub momento abſumptis, in cineremve ſubito reſolutis, pœnaliter occubuiſſe, & multa alia terribilia indicia extiterunt, & hactenus exiſtunt, quibus declaratur, quod Deus in tanti diei dehonoratione offendatur. Proinde omnibus nobis viſum eſt, ut primum ſacerdotes, poſtea Reges, & principes cunctique fideles ſummopere procurent, ut tanti diei debita obſervatio, religioſaque devotio, nunc uſque magna ex parte neglecta, ab hinc ob inſigne chriſtianitatis devotius exhibeatur, &c. Quapropter ſpecialiter, atque humiliter a ſacerdotibus Imperialis celſitudo flagitanda eſt, ut ejus a Deo ordinata poteſtas, ob honorem, & reverentiam tanti diei, cunctis metum incutiat, ne in hac ſancta & venerabili die mercatus, & placita, & ruralia quæque opera, nec non & quaslibet corrigationes ullius conditionis homines facere præſumant, quoniam dum hæc agunt, & decus Chriſtianitatis offuſcant, & nomen Chriſti blaſphemantibus locum amplius detrahendi attribuunt. Decet igitur, ut eo die Chriſtianus divinis laudibus, non ruralibus vacet operibus. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 50.*

CAPUT V.

Salubriter admonemus cunctos fideles, ut diei dominico debitum honorem, & reverentiam exhibeant. Quoniam hujus dehonoratio & a religione Chriſtiana valde abhorret, & ſuis violatoribus animarum periculum proculdubio generat. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 5.*

CAPUT VI.

Servetur ſane cultus, honor, & reverentia dominici diei, & ſanctarum ſolemnitatum. *Troſl. cap. 15.*

CAPUT VII.

Diem dominicum lætitiæ diem agimus, quod in eo Dominus reſurrexerit, in quo nec genua quidem flectere accepimus. *Petrus Archiepiſc. Alexandr. & Martyr. in ſermon. de pœnitent. cap. 15.*

CAPUT VIII.

Mos & honeſtas a nobis exigit, ut omnem diem dominicum honoremus, eumque celebremus. *Theophil. Epiſc. Alexandr. in edicto.*

Vide Matiſcon. II. c. 1. tit. XIX. Ne Chriſtiani diebus feſtis rebus ſervilibus operam dent c. Videmus. *Theodulph. ad presb. Aurelian. eod. tit. c.* Diei dominici.

TITULUS XIII.
NE QUISQUAM DIE DOMINICO JEJUNET.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. cap. 24. Jejunium Dominici diei, & quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter jejunium Chriſtianorum, & gentilium, veraciter credentium, atque infidelium, & hæreticorum vera, & non falſa diſcretio habeatur. *Miltiad. ep. unic. c. 3. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 3. panorm. & part. 4. cap. 27. decr. Tarrac. lib. 5. c. 69.*

CAPUT II.

Contra jejunantes in natali Domini, & die Dominica. *Leo ep. 91. c. 4. ad Turibium Aſturic. Epiſcopum.*

CAPUT III.

Si quis prætextu religionis Dominica die jejunat, anathema ſit. *Gangr. c. 18. Burch. lib. 13. c. 19. Ivo part. 4. c. 51. decr.* Diſt. 30. c. 7.

CAPUT IV.

Qui Dominico die ſtudioſe jejunat, non credatur catholicus. *Carthag. IV. cap. 64. Ivo part. 4. cap. 7. decr.* 16. q. 7. Sacerdos, c. 6.

CAPUT V.

Omnes eccleſiæ filii, exceptis diebus Dominicis, in Quadrageſima, etiam die ſabbato, ſacerdotali ordinatione, & diſtrictionis comminatione jejunent. *Agath. c. 12.* De conſ. d. 3. c. 9. Placuit.

CAPUT VI.

Ne quis jejunet die Dominica cauſſa temporis aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis *. *Cæſ. c. 2.* De conſ. d. 3. cap. 15.

* ſurreptionis, al.

CAPUT VII.

Si quis natale Chriſti ſecundum carnem non vere honorat, ſed honorare ſimulat, jejunans in eodem die, vel in dominico, quia Chriſtum in hominis vera natura eſſe non credit, ſicut Cerdon, Marcion, Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. *Brach. 1. c. 4.*

CAPUT VIII.

Exhibeamus Domino liberam ſervitutem, &c. non quia hoc Dominus noſter a nobis expetit, ut corporali abſtinentia diem Dominicum celebremus, ſed quærit obedientiam. *Matiſcon. II. cap. 1.*

CAPUT IX.

Jejunium diebus Dominicis tenere, & canonica interdicit auctoritas, & reſurrectionis Dominicæ tanta ſolemnitas. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part. ult. c. 17. vide Gangr. c. 18.*

CAPUT X.

Si quis presbyter, publica pœnitentia a ſacerdote accepta, aut aliqua neceſſitate, die Dominica pro quadam religione jejunaverit, ſicut Manichæi, anathema ſit. *Mart. Brach. c. 57. Burck. lib. 13. c. 20. Ivo part. 4. c. 52. decr.* Diſt. 30. c. ult.

CAPUT XI.

Et mos & honeſtas a nobis exigit, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque celebremus, quoniam Chriſtus Dominus noſter præclarum in eo ſuæ reſurrectionis munus obiit, &c. Quia ergo accidit, ut ſanctorum Theophaniorum hic eſſet dies, jejunandorum diſpenſemus, & ad utrumque ſcientes procedamus, ut paucos dactylos ſumentes, ſimul & hæreſes vitemus, quæ Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurrectionem non honorant, & diei jejunii, quod debetur, reddamus, veſpertinam congregationem expectantes, quæ hic, Deo dante, peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona. *Theophilus Epiſcopus Alex. in edicto.*

CAPUT XII.

Milciades conſtituit, ut nulla ratione die Dominica, aut quinta feria jejunium quis fidelium ageret, quia eos dies pagani quaſi ſacrum jejunium celebrabant. *Damaſ. in Milciad.*

TI-

TITULUS XIV.
SÆCULARES DIE DOMINICO, ET ALIIS FESTIS DIEBUS INTERSINT SACRO.

Vide Part. II. Lib. XII. De Sacrificio Miſſæ.

TITULUS XV.
VARIA DE DIE DOMINICO.

CAPUT I.

Diſt. 51. Qui in aliquo, c. 5. *d.* 75. *c.* 1. Ordinationes.

EPiſcopus die Dominica conſecrabitur. *Anacl. ep.* 2. *in princ. Tolet. IV. c.* 18. *Burch. lib.* 1. *c.* 15. *Ivo lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 5. *panorm.* & *part.* 5. *c.* 69. *decr. Anſ. lib.* 6. *c.* 47.

CAPUT II.

Diebus Dominicis in carceribus exiſtentes viſitentur. *Aurel. V. c.* 20.

CAPUT III.

Omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis, quam vini. *Matiſcon. II. c.* 4. *Burch. lib.* 5. *c.* 24. *Ivo part.* 2. *c.* 34. *decr.*

CAPUT IV.

In Miſſa Dominicorum dierum, & ſolemnitatibus martyrum hymnus trium puerorum cantetur. *Tolet. IV. c.* 13.

CAPUT V.

Omni die Dominico, & diebus feſtis panis diſtribuatur. *Nannet. c.* 9. *Burch. lib.* 5. *c.* 25. *Ivo part.* 2. *c.* 37. *decr. Anſ. lib.* 7. *c. ult.*

CAPUT VI.

Si tanta multitudo fuerit ordinandorum, ut ſabbato non poſſit omnes Epiſcopus conſecrare, in craſtina Dominica uſque ad horam ſextam a mane, qui ſuperfuerint, debent ordinari; alias autem nullo modo, niſi cauſa grandis neceſſitatis, de diaconatu tantum, vel presbyteratu oportet ordines agi, & hoc in nulla feſtivitate, niſi Dominica Die, quam tamen jejunium generale in ſabbato præceſſerit, nam & ipſe Epiſcopus ordinari non poteſt, niſi in Dominica die circa horam diei tertiam. *Lemovic. act.* 2. *in fin.*

CAPUT VII.

Symmachus conſtituit, ut omni die Dominico, vel natalitiis martyrum, hymnus angelicus, id eſt *Gloria in excelſis Deo* diceretur. *Ex Pontif.*

TITULUS XVI.
DE VARIIS SOLEMNITATIBUS.

Vide Part. II. Lib. IV. tit. VI.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. *c.* 47. Nocte.

DE nocte ſancta Nativitatis Domini. *Teleſphor. epiſt.* 1. *in princ.*

CAPUT II.

De Annunciatione B Virginis Mariæ ab Angelo, Chriſtique Conceptione, Nativitates Circumciſione, oblatione in templo, Epiphania, fuga in Ægyptum, & ab eo reditu, Baptiſmo in Jordane *meminit Leo epiſt.* 4. *c.* 2.

CAPUT III.

Si illa, quæ poſt beati Joannis lavacrum a Domino geſta cognovimus, ſub indiſcreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda feſtis, quia omnia ſunt plena miraculis, &c. *Leo ibid.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 1. *cap.* 15. *Joann.* 20.

Solemnitates dedicationum eccleſiarum, & ſacerdotũ per ſingulos annos ſolemniter ſunt celebrandæ, ipſo Domino exempla dante, qui ad feſtum dedicationis templi, omnibus in faciendo dans formam, cum reliquis populis eamdem feſtivitatem celebraturus venit. *Felix IV. epiſt.* 1. *c.* 1. *in fin. Burch. lib.* 4. *c.* 58. *Ivo lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 2. *panorm. Anſelm. lib.* 5. *c.* 24.

CAPUT V.

De conſ. d. 1. *c.* Invenimus, 70.

Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Natalis, Apparitionis Domini, Trinitatis, Crucis, & Apoſtolorum ſolemnitatum *meminit Pelagius junior epiſt.* 4. *ad Epiſcopos Germaniæ* & *Galliæ. Burch. lib.* 3. *c.* 69. *Ivo lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 35. *panorm.* & *part.* 2. *c.* 77. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 111. *Tarrac. lib.* 5. *c.* 3.

CAPUT VI.

In quorum Apoſtolorum, vel Martyrum, ſive Confeſſorum, atque Virginum diebus feſtis a labore terreno recedere debeatis, inquiritis. In ſolemnitatibus utique beatæ Mariæ Virginis, & ſanctorum duodecim Apoſtolorum, ac Evangeliſtarum, atque Præcurſoris Domini Joannis, & ſancti Stephani primi martyris, nec non & in eorum ſanctorum natalitiis, quorum apud vos, Deo favente, memoria celebris, & dies feſtivus habebitur. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 11.

CAPUT VII.

De feſto S. Matthiæ. *Alexand. III. Carnot. Epiſc. lib.* 14. *regiſt. poſt concil. Lateran. part.* 50. *c.* 22.

CAPUT VIII.

De feſtivitate B. Bartholomæi Apoſtoli, de cujus celebratione dubietas oritur apud quoſdam, tibi petenti conſilium reſpondemus, quod in hoc tuæ regionis conſuetudinem ſerves. *Innoc. III. ad Epiſc. Brach.*

CAPUT IX.

Cuncti diem Pentecoſtes poſt Paſcha celebremus, &c. qui non fecerit, quaſi novam hæreſim induxiſſe notetur. *Elib. c.* 43.

CAPUT X.

Expleta ſolemnitate Pentecoſtes in ſequenti ſeptimana a quinta feria in ſabbatum, per hoc triduum abſtinentia celebrentur. *Gerund. cap.* 2. *de Paſchate*, & *Pentecoſte ad Baptiſmum c.* 4.

CAPUT XI.

De Paſchate, Quinquageſima, Rogationibus, Natali Domini, Epiphania, & feſtivitatibus in menſe Auguſti, & inter Natalem, & Epiphaniam, & de Rogationibus in Kal. Jan. & miſſa Circumciſionis. *Turon. II. cap.* 18.

CAPUT XII.

De cathedra S. Petri. *Turon. II. cap.* 23.

CAPUT XIII.

De feriis S. Martini, & Natalis Domini. *Matiſcon. cap.* 9.

CAPUT XIV.

Ad nos pervenit, quoſdam de populis catholicæ fidei, execrabili ritu die quinta feria, quod dicitur Jovis, multos excolere, & operationem non facere, &c. Quicumque ab hac die, præter feſtivitates in eo die venientes, auſus, vel auſa

fue-

ſuerit vacare, & operam non facere, ſi ingenuus eſt, aut ingenua, de eccleſia repellantur, &c. *Narbon. c.* 15.

CAPUT XV.

Paſchale feſtum uno die celebremus, & tempore, ne in Judaicum decidamus errorem: Adventum ſancti Spiritus poſt reſurrectionem Domini, niſi expectemus, tempore definito dierum numerum, non poſſumus impleri ejuſdem Spiritus dono. Quoniam ſi caret plenitudinis numero, carere poteſt & myſterii ſacramento. Nativitatis Dominicæ ſacrũ, quo evidenter de utero virginali Verbum prodiit caro factum, ſervat & temporis curſum, & repræſentat ſpeciale diei monimentum, &c. Cur non feſtivitas glorioſæ matris ejus eadem obſervantia, uno ſimul ubique die, ſimilique habetur honore. Invenitur in multis Hiſpaniæ partibus, hujus ſanctæ Virginis feſtum non in uno die per omnes annorum circulos agi, &c. Quoniam dies, qua invenitur Angelus Virgini Verbi conceptum & nuntiaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadem feſtivitas non poteſt celebrari condigne. Quod interdum Quadrageſima, vel Paſchale feſtum videatur incumbere, in quibus nihil de ſanctorum ſolemnitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, convenit celebrari, &c. neque poſt reſurrectionem, &c. Sancitur, ut ante octavum diem, quo natus eſt Dominus, Genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus: ut ſicut Nativitatem filii ſequentium dierum inſequitur dignitas, ita feſtivitatem Matris tot dierum ſequatur ſacra ſolemnitas: nam quid feſtum Matris eſt, niſi incarnatio Verbi? cujus feſtum ita debet eſſe ſolemne, ſicut eſt & ejuſdem Nativitatis Verbi, &c. In multis quoque eccleſiis a nobis & ſpatio remotis, & terris, hic mos agnoſcitur retineri. Itaque ſolemnitas Dominicæ Matris die xv. Kalendar. Januar. omnino celebretur, & Nativitas filii ejus Salvatoris noſtri die VIII. Kalend. earundem, ſicut mos eſt, ſolemnis in omnibus habeatur. *Tolet. X. cap.* 1.

CAPUT XVI.

De die Annuntiationis. *Trull. c.* 52.

CAPUT XVII.

Principales feſtivitates & ipſæ ſunt veneranter honorandæ, vel cuſtodiendæ, & illa feſta, quæ ſacerdotes in eccleſia prædicant, modis omnibus ſunt cuſtodienda. *Forojul. c.* 13.

CAPUT XVIII.

Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt, diem Dominicam Paſchæ cum omni honore, & ſobrietate venerari, ſimiliter feriam ſecundam, tertiam, quartam, &c. *Mogunt. c.* 36. *vide infra tit. XIX. c.* Omnes dies dominicas.

CAPUT XIX.

Per ſingulas parochias eas feſtivitates populus obſervare ſtudeat, quas proprius eorum Epiſcopus venerari prædicaverit, itaut neque illas negligant, quas ſacerdotes colere monuerint, neque inani ſuperſtitione eas celebrare præſumant, quæ nequaquam ſunt obſervandæ. *Ticin. c.* 17.

CAPUT XX.

Venerabilis antiſtes (*Epiſcopus Berytenſis*) miſit ampullas vitreas de ſanguine, & aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris noſtri decurrerunt, &c. efflagitans, ut per annos ſingulos in menſe Novembri, qui apud Hebræos eſt nonus, apud nos vero menſis undecimus, nono die ipſius menſis, id eſt, v. idus Novemb. non minori reverentia, quam Natalis Domini, vel Paſchalis, iſta dies præcipua obſervatione colatur. *Athan. in ſerm. de imagine Chriſti. Beryt. in fin. VII. ſynod. act. IV. poſt princ.*

CAPUT XXI.

Dies paſchalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi ſunt. *Theodulph. ad presb. Aurel. cap.* 41.

CAPUT XXII.

Zacharias pro Principis Apoſtolorum natali celebrando a Rege (*Luithprando*) invitatus miſſarum ſolemnia celebravit (*Ravennæ*) &c. Regreſſus autem in urbem Romam cum omnibus, qui ſecum erant, gratias agentes Deo, denuo natale beatorum Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli celebravit, &c. *Ex Pontif.*

TITULUS XVII.

QUIBUS FESTIS DIEBUS DEBEANT CHRISTIANI AD SUAS ECCLESIAS CONFLUERE.

Vide Part. I. Lib. X. Tit. XIV. & Part. II. Lib. I. Tit. XIV. quibus hæc adde:

CAPUT I.

QUI die ſolemni, prætermiſſo ſolemni eccleſiæ conventu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur. *Carthag. IV. cap.* 88. *Ivo part.* 4. *c.* 8. *decret.* *De conſ. d.* 1. *cap.* 16.

CAPUT II.

Presbyteri, diaconi, clerici ita Epiſcopo ſuo ſubjaceant, ut non alibi dies feriatos, niſi in obſequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quod ſi quis per quamcumque contumaciam, aut per cujuſcumque patrocinium hoc facere diſtulerit, ab officio ſegregetur. *Matiſc. c.* 10.

CAPUT III.

Baptizati Judæi quocunque loco cætero tempore converſentur. Feſtis tamen præcipuis novi teſtamenti feriæ conſecratis, ac diebus illis, quos olim ſanctione veteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolemnes, in civitatibus publiciſque conventibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum converſationem, & fidem & Pontifex approbet, & veritas ſervet. Hujus vero temerator edicti, prout Epiſcopus * permiſerit, aut flagris, aut abſtinentiæ ſubjacebit. *Tolet. IX. cap.* 17.

Hoc idco præcipitur ne fortaſſe alii Chriſtiani ſuſpicentur, eos adhuc colere feſtos illos dies ſi abeſſent.

* *ætas.*

CAPUT IV.

Non liceat quemlibet clericum die dominico ab eccleſia abſentem eſſe, ſed miſſarum ſolemniis intereſſe, & jejunio. *Mart. Bracar. c.* 64.

TITULUS XVIII.

NE CHRISTIANI DIEBUS FESTIS AD LUDOS CONFLUANT, AUT REBUS TURPIBUS OPERAM DENT.

CAPUT I.

SUnt quidam, & maxime mulieres, qui feſtis, ac ſacris diebus, atque ſanctorum natalitiis, non pro eorum, quibus debent, delectantur deſi-

de-

deriis advenire: ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo, ac ducendo, ſimilitudinem paganorum peragendo, advenire procurant. Tales ſi eum minoribus veniunt ad eccleſiam peccatis, eum majoribus revertuntur: in tali enim facto debet unuſquiſque ſacerdos diligentiſſime admonere, ut pro ſola oratione bis diebus ad eccleſiam decurrant, quia ipſi, qui talia agunt, non ſolum ſe perdunt, ſed etiam alios deprimere attendunt. *Synod. Rom. ſub Eugenio II. & Leon. IV. cap.* 35.

CAPUT II.

Sane ſciendum eſt, quoniam idcirco in diebus feſtis ab opere mundano ceſſandum eſt, ut liberius ad eccleſiam ire, pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis ſanctorum communicare, ad imitationem eorum aſſurgere, eloquiis divinis intendere, eleemoſynas indigentibus miniſtrare valeat Chriſtianus, quæ omnia, ſi quis negligens otio tantum vacare voluerit, & ad cæteras mundi vanitates licitos labores converterit,
8. Cor. 4. melius illi fuerat, ipſo die, beati Apoſtoli Pauli præceptis obediens, laborare manibus ſuis, ut haberet unde tribuere neceſſitatem patientibus. *Nicol. ad conſulta Bulgarorum c.* 11.

CAPUT III.

Cum contra divina præcepta in multis locis convivia ita fiant, ex gentili errore ducta, ut Chriſtiani gentilibus clam conjungantur (*peſſimus*) ut hæc prohibeantur, & ex urbibus, & poſſeſſionibus expellantur, maxime cum in natalibus martyrum per urbes, & ſacra loca hæ ſordes inſerantur, quibus diebus, quod dicere turpe eſt, choreas per agros, & plateas ducunt, & matronarum honos, & aliarum multarum mulierum pudor contumeliis afficitur, ita ut ſanctæ fidei cultus periclitetur. *Carthag. cap.* 61. *G. African. cap.* 27. *L.*

CAPUT IV.

Ut ſpectacula theatrorum dominica, & alia diebus feſtis Chriſtianorum non fiant, maxime cum in octava paſchatis turbæ malunt ad hippodromium, quam ad eccleſiam convenire, neque cogatur Chriſtianus ad ſpectacula venire. *Carth. c.* 62. *G. Afric. c.* 28. *L.*

CAPUT V.

De conſ. d. 1. c. 65. Qui die ſolemni, prætermiſſo ſolemni eccleſiæ conventu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur. *Carth. IV. c.* 88. *Ivo part.* 4. *c.* 8. *decr.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 3. c. 2. Exterminanda omnino eſt irreligioſa conſuetudo, quam vulgus per ſanctorum ſolemnitates agere conſuevit, populi, qui debent officia divina attendere, ſaltationibus turpibus invigilant, cantica non ſolum mala canentes, ſed & religioſorum officiis perſtrepentes. Hoc ut ab omni Hiſpania depellatur, ſacerdotum, & judicum a concilio ſancto curæ committitur. *Tolet. III. c.* 23. *Ivo part.* 4. *c.* 12. *decr.*

CAPUT VII.

Ne in feſtivitatibus martyrum, aut in dedicatione baſilicarum turpia cantica chorus femineus cantet. *Cabil. c.* 19.

CAPUT VIII.

A feſto reſurrectionis Domini ad dominicam novam per totam hebdomadam in eccleſiis vacare oportet fideles inceſſanter, in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus exultantes in Chriſto, & ſacrarum ſcripturarum lectioni attendentes, & ſacrorum myſteriorum participantes, cum Chriſto enim ſurreximus, & elevati ſumus. Non igitur his diebus hippodromia, aut alia publica ſpectacula fiant. *Trull. c.* 66.

CAPUT IX.

Quod ballimathiæ, & turpia cantica prohibenda ſunt a ſanctorum ſolemniis. *Tolet. III. in fine in edicto Regis, & in titulo c.* 23.

TITULUS XIX.

NE CHRISTIANI DIEBUS FESTIS REBUS SERVILIBUS OPERAM DENT, AUT IN JUDICIIS VERSENTUR.

CAPUT I.

Conſtat omnes omnino obſervare, ut die Dominico nullas audeant operationes, mercationeſque peragere, præter in cibariis rebus, ita ut libere poſſint, ac debite in eo die ſecundum poſſibilitatem, omnes ad eccleſiam concurrere, & in ſolo omnipotenti Deo oratione vacare, ut qui chriſtiano vocabulo nuncupantur, convenienter opera peragere videantur. Qui vero ruſtica opera die Dominico agere præſumpſerit contra divina præcepta egiſſe non dubitat, & ad pœnitentiam redigatur. *Syn. Rom. ſub Eugenio II. & Leone IV. c.* 30.

CAPUT II.

Sunt qui Dominico die, in quo commiſſa facinora debent oratione abſtergere, alia delectantur committere. Itaque quod aliis diebus committantur, licentia ſit judici, auctorive, eo die perſonam ſuſpectam, reatu infamatam, aut optima ſatisdactione, aut cuſtodiis conſtituere, ut licitis diebus judicetur. Sed tamen ſacerdotibus, ſi præſto ſint, deprecetur, ut ad publicam redigatur pœnitentiam, ut judicium mortis non ſubeat. Nam legibus infirmatur judicium Dominico die depromptum, & obligationes ejuſdē diei, Imperatorum ſiquidem cenſura diſſolvit. *Syn. Roman. ſub Eugen. II. & Leon. IV. c.* 31.

CAPUT III.

Ut nullus Epiſcopus, vel infra poſitus die Dominico cauſſas judicare præſumat. *Hadr. ad Epiſcop. Mediom. c.* 60. *Burch. lib.* 5. *c.* 102. *Ivo part.* 5. *c.* 204. *decr. Anſ. lib.* 3. *c.* 88. *Capitul. lib.* 6. *cap.* 245. *15. q. 4. c. ult.*

CAPUT IV.

Aliud ad me perlatum eſt vobis a perverſis hominibus eſſe prædicatum, ut Dominico die nullus debeat lavari. Et quidem ſi pro luxuria, & pro voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo qualibet die concedimus; ſi autem pro neceſſitate corporis, hoc nec die Dominico prohibemus. *Greg. lib.* 11. *ep.* 3. *civibus Romæ. Ivo part.* 4. *c.* 6. *decret. & lib.* 1. *tit.* 13. *c.* 1. *pan.* *De conſ. d. 3. c. 12. in fin.*

CAPUT V.

Noſſe cupitis, ſi liceat alicui ſabbato, vel dominico laborationem aliquam exercere. De hoc S. Papa Gregorius Rom. alloquens ait: [„ Perve- *De conſ. d. 3. c. 12.*
„ nit

Digitized by Google

„ nit ad me quoſdam perverſi ſpiritus homines, „ prava inter vos aliqua, & ſanctæ fidei adverſa „ ſeminaſſe, ita ut die ſabbato aliquid operari „ prohiberent, quos quid aliud, niſi Antichri- „ ſti prædicatores dixerim? qui veniens diem ſab- „ batum, atque dominicum ab omni faciet opere „ cuſtodiri, quia enim mori ſe, & reſurgere ſi- „ mulat, haberi in veneratione vult dominicum „ diem, & quia judaizare populum compellit, „ ut exteriorem ritum legis revocet, & ſibi Ju- „ dæorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbatum „ &c. “ Quiſquis otium ſabbati ſecundum legis litterã cuſtodit, cui alteri, niſi ipſi veritati contradicit? Dominico vero die a labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodo orationibus inſiſtendum, ut quod negligenter per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis dominicæ precibus expietur. *Nicol. ad Conſulta Bulgar. c. 10. ex Greg. lib. 11. ep. 3. reg. Ivo lib. 2. tit. 13. cap. 1. panorm. & part. 4. c. 6. decr. vide Nicol. c. 11. ejuſdem ep. tit. XVI. c.* In quorum.

CAPUT VI.

Quod interrogatis, utrum liceat in feſtivitatibus ſanctorum judicium peragi, & utrum eadem die debeat homo, ſi dignus fuerit, ad mortem judicari, ſciendum, quoniam in his feſtivitatibus, in quibus ſuperius ab omni opere mundano ceſſandum eſſe monſtravimus, multo magis a ſæcularibus negotiis, & adhuc a mortibus abſtinendum fore decernimus, quoniam quamvis utrumque fortaſſe ſine culpa valeat exerceri, quando tamen his, quæ Dei ſunt, arctius homo debet hærere, quæ mundi ſunt, a ſe convenit penitus reſecare, præcipue cum eo die ad militiam divinam
2. Tim. 2. accedens homo, implicari non debeat negotiis ſæcularibus, & ob reverentiam tantæ ſolemnitatis, non oporteat in medium deferri, niſi unde omnibus gaudium, pax, ſpiritalis lætitia generetur. *Nic. ad Conſulta Bulgar. c. 12.*

CAPUT VII.

Conſulitis, ſi debeatis, quando nuntius venerit, ut ad præliandum pergatur, mox proficiſci, an ſit aliqua dies, in qua non oporteat ad præliandum exire. In quo reſpondemus, non eſt ulla dies, in quibuſcumque negociis incipiendis, vel exercendis, penitus obſervanda, præter, ſi nimia non urget neceſſitas, ſupra memoratos dies celeberrimos, & omnibus venerabiles chriſtianis non quo vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum non ſit in diebus ſpes noſtra ponenda, nec a diebus, ſed a Deo ſolo vivo, & vero, ſalus omnis penitus expectanda, ſed quod ſi inevitabilis neceſſitas non eſt, vacandum eſt in his ſolito ſtudioſius orationi, & tantæ feſtivitatis myſteria frequentanda, &c. Si die Dominico, vel cæteris feſtis diebus, quando neceſſitas urget, liceat ambulare, vel ad bellandum procedere (*ex his quæ dicta ſunt*) poteſtis advertere. *Nicol. ad Conſulta Bulgar. c. 34. & 36.*

CAPUT VIII.

15. q. 4. c. 1. Nullus Epiſcopus, presbyter, clericus die Dominico propoſitum cujuſcumque cauſſæ negotium audeat judicare, niſi hoc tantum, ut Deo ſtatuta ſolemnia peragant. Cæteris diebus convenientibus perſonis, quæ juſta ſunt judicent, exceptis criminalibus negotiis. *Tarrac. c. 4. Burch. lib. 2. c. 87. Ivo part. 4. c. 12. decr.*

CAPUT IX.

Quia perſuaſum eſt populis die dominico cum caballis, & bobus, & vehiculis itinerare non debere, neque ullam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus, vel hominis pertinentem, nullatenus exercere, quæ res, quia ad Judæam * * Judaicam magis, quam ad obſervantiam Chriſtianam pertinere probatur, id ſtatuimus, die dominico, quod ante fieri licuit, licere, de opere tamen rurali, id eſt agricultura, vel vinea, vel ſectione, vel meſſione, vineæ ſectione excuſſione, vel ſæpe (*vern.*) cenſuimus abſtinendum, quo facilius ad eccleſiam venientes, orationis gratia vacent. Quod ſi inventus fuerit quis in operibus ſupraſcriptis, quæ interdicta ſunt, ſe exercere, qualiter emendare debeat, non in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat. *Aurelian. III. cap. 27. Vernenſ. cap. 24.*

CAPUT X.

Videmus populum diem dominicam contemptui tradere, & ſicut in privatis diebus operibus continuis indulgere. Decernimus, ut unuſquiſque noſtrum in eccleſiis admoneat ſibi ſubditam plebem, &c. Cuſtodire diem dominicam, *quæ* nos denuo peperit, & a peccatis omnibus liberavit, nullus veſtrum litium fomitibus vacet, nullus cauſſarum actiones exerceat, nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ jugum cervicibus jumentorum imponere cogat. Eſtote omnes in hymnis, & laudibus Dei animo, corporeque intenti. Si quis proximam habeat eccleſiam, properet ad eandem, & ibi dominico die ſemetipſum precibus, lacrymiſque afficiat. Sint oculi, manuſque veſtræ toto illo die ad Deum expanſæ, ipſe enim eſt dies requietionis perpetuus, ipſe nobis per ſeptimæ diei umbram inſinuatus noſcitur in lege, & prophetis. Juſtum igitur eſt, ut hanc diem u- Gen. 1. nanimiter celebremus, per quam facti ſumus, quod non fuimus: fuimus enim ante ſervi peccati, ſed per eam facti ſumus filii juſtitiæ, &c. Si quis veſtrum hanc ſalubrem exhortationem parvipenderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitatis merito principaliter a Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoque iræ implacabiliter ſubjacere. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſſam amittet, ſi ruſticus, aut ſervus, gravioribus fuſtium ictibus verberabitur, ſi clericus, aut monachus, menſibus ſex a conſortio ſuſpendetur fratrum. Hæc namque omnia & placabilem erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborum, vel ſterilitatem amovent, atque repellunt. Noctem quoque ipſam, quæ nos ſupernæ luci, & inacceſſibili reddidit, ſpiritalibus exigamus excubiis nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant qui nomine duntaxat chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus, & vigilemus operibus ſacris, ut digni habeamur in regno cohæredes fieri Salvatoris. *Matiſcon. II. c. 1.*

CAPUT XI.

Paſcha noſtrum, in quo ſummus Sacerdos, & Pontifex pro noſtris delictis nullam habens obno-

xiationē peccati immolatus eſt, debemus omnes feſtivitatem colere, & ſedulæ obſervationis ſinceritate in omnibus venerari, ut illis ſanctiſſimis ſex diebus nullus ſervile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati hymnis paſchalib. indulgentes, perſeverationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes creatorem, ac generatorem noſtrum veſpere, & mane, & meridie. *Matiſc. II. c.* 2.

CAPUT XII.

Ut omnis homo tam ingenuus, quam ſervus Gothus, Romanus, Syrus, Græcus, vel Judæus die dominico nullam operam faciant, nec boves
* metendi, ſ. junganrur, excepto ſi immutandi * neceſſitas incubuerit. Quod ſi quiſque præſumpſerit facere, ſi ingenuus eſt, det comiti civitatis ſolidos ſex, ſi ſervus, centum flagella ſuſcipiat. *Narb. c.* 4.

CAPUT XIII.

Non licet die dominico boves jungere, vel alia opera exercere. *Autiſiod. cap.* 16.

CAPUT XIV.

Licet generaliter ab omnibus catholicis, & Deum timentibus de die dominico, quæ eſt prima ſabbati, convenit obſervare, ut ſuperius eſt in canonibus ſtatutum. Statuimus, ut in ipſo die dominico ruralia opera, id eſt arare, meſſes metere, exactus facere, vel quidquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus præſumat. Quod qui inventus fuerit faciens ſub diſciplina diſtrictionis omnimodis corrigatur. *Cabil. c.* 18. *vid. Aurel. III. cap.* 27.

CAPUT XV.

Die dominico ab omni opere terreno ceſſandum, &c. ceſſante omni cauſſarum ſtrepitu. *Forojul. cap.* 13.

CAPUT XVI.

Ne in dominicis diebus publica mercata, neque cauſſationes, diſceptationeſque exerceantur, & penitus a rurali, & ſervili opere ceſſetur: his ſolummodo peractis, quæ ad Dei cultum & ſervitium pertinere noſcuntur. *Aurel. ſub Carol. cap.* 16.

CAPUT XVII.

Interdicatur, ne mercata, & placita uſquam fiant die dominica, quia oportet omnes Chriſtianos a ſervili opere in laude Dei, & gratiarum actione uſque ad veſperam perſeverare. *Turon. ſub Carol. cap.* 40.

CAPUT XVIII.

Diei dominici obſervatio, & veneratio plurimum negligitur. Unde oportet, ut authentica conſtitutione illius venerandæ diei obſervatio ſtatuatur. *Cabil. ſub Carol. c.* 50.

CAPUT XIX.

Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt diem dominicam paſchæ cum omni honore,
* *Simili modo tota hebdomada illa obſervandi decrevimus*, al. & ſobrietate venerari. * Similiter feriam ſecundam, tertiam, & quartam. A feria quinta ante miſſam licentia ſit arandi, vel ſeminandi, & hortum, & vineam excolendi, & ſepem circumcludendi, ab alio vero opere ceſſare decrevimus. Poſt miſſam autem ab opere vacare. Diem aſcenſionis Domini pleniter celebrare, item pentecoſtem ſimiliter ut in paſcha. In natali Apoſtolorum Petri, & Pauli diem unum, nativitatem ſancti Joannis Baptiſtæ, Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, dedicationem ſancti Michaelis, nativitatem ſancti Remigii, ſancti Martini, ſancti Andreæ. In natali Domini dies quatuor, octavas * Domini, * *octavam, ſ. natalis.* Epiphaniam Domini, purificationem ſanctæ Mariæ, & illas feſtivitates martyrum, vel confeſſorum obſervare decrevimus, quorum in unaquaque parochia ſancta corpora requieſcunt, ſimiliter etiam dedicationem templi. *Magunt. c.* 36.

CAPUT XX.

Omnes dies dominicos cum omni veneratione *c. 1. de fer. Greg. IX. & in 1. coll. c. 1.* decrevimus obſervari, & a ſervili opere abſtinere, & ut mercatus in eis minime ſit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem, vel ad pœnam judicetur. *Magunt. cap. 37. Capitul. lib. 5. c. 88. Burch. lib. 2. c. 81. & 85. Ivo part. 4. c. 16. decret. & lib. 2. tit. 13. c. 2. panorm.*

CAPUT XXI.

Diebus dominicis, ſecundum Domini præceptum, nulla opera ſervilia quilibet perficiat, nec ad placita conveniat, nec etiam donationes in publico facere præſumat, neque mercata exerceat. *Rem. c.* 35.

CAPUT XXII.

Omnibus nobis viſum eſt, ut primum ſacerdotes, poſtea Reges, & Principes, cunctique fideles ſummopere procurent, ut tanti diei (*dominici*) debita obſervatio, religioſaque devotio, nunc uſque magna ex parte neglecta, ab hinc ob inſigne chriſtianitatis, devotius exhibeatur, &c. Quapropter ſpecialiter, atque humiliter a ſacerdotibus Imperialis celſitudo flagitanda eſt, ut ob honorem, & reverentiam tanti diei, cunctis metum incutiat, ne in hac ſancta, & venerabili die mercatus, & placita, & ruralia quæque opera, necnon & quaslibet corrigationes ullius conditionis homines facere præſumant. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 50.

CAPUT XXIII.

Sunt aliqui, qui in natalibus ſanctorum, aut in qualibet feſtivitate, cauſſas aut dicere, aut audire volunt, & quod pejus eſt, non pro veritate, ſed pro avaritia, & cupiditate. Debent enim cauſſas dicere, & cum juſtitia deliberare, ſed aliis diebus, alio tempore, non in ſanctorum ſolemnitate, quando omnes homines magis debent Deo vacare, quam ſe diverſis litibus impugnare. *Auguſtin. in homil. ad popul. apud Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 12. ad fin.*

CAPUT XXIV.

Obnixe deprecamur, ut in obſervatione diei dominici, ſicut jamdudum vos deprecati ſumus, debitam adhibeatis curam, quatenus niſi magna compellente neceſſitate, in ipſa die a curis, & ſollicitudinibus mundanis, quantum poteſtis, vos exuatis, & quod tantæ diei venerationi competit, & vos faciatis, & veſtros ſacro veſtro exemplo & doceatis, & agere compellatis. *Concil. Pariſ. ad Imperat. Ludovicum, & Lotharium lib. 3. cap.* 19.

CAPUT XXV.

Jejunium diebus dominicis tenere, & canonica interdicit auctoritas, & reſurrectionis dominicæ

cæ tanta ſolemnitas. Et ideo (*neque*) placita illis diebus, neque nuptias pro reverentia tantæ ſolemnitatis celebrari viſum eſt. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 4. *c.* 17.

CAPUT XXVI.

Dies quoque octo ſacroſanctæ paſchalis feſtivitatis omnibus Chriſtianis feriatos eſſe decernimus ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynæceo, cœmentario, pictorio, venatorio, forenſi, mercatorio, audientiali, ac ſacramentis exigendis, quatenus eiſdem diebus tanto licentius, quanto liberius omnibus Chriſtianis ſanctæ reſurrectionis laudibus, & ſacroſanctæ prædicationi jugiter inſiſtere liceat. Quod ſi quis temerare præſumpſerit, excommunicetur. *Melden. cap.* 77.

CAPUT XXVII.

Decreverunt ſancti Pontifices, ut in locis ſacratis, diebus dominicis, vel aliis ſolemnitatibus, judicia publica non exerceantur: neque enim fas eſſe ibi reos puniri, ubi reſpectu divinæ reverentiæ miſericordiam conſenſu fidelium conſequuntur. *Synod. apud ſanctum Medardum cap.* 6.

CAPUT XXVIII.

Secundum ſanctorum ſtatuta patrum in hoc ſancto præjudicamus concilio, ut nullus comes, nulluſque omnino ſæcularis diebus dominicis, vel ſanctorum in feſtis, ſeu quadrageſimæ, aut jejuniorum placitum habere, ſed nec populum illo præſumat coercere, &c. Diebus vero dominicis, & ſanctorum feſtis, vigiliis, & orationibus inſiſtendum, & ad miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currendum, & tantummodo Deo vacandum. *Triburien. c.* 35.

CAPUT XXIX.

In die dominica vectigalia non fiant, quod carregium, vel ſaginegium dicitur, niſi amore Dei, vel timore hoſtium, vel propter magnam neceſſitatem. *Synod. Bituricen. c.* 14. *apud concil. Lemovicen. Act.* 2.

CAPUT XXX.

Dixi *dominici*, quia in eo Deus lucem condidit, in eo manna in eremo pluit, in eo naſci dignatus ſit, in eo ſtella Magis refulſit, in eodem quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia hominum pavit, in eo baptiſmum in Jordane a Joanne ſuſcepit, in eo ipſe pius redemptor humani generis ſponte pro ſalute noſtra a mortuis reſurrexit, in eo Spiritum ſanctum ſuper diſcipulos infudit, tanta debet eſſe obſervantia, ut præter orationes, & miſſarum ſolemnia, & ea, quæ ad veſcendum pertinent, nihil aliud fiat. Nam & ſi neceſſitas fuerit navigandi, ſive itinerandi, licentia datur, ita dumtaxat, ut hujus occaſione miſſæ, & orationes non prætermittantur. Conveniendum eſt ſabbato die cum luminaribus cuilibet Chriſtiano ad eccleſiam, conveniendum eſt ad vigilias, ſive ad officium matutinum. Concurrendum etiam eſt cum oblationibus ad miſſarum ſolemnia, & dum ad eccleſiam convenitur, nulla cauſa dici debet, vel audiri, nulla jurgia ſunt habenda, ſed tantummodo vacandum eſt orationi in celebratione divinorum officiorum, & exhibitione eleemoſynarum, & in Dei laudibus cum amicis, & proximis, & peregrinis ſpiritualiter epulandum. *Theodulph. ad presb. Aurel. cap.* 24.

CAPUT XXXI.

Decernimus, ut in omnibus diebus dominicis, in quibus ſanctæ reſurrectionis myſterium veneramur, vel in quibuſcumque reliquis ſolemnitatibus, quando ex more ad veneranda templorũ oracula univerſæ plebis conjunctio devotionis congregatur ſtudio, præter quod victum præparari convenit, ab omni corporali opere ſuſpendantur, nec ulla cauſſarum præcipue jurgia moveantur, &c. *Gontranus Rex Francor. ad ſynod. Matiſc. II. in fin. concil.* *Quæ concilium jubet Rex executioni mandat.*

TITULUS XX.

COMMUNIA DE DIEBUS FESTIS.

CAPUT I.

EPiſcopus, presbyter, diaconus feſtis diebus abſtinens a carne, & vino non religionis, ſed odii cauſſa, deponatur. *Apoſt. cap.* 53. *vide can.* 51. *&* 64.

CAPUT II.

Veſtram volumus prudentiam certa cognitione tenere, quoniam licet ſcriptum ſit: *de veſpera ad veſperam ſabbata veſtra celebrabitis*: feſtorum tamen principium, & finis juxta eorum qualitatem, & juxta diverſarum regionum conſuetudinem conſiderari * debet. Et ſicut magnitudo dierum exigit celebrari, ſic prius incipere, & tardius terminari, vera ratione videntur. *Alexand. III. Terdonen. Archiepiſc.* *De Feriis c. 2. apud Gr. IX. & in 2. coll. Lev. 23. c.*

* *conſervari*, al.

CAPUT III.

Licet tam veteris, quam novi Teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputavit, & tam eum quam alios dies majeſtati altiſſimæ deputatos, nec non natalitia * ſanctorum martyrum eccleſia decernit obſervanda, & in his ab omni opere ſervili ceſſandum. Nos tamen, quibus ab omnium proviſore eccleſiæ regimen eſt commiſſum, ſuper his, quæ neceſſitas exigit, Chriſti fidelibus tenemur commode providere, ut ſi quando eos non ſervili operi, id eſt actioni peccati, ſed neceſſaria victui, & veſtitui quærendo forte intendere contigerit, volumus, ut eis Apoſtolicæ ſedis providentia, miſericordia conſueta ſubveniat. Inde ſiquidem eſt, quod cum regio veſtra * non multum frugibus abundet *, & mare, in quo populus majorem habere conſuevit ſuſtentationem, ſterilius ſolito effectum fuiſſe multorum relationibus cognoſcentes, auctoritate B. Petri, & noſtra indulgemus, ut liceat parochianis veſtris, diebus dominicis, & aliis feſtivitatibus, præterquam in majoribus anni ſolemnitatibus, ſi allecia terræ ſe inclinaverint, eorum captioni congruenter intendere, ita tamen quod poſt factam capturam, eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem. *Alex. III. Archiep. Tribur. ejuſque ſuffraganeis.* *De Feriis c. 3. apud Gr. IX. & in 2. coll. & c. 6. de pœnitent.*

* *natalia.*

* *regionem, veſtram.*

* *abundare.*

LIBER NONUS.

De Jejuniis, Vigiliis, & Litaniis.

TITULUS I.

DE LAUDIBUS JEJUNII.

CAPUT I.

Joann. 8. HOſtis antiquus ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, ſe ante decepit. Pudicitiæ adverſarius, luxuriæ magiſter, crudelitatibus paſcitur, abſtinentia punitur, odit jejunia, miniſtris ſuis ** eadem.* prædicantibus dum * dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris, Apoſtoli ſententia repercuſſus *1. Cor. 15.* dicentis: *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur*, &c. *Anter. ep. 1. in princ. Syrit. ep. 2. in princ.*

CAPUT II.

Audiant hi, (*Jovinnus, & ejus ſectatores*) *Pſalm. 68.* prophetam dicentem: *Et cooperui in jejunio animam meam.* Ergo qui non jejunat, inteſtus, *Gen. 3. b.* & nudus eſt, patet vulneri, denique ſi Adam ſe texiſſet jejunio, non fuiſſet nudus effectus. *Jon. 3. b.* Ninive ſe a morte jejunio liberavit. Et ipſe Dominus *Matt. 17. c.* ait: *Non eiicitur hoc genus dæmoniorum niſi per orationem, & jejunium. Ambroſ. & alii ad Syric. ante fin. in lib. 1. ep. B. Ambroſ. ep. 7.*

CAPUT III.

Scio, quia utrique abſtinentes, utrique docti, utrique humiles eſtis, unde neceſſe eſt, ut Salvatoris noſtri gloria in vobis juxta vocem pſalmi reſonet, *Pſalm. 149.* & in tympano, & choro laudetur. In tympano etenim ſonus ex pelle ſicca eſt, in choro vero vocum concordia. Quid igitur per tympanum, niſi abſtinentia, quid per chorum, niſi unanimitas deſignatur? Quia ergo per abſtinentiam Dominum laudatis in tympano, peto, ut per unanimitatem laudetis in choro, &c. *Greg. Anaſtaſio presb. de Epiſcopo Hieroſolymit. lib. 6. reg. epiſt. 29.*

TITULUS II.

DE OBSERVANDIS JEJUNIIS.

CAPUT I.

Diſt. 30. c. Si quis eorum. 8. SI quis præter corporis neceſſitatem, ſuperbia exercitii ſui, contemnat tradita jejunia, & ab eccleſia obſervata, anathema ſit. *Gangr. c. 19. Magunt. c. 35. Capitul. lib. 1. c. 48. & lib. 7. c. 187. in addit. Burch. lib. 13. cap. 5. Ivo part. 4. cap. 38. decr.*

CAPUT II.

Clericum, qui tempore indicti jejunii, abſque inevitabili neceſſitate, jejunium rumpit, minorem habendum. *Carth. IV. c. 63.*

CAPUT III.

Si quis indictum jejunium ſuperbiendo contempſerit, & obſervare cum ceteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi concilio præcipitur, ut anathematizetur, niſi emendare ſe ſtudeat. *Magunt. cap. 35. Gangr. cap. 19. Capitular. lib. 5. cap. 87. Burchard. lib. 13. cap. 4. Ivo part. 4. c. 37. decret.*

TITULUS III.

DE EFFECTU JEJUNII.

CAPUT I.

CUM Deo auxiliante ad propria veneritis, jejunium indicite, litaniam celebrate, rogantes, & obſecrantes pium, & miſericordem Dominum, ut furorem mitiget, iram a populo avertat, &c. *Syn. Ravenn. ſub Joann. IX. part. ult. cap. ult.*

CAPUT II.

Conſilium damus (*peccatoribus*) ut jejunent, & eleemoſynas dent, ut ad veritatis viam poſſint reverti. *Clarom. ſub Urbano II. c. 2.*

CAPUT III.

Populis tibi commiſſis prædica jejunium, & ſupplicationes apud Dominum litaniarum, & ſupereminens ejus clementia adjuvabit te. *Zachar. ep. 4. ad Bonif. in princ.*

CAPUT IV.

Noſſe vos velle aſſeveratis, ſi liceat omnibus veſtris præcipere tempore ſiccitatis ad pluviam poſtulandam jejunium, & orationem facere. Vobis quidem hoc agere licet, quoniam jejunium, & oratio magnæ virtutis ſunt, & ad has jugiter faciendas veſtra multum valet hortatio. Sed congruentius eſt, ſi hæc per Epiſcoporum diſpoſitionem fiant. *Nicol. ad Conſulta Bulgar. c. 56.*

CAPUT V.

Si ex toto corde converſi ad Dominum veram pœnitentiam, fructuſque pœnitentiæ dignos fecerimus, crebris & ſanctis inſtantes jejuniis, vigiliis caſtis, &c. cito ejus, qui cor contritum, & *Pſalm. 50.* humiliatum non ſpernit, & cui proprium eſt miſereri, & parcere, miſericordiam conſequemur. *Troſl. cap. 15.*

TITULUS IV.

DE HORA, QUA OLIM CHRISTIANI CAPIEBANT CIBUM, MAXIME TEMPORE JEJUNII.

CAPUT I.

IN ſabbato ſancto protrahatur jejunium circa noctem. *Clarom. ſub Urbano II. c. 26.*

CAPUT II.

Conſulentibus vobis, ſi liceat abſque jejuniorum tempore quantulumcumque valde mane comedere. Reſpondemus, quoniam neminem patrum noſtrorum ante horam diei tertiam manducaſſe, nec ſanctam eccleſiam ante hanc horam traditionem ſumendi cibum accepiſſe recolimus, vel monumentis quibuſcumque reperimus; e contrario vero quoſdam eorum uſque ad veſperam, alios autem uſque ad nonam horam diei, porro alios uſque ad ſextam invenimus jejunaſſe, nullum autem mane cibi quantulumcumque ſumpſiſſe comperimus, cum potius væ dictum his, qui mane comedunt, *Eſai. 5. c.* fuiſſe legerimus, quamobrem ab iſto maledicto vos alienos eſſe deſiderantes hortamur, ut ante horam diei tertiam nullum omnino

cor-

corporalem cibum etiam in ipſis inſignibus ſolemnitatibus omnino ſumatis. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 60.*

CAPUT III.

Miſiſti ad me fideliſſime, & ſapientiſſime fili mi, interrogans, qua hora dies paſchæ ſit jejunandus, dicis enim aliquos fratres dicere, quod oportet hoc in galli cantu facere, alios vero, quod id ſit faciendum veſpere, qui enim Romæ ſunt fratres, ut ajunt, gallum expectant, de his autem, qui hic ſunt, dixiſti, quod citius; horam autem exactam, & valde demenſam quæris imponere, quod quidem eſt difficile, & lubricum, &c. Eos, qui nimium feſtinant, & ante mediam noctem ſurgunt, ut contemptores, & intemperantes reprehendimus, ut qui propemodum antequam par ſit, curſum abruperint, dicente viro ſapiente: *Non parvum eſt in vita, quod parum abeſt.* Eos autem, qui differunt, & plurimum perferunt, & ad quartam uſque vigiliam fortiter abſtinent, in qua etiam pluribus Salvator noſter in mari ambulans apparuit, ut generoſos, & laborum tolerantes ſuſcipimus. Iis autem, qui interea ut moti ſunt, vel ut potuerunt, quieſcunt, non valde moleſti ſumus, quandoquidem nec ſex jejuniorum dies æqualiter, nec ſimiliter omnes expectant, ſed alii quidem vel omnes tranſmittunt jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem, qui in illis tranſmittendis valde laboraverunt, deinde defeſſi ſunt, & propemodum deficiunt, ignoſcendum eſt, quod celerius guſtent: ſi qui autem non modo tranſmiſſis, ſed ne jejunatis quidem, vel etiam in delicatis, opipariſque conviviis, conſumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos, eoſque ſolos extremos dies, cum venerint, illis, a ſe cibo non guſtato, tranſmiſſis, paraſceve, & ſabbato, magnum quid, & egregium ſe facere exiſtimant, ſi ad auroram uſque permanſerint, non exiſtimo eos ex æquo certamen ſubiiſſe cum iis, qui ſe pluribus diebus prius exercuerunt. Hæc quidem, ut ſentio conſulens ſcripſi. *Dionyſ. Alexand. in ep. ad Baſilidem c. 1.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 1. c. 49.

Solent plures, qui ſe jejunare putant, mox, ut ſignum audierint, ad nonam manducare, qui nullatenus jejunare credendi ſunt, ſi ante manducaverint, quam veſpertinum celebretur officium; concurrendum eſt enim ad miſſas, & auditis miſſarum ſolemnibus ſive veſpertinis officiis, largitis eleemoſynis ad cibum accedendum eſt. Si vero aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, ut ad miſſam convenire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completa oratione ſua, jejunium abſolvere debet. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 39. Burch. lib. 13. c. 12. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 11. pan. & part. 4. c. 45. decr.*

CAPUT V.

Abſtinentia in his (*jejuniorum*) diebus omnium deliciarum eſſe debet, & ſobrie, & caſte vivendum; qui vero ovis, caſeo, piſcibus, & vino abſtinere poteſt, magnæ virtutis eſt, qui autem his, aut infirmitate interveniente, aut quolibet opere abſtinere non poteſt, utatur tantum, ut jejunium uſque ad veſperam ſolemniter celebret, & vinum non ad ebrietatem, ſed ad refectionem corporis ſui ſumat. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 40.*

CAPUT VI.

Non oportet clericos, vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos, niſi hymno dicto, edere panem, & poſt cibos gratias auctori Deo referre. *Mart. Brac. c. 66. Burch. lib. 2. c. 165. Ivo part. 6. c. 256. decr.* *Diſt. 44. c. ult.*

CAPUT VII.

Admonendus eſt populus, ut ante publicum peractum officium ad cibum non accedat. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 46.*

TITULUS V.

JEJUNIUM CONJUNGANT CHRISTIANI CUM ELEEMOSYNA, ET CUM EXERCITATIONE OMNIUM VIRTUTUM.

CAPUT I.

Nihil prodeſt homini jejunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Unde ait propheta: *Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum: diverte a malo, & fac bonum. Pius ep. 1. in fin. Anſelm. lib. 11. c. 11.* *De pœn. d. 3. c. 21. & de conſ. d. 3. c. 22. Pſalm. 33.*

CAPUT II.

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio ipſius? Sic homo, qui jejunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? orationem illius quis audiet? Qui conſervat legem, multiplicat orationem, &c. *Pelag. II. epiſt. 2. in fin.* *Eccleſ. 34.*

CAPUT III.

Accepto conſilio, hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, poſt litanias, & multorum orationem eleemoſynis conditam, divino fulti auxilio, ſtatueremus, quod melius de electione Romani Pontificis videretur. *Greg. VII. lib. 1. Reg. epiſt. 1.*

CAPUT IV.

Diebus quadrageſimæ, & jejuniorum ſumma devotione jejunandum, & omni intentione eſt orandum, atque unicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ, & nullæ lites, vel contentiones habendæ. Arguit enim eos, qui contentiones, & lites tempore jejuniorum, & qui a debitoribus debita exigunt, Dominus per Prophetam dicens: *Ecce in diebus jejuniorum veſtrorum invenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis, ecce ad lites, & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie. Tribur. cap. 35.* *Eſai. 34. a.*

CAPUT V.

Diebus jejunii, eleemoſyna facienda eſt, & cibum, vel potum, quo quiſque uti debuit, ſi non jejunaret, pauperibus eroget. Quia jejunare, & cibos prandii ad cœnam reſervare, non mercedis, ſed ciborum eſt incrementum. *Theodulph. ad presb. Aurel. cap. 38. Burch. lib. 13. c. 11. Ivo part. 4. c. 44. decret.*

CAPUT VI.

In his jejuniorum diebus (*quadrageſimæ*) nullæ

læ lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus, & in opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadrageſimæ tempore exercent, & qui debita a debitoribus exigunt, Dominus per prophetam dicens: *Ecce in die jejunii veſtri inveniuntur voluntates veſtræ, & omnes debitores veſtros repetitis, ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie. Theodulph. ad pres. Aurel. cap. 42. Burch. lib. 13. cap. 13. Ivo part. 4. c. 46. decret.* *Iſai. 58. a.*

CAPUT VII.

Abſtinendum eſt in his ſanctiſſimis quadraginta diebus a conjugibus, & caſte, & pie vivendum, ut ſanctificato corde, & corpore iſti ſancti dies tranſigantur, donec perveniatur ad diem ſanctum paſchæ, quia pene nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 43. Burch. lib. 13. c. 14. Ivo part. 4. c. 47. decret.*

TITULUS VI.

ÆGROTI NON OBSTRINGANTUR LEGE JEJUNII.

CAPUT I.

NEC hortor, nec admoneo, ſed diſtricte præcipio, ut jejunare minime præſumas, quia dicunt medici, huic moleſtiæ (*effuſionis ſanguinis*) valde eſſe contrarium, niſi forte ſi grandis ſolemnitas exigit, quinque in anno vicibus concedo. *Gregor. Mariniano Epiſcop. Ravenn. lib. 9. regiſt. epiſt. 28.*

CAPUT II.

Quoniam eruptionem ſanguinis patientibus jejunia medici omnino dicunt eſſe contraria, his fraternitatem tuam hortamur affatibus, ut reducens ad animum ea, quæ eſt ſolita de ægritudine ſuſtinere, jejunandi ſibi laborem minime imponat. *Greg. Mariniano Epiſc. Ravenn. lib. 11. regiſt. epiſt. 32.*

CAPUT III.

De obſerv. jejun. c. 2. ap. Greg. IX. & in 3. coll. Poſtulaſti reſponſum habere de illis, qui in quadrageſima, vel in aliis jejuniis ſolemnibus infirmantur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri, quorum quidam promittunt propter hoc eleemoſynam ſe facturos, quidam vero propter neceſſitatem infirmitatis urgentis, hoc a te ſibi, quaſi ex debito concedendi requirunt. Super quo tibi duximus reſpondendum, quod cum non ſubjaceat legi neceſſitas, deſiderium infirmorum, cum urgens neceſſitas exigit, ſupportare potes, & debes, ut majus in eis periculum evitetur. *Innocent. III. Bracaren. Epiſc.*

CAPUT IV.

Mulier, ſi peperit, debet ne jejunare paſcha, vel vinum non bibere, an a jejunio abſolvitur, & vinum bibere permittitur, eo quod pepererit? Reſp. Excogitatum eſt jejunium, ut corpus humile reddatur. Si ergo corpus in humilitate, & imbecillitate verſatur, debet cibi, & potus, quantum poteſt, eſſe particeps. *Timoth. Epiſc. Alex. cap. 8.*

CAPUT V.

Si quis ſit ægrotus, & ex vi morbi valde liquefactus, & attenuatus, & ſanctum paſcha venerit, debet ne omnino jejunare, an eum abſolvit clericus, ut accipiat, quod poteſt, vel etiam oleum & vinum? Reſpon. Abſolvi debet ægrotus, ut cibum, & potum capiat, quantum ferre poteſt. *Timotheus Epiſcop. Alex. c. 10.*

TITULUS VII.

DE NUMERO DIERUM, QUIBUS CONSTAT QUADRAGESIMA.

CAPUT I.

COgnoſcite a nobis, & a cunctis Epiſcopis in hac ſancta, & Apoſtolica Sede congregatis ſtatutum eſſe, ut ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum paſcha omnes clerici, in ſortem Domini vocati, a carne jejunent, quia ſicut diſcreta eſſe debet vita clericorum a laicorum converſatione, ita & in jejunio debet fieri diſcretio, &c. Has ergo ſeptem hebdomadas omnes clerici a carne, & deliciis jejunent, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino inhærere die, noctuque ſtudeant. *Teleſph. ep. 1. in princ. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 1. Panorm. & part. 4. cap. 25. decr. Anſelm. lib. 7. cap. 165. Cæſar. lib. 11. cap. 20. Tarrac. lib. 4. c. 60.* *Diſt. 4. Statuimus, c. 4.*

CAPUT II.

Id ſacerdotibus omnibus eſt decretum, ut ante paſchæ ſolemnitatem non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur. *Aurel. c. 24. alias 26.* *De conſ. d. 3. cap. 6.*

CAPUT III.

Quadrageſima ab omnibus eccleſiis æqualiter teneatur, neque quinquageſimam, aut ſexageſimã ante paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere, &c. *Aurel. IV. c. 2.*

CAPUT IV.

Teleſphorus conſtituit, ut ſeptem hebdomadas ante paſcha jejunium celebraretur. *Dam. in Teleſph.*

TITULUS VIII.

QUADRAGESIMA EST VELUT DECIMA ANNI, QUAM CHRISTIANI OFFERUNT.

CAPUT I.

TEmpore quadrageſimæ, quo Deo carnis noſtræ decimas damus, omni eſt voluptati renunciandum. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 9.*

CAPUT II.

Non tantum decimas rerum, ſed etiam dare Deo debemus decimas dierum, quod fideles quique annuatim ſtudent agere tempore quadrageſimæ. *Troslejan. c. 6. ex D. Greg.*

CAPUT III.

Quadrageſima cum ſumma obſervatione cuſtodiri debet, ut jejunium in ea, præter dies dominicos, qui abſtinentiæ ſubtracti ſunt, nullatenus reſolvatur, quia ipſi dies decimæ ſunt anni noſtri, quos cum omni religione & ſanctitate tranſigere debemus. Nulla in his occaſio ſit reſolvendi jejunii, quia alio tempore ſolet jejunium caritatis cauſſa diſſolvi, iſto vero nullatenus debet, quia in alio jejunare, in voluntate, & arbitrio cujuslibet poſitum eſt, in hoc vero non jejunare, præceptum Dei tranſcendere eſt, & in alio tempore jejunare præmium abſtinentiæ adquirere eſt; in hoc vero præter infirmos, ac parvulos, quiſ- *Loquitur de ſolis jejuniis, quæ ſunt in conſilio.*

quiſquis non jejunaverit, pœnam ſibi adquirit, quia eoſdem, dies Dominus, & per Moſem, & per Heliam, & per temetipſum ſacro jejunio conſecravit. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 37.*

Vide Tolet. VIII. c. 9. Tit. ſeq. capite Dicente ſcriptura.

TITULUS IX.
QUADRAGESIMA JEJUNETUR INTEGRA.

CAPUT I.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, hypodiaconus, lector, cantor quadrageſimam non jejunans, aut quartam, aut ſextam feriam, deponatur, niſi corporis imbecillitate impediatur, laicus excommunicetur. *Apoſt. c. 69.*

CAPUT II.

De conſ. d. 3. cap. Non liceat, 2.

Non oportet in quadrageſima, quinta feria ultimæ hebdomadis ſolvere jejunium, & totam quadrageſimam inficere, ſed opus eſt, tota quadrageſima arida edendo, jejunare. *Laod. cap. 50. Mart. Brac. c. 50. Burchard. lib. 13. c. 8. Ivo part. 4. c. 41.*

CAPUT III.

De conſ. d. 3. cap. 9.

Placuit, ut omnes eccleſiæ filii, exceptis diebus dominicis, in quadrageſima, etiam die ſabbato, ſacerdotali ordine, & diſtrictionis comminatione jejunent. *Agath. c. 12.*

CAPUT IV.

Decernimus obſervandum, ut quadrageſima ab omnibus eccleſiis æqualiter teneatur. *Aurel. IV. c. 2.*

CAPUT V.

Si quis quinta feria paſchali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima poſt nonam jejunus in eccleſiis miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectam Priſcilliani feſtivitatem ipſius ab hora tertia per miſſas defunctorum ſoluto jejunio colit, anathema ſit. *Bracar. I. c. 16.*

CAPUT VI.

In die paſſionis Domini quidam ab hora nona jejunium ſolvunt, conviviis adhibentur *, & cum ſol lumen ſubduxerit, &c. illi epulis inſerviunt, & quia totum eum diem univerſalis eccleſia propter paſſionem Domini in mœrore, & abſtinentia peragit, quicumque in eo jejunium, præter parvulos, ſenes, & languidos, ante peractas indulgentiæ preces ſolverit, a paſchali gaudio depellatur, nec in eo ſacramentum corporis & ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſſionis ejus per abſtinentiam non honoravit. *Tolet. IV. c. 7.*

* *abutuntur*, al.

CAPUT VII.

Eccl. 19. 2.

Dicente ſcriptura: *Qui ſpernit minima paulatim decidit*, &c. quadrageſimæ dies anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione jejunii Domino conſecrantur, quibus etiam conditio humani generis expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & ex quatuor elementis formatus propter tranſgreſſionem decalogi quater decies convenienter affligitur, &c. Quiſquis ſine inevitabili neceſſitate, atque fragilitate, & evidenti languore *, ſeu etiã impoſſibilitate ætatis diebus quadrageſimę eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab ejuſdem diei ſancta communione, & hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quam a ſacerdote permiſſum percipiant. *Toletan. VIII. c. 9.*

* *fragilitatis evid. lang.*

CAPUT VIII.

A jejunis ſacra altaris celebrentur, ut canone Carthaginenſis dicitur, excepta die, qua cœna dominica celebratur, quæ exceptio tunc aliqua de cauſſa placuit. Sed nos Apoſtolorum, & patrum traditiones ſequentes, non oportere putamus in quadrageſima ultima hebdomada quintam feriam ſolvere, & totam quadrageſimam inficere. *Trull. c. 29. vide Carth. c. 41. G. & Carthag. III. c. 24.*

CAPUT IX.

Salutaris paſſionis dies in jejunio, & oratione & compunctione cordis celebrantes fideles a media nocte magni ſabbati vigilent *, cum evangeliſtæ Matthæus, & Lucas dicant, *valde mane*, &c. *Trull. cap. 90.*

* *jejunent.*

CAPUT X.

De conſ. d. 3. cap. 7.

Non liceat quinta feria noviſſimæ ſeptimanæ jejunium ſolvere, & omnem exhonorare quadrageſimam, ſed ſincere abſtinentes totam quadrageſimam peragere. *Mart. Brach. c. 50. vide Laod. cap. 50.*

TITULUS X.
TEMPORE QUADRAGESIMÆ CIVES NON DEGANT IN VILLIS, SED IN URBIBUS ET OPPIDIS.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. cap. 5.

Nulli civiũ paſchæ, natalis Domini, vel quadrageſimæ * ſolemnia in villa liceat celebrare, niſi quem infirmitas probabitur tenuiſſe. *Aurel. c. 25. alias 27. vide Arvern. c. 14. Burch. lib. 2. c. 75. Ivo part. 4. c. 12. decr.*

* *quinquag. f.*

CAPUT II.

De conſ. d. 5. Ne quis, c. 15.

Nec quadrageſimæ diebus ab eccleſiis fideles deſint, nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in ſuſpicionibus perſeverant, ſed exemplum, & præceptum cuſtodiant ſacerdotum, & ad alienas villas agendorum conventuum cauſſa non conveniant. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: „Anathema ſit, qui hæc commiſerit“. *Cæſaraug. c. 2.*

TITULUS XI.
DE PERCEPTIONE EUCHARISTIÆ TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

CAPUT I.

Corpori, & ſanguini Dominico quotidie in quadrageſima, ſi debeatis communicare, conſuluiſtis. Quod ut fiat, Deum omnipotentem ſuppliciter exoramus, & vos omnes vehementiſſime cohortamur, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit, vel ſi hanc, non de criminalibus peccatis conſcientia impœnitens, vel non reconciliata fortaſſis accuſet, vel ſi fratri diſcordanti quis veſtrum ſuo vitio reconciliatus minus exiſtat, &c. interim tamen quadrageſima, quam mos eccleſiæ majorem appellat, omni eſt die, ſerva-

vato ſuperiori tenore, commonicandum, quoniam ſemper eſt orationi vacandum, & ſacrificiis fidelium concurrendum, & illud propheticum
Eſai. 58. quo dicitur: *In die jejunii veſtri invenitur voluntas veſtra*, jugiter ad memoriam revocandum; ſi enim ex conſenſu conjugatorum, etiam alio, forte mundo corpore, tempore vacatur orationi, quanto potius iſto, quo Deo etiam carnis noſtræ decimas damus, &c. omni eſt voluptati renunciandum? *Nicol. ad conſulta Bulgar. c. 9.*

CAPUT II.

De conſ. d. 2. cap. 17. In cœna Domini a quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum eſt, percipienda ſit, eccleſiaſticus uſus demonſtrat, cum etiam pœnitentes eodem die ad percipienda corporis & ſan-
* ſe reconciliant. guinis Dominici ſacramenta reconciliat*. *Cabilon. ſub Carolo c. 47. Capitul. lib. 7. c. 68. in addit. Burchard. lib. 5. cap. 20. Ivo part. 2. cap. 30. decret.*

CAPUT III.

Singulis diebus dominicis in quadrageſima, præter hos, qui excommunicati ſunt, ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in cœna Domini, &c. *Theodulphus ad presbyteros Aurel. c. 41. Burch. lib. 5. c. 19. Ivo part. 2. c. 29. decr. Anſ. lib. 9. c. 11.*

TITULUS XII.

TEMPORE QUADRAGESIMÆ NON FIEBAT OLIM QUOTIDIE SACRUM APUD GRÆCOS MORE NOSTRO.

CAPUT I.

NON oportet in quadrageſima oanem offerre niſi in ſabbato, & dominica tantum. *Laod. cap. 49.*

CAPUT II.

Omnibus diebus jejuniorum quadrageſimæ, excepto ſabbato, & dominica, & ſancto Annunciationis die, fiant ſanctificationum, non oblationum ſacra miniſteria. *Trull. c. 52.*

TITULUS XIII.

TEMPORE QUADRAGESIMÆ SANCTORUM SOLEMNITATES OLIM NON CELEBRABANTUR.

CAPUT I.

33. q. 4. Non licet, c. 9. NON oportet in quadrageſima martyrum natale celebrare, ſed ſabbatis, & dominicis diebus ſanctorum martyrum memoria fiat. *Laod. c. 51. Mart. Brac. c. 48. Burch. lib. 13. c. 10. Ivo part. 4. c. 43. decr.*

CAPUT II.

Quoniam die, qua invenitur Angelus virgini Verbi conceptum & nunciaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadem die feſtivitas non poteſt celebrari condigne, quod interdum quadrageſima, vel paſchale feſtum videatur incumbere, in quibus nihil de ſanctorum ſolemnitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, convenit celebrari &c. xv. Kal. Januar. ſolemnitas dominicæ Matris. VIII. Kal. Januar. nativitas Filii celebretur. *Tolet. X. c. 1. Vide Trull. c. 52. tit. præced.*

TITULUS XIV.

TEMPORE QUADRAGESIMÆ CESSENT JUDICIA, ET NEGOTIA, QUANTUM FIERI POSSIT.

CAPUT I.

A Nobis ſcire cupitis, ſi quadrageſimali tempore judicia ſint exercenda, vel ad mortem aliquis addicendus. In quo nos noveritis eadem de quadrageſimali tempore ſuper hac reſpondere conſultatione, quæ de diebus feſtis jam reſpondiſſe dignoſcimur. *Nicol. ad conſulta Bulgar. c. 45. vide lib. præced. tit. XIX. c.* Quod interrogatis.

CAPUT II.

Veſtram Deo, amabilis Auguſtæ, petimus clementiam, uti abſque inevitabili neceſſitate ſanctum tempus quadrageſimæ liceat eccleſiaſticis viris ſub quiete agere, quatenus tempus illud, quod purificatio debet eſſe aliorum temporum, non inquinetur inquietudine perturbationum. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part. ult. c. 16.*

CAPUT III.

Ut Regia magnificentia liberiorem libertatem Epiſcopis ad ſuum peragendum in eorum parochiis miniſterium, maxime in ſacratiſſimis temporibus quadrageſimæ ſcilicet, & adventus Domini tribuat, &c. Ipſi autem Epiſcopi conceſſum ſibi otium non in ſuas voluptates, ſed in divinum & officioſum convertant negotium, quatenus ſtudentes prædicationi, & correctioni, atque confirmationi, quod hactenus per parochias fuit neglectum, ſolerter, & devotiſſime de cetero ſit correctum, & emendatum, & non propter ſuam quietudinem Epiſcopi ad remotiora loca ſecedentes, & ſuum miniſterium negligentes proprias deſerant civitates, ſed ut parochias ſuas cum officii efficacia circumeant, aut cum religione in ſuis civitatibus canonice cum ſuis filiis degant, &c. *Meldenſe cap. 28.*

CAPUT IV.

Regia majeſtas obſervare præcipiat omnibus Reipub. miniſtris, quod a divina auctoritate, & ſanctorum patrum conſtitutione cautum eſſe dignoſcitur, videlicet, ut nemo comitum, aut quiſquam ex judiciaria poteſtate, poſt quartam feriam, quæ caput jejunii nominatur, in qua omnes pœnitentes manus impoſitionem ad vacandum ſolummodo pœnitentiæ, & divinis officiis accipiunt, placitum, aut mallum tenere præſumant. *Meld. c. 76.*

CAPUT V.

Diebus dominicis, vel ſanctorum in feſtis, ſeu quadrageſimæ, aut jejunorum, nullus comes, vel ſæcularis placitum habere, ſed nec populum illo præſumat coercere. *Tribur. c. 35.*

CAPUT VI.

In his jejuniorum diebus (*loquitur de quadrageſima*) nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus, & in opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadrageſimæ tempore, & qui debita a debitoribus exigunt, Dominus per prophetam dicens: *Ecce in die jejunii veſtri inveniuntur* Eſai. 58.
voluntates veſtræ, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones jejuna-

tis,

tis, & percutitis pugno impie. Theodulph. ad presb. Aurel. cap. 42. Burch. lib. 3. cap. 13. Ivo part. 4. cap. 46.

TITULUS XV.
DE CHRISMATE, ET ABLUTIONE PEDUM, ET RECONCILIATIONE PŒNITENTIUM IN CŒNA DOMINI.

CAPUT I.

De Chriſmate conficiendo in cœna Domini. *Fabian. ep. 2. in princ.*

CAPUT II.

De conſ. diſt. 3. De pœnitentibus, c. 17. Quinta feria ante paſcha abſolvuntur pœnitentes. *Innoc. ep. 1. c. 7. Capitul. lib. 5. cap. 66. Caſ. lib. 15. c. 27. Tarr. lib. 4. c. 36.*

CAPUT III.

Inquiſivit fraternitas tua, ſi liceat ſanctimonialibus feminis, quemadmodum viris, ſibi invicem pedes abluere in cœna Domini, &c. Hoc dominicum præceptum eſt, quod, qui per fidem impleverit, habebit ex eo laudem. *Zachar. epiſt. 5. ad Bonif. in med.*

CAPUT IV.

Licet ablutio pedum omni tempore, ut fiat, expedibile habeatur, tamen neceſſe eſt, ut ſpecialis in eodem die, quo a Chriſto geſtum eſt, omnimodo ſervetur. Proinde hæc ſancta ſynodus decernit, atque inſtituit, ut deinceps non aliter per totius Hiſpaniæ, & Galliarum eccleſias eadem ſolemnitas celebretur, niſi pedes unuſquiſque Pontificum, ſeu ſacerdotum, ſecundum hoc ſacroſanctum exemplum ſuorum lavare ſtudeat ſubditorum. *Tolet. XVII. c. 5.*

TITULUS XVI.
DE CIBIS, ALIISQUE REBUS PROHIBITIS IN QUADRAGESIMA.

CAPUT I.

Nulla ratio ſinit in quadrageſimali tempore venationibus uti, venantes enim nihil præter carnes captant: ut ergo nihil carnale ſectari videamini, decenter a carnibus captandis in quadrageſimali præcipue tempore vobis eſt abſtinendum. Quanto enim jejunii tempore arctius eſt divinis cultibus inſiſtendum, tanto eſt in cunctis mundi nocivis oblectamentis longius recedendum: præſertim cum neminem niſi reproborum venationes exercuiſſe ſacra deſignet hiſtoria. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 44.*

CAPUT II.

Nec uxorem ducere, nec convivia facere, in quadrageſimali tempore convenire poſſe, ullatenus arbitramur. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 48.*

CAPUT III.

Non oportet, poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quemquam ab baptiſmum ſuſcipi. *Laod. cap. 45.*

CAPUT IV.

33. q. 4. c. 8. & 9. Non oportet in quadrageſima nuptias, vel natalicia celebrare. *Laod. c. 52. Mart. Brac. c. 48. Ivo part. 8. c. 49. decret.*

CAPUT V.

Cognovimus quoſdam Hiſpaniæ ſacerdotes, qui in quadrageſimæ diebus *alleluia* decantant, præter in ultima hebdomada paſchæ, &c. In omnibus quadrageſimæ diebus, quia tempus non

eſt gaudii, ſed mœroris, *alleluja* non decantetur. Tunc enim opus eſt fletibus, ac jejuniis inſiſtere, corpus cilicio, & cinere induere, animum mœroribus deiicere, gaudium in triſtitiam vertere, quouſque veniat tempus reſurrectionis Chriſti. Hoc enim eccleſiæ univerſalis conſenſio in cunctis terrarum partibus roboravit, quod per Hiſpanias, Gallicialque provincias conſervetur, &c. Si quis ergo Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus aliud fecerit, ordinis ſui officio carere cogatur, & communione ejuſdem paſchæ privetur. *Tolet. IV. c. 10.*

CAPUT VI.

In Armenia, & aliis locis, ſabbatis, & dominicis quadrageſimæ jejuniorum diebus, ova, & butyrum quidam comedunt. Placuit per univerſam orbis totius eccleſiam uno ordine jejunium celebrari, & abſtinere, ut ab omni mactabili, ſic ab ovis, & butyro, quia fructus ſunt, & ſeminæ eorum, quibus abſtinemus. Si vero id non ſervaverint, clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull. c. 56.*

Vide de hac re Theodulph. ad presbyteros Aurel. c. 40. tit. de hora, qua olim Chriſtiani capiebat cibum tempore jejunii c. 43. tit. Jejunium conjungant Chriſtiani cum eleemoſynis, & cum exercitatione omnium virtutum cap. Abſtinendum eſt.

TITULUS XVII.
NE JUDÆIS DIE CŒNÆ DOMINI, NEQUE ALIIS TRIBUS, QUI PROXIME SEQUUNTUR, IN PUBLICUM PRODEANT.

Vide Part. I. Lib. XII. Tit. X.

TITULUS XVIII.
COMMUNIA DE QUADRAGESIMA.

CAPUT I.

Si nulla urget neceſſitas, non ſolum quadrageſimali tempore, ſed omni eſt præliis abſtinendum. *23. q. 8. c. 15.* Si autem inevitabilis urget opportunitas, nec quadrageſimali eſt tempore pro defenſione tam ſua, quam patriæ, ſeu legum paternarum, bellorum proculdubio præparationi parcendum, ne videlicet Deum videatur homo tentare, ſi habet, quod faciat, & ſuæ, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimento non præcavet. Porro muri Jericho filiis *Joſue 6.* Iſrael, qui ſabbatum jam obſervandum ſuſceperant, etiam ſabbato urbem circumeuntibus, & tubis clangentibus ad terram protracti ſunt. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 46. Ivo lib. 8. tit. 4. c. 23. panorm. & part. 10. cap. 93. decret. Caſar. lib. 7. c. 11.*

CAPUT II.

Ut in omnibus miſſis, ſive matutinis, ſive quadrageſimalibus, vel quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper *Sanctus, Sanctus, Sanctus* eo ordine, quo ad miſſas publicas, dici debeat, &c. *Vaſenſ. II. c. 4.*

CAPUT III.

Omnes presbyteri ante epiphaniam miſſos ſuos dirigant, qui eis de principio quadrageſimæ nuntient, & in ipſa epiphania ad populum indicent. *Antiſiod. c. 2.*

CAPUT IV.

A media quadrageſima presbyteri chriſma petant. *Antiſ. c. 6.*

CAPUT V.

Gregorius ſecundus quadrageſimali tempore, ut in quinta feria jejunium, atque miſſarum celebritas fierent in eccleſia, quod antea non agebatur, inſtituit. *Ex pontif.*

TITULUS XIX.

DE JEJUNIO QUATUOR TEMPORUM, ET ALIORUM DIERUM.

CAPUT I.

SEmper fiat jejunium veris in prima hebdomada quadrageſimæ; jejunium vero æſtatis infra hebdomadam pentecoſtes. *Clarom. ſub Urbano II. cap.* 27.

CAPUT II.

Diſt. 76. c. 4. Statuimus, ut jejunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur. Primum in initio quadrageſimæ, ſecundum in hebdomada pentecoſtes, tertium vero in Septembri, quartum in Decembri more ſolito fiat. *Placent. ſub Urbano II. c.* 15.

CAPUT III.

Diſt. 76. c. 1. diſt. 67. c. 1. Jejunium in ordinatione Epiſcopi, & aliorum. *Anacl. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 1. c. 15. Ivo part. 5. c. 69. decret. Anſelm. lib. 6. c.* 47.

CAPUT IV.

Diſt. 76. c. 1. Jejunium, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſtis, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus. Ut ſicut annus per quatuor volvitur tempora, ſic & nos quaternum ſolemne agamus jejunium per anni quatuor tempora, & ſicut replemur frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur jejunio ad alendas animas, *Zach. 8. c.* juxta prophetæ Zachariæ vocem, &c. *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Judæ*, &c. *Calliſt. epiſt. 1. in princ. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 2. panorm. & part. 4. c. 26. decret.*

CAPUT V.

Diſt. 75. c. 4. & 5. Act. 13. His, qui conſecrandi ſunt, jejuniis, & a jejunantibus ſacra benedictio conferatur, &c. Cum Apoſtoli Paulum, & Barnabam ex præcepto Spiritus ſancti ad evangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes, & orantes impoſuerunt eis manus, &c. *Leo epiſt. 79. c. 1. ad Dioſc. Epiſcop. Alexand. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 6. panorm. & part. 6. cap. 70. & 71. decret. Anſelm. lib. 7. c. 37. Tarrac. lib. 3. c.* 47.

CAPUT VI.

Diſt. 75. c. ult. Ordinationes etiam presbyterorum, & diaconorum, niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id eſt quarti menſis jejunio, ſeptimi, & decimi, ſed etiam quadrageſimalis initii, ac mediana quadrageſimæ die, ſabbati jejunio circa veſperam noverint celebrandas. *Gelaſ. ep. 1. c. 13. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 18. panorm. & part. 6. c. 74. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 38. Tarrac. lib. 3. c. 48. & lib. 6. c.* 40.

CAPUT VII.

Si longum, vel triſte videtur (*Judæis*) ſolemnitatem ſuſtinere paſchalem, & eos nunc ad baptiſmum feſtinare cognoſcis, ne quod abſit longa dilatio eorum retro poſſit animos revocare, cum fratre noſtro Epiſcopo loci ipſius loquere, ut pœnitentia, ac abſtinentia quadraginta diebus indicta, aut die dominico, aut ſi celeberrima feſtivitas fortaſſis occurrerit, eos omnipotentis Dei miſericordia protegente baptizet, &c. *Greg. Fauſt. Defenſori ep. 1. c. 24. lib. 7. regiſt.*

CAPUT VIII.

Ordinationes presbyterorum, ſeu diaconorum non niſi quarti, ſeptimi, & decimi menſium jejuniis, ſed & ingreſſu quadrageſimali, atque mediante, veſpere ſabbati (*Epiſcopus veſter*) noverit celebrandas. *Greg. II. epiſt. 3. ad clerum Turing. Gelaſ. epiſt. 1. c.* 13. *Diſt. 75. c. ult.*

CAPUT IX.

Conſilium noſtrum requiſiſti, utrum etiam jejunandum ſit in adventu Domini, cum tamen ſentiant diverſi diverſa, quibuſdam dicentibus, ſed paucioribus, jejunandum eſſe tunc temporis, pluribus vero ſe aſſerentibus ad hæc non teneri, &c. Nos ſuper hoc taliter reſpondemus, &c. Jejunium etiam apud nos in adventu Domini agitur. *Innoc. III. Brachar. Epiſc.* *De obſervat. jejuniorum c. 2. apud Gr. IX. & in 3. coll.*

CAPUT X.

Triduanum jejunium in dominicæ Aſcenſionis ſolemnitate, &c. quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis utantur. *Aurel. cap. 29. al.* 27.

CAPUT XI.

Expleta ſolemnitate pentecoſtes in ſequenti ſeptimana a quinta feria in ſabbatum per hoc triduum abſtinentia celebretur. *Gerunden. c. 2. Cæſaraug. c.* 2.

CAPUT XII.

A feria ſancti Martini uſque ad natalem Domini, ſecunda, quarta, & ſexta ſabbati jejunentur, & ſacrificium debito, quemadmodum quadrageſimale, ordine celebretur. In quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus. *Matiſc. c.* 9.

CAPUT XIII.

In Kalendis Januarii, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino *alleluja* non decantabitur, in quibus etiam piſcem, & olus, ſicut, & in illis XL. diebus, cæteris carnibus abſtinentur, & a quibuſdam etiam nec vinum bibitur, &c. *Tolet. IV. c.* 10.

CAPUT XIV.

Conſtituimus, ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio obſerventur, id eſt menſe Martio, hebdomada prima. Et feria quarta, & ſexta, & ſabbato veniant omnes ad eccleſiam hora nona cum litaniis ad miſſarum ſolemnia. Similiter in menſe Junio hebdomada ſecunda, feria quarta, & ſexta, & ſabbato jejunetur uſque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembri hebdomada tertia, & in menſe Decembri hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, ſicut eſt in Romana eccleſia traditum. *Magunt. c. 34. Capit. lib. 5. c. 86. Burch. lib. 13. c. 2. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 7. panorm. & part. 4. c. 35. decret.* *Diſt. 76. c. 2.*

CAPUT XV.

De incerto jejunio quatuor temporum hanc certitudinem ſtatuimus, ut ſi Kalendæ Martii in quar- *Diſt. 76. c. 5.*

quarta feria, ſive antea evenerint, eadem hebdomada jejunium celebretur; ſi autem Kalendæ Martii in quintam feriam, aut ſextam, aut ſabbatum diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam jejunium differatur. Similt quoque modo ſi Kalendæ Junii in quartam feriam, aut antea evenerint, in ſubſequente hebdomada jejunium celebretur, & ſi in quintam feriam, aut ſextam, aut ſabbatum contigerit, jejunium in tertiam hebdomadam reſervetur. Et hoc ſciendum eſt, quod ſi quando jejunium menſis Junii in viglia pentecoſtes ſecundum prædictam regulam evenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolemni pentecoſtes, & tunc propter ſolemnitatem Spiritus ſancti diacones dalmaticis induantur, & *Alleluja* cantetur, & *flectamus genua*, non dicatur. Eodem modo de Septembris jejunio conſtitutum eſt, ut ſi Kalendæ Septembris in quarta feria evenerint, aut antea, jejunium in tertia hebdomada celebretur, & ſi in quinta, aut ſexta, aut ſabbato contigerit, in quarta hebdomada jejunandum erit. In Decembri illud obſervandum erit, ut proximo ſabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur jejunium, quia ſi vigilia in ſabbato evenerit, ſimul vigilia, & jejunium celebrare non convenit. *Salegunſtadienſ. c. 2. poſt Burch. decr. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 8. panorm. & part. 4. cap. 33. decr.*

CAPUT XVI.

Servetur jejunium tam indictum, quam etiam quatuor temporum. *Troslejan. c. 15.*

CAPUT XVII.

Graduum ordinationes recte fiunt, quando jejunia quatuor temporum aguntur. *Lemovic. action. 2.*

CAPUT XVIII.

Non reprehendet nos quiſpiam, quartam, & ſextam feriam obſervantes, in quibus jejunare ſecundum traditionem præceptum eſt, quartam quidem propter initum a Judæis conſilium de proditione Domini, ſextam autem, quod ipſe pro nobis paſſus ſit, &c. *Petrus Alex. Archiep. ſerm. de pœnit. can. 15.*

CAPUT XIX.

Calliſtus conſtituit jejunium (die ſabbati) quater in anno fieri frumenti, vini, & olei ſecundum prophetam. *Dam. in Calliſt.*

Vide Nicol. ad conſult. Bulg. cap. 4. & 5. hoc lib. tit. XXIII.

TITULUS XX.

DE JEJUNIIS MONACHORUM.

Vide Partis I. Lib. VIII. Tit. XV.

TITULUS XXI.

NE QUISQUAM DIE DOMINICO JEJUNET.

Vide Part. II. Lib. VIII. Tit. XIII.

TITULUS XXII.

CONTRARIÆ SENTENTIÆ GRÆCORUM, ET LATINORUM DE JEJUNIO SABBATI.

CAPUT I.

SI clericus dominicum diem, vel ſabbatum uno excepto jejunaverit, deponatur, laicus excommunicetur. *Ap. c. 64.*

CAPUT II.

De conſ. diſt. 3. cap. 13.

Sabbato jejunandum eſſe ratio evidentiſſima demonſtrat, nam ſi diem dominicum ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti non ſolum in paſcha celebramus, verum etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſi ſexta feria propter paſſionem Domini jejunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, &c. Apoſtolos conſtat biduo iſto in mœrore fuiſſe, & propter metum Judæorum ſe occuluiſſe, quod utique non dubium eſt in tantum eos jejunaſſe biduo memorato, ut traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari, quæ utique forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas propter id, quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. Quod ſi putant ſemel, atque uno ſabbato jejunandum, ergo & dominica, & ſexta feria ſemel in paſcha erit utique celebranda, &c. Num ergo nos negamus ſexta feria jejunandum, ſed dicimus, & ſabbato hoc agendum, &c. *Innoc. ep. 1. c. 4. Ivo lib. 2. tit. 14. c. 4. pan. & part. 4. c. 28. decr. Tarr. lib. 5. cap. 70.*

CAPUT III.

De conſ. d. 5. cap. 31.

Quia dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorumdem auctoritatem ſequentes ſalubriter admonemus, ut quicumque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die, niſi majori feſtivitate interveniente, vel infirmitate impediente, abſtineat. *Greg. VII. in concil. Rom. an. 6. c. 9.*

CAPUT IV.

De obſerv. jejun. c. 2. ep. Greg. IX. & in 1. coll.

De illis, qui in ſabbato juxta terrarum conſuetudinem aliarum, propter debilitatem, quam in ſe ſentiunt, carnes ſumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri conſuevit, cum ab aliis moleſte feratur, & oriatur in illis occaſio de retrahendi, tale tibi damus reſponſum, quod ſuper hoc tuæ conſuetudinem regionis facias obſervari, ſic tàmen, quod debilibus, & infirmis propter hoc periculum non emergat. *Innocent. II. Epiſcop. Brachar.*

CAPUT V.

Errorem placuit corrigi, ut omni ſabbati die jejunorum ſuperpoſitionem celebremus. *Eliber. cap. 26.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 5. Placuit, c. 3.

Omnes eccleſiæ filii, exceptis diebus dominicis in quadrageſima etiam die ſabbato, ſacerdotali ordinatione, & diſtrictionis comminatione jejunent. *Agath. c. 12.*

CAPUT VII.

Nequa per ſabbata abſque infirmitate quiſquã ſolvat quadrageſimale jejunium, niſi tantum die dominico prandeat, quod ſic fieri ſpecialiter patrum ſtatuta ſanxerunt. Si quis hanc regulã irruperit, tamquam tranſgreſſor diſciplinæ a ſacerdotibus cenſeatur. *Aurel. IV. c. 2.*

CAPUT VIII.

Servetur canon jubens, ut ſi clericus inveniatur dominica jejunare, vel ſabbato, uno tantum excepto, deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 55. vid. Apoſt. c. 65.*

CAPUT IX.

Innocentius conſtituit ſabbato jejunium celebrari, quia ſabbato Dominus in ſepulchro poſitus eſt, & diſcipuli jejunaverunt. *Ex Pontif. in addit.*

TITULUS XXIII.

QUIBUS DIEBUS OPORTEAT CHRISTIANOS A CARNIBUS ABSTINERE.

CAPUT I.

De conſ. d. 5. cap. 31.

QUia dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorumdem auctoritatem ſequentes ſalubriter admonemus, ut quicumque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die, niſi majore feſtivitate interveniente, vel infirmitate impediente, abſtineat. *Syn. Rom. ſub Greg. VII. c.* 8. *ann. VI. XIII. Kal. Dec. Tarrac. lib.* 5. *cap.* 52.

CAPUT II.

Nullus Chriſtianus a capite jejunii, uſque ad paſcha carnem comedat. *Clarom. ſub Urbano II. c.* 23. *vide Teleſphor. epiſt.* 1. *in tit. de numero dierum quadrageſimæ c.* 1. Cognoſcite.

CAPUT III.

In diebus jejuniorum, in quibus per abſtinentiam, & lamentum pœnitentiæ præcipue Domino ſupplicandum eſt, modis omnibus eſt a carnibus abſtinendum. Quoniam licet omnibus orare, & abſtinere conveniat, jejuniorum tamen temporibus amplius abſtinentiæ inſervire oportet, videlicet, ut qui ſe meminit, illicita perpetraſſe, ſecundum ſacra decretalia, in his etiam a licitis ſe quibuſdam abſtineat, quadrageſimali videlicet tempore, quod eſt ante paſcha, jejunio poſt pentecoſtem, jejunio ante ſolemnitatem aſumptionis ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Dominæ noſtræ Mariæ, nec non in jejunio ante natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti feſtivitatem quæ jejunia ſancta Romana ſuſcepit antiquitus, & tenet eccleſia. In ſexta vero feria omni hebdomade & in cunctis vigiliis inſignium feſtivitatum, a carnium eſu ceſſandum, & jejuniis incumbendum,

Pſalm. 29.

ut veraciter cum pſalmo dici valeat: *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nicol. ad conſulta Bulgar. c.* 4.

CAPUT IV.

Sexta feria paſſionem dominicam, & Apoſtolorum mœſtitiam recolentes, ab omnium carnium epulis, & pinguedine guſtus noſter arcendus, præter ſi nativitas Domini, & epiphaniorum ejus, aut feſtivitas beatæ matris Domini, & Virginis Mariæ, ſeu Apoſtolorum principis Petri, & Pauli, atque ſancti Joannis Baptiſtæ, ſeu B. Joannis Evangeliſtæ, necnon & clavigeri cæli germani, Andreæ ſcilicet Apoſtoli, quin etiam & beati Stephani protomartyris ipſo die fortaſſis venire contigerit, nam quod ſancta eccleſia, vel fidelis anima, in feſtivitate ſanctorum, jejunia, vel abſtinentias, quæ non ſunt perpetuo voto propoſitæ, ſolvere debeat, Dominus teſtatur in Evangelio

Joann. 1.

dicens: *Mulier cum parit, triſtitiam habet, cum autem peperit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Nicol. ad conſulta Bulgar. c.* 15.

CAPUT V.

Si eodem die (*quo baptiſma ſuſcipitur*) licitum ſit, carnes comedi, vel quot in conſequentibus ab his ſit abſtinendum, requiritis, &c. A carnibus ipſo die, his, qui ſabbato ſancto, vel ſabbato pentecoſtes baptizati fuerint, proculdubio abſtinere convenit. Conſequentibus vero ſeptem diebus, qui a veteribus dies azymorum dicebantur, & diei reſurrectionis dominicæ conjuncti rite celebrantur, ſi quiſquam quandocumque carnibus veſci affectat, multo magis edere carnes oportet. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 69.

CAPUT VI.

De obſerv. jejun. c. 2. *et Greg. IX. & in* 3. *coll.*

Cum quæ ſit illis pœnitentia injungenda quæſieris, qui diebus quadrageſimalibus, tempore illo, quo tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere ſunt coacti, tibi breviter reſpondemus, quod in articulo tali illos non credimus puniendos, quos tam urgens neceſſitas excuſavit preces domino pro illis, & cum illis, ne ipſis aliquatenus imputetur, quia bonarum mentium eſt, ibi timere culpam, ubi culpa minime reperitur, effundas. *Innoc. III. Epiſc. Bracar.*

CAPUT VII.

Item ſecunda litania facienda eſt Kal. Novembris, ea tamen conditione ſervara, ut ſi iiſdem diebus dominica interceſſerit, in alia hebdomada ſecundum prioris abſtinentiæ obſervantiam a quinta feria incipiatur, & in ſabbato veſpere miſſa facta finiatur, quibus tamen diebus a carnibus & vino decrevimus abſtinendum. *Gerund. c.* 3.

CAPUT VIII.

Kalendis Januarii præter piſcem, & olus, ſicut & in quadrageſimæ diebus, carnibus abſtinetur, & a quibuſdam etiam nec vinum bibitur. *Tolet. IV. c.* 10.

CAPUT IX.

Feria IV. VI. & ſabbato (*quatuor temporum*) *Diſt.* 76. *c.* 2.
jejunetur uſque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abſtineatur. *Magunt. c.* 34. *Capitular. lib.* 5. *c.* 86. *Burch. lib.* 13. *cap.* 2. *Ivo lib.* 2. *tit.* 14. *c.* 7. *pan. & part.* 4. *c.* 35. *decr.*

CAPUT X.

Ut quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtivitatem ſancti Joannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis, & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicujus feſti ſolemnitate, quæ in illo Epiſcopio celebris habetur, intercedente. Et ante nativitatem Domini ſimiliter, & in vigilia epiphaniæ, & in omnium vigiliis Apoſtolorum, & in vigilia aſſumptionis ſanctæ Mariæ, & in vigilia ſancti Laurentii, nec non etiam in vigilia omnium Sanctorum, adiicientes prædictis vigiliis unam horam refectionis, excepta infirmitate, & niſi aliquid ſit, qui proprio voto majori abſtinentia uti velit. *Salegunſt. cap.* 1. *poſt Burch. decret. Ivo part.* 15. *cap.* 168. *decret.*

TITULUS XXIV.

DE CIBIS OLIM PROHIBITIS.

CAPUT I.

EPiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, qui comederit carnem in ſanguine animæ ſuæ, vel a fera occiſum, vel morticinia, deponatur,

id

id enim lex vetat, laicus excommunicetur. *Apoſt. c. 63. Trull. c. 67.*

CAPUT II.

De his Chriſtianis, qui inter eos, a quibus fuerant captivati, immolatitiis cibis aſſeruntur polluti, conſultationi tuæ hoc reſpondendum eſſe credimus, ut pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione penſanda eſt. Et ſive hoc terror extorſerit, ſive fames ſuaſerit, non dubitetur abolendum, cum hujuſmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione ſit ſumptus. *Leo epiſt. 77. c. 5. ad Nicetam Aquilejen. Epiſcopum.*

CAPUT III.

Qui convivio ſolo gentilium, & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis, & manus impoſitione purgari, ut deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem idola adoravere, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos, niſi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti. *Leo epiſt. 90 in fin. ad Ruſticum Narbon. Epiſcopum.*

CAPUT IV.

Dei immolatitiis eſcis conſuluiſti, ſi a fidelibus ſupraductum fuerit vivificæ crucis ſignum, edi liceret, an non. Illud ſufficit reſpondere, quod beatus Apoſtolus dicit: „ Si quis dixerit, hoc im-
1. Cor. 10. Rom. 14. * immolaticium, ſ.
„ molatum *eſt, nolite edere propter eum qui ju-
„ dicavit, & propter conſcientiam “. *Greg. III. epiſt. 4. ad Bonif. Epiſcopum in medio.*

CAPUT V.

Animalia, ſive volatilia, ſi ſine ferro mactentur, & ſolo ictu hominis percuſſa moriantur, ſi liceat comedere ſciſcitamini. De hoc ſanctus Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum pleniter ſcripſit, de cujus verbis nos modicum quid nunc propter prolixitatem tangimus: „ Ubi, inquit,
„ eccleſia gentium talis effecta eſt, ut in ea nul-
„ lus Iſraelita carnalis appareat, quis jam hoc
„ Chriſtianus obſervat, ut turdos, vel minutio-
„ res aviculas non attingat, niſi quarum ſanguis
„ effuſus eſt, aut leporem non edat, ſi manu a
„ cervice percuſſus nullo cruento vulnere occi-
„ ſus eſt, & qui forte pauci adhuc tangere iſta
„ formidant, a cæteris irridentur, ita omnium
„ animos in hac retinuit illa ſententia Veritatis:
Matt. 15. „ *Non quod intrat in os veſtrum, vos coinqui-*
„ *nat, ſed quod exit* “. *Nicol. ad conſulta Bulgaror. cap. 90.*

CAPUT VI.

Neque quod chriſtianos perſequitur, & a pagano percutitur, & occiditur animal, neque quod paganus perſequitur, & chriſtianus occidit, a chriſtiano comedendum eſt, ne videlicet fidelis cum infideli ſaltem in modico communicaſſe videa-
2. Cor. 6. tur: *Quæ enim pars fideli cum infideli?* Et rurſus propter conſcientiam, non fidelis utique, ſed infidelis glorantis ſcilicet, quod ſibi a chriſtiano fuerit communicatum, ac per hoc autumantis, eo quod non fuerit a fideli ſpretus, quod vanitas erroris ſui a chriſtiano extiterit approbata. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 91. Ivo part. 11. c. 87. decr.*

CAPUT VII.

Si quis carnem edentem præter ſanguinem, & Diſt. 30. c. 13.
idolothyta, & ſuffocata cum pietate, & fide dijudicet, quod propterea ſpem non habeat, anathema ſit. *Gangr. cap. 2. vide Apoſt. cap. 51. 53. Ancyr. cap. 14. Ivo part. 4. cap. 30. decret.*

CAPUT VIII.

Qui cibis idolorum cultibus immolatis guſtu illicitæ præſumptionis utuntur, ab eccleſiæ cœtibus arceantur. Similiter & hi, qui beſtiarum morſibus extincto, vel quolibet morbo, aut caſu ſuffocato veſcuntur. *Aurel. II. cap. 20.*

CAPUT IX.

Non cibi nos gravant, ſancte Papa, ſi captivi ea comederint, quæ qui dominium in eos obtinent, eis appoſuerunt, maxime quando una de omnibus fama eſt, barbaros, qui in noſtras regiones incurſiones fecerunt, idolis non ſacrificaſſe. *Greg. Taumaturg. de his, qui in barbarorum incurſione idolothyta comederunt, & alia peccarunt, cap. 5.*

TITULUS XXV.

NE QUISQUAM CARNIUM CIBOS, AUT VINUM HÆRETICORUM MORE DETESTETUR.

Vide in Partis I. Lib. XI. Tit. XXIX.

TITULUS XXVI.

DE AGAPE, ET DE IIS, QUI FACIUNT AGAPAS.

CAPUT I.

SI quis contempſerint ex fide agapas facientes, Diſt. 42. c. 1.
& in honorem Domini fratres vocantes, neque velit communicare in vocatione quaſi contemnat, quod fit, anathema ſit. *Gangr. cap. 2. Burch. lib. 19. cap. 124. Ivo part. 15. cap. 136. decret.*

CAPUT II.

Quæ abundantia liberalitatis fratrum largitio- Diſt. 42. c. 5.
nes in eccleſiis in pauperes fiunt, beatas dicimus. Parſimoniã.
Gangren. in fine. Ivo part. 8. cap. 321.

CAPUT III.

Epiſcopi, vel clerici in eccleſia non conviven- Diſt. 42. cap.
tur, niſi forte neceſſitas hoſpitii id cogat, & popu- Nonnulli. 5.
li ab hujuſmodi conviviis, quoad fieri poteſt, arceantur. *Carthag. cap. 42. G. Carthag. III. cap. 30. L. Afric. cap. 59. Burch. lib. 3. cap. 83. Ivo part. 3. cap. 47. decret.*

CAPUT IV.

Non oportet clericos, vel laicos vocatos in Diſt. 42. c. 3.
agapen, partes tollere, quia injuria fit ordini eccleſiaſtico. *Laod. cap. 27. Ivo part. 3. cap. 128. decret.*

CAPUT V.

Non oportet in domibus dominicis, vel eccle- Diſt. 42. c. 4.
ſiis agapas facere, & in Dei domo comedere, & accubita ſternere. *Laod. cap. 28. Trull. cap. 74. vide cap. 76. Trull. & cap. 9. Antiſiod. Burch. lib. 3. cap. 82. Ivo part. 3. cap. 73. decret.*

CAPUT VI.

Qui agapem pauperum defraudant, apud ſanctos patres eorum necatores vocantur. *Trullan. pars. 2. cap. 4.*

CAPUT VII.

Qui voluerint eulogias, a presbytero accipiant,

Digitized by Google

piant, & panem tantum frangentes, ſingulos accipiant biberes, & nihil amplius contingere præſumant, & ſic unuſquiſque ad ſua cum benedictione Domini redeat. *Nannet. cap.* 15.

TITULUS XXII.

COMMUNIA DE JEJUNIO.

CAPUT I.

SI quis deſiderat baptizari, &c. jejuniis frequentibus operam impendat. *Clem. epiſt.* 3. *ante med.*

CAPUT II.

In paſchate tantum, & pentecoſte ad fidem confluentibus generalia baptiſmatis tradi convenit ſacramenta, his dumtaxat catechumenis electis, qui ante quadraginta, vel eo amplius dies nomen dederint, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus, atque jejuniis fuerint expiati, &c. *Syric. epiſt.* 1. *cap.* 2.

CAPUT III.

Diſt. 75. *c.* 4. *& 5.* Jejunium temporum ordinationum. *Leo epiſt.* 79. *cap.* 1. *ad Dioſc. Alexandr.*

CAPUT IV.

De Feriis c. 3. *apud Gr. IX. & in* 2. *coll. & de pœnit. c.* 6. Si illi, qui aliquos dies in pane, & aqua ex injuncta ſibi pœnitentia tenentur peragere, panem, quo veſcantur, non habent, leguminibus, aut piſcibus, aut aliis cibariis, ſi neceſſitas exegerit *, reficiantur, moderata tamen diſcretione habita, quod his non ad delitias, ſed ad neceſſariam ſolummodo ſuſtentationem utantur. *Alex. III. Archiep. Triburien. & ejus ſuffraganeis.*

* *fuerit*, al.

CAPUT V.

Jejunia, ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Julii, & Auguſti ob eorundem infirmitatem. *Elib. cap.* 23. *Ivo lib.* 2. *tit.* 14. *cap.* 5. *panorm. & part.* 4. *cap.* 31. *decret.*

CAPUT VI.

26. *q.* 7. *c.* 6. *Sacerdos.* Omni tempore jejunii manus pœnitentibus a ſacerdotibus imponantur. *Carth. IV. cap.* 80. *L.*

CAPUT VII.

Jejunia quando generaliter pro aliqua neceſſitate indicuntur, diligenter ab omnibus cuſtodienda ſunt, & obſervanda. Nec ſi aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi, ut de communi conſortio ſequeſtratus effectum jejunii, quæ cum cæteris abſtinendo conſequi debuit, ingluvie ventris victus turpiter amittat. *Turon. ſub Carolo cap.* 47.

CAPUT VIII.

Pinguis venter non gignit ſenſum * tenuem, tantum tibi jejuniorum impone, quantum ferre potes. Sint tibi jejunia pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa. Quid prodeſt oleo non veſci, & moleſtias quaſdam, difficultateſque ciborum quærere, carycas, piper, nuces, palmarum fructus, ſimilam, mel, piſtacia? tota hortorum cultura verſatur, ut cibario non veſcamur pane. Audio præterea quoſdam contra hominum, rerumque naturam aquam non bibere, non veſci pane, ſed ſorbitiunculas delicatas, & contrita olera, betarumque ſuccum non calice ſorbere, ſed concha. Fortiſſimum jejunium eſt aqua, & panis, ſed quia gloriam non habet, & omnes pane, & aqua vivimus, quaſi publicum, & commune, jejunium non putatur. *Hieronym. ad Nepotianum apud Aquiſgr. cap.* 94.

* *mentem.*

CAPUT IX.

Decretum eſt, ut omnes bannitum jejunium in quocumque Epiſcopio celebratur, diligentiſſime obſervent, & ſi quis illarum octo interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, unum pauperem, prout ſua facultas erit, eadem die reficiat. *Salegunſtadien. cap.* 15. *poſt Burch. decr. Ivo part.* 15. *cap.* 181. *decret.*

CAPUT X.

Non liceat quemlibet clericum die dominico ab eccleſia abſentem eſſe, ſed miſſarum ſolemniis intereſſe, & jejunio. *Mart. Brachar. c.* 65.

CAPUT XI.

Non reprehendet nos quiſpiam quartam, & ſextam feriam obſervantes, in quibus nobis jejunare ſecundum traditionem præceptum eſt, quartam quidem propter initum a Judæis conſilium de proditione Domini; ſextam autem, quod ipſe pro nobis paſſus ſit. *Petrus Archiep. Alexand. & martyr. in ſerm. de pœnit. c.* 15.

De jejuniis, quæ imponebantur perjuris, & homicidis, & aliis peccatoribus, cum pœnitentiam agebant. Vide libros de pœnis peccatorum in III. Parte.

TITULUS XXVIII.

DE VIGILIIS.

CAPUT I.

BOnorum operum inter cætera, ac negotia ſunt quantum unuſquiſque ſapit, & poteſt totis intimi cordis viſceribus Deum diligere, &c. vanas, & caducas non amplecti delicias, jejunium, & vigilias ſanctas amare. *Petrus Apoſt. Clem. epiſt.* 1. *ante fin.*

CAPUT II.

Has ſeptem hebdomadas ante paſcha omnes clerici a carne & deliciis jejunent, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Dominos inhærere noctuque ſtudeant. *Teleſph. ep.* 1. *in princ. Ivo lib.* 2. *tit.* 14. *c.* 1. *panorm. & part.* 4. *cap.* 25. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 165. *Cæſar. lib.* 11. *c.* 20. *Tarrac. lib.* 4. *c.* 60. *Diſt.* 4. *Statuimus, c.* 4.

CAPUT III.

Ex parte veſtra fuit quæſitum a nobis, utrum ſi nativitatem Domini, vel Aſſumptionem B. Mariæ, vel feſtivitatem Apoſtolorum in ſecunda feria contigerit evenire, die ſabbati præcedenti vigilia debeat jejunari, & utrum B. Matthiæ Apoſtoli vigilia ſit jejunium injungendum. Ad quod breviter duximus reſpondendum, quod die ſabbati feſtivitates prælibatas ſecundæ feriæ præcedenti, & B. Matthiæ Apoſtoli debet vigilia jejunari. *Innoc. III. in epiſt. ad clericos S. Petri, & Magdalonen.* * *De obſer. jejunior. c.* 1. *apud Greg. IX. & in* 3. *coll.*

* *In Magalon.*

CAPUT IV.

Conſilium noſtrum requiſiſti, utrum in omnibus ſit Apoſtolorum vigiliis jejunandum cum quidam aſſerant, non eſſe jejunandum in omnibus, ſed ſex tantum, &c. Utrum inſuper, ſi feſtum illorum, quorum vigilias jejunamus, ſecunda contingat feria celebrari, in præcedenti ſabbato ſint vigiliæ jejunandæ. Nos ſuper hoc taliter reſpondemus, quod apud nos omnium Apoſtolorum *De obſerv. jejun. c.* 2. *ap. Gr. IX. & in* 3. *coll.*

rum

rum vigiliæ in obſervatione jejunii celebrantur, præter vigilias Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, beati Joannis Evangeliſtæ, quoniam illorum feſtivitas infra ſolemnitatem paſchalem, iſtius autẽ natalem Domini celebratur, &c. Sanctorum vigilias, quorum feſtivitates oportet ſecunda feria celebrari, jejunamus in ſabbato præcedenti, &c. *Innoc. III. Brachar. Epiſc.*

CAPUT V.

Ne fœminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod ſæpe ſub obtentu orationis ſcelera latenter committant. *Elib. c. 35.*

CAPUT VI.

Diſt. 91. c. 3. Clericus, qui abſque ſui corporis inæqualitate vigiliis deſit, ſtipendiis privatus * excommunicetur. *Carth. IV. c. 49. Cæſar. lib. 4. c. 112.*

** ſtipendiis privetur.*

CAPUT VII.

Diſt. 50. c. c. 36. de his. Qui altari miniſtrant, ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili ſe abſtineant. Quod ſi in hoc inciderint, duobus annis vigiliis, jejuniis, orationibus, & eleemoſynis expientur. *Ilerd. c. 1.*

CAPUT VIII.

Non licet compenſas * in domibus propriis, nec vigiliis in feſtivitatibus ſanctorum facere nec interſentes, aut arbores ſacrivas vel ad fontes vota exſolvere, ſed quicumque votum habuerit, in eccleſia vigilet, & matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat, &c. *Antiſiod. cap. 3. Vide cap. 5.*

** menſas.*

CAPUT IX.

Non licet in vigilia paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias expedire, quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus. *Antiſiod. c. 12.*

CAPUT X.

Antiqua eſt vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus ſanctis. Eſaias denique propheta
Eſai. 26. exclamat ad Dominum, dicens: *De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram.* Item David & regio, & pro-
Pſalm. 118. Exod. 12. phetico ſanctificatus unguento, ita canit: *Media nocte ſurgebam, ad confitendum tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ.* Hoc namque tempore vaſtator Angelus tranſiens, primogenita Ægyptiorũ percuſſit. Unde & nos vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admiſceamur. Iiſdem etiam horis venturum ſe eſſe in Evangelio Salvator aſſeruit. Unde & ad vigilandum auditores ſuos exſuſci-
Matt. 12. Luc. 12. tans, dicit: *Beati ſervi illi, quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes. Et ſi veſpertina (inquit) hora venerit, & ſi media nocte, & ſi in galli cantu, & invenerit eos vigilantes, beati ſunt ſervi illi. Itaque, & vos eſtote parati, quia neſcitis, qua hora filius hominis venturus eſt.* Si quidem nec verbis ſolum docuit vigilias, ſed etiam confirmavit exemplo. Nam teſtatur E-
Luc. 6. Act. 16. vangelium, quia *erat Jeſus pernoctans in oratione Dei.* Paulus quoque & Silas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, juncti dixiſſe memorantur, &c. Eſt autem quoddam genus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali opere infructuoſas, dicentium jura temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici græco ſermone Nyctazontes, hoc eſt, ſomniculoſi vocantur. *Iſidor. de offic. lib. 1. c. 22. apud Aquiſgr. c. 130.*

CAPUT XI.

Vigilia nativitatis Domini, paſchæ, pentecoſtes, litania major, tres dies rogationum, vigilia ſancti Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, S. Laurentii, Aſſumptionis B. Mariæ, S. Bartholomæi, S. Matthæi, Apoſtolorum Simonis & Judæ, omnium Sanctorum, ſancti Andreæ, ſancti Thomæ Apoſtoli. *Oxonien. c. 4.*

TITULUS XXIX.

DE LITANIIS.

CAPUT I.

CUM Deo auxiliante ad propria veneritis, jejunium indicite, litaniam celebrate, rogantes, & obſecrantes pium & miſericordem Dominum, ut furorem mitiget, iram a populo avertat, &c. & ad protectionem, & exaltationem ſanctæ ſuæ eccleſiæ ſpiritualem filium noſtrum excellentiſſimum ſcilicet Imp. Lambertum conſervet, & ſuperbarum gentium illi colla ſubjiciat ſua potenti dextra Jeſus Chriſtus Dominus noſter. *Syn. Ravenn. ſub Joann. IX. part. ult. c. ult.*

CAPUT II.

Prædica jejunium, & ſupplicationes apud Dominum litaniarum, & ſuperveniens ejus clementia adjuvabit te. *Zach. epiſt. 4. in princ. ad Bonifacium Epiſc.*

CAPUT III.

Solemnitas annuæ devotionis nos, filii dilectiſſimi, admonet, ut litaniam, quæ major ab omnibus appellatur, ſollicitis ac devotis debeamus, auxiliante Domino, mentibus celebrare, per quã a noſtris exceſſibus ejus miſericordiæ ſupplicantes purgari aliquatenus mereamur, &c. *In regeſtro epiſt. initio lib. 2. S. Gregorii.*

CAPUT IV.

De litaniis majoribus & ſolemnibus, & de uſu pallii in eis. *Greg. lib. 7. regiſt. epiſt. 76. indict. II. Caſtorio Rav. Notario, & lib. 2. indict. II. epiſt. 54. Joann. Epiſc. Rav.*

CAPUT V.

Quomodo fieri poteſt (ut *pallium in litaniis ferre*) cineris, atque cilicii tempore, per plateas inter populorum ſtrepitus agas licite, &c. *Greg. Jo. Epiſc. Ravennat. lib. 2. regiſt. indict. II. epiſt. 54.*

CAPUT VI.

Hortor, fratres cariſſimi, ut omni hebdomada quarta, & ſexta feria litaniam inexcuſabiliter indicatis, & contra barbaricæ crudelitatis incurſus ſupernæ protectionis auxilium imploretis, &c. *Greg. Epiſcopis Siciliæ lib. 9. regiſt. indict. 4. epiſt. 45.*

CAPUT VII.

Oportet fratres cariſſimi, ut flagella Dei, quæ metuere ventura debuimus, ſaltem præſentia, & experta timeamus, &c. Proinde, fratres cariſſimi, contrito corde, & correctis operibus craſtina die primo diluculo ad ſeptiformem litaniam, juxta diſtributionem inferius deſignatam, devota mente cum lachrymis veniamus, &c. Litania

ele-

Digitized by Google

clericorum exeat ab eccleſia B. Joannis Baptiſtæ. Litania virorum ab eccleſia B. martyris Marcelli. Litania monachorum ab eccleſia martyrum Joannis & Pauli. Litania ancillarum Dei ab eccleſia beatorum martyrum Coſmæ & Damiani. Litania fœminarum conjugatarum ab eccleſia beati primi martyris Stephani. Litania viduarum ab eccleſia beati martyris Vitalis. Litania pauperum & infantium ab eccleſia beatæ martyris Cæciliæ, &c. *Greg. in ſerm. tempore mortalitatis lib.* 11. *reg. c.* 2.

CAPUT VIII.

Accepto conſilio, hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, poſt litanias, & multorum orationem, &c. ſtatueremus, quod melius de electione Romani Pontificis videretur, &c. *Gr. VII. lib.* 1. *regiſt. epiſt.* 1.

CAPUT IX.

Pro excellentiſſimo Carolo Rege, ſeu liberis ejus omnes Epiſcopi, presbyteri, ſeu Abbates & monachi in unum collecti, in quantum extremitas noſtra prævalet, pſalmodiam, miſſarum ſolemnia, atque litaniarũ officia omnipotenti Deo devotiſſime exſolvere decrevimus. *Arel. III. c.* 2.

CAPUT X.

De conſ. d. 3. c. 3. Rogationes, id eſt litanias ante aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita ut præmiſſum triduanum jejunium in Dominicæ aſcenſionis ſolemnitate ſolvatur. Per quod triduum ſervi, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat, quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis utantur. *Aurel. c.* 27. *alias* 29. *Ivo part.* 4. *c.* 11. *decret.*

CAPUT XI.

De conſ. c. ult. Clerici vero, qui ad opus ſanctum (*litaniarum*) adeſſe contempſerint, ſecundum arbitrium Epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam. *Aurel. c.* 28. *alias* 30.

CAPUT XII.

De litania, ut expleta ſolemnitate pentecoſtes, ſequenti ſeptimana, a quinta feria uſque in ſabbatum per hoc triduum abſtinentia celebretur. *Gerunden. c.* 3.

CAPUT XIII.

Secunda litania facienda eſt Kal. Novemb. ſi iiſdem diebus dominica interceſſerit, in alia hebdomada, ſecundum prioris abſtinentiæ obſervantiam, a quinta feria incipiatur, & in ſabbato veſpere miſſa facta finiatur. *Gerunden. c.* 3.

CAPUT XIV.

Ad calcandam gentilium conſuetudinem patres noſtri ſtatuerunt, privatas in Kalend. Januarii fieri litanias. *Turon. II. c.* 18.

CAPUT XV.

De conſ. d. 3. cap. 25. Epiſcopi adveniente natalis Domini die, adſtante populo, poſt lectionem evangelicam nuntient, & convenientes in unum vicinæ eccleſiæ per triduum cum pſalmis per ſanctorum baſilicas ambulantes celebrent litanias. Tertio autem die celebratis hora nona, ſive decima miſſis, dimiſſo populo præcipiant quadrageſimæ jejuniis ſervire *, & mediante quadrageſima ex viginti diebus baptizandos infantes ad exorciſmi purgationem offerre. *Bracharenſ. II. cap.* 9.

** jejunia ſervare.*

CAPUT XVI.

Placuit etiam univerſis fratribus, ut in prima hebdomada noni menſis, hoc eſt ante diem dominicam, quæ in prima in ipſo menſe illuxerit, litaniæ, ſicut ante aſcenſionem Domini ſancti Patres fieri decreverunt, deinceps ab omnibus eccleſiis, ſeu parochiis celebrentur. *Lugdun. cap.* 6.

CAPUT XVII.

Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem a ſuo ſacerdote accipiant, &c. ne per ignorantiam etiam in ipſis divinis ſacramentis offendant, ut quando vel ad litanias, vel ad concilium venerint, rationem Epiſcopo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent. *Toletan. IV. cap.* 25. *vide Arelat. ſub Carolo cap.* 4. *Ivo lib.* 3. *tit.* 2. *cap.* 16. *panorm. & part.* 3. *c.* 129. *decr. Anſelm. lib.* 7. *c.* 104. *Diſt. 38. c. 1.*

CAPUT XVIII.

A die iduum Decemb. litania triduo ubique annua ſucceſſione peragatur, & indulgentia delictorum lachrymis impetretur. Quod ſi dies dominica interceſſerit, in ſequenti hebdomada celebretur, &c. *Tolet. V. cap.* 1. *confirmatur Tolet. VI. cap.* 2.

CAPUT XIX.

Quamquam priſcorum patrum conſtitutio per totum annum, per ſingulorum menſium curſum litaniarum votum decrevit perſolvendum, nec tamen ſpecialiter ſanxerit pro quibus cauſſis id ipſum peragendum, &c. In commune ſtatuentes decernimus, ut deinceps per totum annum in cunctis duodecim menſibus per univerſas Hiſpaniæ, & Galliarum provincias, pro ſtatu eccleſiæ Dei, pro incolumitate Principis noſtri, atque ſalvatione populi, & indulgentia totius peccati, & a cunctorum fidelium cordibus expulſione diaboli exomologeſis votis gliſcentibus celebretur, &c. *Tolet. XVII. c.* 6.

CAPUT XX.

Venimus in civitatem Moguntiam, ibique pariter adunati Epiſcopi, primitus cum litaniis, triduanum celebravimus jejunium, &c. *Magunt. concil. in præfatione ad Carolum Auguſtum.*

CAPUT XXI.

Litaniæ græco nomine appellantur, quæ latine dicuntur rogationes. Inter λιτανείας autem, & ἐξομολογήσεις hoc differt, quod exomologeſes pro ſola peccatorum confeſſione agantur; litaniæ vero indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo miſericordiam ejus. Sed jam nunc utrumque vocabulum ſub una dignatione habetur. *Magunt. cap.* 32. *Iſidor. lib.* 6. *etymolog. cap. ult. in fin.*

CAPUT XXII.

Placuit nobis, ut litania major obſervanda ſit a cunctis Chriſtianis diebus tribus, ſicut legendo reperimus, & ſicut ſancti patres noſtri inſtituerunt, non equitando, nec pretioſis veſtibus induti, ſed diſcalceati, cinere & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit. *Magunt. c.* 33. *Capitul. lib.* 5. *cap.* 85. *Ivo part.* 4. *c.* 39. *decret. Burch. lib.* 13. *cap.* 6.

CAPUT XXIII.

Conſtituimus, ut quatuor tempora anni ab *Diſt. 76. c. 2.*

omni-

omnibus cum jejunio obſerventur, id eſt, menſe Martio, hebdomada prima, & feria quarta & ſexta, & ſabbato veniant omnes ad eccleſiam hora nona cum litaniis ad miſſarum ſolemnia. *Magunt. cap. 34. Capitul. lib. 5. cap. 86. Burch. lib. 13. cap. 2. Ivo lib. 2. tit. 14. cap. 7. panorm. & part. 4. cap. 35. decret.*

CAPUT XXIV.

De litania quoque majore, atque de rogationibus ventilatum eſt: ſed communi conſenſu ab omnibus electum, atque decretum, juxta morem Romanum VII. Kal. Maii, illam celebrationem, ſecundum conſuetudinem noſtræ eccleſiæ omittendam *. *Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. 2. cap. 10. Vide Burch. lib. 13. cap. 6. Ivo part. 4. cap. 39. decret.*

* *non omitt. f.*

CAPUT XXV.

De jejuniis, quæ indicebantur, & de litaniis, & orationibus, quæ fiebant, cum celebrabantur concilia. *Vide Magunt. ſub Rabano in princ. Meten. cap. ult. Tribur. in princ.*

CAPUT XXVI.

Ubi Deus parcere (*Conſtantinopolitanis*) clementer dignatus, revelavit beato Proclo Triſagium acclamare, cum ipſi ad propulſandam iram litanias facerent, &c. *Aſclepiad. Trallian. Epiſcop. ad Petrum Antioch. Epiſc. recitata in V. ſynod. gener. II. CP. action. 1. vid. lib. XIX. tit. 20.*

CAPUT XXVII.

Narſes, & Pelagius Papa conſilio inito, data litania a ſancto Pancratio cum hymnis, & canticis ſpiritualibus venerunt ad S. Petrum Apoſtolum. *Ex Pontifical.*

CAPUT XXVIII.

Honorius fecit conſtitutum in eccleſia, & decrevit, ut omni hebdomada ſabbati die exeat litania a beato Apollinare, & ad Beatum Petrum Apoſtolum cum hymnis, & canticis populus omnis occurrere deberet, &c. *Ex Pontifical.*

CAPUT XXIX.

A domino Papa Gregorio juniore litaniæ crebro fiebant (*contra Tyberis inundationem*) cumque in oratione & litaniis perſiſteret, per octavam jam diem miſertus Deus aquam amovit, & fluvius ad proprium reverſus eſt alveum. *Ex Pontif.*

CAPUT XXX.

Collectis in urbem Toletanam ex provinciis diverſis Epiſcopis, adhortationis extitit inſtantia, ut tempore congruo, hæc religionis per eorum ſententiam inſtitueretur obſervantia, ut a die Idus Decemb. ſecundum quod eorum decrevit ſanctitas, litaniæ per omnes regni noſtri provincias omni debeant celebrari devotionis cura. Quocirca tam ſacratiſſimæ electioni, & omni deſiderio amplectendæ regali auctoritate faventes, &c. decernimus, ut in triduo conſcripto, juxta quod reverentiſſimorum virorum continet decretum, ab omni anima Chriſtiana cælorum domino humilitatis ſatisfactio dependatur. *Edictum Regis Chintbilla apud Toletanum V.*

LIBER DECIMUS.

De Baptiſmo.

TITULUS I.

DE CATECHIZANDIS, ET CATECHUMENIS.

CAPUT I.

Diſt. 48. c. 1.

Antequam quis baptizetur, docendus eſt, non ſtatim poſt gentilitatis converſionem eſt baptizandus. Multo minus eſt ſtatim ordinandus Epiſcopus cum dicat Apoſtolus: *Non neophytus, ne forte elatus in judicium incidat, & laqueum diaboli. Nicænum cap. 2. Mart. Brac. cap. 22. Ivo in prologo panorm. & decret.*

1. Tim. 3.

CAPUT II.

Eunomianos, & Montaniſtas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eumdem eſſe Patrem, & Filium opinantur, &c. quicumque ex his rectæ fidei aſcribi volunt, ut Græcos * admittimus, & primo quidem die ipſos chriſtianos facimus, ſecundo catechumenos, &c. & ſic eos catechizamus, ſive initiamus, & curamus, ut longo tempore verſentur in eccleſiis, & audiant ſcripturas, & tunc eos baptizamus. *Conſtantinopolitanum cap. 7. G.*

* *paganos.*

CAPUT III.

Quoſdam ex vobis comperi eſſe Apoſtolicæ traditionis oblitos, &c. Ac ſine ullis ſpiritualium eruditionibus præparationum ita rudibus, & imperitis tradere ſacramentum baptiſmi, ut circa renovandos nihil doctrina eccleſiaſtica, nihil in exorciſmis impoſitio manuum, nihil ipſa jejunia, quibus vetus homo deſtruitur, operentur, &c. Admonemus igitur, & non ſine periculo ſtatus eorum, qui hæc faciunt, proteſtamur, ut ab hac præſumptione ceſſetur. *Leo epiſt. 78. ad Epiſc. per Campan. Samnium, & Picenum conſtitutos cap. 1.*

CAPUT IV.

Hæretici, qui convertuntur, ut Novatiani, Photiniani, vel Theſſareſcædecatiſæ, & catechumeni, aut credentes apud eos, non ante ſuſcipiantur, quam anathematizent omnem hæreſim, eam præſertim, in qua detinebantur, & qui apud eos appellantur credentes (πιστοὶ G.) poſtquam didicerint ſymbola fidei, uncti ſancto chriſmate communicent ſanctis myſteriis (*ſacramentis L.*) *Laodicen. cap. 7. vide Laodicen. cap. 47. infra de ægrotis qui baptiſmum ſuſcipiunt cap.* Oportet.

CAPUT V.

Oportet baptizandos fidem diſcere, & quinta feria hebdomadæ (*magnæ*) Epiſcopo, vel presbyteris referre. *Laodic. cap. 46. Trull. 79. Mart.*

De conſ. d. 4. c. 58. Baptizandos, & c. 19. Non liceat.

Brachar. cap. 49. refert Pariſienſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 6. Capitul. lib. 7. cap. 404. Anſelm. lib. 9. c. 16. Burch. lib. 4. c. 9. Ivo part. 1. cap. 204. decret.

CAPUT VI.

Catechumeni doceantur ſymbolum. *Brac. II. cap. 1. Vide tit. de his, qui catechumenos docent cap.* Epiſcop.

CAPUT VII.

In primordio ſanctæ Dei eccleſiæ nemo ad perceptionem ſacroſancti baptiſmatis admittebatur, niſi prius & fidei, & baptiſmatis ſacramento fuiſſet inſtructus. Quod verba beati Pauli Apo- Rom. 6. ſtoli probant ita ſcribentis: *An ignoratis*, inquit, *fratres, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus?* &c. Verum quoniam fides Chriſti ubique pollet, & parvuli de Chriſtianis parentibus nati, antequam ad intelligibilem ætatem veniant, baptiſmatis ſacramenta percipiunt, neceſſe eſt, ut quod imbecillis ætas nequivit, intelligibilis diſcere ſatagat. *Pariſ. ſub Ludovico & Lothario lib. 1. cap. 6.*

CAPUT VIII.

Hi qui fidem Chriſti expetunt, & provectæ ætatis exiſtunt, priuſquam ad baptiſmum accedant, inſtruendi ſunt, & fidei, & baptiſmatis ſacramento. *Pariſienſ. lib. 1. c. 54.*

CAPUT IX.

De conſ. d. 4. c. 59. Non liceat ante duas ſeptimanas Paſchæ, ſed ante tres ad baptiſmum ſuſcipere aliquem. Oportet autem, ut in ipſis diebus hi, qui baptizandi ſunt, ſymbolum diſcant, & in quinta feria noviſſimæ ſeptimanæ hoc Epiſcopo, vel presbytero reddant. *Mart. Brach. c. 49.*

CAPUT X.

Proſtrati genibus ipſius (*loquitur de quibuſdam Judæis*) veniam poſtulabant de ſuis conſequi ſceleribus per baptiſmi remedium, quos ſuſcipiens beatus Antiſtes cum ſuis clericis per dies plurimos de diſciplina erudivit chriſtiana. Ad ultimum vero catechumenos factos, & triduano peracto jejunio, ex aqua, & Spiritu ſancto regeneravit eos. *Athanaſius in ſermone de imagine Chriſti Berytenſi. VII. ſynod. action. 4. poſt princ.*

CAPUT XI.

Conſtitutum eſt, ut nullus chriſmetur, neque baptizetur, neque a lavacro fontis alium ſuſcipiat, neque coram Epiſcopo ad confirmandum quemlibet teneat, niſi ſymbolum, & orationem dominicam memoriter tenuerit, exceptis his, quos ad loquendum ætas minime perduxit. *Theodulph. ad Presbyt. Aurel. c. 22.*

TITULUS II.

DE IIS, QUI CATECHUMENOS DOCENT.

CAPUT I.

QUI catechizant, id eſt, qui verbo inſtruunt incipientes, primo oportet, quod ipſi inſtructi ſint, de anima enim agitur hominum, 1. q. 1. cap. 12. &c. oportet eum, qui docet, & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime eſſe eruditus, & doctus, irreprehenſibilis, maturus, impavidus. *Clem. ep. 1. ant. med.*

CAPUT II.

Viduæ, vel ſanctimoniales, quæ ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium, ut poſſint apto *, & * aperte. ſano ſermone docere imperitas, & ruſticas mulieres tempore, quo baptizandæ ſunt, qualiter baptizatori interroganti reſpondeant, & qualiter accepto baptiſmate vivant. *Carthaginenſ. IV. cap. 12. L.*

CAPUT III.

Epiſcopi viſitantes eccleſias, & diœceſes diſcuti- 10. q. 1. c. Placuit. 12. ant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, &c. & doceant ignaros, & hoc modis omnibus præcipiant, ſicut antiqui canones jubent. Ut De conſ. d. 4. c. 55. ante dies viginti baptiſmi, ad purgationem exorciſmi concurrant catechumeni, in quibus viginti diebus omnes catechumeni ſymbolum, quod eſt *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, ſpecialiter doceantur. *Bracar. II. c. 1. Burch. lib. 1. c. 85. & lib. 4. cap. 8. Ivo part. 1. cap. 75. & cap. 203. & part. 5. c. 191. decret. & lib. 1. tit. 2. cap. 32. panorm.*

TITULUS III.

DE CATECHUMENIS, QUI IN PECCATA INCIDERUNT.

CAPUT I.

DE catechumenis lapſis placuit, ut triennio audiant tantum, & poſtea orent cum catechumenis. *Nicæn. c. 14. G. 13. L.*

CAPUT II.

Catechumenus ingrediens in eccleſiam, & in ordine catechumenorum ſtans, ſi peccet, genu inclinato audiat, ſi audiens, peccet, eiiciatur. *Neocæſar. cap. 5. Burchard. lib. 4. cap. 20. Ivo part. 1. c. 215. decret.*

CAPUT III.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſervandum. Quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & * cum ſcierit illum * Alias cum eluerit illum ab uxore, in fine dandam communionem. ſeparatum ab uxore, quam ſine cauſa reliquit, placuit hujuſmodi in fine dari communionem. *Eliber. c. 10.*

CAPUT IV.

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & numquam ad eccleſiam acceſſerit, ſi eum de clero quiſquam agnoverit voluiſſe eſſe chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles, placuit ei baptiſmum non negari, eo quod in vetere homine deliquiſſe videatur. *Elib. c. 45.*

CAPUT V.

Si augur, aut pantomimus credere voluerint, prius artibus ſuis renuntient, & tunc ſuſcipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Si fecerint, proiiciantur ab eccleſia. *Eliberit. cap. 62. vide Carthag. c. 64. G.*

CAPUT VI.

Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari. *Elib. c. 68.*

CA-

CAPUT VII.

5. q. 6. c. 6. Si catechumenus delator fuerit, poſt quinquennium admittatur ad baptiſmum. *Eliber. c. 73. Burch. lib. 6. cap. 27. Ivo part. 10. cap. 156. decret. Capitul. lib. 6. c. 244. & lib. 7. cap. 560. in addit.*

TITULUS IV.

DE PRÆPARATIONE, QUAM POSTULAT BAPTISMUS.

CAPUT I.

SI quis fidelis voluerit exiſtere, & deſideret baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cæleſtium ex geſtis propriis fiet. Accedat autem qui vult ad ſacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſteria regni cælorum, jejuniis frequentibus operam impendat, ac ſemetipſum in omnibus probet, ut tribus menſibus jam conſummatis, in die feſto poſſit baptizari. *Clem. epiſt. 3. poſt princ. Burch. lib. 4. c. 55. Ivo part. 1. c. 210. decret.*

CAPUT II.

In paſchate tantum, & pentecoſte ad fidem confluentibus generalia baptiſmatis tradi convenit ſacramenta: his dumtaxat electis, qui ante quadraginta, vel eo amplius dies nomen dederint, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus, atque jejuniis fuerint expiati: quatenus Apo-
1. Cor. 5. ſtolica impleatur illa præceptio, ut expurgato fermento veteri, nova incipiat eſſe conſperſio. *Syric. epiſt. 1. c. 2.*

CAPUT III.

In baptizandis electis, qui ſecundum Apoſtolicam regulam, & exorciſmis ſcrutandi, & jejuniis ſanctificandi, & frequentibus ſunt prædica-
De conſ. d. tionibus imbuendi, duo tantum tempora, id eſt
4. Duo c. 12. Paſcha, & Pentecoſten eſſe ſervanda. *Leo epiſt. 4. cap. 6. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 19. panorm. & part. 1. c. 59. decret.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 4. c. 60. Baptizandi nomen ſuum dent, & diu ſub abſtinentia vini, & carnium, ac manus impoſitione, crebra examinatione baptiſmum percipiant. *Carthag. IV. cap. 85. Burch. lib. 4. c. 55. Ivo part. 1. c. 206. decret.*

CAPUT V.

De conſ. d. 5. c. 12. Neophyti aliquamdiu a lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel conjugibus abſtineant. *Carthag. IV. cap. 86. Burch. lib. 4. c. 52. Ivo part. 1. cap. 207. decret.*

CAPUT VI.

Proſtrati genibus ipſius (*Judæi quidam*) veniam poſtulabant de ſuis conſequi ſceleribus per baptiſmi remedium, quos ſuſcipiens beatus Antiſtes cum ſuis clericis, per dies plurimos de diſciplina erudivit chriſtiana. Ad ultimum vero catechumenos factos, & triduano peracto jejunio, ex aqua, & Spiritu ſancto regeneravit eos. *Athan. in ſermon. de imagine Chriſti Berytenſi. VII. ſyn. act. 4. poſt princ.*

TITULUS V.

VARIA DE CATECHUMENIS.

CAPUT I.

ORat eccleſia, ut catechumenis ad regenerationis ſacramenta perductis, cæleſtis aula miſericordiæ reſeretur. *Cæleſtin. epiſt. 1. c. 11.*

CAPUT II.

Flamines, ſi fuerint catechumeni, & ſe a ſacrificiis abſtinuerint, poſt triennii tempora ad baptiſmum admittantur. *Elib. c. 4.*

CAPUT III.

Gentiles, ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit eis manum imponi, & fieri chriſtianos. *Elib. c. 39.*

CAPUT IV.

Qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint converſationis, intra biennium temporis placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere, niſi infirmitate compellente coegerit ratio, vel ocio ſubvenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti. *Eliber. c. 42.*

CAPUT V.

Meretrix, quæ aliquando fuerit, & poſtea habuerit maritum, ſi poſtmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam. *Elib. c. 44.*

CAPUT VI.

Per ſolemniſſimos paſchales dies ſacramentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal, quia ſi fideles per illos dies ſacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari. *Carth. III. cap. 5. Burchard. lib. 4. cap. 57. Ivo part. 1. cap. 252. decret.*

CAPUT VII.

Epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſi- *De conſ. d.*
am, & audire verbum Dei, ſive gentilem, ſive *1. c. 66.*
hæreticum, ſive Judæum uſque ad miſſam catechumenorum. *Carthag. IV. c. 84. Burch. lib. 3. c. 28. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 14. panorm. & part. 3. c. 33. decret. Cæſar. lib. 4. c. 91.*

CAPUT VIII.

Quod oporteat ſeorſum, primum poſt allocutiones Epiſcoporum, orationes ſuper catechumenos celebrari. Et poſtquam catechumeni egreſſi fuerint, ſuper eos, qui ſunt in pœnitentia, precem fieri. *Laod. cap. 19.*

CAPUT IX.

Judæi, ſi ad legem catholicam venire volue- *De conſ. d.*
rint octo menſes inter cathecumenos eccleſiæ li- *4. c. 93.*
men introeant &c. Sed ſi in periculo fuerint, & deſperati, baptizentur. *Agath. cap. 34. Burch. lib. 4. c. 81. Ivo part. 1. c. 275. decret. & lib. 1. tit. 2. c. 64. panorm.*

CAPUT X.

Inceſtos inter catechumenos uſque ad legiti- *35. q. 2. c.*
mam ſatisfactionem manere, & orare præcipi- *8. De inceſt.*
mus. *Agath. cap. 61. Burch. lib. 7. c. 5. Ivo part. 9. cap. 54.*

CAPUT XI.

Energumenis catechumenis, in quantum vel neceſſitas exegerit, vel opportunitas permiſerit, de baptiſmate conſulendum. *Arauſ. cap. 55. Burch. lib. 4. c. 54. Ivo part. 1. cap. 248. decr.*

CAPUT XII.

Placuit catechumenis legi evangelia * apud o- ** non legi in*
mnes provinciarum noſtrarum eccleſias. *Arauſ.* *eccleſia, al.*
cap. 18.

CAPUT XIII.

Catechumeni nonnumquam admittendi ſunt etiam inter domeſticas orationes. *Arauſ. cap.* 19. *Alias*, Ad baptiſterium catechumeni numquam admittendi. *Ibid. Burch. lib.* 4. *cap.* 18. *Ivo part.* 1. *cap.* 213. *decret.*

CAPUT XIV.

Segregandi, informandique ſunt catechumeni, ut ſe revocent, & ſignandos, vel benedicendos ſemotim offerant eos fideles. *Arauſ. cap.* 20. *Alias*, Ad fidelium benedictionem *, etiam inter domeſticas orationes, in quantum caveri poteſt, ſegregandi, informandique ſunt, ut ſe revocent. Ad ſignandos, vel benedicendos ſemote offerant. *Ibid. Burch. lib.* 4. *cap.* 19. *Ivo part.* 1. *cap.* 214. *decret.*

* al. *A fidelium benedictione.*

CAPUT XV.

35. *q.* 2. De his *c.* 9.

Qui ſe inceſtus pollutione commaculant, & in peccato perſeverant, uſque ad miſſam tantum catechumenorum in eccleſia admittantur. *Ilerd. c.* 4. *refert Colon. ſub Carolo III. c.* 6. *Raban. cap.* 2. *de pœnit. Burch. lib.* 7. *cap.* 3.

CAPUT XVI.

Antiquos canones relegentes cenſuimus, ut ſacroſancta evangelia, ante munerum illationem, in miſſa catechumenorum in ordine lectionum poſt Apoſtolum legantur, quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel ſermones ſacerdotis, non ſolum fideles, ſed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui e diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem evidenter ſcimus. *Valent. Hiſp. c.* 1.

CAPUT XVII.

Catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis, non oblationis commemoratio, neque pſallendi impendatur officium. *Brac. c.* 35.

CAPUT XVIII.

Baptiſterii, & catechumenorum ventilata eſt ratio, ut ſacerdotes plenius intelligerent, qualiter condignis ordinibus efficerent chriſtianum. *Remenſ. c.* 7.

CAPUT XIX.

Si puellus catechumenus, utpote annorum ſeptem, vel homo etiam perfectus, dum fieret oblatio, opportune adſuerit, ejuſque neſcius particeps factus ſit, quid debet de eo fieri? Reſpondeo; debet illuminari, a Deo enim vocatus eſt. *Timotheus Epiſcop. Alexandr. in reſpon. c.* 1.

TITULUS VI.

SACERDOTES HABEANT COGNITA EA, QUÆ PERTINENT AD BAPTISMI SUSCEPTIONEM.

In Part. I. Vide lib. VI. tit. IX. quibus adde;

CAPUT I.

NUllus cujuſcumque dignitatis eccleſiaſticæ deinceps percipiat gradum, qui non totum pſalterium, vel canticorum uſualium, & hymnorum, ſive baptizandi perfecte noverit ſupplementum. *Tolet. VIII. c.* 8.

CAPUT II.

Epiſcoporum ſit magna ſollicitudo presbyteris ſuis tradere baptiſmi ſacramentum, & quid in eodem renunciandum, quidve credendum ſit. *Turon. ſub Carolo cap.* 18. *Magunt. ſub Raban. cap.* 3.

Vide cap. Baptiſterii, tit. præced.

TITULUS VII.

DISCANT CHRISTIANI MYSTERIUM BAPTISMATIS.

CAPUT I.

IN primordio ſanctæ Dei eccleſiæ, nemo ad perceptionem ſacroſancti baptiſmatis admittebatur, niſi prius, & fidei, & baptiſmatis ſacramento fuiſſet inſtructus, &c. Verum quoniam fides Chriſti ubique pollet, & parvuli de chriſtianis parentibus nati, antequam ad intelligibilem ætatem veniant, baptiſmatis ſacramenta percipiunt, neceſſe eſt, ut quod imbecillis ætas nequivit, intelligibilis diſcere ſatagat, quod, quia ab uſu chriſtianæ religionis propter quorundam incuriam receſſit, quantæ eſt negligentiæ, quantique diſcriminis, ſatis dici non poteſt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *cap.* 6.

CAPUT II.

Valde periculoſum eſt, & a religione chriſtiana alienum, quod poſt tanti doni perceptionem (*loquitur de baptiſmo*) unuſquiſque fidelis, cum ad intelligibilem ætatem venit, myſterium baptiſmatis diſcere, & intelligere negligit, atque eo intellecto, ſecundum illud vivere non ſatagit. Quod periculum, & ad negligentiam pertinere ſacerdotum, quid ſolerter debent annuntiare, & ad auditorum incuriam, qui hoc & intelligere, & adimplere parvipendunt, nulli dubium eſt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 9.

CAPUT III.

Sicut ſtudendum eſt ſacerdotibus, ut auditores ſui myſterium ſacri baptiſmatis intelligant, & Deo opem ferente, operibus compleant, ita nihilominus procurare debent, ut abrenuntiationes, quas in diabolum, ſuaque opera, ejuſque pompas fecerunt, intelligant, & his intellectis, ne ad eas denuo redeant, ſollicite invigilent. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 10.

TITULUS VIII.

NEMO BAPTIZETUR INVITUS.

In Part. I. Vide lib. XII. tit. I. & XVII. quibus adde:

CAPUT I.

SI ægroti reſpondere nequeunt, tunc baptizentur cum eorum voluntatis teſtimonium, ſui ſuo periculo dederint. *Carth. cap.* 45. *G. Carth. III. c.* 34. *L. Afric. c.* 12. *L. Burch. lib.* 4. *c.* 36. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 7. *panorm. & part.* 1. *c.* 123. *&* 230. *decret. Cæſaraug. lib.* 52. *c.* 36.

De conſ. 4. *c.* 75. Ægrotantes.

CAPUT II.

Hoc tempore lex data eſt, ut libera voluntate unuſquiſque chriſtianitatis argumentum ſuſcipiat. *Carth. c.* 509 *G. African. c.* 75. *L.*

CAPUT III.

Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium, aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu. *Arauſ. cap.* 12. *Burchard. lib.* 4. *cap.* 38. *Ivo part.* 1. *cap.* 232. *decret.*

86. *q.* 6. *c.* Qui recedunt. 7. *in fin.*

TI-

TITULUS IX.
DE ABRENUNTIATIONE, QUÆ FIT IN BAPTISMO.

CAPUT I.

De conſ. d. 4. c. cap. 22. in fin.

IPſis, (*qui baptizantur*) quod in baptiſmo pollicati ſunt, ſummopere eſt attendendum, ne infideles, ſed fideles inveniantur. *Victor epiſt. 1. poſt princ. Burch. lib. 4. cap. 3. Ivo part. 1. cap. 192. decret. in fin.*

CAPUT II.

Omnes, qui chriſtianitatem ſuſcepiſtis, & a Chriſto vocabulum chriſtiani ſumpſiſtis, ne in aliquo chriſtianitatem veſtram irritam faciatis, ſed ſponſionem, quam Domino in baptiſmo feciſtis, firmiter teneatis, ne reprobi, ſed condigni coram eo inveniamini. *Urban. ep. unic. ante fin.*

CAPUT III.

Epiſcoporum ſit magna ſollicitudo, presbyteris ſuis tradere baptiſmi ſacramentum, & quid in eodem renuntiandum, quidve credendum ſit. Renuntiatur ergo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Opera ejus intelliguntur, & ſunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his ſimilia, quæ nimirum diabolico inſtinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrantur. Pompæ vero ejuſdem ſunt, ſuperbia, jactantia, elatio, vanagloria, faſtus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur. *Turon. ſub Carolo c. 18. Magunt. ſub Raban. c. 3.*

CAPUT IV.

Rom. 6. Oportet omnes, qui juxta Apoſtolum in Chriſto baptizati ſumus, Chriſtumque induimus in novitate vitæ ambulare, ſemperque ante oculos ponere pactum quod cum Domino in baptiſmate fecimus, ubi abrenuntiavimus Satanæ, & omnibus pompis ejus. Quod pactum tunc irritum fit, cum in fide quis permanendo, vitiis, aut a fide exorbitando idolorum cultibus, aut hæreſum erroribus implicatur. *Aquiſgr. c. 114.*

CAPUT V.

Pactum, quod cum Deo in baptiſmate fit, a multis ex toto, a multis ex parte tranſgreditur; ex toto quippe tranſgreditur, quando quis poſt acceptam baptiſmatis gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad hæreſim, aut certe ad ſchiſma prolabitur. Ex parte vero quando quis aut ad ſuperbiam, aut ad invidiam, aut ad cetera vitia ſpiritualia, quæ ex radice ſuperbiæ prodeunt labitur, &c. Conſtat igitur unumquemque fidelem Deo in baptiſmate duarum pactionum nexibus ſe obligare, altera, qua abrenuntiare diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus: altera vero qua ſe in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum credere profitetur. Unde etiam ſub ejuſdem ſanctæ Trinitatis invocatione baptiſmatis gratiam conſequitur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 9.*

CAPUT VI.

Studendum eſt ſacerdotibus, ut auditores ſui myſterium ſacri baptiſmatis intelligant, &c. ut abrenuntiationes, quas in diabolum, ſuaque opera, ejuſque pompas fecerunt, intelligant, &c. Abrenuntiare igitur diabolo, eſt penitus eum reſpuere, ſpernere, reiicere, eique contradicere, ſeque, & unumquemque ab eo alienare, ſive aliud quid, quod hoc verbo in hoc ſenſu exprimi poteſt. Opera ejus ſunt, quæ utique operibus Salvatoris contraria exiſtunt. Primum ſuperbia, &c. Hæc, & his ſimilia ſunt, quæ unuſquiſque fidelis tempore baptiſmatis a ſe rejecit, Chriſtoque ſe mancipavit, pactumque cum Deo fecit, ne pœnitus ad ea, quibus abrenuntiavit, rediret. Verum ſi jura humanæ pactionis firmiter conſervantur, ſixius tamen atque ferventius, jura tanti pacti, quæ cum Deo facta ſunt, inviolabiliter ſunt obſervanda. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 10.*

CAPUT VII.

Renuntiator (*in baptiſmo*) diabolo, & operibus ejus. Opera vero diaboli, opera carnis eſſe intelliguntur, quæ ſunt homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his ſimilia, quæ diabolico inſtinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompæ vero ejuſdem ſunt ſuperbia, jactantia, elatio, vanagloria, faſtus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur. *Magunt. ſub Rabano cap. 23.*

CAPUT VIII.

Baptizati renuntiant ſatanæ, & angelis ejus. *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphiloch. cap. 27.*

TITULUS X.
DE MATERIA BAPTISMI.

CAPUT I.

N*Iſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Chriſt. apud Joann. cap. 3. num. 5.*

CAPUT II.

Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Chriſtus Matt. cap. ult. num. 19.

CAPUT III.

Aperiens Philippus os ſuum, & incipiens a ſcriptura iſta evangelizavit illi Jeſum, & dum irent per viam venerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus: *ecce aqua, quid prohibet me baptizari?* dixit autem Philippus: *ſi credis ex toto corde, licet*; & reſpondens ait: *credo Filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum, & juſſit ſtare currum, & deſcenderunt uterque in aquam Philippus, & Eunuchus, & baptizavit eum. Act. 8. num. 35. & ſeq.*

CAPUT IV.

Reſpondit Petrus: *Numquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur ii, qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos, & juſſit eos baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti. Act. 30. num. 47.*

CAPUT V.

Chriſtus dilexit eccleſiam, ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ut ſit ſancta, & immaculata. *Paul. Epheſ. 5. num. 25.*

CAPUT VI.

Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda. *Paul. ad Hebr. cap. 10.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Cap. 1. de ſumm. Trin. Greg. IX. & in coll. 4. Sacramentum baptiſmi, quod ad invocationem individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus ſancti conſecratur in aqua, tam parvulis, quam adultis, in forma eccleſiæ, a quocumque rite collatum proficit ad ſalutem. *Innoc. III. in conc. gener. Later. cap. 1.*

CAPUT VIII.

Baptizetur unuſquiſque in aquis perennibus nomine trinæ beatitudinis invocato, &c. *Clem. epiſt. 3. poſt princ.*

CAPUT IX.

De conſ. d. 3. c. 22. Celebritatem. Si neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocumque loco, vel momento, ubicumque evenerit, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fontibus, tantum chriſtiana confeſſione clarificata baptizentur. *Victor epiſt. 1. in princ. Burch. lib. 4. cap. 3. Ivo part. 1. cap. 198. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 60.*

CAPUT X.

Aquam baptiſmi benedicimus, & oleum unctionis. *Baſil. ad Amphilochium de Spiritu ſancto cap. 27.*

CAPUT XI.

Conſtituit *Victor*) ut neceſſitate faciente, ubicumque inventus fuiſſet quicumque hominum ex gentibus veniens, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fonte, ſive in ſtagno, baptizetur, tantum chriſtianæ credulitatis confeſſione declarata, integer efficeretur chriſtianus. *Damaſ. in Victor.*

TITULUS XI.

DE FORMA BAPTISMI.

CAPUT I.

Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Chriſtus apud Matt. cap. ult. num. 19.

CAPUT II.

De ſumm. Trinit. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. Sacramentum baptiſmi, quod ad invocationem individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus ſancti conſecratur in aqua, tam parvulis, quam adultis in forma eccleſiæ, a quocumque rite collatum proficit ad ſalutem. Et ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. *Innoc. III. in concil. Later. cap. 1.*

CAPUT III.

Matt. 28. Si Epiſcopus, vel presbyter juxta Domini conſtitutionem non baptizaverit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſed in tribus ſine principio, vel in tribus Filiis, vel in tribus Spiritibus ſanctis, deponatur. *Apoch. cap. 49. vid. cap. 50. Burch. lib. 4. cap. 22. Ivo part. 1. cap. 217. decret.*

CAPUT IV.

Baptizetur unuſquiſque in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato, &c. *Clem. epiſt. 3. poſt princ.*

CAPUT V.

In Patre, & Filio, & Spiritu ſancto baptizamur, & non in Archangelorum nominibus, ſicut hæretici, aut Judæi, aut gentiles dementes faciunt. *Damaſ. epiſt. 1. in fine, ex Theodorito lib. 5. cap. 11. Hiſt. Eccl. & Caſſiod. Hiſt. trip. lib. 9. cap. 16.*

CAPUT VI.

Arianis ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus, quod utique in nomine Patris, & Filii, & 1. q. 1. c. 73.
Spiritus ſancti perficitur, nec Spiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate, illiſque myſteriis arbitramur. *Innocentius epiſt. 18. cap. 3. Ivo lib. 3. tit. 10. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 9. cap. 58. Cæſaraug. lib. 13. c. 50. Tarr. lib. 1. c. 27.*

CAPUT VII.

A Paulianiſtis venientes baptizari præcipiuntur, non ab aliis, &c. Denique baptizatos rite ab Act. 8.
Evangeliſta Philippo Petrus, & Joannes ſola manus impoſitione conſumant: illos vero, quos Apoſtolus Paulus Joannis baptiſmate baptizatos repererat, interrogavit, an Spiritum ſanctum acAct. 19.
cepiſſent, fatentibuſque ſe ne illud quidem nomen audiſſe, juſſit eos baptizari. Videtis ergo rite baptizatos illo dono iterari non poſſe, & aliter ſola aqua lotos, baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, &c. quia Paulianiſtæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti minime baptizant. *Innoc. epiſt. 22. cap. 5.* 1. q. 1. c. 53.

CAPUT VIII.

Dominus Jeſus Chriſtus poſtea quam reſurrexit a mortuis, diſcipulis ſuis, in quibus omnes Matt. c. 28.
eccleſiarum præſules dicebantur, & formam, & poteſtatem tradidit baptizandi dicens: *Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Leo epiſt. 4. cap. 3.*

CAPUT IX.

Dominus Jeſus Chriſtus deſignans in invocatione Trinitatis credentium debere baptiſma celebrari dixit: *Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, &c. Si quis Epiſcopus, aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in Matt. 28.
nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſed in una perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis proiiciatur de eccleſia Dei. *Vigil. epiſt. 1. cap. 6.*

CAPUT X.

Ab antiqua patrum inſtitutione didicimus, ut quilibet, qui apud hæreſim in Trinitatis nomine De conſ. d. 4. cap. 44.
baptizantur, cum ad ſanctam eccleſiam redeunt, aut unctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſſione fidei ad ſinum matris eccleſiæ revocentur, &c. [Hi vero hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, ſicut De conſ. d. 4. cap. 84.
ſunt Bonoſiaci, & Cataphryges, quia & illi Chriſtum Dominum non credunt, & iſti ſanctum Spiritum perverſo ſenſu quemdam pravum hominem Montanum credunt, quorum ſimiles multi ſunt, & alii tales, hi cum ad ſanctam eccleſiam veniunt, baptizantur, quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti in ſanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt. *Greg. lib. 9. epiſt. 61. ad Quirinum Epiſcop. Ivo part. 1. cap. 153. Cæſar. lib. 12. cap. 68.*

CAPUT XI.

Quoſdam abſque interrogatione ſymboli ab adul-

adulteris, & indignis presbyteris, faſſus es, baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem eccleſiæ, quia quiſquis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizatus eſt, rebaptizari eum minime liceat, non enim in nomine baptizantis, ſed in nomine trinitatis hujus gratiæ donum percipit, & teneatur quod Apoſtolus dicit, *Unus Deus, una fides, unum baptiſma.* Doctrinam vero ſpiritalem talibus ſtudioſius, ut impertias demandamus. *Greg. III. in epiſt. 4. ad Bonif. in med.*

Epheſ. 4.

CAPUT XII.

Illi, qui baptizati ſunt per diverſitatem, & declinationem linguarum gentilitatis, tamen quia in nomine Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manus impoſitionem, & ſacri chriſmatis unctionem confirmari. *Greg. III. in ep. 5. ad Bonif. in med.*

CAPUT XIII.

De conſ. d. 4. cap. 86.

Retulerunt quidam, quod fuerit in ea provincia ſacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, diceret: *Baptizo te, in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancta,* &c. Si ille, qui baptizavit non errorem introducens, aut hæreſim, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut ſupra fati ſumus, baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, ut denuo baptizentur, quia quod tua bene compertum habet ſancta fraternitas, quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nullo modo rebaptizari debeat, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debet. *Zachar. epiſt. 2. ad Bonif. in med. Burch. lib. 4. cap. 43. Ivo part. 1. cap. 237. Cæſar. lib. 12. cap. 64.*

CAPUT XIV.

Si parvulos baptizavit (*loquitur de quodam Epiſcopo ſcelerato*) in nomine Trinitatis, dum ſacerdotio fungebatur, parvulorum baptiſma ſit confirmatum. *Zachar. epiſt. 4. in med.*

CAPUT XV.

De conſ. d. 4. cap. 199.

De Arianis, qui propria lege ſua utuntur, placuit, ſi ad eccleſiam aliqui de hac hæreſi venerint, interrogent eos noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum, & ſi perviderint in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto eos baptizatos, manus iis tantum imponantur, ut accipiant Spiritum ſanctum, quod ſi interrogati non reſponderint hanc trinitatem, baptizentur. *Arelat. cap. 8.*

TITULUS XII.
DE MINISTRO BAPTISMI.

CAPUT I.

Cap. 1. de ſumm. Trin. Greg. IX. & in 1. coll.

SAcramentum baptiſmi, quod ad invocationem individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus ſancti conſecratur in aqua tam parvulis, quam adultis, ut forma eccleſiæ, a quocumque rite collatum proficit ad ſalutem. *Inn. III. in concil. gener. Lateranen. cap. 1.*

CAPUT II.

16. q. 1. c. 41. Cunctis.

Sine Epiſcopi juſſu presbyter non baptizet. *Clem. epiſt. 3. poſt med. Burch. lib. 2. c. 93. Ivo part. 2. cap. 123. & part. 6. cap. 901. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 97.*

CAPUT III.

De conſ. d. 4. c. 119.

Presbyteris, ſeu extra Epiſcopum, ſeu præſente Epiſcopo baptizant, chriſmate baptizatos ungere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, &c. *Innoc. epiſt. 1. c. 2. Burch. lib. 4. c. 69. Ivo lib. 1. tit. 3. cap. 4. panorm. & part. 1. c. 263. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 25.*

CAPUT IV.

Diſt. 93. Diaconos c. 13.

Abſque Epiſcopo, vel presbytero baptizare diaconi non audeant, niſi prædictis fortaſſis officiis longius conſtitutis, neceſſitas extrema compellat, quod & laicis Chriſtianis facere plerumque conceditur. *Gelaſ. epiſt. 1. c. 9. Burch. lib. 4. c. 57. Ivo part. 1. c. 252. & part. 6. c. 99. decret. Anſelm. lib. 7. c. 54*

CAPUT V.

Diſt. 19. Secundum c. 8.

Nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos ſacerdotes, ſive levitas ſecundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio læſionis attingit, quo forſitan per iniquũ tradita ſacramenti gratia, minus firma videatur. Nam & baptiſmum, quod procul fit ab eccleſia, ſive ab adultero, ſive a fure fuerit datum ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa, quæ per columbam ſonuit, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, ac dicitur: *Hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto, & igne.* Nam ſi viſibilis ſolis iſtius radii, tum per loca fœtidiſſima tranſeunt, nulla contractus inquinatione maculantur, multo magis illius, qui iſtum viſibilem fecit, virtus nulla miniſtri indignitate conſtringitur. Nam & Judas, cum fuerit ſacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apoſtolos, pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt. Declarante hoc ipſum Domino manifeſtiſſima voce: *Scribæ*, inquit, *& Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſederunt, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in eccleſia miniſter officio ſuo videtur, operari, hoc totum contineri, implente divinitatis effectu. Ita ille, per quem Chriſtus loquitur Paulus affirmat: *Ego plantavi, Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit: Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Adeo autem non quæritur quis, vel qualis prædicet, ſed quem prædicet, ut invidos etiam bene prædicare Chriſtum confirmet, quomodo diabolus ipſe dejectus eſt, & hoc ipſo prædicare non deſinit. Ideo ergo & ipſe Acacius, cujus nomen dicimus eſſe reticendum, male bona miniſtrando, ſibi tantum nocuit, nam inviolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod cum ita ſit, aliquorum in tantum ſe extendit curioſa ſuſpicio, ut imaginentur, prolato a Papa Felice judicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis, quæ Acacius uſurpavit, egiſſe, ac perinde eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia divina videantur. Meminerint in hac quoque parte ſimiliter

Joann. 1. Matt. 3. — Joann. 12. — Matt. 23. — 1. Cor. 3.

ter tractatum prævalere ſuperiorem, quia non ſine uſurpatione nominis ſacerdotii adjudicatus hoc egit, in quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis, in hoc quoque aliis rea ſibi perſona non nocuit. *Anaſtaſ. II. ad Anaſtaſ. Auguſtum. epiſt. 1. cap. 7. & 8. Nicol. ad conſult. Bulg. cap. 16. Ivo part. 1. cap. 151. decret. & epiſt. 67. ad Bernard. Abbatem. Anſelm. lib. 9. cap. Cæſar. lib. 12. cap. 63.*

CAPUT VI.

Præterea indicatis, quod quidam Græcus mentiens fateretur ſe presbyterum, cum non eſſet, ac per hoc plurimos in veſtra patria baptizaſſe, &c. Quamvis ipſe ſe ſacerdotem eſſe ſimulaverit, ſimulatio tamen ejus, ſalutem plurimis contulit. Siquidem diverſi fuere, qui diverſo modo Chriſtum, ſed non propter Chriſtum annuntiabant. Sed ſive occaſione, ſive quomodocumque hunc annuntiarent, hos tamen non prohibebat Apoſtolus, qui ſolum, ut Chriſtus annuntiaretur, plurimum ſatagebat. Quia enim Chriſtus ordinaverat, ut qui evangelium annuntiaret, de evangelio viveret, ſi multi Chriſti prædicabant, ut commoda terrena adquirerent, ergo non erat Chriſtus in cauſſa, ſed avaritia. Rurſus quia multi evangelii prædicatores a fidelibus magnis honoribus efferebantur, nonnulli ideo Chriſtum prædicabant, ut ſimilia & ipſi perciperent, ergo non erat Chriſtus in voto, ſed invidia, ſed nemo iſtorum prohibitus eſt, quominus per hos Chriſtus annuntiaretur, nimirum cum & Judas inter ceteros Apoſtolos a Domino miſſus, & miracula fecerit, & Chriſtum annuntiaverit, & in nomine ejus plurimos baptizaverit. Itaque ut ſedis Apoſtolicæ Præſul ſcribit Anaſtaſius, non quæritur quis, vel qualis prædicet, ſed quem prædicet. *Nicol. ad conſ. Bulg. c. 14. ex Anaſt. ad Anaſt. Imp. c. 7.*

CAPUT VII.

Porro interrogatis, utrum homines illi, qui hoc ab illo baptiſma receperunt, chriſtiani ſint, an iterum baptizari debeant. Sed ſi in nomine ſummæ, ac individuæ Trinitatis baptizati fuere, chriſtiani profecto ſunt, & eos a quocumque chriſtiano baptizati ſunt, iterato baptizare non convenit. Quoniam ut jam nominatus Anaſta-

Diſt. 19. c. 8. Secundi. ſius Apoſtolicus Pontifex ad coæquivocum ſuum ſcribit Auguſtum, & baptiſmum, quod procul ſit ab eccleſia, ſive ab adultero, vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa, quæ ſonuit per

Joann. 1. Matt. 3. columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, ac dicitur, *hic eſt, qui baptizat*, &c. Et revera, quia ſecundum fa-

1. Cor. 3. moſiſſimum Apoſtolum: *neque qui plantat*, id eſt, catechizat: *neque qui rigat*, id eſt, baptizat: *eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus*. Et ideo mali bona miniſtrando, non aliis, ſed ſibi detrimenti cumulum ingerunt. Ac per hoc certum eſt, quia quos ille Græcus baptizavit, nulla porrio læſionis attingit, propter illud, *Hic eſt qui baptizat*, id eſt, Chriſtus, & iterum *Deus incrementum dat*, ſubauditur, & non homo. *Nicol. ibid. c. 15. Anaſtaſ. II. ad Anaſtaſ. Aug. epiſt. uni c. 7.*

CAPUT IX.

Si David eſſe ſe furioſum finxit, ut ſuam tantum ſalutem operari potuiſſet, quam noxam contraxit, qui tot hominum multitudinem quoquo modo de poteſtate diaboli, & æternæ perditionis abſtraxit? maxime cum ſe ſacerdotem ſimulaverit, non tamen in baptizando egit, quod præter ſacerdotem, in tam evidenti neceſſitate agere nullum oportet. Presbyterum vero, ut opinamur, idcirco ſe finxit eſſe, quoniam jam ſenſerat, vobis fuiſſe ſuaſum, quod baptizandi miniſterium non niſi presbyteris tantum, eſſet indultum. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 16. Anaſtaſ. III. epiſt. unica c. 7. Ivo part. 1. c. 151. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 62. Cæſar. lib. 12. cap. 63.* *1. Reg. cap. 21.*

CAPUT X.

A quodam Judæo*, neſcitis, utrum Chriſtiano, an pagano, multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quid de his ſit agendum, conſulitis. Hi profecto ſi in nomine ſanctæ Trinitatis, vel tantū in nomine Chriſti, ſicut in actibus Apoſtolorum legimus, baptizati ſunt, unum quippe, idemque eſt, ut ſanctus exponit Ambroſius: Conſtat eos non eſſe denuo baptizandos, ſed primum, utrum Chriſtianus, an paganus ipſe Judæus * extiterit, vel ſi poſtmodum factus fuerit Chriſtianus inveſtigandum eſt. Quamvis non prætereundum eſſe credimus, quid beatus de baptiſmo dicat Auguſtinus: „ Jam ſatis, inquit, oſtendimus ad baptiſmum, qui verbis evangelicis conſecratur, non pertinere cujuſquā, vel dantis, vel accipientis errorem, ſive de Patre, ſive de Filio, ſive de Spiritu ſancto aliter ſentiat, quā doctrina cæleſtis inſinuat“. Et iterum: „ Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter vivant, aut etiam in hæreſibus, vel in gentilium ſuperſtitionibus jaceant, & tamen etiam illic novit Dominus, qui ſunt ejus. Namque in illa ineffabili præſcientia multi, qui foris videntur, intus ſunt“; & alio loco: „ Et jam corde tardiores, quantum exiſtimo, intelligunt baptiſmū Chriſti nulla perverſitate hominis, ſive dantis, ſive accipientis, poſſe violari“, & rurſus: „ Poteſt tamen, ait, tradere ſeparatus, ſicut poteſt habere ſeparatus. Sed quam pernicioſe tradere: ille autem cui tradit, poteſt ſalubriter accipere ſi ipſe non ſeparatus accipiat“. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 104. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 22. panorm. & lib. 1. cap. 148. decret. Cæſar. lib. 12. c. 62.*

** vir. De conſ. d. 4. c. 24. Act. 2. & 10. * vir. Lib. 1. de Spiritu ſancto, c. 3.*

CAPUT XI.

Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus, baptizare in infirmitatis neceſſitate poſitum catechumenum, ita ut ſi ſupervixerit, ad Epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionē perfici poſſit. *Elib. c. 38.*

CAPUT XII.

Si quis diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizaverit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit, &c. *Elib. c. 77.*

CAPUT XIII.

Mulier baptizare non præſumat. *Carth. IV. cap.* *De conſ. d. 4. c. 20.*

Digitized by Google

cap. 100. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 18. *panorm.* & *part.* 1. *cap.* 65. *decret.*

CAPUT XIV.

Diſt. 21. *c.* 14. Si diaconus, vel presbyter pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmoverint, hic quoque ſi alii defuerint, & cauſſa certæ neceſſitatis exoritur, poſcentem baptiſmum liceat baptizare. *Aurelian. cap.* 12. *alias* 14. *Ivo part.* 6. *cap.* 368. & *part.* 15. *cap.* 68. *decret.*

CAPUT XV.

Pro infirmitate, aut pro aliqua neceſſitate, illi presbyteri, quos Epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicumque loco evenerit, licentiam habeant baptizandi. *Synod. apud Palat. Vernis cap.* 7.

CAPUT XVI.

Ut omnes presbyteri, qui in parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus presbyter præſumat in illa parochia baptizare, nec miſſas celebrare ſine juſſione Epiſcopi, in cujus parochia eſt. *Synod. apud Palat. Vernis cap.* 8.

TITULUS XIII.

DE EFFECTU BAPTISMI.

CAPUT I.

QUI crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit. Chriſtus apud Marcum cap. ultimo, num. 16.

CAPUT II.

Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Paul. ad Galat. c. 3. *num.* 27.

CAPUT III.

Baptiſma noſtrum non oculis * ſenſus conſiderandum eſt, ſed mentis. Aquam vides, vim Dei aquis occultatam * conſidera; namque in ſancto Spiritu, & igne nos eſſe baptizatos * ſacri ſermones docent. In fide enim baptizantis, & in baptizati fide, ſacra vocatione *, & perfecta * ſanctificatione ſpiritus divini, & ignis, conſidera aquis (*ſacrum ſpiritum & ignem* *.) Accedit * namque baptizandus peccatis obnoxius, & ſervituti addictus corruptioni: diſcedit * autem manumiſſus a ſervitute, & peccatis liber, filius Dei, & hæres gratia ejuſdem factus, cohæres autem Chriſti, ipſum indutus Chriſtum, ut ſcriptum eſt: *Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ex actis concil. Nicæn. Diatypoſ.* 5.

Margin: * *corporis.* * *abſconditum*, al. *Matt.* 3. * *baptizari*, al. * *per ſacram vocationem.* * *plena.* * *ipſe enim inquit baptizabit ſpiritu & igne*, al. * *Deſcendit*, al. * *aſcendit. Galat.* 3.

CAPUT IV.

Qui regeneratus fuerit per aquam bonis operibus repletus, hæres efficitur ejus, a quo in incorruptione regeneratus eſt, &c. Sed dicetis fortaſſe: quid confert aquæ baptiſmus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris nativitatis, quæ vobis per hominem facta eſt, amputatur, & ita demum pervenire poteritis ad ſalutem. Aliter impoſſibile eſt, ſic enim nobis cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt, dicens: *Amen amen dico vobis, niſi quis denuo renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum cælorum.* Et ideo accelerate, eſt enim in aquis iſtis miſericordia ejus quædam, quæ initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos, qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſuppliciis futuris, quaſi donum quoddam offerens Deo, animas per baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas, ſolæ ſunt enim, quæ poſſunt vim futuri ignis extinguere. *Clem. epiſt.* 4. *poſt med. Vide eundem Clem. tit. de baptiſmo infantibus neceſſario, cap.* Ne putetis.

Margin: Joann. 3. *Gen.* 1.

CAPUT V.

Dum ſuis inconſultius homo utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demerſus eſt, & nihil, quemadmodum exinde ſurgere poſſet, invenit, ſuaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ ſuæ jacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſtea Chriſti, per ſuam gratiam, relevaſſet adventus, qui per novæ regenerationis purificationem præteritum omne vitium ſui baptiſmatis lavacro purgavit, & ejus confirmans ſtatum, quo rectius, conſtabiliuſque procederet, tamen ſuam gratiam in poſterum non denegavit. *Innoc. epiſt.* 25. *ad concil. Carthagin. poſt med. Cæleſtin. epiſt.* 1. *cap.* 4.

CAPUT VI.

Illud, quod circa baptizandos in univerſo mundo ſancta eccleſia uniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu, cum [ſive parvuli, ſive juvenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quam exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat, quomodo Princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vaſa ejus diripiantur, in poſſeſſionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem, & dat dona hominibus. *Cæleſt. epiſt.* 1. *cap.* 12. *Burch. lib.* 4. *cap.* 10. *Ivo part.* 1. *cap.* 205. *decr.*

Margin: De conſ. d. 4. *cap.* 53. *Joann.* 12. *Matt.* 12. *Marc.* 3. *Epheſ.* 4. *Pſalm.* 47.

CAPUT VII.

Proprie in morte crucifixi, & in reſurrectione ex mortuis potentia baptiſmatis novam creaturam condit ex veteri, ut in renaſcentibus & mors Chriſti operetur, & vita, dicente beato Apoſtolo Paulo: *An non ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Leo epiſt.* 4. *cap.* 3. *Ivo part.* 1. *cap.* 45. *decret.*

Margin: De conſ. d. 4. *cap.* 23. *Rom.* 6.

CAPUT VIII.

A parvulo recens nato uſque ad decrepitum ſenem quamlibet corporis ætatem gerant, ſicut nullus prohibendus eſt a baptiſmo, ita nullus eſt, qui non peccato moriatur in baptiſmo. Sed parvuli originali, majores etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcumque male vivendo addidere ad illud, quod naſcendo traxere. *Leo epiſt.* 84. *ante fin. vel* 86. *ad Aquilejen. Epiſcop. Ivo part.* 17. *cap.* 4. *decret.*

Margin: De conſ. d. 4. *cap.* 134.

CAPUT IX.

Omnem hominem in corporis animæque ſubſtantiam a conditore univerſitatis formari, atque animari intra materna viſcera catholica fides confitetur, manente quidem illo peccati, mortalitatiſque contagio, quod in prolem a primo parente tranſcurrit, ſed regenerationis ſacramento ſubveniente, quo per Spiritum ſanctum promiſſionis filii renaſcuntur, non in utero carnis, ſed

in virtute baptiſmatis. *Leo epiſt. 91. ad Turibium, cap. 9.*

CAPUT X.

Fides catholica conſtanter prædicat, atque veraciter, quod animæ hominum, priuſquam ſuis inſpirentur corporibus, non fuerunt, nec ab ullo incorporentur, niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt creator, & corporum. Et quia per primi hominis prævaricationem tota humani generis propago vitiata ſit, neminem poſſe a conditione veteris hominis liberari, niſi per ſacramentum baptiſmatis Chriſti, in quo nulla eſt diſcretio re- Gal. 3. natorum, dicente Apoſtolo: *Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Leo epiſt. 91. cap. 10.*

CAPUT XI.

Si qui ſunt, qui dicunt peccata in baptiſmo ſuperficie tenus dimitti, quid eſt hac prædicatione infidelius, in qua ipſum fidei ſacramentum feſtinant ſolvere, in quo principaliter ad cæleſtis munditiæ myſterium anima ligatur, ut abſoluta radicitus a peccatis omnibus ſoli illi inhæreat, de Pſalm. 72. quo Pſalmiſta ait: *Mihi autem adhærere Deo bo-* Exod. 24. *num eſt.* Certe enim maris rubri tranſitus figura ſancti baptiſmatis fuit, in quo hoſtes a tergo ſunt mortui, ſed alii contra faciem in eremo ſunt inventi. Sic quippe omnes, qui in ſancto baptiſmate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis, velut Ægyptii hoſtes a tergo moriuntur, ſed in eremo alios hoſtes invenimus, quia dum in hac vita vivimus, priuſquam ad promiſſionis patriam pertingamus, multæ tentationes nos fatigant, & ad terram viventium tendentibus iter includere feſtinant. Qui ergo dicit, peccata in baptiſmate funditus non dimitti, dicat in mari rubro Ægyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Ægyptios veraciter mortuos, fateatur, neceſſe eſt, peccata in baptiſmate funditus mori, quia nimirum plus valet in abſolutione noſtra veritas, quam umbra veritatis: in Evan- Joann. 13. gelio Dominus dicit: *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus.* Si igitur peccata in baptiſmate funditus minime dimittuntur, quomodo is, qui lotus eſt, mundus eſt totus? totus enim mundus dici non poteſt, cui de peccato aliquid remanſit. Sed nemo reſiſtit voci veritatis, quæ ait: *Qui lotus eſt, mundus eſt totus.* Nihil ergo ei de peccati ſui contagione remanet, quem totum fatetur mundum ipſe, qui redemit. *Greg. ad Theoctiſtam Patric. lib. 9. regiſtr. epiſt. 39. ante fin.*

CAPUT XII.

Qui ante baptiſma ſacrificarunt, ordinentur, abluti enim ſunt. *Ancyr. cap. 12.*

CAPUT XIII.

Diſt. 23. c. 2. Cum Epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, &c. ſi in baptiſmo omnia peccata, id eſt, tam illud originale contractum, quam illa, quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittantur, &c. credat. *Carth. IV. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 8. Ivo part. 5. cap. 62. decret.*

CAPUT XIV.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi non poteſt reparari. Quod amiſſum, niſi a quo potuit dari, non poteſt reddi. Unde ipſa Veritas dicit: *Si vos filius* Joann. 8. *liberaverit, tunc vere liberi eritis. Arauſ. II. cap. 13.*

CAPUT XV.

Hoc etiam ſecundum fidem catholicam credimus, quod accepta per baptiſmum gratia omnes baptizati, Chriſto auxiliante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint & debeant, ſi fideliter laborare voluerint, adimplere. *Arauſ. II. in fin.*

CAPUT XVI.

Peccatum humanæ originis per baptiſmi gratiam cunctis fidelibus dimittitur. *Iſid. lib. 3. de ſummo bono cap. 47. apud Anſegr. cap. 104.*

CAPUT XVII.

Conſtat, quod fundamentum chriſtianæ religionis fides ſit catholica, hoc eſt credere in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, &c. & credere quod per Spiritum ſanctum remiſſio peccatorum in baptiſmate conferatur. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 1.*

CAPUT XVIII.

Quia flammeus ille gladius, qui propter peccatum primi hominis januam paradiſi obice mor- Gen. 3. talibus immobili oppilaverat, in ſacroſancto baptiſmatis fonte extinguitur, & eadem janua credentibus aperitur: omnibus fidelibus ſtudendum eſt, ut pactionis, & ſponſionis, quam cum Deo in baptiſmate fecerunt, ſemper memores exiſtant, caveantque ne quibuslibet vitiorum ſordibus ſe maculantes, non ſolum eundem ſibi reaccendant ignem, verum etiam immundum ſpiritum a ſe tempore baptiſmatis expulſum, cum ſeptenario dæmonum numero ſibi addito, ad ſe quoquo modo redire faciant, fiantque illis, ut Dominus ait: *noviſſima pejora prioribus. Pariſ.* Luc. 11. *ſub Lud. & Loth. lib. 1. cap. 9.*

CAPUT XIX.

Dici ſolet a nonnullis Chriſtianis, quod hi, qui in Chriſto renati ſunt, quamquam ſcelerate vivant, & in malis operibus diem extremum claudant, diuturno atque purgatorio, non tamen perpetuo, ſint igne puniendi. Cum multi hoc aſſerant, & nullus id verum eſſe ex divinis oraculis aſtruere valeat, cavendum eſt, ut hoc non ſolum non credant, verum etiam ne ex ore proferant, ne forte hoc dicendo ſe, & alios quodammodo vana ſecuritate deludant, &c. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib. 2. cap. 10.*

CAPUT XX.

Firmiſſime tenendum credimus, quod omnis multitudo fidelium ex aqua, & Spiritu ſancto regenerata, ac per hoc veraciter eccleſiæ incorporata, & juxta doctrinam apoſtolicam in morte Chriſti baptizata, in ejus ſanguine ſit a peccatis ſuis abluta, quia nec in eis potuit eſſe vera regeneratio, niſi fieret vera redemptio, &c. Ex ipſa tamen multitudine fidelium, & redemptorum alios ſalvari æterna ſalute, quia per gratiam Dei in redemptione ſua fideliter permanent, ipſius Domini ſui vocem in corde ferentes: *Qui perſe-* Matt. 10. *veraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Alios, quia noluerunt permanere in ſalute fidei, quam

ini-

initio acceperunt, redemptioniſque gratiam potius irritam facere prava doctrina, vel vita, quam ſervare elegerunt, ad plenitudinem ſalutis, & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullo modo pervenire, &c. *Concil. Valent. ſub Loth. cap. 5.*

CAPUT XXI.

Unuſquiſque Chriſtianus credat in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, &c. & quod in baptiſmate per eum tribuatur omnium remiſſio peccatorum. *Troslejan. cap. 15.*

Vide concil. Carthag. ad Innoc. concil. Milevit. in epiſt. ad Innoc. & epiſt. Innoc. ad concil. Milevit. tit. de baptiſmo etiam infantibus neceſſario cap. Parvulos. *cap.* Pueros. *& cap.* Illud, quod. *Milevit. cap. 2. ibid. cap.* Placuit. *Gregor. ad Secundinum ibid. cap.* In extremo. *Cyprian. lib. 3. epiſt. 8. ad Fid. presbyt. eod. tit. cap.* Si etiam. *Concil. N. inter Leon. epiſt. 72. eod. tit. cap.* Pelagii error. *Athan. in ſerm. de imagine Chriſti apud VII. ſynod. gener. action. 4. Innoc. epiſt. 2. cap. 5. & 6. & epiſt. 22. cap. 2. & ep. 23. cap. 6. tit. baptiſmus non tollit digamiam, cap. 1. 2. 3. & 4.*

TITULUS XIV.

BAPTISMUS NON TOLLIT DIGAMIAM.

CAPUT I.

Diſt. 34. c. 13.

SI quis viduam, licet laicus, duxerit uxorem ſeu ante baptiſmum, ſeu poſt baptiſmum, non admittatur ad clerum, quia eodem videtur vitio excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris conſortium relaxatur. *Innoc. epiſt. 2. cap. 5. Anſelm. lib. 7. c. 10. Ivo part. 6. cap. 55. decret.*

CAPUT II.

Ne is, qui ſecundam duxerit uxorem, clericus fiat, &c. & ſi ab aliquibus exiſtimetur, ante baptiſmum, ſi forte quis accepit uxorem, & ea de ſæculo recedente alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis errant a regula, quia in baptiſmo peccata dimittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur, &c. Quod ſi non putatur uxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt, ergo nec filii, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habeantur. *Innoc. epiſt. 2. cap. 6.*

Diſt. 34. c. 13. Si quis viduam.

CAPUT III.

16. q. 1. c. 3. De monachis.

Si corruptus poſtea baptizatur, & in monaſterio ſedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit, quia nec benedici cum ſponſa poteſt jam antea corruptus. Quæ forma ſervatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quiſquis corruptus baptizatus clericus eſſe voluiſſet, ſpondeat ſe uxorem omnino non ducere. *Innoc. epiſt. 2. c. 10.*

CAPUT IV.

Diſt. 16. c. 3.

Deinde ponitur non dici oportere digamũ eũ, qui catechumenus habuerit, atque amiſerit uxorem, ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata ſit, quia illud conjugium poſt baptiſmi ſacramentum cum cæteris criminibus ſit ablotum. Quod cum de una utique dicitur, certe ſi tres habuerit, in vetere poſitus homine, uxores, erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima; virginis æque nomen accipiet, quæ quarta ducta eſt loco. Quis oro iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait, unius uxoris virum oportere eſſe ſacerdotem? Sed obiicitur, quod in baptiſmo totum, quidquid in vetere homine geſtum eſt, ſit lotum. Dicite mihi, crimina tantum dimittuntur in baptiſmo, an & alia, quæ ſecundum Domini præcepta, ac Dei inſtituta complentur? Uxorem ducere crimen eſt, an non eſt crimen? ſi crimen eſt, ergo præfata venia dixerim, erit auctor in culpa, qui ut crimina committerent, in paradiſo, cum ipſe eos jungeret, benedixit. Si vero non eſt crimen, quia quod Deus junxit, nefas ſit crimen appellari, & Salomon addidit: *Etenim a Deo præparatur viro uxor.* Quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod auctore Deo legitur conſummatum. Quid de talium filiis percenſetur? Numquid non erunt admittendi in hæreditatis conſortio quia ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit uxor. Eruntque appellandi vel naturales, vel ſpurii, quia non eſt legitimum matrimonium, niſi illud, ut vobis videtur, quod poſt baptiſmum aſſumitur? Ipſe Dominus cum interrogaretur a Judæis, ſi liceret dimittere uxorem, atque exponeret, fieri non debere, addidit: *Quod ergo Deus junxit, homo non ſeparet.* Ac ne de iis locutus eſſe credatur, quæ * poſt baptiſmum ſortiuntur, meminerint hoc & a Judæis interrogatum, & Judæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſollicitus quæro, ſi una eademque ſit uxor ejus, qui ante catechumenus, poſtea ſit fidelis, filioſque ex ea, cum eſſet catechumenus, ſuſceperit, ac poſtea alios, cum fidelis, utrum ſint appellandi fratres, an non? habeant poſtea, defuncto patre, erciſcundæ hæreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? Quod cum ita ſentire, atque judicare abſurdum eſt, quæ malum, ratio eſt, hoc defendi, & vacua magis opinione jactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus junxit? Numquid, ſi quis catechumenus, virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro, ſi hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptiſmum totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemoſynis vacantem per revelationem angelum, Petrumque ipſum vidiſſe, numquid per baptiſmum hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmus videtur conceſſus? Si ita creditur, mihi credite non modicum erratur, quia quidquid bene geſtum fuerit, & ſecundum præcepta legalia cuſtoditum, non poteſt facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum. Et quod peccatum non eſt, ſolvi inter peccata credi omnino non debet. Eritque integrum, æſtimate, aboleri non poſſe prioris nomen uxoris, cum non dimiſſum ſit pro peccato, quia ea Dei ſit voluntate completum. *Innoc. epiſt. 22. cap. 2. Burch. lib. 4. cap.* 98.

1. Tim. 3. Tit. 1.

Matt. 19. Prov. 19.

28. q. 1. c. 1.

Matt. 19. Marc 10.

* *qui.*

Act. 10.

98. Ivo part. 1. cap. 292. & part. 8. cap. 303. decret. & lib. 6. tit. 7. cap. 1. & 2. panorm.

CAPUT V.

Prov. 79. Matt. 19. *1. Tim. 3. Tit. 1.*

Aliquanti pro defenſione pravi erroris opponunt, & aſſerunt, quod ante baptiſmum omnia dimittuntur, non intelligentes hujuſmodi, quod ſola in baptiſmo peccata dimittuntur, non uxorum numerus aboletur. Nam ſi a Deo, ut ſcriptum eſt, præparatur viro uxor, & quod Deus junxit, homo non ſeparet, & juſſi auctores generis humani in origine a Deo benedicuntur, quo modo inter peccata iſta creduntur poſſe dimitti? Quod ſi ſecundum illos, qui ita credont, verum eſt, ergo omnis juſtitia, quæ a catechumenis ante baptiſmum fuerit operata, per baptiſmum auſertur? Nullus ergo contra Apoſtolum tale aliquid ſentiat, nec admittat, ſed fideliter intelligat, unius uxoris virum ſive ante baptiſma eſſe nominatum, ſive poſt baptiſmum; ſi enim uxor ante baptiſmum accepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem ſuſcepti inter filios poterunt numerari. *Innoc. epiſt. 23. cap. 6.*

CAPUT VI.

Neminem de digamis, aut inter nuptarum maritis ordinari clericos poſſe, nec requirendum, utrum ne initiati ſacramentis divinis, an gentiles, hac ſe infelici ſortis neceſſitate maculaverint. *Vallen. Gall. cap. 1.*

TITULUS XV.
DE BAPTISMO INFANTIUM, ET DE EJUS NECESSITATE.

Vide in Partis I. Lib. XI. Tit. XL.

CAPUT I.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei. Chriſtus apud Joann. cap. 3. num. 5.

CAPUT II.

Euntes in mundum univerſum prædicate evangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Chriſtus Marci num. 15.

CAPUT III.

Ne tempore interdicti baptiſmus infantibus negetur. *Calliſt. II. in concil. Rom. cap. 11.*

CAPUT IV.

Diſt. 77. c. 3. Quicumque ſe eccleſiæ vovit obſequiis, a ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari. *Syric. epiſt. 1. cap. 9. Ivo part. 6. cap. 91. decret.*

CAPUT V.

Neque coram Epiſcopo licet presbyteris in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere, aut ſignare, &c. *Leo epiſt. 84. in fin. ad Nicetam Aquileien. Epiſcop. Ivo part. 17. cap. 4. decret.*

CAPUT VI.

De bapt. c. 3. apud Greg. IX. & in 3. coll. c. 1. Majores. Aſſerunt (*quidam heretici*) parvulis inutiliter baptiſma conferri, &c. quia non niſi per charitatem, & in charitate crimina dimittantur parvulis, qui nec ſentiunt, nec conſentiunt, & charitatem non habent, quæ ſentientibus, & conſentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptiſmo, & ſic eis baptiſma non confertur, quia non eſt talibus conferendum. In evangelio quoque legitur: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur.* *Marc. ult.* Unde parvuli, ſive fuerint, ſive non fuerint baptizati, condemnabuntur, utpote non credentes. Ad id autem taliter reſpondemus, quod baptiſma circumciſioni ſucceſſit, &c. cum ergo circumciſio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptiſmus, qui ſucceſſit in loco ipſius, & generalior tamen exiſtit, cum non tam viri, quam fœminæ baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis eſt, quam parvulis conferendus. Nam ſicut olim ſine diſtinctione qualibet Moſaica lex clamabat: *Anima, cuius præputii caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo:* *Gen. 17. b.* ita nunc indiſtincte vox intonat evangelica: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non intrabit in regnum Dei:* *Joann. 3. b.* ab hac generalitate nec ſexum, nec ætatem excludens. Unde ſicut anima circumciſa de populo ſuo non peribat, ſic qui ex aqua fuerit, & Spiritu ſancto renatus, regni cælorum introitum obtinebit, &c. Abſit enim, ut univerſi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipſis miſericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad ſalutem. Cæterum ex vi litteræ ſatis patet prædictas auctoritates intelligendas eſſe tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cum de parvulis non poſſint intelligi, qui prædicto * tantum originali tenentur. ** peccato, f.* Similiter, etiam alia auctoritas ſolvenda eſt: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit,* &c. cum non poſſint credere parvuli, ſed adulti, & ob hoc tota auctoritas hæc intelligenda eſt tantummodo de adultis, nec ad alios prima, & ad alios ſecunda refertur, &c. *Innoc. III. Arelat. Archiep.*

CAPUT VII.

Quoniam ſuperiori concilio ſtatutum eſſe meum recognoſcit unanimitas veſtra, ut hi, (qui apud Donatiſtas parvuli baptizati ſunt) *1. q. 4. c. 4.* nondum ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate ſalſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam, per univerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt, debere talibus ſuſcipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris. *Carth. cap. 58. Afric. cap. 24. L. Deuſd. cap. 2.*

CAPUT VIII.

De conſ. d. 4. Placuit, c. 111. Infantes ſi non inveniuntur certi teſtes, qui ſciant eos baptizatos fuiſſe, neque ipſi per ætatem de traditis myſteriis reſpondere poſſint, ſine intervallo volumus eos baptizari, ut in Mauritania fieri. *Carth. cap. 73. G. Afric. 39. L. Carth. V. cap. 6. L. Trull. c. 85. Vormat. cap. 70. Burch. lib. 4. cap. 45. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 86. panorm. & part. 1. cap. 147. & 239. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 56. Cæſar. cap. 12. cap. 53.*

CAPUT IX.

Parvuli, qui nuper e materno utero editi ſunt, ſi infirmi, ut aſſolet, fuerint, & lac maternum non

non

non appetunt, etiam eadem die, qua nati ſunt, ſi oblati fuerint, baptizentur. *Gerund. cap.* 5.

CAPUT X.

Sacroſancti baptiſmatis inappretiabile donum eſt ſemper & ſæpe non ſolum nolentibus, verum etiam neſcientibus impertitur, ſed hoc a nullo profanari permittitur. Quod ſi hoc opponitur, nec dum rationis capacem exiſtere, qui hoc probatur accipere, hinc omnino * cognoſcant, quia ſi majores impune non deſerunt, quod parvuli vel neſciendo, vel nolendo percipiunt, quanto magis non convenit violari, quod pro mortis, aut pœnarum evadenda pernicie, occulta Dei diſpenſatione dinoſcitur obveniſſe? *Tolet. VIII. c.* 7.

* [illegible]

CAPUT XI.

Si parvulus ægrotans ad quemlibet presbyterum, baptiſmi gratia, de cujuslibet parochia allatus fuerit, ei baptiſmi ſacramentum nullo modo denegetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectaverit, & ille parvulus abſque baptiſmi gratia mortuus fuerit, noverit ſe ille, qui eum non baptizavit, pro ejus anima rationem redditurum. *Theod. ad presbyt. Aurel. c.* 17.

Vide Cæleſtin. epiſt. 1. *c.* 12. *tit. de cæremoniis, quæ in baptiſmo obſervari ſolent, c.* Illud, quod, *& Syric. epiſt.* 1. *cap.* 2. *tit. de diebus ad ſuſcipiendum baptiſmum conſtitutis. Brach. II. c.* 7. *tit. Ne pecunia accipiatur cauſſa baptizandi, c.* Unuſquiſque.

TITULUS XVI.

DE IMMERSIONE, ET DE IMMERSIONUM NUMERO.

CAPUT I.

DE Eunomianis, qui in una tantum immerſione baptizant. *Vide CP. c.* 7.

CAPUT II.

De conſ. d. 4. *c.* 79. Si quis.

Si Epiſcopus, vel presbyter non tres immerſiones unius myſterii celebraverit, ſed unam merſionem, quæ in Domini morte datur, deponendus eſt. Non enim dixit Dominus: *In morte mea baptizate, ſed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Apoſt. cap.* 50. *Burch. lib.* 4. *cap.* 23. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 51. *panorm. & part.* 1. *c.* 128. *decret. Cæſar. lib.* 12. *c.* 41.

Matt. ult.

CAPUT III.

In bapiſmatis regula, & mors intervenit, interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis elevatio reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. *Leo epiſt.* 4. *cap.* 3. *ad Epiſcopos Siciliæ. Triburien. c.* 12. *Burch. lib.* 4. *c.* 2. *Ivo part.* 1. *c.* 45.

CAPUT IV.

De renaſcentium trina merſione, de baptiſmo quoque ſolemniter adimplendo, ſimiliter quid apoſtolica vel ſanxerit, vel obſervet auctoritas, in ſubjectis tua charitas evidenter agnoſcat. *Vigil. epiſt.* 1. *c.* 2. *& in tit. c.* Ejuſdem.

CAPUT V.

De conſ. d. 4. *c.* 80.

De trina merſione baptiſmatis nihil reſponderi verius poteſt, quam quod ipſi ſenſiſtis, quia in una fide nihil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo diverſa. Nos autem quod tertio mergimus triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus: ut dum tertio infans ab aquis educitur reſurrectio triduani temporis exprimatur. Quod ſi quis forte etiam pro ſummæ Trinitatis veneratione exiſtimet fieri, neque ad hoc aliquid obſiſtit baptizando ſemel in aquis mergere, quia dum in tribus ſubſiſtentiis una ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt infantem in baptiſmate in aquam, vel ter, vel ſemel immergere, quando, & in tribus merſionibus perſonarum Trinitas, & in una poteſt Divinitatis ſingularitas deſignari. Sed quia nunc uſque ab hæreticis infans in baptiſmate tertio mergebatur, fiendum apud vos eſſe non cenſeo, ne dum merſiones numerant, divinitatem dividant, dumque quod faciebant, faciunt, ſe morem noſtrum viciſſe glorientur. *Greg. in epiſt. ad Leandrum Epiſcop. lib.* 1. *regiſt. epiſt.* 41. *Tolet. IV. c.* 5. *Vormat. c.* 5. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 53. *panorm. & part.* 1. *cap.* 130. *decret. Anſelm. lib.* 9. *cap.* 17. *&* 61. *Cæſar. lib.* 12. *cap.* 43. *Tarrac. lib.* 4. *cap.* 10.

CAPUT VI.

De baptiſmi ſacramento, propter quod in Hiſpaniis quidam ſacerdotes trinam, ſimplam quidam merſionem faciunt, &c. Apoſtolicæ ſedis informemur præceptis &c. Beatæ memoriæ Greg. Rom. eccleſiæ Pontifex, &c. efflagitante ſanctiſſimo Leandro de hac Hiſpaniæ diverſitate ſic ait: [„ De trina vero merſione baptiſmatis, &c. *De conſ. d.* 4. *c.* 80.

„ [Propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel *De conſ. d.* 4. *c.* 85.

„ hæretici dogmatis uſum, ſimplam teneamus „ baptiſmi merſionem, ne videantur apud nos, „ qui tertio mergunt, hæreticorum approbare „ aſſertionem, &c. Ne forte cuiquam ſit dubium „ hujus ſimpli myſterium ſacramenti, videat in „ eo mortem, & reſurrectionem Chriſti ſignificari; nam in aquis merſio, quaſi in infernum „ deſcenſio eſt, & rurſum ab aquis emerſio, reſurrectio eſt. Item videat in eo unitatem Divinitatis, & Trinitatem perſonarum oſtendi: „ unitatem, dum ſemel mergimus, Trinitatem, „ dum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizamus“. *Tolet. IV. c.* 5. *Vormat. c.* 5. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 52. *panorm. & part.* 1. *cap.* 129. *decret. Cæſar. lib.* 12. *c.* 42.

CAPUT VII.

De trina immerſione. *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphiloch. c.* 27.

TITULUS XVII.

DE VARIIS CÆREMONIIS, QUÆ IN BAPTISMO OBSERVARI SOLENT.

CAPUT I.

QUoſdam hæreticos recipimus, ut paganos ad fidem converſos. Prima die facimus eos Chriſtianos, altera catechumenos, tertia exorcizamus eos, inſufflando eis ter in faciem, & aures, atque ita inſtruimus, & facimus, ut aliquo tempore ſint in eccleſia, & audiant ſcripturas, & poſtea eos baptizamus. *CP. cap.* 7. *G.*

CAPUT II.

Baptizetur unuſquiſque in aquis perennibus nomine trinæ beatitudinis invocato ſuper ſe, perunctus primo oleo per orationem ſanctificato, ut ita demum per hæc conſecratus poſſit percipere locum cum ſanctis. *Clem. ep.* 3. *poſt princ.*

CA-

CAPUT III.

De conſ. d. 4. c. 119.

Presbyteris, ſeu extra Epiſcopum, ſeu præſente Epiſcopo cum baptizant, chriſmate baptizatos ungere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cum tradunt Spiritum paracletum. *Inn. ep. 1. c. 3. Burch. lib. 4. c. 69. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 4. panorm. & part. 1. c. 263. decret.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 4. c. 93.

Illud, quod circa baptizandos in univerſo mundo ſancta eccleſia uniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu, cum [ſive parvuli, ſive juvenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius ad fontem vitæ adeunt quam exorciſmis, & exſufflationibus clericorum, ſpiritus ab eis immundos abigatur, ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vaſa ejus diripiantur, in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captivam ducit captivitatem, & dat dona hominibus. *Cælestin. epiſt. 1. cap. 12. Burchard. lib. 4. c. 10. Ivo part. 1. cap. 205. decret.*

Joann. 1. Matt. 12. Marc. 3. Epheſ. 4. Pſalm. 67.

CAPUT V.

Nec per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, vel converſis, ex hæreſi Spiritum ſanctum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare, &c. nec coram Epiſcopo in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere, aut ſignare presbyteris, & chorepiſcopis permittitur, ſed tantum Epiſcopis. *Leo epiſt. 86. in fin. Damaſ. epiſt. 4. in med. Hiſpal. II. c. 7.*

CAPUT VI.

De ſacra unctione c. un. ap. Gr. IX. & in 3. coll.

De oleo catechumenorum, & infirmorum benedictio. *Innoc. III. Patriarchæ CP.*

CAPUT VII.

Ibid. 1. Pet. 2. b.

Quia Chriſtus fecit nos in ſanguine ſuo Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, propter quod Petrus Apoſtolus ait: *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium.* Idcirco in novo teſtamento non ſolum ſacerdotes, & reges, ſed omnes chriſtiani bis ante baptiſmum, ſed oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter ſcapulas, & bis poſt baptiſmum, ſed chriſmate ſacro, primum in vertice, demum in fronte. In pectore namque baptizandus inungitur, ut per ſancti Spiritus donum abjiciat errorem, & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam, quia *juſtus ex fide vivit.* Inter ſcapulas autem baptizandus inungitur, ut per Spiritus ſancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat, quia *fides ſine operibus mortua eſt*, ut per fidei ſacramentum ſit munditia cogitationum. In pectore, ut per operis exercitium ſit fortitudo laborum. In ſcapulis, quatenus fides per dilectionem, ſecundum Apoſtolum operetur. In vertice vero baptizatus inungitur, ut ſit paratus omni petenti de fide reddere rationem, quia per caput mens intelligitur, juxta quod legitur: *Oculi ſapientis in capite ejus, cujus ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas.* Unde bene per verticem, quæ ſuperior eſt pars capitis, intelligitur ratio, quæ ſuperior pars eſt mentis. In fronte ungitur baptizatus, ut libere confiteatur, quod credit, &c. *Innoc. III. Patriarchæ CP.*

Rom. 16. Heb. 16. g. Jacob. 6. Eccl. 2. c.

CAPUT VIII.

Pedes eorum, qui baptizantur, lavandi non ſunt a ſacerdotibus, vel clericis. *Elib. c. 48.*

1. q. 1. Emendari c. 104.

CAPUT IX.

Quod oporteat eos, qui baptizantur poſt lavacrum, chriſma eccleſiæ accipere, & regni Chriſti participes inveniri. *Laod. c. 48.*

CAPUT X.

De conſ. d. 1. c. 115.

Nullus miniſtrorum, qui baptizandi recipit officium, ſine chriſmate uſquam debet progredi, quia inter nos placuit ſemel in baptiſmate chriſmari. De eo autem qui in baptiſmate quacumque neceſſitate faciente, non chriſmatus fuerit, in confirmatione ſacerdos commonebitur. Nam inter nos chriſmatis ipſius nonniſi una benedictio eſt, non præjudicans quidquam dico, ſed ut neceſſaria habeatur rechriſmatio. *Araul. 1. cap. 1. Burch. lib. 4. c. 73. Ivo part. 1. c. 267. decret.*

CAPUT XI.

Omnes a die quadrageſima cum infantibus ſuis ad eccleſiam obſervare præcipimus, ut impoſitionem manus certis diebus adepti, & ſacri olei liquore peruncti, legitimi dies feſtivitate fruantur, & ſacro baptiſmate regenerentur, &c. *Matiſcon. II. c. 3.*

CAPUT XII.

Nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit Metropolitana Bracharenſis eccleſia, & pro amputanda aliquorum dubietate Profuturus Epiſcopus ſcriptum ſibi, & directum a ſede beatiſſimi Petri Apoſtoli ſuſcepit. *Brach. I. c. 23.*

CAPUT XIII.

Præcipiant (*ſacerdotes*) quadrageſimæ jejuniis ſervire*, & mediante quadrageſima ex viginti diebus baptizandos infantes ad exorciſmi purgationem offerre. *Brach. II. c. 9.*

* *jejunia ſervare.*

CAPUT XIV.

Sicut baptiſmus, excepta infirmorum cauſſa, non niſi a jejunis celebratur ſacerdotibus, ita etiam traditio Spiritus ſancti excepta præmiſſa cauſſa infirmorum, non niſi a jejunis celebranda eſt Pontificibus. *Pariſien. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 33.*

CAPUT XV.

De conſ. d. 4. c. 12.

Sacramenta baptiſmatis volumus, ut in ſingulis parochiis ſecundum Romanum ordinem inter nos celebrentur jugiter, atque conſerventur, id eſt ſcrutinium ad ordinem baptiſmatis, ſicut in decretis Leonis Papæ ſub duobus continentur capitulis, hæc [duo tempora id eſt paſcha, & pentecoſte ad baptiſmum a Romano Pontifice legitima præfixa ſunt. Item, cap. 12. Non interdicta licentia, quia in baptiſmo tribuendo, quolibet tempore, periclitantibus ſubvenitur. Et Syricius (*prima decretali c. 2.*) „Si in qualibet neceſſitate opus fuerit ſacri unda baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri". *Magunt. c. 4. Magunt. ſub Raban. c. 3. Leo epiſt. 4. c. 6.*

CAPUT XVI.

Silveſter conſtituit, ut baptizatum presbyter

liniat

liniat chriſmate levatum de aqua propter occaſionem tranſitus mortis. *Damaſ. in Silv. poſt princ.*

CAPUT XVII.

Aquam baptiſmi benedicimus, & oleum unctionis, & eum etiã, qui baptizatur, & quibuſnam ſcripturis? non ex tacita, & myſtica traditione. Quid vero ipſum olei uſum, quænam ſcriptis mandata oratio docuit? ut ter autem immergatur homo, unde? Quin & alia quoque, quæ circa baptiſmum fiunt, renuntiare Satanæ, & angelis ejus, ex quanam ſunt ſcriptura, non autem ex hac non publicata, & arcana doctrina, quam in minime curioſo, & nequaquam pluſquam oportet, inveſtigante ſilentio, patres cuſtodierunt, recte illi edocti, quæ ſunt in myſteriis præclara, ac veneranda ſilentio ſervare? *Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphiloch. c. 27.*

CAPUT XVIII.

Novatus jacens in lecto pro neceſſitate perfuſus eſt, nec reliqua in eo, quæ baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolemniter adimpleta ſunt, nec ſignaculo chriſmatis conſummatus eſt, unde nec Spiritum ſanctum umquam potuit promereri, &c. *Cornel. apud Euſeb. lib. 6. hiſt. eccl. c. 35.*

Vide Leon. epiſt. 78. ad Epiſcopos per Campaniam, c. 1. tit. de catechizandis catechumenis, c. Quoſdam.

Vide Syric. epiſt. 1. c. 2. tit. de præparatione, quam poſtulat baptiſmus, c. In paſchate. *Brach. II. c. 1. tit. 1. de iis, qui catechumenos docent. Carthag. IV. c. 85. tit. de præparat. ad baptiſmum, c.* Baptizandi, de ſale. *Carthag. III. cap. 5. tit. varia, de catechumenis cap.* Per ſolemniſſimos.

TITULUS XVIII.
DE LOCO, IN QUO BAPTISMUS EST SUSCIPIENDUS.

CAPUT I.

De conſ. d. 4. c. 22. Celebritatem. SI neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit gentiles ad fidem venientes, quocumque loco, vel momento, ubicumque evenerit, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fontibus, tantum chriſtiana confeſſione clarificata, baptizentur. *Victor epiſt. 1. in princ. Burch. lib. 4. c. 3. Ivo. part. 1. c. 198. decret. Anſelm. lib. 9. c. 60.*

CAPUT II.

De conſ. d. 1. Clerie. c. 33. Deponatur clericus, qui ſine licentia Epiſcopi intra domum in oratoria domo ſacrificat, vel baptizat. *Trull. c. 31.*

CAPUT III.

In eccleſiis, non in domibus, aut privatis oratoriis baptiſma celebretur: contra faciens clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. cap. 19.*

CAPUT IV.

Licet initio quadrageſimæ baptizandi generaliter claudatur myſterium, tamen ut eccleſiaſticę conſuetudinis ordo depoſcit, neceſſe eſt, ut & oſtia baptiſterii in eodem die pontificali manu, & annulo ſignata claudantur, & uſque in cœnæ Domini ſolemnitatem nullatenus reſerentur, ob id videlicet, ut per ſignaculum Pontificum, excepto graviſſimæ neceſſitatis obventu, in his diebus monſtretur, per totum orbem non licere fieri baptiſmum, &c. Quod quia in aliquibus eccleſiis minima hæc ſancta conſuetudo ab Epiſcopis cuſtoditur, atque peragitur, ideo per hanc noſtram ſententiam ſancimus, atque decernimus, ut ita a totius Hiſpaniæ, & Galliarum Pontificibus cuſtodiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet quadrageſimæ, & oſtia ſancti baptiſterii cum laudum conſummatione claudantur, & ab Epiſcopis ſuorum annulorum ſigillo obſignentur, ita ut niſi in cœnæ Domini celebritate, quando more ſolito altaria aſſolent deveſtiri, eadem debeant oſtia reſerari. *Tolet. XVII. c. 3.*

CAPUT V.

Publicum baptiſterium in nulla parochia eſſe debeat, niſi ubi Epiſcopus conſtituerit, cujus parochia eſt, niſi tantum ſi neceſſitas evenerit, pro infirmitate, aut pro aliqua neceſſitate, illi presbyteri, quos Epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicumque loco evenerit, licentiam habeant baptizandi, ut omnino ſine baptiſmo non moriantur. *Syn. apud Palat. Vernis c. 7.*

CAPUT VI.

Nemo presbyterorum baptizare præſumat, niſi in vicis, & eccleſiis baptiſmalibus, atque temporibus conſtitutis, niſi cauſſa ægritudinis, vel certæ neceſſitatis, ſicut ſacra canonum docet auctoritas, & vici auctoritatem, & privilegia debita, & antiqua retineant. *Meldenſ. c. 48. Burch. lib. 4. c. 14.*

CAPUT VII.

Si valida infirmitate occupati, & deſperati ad eccleſiam provehi non poſſint, loco mundo perſpecto, baptiſma celebretur, & procuratione presbyteri caute obſervetur, & collocetur. *Tribur. c. 12.*

CAPUT VIII.

Victor conſtituit, ut neceſſitate faciente ubicumque inventus fuiſſet, quicumque hominum ex gentibus veniens, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fonte, ſive in ſtagno baptizaretur, tantum chriſtianæ credulitatis confeſſione declarata, integer efficeretur chriſtianus. *Damaſ. in Victor.*

TITULUS XIX.
DE DIEBUS AD SUSCIPIENDUM BAPTISMUM CONSTITUTIS.

CAPUT I.

BAptiſmum date omnibus infirmis, ſanis autem in paſcha, & pentecoſte. *Silv. in ſyn. CCLXXXIV. Episc. c. 12.*

CAPUT II.

Baptiſmus non fiat niſi in paſcha, & pentecoſte, niſi ex neceſſitate. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 29.*

CAPUT III.

Die paſchæ baptiſmus celebrandus eſt catholicus. *Victor. epiſt. 1. in princ.* *De conſ. d. 3. c. 22. Celebritatem.*

CAPUT IV.

Non ratione, auctoritate, ſed ſola temeritate *De conſ. d. 4. c. 11.* præſumitur, ut paſſim, ac libere nataliciis Chriſti, ſeu apparitionis, necnon & Apoſtolorum, ſeu martyrum feſtivitatibus innumeræ plebes baptiſmi myſterium conſequantur. Cum hoc ſibi privilegium apud nos, & apud omnes eccleſias do-

dominicum ſpecinlitet com pentecoſte ſua paſcha defendat, qui ſolis per annum diebus ad fidem confluentibus generalin baptiſmatis tradi convenit ſacramenta, his dumtaxat electis, qui ante quadraginta, vel eo amplius, dies nomen dederint, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus, *1. Cor. 5.* atque jejuniis fuerint expiati, quatenus Apoſtolica illa impleatur præceptio, ut expurgato fermento veteri, nova incipiat eſſe conſperſio. Sicut ſacram ergo Paſchalem reverentiam in nullo dicimus eſſe minuendam, ita infantibus, qui nondum loqui potuerint per ætatem, vel his, quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit, ſacri unda baptiſmatis omni volumus celeritate ſuccurri, ne ad noſtratum perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari, exiens unuſquiſque de ſæculo, & regnum perdat, & vitam, &c. Præfatam regulam omnes teneant ſacerdotes, *Matt. 16.* qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus univerſalem conſtruxit eccleſiam, ſoliditate divelli. *Syric. epiſt. 1. cap. 2. Tribur. cap. 12. Burch. lib. 4. cap. 5. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 9. panorm. & part. 1. cap. 58. & 200. decret. Cæſaraguſt. lib. 12. cap. 10.*

CAPUT V.

Cum mihi innotuerit, vos in eo, quod inter ſacramenta eccleſiæ principale eſt, ab Apoſtolicæ inſtitutionis conſuetudine diſcrepare, ita ut baptiſmi ſacramentum numeroſius in die Epiphaniæ, quam paſchali tempore celebretis miror vos, vel prædeceſſores veſtros, tam irrationabilem novitatem uſurpare potuiſſe, ut confuſo temporis utriuſque myſterio, nullam eſſe differentiam crederetis inter diem, quo adoratus eſt Chriſtus a Magis, & diem, quo reſurrexit a mortuis. *Leo epiſt. 4. c. 5.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 4. c. 13. Proprie in morte crucifixi, & in reſurrectione ex mortuis potentia baptiſmatis novam creaturam condit ex veteri, ut in renaſcentibus, & mors Chriſti operetur, & vita, diſcente beato Apoſto- *Rom. 6.* lo Paulo: *An ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus*, &c. Quæ latius magiſter gentium ad commendandum ſacramentum baptiſmatis diſputavit, ut appareat, ex hujus doctrinæ ſpiritu regenerandis filiis hominum, & in Dei Filios adoptandis illum diem eſſe, & illud tempus electum, in quo per ſimilitudinem, formamque myſterii ea, quæ geruntur in membris, his, quæ in ipſo ſunt capite, geſta congruerent, dum in baptiſmatis regula, & mors intervenit interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis elevatio reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. Ipſa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum eſſe legitimum diem, in quo orta eſt, & virtus muneris, & ſpecies actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet, quod ipſe Dominus Jeſus Chriſtus, poſteaquam reſurrexit a mortuis, diſcipulis ſuis, in quibus omnes eccleſiarum præſules docebantur, & formam, & poteſtatem tradidit baptizandi dicens: *Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* *Matt. 28.* De quo utique eos etiam ante paſſionem potuiſſet inſtruere, niſi proprie voluiſſet intelligi, reſurrectionis gratiam ex ſua reſurrectione cœpiſſe. Additur ſane huic obſervantiæ, etiam pentecoſtes ex adventu Spiritus ſancti ſacra ſolemnitas, quæ de paſchalis feſti pendet articulo. Et cum ad alios dies alia feſta pertineant, hæc ſemper ad eum diem, qui reſurrectioni Domini eſt inſignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & eos, quos a die paſchæ, aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas intercluſit, invitans, ut quibuslibet neceſſitatibus impediti deſiderii ſui effectũ dono Spiritus ſancti conſequantur, &c. Hoc autem nos non ex noſtra perſuaſione defendere, ſed ex Apoſtolica auctoritate ſervare, ſatis ideo probamus exemplo, ſequentes beatum Apoſtolum Petrum, qui in ipſo die, quo omnem credentium numerum promiſſus Spiritus ſancti replevit adventus, trium mil- *Act. 2.* lium populum ſua prædicatione converſum lavacro baptiſmatis conſecravit, &c. Unde quia mani- *De conſ. d. 4. cap. 12.* feſtiſſime patet, baptizandis in eccleſia electis hæc *Duo tempora.* duo tempora, de quibus locuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus, ut nullos alios dies huic obſervantiæ miſceatis. *Leo epiſt. 4. c. 3. 4. 5. ad Epiſc. Siciliæ. Tribur. c. 52. Ivo part. 5. c. 45. 46. Burch. lib. 4. c. 2.*

CAPUT VII.

Si quis Epiphaniæ feſtivitatem, quæ in ſuo or- *De conſ. d. 4. c. 14.* dine, debito honore veneranda eſt, ob hoc exiſtimat privilegium habere baptiſmatis, quia hoc quidam putant, quod in eodem die Dominus ad baptiſmum ſancti Joannis acceſſerit, ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationem, nec ad eandem pertinuiſſe virtutem, qua per Spiritum ſanctum renaſcuntur, de quibus dicitur: *Joann. 1.* *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Dominus enim nullius indigens remiſſione peccati, nec quærens remedium renaſcendi, ſic voluit baptizari, quomodo voluit circumcidi, hoſtiamque pro ſe emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere, ſicut Apoſtolus ait, fieret *Galat. 4.* & ſub lege, quã non venerat ſolvere, ſed adimple- *Matt. 5.* re, & implendo finire, ſicut beatus Apoſtolus præ- *Rom. 10.* dicat, dicens: *Finis autem legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti.* Baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramentũ, quia in omnibus primatum tenens, ſe docuit eſſe principium. Et tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius profluxerunt ſanguis redemptionis & aqua baptiſmatis, &c. His itaque fratres chariſſimi talibus, ac tantis exiſtentibus documentis, quibus omni ambiguitate ſubmota, evidenter agnoſcitis in baptizandis electis, &c. (duo tantum *De conſ. d. 4. c. 12.* tempora, id eſt paſcha, & pentecoſten eſſe ſervan- *Diſt. 12. c. 10.* da.) Hoc veſtræ indicimus charitati, ut ab Apoſtolicis inſtitutis nullo ulterius recedatis exceſſu,

quia

Digitized by Google

quia multum poſthac eſſe non poterit, ſi quiſpiam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. *Leo epiſt. 4. cap. 6. ad Epiſcopos Siciliæ. Magunt. cap. 4. Magunt. ſub Raban. cap. 3. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 50. al. cap. 18. panorm. & part. 1. cap. 47. & 59. decret. Anſelm. lib. 9. c. 14.*

CAPUT VIII.

Magna indignatione commoveor, quod quoſdam ex vobis ita comperi eſſe Apoſtolicæ traditionis oblitos, & ſtudio ſui erroris intentos, ut præter paſchæ feſtum, cui ſola pentecoſtes ſolemnitas comparatur, audeant ſibimet non aliqua humanæ infirmitatis neceſſitate cogente, ſed ſolo indiſciplinati arbitrii libertate, jus baptiſmatis vendicare, & in natalibus martyrum regenerationis celebrare myſteria, &c. Admonemus igitur, & non ſine periculo ſtatus eorum, qui hæc faciunt, proteſtamur, ut ab hac præſumptione ceſſetur, & ſummam hanc, potentiſſimamque Dei gratiam, nonniſi in paſchalis, & pentecoſtes die, deſiderantibus, & credentibus conſeratis. *Leo ep. 78. cap. 5.*

CAPUT IX.

De conſ. d. 4. cap. 18. Baptizandi ſibi quiſpiam paſſim quocumque tempore nulla credat ineſſe fiduciam, præter paſchale feſtum, & pentecoſtes, venerabile ſacramentum, excepto dumtaxat graviſſimi languoris incurſu, in quo verendum eſt, ne morbi creſcente periculo ſine remedio ſalutari ſortaſſis ægrotans exitio præventus abſcedat. *Gelaſ. epiſt. 1. c. 52. Conc. Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. c. 7. lib. 5. Corpus canon. c. 10. Gelaſii. Burch. lib. 4. cap. 4. Ivo part. 1. cap. 199. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 53. Tarrach lib. 4. cap. 9.*

CAPUT X.

Comperimus multos Judæorum ad chriſtianam fidem divina gratia inſpirante velle converti, &c. Quibus ſi longum, vel triſte videtur ſolemnitatem ſuſtinere paſchalem, & eos nunc ad baptiſma feſtinare cognoſcitis. *De conſ. d. 4. cap. 98.* [Ne quod abſit longa dilatio eorum retro poſſit animos revocare, cum fratre noſtro Epiſcopo locis ipſius loquere, ut pœnitentia, ac abſtinentia quadraginta diebus indicta, aut die dominico, aut ſi celeberrima feſtivitas ſortaſſis occurrerit, eos omnipotentis Dei miſericordia protegente, baptizet. *Gr. lib. 7. Indict. 1. epiſt. 24. Fantino Defenſori. Ivo part. 1. c. 61.*

CAPUT XI.

Sacroſancti baptiſmi ſacramentum non niſi in paſchali feſtivitate, & pentecoſte noverit eſſe præbendum, exceptis his, qui mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubvenire. *Greg. II. epiſt. 5. ad Clerum Turingiæ. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 14. panorm. & part. 1. c. 63. decret.*

CAPUT XII.

Inſignia anni, ſive ſolemnia tempora, quibus baptiſmata celebrantur, ſecundum canones duo ſunt, paſchæ ſcilicet, & pentecoſtes. Verum circa vos nulla ſunt in baptizando tempora penitus obſervanda, quemadmodum nec erga eos, qui mortis vicinæ periculum metuentes, tanto lavacro purgari deſiderant. *Nicol. ad conſult. Bulg. cap. 69.*

CAPUT XIII.

Catechumeni in paſchæ ſolemnitate, vel pentecoſtes ad baptizandum veniant. Ceteris ſolemnitatibus infirmi tantum debent baptizari, qui quocumque tempore ſunt baptizandi. *Gerund. c. 4. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 13. panorm. & part. 1. c. 60. decret.* *De conſ. d. 4. c. 15. De catechumenis.*

CAPUT XIV.

Comperimus chriſtianos non obſervantes legitimũ diẽ baptiſmi, pene per ſingulos dies, ac natales martyrum filios ſuos baptizare, ita ut vix duo, vel tres reperiantur in ſancto paſcha, qui per aquam, & Spiritum ſanctum regenerentur. Idcirco cenſemus, ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, &c. Ideoque omnes omnino a die quadrageſimo cum infantibus ſuis ad eccleſiam obſervare præcipimus, ut impoſitionem manus certis diebus adepti, & ſacri olei liquore peruncti, legitimi diei feſtivitate fruantur, & ſacro baptiſmate regenerentur, quo poſſint, & honoribus, ſi vita comes fuerit, ſacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolemnitate frui. *Mariſc. II. cap. 3.*

CAPUT XV.

Non licet abſque paſchæ ſolemnitate ullo tempore baptizare, niſi illos, quibus mors vicina eſt, quos grabatarios dicunt. Quod ſi quis in alio pago contumacia faciente poſt interdictum hoc infantes ſuos ad baptiſmum detulerit in eccleſias noſtras, non recipiatur. Et quicumque presbyter ipſos extra noſtrum præceptum recipere præſumpſerit, tribus menſibus a communione eccleſiæ ſequeſtratus ſit. *Antiſiod. c. 18.*

CAPUT XVI.

Licet initio quadrageſimæ baptizandi generaliter claudatur myſterium, tamen ut eccleſiaſticæ conſuetudinis ordo depoſcit, neceſſe eſt, ut & oſtia baptiſterii in eodem die pontificali manu, & annulo ſignata claudantur, & uſque in cœnæ Domini ſolemnitatem nullatenus reſerantur, ob id videlicet, ut per ſignaculum Pontificum, excepto graviſſimæ neceſſitatis obventu, in his diebus monſtretur, per totum orbem non licere fieri baptiſmum, &c. Per hanc noſtram ſententiam ſancimus, atque decernimus, quatenus in prædicto die initii videlicet quadrageſimæ, & oſtia ſancti baptiſterii cum laudum conſummatione claudantur, & ab Epiſcopis ſuorum annulorum ſigillo obſignentur, ita ut in cœnæ Domini celebritate, quando more ſolito altaria aſſolent deveſtiri, eadem debeant oſtia reſerari. *Tolet. XVII. cap. 3.*

CAPUT XVII.

Sacramenta baptiſmatis volumus, ut in ſingulis parochiis ſecundum Romanum ordinem inter nos celebrentur, &c. ſicut in decretis Leonis Papæ ſub duobus continentur capitulis, cap. 11. Hæc duo tempora, id eſt paſcha, & pentecoſte ad baptizandum a Romano Pontifice legitima præfixa ſunt, &c. *Magunt. cap. 4. Magunt. ſub Raban. c. 3. Corpus Canon. c. 11. & 12. Leo.*

CAPUT XVIII.

Præfixa tempora canonum ſuper celebratione ba-

baptiſmatis a multis partim ignorantia, partim præſumptione violantur, &c. Quod ad negligentiam ſacerdotum, necnon & auditorum pertinere dubium non eſt. Quo itaque tempore baptiſmus celebrari debeat, Gelaſius in decreta lib. cap. x. ſcribit: „ Baptizandi inquit ſibi quiſquam, „ &c." *Ut ſupra hoc eod. tit. Pariſienſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 7. Corpus Canon. cap. 10. Gelaſii.* *De conſ. d. 4. cap. 18.*

CAPUT XIX.

Sicut duobus temporibus paſcha videlicet, & pentecoſte baptiſmum, ita etiam traditio ſancti Spiritus per impoſitionem manus fidelibus tradatur, exceptis videlicet, ut dictum eſt, infirmis, & morte periclitantibus, quibus ſicut baptiſmatis gratia ſuccurrendum, ita incunctanter donum ſancti Spiritus eſt tradendum. *Pariſien. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 33.*

CAPUT XX.

Sacroſancti baptiſmi ſacramentum nonniſi in paſchali feſtivitate, & pentecoſte unuſquiſque fidelium noverit eſſe præbendum, exceptis his, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubveniri. *Vormatienſ. cap. 1. Burch. lib. 4. c. 7. Ivo part. 1. c. 202. decret.*

CAPUT XXI.

Sacroſanctum baptiſmi myſterium ſciant omnes in Chriſto regenerati, nonniſi præfixis, & legitimis in anno celebrari temporibus, cum hoc ſibi privilegium, ut in epiſtola Syricii Papæ legitur, cap. 2. & apud nos, & apud omnes eccleſias ſpecialiter cum pentecoſte ſua dominicum paſcha defendat. In quo, ut legitur in epiſtola Leonis Papæ cap. 9. orta eſt & virtus muneris, & ſpecies actionis, &c. uſque ad octavum diem ipſa regeneratio ſacra ab omni chriſtiano populo celebrabitur, quia reſurrectio Domini octo diebus colitur. *Triburienſ. cap. 12. vid. Syric. ep. 1. cap. 2. & Leon. epiſt. 4. cap. 3. ſupr. Corpus Canon. cap. 9. Leonis.*

TITULUS XX.

NON DENEGETUR BAPTISMUS HIS, QUI SUNT IN PERICULO MORTIS ETIAM EXTRA TEMPORA STATUTA.

CAPUT I.

Baptiſmum date omnibus infirmis, ſanis autem in paſchate, & pentecoſte. *Silveſt. in ſynod. 248. Epiſcop. cap. 12.*

CAPUT II.

De conſ. d. 1. c. 22. Celebritatem. Si neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes, quocumque loco, vel momento, ubicumque evenerit, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fontibus, tantum chriſtiana confeſſione clarificata baptizentur. *Victor epiſt. 1. in princ. Burch. lib. 4. c. 3. Ivo part. 1. cap. 198. decret. Anſelm. lib. 9. c. 60.*

CAPUT III.

Infantibus, qui nondum loqui potuerint per ætatem, vel his, quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit, ſacri unda baptiſmatis omni volumus celeritate ſuccurri, &c. Quicumque etiam diſcrimen naufragii, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis ægritudinis deſperationem inciderunt, & ſibi unico credulitatis auxilio popoſcerint ſubveniri, eodem, quo poſcunt, momento temporis expetitæ regenerationis præmia conſequantur. *Syric. epiſt. 1. cap. 2. refert conc. Mogunt. c. 4. Mogunt. ſub Rab. cap. 3.*

CAPUT IV.

In mortis periculo in obſidionis diſcrimine, in perſecutionis anguſtiis, in timore naufragii nullo tempore hoc veræ ſalutis ſingulare remedium cuiquam denegamus. *Leo epiſt. 4. cap. 6. Burch. lib. 4. cap. 2. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 12. panorm. & part. 1. cap. 197. decret. Anſelm. lib. 9. c. 14.* *De conſ. d. 4. c. 16. Si quis.*

CAPUT V.

Summam hanc, potentiſſimamque Dei gratiam (*loquitur de baptiſmo*) nonniſi in paſchali & pentecoſtes die deſiderantibus, & credentibus conferatis, manente quolibet tempore gravium neceſſitatū, ac periculorum conſideratione, ſecundum quam oporteat ſubvenire, ne conditione mortali coarctata infirmitas neceſſaria liberatione fraudetur. Cum propter multa pericula ſit cavendum, ne cuiquam, aut in deſperata ægritudine, aut in hoſtili incurſu, aut in timore naufragii per ſacerdotem Domini regeneratio denegetur. *Leo ep. 78. c. 1.*

CAPUT VI.

Baptizandi ſibi quiſpiam paſſim quocumque tempore nullam credat ineſſe fiduciam præter paſchale feſtum, & pentecoſtes venerabile ſacramentum, excepto dumtaxat graviſſimi languoris incurſu, in quo verendum eſt, ne morbi creſcente periculo, ſine remedio ſalutari fortaſſis ægrotus exitio præventus abſcedat. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 12. refert Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 7. Burch. lib. 4. cap. 4. Ivo part. 1. cap. 199. decr. Tarrac. lib. 4. cap. 9. Anſelm. lib. 9. cap. 13.* *De conſ. d. 4. c. 18.*

CAPUT VII.

Baptizari vel enixam mulierem, vel hoc, quod genuerit, ſi mortis periculo urgetur, vel ipſa in hora eadem qua gignit, vel hoc, quod gignit eadem hora, qua natum eſt, nullo modo prohibetur. Quia ſicut ſancti myſterii gratia viventibus, atque diſcernentibus cum magna diſcretione providenda eſt, ita his, quibus mors imminet, ſine ulla dilatione offerenda eſt, ne dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis myſterium quæritur, interveniente paululum mora, inveniri non valeat, qui redimatur. *Greg. ad Auguſt. interrogatione 10. Ivo part. 1. cap. 62.* *Diſt. 5. c. 3.*

CAPUT VIII.

Sacroſancti baptiſmi ſacramentum nonniſi in pachali feſtivitate, & pentecoſte noverit eſſe præbendum, exceptis his, qui mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubvenire. *Greg. II. ep. 3. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 14. panorm. & part. 1. cap. 63. decret.* *De conſ. d. 4. c. 17. Venerabilis.*

CAPUT IX.

Pregnans, quando vult baptizari, poteſt: nihilque habet commune cum ventre, utriuſque enim ſeparata voluntas eſt in confeſſione fidei. *Neoc. cap. 6. Mart. Brach. cap. 54. Ivo part. 1. c. 225. decret.* *De conſ. d. 4. cap. 126. Si qua.*

CA-

CAPUT X.

Intra quinquennii tempora catechumena, ſi graviter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari. *Eliber. cap.* 11.

CAPUT XI.

Eos, qui ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet. *Eliber. cap.* 37.

CAPUT XII.

Qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint converſationis, intra biennium placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere, niſi infirmitate compellente, coegerit ratio, vel ſocio ſubvenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti. *Elib. cap.* 42.

CAPUT XIII.

Oportet eos, qui in infirmitate ſuſcipiunt baptiſma, & convaluerunt, fidem diſcere, & agnoſcere, quod Dei dono munificati ſunt. *Laod. cap.* 47. *refert Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 6. *Burchard. lib.* 4. *cap.* 35. *Ivo part.* 1. *c.* 229. *decret.*

CAPUT XIV.

De conſ. d. 4. *c.* 75. *Ægrotantes.* Si ægroti reſpondere nequeant, tunc baptizentur, cum eorum voluntatis teſtimonium ſui ſuo periculo dederint. *Carth. c.* 45. *G. Afr.* 12. *L. Carth. III. cap.* 34. *L. Burch. lib.* 4. *cap.* 36. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 7. *panorm. & part.* 1. *c.* 123. *&* 230. *decret. Cæſar. lib.* 12. *c.* 36.

CAPUT XV.

De conſ. d. 4. *c.* 93. Judæi octo menſes inter catechumenos eccleſiæ limen introeant, ſed ſi in periculo fuerint, baptizentur. *Agath. cap.* 34. *Burch. lib.* 4. *cap.* 81. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 64. *panorm. & part.* 1. *c.* 75. *decret.*

CAPUT XVI.

26. *q.* 1. *c.* 7. *Qui recedunt.* Subito obmuteſcens, pro ut ſtatutum eſt, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu. *Arauſ. cap.* 12. *Burch. lib.* 4. *c.* 38. *Ivo part.* 1. *c.* 232. *decret.*

CAPUT XVII.

Energumenis catechumenis in quantum vel neceſſitas exegerit, vel opportunitas permiſerit, de baptiſmate conſulendum. *Arauſ. cap.* 15. *vide cap.* 13.

CAPUT XVIII.

De conſ. d. 4. *c.* 15. *De catechumenis.* Catechumeni in paſchæ ſolemnitate, vel pentecoſtes ad baptizandū veniant. Ceteris ſolemnitatibus infirmi tantum debent baptizari, qui quocumque tempore baptizandi. *Geruna. c.* 4. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 13. *panorm. & part.* 1. *c.* 60. *decret.*

CAPUT XIX.

Parvuli, qui nuper e materno utero editi ſunt, ſi infirmi, ut aſſolet, fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die, qua nati ſunt, ſi oblati fuerint, baptizentur. *Gerund. c.* 5. *Burch. lib.* 4. *c.* 32. *Ivo part.* 1. *c.* 226. *decret.*

CAPUT XX.

Comperimus chriſtianos non obſervantes legitimum diem baptiſmi pene per ſingulos dies, ac natales martyrum filios ſuos baptizare &c. Ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, præter illos, quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filios ſuos baptiſmum percipere, &c. *Matiſc. II. cap.* 3.

CAPUT XXI.

Non licet abſque paſchæ ſolemnitate ullo tempore baptizare, niſi illos, quibus mors vicina eſt, quos *grabatarios* dicunt. *Antiſ. c.* 18.

CAPUT XXII.

Nemo presbyterorum baptizare præſumat, niſi in vicis, & eccleſiis baptiſmalibus, atque temporibus conſtitutis, niſi cauſſa ægritudinis, vel certæ neceſſitatis, &c. *Meldenſ. c.* 18.

CAPUT XXIII.

Sacroſancti baptiſmi ſacramentum, nonniſi in paſchali feſtivitate, & pentecoſte unuſquiſque fidelium noverit eſſe præbendum: exceptis his quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubveniri. *Vormat. c.* 1. *Ivo part.* 1. *c.* 202.

CAPUT XXIV.

Periculo quocumque modo præoccupatis, & deſperatis omni tempore ſubveniendum, & baptiſmi ſacramentum eſt tribuendum, quia neceſſitas vix habet legem. *Tribur. c.* 12.

CAPUT XXV.

Si catechumenus a dæmone corripiatur, & voluerit ipſe, vel ſui, ut ſanctum baptiſmum accipiat, debent ne accipere, an non, & maxime ſi morti propinquus fuerit? Reſpondeo, ſi is, qui a dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſmum accipere, ſed in exitu a vita baptizatur. *Timotheus Epiſc. Alexand. in reſponſis*, *c.* 2.

CAPUT XXVI.

Si ſegregationem aliqui ſuſtinuerint propter lapſus puniti, deinde ſint morituri, exiſtentes catechumeni baptizentur, & ne ab humanis excedant gratiæ non participes, ſcilicet communione carentes. *Cyrillus Epiſc. Alexand. ad Epiſc. in Lybia, & Pentapoli.*

CAPUT XXVII.

Si parvulus ægrotans ad quemlibet presbyterum baptiſmi gratia de cujuslibet parochia allatus fuerit, ei baptiſmi ſacramentum nullo modo negetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectaverit, & ille parvulus abſque baptiſmatis gratia mortuus fuerit, noverit ſe ille, qui eum non baptizavit, pro ejus anima rationem redditurum. *Theodulph. ad presb. Aurel. c.* 17. *Burch. lib.* 4. *c.* 49. *Ivo part.* 1. *c.* 243. *decret.*

De baptizatis in morbo non ordinandis: Vide in Part. II. lib. XV. de Ordinis ſacramento.

TITULUS XXI.

DE VOLUNTATE AD SUSCIPIENDUM BAPTISMUM.

CAPUT I.

PResbyterum, quem ſine unda baptiſmatis extremum clauſiſſe diem litteris tuis ſignificaſti, quia in ſanctæ matris eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeveravit, ab originali peccato ſolutum, & cæleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum, & ſanctorum patrum auctoritate Auguſtini, atque Ambroſii incunctanter aſſerimus, &c. Auguſtinus, Baptiſmus inviſibiliter mi- *De presbyt. nondum baptizato, c.* 2. *ap. Gr. IX. & in* 2. *coll. Vide de conſ. cap.* 34. *Baptiſmi.*

miniſtratur, (quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit.) Librum beati Ambroſii de obitu Valentiniani idē aſſerentis revolvas, „Quem in evangelio eram generaturus,
„ amiſi, ſed ille non amiſit gratiam, qua popo-
„ ſcit, qui mihi in ſermone, quo utebar ad ple-
„ bem, hodie ſurrexit, &c. Sed audivi vos dole-
„ re, quod non acceperit ſacramenta baptiſma-
„ tis. Dicite mihi, quid aliud in nobis eſt, niſi
„ voluntas, niſi petitio? &c. Aut ſi quia ſolemni-
„ ter non ſunt celebrata myſteria, hoc movet,
„ ergo nec martyres, ſi catechumini fuerint, coro-
„ nantur? Quod ſi ſuo abluuntur ſanguine, &
„ hunc ſua pietas abluit, & voluntas“.) Sopitis igitur quæſtionibus doctorum patrum ſententias teneas, & eccleſiæ tuæ juges preces, hoſtiaſque pro eo offerre jubeas. *Innoc. II, Cremon. Epiſcop. ex Ambroſ. de obitu Valentiniani, & Auguſt.*
* 8, alias. 13.* *lib. de civitate Dei cap. 7. vide lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſt. c. 22. vide Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 99. & 102. panorm. & part. 1. cap. 177. decret.*

CAPUT II.

De baptiſmo c. 3. ap. Gr. IX. & c. un. in 1. coll. Majores. Religioni chriſtianæ contrarium eſt, ut ſemper invitus, & penitus contradicens ad recipiendam, & ſervandam chriſtianitatem aliquis compellatur, &c. qui terroribus, atque ſuppliciis violenter attrahitur, ut ne detrimentum incurrat, baptiſmi ſuſcipiat ſacramentum, talis quidē, ſicut & is, qui ficte ad baptiſmum accedit, characterem ſuſcipit chriſtianitatis impreſſum, & ipſe tamquam conditionaliter volens, licet abſolute non velit, cogendus eſt tamen ad obſervationem fidei chriſtianæ, &c. Ille vero, qui numquam conſenſit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit ſacramenti (*baptiſmi*) quia plus eſt, expreſſe contradicere quam minime conſentire. *Innoc. III. Arelat. Archiep.*

CAPUT III.

De bapt. c. 3. ap. Greg. IX. & c. un. in 1. coll. Majores. Dormientes, & amentes, ſi priuſquam amentiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione perſtiterant, quia eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare, ſi fuerint ſic immerſi, characterem nec ſuſcipiunt ſacramenti, ſecus autem ſi prius catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizandi. Unde tales in neceſſitatis articulo conſuevit eccleſia baptizare. Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem non invenit obſiſtentem. *Innoc. III. Arelat. Archiep.*

CAPUT IV.

Diſt. 45. De Judæis. c. 6. Judæi, qui jam pridem ad chriſtianitatem venire coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi Principis Siſebuti, quia jam conſtat eos eſſe ſacramenti divini aſſociatos, & baptiſmi gratiam percepiſſe, & chriſmate unctos eſſe, & corporis Domini, & ſanguinis extitiſſe participes, oportet, ut fidem etiam, quam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen divinum blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur. *Tolet. IV. cap. 56. Inn. III. in epiſt. ad Arelaten. Archiep. Burch. lib. 4. cap. 82. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 65. panorm. & part. 1. c. 276. decret.*

TITULUS XXII.

DE SUSCEPTORIBUS.

CAPUT I.

ITA diligere debet homo eum, qui ſe ſuſcipit *30. q. 3. c. 1.* ex ſacro fonte, ſicut patrem, quinimmo quanto præſtantius eſt ſpiritus carne, quod illud ſpirituale ſit patrocinium, & ſecundum Deum adoptio, tanto magis ſpiritualis pater in omnibus eſt a ſpirituali filio diligendus. Marcus enim Evangeliſta Petri diſcipulus, & ex ſancto fuit ejus baptiſmate filius, quem niſi dilexiſſet ut patrem, ei non in omnibus obediſſet ut filius. *Nicol. ad Conſult. Bulg. cap. 2. Ivo lib. 6. tit. 11. cap. 4. panorm. & part. 1. cap. 535. & part. 9. c. 34. decret. Cæſar. lib. 50. c. 530.*

CAPUT II.

Scire vos velle ſignificatis, quid de his, qui legem chriſtianam reſpuunt, agere debeatis? In quo notandum eſt, quoniam omnis homo, ſicut per alterius culpam, id eſt adæ, contraxit, unde purgatione per aquam baptiſmatis egeat, ita cum ad fidem promittendam, ad regenerationis occurrit undam, alium eligit quodammodo patrem ſpiritalem, videlicet, a quo ſuſceptus inſtruatur, & omni cuſtodia muniatur, & tamquam depoſitum quoddam rectori eccleſiæ repræſentetur. Præterea qui fidem reſpuit, quam promiſit, ab illo, a quo ſuſceptus eſt, & qui fidei ejus interventor extitit, debet per omnia revocari. Jam vero ſi non audierit eum, quem ipſe pro ſe dederat vadem, dicendum eſt eccleſiæ, a qua majori ſtudio ad ovile proprium ovis reduci convenit, quæ *Matt. 18.* erravit. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 18.*

CAPUT III.

Non licet Abbati filios de baptiſmo habere, nec *De conſ. d. 4. c. 103.* monachis commatres habere. *Antiſiod. cap. 25. Cæſar. lib. 9. c. 43. Ivo part. 1. c. 532. decret.*

CAPUT IV.

Parentes filios ſuos, & patrini eos, quos de fonte lavacri ſuſcipiunt, erudire ſummopere ſtudeant, illi, quia eos genuerunt, & eis a Domino dati ſunt, iſti, quia pro eis fidejuſſores exiſtunt. *Arelat. ſub Carolo c. 19.*

CAPUT V.

Unuſquiſque compater, vel proximi ſpirituales filios ſuos catholice inſtruant. *Magunt. c. 47.*

CAPUT VI.

Quia illi, qui in ſua ſponſione eos, quos de ſacroſancto fonte ſuſcipiunt, nec fidei, nec baptiſmatis ſacramento ſunt inſtructi, idcirco eos, quos ſuſcipiunt, & ſecundum ſanctorum Patrum documenta, docere debuerant, erudire nequeunt, &c. Qualiter autem hi, qui de ſacro fonte alios ſuſcipiunt inſtruere debeant, B. Auguſt. in ſermone habito apud populum demonſtrat, dicens:
„ Quicumque igitur viri, quæcumque mulieres
„ de ſacro fonte filios ſpiritualiter ſuſceperunt,
„ cognoſcant ſe pro eis fidejuſſores extitiſſe apud
„ Deum, & ideo neceſſe eſt, ut ſemper illis ſol-
„ licitudinem veræ charitatis impendant, admo-
„ neant, & caſtigent, atque corripiant, ut caſti-
„ tatem cuſtodiant, virginitatem uſque ad nu-
„ ptias ſervent, & cæteris bonis operibus deditі
„ ſint“. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib. 1. c. 7.*

CA-

CAPUT VII.

Qui alios de ſacro fonte ſuſcipiunt, quique ad percipiendum ſancti Spiritus donum, coram Pontificibus pro aliis patroni exiſtunt, intelligere debent, & vim tanti ſacramenti, & quid pro aliis ſpoponderint. Illos tamen in hoc capitulo ſpecialiter ab his officiis removendos judicamus, qui propter reatum ſuum publica pœnitentia ſunt mulctati, videlicet ut nec alios de ſacri fontis baptiſmate ſuſcipiant, nec etiam ad percipiendum ſancti Spiritus donum, aliorum patroni coram Pontificibus exiſtant, donec per dignam pœnitentiæ ſatisfactionem reconciliationem mereantur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 54. Capit. lib. 6. c. 179.*

CAPUT VIII.

Nullus alteri ſuſcipiat a fonte infantem, niſi qui apprime ſignaculum, id eſt abrenuntiationem diaboli, & profeſſionem catholicæ fidei tenuerit, & infantem nequaquam duo, vel plures, ſed unus fonte baptiſmatis ſuſcipiat, nam *unus*
Ephes. 4. *Deus, unum baptiſma*, unus qui a fonte ſuſcipit, debet eſſe pater, vel mater infantis. *Meten. c. 3.*

CAPUT IX.

Conſtitutum eſt, ut nullus chriſmetur, neque baptizetur, neque a lavacro fontis alium ſuſcipiat, neque coram Epiſcopo ad confirmandum quemlibet teneat, niſi ſymbolum, & orationem dominicam memoriter tenuerit, &c. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 22.*

Vide Magunt. c. 55. tit. ſequenti c. Nullus.

TITULUS XXIII.

DE COGNATIONE, QUÆ ORITUR EX BAPTISMO.

CAPUT I.

30. q. 1. c. 1. Pervenit. QUidam viri, & mulieres præterito ſabbato paſchali die pro magno populorum incurſu, neſcientes, proprios ſuos filios ſuſceperunt ex lavacro ſancto, &c. Invenimus in archivis hujus Apoſtolicæ ſedis jam talia contigiſſe in eccleſia Iſauriæ & Epheſiorum, ſimulque Hieroſolymis, & alibi, & Epiſcopis ab hac Apoſtolica ſede ſcire volentibus, ſi viri, & mulieres redirent ad proprium torum, beatæ memoriæ ſanctiſſimi patres Julius, Innocentius, & Cæleſtinus cum Epiſcoporum plurimorum & ſacerdotum conventu, in eccleſia beati Apoſtolorũ Principis prohibentes talia perſcripſerunt, & confirmaverunt, ut nullo modo jam in conjugio ſe reciperent mulieres, aut viri, qui quacumque ratione ſuos ſuſceperunt natos, ſed ſeparent ſe, ne ſuadente diabolo tale vitium peccati inoleſcat per mundum, & univerſorum error accreſcat. Quomodo ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona baptiſmi, a primo pabulo ſacrati ſalis, & ingreſſus ſanctæ eccleſiæ uſque ad confirmationem Spiritus ſancti per chriſma. Ab hoc primo Spiritus ſancti dono, uſque ad ſeptimum nullus chriſtianus ſuam commatrem in conjugio recipere debet, & qui præſumpſerit, anathematis vinculo religetur in perpetuum, niſi pœnitentiam egerit digne: mulieres vero cum ſeparatæ fuerint pro hac illicita re, a propriis viris totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali recepit. *Deuſdedit epiſt. un. ex ſynod. Burch. lib. 17. cap. 44. Ivo lib. 6. tit. 11. c. 8. panorm. & part. 1. cap. 305. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 29. Cæſar. lib. 10. cap. 78. Tarrac. lib. 5. c. 2.*

CAPUT II.

Si quis commatrem ſpiritualem duxerit in conjugium, anathema ſit. *Greg. II. in ſynod. Rom. cap. 4.*

CAPUT III.

Presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam ſpiritalem commatrem, nullus ſibi præſumat nefario conjugio copulare, nam qui hujuſmodi opus perpetraverit, ſciat ſe anathematis vinculo eſſe obligatum, &c. *Syn. Rom. ſub Zachar. c. 5.*

CAPUT IV.

Qui copulantur parentibus, vel commatribus, & filiolis, & e converſo, excommunicentur. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 16.*

CAPUT V.

Ita diligere debet homo eum, qui ſe ſuſcepit 30. q. 3. c. 1.
ex ſacro fonte, ſicut patrem, &c. Nulla vero inter eos, & filios eorum conſanguinitas eſt, quoniam ſpiritus ea, quæ ſanguinis ſunt, neſcit, *caro* enim ſecundum Apoſtolum *concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem*, Galat. 5.
hæc enim invicem adverſantur. Eſt tamen alia inter eos gratuita & ſancta communio, quæ non eſt dicenda conſanguinitas, ſed potius habenda ſpiritalis proximitas. Unde inter eos non arbitramur eſſe quodlibet poſſe conjugale connubium, quandoquidem nec inter eos, qui natura, & eos qui adoptione filii ſunt, venerandæ Romanæ leges matrimonium contrahi permittunt, &c. Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit, quanto potius a carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per cæleſte ſacramentum regeneratio ſancti Spiritus vincit. Longe igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia divina, quam quem humana voluntas, ut filius ejus, vel frater meus eſſet, elegit, prudentiuſque ab alterna corporis commiſtione ſecernimur, quoniam Spiritus ſanctus ſua nos charitate coadunavit, quam ſi vel carnalis neceſſitudo, vel invicem nos mutabile cujuſdam corruptibilis hominis arbitrium copulaſſet. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 2. Ivo lib. 6. tit. 11. c. 4. panorm. & part. 1. cap. 135. & part. 9. cap. 34. decret. Cæſar. lib. 10. c. 130.*

CAPUT VI.

Quoniam major eſt ſpiritus conjunctio, quam corporum, ſcimus in aliquibus locis quoſdam ex ſacro & ſalutari baptiſmate pueros ſuſcipientes, cum eorum matribus viduis copulari. Id fieri prohibemus; ſed ſi contraxerint, ſeparentur, & pœnis fornicantium ſubjaceant. *Trull. c. 53.*

CAPUT VII.

Dictum nobis eſt, quaſdam fœminas deſidioſe, quaſdam vero fraudulenter, ut a viris ſuis ſeparentur, proprios filios coram Epiſcopis ad confirmandum tenuiſſe. Unde nos dignum duximus, ut ſi qua mulier filium ſuum deſidia, aut fraude aliqua coram Epiſcopo ad confirmandum tenuerit, 30. q. 1. c. 4.

rit, propter fallaciam ſuam, vel fraudem, quamdiu vivat agat pœnitentiam, a viro tamen ſuo non ſeparetur. *Cabilon. ſub Carolo c. 31. Burch. lib. 17. c. 23. Ivo lib. 7. tit. 9. c. 5. panorm. & part. 9. c. 81. decret.*

CAPUT VIII.

Nullus proprium filium, vel filiam de fonte baptiſmatis ſuſcipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem, nec illam, cujus filium, aut filiam ad confirmationem duxerit, ubi autem factum fuerit, ſeparentur. *Magunt. ſub Carolo c. 55. Capit. lib. 5. c. 100.*

CAPUT IX.

Perlatum eſt ad nos, quod quidam Alemannus nomine ſibi commatrem ſpiritualem, ex parochia Arnonis Epiſcopi, ſceleſto conjugio aſſociaſſet, ſed poſtea per ſacramenta ab ea ſeparatus, modo iterum eam ſibi impia copulatione habet ſociatam, quem quia tale ſcelus perpetratum habere audivimus, ſecundum conſtitutionem S. Gregorii Papæ gladio ſpirituali percurimus, eumque anathematis vinculo innodamus. *Magunt. ſub Arnulph. c. 18.*

CAPUT X.

30. q. 4. c. 4. Qui ſpiritalem habet compatrem, cujus filium de lavacro ſacri fontis accepit, & ejus uxor commater non eſt, liceat ei, defuncto compatre ſuo, ejus viduam ducere in uxorem, ſi nullam habent conſanguinitatis propinquitatem. Quid enim? numquid non poſſunt conjungi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla generatio ſecernit ſpiritalis? *Tribur. c. 47. Burch. lib. 17. cap. 45. Ivo lib. 7. tit. 9. c. 5. vel lib. 7. cap. 67. panorm. & part. 9. c. 96. decret.*

CAPUT XI.

30. q. 3. c. ult. Si quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam, fortuito, & ita contingere rerum caſu, in conjugium duxerit, conſilio maturiori ſervato, habeat, atque honeſte legitimo conjugio operam det. *Tribur. cap. 48. Burch. lib. 17. cap. 46. Ivo part. 9. cap. 97. decret.*

TITULUS XXIV.

BAPTIZENTUR HI, QUI IGNORANT SE BAPTIZATOS ESSE.

CAPUT I.

De conſ. d. 4. cap. 112. CUM baptizatum ſe nec ille recordetur, qui regenerationis eſt cupidus, nec alter atteſtari de eo poſſit, quod neſciat conſecratum, nihil eſt, in quo peccatum poſſit obrepere, cum in hac parte conſcientiæ ſuæ nec ille reus ſit, qui conſecratur, nec ille qui conſecrat. Scimus quidem inexpiabile eſſe facinus, quoties juxta hæreticorum damnata a ſanctis patribus inſtituta, cogitur aliquis lavacrum, quod regenerandis ſemel tributum eſt, bis ſubire, Apoſtolica reclamante doctrina, quæ nobis unam prædicat in

Epheſ. 4. Trinitate Deitatem, unam in fide confeſſionem, unum in baptiſmate ſacramentum, ſed in hoc nihil ſimile formidatur, quoniam non poteſt in iterationis crimen venire, quod omnino factum eſſe neſcitur. Atque ideo quoties perſona talis inciderit, ſollicita primum examinatione diſcutite, & longo tempore, niſi forte ſupremus finis immineat, indagate, utrum nemo ſit penitus, qui teſtimonio ſuo juvare poſſit ignorantiam neſcientis, & cum conſtiterit, hunc, qui baptiſmatis indiget ſacramento, ſola inaniter ſuſpicione prohiberi, accedat intrepidus ad conſequendam gratiam, cujus in ſe nullum ſcit eſſe veſtigium. Nec vereamur huic ſalutis januam aperire, quam nunquam antea docetur ingreſſus. *Leo in ſynod. epiſt. 35. cap. 1. ſive epiſt. 37. Leoni Epiſc. Ravenn. Ivo part. 1. cap. 48. decret.*

CAPUT II.

Qui ignorant, an ſint baptizati, baptizentur. *De conſ. d. 4. cap. 113. Si nulla, &c. 38. Hi de quibus.*
Qui ſciunt ſe baptizatos, ſed ignorant qua fide fuerint, qui eos baptizaverant, per manus impoſitionem recipiantur. *Leo epiſt. 90. vel 92. c. 19. & 17. ad Ruſticum Narbon. Epiſc. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 84. & 87. panorm. & part. 1. cap. 236. & 238. decret. Burch. lib. 4. cap. 42. & 44. Anſelm. lib. 9. cap. 55. & 57.*

CAPUT III.

Quotiens tam de baptiſmo aliquorum, vel confirmatione, quam de eccleſiarum conſecratione dubitatio habetur, & nec ſcriptis, nec teſtibus certa ratio habetur, utrum baptizati, vel confirmati, ſive eccleſiæ conſecratæ ſint, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atque eccleſiæ canonice conſecrentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat, quoniam non monſtratur iteratum, quod non certis indiciis oſtenditur rite peractum. *Gregor. ad Felicem Siciliæ Epiſc. cap. 3. lib. 12. indict. 8. epiſt. 31. Anſelm. lib. 5. c. 23.*

CAPUT IV.

Quos a paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti, denuo baptizes in nomine Trinitatis*. *Greg. II. ep. 8. in med. Ivo part. 1. cap. 91. decr. Cæſar. lib. 12. cap. ult.* *De conſ. d. 4. cap. 52.* ** ſine nomine Trinitatis.*

CAPUT V.

Eos, qui ſe dubitant fuiſſe baptizatos, an non, ut baptizentur, præcipimus. *Greg. II. ep. 8. in fin.*

CAPUT VI.

Pro parvulis, qui a parentibus ſubtracti ſunt, *De conſ. d. 4. cap. 110.*
& an baptizati ſint, ignorant, hos, ut baptizare debeas, ſecundum patrum traditionem, ſi non fuerit, qui teſtificetur, ratio poſcit. *Gregor. III. epiſt. 4. ad Boniſ. Epiſc. ante fin. Ivo part. 1. cap. 146. Cæſar. lib. 12. cap. 52.*

CAPUT VII.

Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine *De conſ. d. 4. cap. 111.*
dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem idonei de traditis ſibi ſacramentis reſpondere, abſque ullo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione privari. *Carth. c. 73. G. Carth. V. c. 6. Afric. c. 39. L. Trull. c. 85. Wormac. c. 70. Burch. lib. 4. cap. 45. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 86. panorm. & part. 1. cap. 147. & 239. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 56. Capit. lib. 7. cap. 391. Cæſar. lib. 12. cap. 53.*

CAPUT VIII.

De iis, qui nullo teſtimonio ſe baptizatos noverint, ut baptizentur. *Hippon. cap. 40.*

TITULUS XXV.

NE PECUNIA ACCIPIATUR BAPTIZANDI CAUSSA.

CA-

Digitized by Google

CAPUT I.

ILlud quoque præcipimus, ut pro chriſmate, & baptiſmo, & ſepultura nihil unquam exigatur. *Urban. II. in concil. Placent. cap. 14. alias in concil. Clari montis.*

CAPUT II.

1. q. 1. c. 99. Baptizandis, conſignandiſque fidelibus ſacerdotes pretia nulla præfigant, nec illationibus qui-
Mat. 10. buslibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes, quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur, &c. Si fecerint, periculum ſubituri ſunt ſui honoris. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 7. Burch. lib. 4. cap. 71. Ivo part. 1. cap. 72. & 265. decr. Caſar. lib. 4. cap. 37.*

CAPUT III.

1. q. 1. cap. 104. Emendari. Qui baptizantur, nummos in concham non mittant, ne ſacerdos, quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur, &c. *Eliber. cap. 48.*

CAPUT IV.

1. q. 1. cap. 102. Placuit. Modicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur, quia a ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil ulterius exigatur, &c. *Brach. II. cap. 4.*

CAPUT V.

1. q. 1. cap. 103. Placuit. Unuſquiſque Epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, ut hi, qui infantes ſuos ad baptiſmũ offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis; ſi vero non habent, quid offerant, nullũ illis pignus tollatur a clericis, nã multi pauperes hoc timentes filios a baptiſmo retrahunt, qui ſi forte dum differuntur, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint, neceſſe eſt, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum ſpolia pertimeſcentes a baptiſmi gratia ſe retraxerunt. *Brachar. II. cap. 7.*

CAPUT VI.

Presbyteri, qui ſanctum Dei baptiſma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferre præſumant. *Emerit. cap. 9.*

CAPUT VII.

1. q. 1. cap. 101. Quidquid. Qui pro baptizandis, conſignandiſque fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum, pretia, vel præmia, niſi voluntarie oblata, acceperit, &c. ſi ſciente loci Epiſcopo, tale quidquam a ſubditis perpetratur, idem Epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubjaceat, &c. ſin autem ſuorum quiſpiam, eodem neſciente, quodcumque pro ſupradictis capitulis accipiendum eſſe ſibi crediderit, ſi presbyter eſt, trium menſium excommunicatione plectatur, ſi
68 diaconus, quatuor, ſubdiaconus vero, vel clericus his cupiditatibus ſerviens, & competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus eſt. *Tolet. XI. cap. 8. Ivo part. 1. cap. 73. & part. 5. cap. 126. decret.*

CAPUT VIII.

Nullus pretium pro baptiſmo accipiat, niſi quod fideles ſponte dare, vel offerre voluerint. *Bituric. cap. 52. apud Lemovic. action. 2.*

TITULUS XXVI.

NEMO AUDEAT EOS, QUI BAPTIZATI SUNT, REBAPTIZARE, NEQUE QUISQUAM SE REBAPTIZARI PERMITTAT.

CAPUT I.

UNA *fides, unum baptiſma. Paul. ad Epheſ. cap. 4.*

CAPUT II.

Baptizatos a Latinis ipſi Græci rebaptizare De bapt. cap.
auſu temerario præſumebant, &c. ſacro ſuadente ult. Gr. IX.
concilio diſtricte præcipimus, ut talia decetero & c. 1. eod.
non præſumant, &c. ſi quis tale præſumpſerit, tit. in 4. coll.
excommunicationis mucrone percuſſus ab omni officio, & beneficio eccleſiaſtico deponatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 4.*

CAPUT III.

Qui ſatisfacturus Deo per pœnitentiam ſe rebaptizatum legitime doluerit, utrum ad hoc facinus concurrerit, an impulſus acceſſerit, requiratur, &c. Ideo memineritis hanc ſuper his nos habere ſententiam, ut ſervata diſcretione peccantium, non eadem cuncti, qui lapſi ſunt, lance penſentur, quoniam majoris caſtigationis exigendus eſt uſura, cui domus Domini commiſſa fuerit diſciplina. *Felix III. in ſynod. Rom. cap. 1. Burch. lib. 4. cap. 99. Ivo part. 1. cap. 293. decr.*

CAPUT IV.

Quos Epiſcopos presbyteros, vel diaconos fuiſ- De conſ. d. 4.
ſe conſtiterit, & ſeu optantes forſan, ſeu coactos Eos. 118.
lavacri illius unici, ſalutariſque claruerit feciſſe jacturam, &c. uſque ad exitus ſui diem in pœnitentia, ſi reſipiſcunt, jacere conveniet, nec orationi non modo fidelium, ſed nec catechumenorum omnimodis intereſſe, quibus communio laica tantum in morte reddenda eſt. *Felix III. in ſynod. Rom. cap. 2. Burch. lib. 4. cap. 99. Ivo part. 1. cap. 293. decret.*

CAPUT V.

De clericis autem, & monachis, aut puellis Dist. c. Eos.
Dei, aut ſæcularibus ſervari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna ſynodus circa eos, qui lapſi ſunt, vel fuerint, ſervandum eſſe conſtituit, ut ſcilicet, qui nulla neceſſitate, nullius rei timore, aut periculo ſe, ut rebaptizentur hæreticis impie dediderunt, ſi tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes ſint, ſeptem autem annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum, duobus autem annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodo ſæcularibus in oratione ſocientur, &c. *Felix III. in ſynod. Rom. cap. 3. Nican. cap. 11. Burch. & Ivo ubi ſupra.*

CAPUT VI.

Pueris autem, quibus quod adhuc imberbes * Diſt. c. Eos.
ſunt, a pubertate vocabulum eſt, ſeu clericis, ſive * inveſtes,
laicis, aut etiam ſimilibus puellis, quibus igno- vel impube-
rantia ſuffragatur ætatis, aliquamdiu ſub manus res.
impoſitione detentis reddenda communio eſt, nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit a coercitione cenſura. *Felix III. in ſynod. Rom. c. 4. Burch. & Ivo ubi ſupra.*

CAPUT VII.

Cæteros, id eſt, clericos, ſive monachos, ſeu laicos utriuſque ſexus perſonas, quos violentiæ periculis coactos iterationem baptiſmatis ſubiiſſe conſtiterit, vel qui aliquo commento hujus ſe facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decrevimus, & per ma-

nus

nus impoſitionem ad ſocietatem recipi eos ſacramenti. *Felix III. in ſyn. Rom. c. 4. Burch. & Ivo ubi ſup. Anſelm. lib. 7. c. 14. Tarr. lib. 1. c. 31.*

CAPUT VIII.

1. q. 7. c. 10. Illo per omnia cuſtodito, ne ex eis umquam, [qui in qualibet ætate alibi, quam in eccleſia catholica baptizati, aut rebaptizati ſunt, ad eccleſiaſticam militiam prorſus permittantur accedere. Quibus ſatis eſſe debet, quod in catholicorum numero ſunt recepti. *Felix III. in ſyn. Rom. cap. 5. Burch. Ivo, Anſelm. & Tarrac. ut ſup.*

CAPUT IX.

Vide de conſ. d. 4. c. 107. Non licet. Reordinationes, ſeu & rebaptizationes, & ſedium mutationes ſancti patres in Africano concilio congregati omnimodis interdixerunt, quos ſecuti & nos interdicimus. *Synod. Ravenn. ſub Joann. IX. part. 1. cap. 5. Carth. III. cap. 38.*

CAPUT X.

Epiſcopus, aut presbyter, qui habentem vere baptiſma rebaptizet, &c. deponatur, ut irridens crucem, & mortem Domini, &c. *Apoſt. cap. 47. Burch. lib. 4. cap. 56. Ivo part. 1. cap. 250. decret.*

CAPUT XI.

Baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem catholicam feſtinare ſignaſti, & quoſdam de fratribus noſtris eoſdem denuo baptizare velle, quod non libet, cum hoc fieri, & Apoſtolus vetet, & canones contradicant, & poſt caſſatum Ariminenſe concilium, miſſa ad provincias a venerandæ memoriæ prædeceſſore meo Liberio generalia decreta prohibeant. Quos nos cum Novatianis, aliiſque hæreticis, ſicut eſt in ſynodo conſtitutum, per invocationem ſolum ſeptiformis Spiritus, Epiſcopalis manus impoſitione catholicorum conventui ſociamus, quod etiam totus oriens, occidenſque cuſtodit, a quo tramite vos quoque poſthac minime convenit deviare, ſi non vultis a noſtro collegio ſynodali ſeparari ſententia. *Siric. epiſt. 1. cap. 1.*

CAPUT XII.

Act. 8. A Pauliniſtis venientes baptizari præcipiuntur, non ab aliis, &c. Denique baptizatos rite ab Evangeliſta Philippo Petrus & Joannes ſola manus impoſitione conſumant. Illos vero, quos *Act. 19.* Apoſtolus Paulus Joannis baptiſmate baptizatos repererat, interrogavit, an Spiritum ſanctum accepiſſent, fatentibuſque ſe ne illud quidem nomen audiſſe, juſſit eos baptizari. Videtis ergo rite baptizatos illo dono iterari non poſſe, & aliter ſola aqua lotos baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, &c. quia Pauliniſtæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti minime baptizant. *Innoc. epiſt. 22. c. 5. vide Nicæn. c. 19.* 1. q. 1. c. 52.

CAPUT XIII.

His, qui ad iterandũ baptiſmum vel metu coacti ſunt, vel errore traducti, & nunc ſe contra catholicæ fidei ſacramentum egiſſe cognoſcunt, ea cuſtodienda eſt moderatio, qua in ſocietatem noſtram, non niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem Epiſcopalis manus, communionis recipiant unitatem, &c. Qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuiſſent, ſola invocatione Spiritus ſancti per impoſitionem manuum confirmandi ſunt, quia formam tantum baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſere. Et [hanc regulam, ut ſciatis, ſervandam omnibus eccleſiis prædicamus, ut lavacrum ſemel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma, cujus ablutio nulla iteratione temeranda eſt*, &c. *Leo epiſt. 77. alias 79. cap. 6. & 7. ad Nicetam Aquilejen. Epiſc. Burch. lib. 4. c. 48. Ivo part. 1. c. 242. decret. Tarrac. lib. 4. c. 11. & lib. 6. cap. 49. vide tit. Baptizentur hi, qui ignorant ſe baptizatos eſſe, c. 1.* 1. q. 1. c. 58. Hi qui. 1. q. 1. c. 57. *Epheſ. 4.*

CAPUT XIV.

Sicut baptizatus ſemel, iterum baptizari non debet, ita qui conſecratus eſt ſemel, in eodem iterum ordinem non debet conſecrari. *Greg. lib. 2. epiſt. 32. ad Joann. Epiſc. Ravenn. Ivo lib. 3. tit. 7. c. 1. panorm. & part. 6. c. 82. decret. Anſelm. lib. 7. c. 92. alias 104.* *Diſt. 68. c. 1.*

CAPUT XV.

Quoſdam abſque interrogatione ſymboli ab adulteris, & indignis presbyteris faſſus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem eccleſiæ, quia quiſquis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizatus eſt, rebaptizari eum minime liceat, &c. *Greg. III. epiſt. 4. in med.*

CAPUT XVI.

Illi, qui baptizati ſunt per diverſitatem, & declinationem linguarum gentilitatis, tamen quia in nomine Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manus impoſitionem, & ſacri chriſmatis unctionem confirmari. *Greg. III. epiſt. 5. in med.*

CAPUT XVII.

Quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nullo modo rebaptizari, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debet. *Zach. ep. 2. in fin. Burch. lib. 4. c. 40. & cap. 43. Ivo part. 1. cap. 234. & 237. decret.*

CAPUT XVIII.

De Arianis, qui propria lege ſua utuntur, ut rebaptizentur, placuit. Si ad eccleſiam aliqui de hac hæreſi venerint, interrogent eos noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum, & ſi præviderint in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, &c. *Arelat. c. 8. vide Arelat. II. c. 17.* *De conſ. d. 4. c. 109.*

CAPUT XIX.

Deſcendens in aquam, & interrogatus in Trinitate ſecundum evangelii fidem, & Apoſtolorum doctrinam, & conſeſſus bonam conſcientiam in Deum, de reſurrectione Jeſu Chriſti, non iterum interrogetur in eadem fide, ut in aqua iterum intingatur. Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum a ſincera fide, & catholica diſciplina. *Carthag. I. cap. 1.*

CAPUT XX.

Sane credo vos retinere multis conciliis a patribus noſtris & traditionem temerariam eſſe damnatam, & rebaptizationis impietatem eſſe poniendam, quas res etiam noſtro concilio credo jam terminum accepiſſe. *Carthag. I. c. 14.*

CAPUT XXI.

Synodo Capuæ ſtatutum eſt, ut rebaptizationes *De conſ. d. 4. cap. 97.* Non licet.

nes non fiant. *Carthag. cap. 49. G. Afric. c. 15. Carthag. III. cap. 38. L. Vide Carthag. I. cap. 1. L. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 76. panorm. & part. 1. cap. 152. decret. Cæſar. lib. 12. cap. 61.*

CAPUT XXII.

Judex civitatis, vel loci, ſi hæreticum, aut Bonoſiacum, vel cujuslibet alterius hæreſis ſacerdotem, vel quamcumque perſonam de catholicis rebaptizaſſe cognoverit, quia Reges nos conſtat habere catholicos, non ſtatim rebaptizantes adſtrinxerit, & ad Regis fidem atque juſtitiam propterea diſtringendos adduxerit, annuali excommunicationi ſubdatur. *Aurelian. III. c. 30.*

CAPUT XXIII.

Quicumque rebaptizandi ſacrilegum opus, eſſe bonum credit, aut crediderit, agit, aut egerit, anathema ſit. *Tolet. III. ante canones in fidei confeſſione Epiſcoporum.*

CAPUT XXIV.

De conſ. d. 5. c. 8. Dictum. Nobis viſum eſt eandẽ confirmationem, ſicut nec baptiſmum, iterari minime debere. *Cabilon. ſub Carolo cap. 27. Burch. lib. 4. c. 50. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 9. panorm. & part. 1. c. 244. decret. Capitul. lib. 7. c. 53. in addit.*

TITULUS XXVII.

DE PŒNA ILLORUM, QUI BIS SUSCIPIUNT BAPTISMUM.

CAPUT I.

VEnientes a Novatianis, vel Montenſibus per manus impoſitionem ſuſcipiantur, præter eos, quos rebaptizant. *Syric. & ſynod. Rom. epiſt. 4. c. 8. apud concil. Telen.*

CAPUT II.

Multa de rebaptizatis, & de pœna, qua afficiendi ſunt, qui rebaptizant, aut rebaptizantur. *Felix III. in ſynod. Rom. ſupr. tit. Nemo audeat eos, qui baptizati ſunt, rebapt. c. 3. 4. 5. 6.*

CAPUT III.

Venientes a Novatianis, vel Montenſibus per manus tantum impoſitionem ſuſcipiantur, quia quamvis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati, præter eos, ſi qui forte a nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt. Hi ſi reſipiſcentes, & ruinam ſuam cogitantes redire voluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt. *Innoc. epiſt. 2. cap. 8.*

CAPUT IV.

1. q. 1. c. 1. Si quis &c. 112. Omnis. 1. q. 7. c. 21. Saluberrimam. Hæretici converſi, in quo inveniuntur ordine maneant, ſi tamen iterata tinctione non fuerint maculati. *Leo epiſt. 3. ad Julian. Aquilejen. Epiſc. & epiſt. 83. ad Septimum Altinum Epiſc. Ivo part. 6. c. 97. decret. & lib. 3. tit. 10. c. 4. panorm.*

CAPUT V.

De his, qui baptiſmatis gratia ſalutaris accepta, apud Arianos iterum baptizati, profundæ voraginis ſunt morte demerſi, illud convenit obſervari, ut quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipſa ſurrexit, in æſtimatione fraternitatis tuæ, aliorumque Pontificum per ſuas diœceſes relinquatur, ut ſi qualitas, & pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio ſit vicina, quorum tamen reconciliatio, non per illã impoſitionem manus, quæ per invocationem ſancti Spiritus fit, operatur, ſed per illam, qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & ſanctæ communionis reſtitutio perficitur. *Vigil. ep. 1. cap. 3.*

CAPUT VI.

Afros paſſim ad eccleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſuſcipias, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpe probati ſunt. *Gr. epiſt. 25. lib. 2. regiſt. Gr. II. epiſt. 3. Anſelm. lib. 7. c. 21.* *d. 98. c. 3.*

CAPUT VII.

Presbyter, vel diaconus depoſitus ob crimen, non revertatur ad clerum, ut nec rebaptizatus. *Carthag. c. 27. G. Carth. V. c. 11. L. Raban. c. 1. de pœnit. Capit. lib. 5. c. 66. Burch. lib. 19. c. 72. Ivo part. 15. c. 85. decret.* *d. 50. c. 64. Confirmandum.*

CAPUT VIII.

De his, qui in prævaricatione rebaptizati ſine aliqua neceſſitate, vel tormento delapſi ſunt, &c. placuit, ut circa eos illa Nicænæ ſynodi ſtatuta ſerventur, quæ de prævaricatoribus ſancita eſſe noſcuntur, id eſt, ut ſeptem annis inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos, & poſtea moderatione, & clementia Epiſcopi fidelibus in oblatione Euchariſtiæ communicent. *Ilerd. c. 9. vid. Nicæn. c. 11.*

CAPUT IX.

Cum rebaptizatis fideles religioſi nec in cibo participent. *Ilerd. c. 14. Burch. lib. 4. c. 55. Ivo part. 1. cap. 249. decret.*

CAPUT X.

Non promoveantur ad ſacerdotium, qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur. *Tolet. IV. c. 18.* *Diſt. 51. c. 5. Qui in aliquo.*

CAPUT XI.

Qui ſe poſt unum, & ſanctum lavacrum, vel profanis ſacrificiis dæmonum, vel inceſta lavatione polluerunt, eam cenſuræ formam ſervent, ut his juxta ſynodum Nicænam ſatisfactionis quidem aditus non negetur, acturi vero pœnitentiam uſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis, &c. *Valent. Galliæ c. 3. Nicæn. c. 11.*

TITULUS XXVIII.

DE PŒNIS, QUIBUS AFFICIUNTUR II, QUI APUD HÆRETICOS BAPTISMUM SUSCIPIUNT, AUT FILIOS HÆRETICIS DEFERUNT BAPTIZANDOS.

Vide in Part. I. lib. XI. Tit. XXI. & ſequenti.

TITULUS XXIX.

HÆRETICI SINE FORMA ECCLESIÆ BAPTIZATI, SI AD ECCLESIAM VENIUNT, ITERUM BAPTIZENTUR.

Vide in Part. I. lib. XI. tit. VIII.

TITULUS XXX.

HÆRETICI RITE BAPTIZATI, PER MANUS IMPOSITIONEM, AUT PER FIDEI PROFESSIONEM SUSCIPIUNTUR AB ECCLESIA.

Vide in Part. I. lib. XI. tit. IX.

TITULUS XXXI.

BAPTIZATI APUD HÆRETICOS, QUI FORMAM ECCLESIÆ SERVANT, NON REBAPTIZENTUR.

Vide in Part. I. lib. XI. tit. X.

TITULUS XXXII.

COMMUNIA DE BAPTISMO.

CAPUT I.

Diſt. 31. cap. Quoniam, 15. LEctores, & cantores non ducant uxores alterius religionis; ſi duxerint, & liberos ſuſceperint, ſi eos permiſerint baptizari apud hæreticos, deducant ad communionem catholicæ eccleſiæ, non baptizatos non permittant baptizari apud hæreticos. *Chalc. cap. 14. Ivo lib. 3. tit. 8, cap. 27. panorm.*

CAPUT II.

Si laicis abſtinentia imperatur, ut poſſint deprecantes audiri, quanto magis ſacerdos utique omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? excuſabit? quo pudore, qua mente uſurpabit? &c. *Syric. in ſynod. Rom. epiſt. 4. cap. 9. apud conc. Tolet. & Turon. cap. 1.*

CAPUT III.

Ipſa lavatio pedum noſtrum ſignificat baptiſmum, quando ſancti chriſmatis unctione perficitur, atque confirmatur, &c. Illa, quæ circa divina myſteria, & erga baptizandos in univerſo mundo ſancta eccleſia uniformiter agit, non otioſo contemplanda ſunt intuitu, ne locum ſupervacuis intentionibus, & ſuperſtitionibus faciamus. *Fabian. epiſt. 2. in princ.*

CAPUT IV.

De his ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt utrum majus eſſet ſacramentum manus impoſito Epiſcoporum, aut baptiſmus. Scitote utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum a majoribus fit, id eſt, a ſummis Pontificibus, ita, & majori veneratione venerandum, & tenendum eſt. Sed ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut ab invicem niſi morte præveniente nullatenus poſſint ſegregari, & unum ſine altero rite perfici non poteſt. Nam unum præveniente morte ſalvare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt, &c. Forte cogitat ſibi aliquis; Quid mihi prodeſt poſt myſterium baptiſmatis myſterium confirmationis? aut quantum video non totum de fonte ſuſcipimus, ſi poſt fontem adjectione novi generis indigemus. Non ita dilectiſſimi. Attendat charitas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator quemcumque in militum receperit numerum, non ſolum ſignet
De conſ. d. 5, cap. 2. receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum, ita in baptizato benedictio illa munitio eſt, &c. Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inviſibiles hoſtes, & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur, &c. *Meltiad. epiſt. unic. cap. 2. Burch. lib. 4. cap. 61. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 2. panorm. & part. 1. c. 255. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 24. & 26. Cæſaraug. lib. 12. cap. 90. Euſeb. Emiſſe in hom. de Pentecoſte.*

CAPUT V.

Si priſcis temporibus, de templo Dei ſacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus, nec domum ſuam omnino tangebant, quibus utique propter ſobolis ſucceſſionem, uxorius uſus fuerat relaxatus, &c. quanto magis hi ſacerdotes, vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel a ſacrificiis divinis, vel a baptiſmatis officio vacent, &c. *Innoc. epiſt. 2. cap. 9. & epiſt. 3. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 11. panorm. & part. 6. cap. 94. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 132. & lib. 8. cap. 8.* *Diſt. 31. c. Tenere. 4. Luc. 1. Levit. 25. Diſt. 82. Propoſuiſti, c. 2.*

CAPUT VI.

Inter ſacramenta eccleſiæ principale eſt ſacramentum baptiſmi. *Leo epiſt. 4. ad Epiſcopos Siciliæ, cap. 1.*

CAPUT VII.

Quinta feria ante paſcha, dum ſacrum chriſma conſecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diverſis candelis eccleſiæ oleo collecto; &c. indeficienter cum multa diligentia inſpectæ ardebunt, ita ut oleum ipſum ſufficere poſſit uſque ad tertium diem. De quibus candelis ſancto ſabbato pro fontis ſacri baptiſmate ſumptus ignis per ſacerdotem renovabitur. *Zachar. epiſt. 5. ad Bonifac. Epiſc. ante med.*

CAPUT VIII.

Qui peregre fuerint baptizati non ordinentur in alienis provinciis. *Eliber. cap. 24.*

CAPUT IX.

Gentiles, ſi infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, ſi fuerint eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit eis manum imponi, & fieri chriſtianos. *Eliber. cap. 39.*

CAPUT X.

Eis, qui in infirmitate credere volunt, debet manus imponi. *Arelat. cap. 6.*

CAPUT XI.

Non oportet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quemquam ad baptiſmum ſuſcipi. *Laodic. c. 45. Mart. Brach. c. 49.* *De conſ. d. 4. c. 20. Non liceat.*

CAPUT XII.

Ut presbyteri mortuos non baptizent. *Carth. cap. 18. G. Carth. III. cap. 6. L. Burch. lib. 4. c. 37. Ivo part. 1. cap. 231. decr.*

CAPUT XIII.

Diſt. 23. c. 17. Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: „ Accipe, & commenda „ memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi „ manus ſuper energumenū, ſive baptizatum, ſive „ catechumenum ". *Carthag. IV. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 10. panorm. & part. 6. cap. 16. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 49. vide Raban. lib. 1. cap. 17. de Inſtit. cleric.*

CAPUT XIV.

Si quis in errore Priſcillani ſectam ſequitur, vel profitetur, ut aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat, anathema ſit. *Tolet. I. in fin.*

CA-

CAPUT XV.

Hoc etiam ſalubriter profitemur, & credimus quod in omni opere bono non nos incipimus, & poſtea per Dei miſericordiam adjuvamur, ſed ipſe nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem ſui prius inſpirat, ut & baptiſmi ſacramenta fideliter requiramus, & poſt baptiſmum cum ipſius adjutorio ea, quæ ſibi ſunt placita, implere poſſimus. *Arauſ. II. in fin.*

CAPUT XVI.

Non licet in baptiſterio corpora ſepelire. *Antiſ. cap.* 14.

CAPUT XVII.

Sacramenta itaque baptiſmatis volumus, ut concorditer, atque uniformiter in ſingulis parochiis ſecundum Romanum ordinem inter nos celebrentur jugiter, atque conſerventur. *Magunt. ſub Carolo cap.* 4. *Magunt. ſub Raban. cap.* 3.

CAPUT XVIII.

Presbyterorum, qui præſunt eccleſiæ Chriſti, & in confectione divini corporis, & ſanguinis conſortes cum Epiſcopis ſunt, miniſterium eſſe videtur, ut in doctrina præſint populis, & in officio prædicandi, nec in aliquo deſides inventi appareant. Item ut de omnibus hominibus, qui ad eorum eccleſiam pertinent, per omnia curam gerant, &c. Quapropter ab ortu nativitatis cujuſque ad ſe pertinentis prædictam curam habeat, ne aliquis eorum abſque renatione ſacri baptiſmatis moriatur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 3. *cap.* 5.

CAPUT XIX.

Legum eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas talis eſt, ut in cauſſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeo ut qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. *Synod. apud* 5. *Medard. in accuſatione Hincmari. Burchard. lib.* 2. *cap.* 197. *Ivo part.* 6. *c.* 269. *decr.* *2. q. 1. c. 4. c. 1. de lib. obl. in 1. coll.*

CAPUT XX.

Ne tempore interdicti baptiſmus negetur. *Pictav. cap.* 1.

CAPUT XXI.

Non liceat presbytero prius Epiſcopo introire in baptiſterium, ſed cum Epiſcopo, niſi forte aut abſens fuerit, aut ægrotus. *Mart. Brac. c.* 53. *De conſ. d. 4. cap. 124.*

LIBER UNDECIMUS.

De Confirmationis Sacramento.

TITULUS I. DE CHRISMATE EX OLEO, ET BALSAMO.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. c. Litteris. 18. Dominus Jeſus poſtquam cœnavit cum diſcipulis ſuis, & lavit eorum pedes, ſicut a ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt, chriſma conficere docuit, ipſa enim lavatio pedum noſtrum ſignificat baptiſmum, quando ſancti chriſmatis unctione perficitur confirmatur, &c. *Fabian. epiſt.* 2. *in princ. Capitul. lib.* 7. *cap.* 130. *Ivo part.* 2. *cap.* 73. *decret. Anſelm. lib.* 9. *cap.* 25. *al.* 30.

CAPUT II.

** ante paſcha.* Quinta feria paſchæ *, dum ſacrum chriſma conſecratur, tres lampades magnæ capacitatis ex diverſis candelis eccleſiæ oleo collecto, in ſecretioris eccleſiæ loco ad figuram interioris tabernaculi inſiſtente, indeficienter cum multa diligentia inſpect. ardebunt. *Zach. epiſt.* 5. *ante med.*

CAPUT III.

Græcos dicere perhibetis, quod in illorum patria chriſma oriatur, & ab illis per totum mundum tribuatur, & ideo noſſe deſideratis, ſi verum ſit. Sed jam credimus, quod veſtra ſolertia, quam verum non ſit, animadvertit. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 94.

CAPUT IV.

Audivimus, quod contra morem ſanctæ eccleſiæ, veſtra non ex balſamo ſanctum chriſma, ſed ex butyro conficiat. *Gr. VII. lib.* 8. *regiſt. ep.* 1. *De ſacr. unction. c. unic. apud Gr. IX. & in 3. coll.*

CAPUT V.

Ad exhibendum exteriorem, & viſibilem unctionem benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum, vel infirmorum, & conficitur chriſma, quod ex oleo fit, & balſamo myſtica ratione; per oleum enim nitor conſcientiæ deſignatur, juxta quod legitur: *Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus*; *Matt. 25.* per balſamum enim exprimitur odor famæ, propter quod dicitur: *ſicut balſamum aromatizans odorem dedi*, &c. *Innoc. III. Patriarc. CP.* *Eccl. 24. b.*

CAPUT VI.

Fidelis mulier cum continuis torminibus vexaretur, &c. ad locum repere cœpit, in cujus parietibus ſanctorum effigies depinxerat, fide uſa pro ſcipione, chriſma autem accipiens in aquam effudit, illamque bibit, & confeſtim ſanitati ſanctorum interceſſione eſt reſtituta. *Ex lib. paſſionis ſanctorum Coſmæ, & Damiani lecto in VII. ſynod. general. act.* 4. *ad medium.*

CAPUT VII.

Aquam baptiſmatis benedicimus, & oleum unctionis, & eum etiam, qui baptizatur, & quibuſnam ſcripturis, & non ex tacita, & myſtica traditione? quid vero ipſum olei uſum, quænam ſcriptis mandata oratio docuit. *Baſil. de Spiritu ſancto. Amphiloch. c.* 27.

TITULUS II. EPISCOPI EST CONFICERE CHRISMA, NON AUTEM PRESBYTERI.

Vide in Part. I. lib. IV. tit. XLIV. & lib. VI. Tit. LV.

CAPUT I.

Nemo presbyterorum chriſma conficiat. *Silveſt. in ſynod. Rom. CCLXXXIV. Epiſcoporum, c.* 5.

CAPUT II.

Non licet (*Chorepiſcopis, & presbyteris*) eccleſiam, vel altaria conſecrare, nec per impoſitionem manus fidelibus baptizandis, vel converſis ex hæreſi Spiritum ſanctum tradere, nec chriſma conficere, &c. *Leo epiſt. 36. Hiſpal. II. c. 7. Vide Damaſ. epiſt. 4. in med. de miniſtro confirm. c.* Chriſma, *& ſeq.*

CAPUT III.

Nullus alius, niſi Epiſcopus, chriſma conficiat, & per diœceſin deſtinet, ita ut de ſingulis eccleſiis ad Epiſcopum ante diem paſchæ diaconi deſtinentur, aut ſubdiaconi, qui confectum chriſma ab Epiſcopo deſtinatum, ad diem paſchæ poſſint ad tempus deferre, Epiſcopus [omni tempore*, poteſt chriſma conficere, ſine conſcientia Epiſcopi presbyteri nihil agant. Statutum eſt diaconum non chriſmare, ſed presbyterum abſente Epiſcopo, præſente vero non niſi ab ipſo fuerit præceptum. Hanc conſtitutionem Archidiaconus præſentibus, vel abſentibus Epiſcopis ſuggerat, ut eam Epiſcopi, & presbyteri cuſtodiant. *Tolet. I. c. 20. Mart. Brac. c. 51. & 52.*

* *id eſt ſingulis annis. De conſ. d. 4. c. 124. Diſt. 95. c.* 11. Presbyter.

CAPUT IV.

Si quis presbyter auſus fuerit chriſma benedicere, aut eccleſiam, aut altaria conſecrare, a ſuo officio deponatur, nam & antiqui canones hoc vetuerunt. *Brac. c. 37.*

CAPUT V.

Ut Chorepiſcopus modum ſuum juxta canonicam inſtitutionem teneat, & nec ſanctū chriſma, nec ſanctum Spiritum paraclitum ſolis Epiſcopis juxta decreta Innocentii tribuere debitum, tradere tentet, &c. *Meld. c. 44.*

CAPUT VI.

Epiſcopo liceat chriſma conficere, & per ſuas diœceſes deſtinare, ita ut ad dirigendum chriſma diaconus, aut ſubdiaconus ante diem paſchæ de ſingulis eccleſiis ad Epiſcopum deſtinetur. *Mart. Brac. c. 51. V. Tolet. I. c. 20.*

CAPUT VII.

Silveſter conſtituit chriſma ab Epiſcopo confici, & privilegium Epiſcopis contulit, ut baptizatum conſignent propter hæreticam ſuaſionem, & ut baptizatum lineat presbyter chriſmate levatum de aqua propter occaſionem tranſitus mortis. *Damaſ. in Sylveſt. poſt princ.*

Vide Innoc. epiſt. 1. c. 3. tit. de miniſtro confirm. c. De conſignandis.

TITULUS III.
PER SINGULOS ANNOS BENEDICENDUM CHRISMA.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. c. Litteris. 18.

INvenimus quoſdam Epiſcopos non per ſingulos annos in cœna Domini chriſma conficere, ſed duos, aut tres annos confectionem ſancti chriſmatis ſemel actam conſervare, dicunt enim nec balſamum per ſingulos annos poſſe reperire, nec neceſſe fore per ſigulos annos chriſma conficere, ſed dum una confectio chriſmatis abundat, aliam fieri neceſſe non habere. Errant enim, qui talia excogitant, & mente veſana potius, quam recta ſentientes hæc dicunt: „ In illa enim „ die Dominus Jeſus poſtquam cœnavit cum diſcipulis ſuis, & lavit eorum pedes, &c. chriſma „ conficere docuit", &c. nam ſicut ipſius diei ſolemnitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda, quia novum ſacramentum eſt per ſingulos annos, & jā in dicto die innovandum, & vetus in ſacris eccleſiis cremandum. Ita a ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſque tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana eccleſia, & Antiochena a tempore Apoſtolorum cuſtodit, hæc Hieroſolymorum, & Epheſinorum tenet, in quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt, & vetus chriſma incendi, & non amplius quam uno anno uti permiſerunt, atque deinceps novo frui, non veteri jubentes docuerunt. Si quis ergo his obviare tentaverit, omnem ſibi per vos, & per omnes recte intelligentes indulgentiæ aditum intelligat obſeratum, &c. *Fabian. epiſt. in princ. Capitul. lib. 7. cap. 330. Ivo part. 2. cap. 73. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 25. al. 30.*

Joann. 13. cap.

CAPUT II.

Presbyteri, qui per diœceſes eccleſias regunt a ſuis Epiſcopis omni anno ante paſchæ ſolemnitatem chriſma petant. *Carth. IV. cap. 36. Capitul. lib. 7. c. 394. Burchard. lib. 4. c. 70. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 94. panorm. & part. 1. c. 270. decret. Cæſar. lib. 4. c. 111.*

d. 95. c. 4. De conſ. d. 4. c. 123.

CAPUT III.

Unuſquiſque presbyter, qui in parochia eſt, ſemper in cœna Domini a ſuo Epiſcopo, & chriſma, & oleum petat. *Synod. Sueſſion.*

CAPUT IV.

Nemo ſacrum chriſma niſi in quinta feria majoris ſeptimanæ, id eſt in cœna, quæ ſpecialiter appellatur dominica, conficere præſumat. *Syn. Meld. c. 46.*

TITULUS IV.
PETANT PRESBYTERI AB EPISCOPIS CHRISMA.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XLI.

CAPUT I.

PER ſingula territoria presbyteri, vel miniſtri ab Epiſcopis, non prout libitum fuerit, a vicinioribus, ſed a ſuis propriis per annos ſingulos petant chriſma, appropinquante ſolemnitate paſchali, nec per quemcumque eccleſiaſticum, ſed ſi qua neceſſitas, aut miniſtrorum occupatio eſt, per ſubdiaconum, quia inhonorum eſt inferioribus ſumma committi. Optimum eſt autem, ut ipſe ſuſcipiat, qui in tradendo uſurus eſt: ſi quid autem obſtat, ſaltem is, cujus officium eſt ſacrarium diſponere, & ſacramenta ſuſcipere. *Valen. cap. 3. Vormat. c. 60.* Et ſicut reliquiæ ſanctorum deportari ſolent, ita deportet. (*hæc addit Vormat.*) *Capit. lib. 7. c. 394. Burch. lib. 4. cap. 78. Ivo part. 1. c. 272. decret.*

CAPUT II.

A media quadrageſima presbyteri chriſma petant, & ſi quis infirmitate detentus venire non potuerit ad Archidiaconum ſuum, vel Archiſubdiaconum, tranſmittat, & chriſmatio, & linteo im-

Google

imponant, ſicut reliquiæ ſanctorum deportari ſolent. *Antiſ. c. 7.*

CAPUT III.

Quandocumque jure canonico Epiſcopus circumit parochiam ad populos confirmandos, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum cum collectione, & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet, & in cœna Domini ſemper novum chriſma ab Epiſcopo quærat. *Syn. Franc. Capit. lib. 5. c. 2.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 4. c. 124. Epiſcopo liceat chriſma conficere, & per ſuas diœceſes deſtinare, ita ut ad dirigendum chriſma diaconus, aut ſubdiaconus ante diem paſchæ de ſingulis eccleſiis ad Epiſcopum deſtinetur. *Mart. Brach. c. 41. Tolet. I. c. 20.*

TITULUS V.

CUSTODIATUR CHRISMA DILIGENTER.

CAPUT I.

De cuſtod. Euch. c. 2. Gr. IX. & tit. 1. de bapt. in 4. coll. Statuimus, ut in cunctis eccleſiis chriſma, & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis conſerventur, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 20.*

CAPUT II.

Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ, vel cujuslibet rei donare præſumant, genus enim ſacramenti eſt, & non ab aliis, niſi a ſacerdotibus contingi debet, quod ſi fecerint, honore priventur. *Arelat. ſub Carolo c. 18.*

CAPUT III.

Presbyteris injungendum eſt, ne ſacrum chriſma foras conclave dimittant, ubi a quolibet attingi poſſit. Nam criminoſos eodem chriſmate unctos, aut potatos nequaquam ullo examine deprehendi poſſe, a multis putatur. *Turon. ſub Carolo, c. 20.*

CAPUT IV.

Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub pretextu medicinæ, vel maleficii donare inde præſumant; quod ſi fecerint, honore priventur. *Magunt. c. 27.*

CAPUT V.

Communi decreto ſtatutum eſt, & hoc interdictum a ſancta ſynodo nimium laudatum eſt. Cuncti presbyteri ut libros, & ſacerdotalia veſtimenta ſuo Epiſcopo in proxima ſynodo oſtendant, & ut chriſma ſuum ſub ſigillo, & ſera ſemper cuſtodiant, &c. *Concil. Metenſ. c. 3.*

CAPUT VI.

Provideant Archidiaconi, quod diligenter juxta formam concilii generalis, Euchariſtia, chriſma, & oleum ſanctum ſalva ſub clavibus recondantur, fideli cuſtodia reputata. *Oxonienſ. c. 16. Lateran. ſub Innoc. III. c. 20.*

TITULUS VI.

DE MINISTRO CONFIRMATIONIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XLV.

CAPUT I.

Omnibus feſtinandum eſt, ſine mora renaſci Deo, & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti percipere, quia incertus eſt unuſcujuſque exitus vitæ. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodum ſeptiformi Spiritus gratia ab Epiſcopo confirmatus, quia aliter perfectus eſſe chriſtianus non poterit, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate, ſed incuria, aut voluntate remanſerit, &c. Demum ex operibus bonis oſtendat in ſe ſimilitudinem ejus, qui eum genuit patris. *Clemens epiſt. 4. ante fin.*

CAPUT II.

Utrum majus eſſet ſacramentum manus impoſitio Epiſcoporum, aut baptiſmus? Scitote *De conſ. d. 5. De his, c. 5.* utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum a majoribus fit, id eſt a ſummis Pontificibus, quod a minoribus perfici non poteſt, ita & majori veneratione venerandum, & tenendum eſt. Sed ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut ab invicem, niſi morte præveniente, nullatenus poſſint ſegregari, & unum ſine altero rite perfici non poteſt; nam unum præveniente morte ſalvare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt, &c. *Meltiad. epiſt. 1. ante med. Burchard. lib. 4. cap. 61. Ivo lib. 1. tit. 3. cap. 2. panorm. & part. 1. cap. 255. decret. Cæſar. lib. 12. cap. 90. Tarrac. lib. 4. cap. 5.*

CAPUT III.

Chriſma conficere, & chriſmate baptizatorum frontes ſignare, &c. & præſente Epiſcopo infantem tingere, & aut ſignare Chorepiſcopi non poſſunt. *Damaſ. ep. 4. in med. Leo epiſt 86.*

CAPUT IV.

Quod autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere Spiritum ſanctum, liber actuum Apoſtolorum docet. Præſertim *Act. 8.* cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum iſti (*Chorepiſcopi*) in eccleſia ſpeciem gerunt, legatur donum ſancti Spiritus per manus impoſitionem tradidiſſe, &c. *Damaſ. ibid. poſt medium.*

CAPUT V.

Benedictio, quam Chorepiſcopi ante ſuam *1. q. 7. c. 25.* prohibitionem per manus impoſitionem dabant, *9. q. 1. c. 3.* magis nobis videtur vulnus inferre, quam ſalutem, &c. *Per illicitum.* Et illi, qui Pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, quæ non habebant, dare poterant? &c. reiterari neceſſe eſt, quod legitime actum, aut collatum minime approbatur, ſi perfectum eſſe debebit, &c. *Damaſ. ibid. ante fin. vide Ivo lib. 3. tit. 10. cap. 3. panorm. Cæſar. lib. 4. cap. 42.*

CAPUT VI.

Nec erigere altaria, nec eccleſias, vel altaria conſecrare (*Chorepiſcopis*) licet, &c. nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontes ſignare, &c. Quæ omnia ſolis deberi ſummis Pontificibus auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc, & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi Pontificis demonſtretur. *Leo epiſt. 86. ad Germaniæ, & Galliæ Epiſcopos ante fin. Damaſ. epiſt. 4. in med. Hiſpal. II. cap. 7.*

CAPUT VII.

Presbyteri baptizatos infantes ſignare in frontibus chriſmate non præſumant, ſed presbyteri *De conſ. d. 4. cap. 120.* baptizatos ungant in pectore, ut Epiſcopi poſtmodum ungere debeant in fronte. *Gregor. lib. 3. epiſt.*

epiſt. 9. Januario Epiſcopo Caralit. Burch. lib. 4. cap. 70. Ivo part. 1. cap. 264. decr.

CAPUT VIII.

Diſt. 95. c. 1. Pervenit ad nos, quoſdam ſchandalizatos fuiſſe, quod presbyteros chriſmate tangere in fronte eos, qui baptizati ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum uſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus: ſed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, ubi Epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant, concedimus. *Gregor. lib. 3. epiſt. 27. indict. 12. Januar. Epiſc. Caralit.*

CAPUT IX.

26. q. 6 Miniſtrare, c. 3. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio a presbyteris non fiant, &c. Hæc omnibus placent. *Carthag. cap. 6. G. Carthag. II. c. 3. L.*

CAPUT X.

Ne per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, vel converſis ex hæreſi paracletum Spiritum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare, &c. nec præſente Antiſtite infantem tingere, aut ſignare presbyteris, aut Choreviſcopis licet, ſed tantum Epiſcopis. *Hiſpalenſ. II. cap. 7. Damaſ. epiſt. 4. in med. Leo epiſt. 86. in fin.*

CAPUT XI.

Conſecratio virginum, & benedictio, vel unctio altaris a presbyteris minime fiat. Similiter non liceat eis eccleſias conſecrare, nec per impoſitionem manus paracletum Spiritum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare. *Vormat. cap. 8.*

TITULUS VII.

DE EFFECTU CONFIRMATIONIS.

CAPUT I.

E*GO rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, qui non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Chriſtus Joann. 14. cap. num. 16.*

CAPUT II.

Joel 2. d. Hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Joel: *Et erit in noviſſimis diebus*, dicit Dominus, *effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem*, &c. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti: Vobis enim eſt repromiſſio, & filiis veſtris & omnibus, qui longe ſunt, quoſcunque advocaverit Dominus Deus noſter. Petrus Actor. 2. cap. num. 17. & 38.*

CAPUT III.

Miſerunt ad eos (*Apoſtoli ad Samaritanos*) Petrum, & Joannem, qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. *Act. 8. num. 14.*

CAPUT IV.

Baptizati ſunt (*Epheſii*) in nomine Domini Jeſu, & cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant, erant autem omnes viri fere duodecim. *Act. 19. num. 6.*

CAPUT V.

Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos Deus, qui & ſignavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris. *Paul. Corinth.* 1. *num.* 20.

CAPUT VI.

Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, ut plene chriſtiani inveniantur, *De conſ. d. 5. cap. 1.* quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur. De Spiritu ſancto accipimus, ut efficiamur ſpirituales, quia animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. De Spiritu ſancto accipimus, ut ſapiamus inter bonū, malumque diſcernere, juſta diligere, injuſta reſpuere, ut malitiæ, & ſuperbiæ repugnemus, ut luxuriæ, ac diverſis illecebris, & fœdis, indigniſque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus, ut amore vitæ, & glorię ardore ſuccenſi erigere a terrenis mentem ad ſuperna, & divina valeamus. *Urban. epiſt. unic. in fin. Burch. lib. 4. cap. 66. Ivo lib. 1. tit. 3. cap. 1. panorm. & part. 1. cap. 260. & 269. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 23. Cæſarauguſt. lib. 12. c. 91. Tarrac. lib. 4. cap. 4.* *1. Cor. 2.*

CAPUT VII.

Quod in confirmandis neophytis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc Spiritus ſancti deſcenſio in credentium populos donavit univerſis. Sed quia diximus, quod manus impoſitio, & confirmatio ad baptiſmi perfectionem pertineat, & qui jam regeneratus in Chriſto eſt, confirmare aliquid poſſit, forte cogitet ſibi aliquis, quid mihi prodeſt poſt myſterium baptiſmatis, myſterium confirmationis? aut quantum video, non totum de fonte ſuſcipimus, ſi poſt fontem adjectione novi generis indigemus. Non ita dilectiſſimi. Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator quemcumque in militum receperit numerum, non ſolum ſignet receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum, ita in baptizato benedictio illa munitio eſt, &c. Ergo Spiritus *De conſ. d. 5. cap. 2.* ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inviſibiles hoſtes, & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur. At ſi continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſalvat mox in pace beati ſæculi recipiendos; confirmatio autem armat, & inſtruit ad agones mundi hujus, & prælia reſervandos. Qui autem poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem. *Miltiad. epiſt. 1. poſt med. Euſeb. Emiſſen. in homil. pentecoſt.*

CA-

CAPUT VIII.

Donum ſancti Spiritus per impoſitionem manuum Epiſcopi tradunt. *Joann. III. epiſt. unic. in princ.*

CAPUT IX.

De ſacr.unct. c. unic. ap. Greg. IX. & in 1. coll.

Omnes chriſtiani bis unguntur poſt baptiſmum ſed chriſmate ſacro, primum in vertice, demum in fronte, &c. In fronte ungitur baptizatus, ut libere confiteatur, quod credit, &c. Per frontis chriſmationem manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur *confirmatio*; quia per eam Spiritus ſanctus ad augmentum datur, & robur. Unde cum cæteras unctiones ſimplex ſacerdos, id eſt presbyter, valeat exercere, hanc non niſi ſummus ſacerdos, id eſt, Epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicarii ſunt Epiſcopi, qui per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant, quemadmodum Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat, &c. *Innocent. III. CP. Patriarchæ.* (*Act. 8. 9. & 19.*)

CAPUT X.

Oportet eos, qui baptizantur, poſt lavacrum chriſma eccleſiæ accipere, & regni Chriſti participes inveniri. *Laod. cap. 7. CP. cap. 7. Burch. lib. 4. cap. 65. Ivo part. 1. cap. 259. decret.*

CAPUT XI.

Per impoſitiones manus, &c, converſis ex hæreſi Spiritum ſanctum tradere Epiſcopis tantum licet. *Hiſpalenſ. II. cap. 7.*

TITULUS VIII.

AB HÆRETICIS BAPTIZATI PER CONFIRMATIONEM RECIPIUNTUR AB ECCLESIA.

In Partis I. Vide Lib. XI. Tit. IX. quibus adde:

CAPUT I.

SI ab hæreticis baptizatum quemquam fuiſſe conſtiterit, erga hunc nullatenus ſacramentum regenerationis iteretur, ſed hoc tantum, quod ibi defuit, conferatur, & per Epiſcopalem manus impoſitionem virtutem ſancti Spiritus conſequatur, &c. *Leo epiſt. 35. cap. 2.*

CAPUT II.

29. 1. Hi qui baptiſma.

Qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuiſſent, ſola invocatione Spiritus ſancti per impoſitionem manuum confirmandi ſunt, &c. ſola ſanctificatio ſancti Spiritus invocanda eſt, ut quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis ſacerdotibus conſequatur. *Leo epiſt. 77. cap. 7.*

24. 1. Hanc regulam.

CAPUT III.

Bonoſiacos, quos ſicut Arianos, baptizari in Trinitate manifeſtum eſt, dum interrogati fidem noſtram ex toto corde confeſſi fuerint, cum chriſmate & manus impoſitione in eccleſia recipi ſufficit. *Arelat. II. cap. 17.*

TITULUS IX.

DE DIEBUS AD SUSCIPIENDUM HOC SACRAMENTUM CONSTITUTIS.

CAPUT I.

ITA conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta (*Baptiſmus, & Confirmatio*) ut ab invicem niſi morte præveniente, nullatenus poſſint ſegregari, & unum ſine altero rite perfici non poteſt, &c. *Miltiad. epiſt. 1. ad med.*

CAPUT II.

Sicut duobus temporibus paſcha videlicet, & pentecoſte baptiſmum, ita etiam traditio ſancti Spiritus per impoſitionem manuum fidelibus tradatur, exceptis videlicet, ut dictum eſt, infirmis, & morte periclitantibus, quibus ſicut baptiſmatis gratia ſuccurrendum, ita incunctanter donum ſancti Spiritus eſt tradendum. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 33.*

TITULUS X.

NON EST SUSCIPIENDUM BIS HOC SACRAMENTUM.

CAPUT I.

NON rurſum jacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque manuum, &c. Impoſſibile enim eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, oſtentui habentes, &c. *Paulus Hebr. 6. num. 1. & 4.*

CAPUT II.

Cum dubitatur de confirmatione, confirmetur. *Greg. lib. 12. ep. 31. ad Felic. Epiſc. Anſelm. lib. 5. cap. 23.*

CAPUT III.

De homine, qui a Pontifice confirmatus fuerit, denuo illa talis reiteratio prohibenda eſt. *Gr. II. epiſt. 4. ante med.* *De conſ. d. 5. c. 9.*

CAPUT IV.

Dictum eſt nobis, quod quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amplius ab Epiſcopis ignorantibus, tamen ab eiſdē Epiſcopis confirmentur. Unde viſum eſt nobis, eandem confirmationem, ſicut nec baptiſmum iterari minime debere. *Cabil. ſub Carolo c. 27. & Burch. lib. 4. c. 50. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 9. panorm. & part. 1. c. 244. decret. Capit. lib. 7. c. 53. in addition.* *De conſ. d. 5. c. 8. Cap. 7.*

TITULUS XI.

DE PATRIBUS SPIRITUALIBUS.

CAPUT I.

QUI ad percipiendum ſancti Spiritus donum, coram pontificibus pro aliis patrini exiſtunt, intelligere debent, & vim tanti ſacramenti, & quid pro aliis ſpoponderint. Illos tamen in hoc capitulo ſpecialiter ab his officiis removendos judicamus, qui propter reatum ſuum publica pœnitentia ſunt mulctati, videlicet, ut nec alios de ſacri fontis baptiſmate ſuſcipiant, nec etiam ad percipiendum ſancti Spiritus donum, aliorum patroni coram Pontificibus exiſtant, donec per pœnitentiæ ſatisfactionem, reconciliationem mereantur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 54.*

CAPUT II.

Conſtitutum eſt a ſanctis patribus, ut nullus coram Epiſcopo ad confirmandum quemlibet teneat, niſi ſymbolum, & orationem Dominicam memoriter tenuerit, &c. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 22.*

TI-

TITULUS XII.

DE COGNATIONE QUÆ ORITUR EX HOC SACRAMENTO.

CAPUT I.

30. q. 1. c. 1. SCitis, qoia quomodo ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona baptiſmi, a primo pabulo ſacrati ſalis, & ingreſſus ſanctæ eccleſiæ, uſque ad confirmationem Spiritus ſancti per chriſma. Ab hoc primo Spiritus ſancti dono uſque ad ſeptimum nullus chriſtianus ſuam commatrem in conjugio accipere debet &c. *Deuſded. ad Gord. Epiſc. in fin. Burch. lib. 17. c. 44. lib. 6. tit. 11. c. 8. panorm. & part. 1. c. 305. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 29. Cæſar. lib. 10. cap. 78. Tarrac. lib. 5. c. 2.*

CAPUT II.

30. q. 1. c. 4. Dictum nobis eſt, quaſdam fœminas deſidioſe, quaſdam vero fraudulenter, ut a viris ſuis ſeparentur, proprios filios coram Epiſcopis ad confirmandum tenuiſſe. Unde nos dignum duximus, ut ſi qua mulier filium ſuum deſidia aut fraude aliqua coram Epiſcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallaciam ſuam, vel fraudem quamdiu vivat, agat pœnitentiam, a viro tamen ſuo non ſeparetur. *Cabil. ſub Carolo cap. 31. Burch. lib. 17. c. 23. Ivo lib. 7. tit. 9. c. 3. panorm. & part. 9. c. 81. decret.*

CAPUT III.

Nullus filiolam, nec commatrem ducat uxorem, nec illam, cujus filium, aut filiam ad confirmationem duxerit: ubi autem factum fuerit, ſeparentur. *Mogunt. cap. 55.*

TITULUS XIII.

NE PECUNIA ACCIPIATUR CHRISMATIS, AUT CONFIRMATIONIS CAUSSA.

Vide in Part. I. Lib IV. Tit. LII. & LIII. & Lib. X. Tit. XXV. quibus adde:

CAPUT I.

De ſimon. Greg. IX. c. 8. rad. tit. in 1. coll. c. 7. PRO ſepultura quoque, chriſmatis, & olei ſacri perceptione nulla cujuſquam pretii exactio intercedat *, &c. *Alexand. III. in conc. Turon. c. 6.*

* *venalitas.*

CAPUT II.

Statuimus, ot ſi quis quodlibet ſacramentum eccleſiaſticum, ut puta criſma, vel oleum ſanctum, conſecrationem altarium, vel eccleſiarum interveniente execrabili ardore avaritiæ per pecunias acquiſivit, honore male adquiſito careat, & emtor atque venditor & interventor nota infamiæ percellantur. *Innoc. II. in concil. Rom. c. 1. poſt Ivonis panorm.*

CAPUT III.

Illud quoque adjicientes, præcipimus, ut pro chriſmatis, olei ſacri, ſepulturæ exactione * nullum venditionis pretium exigatur. *Innoc. II. in concil. Rom. cap. 58. Eugen. III. in concil. Remenſ. c. 16.*

* *acceptione.*

CAPUT IV.

Statutum eſt, ut cum chriſma presbyteris diœceſanis pro Neophytis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur, ne gratia Dei pretio benedictionis affecta * ſimoniacum interitum ementibus, vendentibuſque adſociet. *Barcinon. II. c. 2.*

* *accepto.*

CAPUT V.

Placuit ut modicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur, quia a ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil ulterius exigatur, ne forte quod pro ſalute animarum per invocationem ſancti Spiritus conſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur. *Brach. II. cap. 4.* 1. q. 1. c. 102. *Act. 8.*

CAPUT VI.

Quiſquis ab Epiſcopo ſanctum in poteſtate presbyteris ad diſtribuendum tempore opportuno acceperit chriſma, nihil ab eis beneficii cauſſa tollere, aut petere præſumat. *Emerit. c. 9.*

CAPUT VII.

Quidam fratres dixerunt, conſuetudinis antiquæ fuiſſe in eorum eccleſiis, ut pro balſamo emendo ad chriſma faciendum, ſive pro luminaribus eccleſiæ concinnandis binos, vel quaternos denarios presbyteri darent. Unde omnes ſtatuimus, ut ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt, ita etiam pro balſamo, ſive luminaribus emendis, nihil presbyteri chriſma accepturi deot. Epiſcopi itaque de facultatibus eccleſiæ balſamum emant. Luminaria ſinguli in eccleſiis ſuis concinnanda provideant. *Cabil. ſub Carolo cap. 16. Burch. lib. 4. cap. 93. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 91. panorm. & part. 1. cap. 287. decret.* 1. q. 1. c. 106.

CAPUT VIII.

Nullus Epiſcoporum, vel miniſtrorum ipſorum deinceps pro diſtributione ſacrorum ordinum, pro dedicatione ſanctæ eccleſiæ, ſeu pro acceptione ſacri chriſmatis, vel pro immutatione titulorum aliquid exigere præſumat; qui fecerit, convictus canonicæ ſubjaceat diſciplinæ. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 1. c. 5.*

CAPUT IX.

Ut nemo Epiſcoporum, vel quilibet miniſter eccleſiaſticus propter ſacrum chriſma aliquid muneris accipiat, neque denarios vel quælibet muſcula, quæ per miniſtros Epiſcoporum a presbyteris inordinabiliter exigantur. *Meld. c. 45.*

CAPUT X.

Firmiter inhibemus, ne pro aliqua pecunia denegetur ſepultura, vel baptiſmus, vel aliquod eccleſiaſticum ſacramentom, &c. abſurdum eſſe judicantes, quod de cætero, pro chriſmate, vel oleo aliquid exigatur, cum toties hoc prohibitum eſſe reperiatur. *Oxonienſ. c. 21.*

TITULUS XIV.

COMMUNIA DE CONFIRMATIONE.

CAPUT I.

VAſa altaris, & panni vel pallia ſint nitida, & integra, & ſi fuerint vetuſtate, vel aliquo caſu corrupta, religioſo & puro loco abſcondantor, vel igne crementur, vetus chriſma, & oleum ſimiliter. *Greg. VII. concil. Rom. anno incert. c. 27.*

CAPUT II.

Manifeſtum eſt, per crudeliſſimam, inſaniſſimamque ſævitiã, omne illic cæleſtium ſacramentorum lumen extinctum, intercepta eſt ſacrificii oblatio, defecit chriſmatis ſanctificatio, & par- 1. q. 1. c. 67.

ra-

ricidalibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxere myſteria. *Leo ep. 73. ante fin. ad Leonem Aug. Anſelm. lib. 9. c. 40.*

CAPUT III.

Illi, qui baptizati ſunt, per diverſitatem, & declinationem linguarum gentilitatis, tamen quia in nomine Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manus impoſitionem, & ſacri chriſmatis unctionem confirmari. *Greg. III. ep. 5. in med.*

CAPUT IV.

De ſent. excomm. 43. apud Greg. IX. & in 3. col. c. 16. Reſponſio.

Quæſiviſti, cum Ferrarienſis civitas interdicto ſit, & excommunicationi ſuppoſita, & ideo ſint ibidem præter baptiſma parvulorum, & pœnitentiam morientium, univerſa ſacramenta eccleſiaſtica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus conſignare. Super quo tibi taliter duximus reſpondendum, quod ſicut baptizari poſſunt, ſic & baptizati ad confirmationem in frontibus a te poſſunt ſacro chriſmate deliniri. *Innoc. III. Epiſcop. Ferrarienſ.*

CAPUT V.

De conſ. d. 4. cap. Nullus. *125.*

De eo qui in baptiſmate, quacumque neceſſitate faciente, non chriſmatus fuerit, in confirmatione ſacerdos commonebitur. *Arauſ. c. 1. Burch. lib. 4. c. 73. Ivo part. 1. c. 267. decret.*

CAPUT VI.

Quando jure canonico Epiſcopus circumit parochiam ad confirmandum populum, Abbates, vel presbyteri parati ſint ad ſuſcipiendum Epiſcopum in adjutorium neceſſitatis. *Synod. Sueſſion.*

CAPUT VII.

Perlatum eſt ad nos, quod in quibuſdam provinciis plerique Epiſcopi poſt perceptionem cibi, & potus, ſolemniter ſoleant per impoſitionem manuum tradere Spiritum ſanctum, quod tam excellenti miniſterio prorſus non convenire, & ita deinceps fieri non debere, omnibus nobis viſum eſt, quoniam credibile eſt, & auctoritas eccleſiæ ita ſe habet, ut ſicut Apoſtoli unanimes exiſtentes, Dominumque collaudantes, & benedicentes, ita nimirum jejunantes accipere meruerunt paracletum Spiritum ſanctum, eoſque non niſi jejunos, ſicut eorum acta docent, aliis eum tradidiſſe manifeſtum eſt, ſicut enim baptiſma, excepta infirmorum cauſſa, non niſi a jejunis celebratur ſacerdotibus, ita etiam traditio Spiritus ſancti, excepta præmiſſa cauſſa infirmorum, non niſi a jejunis celebranda eſt Pontificibus. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 33.*

CAPUT VIII.

Presbyterorum, qui præſunt eccleſiæ, miniſterium eſſe videtur, ut de omnibus hominibus, qui ad eorum eccleſiam pertinent, per omnia curam gerant. Quapropter ab ortu nativitatis cujuſque ad ſe pertinentis prædictam curam habeant, ne aliquis eorum abſque renatione ſacri baptiſmatis moriatur. Poſt acceptum autem ſacrum baptiſma, ſine manus impoſitione Epiſcopi non remaneat. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. & Loth. part. 3. c. 5.*

CAPUT IX.

Statuimus etiam, ne Epiſcopi, quando pro confirmando populum parochias circumeunt, Archipresbyteros ſuos gravent. *Synod. Ticinenſ. cap. 15.*

CAPUT X.

Conſtitutum eſt a ſanctis patribus, ut nullus chriſmetur, neque baptizetur, &c. niſi ſymbolum, & orationem Dominicam memoriter tenuerit, exceptis his, quos ad loquendum ætas minime perduxit. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 22.*

CAPUT XI.

Levato me de venerabili fonte, induto veſtibus candidis ſeptiformis gratiæ ſancti Spiritus conſignationem (*Silveſter*) adhibuit beati chriſmatis unctione, & vexillum ſanctæ crucis in mea fronte linivit, dicens: „ Signet te Deus ſigillo „ fidei ſuæ in nomine Patris, & Filii, & Spiri„ tus ſancti in conſignatione fidei". Cunctuſque clerus reſpondit: „ Amen". Et adjecit Præſul: „ Pax tibi", &c. *Conſtant. in Imp. N. de primitiva Eccleſia, & de donatione Conſtantini.*

LIBER DUODECIMUS.

Pars Prior de Euchariſtia, ut Sacramento.

TITULUS I.

DE MATERIA, ET FORMA EUCHARISTIÆ.

CAPUT I.

Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei. Chriſtus apud Matth. c. 26. a num. 26. ad 29. vide March. cap. 14. & Lucam c. 22.

CAPUT II.

Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jeſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnavit, dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem

Domini annuntiabitis, donec veniat. Paul. 1. epiſt. ad Cor. c. 11. a num. 23. ad 27.

CAPUT III.

De ſumma Trinit. c. 1. Gr. IX. & in 4. coll. de fide cath. c. 1. Una eſt fidelium univerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur. In qua idem ipſe ſacerdos, & ſacrificium Jeus Chriſtus, cujus corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continetur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate divina. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 1.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 2. c. 1. In ſacramentorum oblationibus, quæ inter miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, ut ejus, cujus corpus, & ſanguis conficitur, paſſio celebretur, ita ut repulſis opinionibus ſuperſtitionum, panis tantum, & vinum aqua permiſtum in ſacrificio offerantur. Non debet enim, ut a patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permiſtum, quia utrumque ea latere ejus in paſſione ſua profluxiſſe legitur, ipſa vero Veritas nos inſtruit, calicem, & panem in ſacramento offerre, quando ait: *Accepit Jeſus panem*, &c. *Alexand. ep. 1. poſt med. Tribur. c. 29. Burch. lib. 5. cap. 5. Ivo part. 2. c. 15. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 1. Cæſar. lib. 13. c. 2. Tarrac. lib. 3. c. 87.* *Mat. 26.*

CAPUT V.

De fermento, quod die Dominico per titulos mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti, cum omnes eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ, quarum presbyteri, quia die ipſa propter plebem ſibi creditam, nobiſcum convenire non poſſunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut ſe a noſtra communione, maxime illa die, non judicent ſeparatos, quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda ſunt ſacramenta, nec nos per cœmeteria diverſa conſtitutis presbyteris deſtinamus, & ut presbyteri eorum conficiendorum jus habeant, atque licentiam. *Innoc. ep. 1. c. 5.*

CAPUT VI.

Quoniam veſtram Armeniorum eccleſiam a rectitudine fidei, quam ab Apoſtolis, & ſanctis patribus traditam univerſalis eccleſia tenet, in quaſdam pravas exorbitaſſe ſenteotias nobis relatum eſt, profecto nimium paterni affectus compaſſione doluimus. Quorumdam ſi quidem relatione didicimus, in celebrandis ſacrificiorum ſaluiferis ſacramentis, aquam vino penitus apud vos non admiſceri, cum nemo chriſtianus, qui ſacra novit evangelia, dubitet, e latere Domini aquam cum ſanguine emanaſſe. *Greg. VII. lib. 8. regiſt. epiſt. 1.*

CAPUT VII.

De conſ. d. 2. In ſacramento c. 5. In ſacris nihil præter corpus & ſanguinem Domini offeratur, hoc eſt panis & vinum aqua miſtum, &c. *Carth. c. 37. G. Afric. c. 4. L. Carth. III. c. 24. L. Burch. lib. 5. c. 3. & 4. Ivo part. 2. c. 13. & 14. decret.*

CAPUT VIII.

In ſacramentis aliud non offeratur, quam panis & vinum aqua miſtum. *Ipponen. c. 25.*

CAPUT IX.

Nullus in oblatione ſacri calicis, niſi quod ex fructu vineæ ſperatur, & hoc non ſine aqua miſtum offerre præſumat, quia ſacrilegium judicatur, aliud offerri, quam quod in mandatis ſacratiſſimis Salvator inſtituit. *Aurelian. IV. c. 4.* *Luc. 22.*

CAPUT X.

Non licet in altario in ſacrificio divino mellitum, quod mulſum appellatur, nec ullum aliud poculum extra vinum cum aqua miſtum offerre, quia ad grandem reatum, & peccatum pertinet presbytero illi, quicumque aliud poculum extra vinum in conſecratione ſanguinis Chriſti offerre præſumpſerit. *Antiſiod. c. 8.*

CAPUT XI.

Cum omne crimen, atque peccatum oblatis *De conſ. d. 2. c. 7.*
Deo ſacrificiis deleatur, &c. Audivimus quoſdam ſchiſmatica ambitione contra divinos ordines, & Apoſtolicas inſtitutiones, lac pro vino in divinis ſacrificiis dedicare. Alios intinctam Euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere, quoſdam expreſſum vinum in ſacramento Dominici calicis offerre, quod evangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini eccleſiaſticæ adverſum eſt, a quo fonte ordinata ſacramentorum myſteria proceſſerunt. Nam non lac, ſed panem tantum, & calicem ſub hoc ſacramento cognoſcimus commendata. Ait enim evangelica veritas, *Accepite Jeſus panem, & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis.* *Mat. 26.* Ceſſet ergo lac in ſacrificio, &c. Nec intincta euchariſtia probatur, cum Apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendavit, ſeorſum enim panis, & ſeorſum calicis commendatio memoratur, &c. Quod vero ex expreſſo botro, id eſt, de uvarum granis populus communicatur, valde eſt omnino confuſum, calix enim Dominicus, juxta quod quidam doctor ediſſerit, vino & aqua permiſtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo quando in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur, & jungitur. Quæ copulatio, & conjunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice Domini, ut conjunctio illa non poſſit ſeparari. Nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis, ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Ergo quando botrus ſolus offertur, in quo vini tantum efficientia demonſtratur, ſacramentum noſtræ ſalutis nauſragium, quod per aquam ſignificatur, &c. Nulli deinceps licitum ſit aliud in ſacrificiis divinis offerre, niſi juxta antiquorum ſententiam conciliorum panem tantum & calicem vino, & aqua permiſtum. Aliter faciens tamdiu a ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correptus, ad gradus ſui officium redeat, quod amiſit. *Brach. III. cap. 1. Vormat. cap. 4. vide Cyprian. lib. 2. epiſt. 3. Burch. lib. 5. cap. 1. & 2. Ivo lib. 1. tit. 4. cap. 24. panorm. & part. 2. cap. 11. & 12. & 85. decret. Anſelm. lib. 9. c. 53. Tarrac. lib. 5. c. 1.*

CAPUT XII.

In Armenia vinũ tantum in ſacra menſa offerunt,

runt, aquamque non miſcent, &c. ſed ex Apoſtolica traditione vinum aqua miſcetur, cum ex latere Chriſti exiſſet ſanguis, & aqua ad dandam vitam mundo, & in remiſſionem peccatorum, & ubi ſpiritalia lumina claruerunt, hic ordo a Deo datus ſervatur. Etenim [Jacobus ſecundum carnē frater Domini Hieroſolymitanæ eccleſiæ primus Antiſtes, & Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus, cujus gloriam per totum mundum excurrit, ſcriptis myſticum nobis ſacrificium tradiderunt, ita celebrari in divino miniſterio ex aqua, & vino ſacrum calicem dederunt. Et Carthagine congregati ſancti patres, ita aperte dixerunt, ut in ſacris nihil plus, quam corpus, & ſanguis Domini offeratur, ut ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum. Si quis igitur Epiſcopus, aut presbyter non juxta traditum ab Apoſtolis ordinem fecerit, & vinum aqua miſtum non obtulerit in ſacrificio, deponatur, ut imperfecte celebrans, & tradita innovans. *Trull. c.32. vid. Carth. cap. 37. G.*

De conſ. d. 1. c. 46. Jacobus.

CAPUT XIII.

Delatum eſt, quod in quibuſdam Hiſpaniarum partibus, quidam ſacerdotum partim neſcientia impliciti, partim temerario auſu provocati non panes mundos, & ex ſtudio præparatos ſupra menſam Domini in ſacrificio offerant, ſed paſſim quo modo unumquemque aut neceſſitas impulerit, aut voluntas coegerit, de panibus ſuis uſibus præparatis cruſtulam in rotunditatem auferant, eamque ſuper altare cum vino & aqua pro ſacro libamine offerant, &c. Temeritati hujus, aut neſcientiæ cupientes terminum ponere, id unanimitatis noſtræ delegit conventus, ut non alter panis in altaris Domini ſacerdotali benedictione ſanctificandus proponatur, niſi integer, & nitidus, qui ex ſtudio fuerit præparatus, neque grande aliquid, ſed modica tantum oblata, ſecundum quod eccleſiaſtica conſuetudo retentat, &c. *Tolet. XVI. cap. 6.*

CAPUT XIV.

Cum magiſter veritatis verum ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commendaret diſcipulis, panem tantum, & calicem ſub hoc ſacramento præbuiſſe cognoſcimus. Ideoque præter panem & vinum cum aqua miſtum aliud offerri non debet. Calix enim dominicus vino & aqua permiſtus debet offerri, &c. *Vormat. cap. 4. vid. ſup. Brac. III. c. 1. Burch. lib. 5. cap. 2. Ivo part. 2. c. 12. decr.*

CAPUT XV.

Alexander ſucceſſor Evariſti dixit: „ Non debet enim, ut a patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permiſtum, quia utrumque ex latere ejus profluxit, ut videlicet per hoc indicet, populos, qui ſecundum Joannem, aquæ ſunt, a Chriſto, cujus ſanguis in calice eſt, dividi non debere. Cujus rei veritatem in hac ſancta ſynodo confitemur, credimus, & confirmamus, ne ullus ſine commiſtione vini, & aquæ myſteria ſacra conficiat“. *Tribur. cap. 19.*

Apoch. 17.

CAPUT XVI.

Frumentum, quod a piiſſimis noſtris Imperatoribus eccleſiis Libyæ propter ariditatem illius provinciæ, & quia ibi omnino triticum non naſcitur, præſtitum eſt, in primis quidem, ut incruenta ex ipſo hoſtia offeratur, &c. non permiſit (*Dioſcorus*) ſuſcipere ſanctiſſimos Epiſcopos illius provinciæ, &c. & ex hoc neque terribile, & incruentum ſacrificium celebratum eſt. *Iſchirion diac. Alex. ap. ſyn. Chalc. act. 3. ante med.*

CAPUT XVII.

Dum memoria fieret ſanctorum martyrum non eſt exhibitum vinum ad ſacrificium altaris, ad ſanctificationem, & populi diſtributionem, niſi omnino paululum, & hoc infectum, atque lutoſum, & tempore, quo fuerat vindemiatum, ut ex hoc cogerentur, qui deputati fuerant, miniſtrare de tabernis, & omnino infectos comparere ſextarios, qui nec ſufficerent, in tantum, ut hi, qui ſanctum corpus diſtribuebant, innuerent ingredi eos, quia ſanguis non inveniretur: illis bibentibus & tunc, ac ſemper habentibus diverſum, & mirabile vinum, &c. *In libello Samuelis, & aliorum contra Ibam apud ſynod. Chalc. act. 10. poſt princ.*

CAPUT XVIII.

Non oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri, præter panem & vinum, & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur, quia dum in cruce penderet, de corpore ejus ſanguis effluxit, & aqua, hæc tria unum ſunt in Chriſto Jeſu. Hæc hoſtia & oblatio Dei in odorem ſuavitatis. *Mart. Bracharenſ. cap. 55.*

De conſ. d. 1. cap. 4.

Joann. 19.

CAPUT XIX.

Panes, quos Deo in ſacrificium offertis, aut a vobis ipſis, aut a veſtris pueris coram vobis, nitide, ac ſtudioſe fiant, & diligenter obſervetur, ut panis, & vinum, & aqua, ſine quibus miſſæ nequeunt celebrari, mundiſſime, ac ſtudioſe tractentur. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 5. Burch. lib. 5. cap. 29. Ivo part. 2. cap. 38. decr.*

CAPUT XX.

Miltiades fecit, ut oblationes conſecratæ per eccleſias ex conſecratu Epiſcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. *Damaſ. in Miltiad. vid. Ivo part. 2. cap. 63. decret. de Syric.*

CAPUT XXI.

Syricius conſtituit, ut nullus presbyter miſſas celebraret per omnem hebdomadam, niſi conſecratum Epiſcopi loci deſignati ſuſciperet declaratum, quod nominatur fermentum. Et ut Manichæi non participarent cum fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret ſanctum corpus Domini convexari, & ut converſus de Manichæis non communicaret uſque ad ultimum diem, quo viaticum acciperet. *Ex Pontific. Vide Ivo part. 2. cap. 63. decret.*

TITULUS II.

CORPUS CHRISTI REVERA EST IN EUCHARISTIA, ET DE EFFECTU, QUEM IN SUMENTE PRODUCIT.

Vide in Partis I. Lib. XI. Tit. XLVIII.

CAPUT I.

Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum, &c. *Chriſtus apud Matth. cap. 26. num. 27. vide tit. 1. in princip.*

CAPUT II.

Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum, & panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, &c. *Amen, amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die: caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Chriſtus apud Joann. cap. 6. num. 56.*

CAPUT III.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? Paulus 1. ad Cor. c. 10. num. 16.

CAPUT IV.

Dominus Jeſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, &c. *Paul. 1. ad Cor. c. 1. vide tit. 1. num. 23.*

CAPUT V.

Non decet, ut hi, qui corpus Chriſti quotidie proprio conficiunt ore, tantam patiantur perſecutionem. *Felix II. in ſyn. Rom. ep. 1. in princ.*

CAPUT VI.

De conſ. d. 2. cap. 42. Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem, vinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis, & verba noſtri Redemptoris ſubſtantialiter converti in veram, ac propriam, ac vivificatricem carnem, & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de Virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram Patris, & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere ejus effuſus eſt, non tantum per ſignum, & virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ, & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc brevi continetur, & ego legi, & vos intelligitis, ſic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo, ſic me Deus adjuvet & hæc ſacra evangelia. *Concil. Rom. ſub Gregor. VII. ex vita ejuſd. & ex regiſtr. lib. 6. anno* 1079. *menſe Febr. & lib. 3. poſt epiſt. 17. Tarrac. lib. 5. cap. 57. alias 58.*

CAPUT VII.

Panis, qui ſuper altare offertur, panis eſt quidem communis, ſed quando ipſe ſacramento ſacratus fuerit, corpus Chriſti in veritate fiet, & dicitur. Sic & vinum modicum aliquid digna exiſtentia ante benedictionem, poſt ſanctificationem ſpiritus, ſanguis Chriſti efficitur. *Nicol. epiſt. ad Michaelem Imp. cujus initium eſt.* Principatum.

TITULUS III.

DE MINISTRIS, QUI CONFICIUNT, VEL TRIBUUNT EUCHARISTIAM.

Vide in Partis I. Lib. VI. Tit. IV. & Lib. VII. Tit. II.

CAPUT I.

Diſt. 93. c. Pervenit, 14. ALicubi presbyteris diaconi Euchariſtiam præbent, quod neque canon, neque conſuetudo permittit, ut qui non poſſunt offerre, offerentibus dent corpus Chriſti, quidam etiam diaconi ſunt, qui ante Epiſcopos Euchariſtiam (*ſacramenta* L.) ſumunt. Ceſſent igitur hæc, & diaconi maneant intra ſuos modulos, cum Epiſcopi miniſtri ſint, & presbyteris minores, accipient vero ſuo ordine poſt presbyteros, aut Epiſcopo eis, aut presbytero porrigente. *Nicæn. cap. 18. G. 14. L. Aquiſgr. cap. 41. Burch. lib. 5. cap 26. Ivo part. 2. cap. 36. Anſelm. lib. 7. cap. 55. Cæſar. lib. 8. cap. 13.*

CAPUT II.

Sciſcitantibus vobis, ſi a ſacerdote, qui ſive comprehenſus eſt in adulterio, ſive de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis communionem ſuſcipere, nec ne. Reſpondemus: Non poteſt aliquis, quantumcumque pollutus ſit, ſacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum remedia contagionum exiſtunt, &c. Idcirco ab eo uſquequo Epiſcoporum judicio reprobatur, communio percipienda eſt. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 71.*

CAPUT III.

Diaconi corpus Chriſti tradere præſente presbytero non præſumant, quod ſi fecerint, ab officio diaconatus abſcedant. *Arelatenſ. II. cap. 15.*

CAPUT IV.

Epiſcopum nullus ſæcularium faſcibus præditus jure ſuo contumaciter, ac perperam agens de ſancta eccleſia, cui præeſt, trahere audeat, &c. Nefas eſt enim, ut illius manibus Epiſcopus, aut juſſione de eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui invocato nomine Domini ad ſalvationem corporis animæque Euchariſtiam ſæpe porrexit. *Matiſc. II. cap. 9.*

CAPUT V.

Presbyter illegitime conjugatus corpus Chriſti non det cæteris, neque aliud miniſterium obeat, ſed ſua ſede contentus ſit. *Trull. cap. 26.* *Diſt. 28. c. 16. Presbyterum.*

CAPUT VI.

Sicut in ſacerdote conſecratio, ita in miniſtro (*diacono*) diſpenſatio ſacramenti eſt, &c. ille oblata ſanctificat, hic ſanctificata diſpenſat. Ipſis etiam ſacerdotibus propter præſumptionem non licet de menſa Domini tollere calicem niſi eis traditus fuerit a diacono. Levitæ inferunt oblationes in altaria, componunt menſam Domini, operiunt arcam teſtamenti, non enim omnes vident alta myſteriorum, quæ operiuntur a levitis, ne videant, qui videre non debent, & ſumant, qui ſervare * non poſſunt &c. Candidi ad hoſtias, & immaculati accedant, &c. *Iſidor. de eccleſ. offic. lib. 2. cap. 8. apud Aquiſgr. cap. 7.* * *ſumere.*

CAPUT VII.

Quidam noſtrorum verorum virorum relatu, quidam etiam viſu didicimus, in quibuſdam provinciis, contra legem divinam, canonicamque inſtitutionem, fœminas ſanctas altaribus ſe ultro ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia presbyteris adminiſtrare, & quod his majus, indecentius, ineptiuſque eſt, corpus & ſanguinem Domini populis porrigere, & alia quæque, quæ ipſo dictu turpia ſunt, exercere, &c. Hoc ergo tam illicitum factum,

ctum, quia ex toto a religione chriſtiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum eſt. Proinde unuſquiſque Epiſcoporum ſollicite, ſagaciterque provideat, ne in ſua parochia tale quid fieri deinceps ſinat. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap.* 45.

TITULUS IV.

AB HÆRETICIS NON SUMATUR EUCHARISTIA.

CAPUT I.

PŒnitentia, & communio a nemine, niſi a catholico ſuſcipiatur. Quod ſi nullus adſit catholicus presbyter, rectius eſt ſine viſibili communione perſiſtere, & inviſibiliter Domino communicare, quam eam ab hæretico ſumendo a Deo
2. Cor. 6. ſeparari. *Nulla enim*, ut ait Apoſtolus, *conventio Chriſti ad Belial, neque pars aliqua fideli cum infideli*, &c. Nam ſacram Chriſti communionem, quamvis viſibiliter, & corporaliter catholici propter imminentes hæreticos habere non poſſint, dum tamen mente Chriſto conjuncti ſunt, ejus communionem inviſibiliter ſumunt. *Concil. Benevent. ſub Victor III.*

TITULUS V.

ENERGUMENI POSSUNT SUMERE EUCHARISTIAM, SED NON MINISTRARE.

CAPUT I.

d. 33. c. 5. USque adeo ſane competimus, illicita quæque prorumpere, ut dæmoniacis, ſimilibuſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur, quibus ſi in hoc opere poſitis aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis de ſua fidelium ſalute confidet, ubi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta perſpexerit calamitate vexari? Atque ideo neceſſario removendi ſunt, ne quislibet, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. *Gelaſ. epiſt.* 1. *cap.* 21.

CAPUT II.

Energumeni, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, nomen neque ad altare cum oblatione recitandum, neque permittendum, ut ſua manu in eccleſia miniſtret. *Elib. c.* 29.

CAPUT III.

Eos, qui a ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerit conſtituti, baptizari placet, ſi vero fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. *Elib. c.* 37.

CAPUT IV.

Energumeni baptizati, ſi de purgatione ſua curent, & ſe ſollicitudini clericorum tradant, monitiſque obtemperent, omnimode communicent, ſacramenti ipſius virtute, vel muniendi ab incurſu dæmonum, quo infeſtantur, vel purgandi, quorum jam oſtenditur vita purgatior. *Arauſ. cap.* 14.

CAPUT V.

d. 33. c. 3. Communiter. Bene majorum regulis definitum eſt, ut dæmoniis aliiſque ſimilibus paſſionibus irretitis, miniſteria ſacra tractare non liceat, &c. Definimus, ut nullus de his, qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel indiſcuſſi, ſe divinis ingerant ſacramentis, exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus dediti in * hujuſmodi paſſionibus in terram approbantur eliſi, qui tamen & ipſi tandiu erunt ab officii ſui, & ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcopi inveniantur ab incurſu dæmonum alieni. *Tolet. XI. c.* 13. *Burch. lib.* 3. *c.* 72. *Ivo part.* 2. *c.* 125. *decret.* * fine.

CAPUT VI.

Si quis cum ſit fidelis, a dæmone corripiatur, debet ne eſſe ſanctorum myſteriorum particeps, an non? Reſpondeo, ſi myſterium non enuntiet, nec ullo alio modo blaſphemet, ſit particeps, ſed non ſingulis diebus, ſufficit enim ſi ſtatis ſolum temporibus. *Timoth. Epiſc. Alexand. reſp.* 3.

TITULUS VI.

DE CULTU, ET VENERATIONE MAXIMA, QUÆ DEBETUR EUCHARISTIÆ, ET MISSÆ SACRIFICIO.

CAPUT I.

SI quis auſus fuerit quidquam de conſecratis in eccleſia abiicere, evangelii (*inquam*) depictum codicem, aut figuram crucis, &c. aut uti tamquam communibus ſacratis Deo, &c. Si fuerint Epiſcopi, aut clerici, deponantur, ſi monachi, aut laici communione priventur. *Nicæn. II. act.* 7. *in fin.*

CAPUT II.

Statuimus in cunctis eccleſiis, ut chriſma, & euchariſtia ſub fideli cuſtodia, clavibus adhibitis, conſerventur, ut non poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda. Si vero is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi per jus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori ſubjaceat ultioni. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 20. *De cuſtod. euch. cap.* 1. *Greg. IX. c.* 8. *de bapti. ſmo, in* 4. *coll.*

CAPUT III.

Tribus gradibus commiſſa ſunt ſacramenta divinorum ſecretorum, id eſt, presbytero, diacono, & miniſtro, qui cum timore, & tremore, Dei reliquias fragmentorum corporis dominici cuſtodiri debent, ne qua putredo in ſacrario inveniatur, ne cum negligenter agitur, portioni corporis Domini gravis inferatur injuria; communio enim corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſi negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant; quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſerventur, ſed cum timore, & tremore clericorum diligentia conſumantur. Qui autem reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putent ſanctæ portioni commiſcere cibum, qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, uſque ad ſextam jejunent miniſtri, qui eam conſumpſerunt, & ſi tertia, vel quarta hora acceperint, jejunent uſque ad veſperam, ſic ſecreta ſanctificatione æterna cuſtodienda ſunt ſacramenta. *Clem. epiſt.* 2. *in princ. Burch. lib.* 5. *c.* 11. *Ivo lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 26. *panorm. & part.* 2. *cap.* *De conſ. d.* 2. *c.* 23.

Digitized by Google

2. *cap.* 21. *&* 64. *decret. Anſelm. lib.* 8. *c.* 38. *in additis.*

CAPUT IV.

Diſt. 23. *c.* 4.

Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicem vero ad perferendum ſanguinem Domini præparatum cum tota munditia miniſterii miniſter præparat, ne non bene lotus calix diacono peccatum fiat offerent, &c. [Tales ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſint dominica ſacramenta tractare, &c. De ſacramentis delegati bene intuendis, ubi non murium ſtercora inter fragmenta dominicæ pottionis appareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & convenientes, qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo, & faſtidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericus, hæc negligat, ſed ſacramenta divina nequaquam negligenter contrectet. *Clem. epiſt.* 2. *ante med.*

CAPUT V.

d. 5. *c. ult.*

Sanctæ communionis myſterium in eiſdem diebus (*loquitur de diebus, quibus menſtrua mulieri conſuetudo accidit*) percipere non debet prohiberi. Si autem ex magna veneratione percipere non præſumit, laudanda eſt, ſed ſi percipit, non judicanda. Bonarum quippe mentium eſt, ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt, &c. *Greg. ad Aug. interrog.* 10. *Anſelm. lib.* 10. *c.* 59. *in additis. Cæſaraug. lib.* 10. *cap.* 56. *Tarrac. lib.* 6. *c.* 225.

CAPUT VI.

Matt. 26.

Ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, nam ſcriptum eſt: *Accipite, & comedite. Carth. c.* 18. *G. Carth. III. c.* 6. *L. Autiſiod. c.* 12. *Trull. c.* 84.

CAPUT VII.

Placuit, ut intra ſanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis viris, vel mulieribus, niſi tantum clericis, ſicut & antiquis canonibus inſtitutum eſt. *Brac.* 1. *c.* 31.

CAPUT VIII.

Non licet mulieri nuda manu Euchariſtiam ſumere. *Antiſ. c.* 6

CAPUT IX.

* *ſi qua.*

Unaquæque mulier, quando communicat, dominicalem ſuum habeat. Quod ſi quem * non habuerit, uſque in alium diem dominicum non communicet. *Antiſ. c.* 42.

CAPUT X.

Quia corpus Domini per eccleſias parochianas dicebatur nimia vetuſtate neglectum, ſtatuerunt Epiſcopi in eodem concilio, ut corpus Domini non plus ſervetur, quam a dominica in alteram. *Bituric. c.* 2. *apud ſynod. Lemov. act.* 2.

CAPUT XI.

De corpore Domini mutando propter presbyteros, qui omnibus dominicis diebus ad eccleſias ſuas nequeunt adeſſe, placet ita inſtitui, ut ab omnibus valeat inexcuſabiliter obſervari, &c. Itaque placet, ut corpus Domini in anno per duodecim terminos renovetur in omnibus illis eccleſiis, ubi inceſſanter cuſtodiri ſolet, hoc eſt in paſcha, in pentecoſte, in nativitate ſancti Joannis, ad vincula ſancti Petri, in Aſſumptione ſanctæ Mariæ, in feſtivitate S. Michaelis, in omnium Sanctorum, in S. Andreæ, in natali Domini, in Hipopanti, in quadrageſima, in media quadrageſima, his enim diſtinctionibus anni omnes presbyteri ad proprias poſſunt recurrere eccleſias, & ipſum corpus Domini, quod mutatur, non niſi a mundis eccleſiæ miniſtris ſumatur. *Lemov. act.* 2. *poſt canones concil. Bituric.*

CAPUT XII.

Panes, quos Deo in ſacrificium offertis, aut a vobis ipſis, aut a veſtris pueris coram vobis nitide, ac ſtudioſe fiant, & diligenter obſervetur, ut panis, & vinum, & aqua, ſine quibus miſſæ nequeunt celebrari, mundiſſime ac ſtudioſe tractentur. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c.* 5.

TITULUS VII.

DE FREQUENTI PERCEPTIONE EUCHARISTIÆ.

CAPUT I.

De celebr. miſſarum c. 9. *Dolentes. Gr. IX. & c.* 2. *eod. tit. in* 4. *coll.*

SUnt & alii, qui miſſarum celebrant ſolemnia vix quater in anno, vel quod deterius eſt, intereſſe contemnunt. Et ſi quando dum hæc celebrantur, interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt exterius collocutionibus laicorum, dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Hæc igitur, & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis inhibemus, diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium diurnum pariter, & nocturnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent, & devote. *Innoc. III. in concil. Later. c.* 17.

CAPUT II.

De pœnit. c. 12. *Gr. IX. & c.* 2. *eod. tit. in* 4. *coll.*

Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, &c. Suſcipiens reverenter ad minus in paſcha euchariſtiæ ſacramentum, niſi forte de conſilio proprii ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum. Alioquin & vivens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Lateranen. c.* 21.

CAPUT III.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo facta oblatione non communicaverit, aut cauſſam dicat, ut ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur, aut ſi non dixerit, communione privetur, &c. *Apoſt. c.* 8. *G.* 9. *L. Capitul. lib.* 1. *c.* 6.

CAPUT IV.

De conſ. d. 1. *c.* 61.

Omnes fideles, qui ingrediuntur eccleſiam, & ſcripturas audiunt, non autem perſeverant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, vel ut inquietudines eccleſiæ commoventes, convenit communione privari. *Apoſt. c.* 9. *G.* 10. *L. Antioch. c.* 2. *Burch. lib.* 2. *c.* 67. *&* 68. *Ivo part.* 6. *c.* 163. *&* 164. *decret.*

CAPUT V.

De conſ. d. 2. *cap.* 52.

Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes ſecum habeat, & plures, quam aliis ſacerdos, &c. In ſo-

ſe-

ſemnioribus diebus aut ſeptem, aut quinque, aut tres diaconos, qui ejus oculi dicuntur, & ſubdiaconos, atque reliquos miniſtros ſecum habeat, qui ſacris induti veſtimentis in fronte, & a tergo, & presbyteri e regione dextra, lævaque contrito corde, & humiliato ſpiritu ac prono ſtent vultu, cuſtodientes eum a malevolis hominibus, & conſenſum ejus præbeant ſacrificio. Peracta autem conſecratione omnes communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus, ſic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet ecclesia: [*Pſalm.* 2.] *Servite*, inquit Dominus per prophetam David, *in timore & exultate ei cum tremore, adorate pure, ne forte iraſcatur, & pereatis de via*, &c. *Anaclet. epiſt.* 1. *in med. Burch. lib.* 3. *cap.* 71. *&* 77. *Ivo part.* 2. *cap.* 67. *decret. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 132. *Cæſar. lib.* 4. *cap.* 49. *Tarrac. lib.* 3. *cap.* 49.

CAPUT VI.

Corpori, & ſanguini dominico quotidie in quadrageſima majori, ſi debeatis communicare, conſuluiſtis. Quod ut fiat, Deum omnipotentem ſuppliciter exoramus, & vos omnes vehementiſſime cohortamur, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit, vel ſi hanc non de criminalibus peccatis conſcientia impœnitens, vel non reconciliata forſaſſis accuſet, vel ſi fratri diſcordanti quis veſtrum ſuo vitio reconciliatus minus exiſtat, &c. Interim tamen quadrageſima, quam mos eccleſiæ majorem appellat, omni eſt die ſervato ſuperiori tenore communicandum. *Nicol. ad Conſult. Bulgar. cap.* 9.

CAPUT VII.

Inter cætera, quæ tibi contra principem mundi, arma, Deo favente contuli, quod potiſſimum eſt, ut corpus dominicum frequenter acciperes, indicavi, & ut certæ fiduciæ Matris Domini te omnino committeres, præcepi, quid inde beatus Ambroſius videlicet de ſumendo corpore Domini ſenſerit, his in litteris intimavi: ait enim in [*Cap.* 6.] libro quarto de ſacramentis inter cætera: „ Si mortem Domini annuntiamus, annuntiamus remiſſionem peccatorum. [*De conſ. d.* 2. *cap.* 14.] [Si quotieſcumque effunditur ſanguis Domini, in remiſſionē peccatorū funditur, debeo illum ſemper accipere, ut ſemper mihi peccata dimittantur “. Item ipſe Ambroſius in libro quinto de ſacramentis: „ Si quotidianus eſt panis, cur poſt annū illum ſumas? quemadmodū Græci in oriente conſueverant facere, accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit ſic vive, ut quotidie merearis accipere, qui non meretur quotidie accipere, non meretur [*Job. c.* 1. *b.*] poſt annū accipere. Quo modo Job ſanctus pro filiis ſuis offerebat quotidie ſacrificiū, ne forte aliquid vel in corde, vel in ſermone peccaſſent. Ergo tu audis, quod quotieſcumque offertur ſacrificiū, mors Domini reſurrectio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorū, & panem iſtum vitæ non quotidianum aſſumis? Qui vulnus habet, medicinā requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt cæleſte, & venerabile ſacramentū “. Item Gregorius Papa in libro quarto Dialogorū: „ Debemus itaque præſens ſæculum, vel quia jam conſpicimus defluxiſſe, tota mente contemnere, quotidiana Deo lacrymarum ſacrificia, quotidianas carnis ejus, & ſanguinis hoſtias immolare, hæc namque ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſalvat, quæ illam mortem unigeniti per myſterium reparat, quod licet ſurgens a mortuis jam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, tamen in ſe ipſo immortaliter, & incorruptibiliter, vivens pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur. Ejus quippe ibi corpus ſumitur, ejus caro in populi ſalute partitur, ejus ſanguis, non jam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus, quale ſit pro nobis hoc ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſſionem unigeniti filii ſemper imitatur “, &c. Item Joannes Chryſoſtomus Patriarcha ad Neophytos: „ Videte, quos vos cibo ſatietatis enutrit. Ipſe nobis cibi ſubſtantia eſt, atque nutrimentum. Nam ſicut mulier, affectionis natura cogente, genitum alere ſui lactis fœcunditate feſtinat, ſic & Chriſtus, quos ipſe regenerat, ſuo ſanguine ſemper enutrit “. Etenim ut idem Joannes ſcribit ad Theodorum monachum: „ Lubricum genus eſt natura mortalis, cito quidem labitur, ſed non ſero reparatur, & ut facile cadit, ita & velociter ſurgit. Debemus, o filia, hoc ad ſingulare confugere ſacramentum, ſingulare appetere medicamentum. Hæc ideo chariſſima beati Petri filia ſcribere procuravi, ut fides, & fiducia in accipiendo corpus Domini major tibi accreſcat. Talem quidem theſaurum, taliaque dona, non aurum, non lapides pretioſos amore patris tui, cælo videlicet Principis, a me tua requirit anima, licet ab aliis ſacerdotibus longe meliora pro meritis poſſis accipere “. *Greg. VII. lib.* 1. *regiſtr. epiſt.* 50. *vel* 47. *ad Mathildem. Burch. lib.* 5. *cap.* 18. *Ivo part.* 2. *cap.* 28. *decret. Cæſar. lib.* 15. *c.* 16.

CAPUT VIII.

Omnes, qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe a perceptione ſanctæ communionis avertunt, hi de eccleſia removeantur, quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. *Antioch. c.* 2. *Mart. Bracharenſ. cap.* 84. [*Vid. de conſ. d.* 2. *cap.* Si quis, 18.]

CAPUT IX.

Qui intrant in eccleſiam, & numquam communicant, admoneantur, quod ſi non communicant, ad pœnitentiam accedant, ſi communicant, non ſemper abſtineant, ſi non fecerint, abſtineantur. *Tolet. I. cap.* 19. [*De conſ. d.* 2. Hi qui, *c.* 20.]

CAPUT X.

Sæculares, qui in natali Domini, paſcha, pentecoſte non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. *Agathenſ. c.* 18. *Burch. lib.* 5. *c.* 23. *Ivo part.* 2. *c.* 33. *decret. Cæſaraug. lib.* 11. *c.* 19. [*De conſ. d.* 2. *cap.* 19.]

CAPUT XI.

Ut ſi non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, niſi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur. *Turon. ſub* [*De conſ. d.* 2. *c.* 16. Et ſi non.]

Ca-

Carolo cap. 30. Capitul. lib. 2. c. 45. Burch. lib. 5. cap. 17. Ivo lib. 1. tit. 4. cap. 28. panorm. & part. 2. cap. 27. decr. Cæſar. lib. 11. cap. 15.

CAPUT XII.

De perceptione ſacri corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti nihilominus monemus, ut quod chriſtianæ religioni expedit, & ſicut vobis a patribus noſtris admonitum eſt, in aliis conventibus, quando poſſibile fuerit, faciatis, & veſtro exemplo vobis famulantes, ut hoc faciant, inſtruatis. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 20. ad ipſos Imperatores.*

CAPUT XIII.

Sane communicatio corporis Domini omni die Dominico debuit celebrari. Ideoque neceſſe eſt, quantum ratio permittit, ut moderna corrigatur conſuetudo, ne forte, qui longe eſt a ſacramentis, quibus eſt redemptus, longe ſit a ſalute, quam fuerat conſecuturus. *Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. ult. cap. 21.*

CAPUT XIV.

De conſ. d. 2. cap. 18. Si quis intrat eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas audit, & pro luxuria ſua avertit ſe a communione ſacramenti, & in obſervandis myſteriis declinat conſtitutam regulã diſciplinæ, illum talem projiciendum de eccleſia catholica eſſe decernimus, donec pœnitentiam agat, & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ, & poſſit communionem percepta indulgentia promereri. *Mart. Brac. c. 84. Antioch. c. 2. Capitul. lib. 7. c. 175. in add.*

CAPUT XV.

Singulis diebus dominicis in quadrageſima præter hos, qui excommunicati ſunt, ſacramenta corporis, & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in cœna Domini, in vigilia paſchæ, & in die reſurrectionis Domini penitus ab omnibus communicandum. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. cap. 41. Burch. lib. 5. cap. 19. Ivo part. 2. cap. 29. decret. Anſelm. lib. 9. cap. 11.*

CAPUT XVI.

Admonendus eſt populus, ut ad ſacroſanctum ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat, &c. Quia ſicut periculoſum eſt, impurum quemque ad tantum ſacramentum accedere, ita etiam periculoſum eſt, ab hoc prolixo tempore abſtinere, ſalva ratione eorum, qui excommunicati non quando eis libet, ſed certis temporibus communicant, & religioſis quibuſque ſancte viventibus, qui pene omni die id faciunt. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 44.*

TITULUS VIII.

DE PERCIPIENDA EUCHARISTIA IN CŒNA DOMINI, VEL IN PASCHATE.

Videin Partis I. Lib. VIII. Tit. VI.

CAPUT I.

De conſ. d. 2. cap. 17. IN cœna Domini a quibuſdã perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ quod in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum eſt, percipienda ſit, eccleſiaſticus uſus demonſtrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis, & ſanguinis Domini ſacramenta reconcilientur. *Cabil. ſub Carolo cap. 47. Capitul. lib. 7. c. 68. in additis. Burch. lib. 5. c. 20. Ivo part. 2. c. 30. decret.*

TITULUS IX.

QUONAM PACTO SE DEBEANT COMPARARE CHRISTIANI AD PERCEPTIONEM EUCHARISTIÆ.

CAPUT I.

QUicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Paul. epiſt. 1. ad Corinthios cap. 11. a num. 27. ad 31.

CAPUT II.

Si laicis abſtinentia imperatur (*a conjugibus*) ut poſſint deprecantes audiri, quanto magis ſacerdos utique omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? &c. *Syric. in ſynod. Rom. epiſt. 4. cap. 9. apud concil. Tolet.*

CAPUT III.

Ne excommunicato eccleſiaſtico, ſive laico *De conſ. d. 2. cap. Tribus. 23.*
de fragmentis oblationum Domini ponatur ad menſam. Unde ſcis tu, qui paſſim ſacrarii panis indignis impendis, unde noſti ſi a mulieribus mundi ſunt? Unde & David ab Abimelech ſa- *1. Reg. 21.*
cerdote interrogatus, cum panes ſibi ad comedendum poſceret, ſi mundus eſſet a muliere, cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducavit, &c. Si poſt ordinationem *Diſt. 81. c. 19. Miniſtri.*
miniſtro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, ſacrarii non intret limina, nec ſacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad dominici corporis portionem * accedat, ** portatio-nem.*
&c. *Clem. epiſt. 2. poſt princ. Ivo part. 6. c. 87. decret. Cæſaraug. lib. 8. cap. 59.*

CAPUT IV.

Sacerdotes, vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel a ſacrificiis divinis, vel a baptiſmatis officio vacant. Nam ſi beatus Apoſtolus ad Corinthios ſcripſit, *Abſtinete vos ad* *Diſt. 31. Tenere, c. 4. & 5.*
tempus, ut vacetis orationi & hoc utique laicis præcepit, multo magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi juge officium eſt, ſemper debebunt ab hujuſmodi conſortio abſtinere. Quod ſi *1. Cor. 7.*
contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore ſacrificare uſurpabit, aut qua conſcientia, quove merito exaudiri ſe credit? cum dictum ſit *Tit. 1.*
Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. Inn. epiſt. 2. cap. 9. & epiſt. 3. cap. 1. Ivo lib. 6. tit. 8. cap. 11. panorm. & part. 6. c. 94. decret. Anſelm. lib. 7. c. 132.

CAPUT V.

Si quis ſua conjuge non cupidine voluptatis *32. q. 4. c. 7. Vir cum propria.*
captus, ſed ſolummodo liberorum creandorum gra-

gratia utitur, iſte profecto ſive de ingreſſu eccleſiæ, ſed ſumendo corporis dominici, & ſanguinis myſterio, ſuo eſt relinquendus judicio, quia a nobis prohiberi non debet, &c. Sic illic, ubi Dominus per creaturam ſubditam hominibus loquebatur, tanta proviſione eſt munditia corporis requiſita, &c. Quanto magis qui corpus Domini omnipotentis accipiunt, cuſtodire in ſe carnis munditiam debent, ne ipſa inæſtimabilis myſterii magnitudine prægravetur? &c. *Greg. ad Auguſt. interr.* 10. *Ivo part.* 8. *cap.* 88. *decret. Tarrac. lib.* 6. *c.* 225.

Exod. c. 19.

CAPUT VI.

Diſt. 6. *cap.* 1. 2.

Quæro ſi poſt illuſionem, quæ per ſomnium ſolet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat, vel ſi ſacerdos eſt, ſacra myſteria celebrare. Eſt in eadem illuſione valde neceſſaria diſcreptio, qua ſubtiliter penſari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate evenerit, omnimodo hæc illuſio non eſt timenda, quia hanc animus neſciens pertuliſſe magis dolendus eſt, quam feciſſe. Cum vero ſupra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen uſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterii, vel miſſarum ſolemnia celebrandi, cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhiberi miniſterium pro eo, quod ſacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alii, qui implere miniſterium valeant, illuſio per crapulam facta a perceptione ſacri myſterii prohibere non debet, ſed ab immolatione ſacri myſterii abſtinere, ut arbitror, humiliter debet, ſi tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concuſſerit. Nam ſunt quibus ita plerumque illuſio naſcitur, ut eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus turpibus imaginationibus non fœdetur, &c. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio dormientis, patet animo ſuus reatus, videt enim a qua radice inquinatio illa proceſſerit, qui quod cogitavit ſciens, hoc pertulit neſciens. Sed penſandum eſt, ipſa cogitatio utrum ſuggeſtione, an delectatione, vel quod majus eſt, peccati conſenſu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, &c. cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnino perpetratum non eſt, cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatū incipit naſci, ſi autem etiam ex deliberatione conſentit, tunc peccatū cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentū, in conſenſu perfectio. Et ſæpe contigit, ut hoc, quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in dilectionem trahat, nec tamen animus eidem delectationi conſentiat. Et cum caro ſine anima delectari nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur, ut ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Unde & ille cæleſtis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati quæ eſt in membris meis.* Si autem captivus erat, minime pugnabat. Quapropter, & captivus erat, & captivus non erat, ſed pugnabat. Igitur legi mentis, lex quæ membris eſt, repugnabat, pugnabat autem, quapropter captivus non erat. Ecce itaque homo eſt, ut ita dixerim, captivus, & liber, liber ex juſtitia, quam diligit, captivus ex delectatione, quam portat invitus. *Gregor. ad Auguſt. interrogat.* 11. *Burch. lib.* 5. *c.* 43. *Ivo part.* 2. *cap.* 52. *decret. Tarrac. lib.* 1. *c.* 157.

Rom. 7.

CAPUT VII.

Corpori, & ſanguini dominico quotidie in quadrageſima majori, ſi debeatis communicare conſultis. Quod ut fiat, Deum omnipotentem ſuppliciter exoramus, & vos omnes vehementiſſime cohortamur, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit, vel ſi hanc non de criminalibus peccatis conſcientia impœnitens, vel non reconciliata fortaſſis accuſet, vel ſi fratri diſcordanti quis veſtrum ſuo vitio reconciliatus minus exiſtat. Nam quem de horum aliquo conſcientia mordet, gravari tanto munere potius, quam remedium conſequi quodlibet arbitremur. *Judicium enim ſibi,* ſecundum Apoſtolum, *manducat, & bibit. Nicol. ad conſulta Bulgaror. cap.* 9.

1. *Cor.* 11.

CAPUT VIII.

Cum laico abſtinentia imperetur, ut poſſit orationi vacans, & Deum deprecans exaudiri, quanto magis ſacerdotibus, levitis, qui omni momento parati eſſe bebent, in omni munditia, & puritate ſecuri, ne aut ſacrificium offerre, aut baptizare, ſi id temporis neceſſitas popoſcerit, cogantur imparati, aut immundi? qui ſi contaminati fuerint carnali concupiſcentia, qua fronte excuſabunt, quo pudore uſurpabunt, qua conſcientia, quo merito exaudiri ſe credent? *Turon. cap.* 5.

CAPUT IX.

Oportet die ſextæ feriæ paſſionis Domini myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis annuntiandum voluit prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum præſtolari, ut pœnitentiæ compunctione mundati, venerabile feſtum Dominicæ reſurrectionis, remiſſis iniquitatibus ſuſcipere mereamur, corporiſque ejus, & ſanguinis ſacramentum mundi a peccato ſumamus. *Tolet. IV. cap.* 6.

CAPUT X.

Si quis ad ſanctiſſimum corpus Domini accedit in ſynaxeos tempore, antequam de eo participet, manus componat in formam crucis, ita accedat, & communionem gratiæ accipiat. Qui vero in auro, vel alia materia id recipiunt, male faciunt, cum præſtet imago Dei his omnibus. Qui dederit eo modo communionem recipientibus, excommunicetur, & qui recipit. *Trullenſ. cap.* 101.

CAPUT XI.

Presbyteri omnino admonendi ſunt, ut cum ſacra miſſarum ſolemnia peregerint, atque communicaverint, pueris, aut aliis quibuslibet perſonis aſtantibus corpus Domini indiſcrete non tribuant. Qui ſi forte majoribus peccatis fuerint irretiti, magis ſibi damnationem, quam remedium ſumere noſcuntur, juxta ſententiam Apoſtoli 1. Cor. 11. dicentis: *Quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Turon. ſub Carolo c. 19.*

CAPUT XII.

In perceptione corporis, & ſanguinis dominici magna diſcretio adhibenda eſt. Cavendum eſt enim, ne ſi nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: Joann. 6. *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Si vero indiſcrete accipiatur, timendum 1. Cor. 11. eſt illud, quod ait Apoſtolus: *Qui manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat, & bibit.* Juxta ejuſdem ergo Apoſtoli documentum, probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere, ut videlicet abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus, animamque ſuam præparet ſe ad percipiendum 1. Reg. 21. tantum ſacramentum, exemplo David, qui niſi ſe falſus fuiſſet abſtinuiſſe ab opere conjugali ab heri, & nudiusrertius, panes propoſitionis nequaquam a ſacerdote accepiſſet. *Cabilon. ſub Carolo cap. 46. Burch. lib. 5. c. 14. Ivo part. 2. c. 24. decret.*

CAPUT XIII.

Habebit etiam Epiſcopus inter hæc omnia, & caſtitatis eminentiam, ita ut mens Chriſti corpus confectura ab omni inquinamento carnis ſit munda, & libera. *Iſidor. de officiis, c. 6. apud Aquiſgran. cap. 9. ante fin.*

CAPUT XIV.

Non ſolum ab opere ſe immundo abſtineat, verum a jactu oculi, & cogitationis errore mens corpus Chriſti confectura ſit libera. *Hieron. in epiſt. ad Titum apud Aquiſgranen. c. 10. in fin.*

CAPUT XV.

Qui in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ii quoque propriam conſcientiam ſequantur, (*loquitur de his, qui ad Euchariſtiam accedere volunt*) & ſeipſos an de eo diſcernant, an non, conſiderent. Quemadmodum in cibis, qui diſcernit, inquit, ſi comederit, condemnatus eſt, in his quoque bonæ ſit conſcientiæ, & libere loquatur, ſecundum propriam cogitationem, qui ad Deum accedit. *Dionyſ. Alexandrinus in epiſt. ad Baſilidem, cap. 4.*

CAPUT XVI.

Tum demum polluimur, quando fœtidiſſimum peccatum operamur. Quando autem naturalis excretio præter voluntatem facta fuerit, tunc naturæ neceſſitate cum aliis hoc quoque ſuſtinemus. *D. Athanaſius ep. ad Ammum monach.*

CAPUT XVII.

Si uxor cum ſuo marito noctu cohabitarit, vel maritus cum uxore, ut fiat ſynaxis, debentne communicare, an non? Reſpondeo non debent, cum clamet Apoſtolus, 1. Cor. c. 7. *Ne fruſtremini vos invicem, niſi ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & rurſus ſimul conveniatis, ne tentet vos Satanas propter intemperantiam veſtram. Timoth. Epiſcop. Alexandr. reſponſ. 5.*

CAPUT XVIII.

Si laicus, qui ſomniavit, clericum interrogaverit, an debet ei permittere communicare, an non? Reſpondeo ſi ſubeſt quidem mulieris deſiderium, non debet. Sin autem tentat eum Satanas, ut per hanc occaſionem a divinorum myſteriorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim ceſſabit illum eo tempore tentare, quando debet communicare eum invadens. *Timoth. Epiſcop. Alexandr. cap. 12.*

CAPUT XIX.

Admonendus eſt populus, ut ad ſacroſanctum ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat, ſed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquandiu ab opere conjugali abſtineat, & vitiis ſe purget, virtutibus exornet, eleemoſynis, & orationibus inſiſtat, & ſic ad tantum ſacramentum accedat. Quia ſicut periculoſum eſt, impurum quemque ad tantum ſacramentum accedere, ita etiam periculoſum eſt ab hoc prolixo tempore abſtinere, ſalva ratione eorum, qui excommunicati, non quando eis libet, ſed certis temporibus communicant, & religioſis quibuſque ſancte viventibus, qui pene omni die id faciunt. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 44.*

TITULUS X.

NON DENEGETUR EUCHARISTIA LEPROSIS, ET ALIIS INFIRMIS.

CAPUT I.

Sanctæ Communionis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi (*loquitur de muliere, quæ menſtruam conſuetudinem patitur*). Si autem ex veneratione magna percipere non præſumit, laudanda eſt; ſed ſi percipiat, non judicanda, bonarum quippe mentium eſt, ibi etiam aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt, quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. *Greg. ad Aug. interrog. 10.* Diſt. 5. cap. ult. §. ult.

CAPUT II.

Leproſis, ſi fideles Chriſtiani fuerint, Dominici corporis & ſanguinis participatio tribuatur, cum ſanis autem convivia celebrare negantur. *Greg. III. epiſt. 4. ante fin. Vormat. c. 31.*

CAPUT III.

Qui regio morbo vexantur, in eccleſia dum ad communionem venerint, poſt omnium ſuppletionem erunt ingreſſuri ad participandum munus. *Zach. epiſt. 5. in med.*

CAPUT IV.

Quamobrem non debeat is, cui ſanguis ex ore, vel naribus profluxerit, corpus, ac ſanguinem Chriſti percipere, regula nulla docet. Nam quod invitus quis patitur, in culpam ei non debet imputari, ac per hoc nec a participatione tanti remedii coerceri. Novimus namque quia mulier, quæ Matt. 9. flu-

Matt. 9. Luc. 8. fluxum patiebatur ſanguinis, poſt tergum Domini humiliter veniens, veſtimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea ſtatim ſua infirmitas receſſit. Si itaque mulier hæc in fluxu ſanguinis poſita veſtimenti Dominici tactu non judicatur indigna, immo ipſius Domini, nam ipſe dixit, *tetigit me aliquis?* cur quibus ſanguinis ex ore, vel naribus fluxum ſuſtinent, non liceat ſalutifera Chriſti ſacramenta percipere. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 65.*

TITULUS XI.

EUCHARISTIA NON DENEGETUR ILLIS, QUIBUS MORS IMPENDET.

CAPUT I.

26. q. 6. c. 9. De his. & cap. 6. Si quis. DE decedentibus antiqua, & canonica lex ſervetur. Ut ſi quis decedat, ultimo, & maxime neceſſario viatico non privetur. Si præter ſpem communione percepta revixerit, orationibus tantum communicet. Et generaliter quocumque decedente petente euchariſtiam Epiſcopus exploret, & det ei oblationem. *Nicæn. c. 13. G. 12. L. Mart. Brac. c. 83. Triburien. 31. Burch. lib. 18. c. 6. Ivo part. 15. c. 31. decret.*

CAPUT II.

De elect. c. 6. Licet. Gr. IX. c. 15. eod. tit. in 2. coll. Si quis de tertiæ partis nominatione confiſus (*loquitur de eo, quem tertia pars Cardinalium eligit Papam*) ſibi nomen Epiſcopi uſurpaverit, tamen ipſe, quam qui eum receperint, excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri ordinis privatione mulctentur, ita ut viatici etiam eis, niſi tantum in ultimis, communio denegetur, &c. *Alex. III. in concil. Later. c. 1.*

CAPUT III.

De conſ. d. 4. cap. Eos quos c. 118. Si Epiſcopi, presbyteri, vel diaconi, ſive ſua ſponte, ſive coacti, ſe rebaptizari permiſerint, in pœnitentia, ſi reſipiſcunt, jacere conveniet, nec orationi non modo fidelium, ſed ne catechumenorum intereſſe, quibus communio laica in morte reddenda eſt. *Felix III. in ſynod. Rom. cap. 2. Burchard. lib. 4. cap. 99. Ivo part. 1. c. 293. decret.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 4. c. 1. 8. Clericis, monachis, aut ſæcularibus, qui ſe rebaptizari paſſi ſunt, duodecim annorum indicitur pœnitentia, at vero viaticum, cum mors inſtat, conceditur. *Felix III. in ſynod. Rom. c. 3. Burch. lib. 4. c. 99. Ivo part. 1. c. 293. decret.*

CAPUT V.

Vide cap. 1. De tornea. menta. Deteſtabiles illas nundinas, vel ferias, in quibus milites ex condictio convenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum, & audaciæ temere congrediuntur, unde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proveniunt, omnino fieri interdicimus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti pœnitentia, & viaticum non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. *Innoc. II. in ſynod. Rom. c. 10. Eugen. III. in concil. Rhemen. c. 12. poſt Ivon. panorm.*

CAPUT VI.

33. q. 2. c. 12. Qui acta pœnitentia in fornicationem iterum incidunt, ſola intra eccleſiam fidelibus oratione jungantur, a Dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur, quibus cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri. *Syric. epiſt. 1. cap. 5. Burch. lib. 19. cap. 37. Ivo part. 15. cap. 71. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 143. Cæſar. lib. 15. c. 9. Tarrac. lib. 6. cap. 28.*

CAPUT VII.

Has impudicas, (*loquitur de monachis, & ſanctimonialibus lapſis*) deteſtabileſque perſonas a monaſteriorum cœtu, eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe mandamus, quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoqui, ut eis, vel ad mortem ſaltem ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubvenire. *Syric. epiſt. 1. cap. 6. Tribur. c. 23. & 26. Anſelm. lib. 11. cap. 143.*

CAPUT VIII.

Si quis (*pœnitens*) in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat. *Innoc. epiſt. 1. c. 7. Capit. lib. 5. c. 67. Cæſar. lib. 15. c. 27. Tarrac. lib. 4. c. 36.* *De conſ. d. 3. De peniten. c. 17.*

CAPUT IX.

Quæſitum eſt, quid de eis obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem communionis expoſcunt, &c. Conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur: nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, & ne Novatiani hæretici, negantes veniam, aſperitatem, & duritiam ſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi vel in ſupremis ſuis permittere Salvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur. *Innoc. ep. 3. c. 2. Tribur. c. 31. in fin.*

CAPUT X.

Condemnatus eſt Baſſus a ſynodo, ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegetur propter humanitatem pietatis eccleſiæ. *Xyſtus III. epiſt. unic.*

CAPUT XI.

Qui ad iterandum baptiſmum vel metu coacti ſunt, vel errore traducti, pœnitentiam agant, &c. In quibus, ſi quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſollicitudinem communionis gratia, ſubveniri. *Leo epiſt. 77. ad Nicetam Epiſc. Aquileien. c. 6. Burch. lib. 4. c. 48. Ivo part. 1. c. 242. decret.* *26. q. 7. Tempora. c. 2.*

CAPUT XII.

De communione dandi morientibus ſignis eam petentibus. *Leo epiſt. 86. ad Theodor. Forojul. Epiſc.*

CAPUT XIII.

Virginibus ſacris temere ſe quoſdam ſociare cognovimus &c. his viaticum de ſæculo tranſeuntibus ſi tamen pœnituerint, non negetur. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 22. Tribur. cap. 23. Raban. c. 5. de pœnit.*

CAPUT XIV.

Diſt. 50. cap. 10. Accedens. Presbyter depoſitus, qui auſus fuit offerre ſacrificium, privatur perceptione Euchariſtiæ, præterquam in obitu. *Greg. lib. 4. epiſt. 5. Venantio Epiſc. Lunen.*

CAPUT XV.

Qui patrem, matrem, fratrem, ſororem occiderint, toto tempore vitæ ſuæ non ſuſcipiant Dominicum, niſi tempore exitus pro viatico. *Greg. II. epiſt. 8. ante fin.*

CAPUT XVI.

Apoſtatis pœnitentibus non negetur viaticum. *Ancyr. c. 6. Vide lib. XI. tit. IV.*

CAPUT XVII.

Si quis fidelis habens uxorem ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus, & ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus, rurſus fuerit mœchatus, placuit ulterius non edere eum de communione pacis. *Eliber. cap. 47.*

CAPUT XVIII.

De his, qui apoſtatant, & antequam ſe ad eccleſiam repræſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate correpti, petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, niſi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ. *Arelat. I. c. 23.*

CAPUT XIX.

De his, qui in pœnitentia poſiti vita exceſſerunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti, ſed pro eo, quod honoravit pœnitentiã, oblatio illius recipiatur. *Arelat. II. c. 12. vide Carth. IV. c. 79.*

CAPUT XX.

26. q. 6. c. 8. Is, qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ſacerdos venit, obmutuit, vel in phreneſim incidit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia, &c. *Carthag. IV. c. 76. Capitul. lib. 5. c. 75. Burch. lib. 18. cap. 10. Ivo part. 15. cap. 8. decret. Anſelm. lib. 11. c. 16.*

CAPUT XXI.

Pœnitentes, qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant. *Cart. IV. c. 77. Ivo p. 15. c. 9. decr.*

CAPUT XXII.

26. q. 6. c. 8. in fin. Pœnitentes, qui in infirmitate viaticũ Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſupervixerint. *Carthag. IV. c. 78. Capitul. lib. 5. c. 54. & 76. Burch. lib. 19. c. 23. Ivo part. 15. cap. 10. decret. Anſelm. lib. 11. c. 15.*

CAPUT XXIII.

** beaticam benedictionem.* Juvenes in infirmitate poſiti viaticum * percipiat. *Barcinon. c. 9.*

CAPUT XXIV.

Si qua vidua Epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cum ea convivium ſumat, numquam communicet, morienti tantum ei ſacramentum ſubveniat. *Tolet. c. 18. Mart. Brac. c. 29.*

CAPUT XXV.

Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput a ſacerdote, ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur, &c. Viaticum tamen omnibus in morte poſitis non negandum. *Agath. cap. 15. Burch. lib. 19. c. 27. Ivo part. 15. c. 17. decret. Capitul. lib. 5. c. 58. & lib. 7. c. 310.* *Diſt. 50. c. 63.*

CAPUT XXVI.

Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi * ſecundum definitiones patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter viaticum nominaverunt, &c. *Arauſ. cap. 3. Raban. cap. 36. de pœnit. Burch. lib. 18. cap. 17. Ivo part. 15. cap. 39. decret.* *26. q. 6. c. 7.* ** reconciliationi.*

CAPUT XXVII.

Si cui diſcrimen mortis immineat, damnationis conſtitutæ tempora relaxentur. Si ægrotum accepto viatico revaleſcere fortaſſe contingit, ſtatuti temporis ſpatia obſervare conveniet. *Epaun. cap. 36.*

CAPUT XXVIII.

De promotionibus (*quorumdam clericorum, qui contra eccleſiæ leges ordinantur*) ſi quis clericus, aut civis teſtis extiterit, quorum teſtimonio dum creditur, frequenter Pontificis ignorantia prævenitur, cum agnitum fuerit, ordinationem illicite celebratam, anno integro a communione pellantur. Qui ſi in infirmitate deciderint, eis viaticum non negetur. *Aurelian. III. cap. 6.*

CAPUT XXIX.

Si quis conſecratæ, vel devotæ, id eſt, religionem profeſſæ, vim inferre præſumpſerit, a communione eccleſiaſtica uſque ad exitum repellatur, viatico tantum ei infirmitatis periculo reſervato. Quod ſi quæ rapta dicitur, cum raptore habitare conſenſerit, & ipſa excommunicatione ſimili feriatur. Quæ forma & de pœnitentibus, ac viduis in propoſito manentibus ſub diſtrictione eccleſiaſtica conſervetur. *Aurelian. III. cap. 16.*

CAPUT XXX.

Si quis pœnitentiæ benedictione ſuſcepta, ad ſæcularem habitum, militiamque reverti præſumpſerit, viatico conceſſo uſque ad exitum excommunicatione plectatur. *Aurel. III. cap. 24.*

CAPUT XXXI.

Perfugis communio tantum in exitu concedatur. *Tolet. VIII. cap. 5.*

CAPUT XXXII.

Si quis Epiſcoporum magnatis cujuſquam uxorem, filiam, neptem, ſeu quolibet illum gradu adhibito pertingentem, quacumque fraude, vel ſubtilitate adulterina pollutione fœdaverit, & honoris proprii gradum amittit, & ſub exilii relegatione perpetuam excommunicationis ſententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus eſt. *Tolet. XI. cap. 5.*

CA-

CAPUT XXXIII.

15. q. 2. c. 30. His, a quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet, &c. ſi quiſquam horum immemor præceptorum, aut in eccleſiæ ſuæ familiis, aut in quibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, & conceſſi ordinis honore privetur, & loco, ſub perpetuo quoque damnationis teneatur religatus ergaſtulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda eſt
Burch. 18. & 33. propter Domini miſericordiam, *Qui non vult peccatoris mortem, ſed ut convertatur, & vivat. Tolet. XI. cap. 6. Raban. cap. 30. de pœnit. Burch. lib. 1. cap. 201. Ivo part. 5. cap. 315. decr. Cæſar. lib. 5. cap. 62. Tarrac. lib. 4. c. 69.*

CAPUT XXXIV.

Qui hujus nefariæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus ſeſe implicari permiſerint, & contra naturam maſculi in maſculos hanc turpitudinem operati fuerint, &c. niſi eos digna ſatisfactio pœnitentiæ accipere corpus & ſanguinem Chriſti in fine permiſerit, nec in exitus ſui die ſecundum canonum inſtituta communionis perceptione ſe noverint relevari. *Tolet. XVI. cap. 3.*

CAPUT XXXV.

Mulieri, quæ votum caſtitatis violavit, & ea de cauſſa agit pœnitentiam, non negetur viaticum, cum ei mors impendet. *Synod. Forojul. c. 11.*

CAPUT XXXVI.

Presbyter, qui præeſt eccleſiæ, ſi finem alicujus urgentem perſpexerit, commendet animam chriſtianam Domino Deo ſuo more ſacerdotali, cum acceptione ſacræ communionis, corpuſque ſepulturæ, non ut mos eſt gentilium, ſed ſicut chriſtianorum. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 3. cap. 5.*

CAPUT XXXVII.

26. q. 7. c. 1. Ab infirmis in mortis periculo poſitis per presbyteros pura eſt inquirenda confeſſio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, &c. & ideo ſecundum canonicam auctoritatem ne illis janua pietatis clauſa videatur, orationibus, & conſolationibus eccleſiaſticis ſacra cum unctione Dei animati ſecundum ſtatuta ſanctorum patrũ communione viatici reficiantur. *Magunt. ſub Rabano cap. 26. Burch. lib. 18. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 36. decret. Cæſar. lib. 15. cap. 25. Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 7.*

CAPUT XXXVIII.

Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicum juſſum danda eſt, cur non etiam eis, qui pro ſuis peccatis pœnam extremam perſolvunt. *Magunt. ſub Raban. cap. 27. Vormar. cap. 79. al. 80.*

CAPUT XXXIX.

Parricidis pœnitentibus viaticum non negetur. *Vormar. cap. 30.*

CAPUT XL.

23. q. 2. c. 31. Fures. de furt. c. 1. Greg. IX. & c. 4. eod. tit. in 1. coll. Si fur, vel latro vulneratus elabitur, & expectatione mortis deſperatus putatur, atque reconciliari ſe myſteriis ſacroſanctis, habitu corporis, & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoque & ſacerdoti, comite vita, emendationem morum, & actuum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam. *Triburienſ. c. 31. Burch. lib. 11. cap. 59. & 75. Ivo part. 13. cap. 45. & part. 14. cap. 123. decret. vide poſt concil. Later. Alexand. III. part. 34. cap. 3.*

CAPUT XLI.

Qui Epiſcopum dolo occidit, communionem ſanctam accipere non poteſt, in exitu autem vitæ pro miſericordia ei viaticum detur. *Lemovic. action. 2.*

CAPUT XLII.

Cum eſt interdictum, infirmis remedio pœnitentiæ, & communionis ſubveniatur. *Pictav. cap. 1.*

CAPUT XLIII.

Ne viaticum negetur homicidæ pœnitenti, ſi ante pœnitentiæ terminum e vivis excedat. *Greg. Nyſſenus ad Letoium, cap. 5.*

CAPUT XLIV.

Si quis de corpore exiens noviſſimum & neceſſarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur, &c. Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum, cum conſideratione, & probatione Epiſcopi accipere debent. *Mart. Brachar. cap. 83. Nicæn. cap. 13.* 26. q. 6. c. 6.

CAPUT XLV.

Syricius conſtituit, ut Manichæi non participarent cum fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret ſanctum corpus Domini contrectari, & ut converſus de Manichæis non communicaret uſque ad ultimum diem, quo viaticum acciperet. *Ex Pontif.*

TITULUS XII.

QUIBUS DE CAUSIS PROHIBEANTUR CLERICI, AUT LAICI A PERCEPTIONE EUCHARISTIÆ.

CAPUT I.

PRæſenti decreto ſtatuimus, ut niſi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile fuerit oſtenſum, appellatione remota, ſemper prævaleat, ſuum conſequatur effectum, quod a majoris, vel ſanioris parte capituli fuerit conſtitutum, &c. Si quis hujuſmodi conſuetudines, quæ non ratione juvantur, nec ſacris congruunt inſtitutis, jurare præſumpſerit, donec congruam egerit pœnitentiam, a perceptione Dominici corporis fiat alienus. *Alex. III. in concil. gen. Later. cap. 16.* *De his, quæ fiunt a maj. part. capit. cap. 1. Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT II.

Uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat, &c. *Alex. III. in concil. Later. cap. 25.* *De uſur. c. 3. Greg. IX. & c. 4. eod. tit. 1. in 1. coll.*

CAPUT III.

Ne ad communionem recipiantur eccleſiæ (*loquitur de iis, qui quibuſdam hæreticis favebant*) niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abjuratis, &c. Illos autem, qui admonitioni Epiſcoporum in hujuſmodi parere contempſerint, a perceptione corporis & ſanguinis Domini jubemus fieri alienos. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 27.* *De hær. c. 7. in 1. coll.*

CAPUT IV.

Peregrini Epiſcopi, presbyteri, diaconi etiam

cum

Digitized by Google

cum commendatitiis non admittantur ad communionem, niſi in religione probati ſint. *Apoſt.* 32. *G.* 34. *L.*

CAPUT V.

33. q. 10. c. 12. Quoſdam chriſtianos ad apoſtaſiam tranſeuntes, & idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione profanatos a Chriſti corpore, & ſanguine, quo dudum redempti fuerunt, renaſcendo, jubemus abſcindi, &c. *Syric. epiſt.* 1. *cap.* 3.

CAPUT VI.

33. q. 2. c. 12. De his non incongrue dilectio tua Apoſtolicam ſedem credidit conſulendam, qui acta pœnitentia tanquam canes, ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, ſibi inhibitos denuo appetivere concubitus. De quibus, quia jam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut ſola intra eccleſiam fidelibus oratione jungantur, ſacris myſteriorum celebritatibus, quamvis non mereantur, interſint, a Dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur, &c. Quibus tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri. *Syric. epiſt.* 1. *cap.* 5. *Burch. lib.* 19. *cap.* 57. *Ivo part.* 15. *cap.* 71. *decret. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 143. *Cæſar. lib.* 15. *cap.* 9. *Tarrac. lib.* 6. *cap.* 28.

CAPUT VII.

Non tamen pro hac re ſacri corporis, ac ſanguinis Domini communione privandi ſunt, conjuncti ante baptiſma cum uxore patris, vel fratris: ſi poſt baptiſma id perpetraverunt, corporis, & ſanguinis Domini communione privandi ſunt. *Greg. ad Aug. interr.* 7.

CAPUT VIII.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impertiendam eſſe illi communionem. *Eliber. cap.* 6. *Hæc eadem pœna imponitur in multis capitibus hujus concilii Eliberit.*

CAPUT IX.

Clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe ſine litteris Epiſcopi ſui, &c. ita nemo ſubtilis fugiens alterius communionem, ad alterum latenter accedet. *Carthag. I. cap.* 7. *L. vide Agathenſ. cap.* 52.

CAPUT X.

Qui ſacramento ſe obligaverit, ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communione ſanguinis, & corporis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit jejuniis abſolvat. *Ilerd. c.* 7. *refert. Troſl. c.* 11. *Raban. c.* 20. *de pœnit. Burch. lib.* 12. *c.* 17. *Ivo part.* 12. *cap.* 74. *decret.*

CAPUT XI.

Diſt. 81. c. 14. Si Diaconus, vel presbyter pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmoverit, ſic * quoque ſi alii defuerint, & cauſa certa neceſſitatis exoritur, poſcentem baptiſmum liceat baptizare. *Aurel. c.* 14. *vel* 12. *Ivo part.* 6. *c.* 368. & *part.* 15. *c.* 18. *decret. Tarrac. lib.* 6. *c.* 4.

* hic.

CAPUT XII.

Ne quis fidelium propinquam ſanguinis ſui, uſque quo affinitatis lineamenta generis ſucceſſione cognoſcit, in matrimonio ſibi deſideret copulari, &c. Si quis hujus decreti temerator extiterit, ac vetitum violare præſumpſerit, tanto graviore ſententia mulctandum, &c. tantoque annoſioris excommunicationis tempore a Chriſti corpore, & fraternitatis conſortio ſequeſtretur, quanto fuerit propinquioris ſanguinis contagione pollutus. *Tolet. II. c.* 5.

CAPUT XIII.

Quicumque res eccleſiis delegatas injuſte poſſidens præſumpſerit retinere, &c. ab omnibus eccleſiis ſegregatus, a ſancta communione habeatur extraneus, &c. Indigne enim ad altare Domini propinquare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet rapere, & injuſte poſſidere. *Turon. II. c.* 26. *Pariſ. c.* 1.

CAPUT XIV.

Sunt qui in feſtivitate cathedræ Petri Apoſtoli cibos * mortuis afferunt, & poſt miſſas redeuntes ad domos proprias, ad gentilium revertuntur errores, & poſt corpus Domini ſacratas Dæmoni eſcas accipiunt, &c. Epiſcopi ab eccleſia ſancta repellant, nec participare ſancto altario permittant, qui gentilium obſervationes cuſtodiunt, quid enim Dæmonibus cum Chriſto commune, cum magis ſumendo cibum delicta videatur addere, quam purgare. *Tur. II. c.* 23.

* victimas.

CAPUT XV.

A paſchali gaudio depellatur, nec in eo ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſſionis ejus per abſtinentiam non honoravit. *Tolet. IV. c.* 7.

CAPUT XVI.

Clericus qui *alleluja* in quadrageſima, vel Kalen. Januar. decantat, ordinis officio, & communione paſchæ privetur. *Tolet. IV. c.* 10. *vide Turon. II. c.* 23.

CAPUT XVII.

Quicumque deinceps propter accipiendam ſacerdotis dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtuliſſe, ex eodem tempore ſe noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque a participatione Chriſti corporis, & ſanguinis alienum, ex quo illum conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium. *Tolet. VIII. c.* 3.

CAPUT XVIII.

Qui diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab ejuſdem diei ſancta communione, & ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat. *Tolet. VIII. cap.* 9.

CAPUT XIX.

Diſcordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſuimus, &c. Et ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat, ſed geminato tempore per pœnitentiam compenſabunt, quod diſcordiæ ſervierunt. *Tolet. XI. c.* 4.

CA-

CAPUT XX.

Qui hujus nefariæ actionis patratores exſtiterint, quique in his turpitudinibus ſeſe implicari permiſerint, & contra naturam maſculi in maſculos hanc turpitudinem operati fuerint, &c. niſi eos digna ſatisfactio pœnitentiæ accipere corpus, & ſanguinem Chriſti in fine permiſerit, nec in exitus ſui die ſecundum canonum inſtituta communionis perceptione ſe noverint relevari. *Tolet. XVI. c. 3.*

CAPUT XXI.

Sancti Dei, qui ante nos eccleſiam rexerunt, eos, qui voluntarium homicidium fecerint, pœnitentiam, quandiu viverent, facere ſtatuerunt, & ut nunquam acciperent ſanctam commonionem, niſi in fine pro viatico, decreverunt. *Trullen. in epiſt. ad Rother. & alios poſt med.*

CAPUT XXII.

Imaginum deſtructor ſit extorris a corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel totius eccleſiæ unitate, atque compage. *Greg. III. in Syn. 93. Epiſc. ex Pontif. poſt princ.*

Vide plura in libris de pœnis peccatorum in III. Parte.

TITULUS XIII.
DE COMMUNIONE LAICA.

CAPUT I.

De conſ. d. 4. cap. Eos quos. 118. QUos Epiſcopos, presbyteros, vel diaconos fuiſſe conſtiterit, (*loquitur de his, qui fuerunt rebaptizati*) & ſeu optantes forſan, ſeu coactos lavacri illius unici, ſalutariſque claruerit fuiſſe jacturam, &c. uſque ad exitus ſui diem in pœnitentia, ſi reſipiſcunt, jacere conveniet, nec orationi non modo fidelium, ſed nec catechumenorum omnimodis intereſſe, quibus communio laica tantum in morte reddenda eſt. *Felix III. in Synod. Rom. cap. 2. Burch. lib. 4. cap. 99. Ivo part. 1. c. 293. decret.*

CAPUT II.

Sane ſi (*Photius*) viva voce, & proprio ſcripto nobis, in omnibus, quæ tam per nos, quam per deceſſorem meum ſtatuta ſunt, obedire ſpoponderit, & prædicti prophani conciliaboli pœnitentia motus geſta damnaverit, laicæ communionis ei gratiam non negamus. *Hadrian. II. in ſynod. Rom. cap. 2. apud ſynod. VIII. ſub eodem Hadrian. act. 8.*

CAPUT III.

Si presbyter, diaconus, clericus relinquat ſine licentia ſui Epiſcopi ſuam parœciam, in alia non miniſtret. Si ab Epiſcopo revocetur & contempſerit, ut laicus communicet. *Apoſt. c. 15.*

CAPUT IV.

Diſt. 24. c. 5. Quiſquis ſane clericus, aut viduam, aut certe ſecundam conjugem duxerit, omni eccleſiaſticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica ſibi tantum communione conceſſa, quam ita demum poterit poſſidere ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat. *Syric. epiſt. 1. cap. 11. Ivo part. 6. cap. 51. decret. Anſelm. lib. 8. cap. 5. Tarrac. lib. 3. c. 28.*

CAPUT V.

1. q. 4. c. 9. Hominini, §. Cum ergo. Noſtræ lex eccleſiæ eſt, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem, laicam tantum tribuere communionem. *Innoc. epiſt. 22. c. 4.*

CAPUT VI.

Non bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſſa utilitatis, aut neceſſitatis fieri poſſe, (*loquitur de mutationibus Epiſcoporum*) quoties communis utilitas, aut neceſſitas perſuaſerit. Nullum enim ex his, aut ex aliis, qui meliori conſilio mutaverunt civitates neceſſitate quadam, vel utilitate eccleſiaſtica, aut laica communione carere reperimus, nec ullatenus umquam fieri debet. *Pelag. II. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT VII.

De quodam presbytero depoſito, & de ſubdiaconis quibuſdam item depoſitis, quibus conceditur facultas communicandi inter laicos. *Greg. lib. 4. epiſt. 5. & ep. 16.*

CAPUT VIII.

Quicumque ſane tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam (*loquitur de Diaconis*) ſi poſtea ad nuptias venerint, a miniſterio, vel clero ceſſare debebunt, laicam tantum recipientes communionem. *Ancyran. c. 10. in ſecunda editione.*

CAPUT IX.

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit, ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia poſt triennium accipere communionem. Quod ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere. *Eliber. cap. 76.*

CAPUT X.

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, aut teſtimonium falſum dixerit, ab officii honore depoſitus, in monaſterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantum communionem accipiat. *Agathen. c. 50.* *Diſt. 50. c. 7.*

CAPUT XI.

Nullus clericorum a ſubdiacono, & ſupra propriæ uxori miſceatur. Quod ſi fecerit, laica communione contentus, juxta priorum canonum ſtatuta, ab officio deponatur, quem ſi ita viventem Epiſcopus ad officium admiſerit, Epiſcopus ſit tribus menſibus a ſuo officio ſequeſtratus. *Aurelian. III. c. 2.*

CAPUT XII.

Si quis (*clericus*) ſuperbia elatus officium ſuum implere noluerit, laica communione contentus, ab ordine depoſitus habeatur. *Aurel. III. c. 19.*

CAPUT XIII.

Ebbo Archiepiſcopus pro reatibus, & criminibus confeſſis in ſynodo dejectus fuit, & a Sergio Papa confirmante dejectionem illius damnatus extitit, ut in laica tantummodo communione permaneret, &c. ſedes Apoſtolica per Sergium Papam dictum Ebbonem damnavit Epiſcopum, adeo ut inter laicos communionem tantum habere mereretur. *Synod. apud S. Medard. in accuſatione Hincmari, poſt med.*

CAPUT XIV.

Qui peccatum ad mortem peccant clerici, a

gia-

gradu quidem deponantur, a laicorum autem communione non arceantur. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 32.

TITULUS XIV.
DE PEREGRINA COMMUNIONE.
CAPUT I.

Diſt. 50. c. 21. Contumaces clerici ab Epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur. *Agathen. c. 2. Ivo part. 6. c. 366. decret. Capitul. lib. 7. c. 311. & in addit. c.* 280.

CAPUT II.

13. q. 2. c. 21. Clerici. Si quis clericus furtum eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur. *Agathen. cap.* 5. *Raban. c.* 18. *de pœnit.*

CAPUT III.

Quod in quibuſdam ſchiſmaticis, magis quam hæreticis recipiendis Nicænum concilium ſtatuit, a ſingulis per territoria ſua, hoc etiam præſens conventus in hoc ſtatuit ab omnibus ſervari debere (*loquitur ſynodus de quodam, qui fuerat ordinatus Epiſcopus a duobus tantum, & ſine auctoritate Metropolitani*) id eſt, ut cuicumque de fratribus tale aliquid charitatis concilia dictaverint, liceat ei in unam parochiarum ſuarum eccleſiam concedere *, in qua, aut Chorepiſcopi nomine, ut idem canon loquitur, aut peregrina, ut ajunt, communione foveatur. *Rhegien. c.* 3. *vide Nicæn. cap.* 8.

** al. credere.*

CAPUT IV.

1. q. 2. c. 38. Clericus, qui ſede Epiſcopi ſui vacante quidpiam abſtulit, reus ſacrilegii prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque peregrina ei communio concedatur. *Ilerd. cap.* 16.

TITULUS XV.
DE IIS, QUI ACCEPTAM EUCHARISTIAM NON CONSUMUNT.
CAPUT I.

Si quis acceptam a ſacerdote Euchariſtiam, non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur. *Tolet. I. cap.* 14.

CAPUT II.

Euchariſtiæ gratiam ſi quis probetur acceptam non conſumpſiſſe in eccleſia, anathema ſit in perpetuum. *Cæſar. cap.* 3.

CAPUT III.

In canone Toletani concilii primi præceptum eſt, ut ſi quis acceptam a ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur, nec adjecta eſt ibi diſcretio voluntatum, cum & infidelis infideliter accipiat, & fidelis, fideliter acceptat, quod naturalis illum neceſſitas, deglutire non ſinat, &c. Quod in multorum exitu vidimus, qui optatum ſuis votis ſacræ communionis expetentes viaticum, collatam ſibi a ſacerdote Euchariſtiam rejecerunt, non quod infidelitate hæc agerent, ſed quod præter dominici calicis hauſtum, traditam ſibi non poſſent Euchariſtiam deglutire, &c. Quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus, Euchariſtiam perceptam rejecerit, in nullo eccleſiaſticæ damnationi ſubjaceat: Nec qui talia, aut tempore infantiæ faciunt, nos in qualibet mentis alienatione poſiti, qui quod fecerint, ignorare videntur, jam vero quicumque aut de fidelium, vel infidelium numero corpus Domini abſque inevitabili, ut dictum eſt infirmitate projecerit, ſi fidelis eſt perpetua communione privetur, ſi infidelis eſt, & verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod ſi horum quilibet hujuſmodi exceſſus digna pœnitentiæ ſatisfactione defleverit, poſt quinquennium licebit illum communioni priſtinæ reformari. *Tolet. XI. cap.* 11.

TITULUS XVI.
COMMUNIA DE EUCHARISTIA.
CAPUT I.

Ne aliquis communicet de altari, niſi corpus ſeparatim, & ſanguinem ſimiliter, niſi per neceſſitatem, aut per cautelam. *Urban. II. in concil. Claromont. cap.* 28.

CAPUT II.

Eos, qui religioſitatis ſpeciem ſimulantes, dominici corporis, & ſanguinis ſacramentum, baptiſma puerorum, ſacerdotium, & cæteros eccleſiaſticos ordines, & legitimarum damnans fœdera nuptiarum, tamquam hæreticos ab eccleſia Dei pellimus, & damnamus, & per poteſtates exteras coerceri præcipimus. Defenſores quoque ipſorum ejuſdem damnationis vinculo innodamus. *Innoc. III. in ſynod. Rom. cap.* 17.

CAPUT III.

Quod aſſeritis, Græcos vos prohibere communionem ſuſcipere ſine cingulis, quibus ſacræ ſcripturæ teſtimoniis hoc prohibere jure probentur, nos penitus ignoramus, niſi forte illo, quo Dominus præcepit, dicens: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Verum hoc ſancti Evangelii teſtimonium non per litteram, ſed per ſpiritum oportet impleri. *Nicol. ad conſult. Bulg. cap* 55. *Luc. 12.*

CAPUT IV.

Epiſcopus ab eo, qui non communicat, munera non accipiet. *Elib. cap.* 28.

CAPUT V.

Placuit, ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur. *Carth. III. cap.* 6.

CAPUT VI.

Admiſtionem Euchariſtiæ ſimul conſecrandam cenſuimus. *Arauſ. cap.* 17.

CAPUT VII.

Ut corpus Domini in altari, non in armario * ſed ſub crucis titulo componatur. *Turon. II. cap.* 3.

** in imaginario.*

CAPUT VIII.

Cyprianus dicit: „ Itaque in oratione dominica panem noſtrum, id eſt Chriſtum, dari „ nobis quotidie petimus, ut qui in Chriſto manemus, & vivimus, a ſanctificatione, & corpore ejus non recedamus “. Hilarius: „ Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quid „ enim tam vult Deus, quam ut quotidie Chriſtus habitet in nobis qui eſt panis vitæ, & panis e cælo? & quia quotidiana oratio eſt, quotidie quoque, ut detur, oratur “. *Tolet. IV. cap.* 9.

In ſerm. de oratione dominica.

In Enchir. ad Laur. ult. med.

CA-

CAPUT IX.

Diſt. 43. c. 5. De Judæis præcepit ſancta ſynodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri, &c. Qui autem jam pridem ad chriſtianitatem venire coacti ſunt, &c. quia jam conſtat, eos ſacramentis divinis ſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate unctos eſſe, & corporis Domini, & ſanguinis extitiſſe participes, oportet, ut fidem etiam, quam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur. *Tolet. IV. cap. 56. Burch. lib. 4. cap. 82. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 65. panorm: & part. 1. cap. 276. & part. 13. cap. 94. decret.*

CAPUT X.

Olympius, quod non potuit per manum armatam, facere ſurreptitio modo per miſſarum ſolemnia niſus eſt. Implere in eccleſia enim Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ ad præſepe, dum ei communionem porrigeret, ſanctiſſimus Papa, voluit interimere eum, ut demandaverat ſuo ſpatario: ſed Deus omnipotens excæcavit ſpatarium Olympii Exarchi, & non eſt permiſſus videre Pontificem, quando Exarcho communionem porrexit, vel pacem * dedit, ne ſanguis ejus effunderetur. *Pontif. in Martin. ante fin.* * *panem.*

LIBER DECIMUSTERTIUS.

Pars poſterior de Sacrificio Miſſæ.

TITULUS I.

DE MINISTRIS, QUI OFFERUNT SACRIFICIUM, ET DE HIS, QUI NON POSSUNT OFFERRE.

Vide Partis I. Lib. VI. Tit. IV. & Partis II. Lib. XII. Tit. III.

CAPUT I.

HOC *facite in meam commemorationem. Chriſtus Apoſtolis poſt conſecrationem panis, & vini. Lucæ cap. 22. num. 19.*

CAPUT II.

Hoc facite in meam commemorationem, &c. *Hoc facite, quotieſcumque bibetis, in meam commemorationem. Chriſtus ex Paulo 1. Corinth. 11. num. 24.*

CAPUT III.

De ſumm. Trinit. c. 1. Greg. IX. Una eſt fidelium univerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur, in qua idem ipſe ſacerdos, & ſacrificium Jeſus Chriſtus, cujus corpus, & ſanguis in ſacramento altaris, ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continentur, &c. Et hoc utique ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos fuerit rite ordinatus ſecundum claves eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Jeſus Chriſtus. *Innoc. III. in concil. gener. cap. 1.*

CAPUT IV.

16. q. 1. c. Cunctis, 41. Non utique miſſas ſine (*Epiſcopi*) juſſu quiſquam presbyter in ſua parochia agat. *Clem. ep. 3. poſt med. Tribur. cap. 32. Burch. lib. 2. cap. 93. Ivo part. 2. cap. 123. & part. 6. c. 90. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 97.*

CAPUT V.

Miniſterio presbyterorum contenti ſint (*Chorepiſcopi*) atque menſa Domini tantummodo participes exiſtant, &c. Non licet Chorepiſcopis publice in miſſa quemquam pœnitentem reconciliare, &c. nec Epiſcopo præſente, niſi illo jubente, ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti conficere, &c. *Damaſ. epiſt. 4. in med. Leo 86. in fin.*

CAPUT VI.

1. q. 1. cap. 101. Conſtat. Multos conſtat vim paſſos, atque invitos attractos, repugnanteſque ab eodem (*loquitur de ordinatis a Bonoſo hæretico*) ordinatos. Dicat mihi, volo, quiſquis hoc credit; ſi non poſt ordinationem Bonoſi interfuit, cum conficeret ſacramenta; ſi communioni ejus participatus non eſt; ſi ſtatim diſcedens de ejus peſſimo conciliabulo ad eccleſiam rediit, iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis? &c. Nunc illud, quod ſupereſt, interrogo, qui poſt menſem, aut eo amplius rediit, cum ſe presbyterum a Bonoſo conſideret ordinatum, ſi non ſacramenta confecit, ſi non populis tribuit, ſi non miſſas ſecundum conſuetudinem complevit, quid de his cenſeatis, quæſo promatis apertius? &c. Qui nihil a Bonoſo acceperunt, rei ſunt uſurpatæ dignitatis, qui conficiendorum ſacramentorum ſibi vindicaverunt auctoritatem, &c. *Innoc. epiſt. 22. cap. 5.*

CAPUT VII.

Presbyteri regionis, in templo urbis non poſſunt offerre, præſente Epiſcopo, vel presbyteris urbis, neque panem dare in oratione, neque calicem. Si abſint, & ad orationem tantum vocentur, dabunt. *Neocæſ. cap. 13. Mart. Brac. cap. 56. Burch. lib. 5. cap. 44. & 45. Ivo part. 2. c. 53. & 54. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 188.* *Diſt. 95. c. ult.*

CAPUT VIII.

De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere. *Arelat. I. cap. 15.*

CAPUT IX.

Si quis judicat a presbytero conjugato, ut qui non poteſt offerre, non poſſe ſumi oblationem, anathema ſit. *Gangr. c. 4. Burch. lib. 3. c. 75. Ivo part. 2. c. 128. decret.* *d. 28. c. 15.*

CAPUT X.

Non oportet miniſtros panem dare, neque calicem benedicere. *Laod. c. 25.* *d. 93. c. 16.*

CAPUT XI.

Miniſtrare diaconus, aut conſecrare altare presbyter non præſumat. *Agathen. c. 43.* *21. q. 4. c. 3.*

CAPUT XII.

Nec publice quidem in miſſa quemquam pœnitentem reconciliare, &c. nec præſente Epiſcopo ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo præſente populum docere, vel be-

benedicere, aut ſalutare, &c. presbyteris licet, ſed Epiſcopn. *Hiſpal. II. c. 7.*

TITULUS II.

QUEM ORDINEM SERVARE DEBEANT SACERDOTES IN MISSÆ CELEBRATIONE.

Vide in Part. I. Lib. XIII. Tit. XIV. quibus adde;

CAPUT I.

D. 12. cap. Novit. 10. CUM una ſit fides, cur ſint eccleſiarum tam diverſæ conſuetudines? Et altera conſuetudo miſſarum eſt in Romana eccleſia, atque altera in Galliarum tenetur? Reſpondeo ſive in Romana, ſive in Gallicanorum, ſive in qualibet eccleſia aliquid inveniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicite eligas, & in Anglorum eccleſia infundas, &c. *Greg. ad Auguſt. interrog. 3. Ivo part. 2. cap.* 80. *decret. Tarrac. lib. 6. c.* 152.

CAPUT II.

10. *q.* 1. Placuit. *c.* 12. Epiſcopi eccleſias ſuas, & diœceſes viſitantes primum diſcutiant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, vel miſſarum; & qualiter quæcumque officia in eccleſia peragant, & docere debent ignaros. *Brach. II. cap.* 1. *Burch. lib.* 1. *c.* 85. *Ivo part.* 1. *c.* 75. & *part.* 5. *c.* 191. *decret.*

CAPUT III.

Presbyter in parochia habitans, Epiſcopo in quadrageſima rationem, & ordinem miniſterii ſui, ſive de baptiſmo, ſeu de fide catholica, ſive de precibus, & ordine miſſarum reddat, & oſtendat. *Franc. ſyn. Capit. lib. 5. c. 2.*

TITULUS III.

MISSÆ SACRIFICIUM CELEBRETUR A JEJUNIS.

CAPUT I.

TUnc recte non licet cuilibet communionem Chriſti percipere, quando gulæ deditus non invenitur jejunus, adeo ut myſticam menſam parvipendens, prius, cibi laici ſumptu, jejunium ſolviſſe videatur; Chriſtique venerandum corpus, ac pretioſum ſanguinem a cæteris non diſcernens alimentis, non præpoſuiſſe omni humanæ refectioni, ſed poſtpoſuiſſe noſcatur. Remedium quippe ſalutiferum eſt corpus Chriſti contra peccatum, & qui hoc ante omnem eſcam veneranter non ſumit? Et certe quotidie medicos vacuis viſceribus ſua cernimus pocula propinare. Et ſi hoc pro ſanitate corporis agitur, quanto potius eſt pro animæ ſalute patrandum? *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 65.*

CAPUT II.

De conſ. d. 2. c. 48. Sacramenta altaris, niſi a jejunis hominibus non celebrentur, excepto uno die anniverſario in quo dominica cœna celebratur. Si vero depoſitio aliquorum, veſpertino tempore, (*pomeridiano*) defunctorum Epiſcoporum, vel aliorũ celebratur ſolis orationibus fiat, ſi qui faciunt, pranſi ſunt. *Carth. c. 41. G. Afr. c. 8. Carth. III. cap. 29. L. vide Laod. c. 50. Anſelm. lib. 9. c. 3. Cæſar. lib. 13. cap. 4.*

CAPUT III.

De ſacrificiis inhibendis poſt prandium, ut a jejunis, ſicut dignum eſt, offerantur, confirmatum eſt. *Carth. c. 48. G. Carth. III. cap. 48. L.*

CAPUT IV.

Nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut miſſas privatis, feſtiſque diebus concelebrare præſumat; injuſtum eſt enim, ut ſpirituali alimento corporale præponatur. Sed ſi quis hoc attentare curaverit, dignitatem amittat honoris. Jam enim de tali cauſſa, & in conciliis Africanis definitum eſt, quam definitionem noſtro quoque dignam duximus ſociare decreto: „ Ut ſacramenta altaris *De conſ. d. 2. cap. 48. Ipſa exceptio obſoleta jam eſt.*
„ non niſi a jejunis hominib. celebrentur, excepto
„ uno die anniverſario, quo cœna Domini cele-
„ bratur. Quæcumque reliquiæ ſacrificiorum poſt
„ peractam miſſam in ſacrario ſuperſederint,
„ quarta, vel ſexta feria innocentes ab illo, cu-
„ jus intereſt, ad eccleſiam adducantur, & indi-
„ cto eis jejunio, eaſdem reliquias conſperſas vi-
„ no percipiant “. *Matiſc. II. cap. 6. Cæſar. lib. 8. cap. 4.*

CAPUT V.

Quia per ſtultitiam præſumpti nuper erroris, aut certe ex veteris Priſcillianæ adhuc hæreſis fœtore corrupto cognovimus quoſdam presbyteros in hujus præſumptionis audacia retineri, ut miſſas mortuorum etiam poſt acceptum merum, vel oblationem auſi ſint conſecrare, &c. Si quis presbyter non jejunus, ſed quocumque cibo præſumpto, oblationem conſecraverit in altari, continuo ab officio ſuo privatus, a proprio deponatur Epiſcopo. *Brac. II. c. 10. vide Brac. I. c. 16.*

CAPUT VI.

Non licet presbytero, aut diacono, aut ſubdiacono poſt acceptum cibum, vel poculum miſſas tractare, aut in eccleſia, dum miſſæ dicuntur, ſtare. *Antiſ. c. 19.*

CAPUT VII.

Nullus poſt cibum, potumque quamlibet minimum ſumptum, miſſas facere præſumat. *Tolet. VII. cap. 2. Burch. lib. 3. c. 70. Ivo part. 2. cap. 124. decret.* *7. q. 1. cap. Nihil.*

CAPUT VIII.

Carthaginenſi canone ſacra altaris, niſi a jejunis, celebrare vetantur, excepta una annua die, in qua cœna dominica celebratur, ob aliquas cauſſas illis locis, & temporibus competentes. Sed nos Apoſtolicas, & patrum traditiones ſecuti, non oportere arbitramur, in quadrageſima, ultima hebdomada quintam feriam ſolvere, & totam quadrageſimam inhonorare. *Trull. c. 29. vide Laod. c. 50. Apoſt. c. 66. al. 68.*

TITULUS IV.

DE PRECIBUS, ET CÆREMONIIS, QUAS IN MISSÆ SACRIFICIO VARIÆ SYNODI, ET PONTIFICES MAXIMI SERVARI JUSSERUNT.

CAPUT I.

NUllus laicus, monachus, clericus ante diligentem examinationem, & ſynodicam ſententiam a communione ſe ſeparet proprii Patriarchæ, licet criminalem quamlibet cauſſam ejus ſe noſſe prætendat, ſed neque recuſet nomen ipſius referre inter divina myſteria, vel officia. *Syn. VIII. ſub Hadr. II. c. 10.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT II.

De conſ. d. 1. c. 70. Sacrum ordinem Romanum, ſacraque conſtituta noſtrorum anteceſſorum ſolerter relegentes, invenimus has novem præfationes, in ſacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana eccleſia hactenus ſervavit, unam in albis paſchalibus, aliam de Aſcenſione Domini, tertiam de Pentecoſte, quartam de natali Domini, quintam de apparitione Domini, ſextam de Apoſtolis, ſeptimam de ſancta Trinitate, octavam de Cruce, nonam de jejunio, & quadrageſima tantummodo dicendam, has præfationes tenet, & cuſtodit ſancta Romana eccleſia, has tenendas vobis mandamus. *Pelag. II. epiſt. ult. in ſynod. Rom. Burch. lib. 3. c. 69. Ivo lib. 5. tit. 4. c. 35. panorm. & part. 2. cap. 77. decret. Anſelm. lib. 7. c. 111. Tarrac. lib. 5. c. 51.*

CAPUT III.

d. 92. c. 8. Præſenti decreto conſtituo, ut in ſede hac ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque lectionis evangelicæ officium inter miſſarum ſolemnia exſolvant. *Greg. in ſynod. Rom. c. 5. lib. regiſt. c. 88. vel epiſt. 44. Anſelm. lib. 7. c. 65. Tarrac. lib. 4. ep. 22. Ivo part. 2. c. 79.*

CAPUT IV.

De conſ. d. 1. Nullus. c. 56. Ut nullus Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ad celebrandum miſſarum ſolemnia præſumat cum baculo introite, aut velato capite altari Dei aſſiſtere quoniam & Apoſtolus prohibet viros velato capite orare in eccleſia, & ſi temere *1. Cor. 11.* præſumpſerit, communione privetur. *Syn. Rom. ſub Zach. c. 13. Burch. lib. 3. c. 231. Ivo part. 3. c. 272. decret. Cæſar. lib. 4. c. 48.*

CAPUT V.

De conſ. d. 1. Nullus §. Cũ vero. Ut Epiſcopus, aut presbyter, dum ingreſſus fuerit ad miſſarum ſolemnia celebranda nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio Epiſcopo, aut presbytero ſuppleantur miſſarum ſolemnia, ſed qui initium ponit, ſuppleat uſque ad finem, quia ſcriptum eſt: *Qui perſeveraverit* **Matt. 10.* *uſque in finem, hic ſalvus erit. Synod. Rom. ſub Zachar. c. 14. Burch. lib. 3. cap. 230. Ivo part. 3. c. 271. decret.*

CAPUT VI.

Ab Epiſcopis angelicus hymnus pro tempore, & loco in miſſarum ſolemniis celebrandus eſt, atque ſolemniter recitandus. *Teleſphor. ep. unic. ante med. Ivo part. 2. c. 71. decret. Cæſar. lib. 11. c. 9. Tarrac. lib. 4. c. 61.*

CAPUT VII.

De conſ. d. 2. c. 9. Pacem aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi inter ſacerdotes tradere, cum poſt omnia, quæ aperire non debeo, pax ſit neceſſario indicenda, per quam conſtet populum ad omnia, quæ in myſteriis aguntur, atque in eccleſia celebrantur, præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis concludenti ſignaculo demonſtrentur. *Innoc. ep. 1. c. 1.*

CAPUT VIII.

De conſ. d. 2. c. ult. De nominibus recitandis, antequam preces ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quam ſuperfluum ſit, & ipſe per tuam prudentiam recognoſcis, ut cujus hoſtiam nondum Deo offeras, ejus ante nomen inſinues, quamvis illi incognitum ſit nihil. Prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes, edicenda, ut inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ ante prætermittimus, ut ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus. *Innoc. epiſt. 1. c. 2.*

CAPUT IX.

De nominibus Dioſcori, Juvenalis, & Euſtathii (*Epiſcoporum*) ad ſacrum altare non recitandis, &c. Nam iniquum nimis, atque incongruum, eos, qui innocentes, & catholicos ſua perſecutione vexarunt, ſanctorum nominibus ſine diſcretione miſceri. *Leo epiſt. 38. ad Anatolium Epiſc. CP. c. 3.*

CAPUT X.

Ordinem precum in celebritate miſſarum nullo nos tempore, nulla feſtivitate ſignificamur habere diverſum, ſed ſemper eodem tenore oblata Deo munera conſecrare. Quoties vero paſchalis, aut aſcenſionis Domini, vel pentecoſtes, & epiphaniæ, ſanctorumque Dei fuerit agenda feſtivitas, ſingula capitula diebus apta ſubjungimus, quibus commemorationem ſanctam ſolemnitatis, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebramus, cetera vero ordine conſueto proſequimur. Qua propter & ipſius canonicæ precis textum direximus ſubter adjectum, quem Deo propitio ex Apoſtolica traditione ſuſcepimus. Et ut charitas tua cognoſcat, quibus locis aliqua feſtivitatibus apta connectas, paſchalis diei preces ſimiliter adjecimus. *Vigil. epiſt. 2. c. 5.*

CAPUT XI.

In miſſarum ſolemniis illud obſervandum eſt, quod dominus noſter Jeſus Chriſtus ſanctis ſuis tribuit diſcipulis. Accepit namque calicem, & dedit * eis dicens: *Hic eſt calix novi teſtamenti in meo ſanguine, hoc facite quotieſcumque ſumitis.* Unde congruum non eſt, duos vel tres calices in altario ponere, cum miſſarum ſolemnia celebrantur. *Greg. III. epiſt. 4. ad Bonif. in med.* ** dat. Matt. 26. Luc. 22.*

CAPUT XII.

In ſacri canonis prædicatione, quot in locis cruces fieri debeant, in rotulo infiximus. *Zach. epiſt. 5. in fin. ad Bonif.*

CAPUT XIII.

Latinæ dictione linguæ Conſtantinopolitana eccleſia lectionem Apoſtolicam, & Evangelicam in ſtationibus fertur primitur recitare, ſicque demum græco ſermone, propter Græcos utique ipſas lectiones pronunciare. *Nicol. ad Michael. Imp. poſt princ.*

CAPUT XIV.

Quanta Dei cultorum Auguſtorum, qui eccleſiam Dei exaltaverunt, & præcipue Romanam Conſtantini videlicet, & Conſtantis, Theodoſii quoque majoris, & Valentiniani, & cæterorum laus in univerſa eccleſia polleat, &c. & nomen eorum inter ſacra myſteria imprætermiſſe commemoretur, attentius, & ſedule recordamini. *Nicol. ad Michael. Imp. in fine.*

CAPUT XV.

Quia nobilitas tua poſtulavit, quo ſecundum Sclavonicam linguam apud vos divinum celebrari

Digitized by Google

ri annueremus officium: Scias nos huic petitioni tuæ nequaquam poſſe favere. *Greg. VII. lib. 7. reg. ep. 11. ad Uratiſlaum Boemiorum ducem.*

CAPUT XVI.

Poſt homilias Epiſcoporum, catechumenorum oratio fiat, egreſſis eis pœnitentium oratio, his ſub manum venientibus fidelium orationes tres fiant, prima ſub ſilentio, cæteræ cum proclamatione, poſtea pax detur. Cumque presbyteri Epiſcopo pacem dederint, laici pacem dent, ita ſacra oblatio celebretur. *Laod. cap. 19.*

CAPUT XVII.

Confirmatas in ſynodo preces, vel præfationes ab omnibus celebrari oportet, neque alias dici. *Carth. c. 106. G. Milev. 12. L. Afric. 70. L.*

CAPUT XVIII.

Nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum altari aſſiſtitur, ſemper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque ſibi preces aliunde deſcribit, non eis utatur, niſi prius eas cum inſtructiotibus fratribus contulerit. *Carth. III. cap. 23. Capitul. lib. 6. cap. 66.*

CAPUT XIX.

26. q. 6. Miniſtrare, c. 3. Benedictionem ſuper plebem in eccleſia fundere, aut pœnitentem in eccleſia benedicere presbytero non licet. *Agath. cap. 44. Burch. lib. 2. cap. 90.*

CAPUT XX.

Quia tam in ſede Apoſtolica, quam etiam per totas orientales, atque Italiæ provincias, dulcis, & nimium ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, ut *Kyrie eleiſon* frequentius cum grandi affectu, ac compunctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus eccleſiis noſtris iſta conſuetudo ſancta & ad matutinum, & ad miſſas, & ad veſperam Deo propitiante intromittatur. *Vaſenſ. II. cap. 3.*

CAPUT XXI.

Ut in omnibus miſſis, ſive matutinis, ſive quadrageſimalibus, ſive in illis, quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper *Sanctus, Sanctus, Sanctus* eo ordine, quo ad miſſas publicas, dici debeat, quia tam dulcis, & deſiderabilis vox, etiam ſi die, noctuque poſſit dici, faſtidium non poterit generare. Et hoc nobis juſtum viſum eſt, ut nomen Domini Papæ, quicumque ſedi Apoſtolicæ præfuerit, in noſtris eccleſiis recitetur. *Vaſenſ. II. cap. 4.*

CAPUT XXII.

Cantores ſupervenientes converterunt ſe dicere triſagium, & poſt lectionem ſancti evangelii, ex more ſacra miſſa finita, & januis clauſis, ac ſancta lectione juxta conſuetudinem lecta, tempore diptychorum concurrit omnis multitudo cum magno ſilentio circum circa altare, & audiebant. Et cum ſolæ lectæ fuiſſent a diacono appellationes prædictarum ſanctarum quatuor ſynodorum, & ſanctæ memoriæ Euphemii, & Macedonii, & Leonis, voce magna univerſi clamaverunt, *Gloria tibi Domine.* Et poſt hoc, cum omni modeſtia, completa fuit cum eo divina miſſa. *Synod. CP. ſub Menna act. 1. in med. ex actis alterius ſynod. quæ ibi recitatur.*

CAPUT XXIII.

Non aliter Epiſcopi, & aliter presbyteri populum, ſed uno modo ſalutent, dicentes: *Dominus ſit vobiſcum*, ſicut in libro Ruth, legitur. Ruth 2.
Et reſpondeatur a populo: *Et cum ſpiritu tuo*, ſicut & ab ipſis Apoſtolis traditum omnis retinet oriens, & non ſicut Priſcilliana hæreſis permutavit. *Brac. I. cap. 21.*

CAPUT XXIV.

Per omnes eccleſias Hiſpaniæ, & Galliciæ ſecundum formam Orientalium eccleſiarum concilii Conſtantinopolitani, hoc eſt, CL. Epiſcoporum, ſymbolum fidei recitetur. Et priuſquam dominica dicatur oratio, voce clara prædicetur, quo fides vera manifeſta ſit, & teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus, & ſanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant. *Tolet. III. cap. 2.*

CAPUT XXV.

Dum miſſa celebratur nullus presbyter, aut diaconus, abſque aliqua infirmitate, dum miſſa perficitur egredi de altario audeat. Nec diaconus, aut ſubdiaconus, vel lector, antequam miſſa conſumetur, alba ſe non præſumat exuere. *Narbon. cap. 12.*

CAPUT XXVI.

In quibuſdam Hiſpaniarum eccleſiis laudes poſt Apoſtolum decantantur, priuſquam evangelium prædicetur, dum canones præcipiant, poſt Apoſtolum non laudes, ſed evangelium annuntiari, &c. Laudes evangelium ſequuntur, propter gloriam Chriſti, quæ per idem evangelium prædicatur. A ſacerdotibus hic ordo deinceps retineatur, excommunicationis pœnam ſuſcepturis, qui hunc ordinem perturbaverint. *Tolet. IV. c. 11.*

CAPUT XXVII.

Componuntur miſſæ, ſive preces, vel orationes, ſive commendationes, ſeu manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantetur in eccleſia, vacant officia omnia eccleſiaſtica, &c. *Tolet. IV. cap. 12.* De conſ. d. 1. c. De hymnis, 63.

CAPUT XXVIII.

Sanctum concilium inſtituit, ut per omnes Hiſpaniæ eccleſias, vel Galliciæ in omnium miſſarum ſolemnitate, (*hymnus trium puerorum*) in publico decantetur, communionem amiſſuri, qui antiquam hujus hymni conſuetudinem, noſtramque definitionem excellerint. *Tolet. IV. c. 13.*

CAPUT XXIX.

Nonnulli ſacerdotes poſt dictam orationem dominicam ſtatim communicant, & poſtea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus, ſed poſt orationem dominicam, benedictio in populum ſequatur, & tunc corporis, & ſanguinis Domini ſacramentum ſumatur, eo ordine, ut ſacerdotes, & levitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus. *Tolet. IV. cap. 17.*

CAPUT XXX.

De ſymbolo Nicæno in miſſarum ſolemnitatibus proferendo. *Tolet. VIII. cap. 1. Tolet. XII. in princ. Tolet. XIII. poſt princ.*

CAPUT XXXI.

Maxime angelici nobis ſpiritus adeſſe credendi

di ſunt, cum divinis ſpecialiter mancipamur obſequiis, id eſt cum eccleſiam ingreſſi, vel lectionibus ſacris aurem accommodamus,&c. vel etiam miſſarum ſolemnia celebramus. Unde ait prophe-
Pſalm. 137. ta: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Nec dubitare licet, ubi corporis, & ſanguinis dominici geruntur myſteria, ſupernorum civium adeſſe conventus. Unde ſtudendum ſolerter eſt, ut cum ad eccleſiam, vel ad divinæ laudis debita ſolvenda, vel ad agenda miſſarum ſolemnia intramus, ſemper Angelicæ præſentiæ memores, cum timore, & veneratione competenti, cæleſte compleamus officium. *Beda in expoſit. evang. Lucæ apud Aquiſgr. cap.* 132.

CAPUT XXXII.

Ut de oblationibus, quæ offeruntur a populo, & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad eccleſiam, vel certe de ſuis, presbyter convenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido, & convenienti, ut poſt miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die dominico, & in diebus feſtis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat. *Nannet. cap. 9. Burch. lib. 5. cap. 27. Ivo part. 2. cap. 37. decret. Anſelm. lib. 7. cap. ult.*

CAPUT XXXIII.

Diſt. 76. c. 7. Si quando jejunium menſis Junii in ipſa hebdomada ſolemni pentecoſtes celebrandum erit, tunc propter ſolemnitatem Spiritus ſancti diacones dalmaticis induantur, & *Alleluja* cantetur, & *Flectamus genua*, non dicatur. *Salegunſt. c. 2. Ivo lib. 2. tit. 14. cap. 8. panorm.*

CAPUT XXXIV.

Ullo ne ergo tempore, dum celebrarentur ab his ſacra miſſarum a nominis ejus (*loquitur de Symmacho Papa*) commemoratione ceſſatum eſt? *Ennod. pro Symmach. poſt med.*

CAPUT XXXV.

Chriſtianis character propriiſſimus eſt fides & confeſſio in unum Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem increatam, &c. Simul etiam confeſſa vera Filii Dei humanitate cum reliquis ſacri ſymboli capitibus, quod populis Chriſti convenienter, & myſtice in ſacram anaphoram * Deo adducit. Deinde ſpiritualis in nomine trium Dei principalium hypoſtaſium facta per divinum baptiſma regeneratio, & vivificorum incruenti ſacrificii ſymbolorum divinæ operationis tranſumptio,. communioque, &c. *German. Epiſc. CP. ad Thomam Epiſc. Claudiopoleos poſt princ. in VIII. ſyn. act. 4.*

* *oblationum, pars eſt liturgiæ Græcis.*

CAPUT XXXVI.

Alexander paſſionem Domini miſcuit in precatione ſacerdotum, quando miſſæ celebrantur. Conſtituit aquam aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum. *Damaſ. in Alex. Ivo part. 2. cap. 63. decret.*

CAPUT XXXVII.

Xyſtus conſtituit, ut miſſarum actionem ſacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, &c. *Damaſ. in Xyſti.*

CAPUT XXXVIII.

Zephyrinus fecit conſtitutum de eccleſia, ut patenas vitreas miniſtri ante ſacerdotes portarent, dum Epiſcopus miſſam celebraret, & ut ſacerdotes omnes adſtarent, dum ſic miſſæ celebrarentur. *Damaſ. in Zephyr. refert Tribur. cap.* 18.

CAPUT XXXIX.

Cæleſtinus conſtituit, ut pſalmi David CL. ante ſacrificium pſallerentur antiphonatim ex omnibus, quod antea non fiebat, ſed tantum epiſtolæ B. Pauli recitabantur, & ſanctum evangelium. *Ex Pontif. Additur in veteri libro*: Et ſic Miſſæ fiebant, & conſtituit graduale, id eſt, reſponſorium in gradus, poſt officium ad miſſas.

CAPUT XL.

Leo conſtituit, ut intra actionem ſacrificii diceretur: *Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam*, &c. *Ex Pontif. Ivo part. 2. cap. 63. decret.*

CAPUT XLI.

Symmachus conſtituit, ut omni die Dominico, vel natalitiis martyrum hymnus: *Gloria in excelſis*, diceretur. *Ex Pontif.*

CAPUT XLII.

Gregorius augmentavit precationem canonis: *Dieſque noſtros in tua pace diſponas*, &c. Hic præcepit, ut ſupra B. Petri, & Pauli corpora Miſſa celebraretur. Eodem tempore dedicavit eccleſiam Gothorum, quæ fuit in Suburra in nomine S. Agathæ martyris. *Ex Pontific.*

CAPUT XLIII.

Deuſdedit conſtituit ſecundam Miſſam in clero. *Ex Pontific.*

Vide Valent. Hiſpan. c. 1. infra de miſſa catechumenorum cap. Antiquos.

TITULUS V.

DE REBUS, QUAS LICET, AUT NON LICET IN ALTARI OFFERRI.

CAPUT I.

Contra Domini ordinationem, vel conſtitutionem, quæ de ſacrificio eſt, ſi quis Epiſcopus, vel presbyter alia offerat in altari, ſive mel, ſive lac, ſive pro vino ſiceram confectam (*ſicera, & confecta quædam, L.*) aut aves, animalia quædam, aut legumina, deponatur. Novas vero ſpicas, aut uvas tempore ſuo licet. Non licet offerre aliud in altare, quam oleum ad lucernas, & thus tempore ſanctæ oblationis. *Apoſt. c. 3. G. 3. & 4. L. Burch. lib. 5. cap. 6. & 8. Ivo part. 2. c. 16. & 18. decret.*

CAPUT II.

Ceteri fructus in domum Epiſcopo, & presbyteris mittantur primitiæ, ſed non in altare, Epiſcopus vero, & presbyteri divident diaconis & reliquis clericis. *Apoſt. cap. 4. G. 5. L. vide Aurel. c. 16. 17. al. 14. 15. Vide tit. de oblationib. c.* Antiquos, *&c.* De his.

CAPUT III.

Hæ ſpecies, quas non licet offerri ſuper altare, juxta conſtitutionem Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, ad domum ſacerdotum deferantur, & a ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedictæ, demum a populis ſumantur. Fabæ autem, & uvæ, & cetera, quæ Apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur.

Eu-

Eutychian. epiſt. 1. in fin. Burch. lib. 5. cap. 7. Ivo part. 2. c. 17. decret.

CAPUT IV.

De conſ. d. 2. In ſacramento, c. 5.

In ſacris nihil præter corpus, & ſanguinem Domini offeratur, ut ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum, primitiæ vero, ſive mel, ſic lac uno tantum die offerantur ad infantium myſterium, & ſi maxime lac in altari offertur, ſuam tamen habet propriam benedictionem, quæ a ſanctificatione Dominici corporis, & ſanguinis differt. Nihil autem plus in primitiis * offeratur, quam ex uvis, & frumento. *Carth. cap. 37. O. Afric. 4. L. Carth. III. c. 24. L. (de lacte & melle nihil in, L.) Burch. lib. 5. c. 3. & 4. Ivo part. 2. c. 13. & 14. decret.*

* *ſacrificiis.*

CAPUT V.

De conſ. d. 2. Didicimus. c. 6.

In diverſis eccleſiis uvæ offeruntur in altari juxta conſuetudinem, & eas miniſtri ſacrificio ſine ſanguine conjungunt, ut ita populo utrumque diſtribuant. Hoc nemo ſacerdotum faciat, ſed in vitæ dationem, & remiſſionem peccatorum populo oblatio tantum tradatur. Sed primitiæ uvæ a ſacerdotibus privatim benedicantur, petentibus tribuant in datoris fructuũ gratias, per quos corpora noſtra, juxta divinam definitionem augentur, & nutriuntur. Si quis clericus contra hæc fecerit, deponatur. *Trull. c. 28.*

CAPUT VI.

Non oportet in altaribus mel, & lac offerri. *Trull. c. 57.*

CAPUT VII.

In Armenia in ſacris altaribus quidam partes carnium comedunt, & ſelecta quædam ſacerdotibus tribuunt. Judaico more. Itaque jubemus id non licere, ſed qui velit carnem offerre, extra eccleſiam offerat, ſin minus excommunicetur. *Trull. c. 100.*

CAPUT VIII.

Præter panem, & vinum cum aqua mixtum aliud offerri non debet. Calix enim Dominicus vino & aqua permixtus debet offerri, &c. *Vormat. cap. 4. Burch. lib. 5. cap. 2. Ivo part. 2. c. 12. decret.*

CAPUT IX.

Eutychianus conſtituit fruges fabæ, & uvæ ſuper altario benedici. *Damaſ. in Eutychiani.*

TITULUS VI.

DE OLATIONIBUS.

Vide in Part. II. Lib. III. Tit. XVII.

TITULUS VII.

NULLUS SACERDOS SACRUM FACIAT IN LOCO NON CONSECRATO.

Vide in Part. II. Lib. I. Tit. IV.

TITULUS VIII.

MISSÆ SACRIFICIUM OLIM NON FIEBAT ANTE HORAM TERTIAM.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. c. 47.

NOcte ſancta Nativitatis Domini Salvatoris Miſſas celebrent, & hymnum angelicum in eis ſolemniter decantent, quoniam & eadem nocte ab Angelo paſtoribus nuntiatus eſt, ſicut ipſa Veritas teſtatur, dicens: *Paſtores erant in regione*, &c. reliquis temporibus Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ, quia & eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus Sanctus deſcendiſſe legitur. Ab Epiſcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore, & loco in Miſſarum ſolemniis celebrandus eſt, atque ſolemniter recitandus, &c. *Teleſph. ep. 1. in princ. Burch. lib. 3. c. 63. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 13. panorm. & part. 2. c. 71. & part. 3. c. 65. decret. Cæſar. lib. 11. c. 9. Tarrac. lib. 4. c. 61.*

Luc. 2.

CAPUT II.

De Miſſarum celebritate in præcipuis dumtaxat ſolemnitatibus id obſervari debebit, ut hora tertia miſſarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas competentes, ipſo officio expedito, ſacerdotes poſſint ad veſpertina officia convenire. *Aurel. III. c. 14.*

CAPUT III.

Teleſphorus fecit, ut in Natali Domini noſtri Jeſu Chriſti noctu Miſſæ celebrarentur, cum omni alio tempore ante horæ tertiæ curſum nullatenus præſumeret Miſſas celebrare, quia ea hora Dominus noſter aſcendit in crucem, & ut ante ſacrificium hymnus diceretur angelicus, hoc eſt: *Gloria in excelſis Deo. Damaſ. in Teleſph.*

Vide Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 45. & 46. infra tit. de Miſſis privatis, c. 1.

TITULUS IX.

QUIBUS DIEBUS OLIM SACERDOTES NON FACIEBANT SACRUM.

CAPUT I.

BIduo ante paſcha ſacramenta non celebrantur ex traditione eccleſiæ. *Innoc. ep. 1. c. 4.*

De conſ. d. 3. c. 13. Sabbato.

CAPUT II.

Non oportet in quadrageſima panem offerre, niſi ſabbato, & Dominica tantum. *Laodic. c. 49.*

Hæc conſuetudo non eſt recepta ab eccleſia Romana.

CAPUT III.

Omnibus quadrageſimæ jejuniorum diebus, excepto ſabbato, & dominica, & ſancto Annunciationis die, fiat procgiaſmenorum ſacrificium. *Trull. c. 52.*

CAPUT IV.

Ne cuipiam in die (*paſſionis Dominicæ*) Miſſarum liceat ſolemnia celebrare. *Tolet. XVI. cap. 8.*

TITULUS X.

SACERDOS NON FACIAT SACRUM SOLUS.

CAPUT I.

IPſi, qui Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeant, ut Domino perfecte in ſacris Deo locis ſacrificare probentur. *Anaclet. ep. 1. in med. Anſelm. lib. 7. cap. 128. Burch. lib. 3. cap. 71. Ivo part. 2. cap. 67. decret.*

CAPUT II.

Eccl. 4.

De conſ. d. 1. c. Ut illud, 57. 7. q. 1. Illud, c. 15.

Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem. Cavendum eſt ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino pſallitur, vel ſacrificatur, unicuique divinis ſingulariter officiis inſiſtenti, pernicioſa paſſio, vel corporis valetudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat, &c. Ubi igitur temporis, vel loci, ſive cleri copia ſuffragatur, habeat quiſque ille canens Deo, at-

que ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem, ut ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, a tergo ſemper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus. *Tolet. XI. c. 14. Burch. lib. 3. c. 73. Ivo part. 2. c. 126. decret.*

CAPUT III.

Nullus presbyter, ut nobis videtur, ſolus Miſſam cantare valet recte; quo modo enim dicet: *Dominus vobiſcum*, vel *Surſum corda* admonebit habere, & alia multa his ſimilia, cum alius nemo cum eo ſit? *Magunt. c. 43. Capit. lib. 5. c. 93.*

CAPUT IV.

Irrepſit in pleriſque locis partim incuria, partim avaritia reprehenſibilis uſus, & congrua emendatione dignus, eo quod nonnulli presbyterorum ſine miniſtris Miſſarum ſolemnia frequentent, &c. Unde conveniendus immo interrogandus nobis videtur hujuſmodi corporis, & ſanguinis Domini ſolitarius conſecrator, quibus dicit: *Dominus vobiſcum?* & a quo illi reſpondetur: *Et cum ſpiritu tuo?* vel pro quibus ſupplicando Domino inter cetera: *Memento Domine, omnium circumſtantium*, cum nullus circumſtet, dicit? Quæ conſuetudo, quia Apoſtolicæ, & eccleſiaſticæ auctoritati refragatur, & tanto myſterio quandam dehonorationẽ irrogare videtur, omnibus nobis in commune viſum eſt, ut deinceps hujuſcemodi uſus inhibeatur. Provideatque unuſquiſque Epiſcoporum, ne in ſua parochia quiſquam presbyterorum Miſſam ſolus celebrare præſumat, & ſi hanc definitionem ſuperbiendo tranſgreſſus fuerit, canonicæ correctioni ſubjaceat. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 48. Capitul. lib. 7. c. 9. in additis prioribus.*

CAPUT V.

Sacerdos Miſſam ſolus nequaquam celebret, quia ſicut illa celebrari non poteſt ſine ſalutatione ſacerdotis, reſponſione plebis, admonitione ſacerdotis, reſponſione nihilominus plebis: ita nimirum nequaquam ab uno debet celebrari, eſſe enim debent, qui ei circumſtent, quos ille ſalutet, a quibus reſpondeatur. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 7.*

TITULUS XI.

DE CULTU, ET VENERATIONE MAXIMA QUÆ DEBETUR MISSÆ SACRIFICIO.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. VIII. quibus adde:

CAPUT I.

Significatis, quoſdam ſacerdotes in eccleſia, quando leguntur evangelia, ſedere, & Domini Salvatoris verba non ſtantes, ſed ſedentes, audire, & hoc ex majorum traditione ſe accepiſſe narrant. Quod ut nullatenus ſinatis [Apoſtolica auctoritate mandamus; ſed dum ſancta evangelia in eccleſia recitantur, ſacerdotes, & ceteri omnes non ſedentes, ſed venerabiliter curvi in conſpectu ſancti evangelii ſtantes, Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent. *Anaſt. ep. 1. cap. 1. Burch. lib. 3. c. 103. Ivo part. 2. c. 138. & part. 6. c. 93. decret. Anſelm. lib. 7. c. 156. vide Raban. lib. 1. c. ult. de inſtit. cleric.* *De conſ. d. 1. c. 67.*

CAPUT II.

Non licet mulieribus tempore divini miniſterii obloqui, ſed juxta dictum Pauli Apoſtoli ſileant; non enim licet loqui, ſed obedire, ut etiam lex ait; ſi quid diſcere volunt, domi ſuos interrogent viros. *Trull. c. 70.* *1. Cor. 14.*

CAPUT III.

Tempore, quo miſſarum ſolemnia celebrantur, non ſolum ab otioſis, & inutilibus verbis, verum etiam & a pernicioſis cogitationibus funditus abſtinendum eſt. *Turon. ſub Carolo c. 38.*

CAPUT IV.

Anaſtaſius conſtituit, ut quotieſcumque ſancta evangelia recitarentur, ſacerdotes non ſederent, ſed curvi ſtarent. *Ex Pontif.*

Vide Tolet. XVI. cap. 6. ſupra de materia euchar. c. Delatum, *& Pariſ. ſub Ludov & Loth. lib. 1. c. 45. tit. Mulieres non accedant ad altare, &c. & totum illum tit.*

TITULUS XII.

DE VESTIBUS SACRIS, VASIS, CORPORALI, PALLIS, PALLIO, ET INSIGNIBUS PROPRIIS SACERDOTUM, ALIORUMQUE MINISTRORUM REVERENTIANDIS, MUNDANDIS, ET CONSERVANDIS.

TITULUS XIII.

DE MISSIS PRIVATIS.

Vide in Part. I. Lib. V.

CAPUT I.

Ut Miſſæ, quæ per dies Dominicos peculiares a ſacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus a publicis Miſſarum ſolemnibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abſtrahatur, quia peſſimus uſus eſt apud quoſdam, qui in diebus Dominicis, ſive in quibuslibet feſtivitatibus mox ubi Miſſam celebrari, etiam ſi pro defunctis ſit, audierint, abſcedunt, ut per totum diem a primo mane, ebrietati, & comeſſationi, potius quam Deo deſerviant. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 45. Burch. lib. 2. c. 54. Ivo part. 2. c. 119.* *De conſ. d. 1. c. 52. Et hoc.*

CAPUT II.

Sacerdotes per oratoria nequaquam Miſſas, niſi tam caute ante ſecundam horam celebrent, ut populus a publicis ſolemnitatibus non abſtrahatur. Sed ſive ſacerdotes, qui in circuitu urbis, aut in eadem urbe ſunt, ſive populus, ut prædiximus, in unum ad publicum Miſſarum celebrationem conveniant, exceptis Deo ſacratis feminis, quibus mos, eſt, ad publicum non egredi, ſed clauſtris monaſterii contineri. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 46.*

TITULUS XIV.

MULIERES NON ACCEDANT AD ALTARE, NEQUE SACERDOTUM SINT ADMINISTRÆ.

CAPUT I.

Impatienter audivimus tantum divinarum rerum ſubiiſſe deſpectum, ut feminæ ſacris altaribus miniſtrare ferantur, & cuncta, quæ non niſi virorum famulatui deputata ſunt, ſexum, cui non competit, exhibere. Viſo quod omnium delictorum, quæ ſigillatim perſtrinximus, noxa omnis,

omnis, & crimen eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minime publicando, pravis exceſſibus ſe favere ſignificant, &c. Quo more teneant jura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus injuncta diſſimulant, ut contraria domui Dei, cui præſident, potius operentur? Qui, quantum apud Dominum poſſent, ſi ei non niſi convenientia procurarent, tantum quid mereantur, adſpiciant, cum execrabili ſtudio ſectentur adverſa. *Gelaſ. ep. 1. c. 28. Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 45.*

CAPUT II.

Non oportet mulierem ad altare ingredi. *Laod. cap. 44. Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 45. Mart. Bracar. c. 42. Capitul. lib. 1. c. 17.*

CAPUT III.

Quædam noſtrorum verorum virorum relatu, quædam etiam viſu didicimus, in quibuſdam provinciis contra legem divinam, canonicamque inſtitutionem, feminas ſanctis altaribus ſe ultro ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia presbyteris adminiſtrare, &c. Hoc ergo tam illicitum factum, quia ex toto a chriſtiana religione abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum eſt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 45.*

CAPUT IV.

Hoc ſecundum auctoritatem canonum modis omnibus eſt prohibendum, ut nulla femina ad altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, aut ſedere. *Nannetenſ. c. 3.*

CAPUT V.

Non liceat mulieribus in ſecretarium ingredi. *Mart. Brac. c. 42.*

CAPUT VI.

Feminæ, Miſſam ſacerdote celebrante, nequaquam ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & ibi ſacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat, memores enim debent eſſe feminæ infirmitatis ſuæ, & ſexus imbecillitatis, & idcirco ſancta quælibet in miniſterio eccleſiæ contingere pertimeſcant, quæ etiam laici viri pertimeſcere
1. Reg. 6. debent, ne Ozæ pœnam ſubeant, qui dum arcam Domini extraordinarie contingere voluit, Domino percutiente interiit. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 6.*

TITULUS XV.

DIEBUS DOMINICIS OMNES INTERSINT MISSÆ A PRINCIPIO AD FINEM USQUE.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. Omnes. c. 61. LAici, qui audiunt ſcripturas, & non expectant orationes, & communionem, excommunicentur. *Apoſt. 9. G. 10. L. Burch. lib. 2. c. 67. & 63. Ivo part. 6. c. 163. & 164. decret.*

CAPUT II.

De conſ. d. 1. c. 63. Miſſas die dominica ſæcularibus totas tenere * ſpeciali ordine præcipimus, ita ut ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat; qui ſi fecerint, ab Epiſcopo publice confundantur. *Agath. c. 47. Capitul. lib. 7. c. 277.*

* *audire.*

CAPUT III.

De conſ. d. 1. c. 64. Cum ad celebrandas miſſas in Dei nomine convenitur, populus non ante diſcedat, quam Miſſæ ſolemnitas compleatur, & ubi Epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat ſacerdotis. *Aurelian. cap. 26. ſive 28. Capitul. lib. 7. cap. 186. in addit. Burch. lib. 3. cap. 29. Ivo part. 3. c. 34. decret.*

CAPUT IV.

De Miſſis nullus laicorum ante diſcedat, quam Dominica oratio dicatur, & ſi Epiſcopus præſens fuerit, ejus benedictio expectetur. *Aurelian. III. c. 28. Capitul. lib. 7. c. 27.*

CAPUT V.

Die Dominico præter orationes, & Miſſarum ſolemnia, & ea, quæ ad veſcendum pertinent, nihil aliud fiat, & ſi neceſſitas fuerit navigandi, ſive itinerandi, licentia datur, ita dumtaxat, ut hujus occaſione Miſſæ, & orationes non prætermittantur, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 24.*

CAPUT VI.

Admonendus eſt populus, ut ante publicum peractum officium, ad cibum non accedat, & omnes ad ſanctam matrem eccleſiam Miſſarum ſolemnia, & prædicationem audituri conveniant. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 46.*

TITULUS XVI.

DE LOCO LAICORUM IN MISSIS.

CAPUT I.

SAcerdotum, aliorumque clericorum eccleſiis ſervientium honores a laicorum diſcrete apparere conveniunt *. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi ſacerdotes, reliquive clerici conſiſtant, quod presbyterium nuncupatur, quando Miſſa celebratur, conſiſtere, ut libere, ac honorifice poſſint ſacra officia exercere *. Et ſicut in eccleſia ſingula videntur expoſita, ita virorum pars, & mulierum, partibus ſuis contenta ſit, & ſæculares ne peccent, cum juſtificari deſiderant, &c. *Synod. Rom. ſub Eugen. II. & Leo IV. cap. 33.*

De conſ. d. 1. c. 30.
* *convenit.*
* al, *celebrari.*
Ad Leo.

CAPUT II.

Solis miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare. *Laod. c. 19.*

CAPUT III.

Laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilias, quam ad Miſſas ſtare pœnitus non præſumant, ſed pars illa, quæ a cancellis verſus altare dividitur, choris tantum pſallentium pateat clericorum. Ad orandum *, & communicandum laicis, & feminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum. *Turon. II. c. 4. Capitul. lib. 7. c. 278. Burch. lib. 3. cap. 102. Ivo part. 2. c. 137. decret.*

c. 1. de vita & hon. cleric. Gr. IX. & in 1. coll.
* *adorandum.*

TITULUS XVII.

NE QUIS AUDIAT MISSAM PRESBYTERI CONCUBINARII.

Vide Part. I. Lib. VI. Tit. XXXIV.

TITULUS XVIII.

DE MISSA CATECHUMENORUM.

CAPUT I.

POſt homilias Epiſcoporum, catechumenorum oratio fiat, egreſſis eis, pœnitentium oratio. *Laodicen. cap. 18.*

CA-

CAPUT II.

De conſ. d. 1. cap. 66.

Epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam, audire verbum Dei, ſive gentilem, ſive hæreticum, ſive Judæum, uſque ad Miſſam catechumenorum. *Carthag. IV. c.* 84. *Burch. lib.* 3. *c.* 28. *Ivo lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 14. *panorm. & part.* 3. *c.* 33. *decret. Cæſar. lib.* 4. *c.* 91.

CAPUT III.

35. q. 1. & 3. De his, cap. 9.

Uſque ad Miſſam tantum catechumenorum in eccleſia admittantur inceſtuoſi, &c. *Ilerd. c.* 4. *refert Colon. ſub Carolo III. c.* 6. *Raban. c.* 2. *de pœnit. Burch. lib.* 7. *c.* 3.

CAPUT IV.

Antiquos canones telegentes cenſuimus, ut ſacroſancta evangelia ante munerum illationem in Miſſam catechumenorum in ordine lectionum poſt legantur, quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel ſermones ſacerdotis non ſolum fideles, ſed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui e diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificis prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem evidenter ſcimus. *Valent. Hiſpan. c.* 5.

TITULUS XIX.

DE MISSIS DEFUNCTORUM, ET PRO QUIBUS POSSIT SACRIFICIUM OFFERRI, ET PRO QUIBUS NON.

CAPUT I.

De ſtatu monach. c. 2. ap. Gr. IX. & in 1. coll.

QUI in extremis cum peculio monachus inventus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam. *Alex. III. in conc. Later. cap.* 10.

CAPUT II.

De hær. c. 8. Sicut, Gr. IX. & c. 6. eod. tit. in 1. coll.

Hæreticos, & receptatores eorum, & defenſores anathemati decernimus ſubjacere, &c. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub alia quacumque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter chriſtianos recipiant ſepulturam. *Alex. III. in conc. Later. c.* 27.

CAPUT III.

13. q. 2. c. 21.

Pro obeuntibus conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceret oblationes offerre. Sancta ſic tenet eccleſia, ut quiſque pro ſuis mortuis vere chriſtianis offerat oblationes atque presbyter eorum memoriam faciat. Et quamvis omnes peccatis ſubjaceamus, congruit, ut ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat, non tamen pro impiis, quamvis chriſtiani fuerint, tale quid agere licebit. *Gregor. II. ep.* 8. *poſt medium. Anſelm. lib.* 7. *cap.* 168.

CAPUT IV.

Si ſit ſepeliendus, qui ſe ipſum occidit, vel ſi ſit pro eo ſacrificium offerendum requiriris. Sepeliendus eſt quidem, ne viventium odoratui moleſtiam ingerat, non tamen eſt, ut aliis pavor incutiatur, ſolito cum obſequiis more ad ſepulchra ferendus. Sed, & qui ſunt, qui ejus ſepulturæ ſtudio humanitatis obſequuntur, ſibi non illi, qui ſui extitit homicida, præſtare videntur. Sacrificium vero pro eo non eſt offerendum, qui non ſolum ad mortem uſque peccavit, ſed & mortis ſibimet interitum propinavit. Quis enim magis peccatum ad mortem facit, pro quo Joannes Apoſtolus non dicit orandum, quam is, qui Judam imitatus, ipſius homicida fuiſſe magiſtro diabolo comprobatur? *Nicol. ad conſult. Bulgaror. cap.* 98.

1. Joann. 5. Matt. 27. b.

CAPUT V.

26. q. 7. c. 6. Sacerdos, in fin.

Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, ſi caſu in itinere, vel in mari mortui fuerint, ubi eis ſubveniri non poſſit, memoria eorum, & orationibus, & oblationibus commendetur. *Carth. IV. cap.* 79. *Capitul. lib.* 5. *cap.* 77. *Ivo part.* 15. *c.* 11. *decret. Cæſar. lib.* 15. *c.* 33.

CAPUT VI.

Ut in omnibus Miſſis, ſive matutinis, ſive quadrageſimalibus, ſive in illis, quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper *Sanctus, Sanctus, Sanctus* eo ordine, quo ad miſſas publicas, dici debeat, &c. *Vaſen. II. c.* 2.

CAPUT VII.

Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus, ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe. *Aurel. II. cap.* 14. *alias* 15.

CAPUT VIII.

De miſſis defunctorum mentio eſt *in concil. Brachar. I. c.* 16. *& in Brach. II. c.* 10. *ubi puniuntur quidam presbyteri Priſcilliani hæreſis veneno infecti, qui non jejuni miſſas defunctorum celebrabant.*

CAPUT IX.

23. q. 5. c. Placuit, 12.

Qui ſibi ipſis per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur, multi enim ſibi hoc per ignorantiam uſurpant. Similiter, & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. *Brach. I. c.* 34. *Capitul. lib.* 7. *cap.* 206. *in addit. Burch. lib.* 19. *c.* 130. *Ivo part.* 10. *c. ult. & part.* 15. *cap.* 140. *decret.*

CAPUT X.

Catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis ſimili modo non oblationis ſanctæ commemoratio, neque pſallendi impendatur officium. *Brach. I. cap.* 35.

CAPUT XI.

Quicumque ſe propria voluntate in aquis jactaverit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblata non recipiantur. *Antiſiod. cap.* 17.

CAPUT XII.

De conſ. d. 1. cap. 71.

Viſum præterea nobis eſt, ut in omnibus miſſarum ſolemnitatibus pro defunctorum ſpiritibus loco competenti Dominus deprecetur, ſicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viventibus, & pro quibuslibet neceſſitatibus Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in miſſarum ſolemnibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur ſancta eccleſia tenet, ut, & in miſſarum ſolemnitatibus, & in aliis precibus Domino ſpiritus quieſcentium commender, di-

cente B. Auguſtino: „ Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, „ quas faciendas pro omnibus in chriſtiana, & „ catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum, quos ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia, ut quibus ad iſta deſunt parentes aut filii, aut quicumque cognati, vel amici, ab una eis exhibeantur matre „ communi “. *Cabilon. ſub Carolo c. 39. Auguſtin. lib. de cura pro mortuis agenda c. 4. Burch. lib. 3. c. 64. Ivo part. 3. c. 66. decret.*

CAPUT XIII.

13. q. 2. c. 30.

Quæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus, poſt confeſſionē Deo peractam, utrū cadavera eorum ad eccleſiam deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & miſſæ celebtandæ, an non. Quibus reſpondemus, Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicum juſſum danda eſt, cur non etiam eis, qui pro ſuis peccatis pœnam extremam perſolvunt? *Maguntinum ſub Rabano c. 27. Vormat. c. 79.*

CAPUT XIV.

Ille, qui occiſus fuerit (*in ſingulari certamine*) tamquam ſui homicida, & propriæ mortis ſpontaneus appetitor, a Dominicæ oblationis commemoratione habeatut alienus, &c. *Valent. ſub Loth. c. 12. vide tit. Quibus de cauſis privetur quis ſepultura eccleſiaſtica lib. XXVI.*

CAPUT XV.

Placuit omnibus, ut creditur inſtinctu divino, ut pro ſe omnes dum adviverent, preces hujuſmodi frequentarent, ſcilicet, ut ſinguli pro cunctis pet ſingulas hebdomadas feria quarta miſſam celebrarent. Poſt vocationem autem cujuslibet eorum ſuperſtites obtineant, ut pro eo, qui diſceſſerit, in ſedibus ſeptenæ miſſæ, totidemque vigiliæ Domino perſolvantur, a presbyteris autem monaſteriorum, ſive villarum tres miſſæ totidemque vigiliæ dependantur. Exitus autem uniuſcujuſque viciſſim piis currentibus litteris innoteſcat. Præſentes etiam Abbates in tam profutura ſocietate recepti eadem ſe conditione junxerunt. *Tullen. part. 1. cap. 14.*

CAPUT XVI.

De conſ. d. 2. cap. 28.

Non oportet clericos ignaros ſuper monumenta in campum myſteria portare, aut diſtribuere ſacramenta, ſed aut in eccleſia, aut in baſilica, ubi martyrum reliquiæ ſunt poſitæ, ibi pro defunctis oblationem offerri. *Mart. Brach. 68. vide Carthag. cap. 84. G.*

CAPUT XVII.

Si quis, cum ſui compos non eſſet, ſibi manum attulerit, vel etiam ſe præcipitaverit, fit ne oblatio, an non? Reſpondeo, hoc debet clericus diſcernere, an revera hoc fecetit, cum eſſet emotæ mentis, ſæpe enim ii, qui ad eum, cui hoc accidit, attinent, volentes aſſequi oblationem, & orationem pro ipſo mentiuntur, & dicunt eum non fuiſſe apud ſe, nonnumquam autem propter inſultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecit, tunc autem non eſt ſuper eum facienda oblatio, eſt enim ſui homicida. *Tinoth. Epiſcop. Alexand. c. 14.*

CAPUT XVIII.

Peſſimus uſus eſt apud quoſdam, qui in diebus Dominicis, ſive in quibuslibet feſtivitatibus mox miſſam celebrare, etiam ſi pro defunctis ſit, audierit abſcedit, ut per totum diem a primo mane ebrietati, & comeſſationi potius, quam Deo deſerviat. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 45.*

TITULUS XX.

DE SACERDOTE, QUI SE ABSTINET A PERCEPTIONE EUCHARISTIÆ CUM FACIT SACRUM, ITEM DE MINISTRIS, ET ALIIS, QUI INTERSUNT SACRIFICIO, ET NON COMMUNICANT.

CAPUT I.

SI Epiſcopus, Presbyter, diaconus, aut ex ſacro ordine oblatione facta non communicaverit, cauſam dicat, ſi juſta eſt, veniam meretur: ſi non dicat (*juſtam*) excommunicetur propter ſuſpicionem, quam facit populo contra offerentem ſacerdotem. *Apoſt. cap. 8. G. 9. L. Capitul. lib. 1. cap. 6.*

CAPUT II.

Relatum nobis eſt, quoſdam de ſacerdotibus non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in una videntur offerre. Sed in uno die, ſi plurima per ſe Deo offerant ſactificia, in omnibus ſe oblationibus a communione ſuſpendunt, & in ſola tantum extremi ſacrificii oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt, quaſi non ſit totiens illis vero, & ſingulari ſacrificio participandum, quotiens corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti immolatio facta conſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit, *Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?* Certum eſt, quod hi, qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt dominicis ſacramentis*. Quicumque ergo ſacerdotum deinceps divino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe a communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter privavit, gratia communionis, anno uno repulſum ſe noverit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur? Quotienſcumque ergo ſacrificans corpus, & ſanguinem Jeſu Chriſti Domini noſtri in altario immolat, totiens perceptionis corporis, & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat. *Tolet. XII. cap. 5. confirmatur hoc decretum. Tolet. XIII. cap. 9. Ivo part. 2. cap. 114. decret.*

De conſ. d. 2. cap. 11.

1. Cor. 10. c.

** dominici ſacramenti.*

TITULUS XXI.

NUM SACERDOS, QUI PŒNITENTIAM ACCEPIT, POSSIT POST ACTAM PŒNITENTIAM FACERE SACRUM.

Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. XLVI. & in Part. II. Lib. XIV. de Pœnitentia.

TITULUS XXII.

PRESBYTERI, QUI FACIUNT SACRUM APUD SANCTIMONIALES STATIM DISCEDANT.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XXI.

TITULUS XXIII.

COMMUNIA DE SACRIFICIO MISSÆ.

CA-

CAPUT I.

De bapt. c. ult. Gr. IX. c. 1. eod. tit. in 4. coll.

SI quando ſacerdotes Latini ſuper eorum (*Græcorum*) celebraſſent altaria, non prius Græci ſacrificare volebant in illis, quam ea, tamquam per hoc inquinata, laviſſent, &c. Sacro ſuadente concilio diſtricte præcipimus, ut talia de cætero non præſumant, &c. Si quis tale præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus ab omni officio, & beneficio eccleſiaſtico deponatur. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap.* 4.

CAPUT II.

Miſſas publicas ab Epiſcopo in cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in ſervorum Dei receſſibus, & in eorum receptaculis ulla popularis occaſio præbeatur conventibus, vel mulierum fiat illis introitus, quia non expedit animabus eorum. *Greg. in ſynod. Later. ante fin.*

CAPUT III.

Loquitur canon, de baptizatis ſine neceſſitate vel ab hæreticis, qui non ſervant formam.

Epiſcopus, aut presbyter, qui baptiſma, aut ſacrificium hæreticorum recepit, deponatur. *Apoſt. cap.* 46.

CAPUT IV.

Quidam errore decepti dicunt, ideo Patrem majorem Filio eſſe, quia illi ſoli ſacrificium immolatur, & quod Filius nullam cum Patre communionis operam habeat, &c. Sicut Patri, ita etiam Filio non ſolum chriſtianis temporibus, verum etiam priſcis temporibus, a ſacerdotibus variis, multiſque modis probamus ſacrificium fuiſſe oblatum, &c. Sacrificium itaque, quod a chriſtianis ſacris altaribus admovetur, non ſolum Deo Patri, ſed etiam Filio, communi devotione offertur, quoniam nec Patri ſine Filio poteſt offerri, neque Filio ſine Patre ſacrari. *Marcellin. epiſt. 1. in princ.*

CAPUT V.

Illud volumus cuſtodiri, ut cum ſolemnior feſtivitas conventum populi numeroſioris indixerit, & ad eam tanta multitudo convenerit, quam recipere baſilica ſimul una non poſſit, ſacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne his tantum admiſſis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi, qui poſtmodum confluxerint, non recepti, cum plenum pietatis, atque rationis ſit, ut quoties baſilicam, in qua agitur, præſentia novæ plebis impleverit, toties ſacrificium ſubſequens offeratur: „[Neceſſe eſt autem, ut quædam pars populi ſua devotione privetur, ſi unius tantum miſſæ more ſervato, ſacrificium offerre non poſſint, niſi qui prima diei parte convenerint. Studioſe ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus, ut quod noſtræ conſuetudini ex forma paternæ traditionis inſedit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis fide, & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio noſtro Poſſidonio presbytero, hanc ad fraternitatem tuam epiſtolam dedimus perferendam, qui noſtris proceſſionibus, atque ordinationibus frequenter interſuit, & toties admiſſus, quid in omnibus Apoſtolicæ auctoritatis teneremus, agnovit“. *Leo epiſt. 79. cap. 2. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandr. Burchard. lib. 3. cap. 228. Ivo part. 3. cap. 268. & part. 2. cap. 87. decret.*

De conſ. d. 1. cap. 50.

CAPUT VI.

De celebratione miſſarum in eccleſia inſtaurata. *Vigil. epiſt. unic. cap. 4. Burch. lib. 3. cap. 62. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 5. panorm. & part. 3. cap. 25. decr.*

De conſ. d. 1. c. De fabrica, 23.

CAPUT VII.

Si quis docet domum Dei contemnendam eſſe, & ſynaxes, quæ in ea fiunt, anathema ſit. *Gangr. cap. 5. Burch. lib. 3. cap. 94. Ivo part. 3. cap. 84. decret.*

Diſt. 30. c. 10.

CAPUT VIII.

Presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra civitatem fuerit, vel in loco, in quo eccleſia eſt, &c. ſi ad eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur. *Tolet. I. cap.* 5.

CAPUT IX.

In Auguſto, quia quotidie miſſæ ſanctorum ſunt, prandium habeant monachi, &c. Ad calcandam gentilium conſuetudinem patres noſtri ſtatuerunt, fieri litanias privatas in Kal. Jan. ut in eccleſia pſallatur, & hora octava in ipſis Kal. Circumſionis miſſa Deo propitio celebretur. *Turon. II. cap.* 18.

CAPUT X.

Si quis quinta feria paſchali, quæ vocatur *cœna Domini*, hora legitima poſt nonam jejunus in eccleſiis miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectam Priſcilliani, feſtivitatem ipſius ab hora tertia per miſſas defunctorum ſoluto jejunio colit, anathema ſit. *Brac. cap.* 16.

CAPUT XI.

Non licet ſuper uno altario in una die duas miſſas dicere, nec in altario, ubi Epiſcopus miſſas dixerit, presbyter in illa die miſſas dicat. *Antiſiod. cap. 10. Burch. lib. 3. cap. 226. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 8. panorm. & part. 2. cap. 270. decret.*

De conſ. d. 2. cap. ult.

CAPUT XII.

Dum miſſa celebratur, nullus presbyter, aut diaconus abſque aliqua infirmitate, dum miſſa perficitur, egredi de altario audeat. *Narbon c.* 12.

CAPUT XIII.

7. q. 1. Nihil, cap. 16.

Cum a ſacerdotibus miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis accidit quilibet eventus, quo cœptum nequeat conſecrationis expleri myſterium, ſit liberum Epiſcopo, vel presbytero alteri, conſecrationem exequi officii cœpti, non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis competit; quam aut incipientis, aut ſubſequentis completa benedictione ſacerdotis, quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur, cum enim ſimus omnes unum in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diverſitas format, ubi efficaciam proſperitatis unitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici individuum eſſe ſibi non ambigant, &c. Nec tamen quod naturæ languoris cauſſa conſulitur, in præſumptionis perniciem convertatur, &c. Nullus abſque patentis proventu moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præſumpſerit, ex-

Rom. 12.

communicationis ſententiam ſuſtinebit. *Tolet. VII. cap. 2. Burch. lib. 3. cap. 70. Ivo part. 2. cap. 124. decret.*

CAPUT XIV.

Salubri declaratione cenſemus ut per ſingulas quaſque eccleſias, in quibus presbyter juſſus fuerit per ſui Epiſcopi ordinationem præeſſe, ſingulis diebus dominicis ſacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis eccleſiis videntur, aut viſi ſunt contuliſſe, ſi viventes in corpore ſunt, ante altare recitentur tempore miſſæ; quod ſi ab hac diſceſſerunt, aut diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine, &c. *Emeritenſ. cap. 19.*

CAPUT XV.

26. q. 5. Quicumque, c. 13. Si quis occaſionem nutrierit, unde de templis Domini, aut officia conſueta deſinit, aut oblatio ſingularis ſacrificii videatur in aliquo defraudari, ſi eum antea pœnitudinis coram Metropolitano ſatisfactio non purgaverit, ignobilitate perpetuæ mancipatus juxta ſuperiorem ſententiam Domini, & loci ſui dignitate ſe noverit, & honore privari. *Tolet. XIII. cap. 7.*

CAPUT XVI.

26. q. 5. c. 13. Quicumque. Plerique ſacerdotum miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud, niſi ut is, pro quo id ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis interventu, mortis, ac perditionis incurrat periculum, & quod cunctis datum eſt in ſalutis remedium, illi hoc perverſo inſtinctu quibuſdam eſſe expetunt in interitum. Ob id noſtra elegit unanimitas, ut ſi quis ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, a proprii deponatur ordinis gradu, & tam ipſe ſacerdos, quam etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilii perpetui ergaſtulo religati, excepto in ſupremo vitæ curriculo ſacræ communionis perceptione priventur. *Tolet. XVIII. cap. 5. vide in Regis Egicani edicto cap. 5.*

CAPUT XVII.

Servis Dei in exercitum pergere prohibemus, niſi illis tantummodo, qui propter divinum miniſterium, miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt, id eſt unum, vel duos Epiſcopos cum capellanis presbyteris Princeps ſecum habeat, & unuſquiſque præfectus unum presbyterum, &c. *Franc. ſynod. Capitul. lib. 5. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 218. Ivo part. 5. cap. 332. decret.*

CAPUT XVIII.

In omnibus locis, & diebus pro Imperatore, & filiis ſacrificiorum Deo libamina dedicentur, pia orationum vota ſolvantur, &c. *Arelat. ſub Carolo in proœm. vide cap. 2.*

CAPUT XIX.

Miſſarum diſcuſſa eſt ratio, ut presbyteri minus antea ſcientes intelligerent, qualiter miſſarum ſolemnia deinceps dignius celebrare deberent. *Rhemenſ. cap. 6.*

CAPUT XX.

An debeat clericus præſentibus Arianis, vel aliis hæreticis, orare? & an eum lædat, quando facit orationem, ſeu oblationem? Reſpondeo in divina oblatione diaconus ante orationem loquitur: Qui non communicatis, ambulate, non debent ergo intereſſe, niſi profiteantur, ſe pœnitentiam acturos, & hæreſim vitaturos. *Timoth. Epiſcopus Alexand. cap. 9.*

LIBER DECIMUSQUARTUS.

De Pœnitentiæ Sacramento.

TITULUS I.

LAUS PŒNITENTIÆ.

CAPUT I.

Joann. 3. LEgimus Ninivitis divina ultione dignis, humiliter in tribulatione ad Dominum clamantibus divinitus ſubventum, nam &
3. Reg. 21. 2. Paral. 36. Achab, & Manaſſes Reges idololatræ pœnitentiæ ſatisfactione divinæ obviavere ultioni. Meretrix
Luc. 7. porro illa evangelica Maria nomine, profuſione lachrymarum, carere meruit enormitate multorum peccaminum. His, & his ſimilibus ſalutiferis documentis datur intelligi, quod Deus bona cuncta jubens, malaque omnia verans, ſæpiſſime humanæ fragilitatis peccatis offenſus, & ad iram provocatus, per pœnitentiæ tamen dignam ſatisfactionem ab humanis erratibus ſuæ ſeveritatis debitam ſuſpenderit vindictam, adeo ut quem moles peccaminum provocaverat ad ultionem actuum pravorum, correctio flexerit ad miſericordioſiſſimam propitiationem. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. in præfat.*

CAPUT II.

Pœnitentia inſignis eſt armatura, magna ſalutis via, hoſpitii regni cælorum diſpenſatrix, incorruptibilis viæ dux, martyriorum certaminum æquiparatio, ad Deum viam indicans, & cum ipſo nos eſſe faciens, humani generis baculus, cadentium, & lapſorum ſurrectio. Beati qui hanc amplectuntur, & huic adhærent: qui hanc exercent, cum Angelis vitam æqualem ducunt, ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pœnitentia eſt columna, & familiaris dilectionis, eleemoſynæ, jejunii, abſtinentiæ, temperantiæ, probitatis, honeſtatis, manſuetudinis, & ut verum uno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia. Si quis autem hanc contaminat, & con- Eſai. 66. Matt. 9.
temnit, non inter ſervatos, ſed inter perditos numerandus eſt, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur. *Taraſ. ante VII. Syn. poſt al.*

TI-

TITULUS II.
DE CONTRITIONE.

CAPUT I.

Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Chriſtus apud Matth. cap. 4. num. 17. & Joannes Baptiſta apud eundem Matth. c. 3. num. 2.

CAPUT II.

Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Chriſtus apud Luc. c. 13. num. 3.

CAPUT III.

Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Eccleſiaſtici c. 5. num. 8. Pontian. epiſt. 2. ad fin. Eutychian. ep. 2. poſt med.

CAPUT IV.

Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & juſtitiam, vita vivet, & non morietur. Ezech. c. 18. num. 21.

CAPUT V.

Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis, & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum, & quare moriemini domus Iſrael? Ezech. c. 18. num. 30.

CAPUT VI.

Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius a via ſua, & vivat, &c. Ezech. c. 33. num. 11.

CAPUT VII.

Anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam, & juſtitiam Domino. Baruch c. 2. n. 18.

CAPUT VIII.

Nunc ergo dicit Dominus: *convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu, & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, convertimini ad Dominũ Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multa miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat. Joel c. 2. num. 12.*

CAPUT IX.

Abiicienda prorſus eſt e corde omnis intrinſecus, quæ latet, amaritudo peccati, ſi qua forte ex deſideriis iniquis, velut ex cibis noxiis congregata eſt, quam utique cum evomuerit, quis abjecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen poſt vomitum, quæ ad ſanitatem pertinent, ſumat. *Clem. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT X.

Pœnitemini (*inquit Petrus*) & veram agite pœnitentiam. *Clem. ep. 1. ante med.*

CAPUT XI.

Incertum eſt etiam juvenibus vitæ tempus, ſenibus autem certum eſt breve eſſe. Ideo tam juvenes, quam ſenes oportet de converſione, & pœnitentia valde eſſe ſollicitos, & ut ornent ſe dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore juſtitiæ, candore pietatis, aliiſque omnibus, quibus comptam eſſe decet rationabilem mentem. *Clem. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT XII.

Salutem homini adimit quiſquis mortis tempore pœnitentiam denegat, & deſperat de clementia Dei, qui cum * ad ſubveniendum momenti ſufficere, vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium, ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum unius horæ pœnitentia non juviſſet. Cum eſſet in pœna pœnituit, & per unius ſermonis profeſſionem habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum, mente potius eſt æſtimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter aſſerente: *Cum converſus, ingemueris, tunc ſalvus eris. Cæleſtin. ep. 2. c. 2. vide Tribur. ſub Arnulph. c. 31. in fin. Magunt. ſub Rabano c. 27. Vormat. c. 80. Raban. in Pœnit. c. 38. Burch. lib. 18. c. 22. Ivo part. 15. cap. 44. Anſelm. lib. 11. c. 19. Tarrac. lib. 6. c. 55.*

26. q. 6. c. 13. Agnovim.
** eam, al.*
Luc. c. 23. f.
Ezech. 18. & 33.

CAPUT XIII.

Pœnitentiam vere agere, eſt commiſſa flere, ſed iterum plangenda declinare. *Gr. lib. 9. regiſtri epiſt. 39. ad Theoctiſtam in fin. & in homil. 34. evang. Ivo part. 15. c. 1. decret.* *De pœnit. d. 3. c. 1.*

CAPUT XIV.

In die ſextæ feriæ paſſionis Domini oportet myſterium crucis prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum præſtolari, ut pœnitentiæ compunctione mundati venerabile feſtum dominicæ reſurrectionis, remiſſis iniquitatibus, ſuſcipere mereamur, corporiſque ejus, & ſanguinis ſacramentum mundi a peccato ſumamus. *Tolet. IV. c. 6.*

CAPUT XV.

Mentem, & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio, & contritio debet reducere ad veniam. *Cabil. ſub Carolo c. 36. in fin. Capitul. lib. 7. c. 62. in addit. Ivo part. 16. c. 336. decret.*

CAPUT XVI.

Cum poſt abrenuntiationem (*is, qui baptiſmum ſuſcepit*) quibuslibet illecebris vitiorum illectus ad ea, quibus renuntiavit, redit, necnon & poſt tantæ fidei perceptionem, in apoſtaſiam, aut infidelitatis, aut hæreticæ pravitatis, aut fraterni ſchiſmatis prolabitur, proculdubio utriuſque pactionis tranſgreſſor efficitur, quarum altera, quia baptiſmi iteratione nequit, pœnitentiæ lamentis, eleemoſynarum largitionibus, cæteriſque bonorum operum exhibitionibus dilui poteſt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 9.*

CAPUT XVII.

Pœnitentia porro non in multitudine annorum, ſed potius in contritione cordis, & corporis eſt æſtimanda. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 46. poſt med.*

CAPUT XVIII.

Tribus modis peccata mortalium vindicantur, duobus in hac vita, tertio in futura vita. De duobus ita Apoſtolus inquit: *Si noſmetipſos judicaverimus, a Domino non judicabimur.* Hæc eſt vindicta, quam inſpirante Deo omnis peccator *1. Cor. 11.*

pro

Digitized by Google

pro ſuis admiſſis pœnitendo, in ſe ipſo vindicat. *Aquiſgr. ſub Pipino lib. 1. c. 1.*

CAPUT XIX.

In commune deſeruimus cultum Dei, quidam ex nobis mandata Dei, & minas ejus, atque promiſſiones cognoſcimus, ſed non timemus, neque amamus: quidam neque cognoſcere dignamur, & utrique ſumus in magno periculo, niſi convertamur, antequam moriamur. Mors noſtra incerta eſt unicuique noſtrum, & certa eſt vindicta Dei, & in proximo, niſi converſio, & pœnitentia nobis ſubvenerit. *Tullen. in ep. ad Rotbertum, & ſocios.*

CAPUT XX.

Reparemus nos per pœnitentiam, & confeſſionem, & per eleemoſynas, unuſquiſque ſecundum poſſibilitatem ſuam, & quantum quiſque recognoſcit ſe a Deo aruiſſe per culpas, tantum bibat compunctionis ſuæ lachrymas, &c. *Piſten. cap. 1.*

CAPUT XXI.

Conſiderantes nos omnium operum, & ſermonum, inſuper cogitationum reddituros eſſe rationem, &c. dum adhuc vacat, dum adhuc Judex ſuſtinet, dũ adhuc, qui offenſus eſt, peccata noſtra propter pœnitentiam diſſimulat, & ut ab ejus ſe-
Pſalm. 94. veritate ad illius bonitatem revertamur, blanditiis, & minis clamat, non obduremus corda noſtra, ſicut hactenus, & patres noſtri, & nos egi-
Judith 7. mus: *peccavimus enim cum patribus noſtris, injuſte egimus iniquitatem fecimus.* Jam nunc ergo reverſi ad conſcientias noſtras, & mala, quæ geſſimus, judicantes vera, & pura confeſſione
Pſalm. 117. confiteamur Domino, *quoniam bonus, quoniam*
Pſalm. 94. *in ſæculum miſericordia ejus: Procidamus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, qui benignus, & miſericors eſt, præſtabilis ſuper malitia, qui*
Ezech. 33. *non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* Si igitur ex toto corde converſi ad Dominum veram pœnitentiam, fructuſque pœnitentiæ dignos fecerimus, crebris, & ſanctis inſtantes jejuniis, vigiliis caſtis, illique bene complacitis, & orationibus ſalſo lachrymarum imbre perfuſis cum eleemoſynis juſtis, cæteriſque miſericordiæ, & charitatis operibus, atque profiteamur nos ad priſtina impietatum noſtrarum ſcelera numquamredituros juvante ejus gratia, ſine qua nihil poſſumus ſi in iſtis perſeveraverimus, ſatisfacientes Deo, & eccleſiæ de præteritis peccatis per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, & per contriti cordis ſacrificium, cito ejus, qui cor contritum, & humiliatum non ſpernit, & cui proprium eſt miſereri, & parcere, miſericordiam conſequamur: cito dicimus, quia apud benignum Deum non tam valet menſura temporis, quam co[illegible]. *Troslejan. c. 15.*

CAPUT XXII.

Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere: ſecundus, delicta cognoſcere, illic currit innocentia integra, & illibata, quæ ſervet, hic ſuccedit medela, quæ ſanet. *Cyprian. in epiſt. longa 58. ad Cornel. cujus initium eſt:* Legi litteras tuas, *poſt med. vel lib. 1. epiſt. 3.*

CAPUT XXIII.

Omnem iniquitatem bonus Dominus remittit, ſi quiſpiam ex toto corde pœnituerit. *Taraſ. Epiſc. CP. apud VII. Synod. act. 4. in med.*

TITULUS III.

DE CONFESSIONE.

CAPUT I.

INſufflavit, & dixit eis: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Chriſtus apud Joann. c. 20. n. 22.*

CAPUT II.

Præcipimus tam in cathedralibus, quam in aliis *De offic. Jud.*
conventualibus eccleſiis viros idoneos ordinari, *ord. c. 15.*
quos Epiſcopi poſſint coadjutores, & cooperato- *Inter cætera Greg. IX.*
res habere non ſolum prædicationis officio, ve- *& c. [illegible] tit. in 4. coll.*
rum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentiis injungendis, ac ceteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 19.*

CAPUT III.

Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad *De pœnit. c.*
annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus *12. Gr. IX.*
peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in an- *& c. 2. eod.*
no proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœniten- *tit. in 4. coll.*
tiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in paſcha Euchariſtiæ ſacramentum, &c. alioquin, & vivens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſiis publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit juſta de cauſſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio ſacerdote, cum aliter ille ipſum non poſſit ſolvere, vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias, & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cujuſmodi remedium adhibere diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum. Caveat autem omnino, ne verbo, vel ſigno, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſonæ caute requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectũ præſumpſerit revelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 21.*

CAPUT IV.

Cum infirmitas corporalis nonnumquam ex *De pœnit. c.*
peccato proveniat, dicente Domino languido: *13. Gr. IX.*
vade & amplius noli peccare, ne deterius ali- *& c. 4. eod. tit. in 4. coll.*
quid tibi contingat. Statuimus, & diſtricte præ- *Joann. 5.*
cipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, quod medicos advocent animarum, ut poſtquam infirmis fuerit de ſpiritali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubris procedatur, cum cauſſa ceſſante ceſſet effe-

ctus.

ctus. Hoc quidem inter alia huic cauſſam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto jacentes, cum eis a medicis ſuadetur, ut de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum hujus noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter. *Innoc. III. in concil. general. Later. cap.* 22.

CAPUT V.

Nullius confeſſio, niſi perfecta fuerit, recipiatur. *Urban. II. in concil. Claromont. cap.* 21. *&* 22.

CAPUT VI.

Si forte alicujus cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum latenter irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic, qui præeſt, ut ab ipſo per verbum Dei, & conſilium ſalubre curetur, quo poſſit integra fide, & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire. *Clem. ep.* 1. *poſt princ.*

CAPUT VII.

Inſtruebat (*Petrus Apoſtolus*) actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, cogitationes malas cordi ſuo advenientes mox ad Chriſtum allidere, & ſacerdotibus Domini manifeſtare. *Clem. epiſt.* 1. *ante finem. Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap.* 21.

CAPUT VIII.

Illam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnovi a quibuſdam illicita uſurpatione committi modis omnibus conſtituo ſubmoveri, de pœnitentia videlicet, quæ ita a fidelibus poſtulatur, ne de ſingulorum peccatorum genere, libellis ſcripta profeſſio publice recitetur, cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis

De pœnit. d. 1. *c.* 88.

ſacerdotibus indicari confeſſione ſecreta, quamvis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur, tamen quia non omnium hujuſmodi ſunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poſcunt non timeant publicare, removeatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſſunt

Eod. c. 61.

legum conſtitutione percelli, ſufficit enim illa confeſſio, quæ primum Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit, tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis. *Leo epiſt.* 78. *cap.* 2. *ad Epiſcop. Campaniæ. Burch. lib.* 19. *c.* 159. *Ivo part.* 15. *cap.* 167. *decret. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 25.

CAPUT IX.

Scienti peccare neceſſaria confeſſio eſt. *Horm. epiſt.* 5. *ad Epiſc. Hiſpaniæ in med.*

CAPUT X.

Non odit Deus peccantem, & confitentem, ſed peccantem, & negantem. *Zach. epiſt.* 5. *ad Boniſ. prope fin.*

CAPUT XI.

Cum in prælium proficiſci diſponitis, quo ipſi commemoraſtis, agere in Dei nomine non omittite, id eſt ad eccleſias ire, &c. confeſſionem delictorum ſacerdotibus facere, reconciliationem, & communionem percipere. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 35.

CAPUT XII.

De confeſſore mentionem facit. *Tolet. cap.* 6. *&* 9.

CAPUT XIII.

Pœnitentiæ locus omnibus pateat, qui converſi errorem ſuum voluerint confiteri. *Andegav. cap.* 13.

CAPUT XIV.

De pœnitentia peccatorum, quæ eſt medela animæ, utilem omnibus hominibus eſſe cenſemus, & ut pœnitentibus a ſacerdotibus facta confeſſione, indicatur pœnitentia, univerſitas ſacerdotum noſcitur conſentire. *Cabil. c.* 8.

CAPUT XV.

In exercitu unuſquiſque præfectus unum presbyterum habeat, qui hominibus peccata confitentibus judicare, & indicare pœnitentiam poſſit. *Franc. ſyn. poſt princ.*

CAPUT XVI.

Epiſcopis, & presbyteris diligenti cautela pertractandum eſt, qualiter hominibus ſua ſibi delicta confitentibus tempus abſtinendi aſcribant, &c. *Turon. ſub Carolo c.* 22.

CAPUT XVII.

Quidam dum confitentur peccata ſua ſacerdotibus, non plane id faciunt. Quia ergo conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantiis, anima videlicet, & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, ut ex utriſque plena ſit confeſſio, ſcilicet, ut & ea confiteantur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur. Inſtruendus eſt itaque peccatorum ſuorum confeſſor, ut de octo principalibus vitiis, ſine quibus in hac vita difficile vivitur, confeſſionem faciat, quia aut cogitatione, aut quod eſt gravius, opere eorum inſtinctu peccavit, odium etenim, invidia, ſuperbia, vel cæteræ hujuſcemodi animæ peſtes tanto periculoſius lædunt, quanto ſubtilius ſerpunt. *Cabil. ſub Carolo c.* 32. *Capitul. lib.* 7. *cap.* 56. *in addit. Burch. lib.* 19. *c.* 34. *Ivo part.* 15. *c.* 52. *decret.*

CAPUT XVIII.

Quidam ſolummodo Deo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero ſacerdotibus confitenda eſſe percenſent, quod utrumque non ſine magno fructu intra ſanctam fit eccleſiam, ita dumtaxat & Deo, qui remiſſor eſt peccatorum, confiteamur peccata noſtra, & cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitiam meam non abſcondi: dixi confitebor adverſum me injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Et ſecundum inſtitutionem Apoſtoli, confiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro invicem, ut ſalvemur. Confeſſio itaque quæ Deo fit purgat peccata: ea vero quæ ſacerdoti fit, docet, qualiter ipſa purgen-

De pœnit. d. 1.

Pſalm. 31.

Jacob. 5. *d.*

Peccata deleri poſſunt per contritionem, ſed ea de jure divino tenemur ſacerdoti confiteri.

gen-

gentur peccata. Deus namque ſalutis, & ſanitatis auctor, & largitor, plerumque hanc præbet ſuæ potentiæ inviſibili adminiſtratione, plerumque medicorum operatione. *Cabil. ſub Carolo c.* 33. *Capitul. lib. 7. c.* 58. *in addit. Burch. lib.* 19. *c.* 145. *Ivo part.* 15. *c.* 155. *decret.*

CAPUT XIX.

Qui peccata ſua ſacerdotibus, in quorum ſunt parochiis, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina, vel quorumlibet ſanctorum inviſere deſiderant, horum eſt devotio omnibus collaudanda. *Cabil. ſub Carolo c.* 45. *in fin. Burch. lib.* 19. *c.* 51. *Ivo part.* 15. *c.* 65. *decret.*

CAPUT XX.

Inter litanias, & exomologeſes hoc differt, quod exomologeſes pro ſola peccatorum confeſſione agantur, litaniæ vero indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo miſericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum ſub una deſignatione habetur. *Magunt. cap.* 32.

CAPUT XXI.

Ventilata eſt ratio pœnitentiæ, ut ſacerdotes certius intelligerent, quomodo confeſſiones recipere, & pœnitentiam ſecundum canonicam inſtitutionem pœnitentibus deberent indicare. *Rhemenſ. cap.* 12. *Burch. lib.* 19. *cap.* 96. *Ivo part.* 15. *c.* 108. *decret. & Pœnit. Rom. tit.* 9. *c.* 22.

CAPUT XXII.

Epiſcopi, & presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ conſtituant. *Rhemenſ. cap.* 16. *Burch. lib.* 19. *cap.* 98. *Ivo part.* 15. *cap.* 110. *decret. & Pœnitent. Rom. tit.* 9. *cap.* 19.

CAPUT XXIII.

Quoniam multi ſacerdotum partim incuria, partim ignorantia modum pœnitentiæ reatum ſuum confitentibus ſecus, quam juta canonica decernant, imponunt, utentes ſcilicet quibuſdam codicillis contra canonicam auctoritatem ſcriptis, quos pœnitentiales vocant, & ob id non vulnera peccatorum curant, ſed potius foventes palpant, &c. Viſum eſt, ut unuſquiſque Epiſcoporum in ſua parochia eoſdem erroneos codicillos diligenter perquirat, & inventos igni tradat, ne per eos ulterius ſacerdotes imperiti homines decipiant, &c. Presbyteri etiam, imperiti ſolerti ſtudio ab Epiſcopis ſuis inſtruendi ſunt, qualiter & confitentium peccata diſcrete inquirere, eiſque congruum modum ſecundum canonicam auctoritatem pœnitentiæ noverint imponere, quoniam hactenus eorum incuria, & ignorantia multorum flagitia remanſerint impunita, & hoc ad animarum ruinam pertinere dubium non eſt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *cap.* 32. *Vide Cabilon. ſub Carolo cap.* 38.

CAPUT XXIV.

Cum miſeria humana multifariis fragilitatis ſuæ exceſſibus creatoris ſui incomparabilem dulcedinem ſæpiſſimæ ad amaritudinem provocet, tunc gravius, ſceleratiuſque in eum delinquit, quando contra naturam peccat, &c. Quiſquis tanti ſceleris patratorem ſe eſſe meminit, dum tempus acceptabile, dieſque ſalutis exiſtit, per confeſſionem & pœnitentiæ ſatisfactionem ſibi conſulere non differat. *Pariſ. ſub Lodov. & Loth. lib.* 1. *cap.* 34.

CAPUT XXV.

Si ſacerdotibus ſanctimoniales peccata ſua confiteri voluerint, id non niſi in eccleſia coram ſancto altari, adſtantibus haud procul teſtibus, faciant; ſi autem infirmitas præpedierit, ut in eccleſia eadem confeſſio fieri nequeat, in quacumqualibet domo facienda eſt, non niſi teſtibus ſimiliter haud procul adſtantibus fiat. Nullo modo quippe videtur nobis convenire ut monachus relicto monaſterio ſuo idcirco ſanctimonialium monaſteria adeat, ut confitentibus peccata ſua modum pœnitentiæ imponat. Nec illud etiam nobis videtur congruum, ut clerici, & laici Epiſcoporum, & presbyterorum canonicorum judicia declinantes, monaſteria monachorum expetant, ut ibi monachis ſacerdotibus confeſſionem peccatorum ſuorum faciant, præſertim cum eiſdem ſacerdotibus monachis id facere fas non ſit, exceptis his dumtaxat, qui ſub monaſtico ordine ſecum in monaſteriis degunt. Illis namque eſt confeſſio peccatorum facienda, a quibus ſubinde, & modus pœnitentiæ, & conſilium ſalutis capiatur, ut a quibus poſt tempora pœnitentiæ peracta, ſecundum canonicam inſtitutionem, ſi Epiſcopus juſſerit, reconciliatio mereatur. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib.* 1. *cap.* 46. *poſt princ.*

CAPUT XXVI.

Presbyterorum, qui præſunt eccleſiæ Chriſti, miniſterium eſſe videtur, ut de omnibus hominibus, qui ad eorum eccleſiam pertinent, per omnia curam gerant, &c. Si (*aliquis*) infirmitate depreſſus fuerit, ne confeſſione, atque oratione ſacerdotali, necnon unctione ſanctificati olei per ejus negligentiam careat. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part.* 3. *cap.* 5.

CAPUT XXVII.

Ab infirmis in mortis periculo poſitis per presbyteros pura inquirenda eſt confeſſio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudiis pondus pœnitentiæ ſublevandum. *Magunt. ſub Raban. cap.* 26. *Burch. lib.* 18. *cap.* 14. *Ivo part.* 15. *cap.* 36. *decret. Cæſar. lib.* 15. *cap.* 26. *Pœnit. Rom. tit.* 9. *cap.* 7. 26. q. 7. c. 1.

CAPUT XXVIII.

Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicum juſſum danda eſt, cur non etiam eis, qui pro ſuis peccatis pœnam extremam perſolvunt? *Magunt. ſub Raban. c.* 27. *Vormac. cap.* 79. *al.* 80.

CAPUT XXIX.

Reparemus nos per pœnitentiam, & confeſſionem, & per eleemoſynas, unuſquiſque ſecundum poſſibilitatem ſuam, & quantum quiſque recognoſcit ſe a Deo atuiſſe per culpas, tantum bibat compunctionis ſuæ lacrymas, &c. *Piſten. cap.* 1. *poſt med.*

CA-

CAPUT XXX.

Si fur, vel latro vulneratus elabitur, & expectatione mortis deſperatus putatur, atque reconciliari ſe myſteriis ſacroſanctis, habitu corporis, & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoque & ſacerdoti, comite vita, emendatione morum, & actuum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam. *Tribur. cap.* 31.

CAPUT XXXI.

Cum ſacerdos audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quamcitius ad eum pergat, &c. & appropinquans lecto, quo infirmus decumbit, eum blande, leniterque alloquatur, ut omnem ſpem in Deo ponat, ut flagellum Dei patienter toleret, ut hoc ad purgationem, & caſtigationem ſuam provenire credat, ut peccata ſua confiteatur, ut emendationem promittat, ſi Dominus vitam conceſſerit, pœnitentiam pro culpis commiſſis ſpondeat, ut ſubſtantiam ſuam dum adhuc ſenſus, & ratio in eo vigent, diſponat, ut peccata ſua eleemoſynis redimat, ut his, qui in ſe peccaverunt, indulgeat, &c. Cum his, & hujuſcemodi allocutionibus fuerit mens infirmi relevata, data benedictione, recedat ſacerdos, non poſt multum reverſurus, detque locum, ut ægrotus de peccatis ſuis poſſit cogitare. *Nannet. cap.* 4.

CAPUT XXXII.

Infirmus, qui neceſſitate mortis urgente, confitetur peccata ſua, ſub ea conditione a ſacerdote reconcilietur, ut ſi ei Dominus vitam donaverit, ſanitatemque reddiderit, ſecundum qualitatem delicti, omnibus * pœniteat. *Nannet. cap.* 5. *Burch. lib.* 18. *cap.* 3.

* omnino, f.

CAPUT XXXIII.

De exomologeſi, & de ſatisfactione. *Cyprian. lib.* 1. *epiſt.* 3. *longa ad Corn. cujus initium eſt*: Legi litteras tuas, *vel* 55.

CAPUT XXXIV.

Amplector prompta, & plena dilectione eum pœnitentia revertentes, peccatum ſuum ſatisfactione humili, & ſimplici confitentes. *Cyprian. lib.* 1. *epiſt. ead. ad Cornel. ante fin.*

CAPUT XXXV.

Qui uniuſcujuſque peccatorum fuit conſcius, & non confeſſus, ſed convictus eſt, tanto tempore quanto malorum effectorum punitus eſt, ipſa quoque punietur. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 70.

CAPUT XXXVI.

Si unuſquiſque eorum, qui in peccatis fuere, confeſſus, bonus evaſerit, & is, cui a Deo benignitate ligandi, & ſolvendi credita eſt poteſtas, ſi ſit clementior, videns ſummam ejus, qui peccavit, confeſſionem ad diminuendum pœnarum tempus, non eſt dignus damnatione; cum, quæ eſt in ſcripturis, nobis hiſtoria ſignificet, quod, qui cum majori labore confitentur, Dei miſericordiam celeriter apprehendant. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 73.

CAPUT XXXVII.

Qui ex ſe ipſo ad ſua proferenda peccata impulſus eſt, eo quod ſua ſponte occultorum accuſator eſſe voluerit, ut qui jam affectioni medicinam adhibere cœperit, & ſignum in id, quod eſt melius, mutationis oſtenderit, in mitioribus pœnis verſatur. Qui autem in malo deprehenſus eſt, vel propter aliquam ſuſpicionem, vel accuſationem ingratis convictus eſt, longius illi converſionis tempus datur, ut ipſe perfecte purgatus, ſic ad ſacramentorum communionem admittatur. *Greg. Nyſſen. epiſt. canonica, cap.* 4.

CAPUT XXXVIII.

Multi precibus opus habemus o pater! multa enim mala fecimus, quin etiam continua pœnitentia, & confeſſione indigemus. *Nicephorus Epiſcopus Dyrrachii in ſyn. VII. gen. act.* 4. *in med.*

CAPUT XXXIX.

Vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Feciſti confeſſionem, & accepiſti pœnam de peccato illo te pœnitens: Theodorus dixit etiam. Sanctiſſimi Vicarii dixerunt: Cui confeſſus es, & a quo accepiſti epitimium. Theodorus dixit: Qui dedit mihi epitimium, defunctus eſt. Sanctiſſimi Vicarii ſenioris Romæ dixerunt. Quis vocabatur? Theodorus dixit: Neſcio, Abbas erat, &c. Sanctiſſimi Vicarii dixerunt: Et cuſtodiſti epitimia? Theodorus dixit: Si vult Deus, cuſtodivi ea, quia chriſtianus ſum. *Synod. gener. VIII. ſub Hadr. II. action.* 9. *in medio.*

CAPUT XL.

Si quis perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato timens pœnitentiæ longam ærumnam, ad confeſſionem venire noluerit, ab eccleſia repellendus eſt, ſive a communione, & conſortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque in ſua eum domo recipiat. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap.* 26.

CAPUT XLI.

Confeſſio, quam ſacerdotibus facimus, hoc nobis adminiculum adfert, quia accepto ab eis ſalutari conſilio ſaluberrimis pœnitentiæ obſervationibus, ſive mutuis orationibus peccatorum maculas diluimus. Confeſſio vero, quam ſoli Deo facimus, in hoc juvat, quia quanto nos memores ſumus peccatorum noſtrorum, tanto horum Dominus obliviſcitur, & e contrario, quanto nos horum obliviſcimur, tanto Dominus reminiſcitur. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c.* 30.

CAPUT XLII.

Confeſſiones dandæ ſunt de omnibus peccatis, quæ ſive in opere, ſive in cogitatione perpetrantur. Octo ſunt principalia vitia, ſine quibus vix ullus inveniri poteſt, eſt enim *Gaſtrimargia*, hoc eſt ventris ingluvies, ſecundum fornicatio, tertium Accidia, ſive triſtitia, quartum Avaritia, quintum Vana gloria, ſextum Invidia, ſeptimum Ira, octavum Superbia. Quando ergo quis ad confeſſionem venit, diligenter debet inquiri, quo modo, aut qua occaſione peccatum perpetraverit, quod peregiſſe ſe confitetur, & juxta modum facti debet ei pœnitentia indicari. Debet ei perſuaderi, ut de perverſis cogitationibus faciat confeſſionem, debet ei etiam injungi de octo principalibus vitiis faciat ſuam confeſſionem, & nominatim debet ei ſacerdos unumquodque vitium dicere, & ſuam de eo confeſſionem accipere. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap.* 31. *vide Burch. lib.* 19. *cap.* 6. *Pœnit. Rom. tit.* 9. *cap.* 16. *Beda cap.* 5. *de remed. peccat. Caſſian. lib.* 5.

cap. 1. de inſtitut. cœnobior. & collat. 5. cap. 2. & 16. & fragment. Caroli, ſive Amilarii.

CAPUT XLIII.

Si quis in lecto vitiorum ſuorum jacet, & morbo iniquitatis ſuæ laborat, & funibus peccatorum ſuorum conſtrictus eſt, & vitiorum ſuorum obſitus pariete, in tenebris iniquitatis ſuæ, eſt infirmus quidem, ſed ſi de lecto vitiorum per confeſſionem egreditur, & per pœnitentiæ lamenta vinculis peccatorum abſolvitur, & ad lucem bonorum operum egreditur, infirmum, & in carcere poſitum ſe proculdubio viſitat. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 32.*

CAPUT XLIV.

Hebdomada una ante initium quadrageſimæ confeſſiones ſacerdotibus dandæ ſunt, pœnitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & omnia jurgia ſedanda, & dimittere debent debita invicem de cordibus ſuis, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 36.*

TITULUS IV.

DE SATISFACTIONE.

CAPUT I.

FAcite fructum dignũ pœnitentiæ, &c. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Joann. Bapt. apud Matt. c. 3. num. 8. & 10.*

CAPUT II.

Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Paul. ep. 2. ad Corinth. c. 7. num. 10.

CAPUT III.

2. q. 7. Accuſatio *cap.* 15. *in fin.* Si aliqui (*Epiſcopos*) lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint, excommunicentur, & minime abſolvantur, antequam per ſatisfactionem, ut jam dictum eſt, condignam egerint pœnitentiam. *Anaclet. ep. 2. cap. 2. Troslejan. c. 5. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 5. panorm. & part. 5. c. 238. decret. Anſelm. lib. 3. c. 36.*

CAPUT IV.

Statuimus pari voto, parique conſenſu, ut unuſquiſque noſtrum dictis, & exemplis plebes parochiæ ſuæ attentius ad meliora incitare ſtudeat, eaſque ut ſe a malis cohibeant, & ad Dominũ ex toto corde convertant, ſollicite admoneat: Deumque, quem peccando ſibi iratum fecerant, digna pœnitentiæ ſatisfactione, & eleemoſynarum largitione ſibi placabilem facere ſatagant. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 5.*

CAPUT V.

Pœnitentia porro non in multitudine annorum, ſed potius in contritione cordis, & corporis eſt æſtimanda. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 46.*

CAPUT VI.

Pari conſenſu decrevimus, ut unuſquiſque noſtrũ in parochia ſua dictis, & exemplis plebes ſibi ſubjectas ad meliora incitare ſtuderet, eaſque ut ſe a malis cohiberent, & ad Deum ex toto corde converterent, ſollicite admoneret, Deumque, quem peccando ſibi iratum fecerant, digna pœnitentia, ſatisfactione, & eleemoſynarum largitione ſibi placabilem facere ſatagerent. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 3. c. 1.*

CAPUT VII.

Quantum quiſque recognoſcit ſe a Deo aruiſſe per culpas, tantum bibat compunctionis ſuæ lacrymas, & tunc proficient in aqua iſta, quas facimus, firmitates, ſi per bona opera reſtruxerimus, quas in nobis diſtraxerunt peccata, virtutum munitiones, quæ & tunc proficient, ſi mala, quæ fecit quis prius, pro ut poterit, emendaverit, aut rapta ſolvendo, aut per indulgentiam deprecando, atque mala cetera per dignam pœnitentiam abolendo, & tunc proficient, ſi in ante cuſtodierit, ne de illis ſe ſordidet, de quibus ſe emendavit, quia ſcriptum eſt: *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum*, &c. *Piſten. c. 1.* *Eſaia* 1.

CAPUT VIII.

Si ex toto corde converſi a Dominum veram pœnitentiam, fructuſque pœnitentiæ dignos fecerimus, crebris, & ſanctis inſtantes jejuniis, vigiliis caſtis, illique bene complacitis, & orationibus ſalſo lachrymarum imbre perfuſis, cum eleemoſynis juſtis, ceteriſque miſericordiæ, & charitatis operibus, atque profiteamur nos ad priſtina impietatum noſtrarum ſcelera numquam redituros juvante ejus gratia, ſine qua nihil poſſumus, ſi in iſtis perſeveraverimus ſatisfacientes Deo, & eccleſiæ de præteritis peccatis per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, & per contriti cordis ſacrificium, cito ejus, qui cor contritum, & humiliatum non ſpernit, & cui proprium eſt miſereri, & parcere, miſericordiam conſequemur, cito dicimus, quia apud benignum Deum non tam valet menſura temporis, quam doloris. *Troslejan. c. 15.*

CAPUT IX.

Noſmet hic ante ſanctam hanc ſynodum proiicimus, profitentes etiam accepturos nos eſſe libenter a ſanctiſſimo ſummo ſacerdote noſtro epitimium definitum. *Libell. quorundam Epiſc. pœnitentium apud ſynod. gen. VIII. act. 2.*

CAPUT X.

De ſatisfactione, ſive pœnitentia, quæ olim ſingulis peccatorum generibus erat præſcripta. *Vide in III. parte de pœnis peccatorum.*

TITULUS V.

DE EFFECTU PŒNITENTIÆ.

CAPUT I.

SAcro approbante Concilio definimus, ut ita cruce ſignati ſe præparent, quod in Kal. Jun. &c. timorem, & amorem ſemper habeant divinum ante oculos, ne quid dicant, aut faciant quod divinam majeſtatem offendat, & ſi aliquando lapſi fuerint in peccatum, per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis, & corporis. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

CAPUT II.

Omne peccatum pœnitentia, quæ non niſi Dei gratia comitante proficit, omnino diluitur, nam Dominus primum Petrum reſpexit, & tunc Petrus ad lachrymas ſeſe convertit. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 16.*

CAPUT III.

Quia corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum *Sapient.* 1.

mul-

multa cogitantem, & fragilitas humana poſt baptiſmi gratiam peccatorum ſordidatur illecebris, eademque peccata baptiſmatis iteratione nequaquam deleri poſſunt, neceſſe eſt, ut pœnitentiæ lamentis, & eleemoſynarum largitionibus, & ceteris bonorum operum executionibus, quam celerrime deleri procurentur. *Aquiſgr. c. 114.*

CAPUT IV.

Magna peccata, quæ non deleverimus per pœnitentiam, compellent nos ſuſtinere æternam vindictam. *Tullen. in epiſt. ad Rothbertum, & alios in fin.*

CAPUT V.

Unuſquiſque chriſtianus credat in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, &c. Et quod ejus dono in eccleſia Chriſti per pœnitentiam, & per ſacerdotale miniſterium incunctanter peccatorum detur indulgentia. *Troslejan. c. 15.*

CAPUT VI.

Hebdomada una ante initium quadrageſimæ confeſſiones ſacerdotibus dandæ ſunt, &c. Et ſic ingredientes in beatæ quadrageſimæ tempus, mundis, & purificatis mentibus ad ſanctum paſcha procedant, & per pœnitentiam ſe renovent, quæ eſt ſecundus baptiſmus, ſicut enim baptiſmus peccata, ita pœnitentia purgat, & quia poſt baptiſmum peccator denuo non poteſt baptizari, hoc medicamentum a Domino pœnitentiæ datum eſt, ut per eam vice baptiſmi, peccata poſt baptiſmum diluantur. *Theodulph. ad presb. Aurel. c. 36.*

TITULUS VI.

DE POTESTATE SACERDOTIS, ET DE ABSOLUTIONE.

Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. IV. quibus adde:

CAPUT I.

Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Chriſtus apud Matth. c. 18. num. 18.

CAPUT II.

Inſufflavit, & dicit eis: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Chriſtus apud Joann. c. 20. num. 23.*

CAPUT III.

Matt. 18. Joann. 20. *Quorum dimiſeritis peccata, dimittuntur eis, & quorum alligaveritis, alligata erunt*, id eſt, quibus eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis & janua regni cæleſtis clauſa erit. *Eutychian. epiſt. 2. ante med.*

CAPUT IV.

De pœnit. d. 1. c. 49. Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubvenit humanis, ut non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, ut qui regenerationis donum violaſſent, proprio ſe judicio condemnantes, ad remiſſionem criminum pervenirent: ſic divinæ bonitatis præſidiis ordinatis, ut indulgentia Dei niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequeat obtineri, mediator enim Dei & hominum Deus & homo Chriſtus Jeſus hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus ſatisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi inceſſabiliter ipſe Salvator intervenit, nec umquam ab his abeſt, quæ miniſtris ſuis exequenda commiſit, dicens: *Ecce ego vobiſcum* *Matt. 28.*
ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi, ut ſi quid per ſervitutem noſtram bono ordine, & grato impletur effectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum. Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino ſupplicamus, quocumque interceptus obſtaculo a munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquam ad conſtituta remedia perveniat, temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne non poterit. Nec neceſſe eſt nobis eorum, qui ſic obierint, merita, actuſque diſcutere, cum Dominus Deus noſter, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit, ſuæ juſtitiæ reſervaverit, ita poteſtatem ſuam timeri volens, ut hic terror omnibus proſit, & quod quibuſdam tepidis, aut negligentibus accidit, nemo non metuat, multum enim utile, ac neceſſarium eſt, ut peccatorum reatus ante ultimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſolvatur. *Leo ep. 89. in princ. Capitul. lib. 5. c. 55. Anſelm. lib. 4. c. 56. & lib. 11. c. 11. Cæſar. lib. 15. c. 12.*

CAPUT V.

Notandum, quod quolibet genere blaſphemantibus in Spiritum ſanctum, ſi reſipiſcant, & corrigant, & hic eis, & in futuro ſæculo remittatur, nec inde poſſit Domini mutare ſententia, quæ circa tales utique permanentes permanere dicta eſt, non circa tales effectos. Quamdiu in hoc manent, tales ſunt, qualibus non remittendum eſſe præfixum eſt; cum autem ab hoc receſſerint, non tales efficiuntur, qualibus non remittendum eſſe prædictum eſt. Et ideo non talibus effectis poteſt & hic, & in futuro ſæculo jam remitti, alioquin, quod abſit, fruſtra videretur eccleſia hujuſmodi ſua reconciliatione ſuſcipere. *Gelaſ. ep. 3. poſt med.*

CAPUT VI.

Si Epiſcopus ante damnati abſolutionem obitu rapiatur, correctum, aut pœnitentem ſucceſſori licebit abſolvere. *Epaun. c. 28. Burch. lib. 11. c. 50. Ivo lib. 5. tit. 4. c. 7. panorm. & part. 14. c. 114. decret.* *11. q. 3. c. 40.*

CAPUT VII.

Ipſis, id eſt, ſacerdotibus proprie animarum curandarum ſollicitudo commiſſa eſt, &c. Ipſi ſunt eccleſiæ decus, ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis innititur multitudo credentium. Ipſi januæ civitatis æternæ, per quas omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Chriſtum. Ipſi janitores, quibus datæ ſunt claves regni cælorum: ipſi etiam diſpenſatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula regis æterni dividuntur gradus, & officia ſingulorum. *Proſper lib. 2. de vita contemplativa cap. 2. apud Pariſienſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 4.*

TITULUS VII.
DE INDULGENTIIS.
CAPUT I.

Cunctis fidelibus in remiſſionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus ſe viriliter opponant, & contra eos (*loquitur de hæreticis quibuſdam, qui atroces injurias chriſtianis inferebant*) armis populum chriſtianum tueantur. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent percepturos. Nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum, ſeu aliorum Prælatorum conſilium, ad eos decertaverint expugnandos, biennium de pœnitentia injuncta relaxamus; aut ſi longiorem ibi moram habuerint, Epiſcoporum diſcretioni, quibus hujus rei cura fuerit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, ſecundum modum laboris, major eis indulgentia tribuatur. *Alex. III. in concil. Later. cap.* 27.

CAPUT II.

De hær. c. 3. *Gr. IX. c.* 2. *eod. tit. in* 4. *coll.* Catholici, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque privilegio ſint muniti, quod accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap.* 3. *in med.*

CAPUT III.

De priv. c. 24. Ut privileg *Gr. IX. & c.* 7. *eod. tit. in* 4. *coll.* Quibuſdam regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, ut his, qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, tempore interdicti ſepultura eccleſiaſtica non negetur. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui adhuc manentes in ſæculo eorum ordini ſunt oblati, &c. Ne ſi de quibuslibet confratribus fuerit intellectum, diſſolvatur eccleſiaſtica diſciplina. Certam tamen & ipſi remiſſionem obtineant ab Apoſtolica ſibi ſede conceſſam. *Innoc. III. in concil. gen. cap.* 57.

CAPUT IV.

De exceſſ. præl. c. 12. *Greg. IX. c. unic. eod. tit. in* 4. *coll.* Injungendo publicas pœnitentias, concedendo indulgentiarum litteras, Abbates aſſumunt ea, quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap.* 60.

CAPUT V.

De pœnit. c. 14. *Gr. IX. & c.* 5. *eod. tit. in* 4. *coll.* Cum ad ſuſtentationem fratrum, & egenorum ad tale confluentium hoſpitale, propriæ non ſuppetant facultates, univerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis a Deo vobis collatis, pias eleemoſynas, & grata eis charitatis ſubſidia erogetis, &c. Ad hæc quia per indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias, quas quidam eccleſiarum Prælati facere non verentur, & claves eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio enervatur, decernimus, ut cum dedicatur baſilica non extendatur indulgentia ultra annum, ſive ab uno ſolo, ſive a pluribus Epiſcopis dedicetur, ac deinde in anniverſario dedicationis tempore, quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat. Hunc quoque dierum numerum, indulgentiarum litteras præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet cauſſis aliquoties conceduntur, cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueverit obſervare. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap.* 62.

CAPUT VI.

Qui perſonaliter non acceſſerint in ſubſidium terræ ſanctæ competentem conferant numerum bellatorum cum expenſis ad triennium neceſſariis ſecundum proprias facultates, in remiſſionem peccatorum ſuorum, &c. Hujus remiſſionis volumus eſſe participes, non ſolum eos, qui naves proprias exhibent, ſed etiam illos, qui propter hoc opus naves ſtuduerint fabricare. *Innoc. III. in concil. gener. Later. in fin.*

CAPUT VII.

Nos igitur omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, ex illa, quam nobis, licet indigne, Deus ligandi, atque ſolvendi contulit poteſtatem, omnibus, qui laborem propriis perſonis ſubierint, & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti, & confeſſi, veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum (*loquitur de iis, qui ad ſubſidium terræ ſanctæ ſe conferunt.*) Eis autem, qui non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis, juxta facultatem, & qualitatem ſuam, viros idoneos deſtinarint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remiſſionis volumus, & concedimus eſſe participes, juxta qualitatem ſubſidii, & devotionis affectum, omnes, qui ad ſubventionem ipſius terræ de bonis ſuis congrue miniſtrabunt, aut conſilium, & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam pie proficiſcentibus in hoc opere in communi univerſalis ſynodus omnium beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, ut eis digne proficiat ad ſalutem. Amen. *Innoc. III. in conc. gen. Later. in fin.*

CAPUT VIII.

Quicumque pro ſola devotione, non pro honoris, vel pecuniæ adeptione ad liberandum eccleſiam Dei Hieruſalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur. *Urban. II. in concil. Claromont. cap.* 2.

CAPUT IX.

Eis, qui ad Hieroſolymam proficiſcuntur ad chriſtianam gentem defendendam, & tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium ſuum præbuerint, ſuorum peccatorum remiſſionem concedimus, & domos, familias, atque omnia bona eorum in beati Petri, & Romanæ Eccleſiæ protectione, ſicut a domino noſtro Papa Urbano ſtatutum fuit, ſuſcipimus. *Caliſt. II. in concil. Roman. cap.* 11.

CAPUT X.

Si qualitas, & pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio ſit vicina, quorum tamen reconciliatio non per illam impoſitionem manus, quæ per invocationem ſancti Spiritus ſit, operatur, ſed per illam, qua pœnitenten-

Google

tentiæ fructus acquiritur, & ſanctæ communionis reſtitutio perficitur. *Vigil. epiſt. 1. cap. 3.*

CAPUT XI.

Abſolutionem peccatorum tuorum, ſicut rogaſti, auctoritate Principum Apoſtolorum Petri & Pauli fulti, quorum vice quamvis indigni fungimur, tibi mittere dignum duximus, ſi tamen bonis operibus inhærendo, & commiſſos exceſſus plangendo, quantum valueris, corporis tui habitaculum Deo mundum templum exhibueris. *Greg. VII. epiſt. 34. Remed. Linconien. Epiſc. lib. 1.*

CAPUT XII.

Quia in extremo videris poſitus, fraterna compaſſione ducti, auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis abſolvimus te a peccatis tuis, & Dominum pro te exoramus, ut interventu beatorum Apoſtolorum inter electos æternum merearis conſortium, &c. *Greg. VII. Leodicen.* Epiſc. epiſt. 61. lib. 2. regiſtr.*

* *Leodien.*

CAPUT XIII.

Ut Rodulphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quem Teutonici elegerunt ſibi in Regem, ad veſtram fidelitatem ex parte veſtra dono, largior, & concedo omnibus ſibi fideliter adhærentibus abſolutionem omnium peccatorum, veſtramque benedictionem in hac vita, & in futura, veſtra fretus fiducia largior, &c. *In excommunicat. contra Henric. ad Epiſc. & Principes Teutonicos poſt conc. Roman. ann. 7.*

CAPUT XIV.

Omnipotens Deus meritis beatæ Mariæ cælorum Reginæ, per auctoritatem beati Petri Apoſtolorum Principis mihi valde indigno commiſſam, te, tuoſque omnes ſocios, qui juſtitiam amatis, & beati Petri ſedem diligitis, a cunctis peccatis abſolvat, & ad vitam æternam perducat. *Gregor. VII. Welſoni duci epiſtola 14. lib. 6. regiſtr.*

CAPUT XV.

Auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis nobis valde indignis commiſſa, indulgentiam omnium peccatorum veſtrorum promittimus, & abſolutionem cum benedictione concedimus, &c. *Greg. VII. fratrib. monaſt. Maſſilien. epiſt. 15. lib. 6. regiſtr.*

CAPUT XVI.

Præcipiendo mandamus, ut eos, qui cum Roberto duce, & Michaele Conſtantinopolitano Imperatore transfretaturi ſunt, diligentiſſime, ut veſtrum officium exigit, moneatis condignam pœnitentiam agere, & rectam fidem, ſicut decet Chriſtianos, circa illos ſervare in omnibus actibus ſuis, timorem Dei, & amorem præ oculis habere, & in bonis operibus perſeverare, ſicque illos fulti noſtra auctoritate, immo beati Petri poteſtate a peccatis abſolvite. *Greg. VII. lib. 8. regiſtr. epiſt. 6. Epiſcopis Apuliæ, & Calabriæ.*

CAPUT XVII.

Omnipotens Deus omnium rerum creator, & rector, omniumque dignitatum ineffabilis diſpoſitor, qui dat ſalutem Regibus, meritis altiſſimæ dominæ genitricis Dei Mariæ, omniumque Sanctorum, auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nobis licet indignis, per eos qualicumque commiſſa, te, tuoſque fideles in Chriſto ab omnibus peccatis abſolvat, detque tibi victoriam de inimicis viſibilibus, & inviſibilibus, mentem tuam ſemper illuminet, & ejus bonitatem, & humanam fragilitatem diligenter perſpiciendo, mundi gloriam deſpicias, & ad æternam, beato Petro duce, pervenias. *Greg. VII. Alfonſo Hiſpaniarum Regi epiſt. 2. lib. 9. regiſtr. in fin.*

CAPUT XVIII.

Quoniam (*militibus templi*) facultates propriæ non ſuppetunt, præſentibus litteris exoro, quatenus inde ſublevetur eorum inopia, populum a Deo vobis commiſſum collectas facere moneatis. Quicumque de facultatibus a Deo ſibi collatis, in iſta ſecunda collecta ſe conſtituerint, eiſque beneficium perſolverint per annum, ſeptimam partem pœnitentiæ injunctæ, confiſi de beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli meritis, indulgemus. *Alex. III. in epiſt. ad Ducem Venetorum poſt concil. Lateran. part. 44. cap. 5.*

TITULUS VIII.

DE RECIPIENDIS PECCATORIBUS, QUI PŒNITENTIAM AGERE VOLUNT.

Vide in Partis I. Lib. XI. Tit. VI. & VII.

CAPUT I.

SI qui voluerint venire ad eccleſiam catholicam ex Novatianis, quando venerint ad eccleſiam catholicam, placuit ſancto, & magno concilio, ut impoſitionem manus accipientes, ſic in clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos ſcriptis convenit profiteri, quod catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ dogmata ſuſcipiant, & ſequantur, id eſt, & bigamis ſe communicare, & his, qui in perſecutione prolapſi ſunt, erga quos, & ſpatia conſtituta ſunt, & tempora definita, ita ut eccleſiæ catholicæ, & apoſtolicæ placita ſequantur in omnibus. *Nicæn. cap. 8.* 1. q. 7. c. 8.

CAPUT II.

De Baſilio Epiſcopo Ancyrano, & aliis reverſis ab hæreſi Iconomachorum. *Vide ſyn. Nicæn. II. act. 2. & 3. in quibus hi omnes recipiuntur.* 1. q. 7. c. 4. Convenientibus.

CAPUT III.

Ad hanc ſeſſionem venerunt, qui ceciderant cum Photio Epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, & proferentes libellos pœnitentiæ coram ſynodo recepti ſunt ab ea. *Synod. VIII. CP. ſub Hadrian. II. act. 2. in fin.*

CAPUT IV.

Si poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 1.* *De ſumm. Trin. c. 1. Gr. IX. & in 4. coll.*

CAPUT V.

Si Epiſcopus, aut presbyter revertentem a peccato non ſuſcipit, ſed eiicit, deponatur, quod Chriſtum offendit, qui ait, *Gaudium ſit in cælo ſuper uno peccatore pœnitente. Apoſt. c. 52. refertur VII. ſyn. act. 1.* Luc. 15.

CAPUT VI.

Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, nec præcipitemus conſilia, & opera noſtra, d. 50. c. 14. Ponderat.

ſtra, neque ordinem corrumpamus. Sed ſi aliquis lapſus quocumque modo fuerit, non perdamus eum, ſed fraterno corripiamus affectu, ſicut ait [Galat. 6.] beatus Apoſtolus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris, alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Porro ſanctus David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permanſit. Beatus quoque Petrus amariſſimas lacrymas fudit, quando Dominum negaſſe pœnituit, ſed tamen Apoſtolus permanſit. Et Dominus per pro- [Ezech. 18.] phetam peccantibus pollicetur, dicens: *Peccator in quacumque die converſus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.* Errant enim qui putant, Domini ſacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonam deinceps vitam duxerint, & ſuum ſacerdotium condigne cuſtodierint, & ipſi qui hoc putant, non ſolum errant, ſed etiam contra traditas eccleſiæ claves diſputare, & agere [Matt. 6.] videntur, de quibus dictum eſt: *Quæcumque ſolveritis in terra, erunt ſoluta & in cælo*, &c. Nos vero indubitanter tam Domini ſacerdotes, quam reliquos fideles, poſt dignam ſatisfactionem poſſe redire ad honores credimus, teſtante [Hierem. 8.] Domino per prophetam: *Nunquid, qui cadit, non adiiciet, ut reſurgat? & qui averſus eſt,* [Ezech. 33.] *non revertetur?* & alibi: *Nolo* (inquit Dominus) *mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* [Pſalm. 50.] Et propheta David pœnitentiam agens dixit: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Ipſe namque per pœnitentiam, & alios docuit, & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus ſanctæ eccleſiæ ſi lapſi fuerint, & condignam pœnitentiam geſſerint, utrumque facere poſſe, docuit enim quando dixit: *Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.* Et ſacrificiũ Deo pro ſe obtulit, dum dicebat: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Videns enim propheta ſcelera ſua mundata per pœnitentiam, non dubitavit prædicando, & Domino libando, curare aliena. Lacrymarum ergo effuſio movet animi paſſionem, ſatisfactione autem impleta avertitur animus ab [Rom. c. 2.] ira, &c. Mundatur ergo homo a peccato, & reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino manet officio, &c. Ignoras quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit. *Calliſt. epiſt. 2. in fin. Burch. lib. 19. c. 42. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 16. panorm. & part. 6. c. 48. decret.*

CAPUT VII.

Quis enim aut tolerare poſſit errantem, aut non recipere corrigentem. Nam ut durum arbitror conniventiam præbere peccantibus, ita impium judico, manum negare converſis. *Innoc. ep. 26. in princ. ad Milevit. concil.*

CAPUT VIII.

Orat eccleſia, ut lapſis pœnitentiæ remedium conferatur. *Cæleſtin. ep. 1. c. 11.*

CAPUT IX.

[26. q. 6. c. 15.] Agnovimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis annui, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate deſperet, quaſi non poſſit ad ſe quovis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem, pondere, quo ſe expediri deſiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud eſt, quam morienti mortem addere, ejuſque animam ſua credulitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere? cum Deus ad ſubveniendum paratiſſimus, invitus ad pœnitentiam, ſic promittat: *Peccator*, inquiens, *quacumque die converſus fuerit, peccata ejus non* [Ezech. 33.] *imputabuntur ei.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, ſed tantum convertatur, & vivat.* [Ibid. & c. 18.] Salutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore ſperatã pœnitentiam denegarit, & deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubveniendum morienti ſufficere, vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro præmium in cruce ad [Luc. 23.] Chriſti dexteram pendens, ſi illum unius horæ pœnitentia non juviſſet, cum eſſet in pœna pœnituit, & per unius ſermonis profeſſionem habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum, mente potius eſt exiſtimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter aſſerente: *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.* [Eſai. 30. apud 70.] Cum ergo ſit Dominus cordis inſpector, quovis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cum ille ſe obliget Judici, cui occulta omnia noverit revelari. *Cæleſt. epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ c. 2. Vormat. c. 80. Triburienſ. c. 31. in fin. Rab. c. 38. de pœnit. Burch. lib. 18. c. 22. Ivo part. 15. c. 44. decret. Anſelm. lib. 11. c. 19. Tarrac. lib. 6. c. 55.*

CAPUT X.

Peccata quæ poſtea male agendo committuntur, poſſunt & pœnitendo ſanari, ſicut etiam poſt baptiſmum fieri videmus. *Leo ep. 84. ad Aquilejen. Epiſc. poſt med.*

CAPUT XI.

[De pœnit. d. 1. c. 49.] Multiplex miſericordia Dei ita lapſis ſubvenit humanis, ut non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, &c. *Leo epiſt. 69. in princ. ad Theodorum Forojulien. Epiſc. Capit. lib. 5. c. 55. Anſelm. lib. 4. c. 56. & lib. 11. c. 11.*

CAPUT XII.

[De pœnit. d. 1. c. 62.] Pœnitentia, quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, non negetur, ut quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat. *Leo epiſt. 90. c. 8. ad Ruſt. Narbon. Epiſcop. Burch. lib. 19. cap. 123. Ivo part. 15. cap. 135. decret.*

CAPUT XIII.

Enarratis, quod populus ille, qui propter chriſtianam religionem ad occidendum vos inſurrexit, pœnitentiam agere voluerit, & ſacerdotes illi, qui inter vos advenæ ſunt, hanc recipere recuſarunt, nunc autem requiritis, quid de his agendum ſit. Si quemadmodum aſſeritis, ſponte pœnitentiam agere volunt, non ſunt prohibendi, ſed per omnia pœnitentiæ ſubmittendi, quam Epi-

piſcopus, vel presbyter ordinatus ab illo conſideraverit, nam non ſuſcipere pœnitentes non eſt catholicorum, ſed Novatianorum. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 78.*

CAPUT XIV.

Multa de venia danda lapſis. *Cyprian. & alii lib. 1. ep. 2. ad Cornel.*

CAPUT XV.

Si ad tempus excommunicati clerici, quod adierunt cœmeteria, & martyria hæreticorum orationis, ſanitatis cauſſa, pœnituerint, & confeſſi fuerint peccata, recipiantur. *Laodic. c. 9.*

CAPUT XVI.

De conſ. d. 2. c. 90. Scenicis, & mimis, & aliis hujuſmodi perſonis, aut apoſtatis pœnitentibus, & converſis ad Deum gratia, reconciliatio non negetur. *Carth. c. 46. G. Carth. III. c. 35. L. Afric. c. 12. L.*

CAPUT XVII.

d. 23. c. 2. Qui Epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi natura ſit prudens, &c. Quærendum etiam ab eo, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, &c. *Carthag. IV. c. 1. Burch. lib. 1. c. 8. Ivo part. 5. c. 62. decret.*

CAPUT XVIII.

26. q. 7. c. 8. Sacerdos pœnitentiam imploranti abſque perſonæ acceptione, pœnitentiæ leges injungat. *Carth. IV. c. 74. Troslejan. c. 13.*

CAPUT XIX.

29. q. 6. c. 7. Qui recedunt, §. 1. Pœnitentiam deſiderantibus, etiam clericis non negandam. *Arauſ. c. 4.*

CAPUT XX.

Pœnitentiæ locus omnibus pateat, qui converſi errorem ſuum voluerint confiteri. *Andegav. cap. 13.*

CAPUT XXI.

Ne ullus ſine remedio, aut ſpe veniæ ab eccleſia repellatur, neve ulli, ſi aut pœnituerit, aut ſe correxerit, ad veniam redeundi aditus obſtruatur, & ſi cuique forſitan diſcrimen mortis immineat, damnationis conſtitutæ tempora relaxentur. Quod ſi ægrotum accepto viatico revaleſcere fortaſſe contingit, ſtatuti temporis ſpatia obſervare conveniet. *Epaun. c. 36.*

CAPUT XXII.

Si quis hujuſmodi exceſſus (*vomitus Euchariſtiæ*) digna pœnitentiæ ſatisfactione defleverit, poſt quinquennium licebit illum communioni priſtinæ reformari, &c. *Tolet. XI. c. 11.*

CAPUT XXIII.

De conſ. d. 2. c. 17. In cœna Domini pœnitentes ad percipienda corporis, & ſanguinis dominici ſacramenta reconciliantur. *Cabil. ſub Carolo cap. 47. Capit. lib. 7. cap. 68. in addit. Burch. lib. 5. cap. 20. Ivo part. 2. c. 30. decret.*

CAPUT XXIV.

Ne cuilibet videatur oneroſum, ſi ſacerdos poſt lapſum, digne pœnitens ad priſtinos redeat honores. *Syn. Hibern. ſub Leon. III.*

CAPUT XXV.

Nos talibus (*qui Epiſcopis mortem afferre audent*) ſi forte tandem aliquando, vel in ultimis ſuis reſipuerint, tamque gravium admiſſorum veniam corde tenus poſtulaverint, ne videamur eam, quæ claudi non poteſt, januam pietatis Dei obſtruere velle, & de ejus miſericordia aliquos, quod abſit, deſperare, immo ut ita dicatur, mortuis mortem addere, nequaquam pœnitentiam denegari dicimus, cum Deum miſericordem, & ad ſubveniendum miſeris, ad benignitatis ejus portum confugientibus paratiſſimum credamus invitantem omnes ad pœnitentiam, atque per prophetam clamantem: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* Quibus tamen pœnitentiæ modos, & tempora juxta qualitatem peccati dicimus decernenda. *Troslejan. c. 13.* *Ezech. 18. & 33.*

CAPUT XXVI.

Si vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus pœnitentiam ex corde petierit, vel eſſe monachus quæſierit, pœnitentia ejus ſuſcipiatur quidem, & viaticum ei pro miſericordia tribuatur, nullatenus tamen ſepeliatur. *Lemov. act. 1. poſt canones concil. Bituric.*

CAPUT XXVII.

Gratum proculdubio, & per quam liberale apud Deum reſipiſcentes ſuſcipere. *Taraſ. act. 1. poſt princ. VII. ſynod.*

CAPUT XXVIII.

Novatus Romanæ eccleſiæ presbyter elatione quadam tumidus ſpem penitus lapſis ſalutis ademerat, etiamſi digne pœnituiſſent: ex quo & princeps hæreſeos extitit Novatianorum, qui ab eccleſia ſeparati ſuperbo nomine ſemetipſos catharos, id eſt mundos, appellant, &c. contra quem Cornelius, & Cyprianus, &c. *Euſeb. lib. 6. c. 33. Eccleſ. hiſtor.*

TITULUS IX.

NON ADMITTITUR PŒNITENTIA ILLIUS, QUI IN PECCATO PERSEVERAT.

CAPUT I.

Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum Patrum, pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles, & negotiator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit, cura graviori irretitus, ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius injuſte detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad æternam vitam valeat pervenire, niſi vel derelinquat negotium, vel officium deſerat, & odium ex corde dimittat, bona, quæ injuſte abſtulit, reſtituat, arma deponat, ulteriuſque non ferat, niſi conſilio religioſorum Epiſcoporum pro defendenda juſtitia. Ne tamen deſperet, quidquid boni poterit facere, hortamur, ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam. *Greg. VII. in ſyn. Rom. IV. c. 6. Tarrac. lib. 5. c. 50. & Pœnit. Rom. tit. 9. c. 14.* *De pœnit. d. 5. cap. 6.*

CAPUT II.

Admonemus omnes, qui æternæ damnationis pœnas evadere, & veræ beatitudinis gloriam cupiunt intrare, ut a falſis ſibi caveant pœnitentiis, ſicut enim falſum baptiſma non lavat originale peccatum, ita poſt baptiſmum falſa pœnitentia non delet nefas commiſſum. Ideoque valde neceſſarium eſt, ut qui ſe aliquod grave crimen

com-

Digitized by Google

commiſiſſe cognoſcit, animam ſuam prudentibus, & religioſis viris committat, ut per veram pœnitentiam certam peccatorum ſuorum conſequatur veniam. Hæc enim eſt vera pœnitentia, ut poſt commiſſum alicujus gravioris criminis, utpote meditati homicidii, & ſponte commiſſi, ſeu perjurii pro cupiditate honoris, aut pecuniæ facti, vel aliorum his ſimilium, ita ſe unuſquiſque ad Dominum convertat, & relictis omnibus iniquitatibus ſuis, deinde in fructibus bonæ operationis permaneat: ſic enim Dominus per Prophetam docet:

Ezech. 18.

Si converſus fuerit impius ab omnibus iniquitatibus ſuis, & cuſtodieris univerſa mandata mea, vita vivet, & non morietur. In quibus verbis manifeſte datur intelligi, quoniam qui aliena bona diripuit, & ea cum poſſit reddere, vel emendare noluerit, vel qui hujuſmodi negotiationibus, aut officiis implicitus fuerit, quæ ſine fraude, ſine falſitate, ſine invidia, ſine deceptione fratrum exercere non poſſit, nec ad Dominum converſus, nec de perpetratis facinoribus veram pœnitentiam facere credendus eſt. Unde inter omnia vos hortamur, atque monemus, ut in accipiendis pœnitentiis non ad illos curratis, in quibus nec religioſa vita, nec eſt conſulendi ſcientia, qui animas hominum magis ad interitum, quam ad ſalutem ducunt, teſte veritate, quæ ait:

Matt. 25.

Si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt, ſed ad eos, qui religione, & ſcripturarum doctrina inſtructi viam veritatis, & ſalutis vobis oſtendere valeant. *Gregor. VII. in concil. Rom. ann. 7. cap. 5.*

CAPUT III.

Ne aliquis laicus alterius ſibi hæreditates uſurpet. Quod ſi quis fecerit, nec reus ſatisfecerit, nullus ſacerdos eum ad pœnitentiam interim admittat. Similiter & alium quemlibet, niſi perfectam confeſſionem fecerit, verbi gratia, ut ſi perpetrato homicidio manſerit in adulterio, vel hujuſmodi ad perfectam pœnitentiam minime recipi debere decretum eſt. *Urban. II. in concil. Clarom. c. 21. & 22.*

CAPUT IV.

De pœnit. d. 5. cap. ult.

Inter cetera unum eſt, quod ſanctam maxime perturbat eccleſiam, falſæ videlicet pœnitentiæ. Confratres noſtros, & presbyteros admonemus, ne falſis pœnitentiis laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falſam autem pœnitentiam eſſe conſtat, cum ſpretis pluribus de ſolo uno pœnitentia agitur, aut cum ſic agitur de uno, ut non diſcedatur de alio. Unde ſcriptum eſt:

Jacob. 2.

Qui totam legem obſervaverit, offendit autem in uno, factus eſt omnium reus, ſcilicet quantum ad vitam æternam, ſicut enim ſi peccatis eſſet omnibus involutus, ita ſi in uno tantum maneat, æternæ vitæ januam non intrabit. Falſa etiam fit pœnitentia, cum pœnitens ab officio, vel curiali, vel negotiali non recedit, quod ſine peccatis agi nulla ratione prævalet, aut ſi odium in corde geſtetur, aut ſi offenſio * cuilibet non ſatisfaciat, aut ſi offendenti offenſus non indulgeat, aut ſi arma quis contra juſtitiam gerat. *Urban. II. in ſyn. apud Melfiam c. ult. Innoc. II. in ſyn. Rom. c. 16. al. 22. Cæſar. lib. 5. c. 14. Pœnit. Rom. tit. 9. c. 15.*

* *off-.ſe, f.*

CAPUT V.

De pœnit. d. 3. c. 21. de conſ. d. 5. c. 23.

Nihil prodeſt homini jejunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cobibeatur. *Pius epiſt. 1. ante fin.*

CAPUT VI.

24. q. 2. c. 2.

Legatur, ex quo eſt religio chriſtiana, vel certe detur exemplum in eccleſia Dei a quibuslibet Pontificibus, aut ab ipſis Apoſtolis, ab ipſo denique Salvatore, veniam, niſi corrigentibus ſe fuiſſe conceſſam. Auditum tamen ſub iſto cælo, nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: Date nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus. *Gelaſ. in commonitorio ad Fauſtum poſt princ. Cæſar. lib. 14. cap. 30. Tarrac. lib. 5. cap. 68. Ivo epiſt. 41. ad Udonem Dapiferum.*

CAPUT VII.

Illud autem nimis eſt impudens, quod Acacium veniam poſtulaſſe confingunt, & nos extitiſſe difficiles, &c. Certe proferatur judicium, quando miſerit, quando veniam poſtularit, correctionemque ſuam nobis promiſerit exhibendam: niſi forte hunc animum geſſit, quem ſucceſſores ejus habere perſpicimus, ut tamen, ſi veniam poſtularet, ſic ſibi vellet impendi, ut nihilominus in errore perſiſteret, ubi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius in ſuam traduceret pravitatem. Quem reatum ſe confeſſuros aſſerunt ante certamen? Si reatus eſt, utique corrigendus eſt, ſi corrigendum non putant, fallaciter ſi reatum perhibent profiteri, niſi quod eſt infelicius, cum & fatentur reatum, & non æſtimant corrigendum. Illud quoque me redire libuit, quod ait, ſi neceſſe fuerit, veniam poſtulare: exiſtimans nimirum, tunc ſe peccati veniam neceſſario poſtulare, ſi ei concedamus, ne peccare deſiſtat, immo etiam, quod abſit, cum eodem conſentiamus nos quoque peccare. Neſcio inter quæ mundi prodigia hæc vox poſſit admitti. Remitti culpa de præterito poteſt, correctione ſine dubio conſequente: nam ſi deinceps ſinitur manſura perverſitas, non eſt benignitas remittentis, ſed conſentientis aſſenſio. *Gelaſ. in commonitor. ad Fauſtum ante fin.*

CAPUT VIII.

De pœnit. d. 3. c. 6. Pœnitentia, in fin.

Si dicunt pauci temporis pœnitentiam contra peccatum debere ſufficere, ut iterum liceat ad peccatum redire, recte eos paſtoris primi percuſſit ſententia, qui ait:

2. Pet. 2.

Contigit illis illud veri proverbii, canis reverſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti: magna eſt enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, ſed ſi quis in eadem pœnitentia perſeverat. *Greg. lib. 9. ep. 39. ad Theoctiſtam ante fin.*

CAPUT IX.

Presbyter, diaconus, & ſubdiaconus uxorem, vel concubinam habentes, niſi illis omnino dimiſſis, dignam pœnitentiam agant, ſacris altaribus penitus adminiſtrare deſiſtant. *Gregor. VII. lib. 2. regiſtr. epiſt. 62. al. 63.*

CA-

CAPUT X.

Hoc ſummopere vos cavere oportet, alioſque monere debetis, quia ſi quis in homicidium, adulterium, perjurium, vel aliquod hujuſmodi lapſus in aliquo talium criminum permanſerit, aut negotiationi, quæ vix agi ſine peccato poteſt, operam dederit, vel arma militaria portaverit, excepta ſi pro tuenda juſtitia ſua, vel Domini, vel amici, ſeu etiam pauperum, necnon pro defendendis eccleſiis, nec tamen ſine religioſorum virorum conſilio ſumpſerit, qui æternæ ſalutis conſilium dare ſapienter noverunt, aut aliena bona injuſte poſſederit, aut in odium proximi ſui exarſerit, veræ pœnitentiæ fructum facere nullatenus poteſt. Infructuoſam enim pœnitentiam dicimus, quæ ita accipitur, ut in eadem culpa vel ſimili deteriori, vel parum minori permaneatur. Unde quiſquis digne vult pœnitere, neceſſe eſt, ut ad fidei recurrat originem, & quod in baptiſmo promiſit, diabolo ſcilicet, pompiſque illius abrenuntiare, & in Deum credere, videlicet recta de eo ſentiendo, mandatis ipſius obedire, ſollicitus ſit vigilanter cuſtodire. Quicumque ergo taliter pœnituerit, quoniam aliter ſimulatio dici poteſt, non pœnitentia, illi peccatorum ſuorum remiſſionem Apoſtolica freti poteſtate largimur, & inſuper æternæ beatitudinis gaudia omnipotentis Dei miſericordia confiſi promittimus. *Gregor. VII. lib. 7. regiſtr. ep. 10. poſt princ.*

CAPUT XI.

Ejus, qui injuſte ablata reſtituere non vult, non admittitur pœnitentia. *Troslejan. c. 7.*

CAPUT XII.

Qui ſui fratris uxorem accepit, non prius admittetur, quam ab ea receſſerit. *Baſil. ad Amphil. cap. 23.*

CAPUT XIII.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata eſt, hoc eſt quæ ab eccleſia in diaconatu ſuſcepta eſt, cenſuit Apoſtolus, nubentem deſpici. Viro autem viduo nulla eſt res impoſita, ſed digamorum eis pœna ſufficit: porro vidua ſexaginta annos nata, ſi rurſus cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis perturbatione ceſſaverit. Sed ſi ante ſexaginta annos eam in numerum retulerimus, noſtra eſt, non mulieris culpa. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 24.*

CAPUT XIV.

Hæc omnia ſcribimus, ut pœnitentiæ eorum fructus probetur. Non enim hoc omnino tempore judicamus, ſed modum pœnitentiæ attendimus. Quod ſi qui a propriis moribus non facile avellantur, & carnis voluptatibus potius, quam Deo ſervire voluerint, vitamque ex evangelio inſtitutam, non admittant, nulla eſt nobis cum illis communis ratio. *Baſil. ad Amphiloch. c. 83. vide c. 74.*

CAPUT XV.

Quia inveni quód ſuo malo curam adhibens (*loquitur de quadam muliere, quæ excommunicata fuerat*) vult communicare, fac ea ita ſe comparet, ut injuriam primum deponat. *Theophil. Epiſcop. Alexandr. epiſtol. ad Mennam Epiſcop.*

TITULUS X.

TEMPUS, ET MODUS PŒNITENTIÆ PLERUMQUE CONSTITUITUR ARBITRIO SACERDOTIS.

CAPUT I.

SErvata diſcretione peccantium, non eadem cuncti, qui lapſi ſunt, lance penſentur. *Felix III. in ſynod. cap. 1.*

CAPUT II.

Presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam ſpiritalem commatrem nullus ſibi præſumat nefario conjugio copulare, &c. Si autem hi, qui conjuncti ſunt, admoniti declinaverint, & ab alterutrum fuerint diviſi, pœnitentiæ ſubmittantur, ut ſacerdos loci providerit. *Synod. Rom. ſub Zachar. cap. 5. vid. Gregor. II. in ſynod. Rom.*

CAPUT III.

Ut conſobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione nullus præſumat in conjugio copulare, &c. Et ſi inclinatus, diviſuſque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ ſubdatur, ut ſacerdos loci conſideraverit. *Synod. Rom. ſub Zachar. cap. 6. ſub Eugen. II. & Leon. IV. cap. 38. vid. Gregor. II. in ſynod. Rom. Ivo part. 9. c. 21. decr.*

CAPUT IV.

Fœminæ, quæ habitum religioſum, aut velamen obtentu religioſitatis ſuſceperunt, cum eſſent viri potentes, deinceps viro ſociari non permittantur, ſed eligentes monaſteria regulariter vivant, aut in domibus ſuſceptum habitum caſte obſervent. Contra autem turpes inventæ providentiæ Epiſcopi emendentur. [Secundum culparum, vel peccatorum differentiam pœnitentia moderetur, ut ipſarum in cœnobiis doctrina, & inſtitutio ad ſimilitudinem virorum maneat monaſteriorum, quia quamvis in ſexu diſpares ſint, in humilitate ſine differentia concordant. *Synod. Rom. ſub Eugen. II. & Leon. IV. cap. 29.* *Leon. addit.*

CAPUT V.

De pœnitentibus, qui ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante paſcha eis remittendum, Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum, ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sane ſi quis in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat. *Innoc. epiſt. 1. cap. 7. Capit. lib. 5. c. 67. Raban. c. 35. de pœnit. Burch. lib. 18. cap. 18. Ivo part. 15. cap. 40. decr. Anſelm. lib. 11. cap. 26. Cæſaraug. lib. 15. cap. 27. Tarrac. lib. 4. cap. 36.* *De conſ. d. 3. cap. 17.*

CAPUT VI.

Qui inter eos, a quibus fuerant captivati, immolatitiis cibis aſſeruntur eſſe polluti, pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam tempo-

ris longitudine, quam cordis compunctione penſanda eſt. *Leo epiſt. 77. cap. 5. ad Nicetam Epiſcop. Aquilejen.*

CAPUT VII.

Qui ad iterandum baptiſmum, vel metu coacti ſunt, vel errore traducti, & nunc ſe contra catholicæ fidei ſacramentum egiſſe cognoſcunt, ea cuſtodienda eſt moderatio, qua in ſocietatem noſtram nonniſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem Epiſcopalis manus, communio-
26.q.7.c.2. nis recipiant unitatem. [Temporis pœnitudinis habita moderatione tuo conſtituenda judicio, prout converſorum animos perſpexeris eſſe devotos, pariter etiam habens ſenilis ætatis intuitũ, & periculorum quorumque aut ægritudinis reſpiciens neceſſitates, in quibus, ſi quis ita graviter urgeatur, & dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſollicitudinem communionis gratia ſubveniri. *Leo epiſt. 77. cap. 6. ad Nicetam Aquilejen. Epiſcop. Capitul. lib. 5. cap. 68. & lib. 7. cap. 21. Burch. lib. 4. cap. 48. Ivo part. 1. cap. 242. decret.*

CAPUT VIII.

Diſt. 3. cap. 5. Presbyteros, cap. 32. Modus hujus pœnitentiæ (*loquitur de pœnitentia diaconi ſacrificantis*) in Epiſcoporum ſit arbitrio, ut ſecundum converſationem pœnitentium, poſſint & extendere tardantibus, & minuere ſtudioſe feſtinantibus. *Ancyr. c. 2. Burch. lib. 5. cap. 41. Ivo part. 2. cap. 50. decret. vid. Ancyr. cap. 5. 7. 9.*

CAPUT IX.

26.q.7. His qui, c. 4. Qui diverſis criminibus peccant, & accedentes ad orationem confeſſione, & pœnitentia, converſionem a malis operantur, pro qualitate peccati, tempore pœnitentiæ dato, propter miſericordiam, & bonitatem Dei admittantur ad communionem. *Laodic. cap. 2. Burch. lib. 19. cap. 41. Ivo part. 15. cap. 56. decret.*

CAPUT X.

26.q.7.c.5. Pœnitentibus juxta peccatorum differentiam, Epiſcoporum judicio, pœnitentiæ tempora decernantur. *Carth. cap. 43. G. Carth. III. cap. 31. Afric. cap. 10. L. Troſl. cap. 13. Raban. cap. 35. de pœnit. Capitul. lib. 7. cap. 30. Burch. lib. 19. cap. 40. Ivo part. 15. c. 3. decret. Cæſarauguſt. lib. 15. cap. 46. & Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 9.*

CAPUT XI.

26.q.7. Sacerdos, c. 6. Negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur. *Carth. IV. cap. 75. Burch. lib. 19. cap. 38. Ivo part. 15. cap. 7. Capitul. lib. 5. cap. 74.*

CAPUT XII.

26.q.6.c.8. Is, qui pœnitentiam. Qui pœnitentiam in infirmitate petiit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, &c. accipiat pœnitentiam, &c. Si ſupervixerit, ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. *Carth. IV. cap. 76. vid. Carth. III. cap. 34. Capitul. lib. 5. cap. 75. Burchard. lib. 18. cap. 10. Ivo part. 15. cap. 8. decr.*

CAPUT XIII.

Placuit, ut quicumque converſus ab hæreticis, dixerit, ſe apud eos pœnitentiam accipere, unuſquiſque catholicus Epiſcopus requirat ubi, & ob quam cauſſam apud eoſdem hæreticos pœnitentiam ſuſceperit, ut cum documentis certis hoc ipſum approbaverit, ſibi pro qualitate peccati, ſicut eidem Epiſcopo catholico viſum fuerit, tempus pœnitentiæ, vel reconciliationis decernat. *Milevit. cap. 23.*

CAPUT XIV.

Pœnitentiæ locus omnibus pateat, qui converſi errorem ſuum voluerint confiteri, quibus perſpecta qualitate peccati ſecundum Epiſcopi æſtimationem erit venia largienda. *Andegavenſ. cap. 13.*

CAPUT XV.

Qui poteſtatem ſolvendi, & ligandi a Deo acceperunt, conſiderare oportet peccati qualitatem, & peccatoris ad converſionem promptitudinem, & ita reconcilians medicinam proferat ægritudini. *Trull. cap. 102.*

CAPUT XVI.

Epiſcopis, & prebyteris diligenti cautela pertractandum eſt, qualiter hominibus ſua ſibi delicta confitentibus tempus abſtinendi aſcribant, ut juxta modum peccati pœnitentibus abſtinentia indicetur, quoniam varie ab aliquibus ſacerdotibus, & indiſcrete hæc judicia proferuntur. Ideo neceſſarium videbatur nobis, ut cum omnes Epiſcopi ad ſacrum palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cujus antiquorum liber pœnitentialis potiſſimum ſit ſequendus. *Turon. ſub Carolo cap. 22.*

CAPUT XVII.

Quia Apoſtolo teſte, non eſt perſonarum acceptio apud Deum, & in omnibus judiciis cavenda eſt, multo magis in hoc pœnitentiæ judicio præcaveri debet, ut nullus ſacerdotum umquam, aut gratia, aut odio alicujus perſonæ ſecus judicet, quam quod in canonibus ſacris invenerit, aut quod illi ſecundum ſacrarum ſcripturarum auctoritatem, & eccleſiaſticam conſuetudinem rectius viſum fuerit. *Rom. 2. Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Act. 10.* Si ergo medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter perſonæ cujuslibet acceptionem, his, quos ſanare cupiunt, cauterio aut ferro, aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt, multo magis id ipſum his obſervandum eſt, qui non corporum, ſed animarum medici exiſtunt, neque enim penſanda eſt pœnitentia qualitate temporis, ſed ardore mentis, & mortificatione corporis. Cor *Pſalm. 10.* autem contritum, & humiliatum Deus non ſpernit. *Cabil. ſub Carolo cap. 34. Capit. lib. 7. cap. 59. & 60. in addit. Burch. lib. 19. cap. 59. Ivo part. 15. cap. 73. decret.*

CAPUT XVIII.

Per ſingulas parochias eas feſtivitates populus obſervare ſtudeat, quas proprius eorum Epiſcopus venerari prædicaverit, ita ut neque illas negligat, quas ſacerdotes colere monuerint, neque inani ſuperſtitione eas celebrare præſumant, quæ nequaquam ſunt obſervandæ. Si vero aliqui inventi fuerint, qui ſacerdotibus obtemperare noluerint, per miniſtros Reipublicæ deſtringantur, & ſatisfactionem pœnitentiæ, quam presbyteri impoſuerint, ſubire cogantur. *Ticinen. cap. ult.*

CAPUT XIX.

Epiſcopi ſecundum qualitatem, & quantita-

tem

tem peccatorum abſque acceptione perſonarum rapacibus, & his ſimilibus vitiis nominatis, & convictis pœnitentiæ leges injungant, inſpecta diſcretione, & qualitate, prout cuique ad ſalutem viderint expedire, &c. *Synod. Piſtenſ. c. 2.*

CAPUT XX.

Pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum ſacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque ſacerdos in pœnitentia danda ſingulorum cauſſas ſingulatim conſiderare, originem quoque, modumque culparum, & affectus, gemituſque delinquentium diligenter examinare, manifeſteque cognoſcere, temporum etiam, & perſonarum, locorum quoque, & ætatum qualitates inſpicere, ut etiam pro conſideratione locorum, ætatum, vel temporum, ſeu pro qualitate delictorum, aut gemituum uniuſcujuſque delinquentis, a ſacris regulis oculos non reflectat. *Vormatienſ. cap. 25.*

CAPUT XXI.

De homicidiis non ſponte commiſſis prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit; ſecunda vero quinquennii tempus replere. Modus autem hujus pœnitentiæ in Epiſcoporum ſit arbitrio, ut ſecundum converſationem pœnitentium poſſint, & extendere tardantibus, & minuere ſtudioſe feſtinantibus. *Triburienſ. cap. 52.*

CAPUT XXII.

Homicidiis pœnitentiæ modos, & tempora juxta qualitatem peccati dicimus decernenda. *Troslejan. cap. 13.*

TITULUS XI.
DE MODO IMPONENDI PŒNITENTIAM.

CAPUT I.

De conſ. d. 3. c. 17. De pœnitentibus.

DE pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. *Innoc. epiſt. 1. cap. 7. Capitul. lib. 5. cap. 67. Tarrac. lib. 4. cap. 36.*

CAPUT II.

26. q. 7. c. 6.

Sacerdos pœnitentiam imploranti abſque perſonæ acceptionæ pœnitentiæ leges injungat. *Carthag. IV. cap. 74. L. vide Laod. cap. 2. Capitul. lib. 5. c. 73. Burch. lib. 19. c. 35. Ivo part. 15. c. 6. decret.*

CAPUT III.

Diſt. 50. c. 63.

Pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput a ſacerdote, ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur. Si autem comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutaverint, abiiciantur, & niſi digne pœnituerint, non recipiantur. Juvenibus etiam pœnitentia non facile committenda eſt propter ætatis fragilitatem, viaticum tamen omnibus in morte poſitis non negandum. *Agathenſ. cap. 15. Burch. lib. 19. cap. 27. Ivo part. 15. cap. 17. decret. Capit. lib. 5. cap. 58. & lib. 7. c. 310.*

CAPUT IV.

Comperimus per quaſdam Hiſpaniarum eccleſias non ſecundum canonem, ſed fœdiſſime pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, ut quotiens peccare libuerit, totiens a presbyteris ſe reconciliari expoſtulent, &c. Jubemus, ut ſecundum formam canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc eſt, ut prius eum, quem ſui pœnitet facti, a communione ſuſpenſum faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro recurrere, expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicuti ſacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni reſtituat. Qui vero ad propria vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeveritatem damnentur. *Tolet. III. c. 11.*

CAPUT V.

Quicumque ab Epiſcopo, vel presbytero ſanus, vel infirmus pœnitentiam poſtulat, id ante omnia Epiſcopus ſervet, & presbyter, ut ſi vir eſt, ſive ſanus, ſive infirmus prius eum tondeat, aut in cinere, & cilicio habitum mutare faciat, & ſic pœnitentiam ei tradat. Si vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, niſi prius velata fuerit, aut mutaverit habitum, ſæpius enim laicis cum fœminis tribuendo deſidioſe pœnitentiam, ad lamentanda rurſus facinora poſt acceptam pœnitentiam relabuntur. *Tolet. III. c. 12.*

CAPUT VI.

Cum juxta antiquæ inſtitutionis edictum, plus erga corrigendos agere debeat benevolentia, quam ſeveritas, plus cohortatio, quam commotio, plus charitas, quam poteſtas, &c. quotieſcumque quilibet ex ſubditis corrigendus eſt, aut publica debet a ſacerdote diſciplina curari, aut ſi aliter rectoribus placet, duorum, vel trium fratrum ſpiritualium teſtimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoſcatur, & modus pœnitentiæ irrogetur, ita tamen ut ſi exilio, vel retruſione dignū eū eſſe cognoverit, aut quid aliud peculiare decreverit, modus pœnitentiæ, quam coram tribus fratribus ſacerdos tranſgreſſori indixerit, ſpeciali debeat ejus, qui ſententiam protulit, manus propriæ ſubſcriptione notari. Sic fiet, ut nec tranſgreſſores ſine teſtimonio excidia vitæ ſuæ incurrant, nec rectores accuſatos ſe de quorumlibet intetemptionibus erubeſcant. *Tolet. XI. cap. 7.*

CAPUT VII.

Hoc in omni pœnitentia non ſolum laicali, ſed etiam ſacerdotali ſolerter eſt intuendum, quanto quis tempore in delictis remaneat, qua eruditione imbutus, quali impugnatur paſſione, vel ætate, qualiter compulſus eſt peccare, gravitate, aut neceſſitate. Omnipotens etenim Deus, qui corda hominum novit, diverſiſque gentibus, quas creavit, diverſas naturas indidit, non æquali lance pœnitudinis pondera peccaminum penſabit, ut eſt illud propheticum: *Non enim in ferris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit, ſed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur. Synod. Hibern. tempore Leonis III.* *Eſaiæ 28.*

CAPUT VIII.

Multi, quod ſine dolore dicendum non eſt, in

pœnitentia non tam peccati remiſſionem, quam temporis conſtituti expectant expletionem. Et ſi carnium, & vini uſus eis interdictus eſt, mutata non voluntate, ſed ejuſdem cibi, aut potus perceptione, in tantum deliciis ſuis indulgent, ut delicioſius his interdictis, aliorum ciborum, vel potionum appetitu vivere cognoſcantur. Spiritalis autem abſtinentia eſt, quæ in pœnitentibus vigere potiſſimum debet, & quorundam ciborum, ac potionum perceptiones, & deſiderium fugere debet. Ille, inquam, ille magis parſimoniæ ſervire cenſendus eſt, qui ſibi non ſolum quarundam rerum perceptiones, ſed delectationes corporis interdicit. *Cabilon. ſub Carolo cap. 35. Capitul. lib. 7. c. 61. in addit. Burch. lib. 19. c. 140. Ivo part. 15. c. 156. decret.*

CAPUT IX.

Modus pœnitentiæ peccata ſua confitentibus aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum auctoritatem, aut per eccleſiaſticam conſuetudinem imponi debet; repudiatis, ac penitus eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant, quorum ſunt certi errores, incerti auctores, de quibus recte dici poteſt: *Ezech. 13.* *Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivebant.* Qui dum pro peccatis gravibus leves quoſdam & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, *Ibid.* *conſuunt pulvillos*, ſecundum propheticum ſermonem, *ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas. Cabil. ſub Carolo c. 38. Magunt. ſub Rab. cap. 31. Capitul. lib. 7. c. 64. in addit. Burch. lib. 19. c. 28. Ivo part. 15. cap. 46. decret. Pœnit. Rom. tit. 9. c. 11.*

CAPUT X.

Ut diſcretio ſervanda ſit inter pœnitentes, qui publice, & abſconſe pœnitere debent. *Rhemen. cap. 31.*

CAPUT XI.

Quoniam multi ſacerdotum partim incuria, partim ignorantia modum pœnitentiæ reatum ſuum confitentibus ſecus, quam jura canonica decernant, imponunt, utentes ſcilicet quibuſdam codicillis contra canonicam auctoritatem ſcriptis, quos pœnitentiales vocant, & ob id non vulnera peccatorum curant, ſed potius foventes palpant, *Ezech. 13.* incidentes in illud propheticum: *Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ad decipiendas animas*, omnibus nobis ſalubriter in commune viſum eſt, ut unuſquiſque Epiſcoporum in ſua parochia eoſdem erroneos codicillos diligenter perquirat, & inventos igni tradat, ne per eos ulterius ſacerdotes imperiti homines decipiant. Sacerdotes porro, qui aut muneris, aut amoris, aut timoris, aut certe favoris cauſſa tempora, modumque pœnitentiæ ad libitum pœnitentium indicunt; audiant quid Dominus per Ezechielem prophetã terribiliter dicat: *Ibid.* *Hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium, ecce ego ad vos, ait Dominus Deus, & erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium*, &c. Presbyteri etiam imperiti ſolerti ſtudio ab Epiſcopis ſuis inſtruendi ſunt, qualiter & confitentium peccata diſcrete inquirere, eiſque congruum modum ſecundum canonicam auctoritatem pœnitentiæ noverint imponere. Quoniam hactenus eorum incuria, & ignorantia, multorum flagitia remanſerunt impunita, & hoc ad animarum ruinam pertinere dubium non eſt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 32. vide Cabilon. ſub Carolo c. 38.*

CAPUT XII.

Cum miſeria humana, multifariis fragilitatis ſuæ exceſſibus, creatoris ſui incomparabilem dulcedinem ſæpiſſime ad amaritudinem provocet, tunc gravius, ſceleratiuſque in eum delinquit, quando contra naturam peccat, &c. Proinde omnibus nobis valde neceſſarium viſum eſt, ut quidam ſacerdotes, qui hoc vitium aliter, quam ſacri canones ſanciant, non ad ſalutem, ſed ad deceptionem animarum puniunt, corrigantur, & inſtruantur, ut codicibus pœnitentialibus penitus abdicatis, per quos multi inani ſpe, & promiſſione decepti ſunt, & decipiuntur, abhinc patratores tam nefandiſſimi, Deoque deteſtabilis vitii, ſecundum judicium canonicum, quod in Ancyritano concilio ſub titulo ſextodecimo continetur, judicentur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 34.*

CAPUT XIII.

Ab infirmis mortis articulo poſitis, per presbyteros puta inquirenda eſt confeſſio, non tamen *26. q. 7. c. 1.* illis imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudiis, pondus pœnitentiæ ſublevandum, ut ſi forte migraverint, ne obligati excommunicatione, alieni ex conſortio bene* fiant, ** venia.* a quo periculo ſi divinitus erepti convaluerint, pœnitentiæ modum a ſuo confeſſore impoſitum diligenter obſervent. *Magunt. ſub Raban. c. 26. Burch. lib. 18. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 36. decret. Cæſar. lib. 15. cap. 25. Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 7.*

CAPUT XIV.

Modus, tempuſque pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum auctoritatem, aut per eccleſiaſticam conſuetudinem imponi debet a ſacerdotibus, nam qui pro peccatis gravibus leves quoſdam, & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, *conſuun. pulvillos*, *Ezech. 13.* ſecundũ propheticum ſermonem, *ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas*, ſed diſcretio ſervanda eſt inter pœnitentes, qui publice, & qui abſconſe pœnitere debeant, nam qui publice peccat, oportet, ut publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem canonum pro merito ſuo, & excommunicetur, & reconcilietur. Pœnitentes vero tam expletionem conſtituti temporis, quam facinoris remiſſionem deſiderant, nec eis ſufficiat, ſi a quarumdam rerum perceptionibus abſtineant, ni ſe etiam a noxiis delectationibus ſubtrahant, declinantes autem a malo, faciant *Pſalm. 33.* bonum, inquirant pacem, ac ſequantur illam. *Magunt. ſub Raban. c. 31. Cabil. ſub Carolo c. 38.*

38. *Capitul. lib. 7. c. 64. in addit. Burch. lib. 19. c. 28. Ivo part. 15. cap. 46. decret. Pœnit. Rom. tit. 9. c. 11.*

CAPUT XV.

Nemo Comitum, aut quiſquam ex judiciaria poteſtate, poſt quartam feriam, quæ caput jejunii nominatur, in qua omnes pœnitentes manus impoſitionem ad vacandum ſolummodo pœnitentiæ, & divinis officiis accipiunt, placitum, aut mallum * tenere præſumant. *Meld. c. 70.*

* *hoc eſt judicium.*

CAPUT XVI.

Quoniam hoc eſt univerſale feſtum creationis, &c. *loquitur de paſchate*) recte habuerit, ſi hodierno die non ſolum eos, qui ex regeneratione per lavacri gratiam tranſmutati ſunt, adducamus, ſed eos etiam, qui per pœnitentiam, & confeſſionem a mortuis operibus ad viventem viam aſcendunt, ad viventem ſpem tamquam manu deducamus, a qua per peccatum alienati ſunt. Neque vero parvum opus eſt, ea, quæ de iis dicenda ſunt, in recto & probato judicio diſpenſare, &c. Ut ſit autem arte aliqua procedens propoſitæ quæſtionis methodus, rem ita tractabimus. Tria ſunt, quæ in anima noſtra conſiderantur ſecundum primam diviſionem, ratio, concupiſcentia & ira. In iis ſunt & recte facta eorum, qui ex virtute vivunt: & delicta, caſuſque eorum, qui ad vitium dilabuntur. Quamobrem oportet eum, qui ægrotanti animæ parti convenientem medelam eſt adhibiturus, prius quidem conſiderare, in quonam conſiſtit affectio, deinde ſic laboranti convenientem medelam applicare, ne propter medicæ diſciplinæ ignorantiam, alia quidem ſit pars, quæ ægrotat, alia vero, cui eſt adhibita medela, &c. Trifariam ergo, ut diximus, diviſa proprietate motionum animæ, in rationem, concupiſcentiam, & iram: rationis quidem compotis animæ partis eſt perfectum, & ex virtute recte ſe gerens officium, pia de Deo exiſtimatio, boni & mali diſcernens ſcientia, & quæ habet veram, & non confuſam de rerum ſubjectarum natura opinionem, quid eſt quidem in iis, quæ ſunt, expetendum, quid vero abhorrendum, & abiiciendum: Et rurſus ex contrario, quod in ea parte eſt vitium, omnino conſiderabitur, quando circa res quidem divinas fuerit impietas, nullum autem circa id, quod vere honeſtum eſt, judicium, perverſa autem, & corrupta de rerum natura exiſtimatio, ut lucem tenebras ducat, & tenebras lucem, ut dicit ſcriptura. Concupiſcentis autem partis motus eſt ex virtute, ſi ad id, quod eſt re vera concupiſcendum, & vere pulchrum, & honeſtum erigat deſiderium, & ſi qua eſt in nobis amatoria facultas, & affectio, tota in illo verſetur, ut credamus nihil aliud eſſe ſua natura expetendum, præter virtutem, & naturam, quæ virtutem irrigat. Hujus autem partis declinatio eſt, & peccatum, quando cupiditatem tranſtulerit ad inanem, quæ non poteſt conſiſtere, gloriam, vel ad florem, qui colorate corporum ſuperficiei eſt illitus, unde exiſtit libido, gloriæ cupiditas, ambitio, & avaritia, & cætera hujuſmodi, quæ ab hoc vitii genere dependent. Animoſæ autem, ſeu iraſcentis partis recte, & ex virtute actio eſt, mali odium, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem in eo eſſe confirmatam animam, ut ea non pertimeſcat, quæ multis terribilia videntur, ſed uſque ad ſanguinem peccato reſiſtat: mortis autem minas, & gravia ſupplicia contemnat, & a rebus jucundiſſimis disjunctione, & omnibus, ut ſemel dicam, quæ propter aliquam conſuetudinem, & anticipatam opinionem, multos in voluptate detinent, ſit ſuperior, pro fide, & virtute decertans. Hujus autem partis prolapſiones omnibus apertæ ſunt, invidia, odium, ira, convitia, certamina, contentioſæ, & ultionis appetentes affectiones, quæ acceptæ injuriæ recordationem longe extendunt, & multos ad cædem, & ſanguinem incitant, dum enim non inveniret ſtulta, & inerudita ratio, quo modo armis ſuis utiliter uteretur, ferri aciem in ſe convertit, eaque arma, quæ nobis a Deo data ſunt, ei qui male utitur exitium afferunt. His itaque hoc modo diſtinctis, quæcumque quidem peccata ratione prædictam animæ partem attingunt, eſſe graviora a patribus judicata ſunt, & majori, ac ſufficientiori, & laborioſiori converſione digna: quemadmodum ſi quis fidem in Chriſtum negavit, vel ad Judaiſmum, vel idolorum cultum, vel Manichæiſmum, vel etiam aliquod aliud impietatis genus deſciviſſe viſus ſit. *Greg. Niſſen. ad Letojum in princ.*

Vide Leon. epiſt. 77. ad Nicetam Aquileien. Epiſc. & Turonen. ſub Carolo c. 22. tit. Tempus pœnitentiæ præſcribitur arbitrio ſacerdotis cap. Qui ad iterandum, *& cap.* Epiſcopis Andegaven. *cap. 13. eod. tit. cap.* Pœnitentiæ. *Cabilon. ſub Carolo cap. 34. eod. tit. cap.* Quia Apoſtolo. *Rhemen. cap. 12. tit. de confeſſione cap.* Ventilata.

TITULUS XII.

PŒNITENTIA NON SUSCIPIATUR AB HÆRETICO SACERDOTE.

CAPUT I.

Pœnitentia, & communio a nemine, niſi a catholico ſuſcipiatur: quod ſi nullus adſit catholicus presbyter, rectius eſt ſine viſibili communione perſiſtere, & inviſibiliter Domino communione, quam eam ab hæretico ſumendo a Deo ſeparari. *Beneventan. ſub Victore III.*

TITULUS XIII.

DE PŒNITENTIA PUBLICA.

CAPUT I.

Omnes, quos divinæ leges mortuos appellant, ſubmovendos eſſe ab accuſatione Epiſcoporum, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos judicamus. *Pelag. II. epiſt. 3. in princ. Anſelm. lib. 3. c. 59.* 3. q. 5. c. 6. Canonica.

CAPUT II.

Cujus pœnitentis publicum, & vulgatum crimen eſt, quod totam eccleſiam moverit, ante abſidem ei manus imponatur. *Carth. cap. 43. G. Carth. III. c. 32. L. African. c. 10. & 70. L. Capitul. lib. 5. c. 53. & lib. 7. c. 30. Burc. lib. 19. c. 40. Raban. c. 35. de pœnit. Ivo part. 15. c. 4. Anſelm. lib. 11. c. 20. Cæſar. lib. 15. c. 46. Pœnit. Rom. tit. 9. c. 9.* 26. q. 6. ult.

CA-

CAPUT III.

Qui publico crimine convicti ſunt rei, publice judicentur, & publicam pœnitentiam agant ſecundum canones. *Arelat. ſub Carolo c. 26.*

CAPUT IV.

Pœnitentiam agere juxta antiquam canonum conſtitutionem in pleriſque locis ab uſu receſſit, &c. A domino Imperatore impetretur adjutorium, qualiter ſi quis publice peccat, publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem canonum pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur. *Cabilon. ſub Carolo cap. 25. Capitul. lib. 7. cap. 49 in additis.*

CAPUT V.

Illos ab his officiis removendos judicamus, qui propter reatum ſuum publica pœnitentia ſunt mulctati, videlicet ut nec alios de ſacri fontis baptiſmate ſuſcipiant, nec etiam ad percipiendum ſancti Spiritus donum aliorum patroni coram Pontificibus exiſtant, donec per dignam pœnitentiæ ſatisfactionem reconciliationem mereantur, nec immerito, quoniam quos & lex divina a caſtris militaribus, ne ruina ſint populi, & auctoritas canonica ab eccleſiarum ſequeſtrant liminibus: multo magis a memoratis peragendis officiis, uſque ad tempus pœnitentiæ peractum, dignamque perceptam reconciliationem, hujuſcemodi, ut jam dictum eſt, merito ſunt excludendi. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib. 1. c. 54.*

CAPUT VI.

Sacra docet auctoritas, ut publice peccantes publicæ pœnitentiæ ſubiiciantur. *Ticinen. c. 11.*

CAPUT VII.

Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine, aut infamia deputatur, utatur jure, juramento ſe excuſare. Si vero tanto, talique crimine publicatur, ut criminoſus a populo ſuſpicetur, & propterea ſuperjuretur, aut confiteatur, & pœniteat, aut Epiſcopo, vel ſuo miſſo diſcutiente, &c. caute examinetur. *Tribur. c. 22.*

TITULUS XIV.
PRESBYTER NON POTEST RECONCILIARE PŒNITENTEM INJUSSU EPISCOPI.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXXXIX. & Lib. VI. Tit. XLII.

TITULUS XV.
NON ORDINENTUR, QUI PUBLICAM PŒNITENTIAM EGERUNT.

Vide in Part. II. Lib. XVI. De Sacramento Ordinis.

TITULUS XVI.
NE PŒNITENTES MATRIMONIUM CONTRAHANT.

CAPUT I.

33. q. 2. c. 12. De his vero non incongrue dilectio tua Apoſtolicam Sedem credidit conſulendam, qui acta pœnitentia, tamquam canes, ac ſues ad vomitus priſtinos, & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus. Quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filii prodiderunt, &c. Sacræ myſteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interſint: a Dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur, &c. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, ſervandam eſſe cenſemus. *Syric. ep. 1. c. 5. Burch. lib. 19. cap. 57. Ivo part. 15. c. 71. decr. Tarr. lib. 6. c. 28.*

CAPUT II.

In adoleſcentia conſtitutus, ſi urgente, aut metu mortis, aut captivitatis periculo pœnitentiam geſſit, & poſtea timens lapſum incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurret, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter conjugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus. Nam ſecundum veram cognitionem nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam geſſit, quam caſtitas perſeverans & mentis, & corporis. *Leo epiſt. 90. c. 11. ad Ruſt. Narbon. Epiſc. Tolet. VI. c. 8.* 33. q. 2. c. ult.

CAPUT III.

Pœnitentes, quæ defuncto viro aliis nubere præſumpſerint, vel ſuſpecta, vel interdicta familiaritate ſe cum extraneo junxerint: cum eodem ab eccleſiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in pœnitentia poſito placuit obſervari. *Arelat. II. c. 21.*

CAPUT IV.

Si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veſte, devotarum more induta, caſtitatem ſervare promiſerit, vel ſi quis hominum utriuſque ſexus pœnitentiæ benedictionem expetendo a ſacerdote perceperit, ad terrena connubia ſponte tranſierit, &c. utrique ab eccleſiæ liminibus expulſi, ita ab omnium catholicorum communione ſint ſeparati, ut nulla prorſus eis vel colloquii conſolatio ſit relicta. *Barcin. II. c. 4.*

CAPUT V.

Antiqui, & ſanctiſſimi eſt patris ſententia Papæ Leonis, ut is, qui in ætate adoleſcentiæ poſitus, dum mortis formidat caſum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, ſi conjugatus, & forte fuerit incontinens, ne poſtea adulterii incurrat lapſum, redeat ad priſtinum conjugium, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum. Quod nos ſicut de viris, ita de fœminis æquo modo cenſemus, non quidem hoc generaliter, & canonice præceptum, ſed conſtat a nobis pro humana fragilitate indultum, ea dumtaxat ratione, ut ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quam ex conſenſu alter ad continentiam eat, unde fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo ad uxoris tranſire amplexus. Si autem illius vita exſtiterit ſuperſtes, qui non accepit benedictionem pœnitentis, nubat, ſi ſe continere non poteſt, & alterius conſortio fruatur uxoris. Quod de utroque ſexu pari modo a nobis manifeſtum eſt, decretum eſſe, ita videlicet, ut in his omnibus ſacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod ætatem aptam proſpexerit pœnitentiæ, abſolutionis, vel diſtrictionis tribuat legem. *Tolet. VII. cap. 8. Leo ep. 90. cap. 11. ad Ruſtic. Narbon. Cæſar. lib. 15. cap. 70.*

CA-

CAPUT VI.

26. q. 2. c. 10. Si autem. Poſt peractam publicam pœnitentiam (*loquitur de raptore, & de muliere rapta*) ſi ætas, & incontinentia exegerit legitimo, & ex utriſque partibus placito conjugio ſocientur, nam in his non regulam conſtituimus, ſed ut verbis magni Leonis utamur, quid ſit tolerabilius, æſtimamus. Quod ſi unus ex conjugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egit, & ſuperſtes extiterit, iterare conjugium non præſumat, niſi forte Epiſcopus præviderit aliquam concedere indulgentiam, ut graviorem poſſit amovere offenſam. *Melden. cap. 65.*

TITULUS XVII.
DE PŒNITENTIBUS QUI E VIVIS EXCEDUNT.

CAPUT I.

26. q. 6. c. 9. De his (*pœnitentibus*) qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regulariſque ſervabitur, ita ut ſi quis egreditur e corpore, ultimo, & neceſſario viatico minime privetur. Quod ſi deſperatus, & conſecutus communionem, oblationiſque particeps factus iterum convaluerit, ſit inter eos, qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit. *Nicæn. cap. 12. Triburien. cap. 31. Mart. Brac. c. 82. Burch. lib. 10. cap. 6. Ivo part. 15. cap. 31. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 22.*

CAPUT II.

De pœnit. d. 1. cap. 49. Si aliquis eorum, pro quibus Domino ſupplicamus, quocumque interceptus obſtaculo a munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquam ad conſtituta remedia perveniat, temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne non poterit. Nec neceſſe eſt nobis, eorum, qui ſic obierint, merita, actuſque diſcutere, cum Dominus Deus noſter, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit, ſuæ juſtitiæ reſervaverit, ita poteſtatem ſuam timeri volens, ut hic terror omnibus proſit, & quibuſdam tepidis, aut negligentibus accidit, nemo non metuat. *Leo epiſt. 99. ante med.*

CAPUT III.

De his, qui pœnitentia poſiti vitam exceſſerunt, placuit, nullum communione vacuum debere dimitti, ſed pro eo quod honoravit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur. *Arelat. II. cap. 12. Raban. cap. 36. de pœnit.*

CAPUT IV.

26. q. 6. c. 5. Aurelius. Si quis in periculo conſtitutus petierit ſe reconciliare divinis myſteriis, Epiſcopo abſente, presbyter petat ab Epiſcopo, & ita ex ejus renunciatione reconciliet. *Carth. cap. 7. G. Carth. II. cap. 4. L. vide Tribur. cap. 31. in fin. Burch. lib. 18. cap. 13. Ivo part. 15. cap. 2. decret. Cæſar. lib. 15. cap. 24.*

CAPUT V.

26. q. 6. c. ult. Presbyter ſine voluntate Epiſcopi non reconciliet pœnitentem, niſi neceſſitas cogat, abſente Epiſcopo. *Carth. cap. 44. G. Carth. III. cap. 31. 32. L. Afric. cap. 10. L. Raban. cap. 35. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 40. & 70. Ivo part. 15. cap. 4. & 84. decret. Cæſar. lib. 15. cap. 46.*

CAPUT VI.

Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, ſi caſu in itinere, vel in mari mortui fuerint, ubi eis ſubveniri non poſſit, memoria eorum, & orationibus, & oblationibus commendetur. *Carth. IV. cap. 79. L. Capit. lib. 5. c. 79. Ivo part. 15. cap. 11. decret. Cæſar. lib. 15. c. 33.* 26. q. 7. Sacerdos, c. 6. in fin.

CAPUT VII.

Mortuos pœnitentes eccleſiæ afferant, & ſepeliant. *Carth. IV. cap. 81. Ivo part. 15. cap. 12. decret. Cæſar. lib. 15. cap. 33.* 26. q. 7. c. 6. §. 1.

CAPUT VIII.

Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi * ſecundum definitiones patrum, qui hujuſmodi communionem, congruenter viaticum nominaverunt. Quod ſi ſupervixerint, ſtent in ordine pœnitentium, ut oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant. *Arauſic. cap. 3. Raban. cap. 36. de pœnit. Burch. lib. 18. cap. 17. Ivo part. 15. c. 39. decr.* 26. q. 6. c. 7. * reconciliationi.

CAPUT IX.

Qui pœnitentia accepta in bono vitæ curſu ſatisfactoria compunctione viventes ſine communione inopinato nonnumquam tranſitu in agris, aut in itineribus præveniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam, eccleſiaſtico affectu proſequendam; quia nefas eſt, eorum commemorationes excludi a ſalutaribus ſacris, qui ad eadem ſacra fideli affectu contendentes, dum ſe diutius reos ſtatuunt, & indignos ſaluiferis myſteriis judicant, ac dum purgatiores reſtitui deſiderant, abſque ſacramentorum viatico intercipiantur, quibus fortaſſe nec abſolutiſſimam reconciliationem ſacerdos denegandam putaſſet. *Vaſenſ. cap. 2.*

CAPUT X.

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine a reconciliationis gratia differendus eſt, ſed ſi præcincto mortis urgeatur periculo, pœnitentia per manus impoſitionem accepta, ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt, ne prius ab humanis rebus æger abſcedat, quam donum reconciliationis accipiat. Sicque ſuperſtitibus quodammodo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab eccleſiæ membris eum, qui utique reconciliationem non meruerit, raptum a præſenti vita mors naturæ ſubduxerit. Unde juxta Papæ Leonis edictum. [His, qui in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ ex more reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda, quia in miſericordia Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire. De his 26. q. 6. c. 10. autem, qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita deceſſerint, quamquam diverſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nobis ſententia placuit, qui mul-

multiplici numero de hujuſmodi humanius decreverunt, ut & memoria talium in eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum delicto a presbyteris recipiatur. *Tolet. XI. cap. 12. Leo epiſt. 89. ad Theodorum Forojulien. Capit. lib. 5. c. 65.*

CAPUT XI.

26. q. 6. c. 6. & c. 9. De his.

Si quis de corpore exiens, noviſſimum, & neceſſarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quod ſi in deſperatione poſitus, poſt perceptam communionem iterum ſanus fuerit factus, tantum in oratione particeps ſit, nam non accipiat ſacramentum, donec conſtitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum, cum conſideratione, & probatione Epiſcopi accipere debent. *Mart. Brac. c. 83. Nicæn. cap. 12. Triburien. cap. 31. Burch. lib. 18. cap. 6. Ivo part. 15. cap. 31. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 22.*

Vide Innocent. epiſt. 1. cap. 7. tit. Tempus pœnitentiæ præſcribitur arbitrio ſacerdotis; & Celeſt. epiſt. 2. cap. 2. tit. De recipiendis peccatoribus, qui pœnitentiam agere volunt.

TITULUS XVIII.

QUI MORBO OPPRESSUS OBMUTUIT, PŒNITENTIAM ACCIPERE POTEST, SI SIGNIFICATIONEM DEDIT SUÆ VOLUNTATIS.

CAPUT I.

De pœnit. d. 1. c. Multiplex. 49.

SI aliquis eorum, pro quibus Domino ſupplicamus, a munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquam ad conſtituta remedia perveniat temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne non poterit, &c. Nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam etiam, amiſſo vocis officio, per judicium

26. q. 6. c. 10. His qui.

integri ſenſus quærere comprobentur. Quod ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poſcebant ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul pœnitentia, & reconciliationis beneficium conſequantur, ſervata tamen regula canonum paternorum circa eorum perſonas, qui in Deum a fide diſcedendo peccarunt. *Leo epiſt. 89. ad Theodor. Forojulien. Epiſc. Anſelm. lib. 4. cap. 56. & lib. 11. cap. 11. Capit. lib. 5. cap. 55. Cæſar. lib. 15. cap. 12. Tarrac. lib. 4. cap. 38.*

CAPUT II.

26. q. 6. Is qui, cap. 8.

Qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in freneſim verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur a ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. *Carth. IV. cap. 76. Capitul. lib. 5. cap. 75. Burch. lib. 18. cap. 10. Ivo part. 15. cap. 8. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 16.*

26. q. 6. Qui recedunt, c. 7. in fin.

CAPUT III.

Si obmuteſcens, prout ſtatutum eſt, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu. *Arauſ. cap. 12. Burch. lib. 4. cap. 38. Ivo part. 1. cap. 232. decret.*

TITULUS XIX.

VARIA DE PŒNITENTIBUS ÆGROTIS.

CAPUT I.

HIs, qui in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda, quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras converſio, dicente ſpiritu Dei per prophetam: *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris. Leo epiſt. 89. ad Theodor. Forojul. Epiſcop. in medio. Capitul. lib. 5. cap. 55. Burch. lib. 18. c. 4. Ivo part. 15. cap. 29. decret. Anſelm. lib. 4. c. 56. & lib. 11. c. 11. Tarrac. lib. 4. c. 38. & lib. 5. c. 37. Cæſar. lib. 15. cap. 12.*

26. q. 5. c. 10. de pœn. d. 1. c. 49. Multiplex.

Eſaia 30. apud 70.

CAPUT II.

Pœnitentes, qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant. *Carth IV. c. 77.*

CAPUT III.

Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſupervixerint. *Carth. IV. cap. 78. Burch. lib. 18. cap. 23. Ivo part. 15. c. 10. decret. Capitul. lib. 5. c. 54. & 76.*

26. q. 6. Is, qui, c. 8. in fin.

CAPUT IV.

Qui ægritudinis languore depreſſus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtea reconvaleſcens, caput pœnitentiæ in eccleſiæ publice non ſubdiderit, ſi prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum. *Gerund. c. 9.*

d. 50. Is vero, c. 56, al. 57.

CAPUT V.

De his, qui in infirmitatibus poſcunt pœnitentiam, & a ſacerdote accipiunt, ſi poſtea convaluerint, vitam pœnitentium peragant, excepta manus impoſitione, ſegregari a communione, quamdiu probabilem ſacerdos eorum approbaverit vitam. *Barcin. c. 8.*

CAPUT VI.

Plerumque hi, quibus miſeratio Domini etiam nolentibus ſubvenit, beneficiis Dei videntur eſſe ingrati, &c. Multos ſæpe aſpeximus in ſalute poſitos, ultimum deſiderantes pœnitentiæ fructum, rurſus propter ægritudinem nullam curam ſuæ ſalutis habere, tamen fratres miſericordia moti eis ultimum viaticum tribuiſſe, ne ſine fructu pœnitentiæ viderentur tranſire e ſæculo, ſed poſtquam convaluerunt, tonſuræ ſuæ venerabile ſignum expellunt, atque habitum religionis abiiciunt, dicentes ſe non petiiſſe pœnitentiam, neque ei conſenſiſſe, &c. Sicut baptiſma, quod neſcientibus parvulis ſine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum, quod neſcientibus illabitur, abſque impugnantia violationis, hi qui illud acceperint, obſervabunt. Si quis quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc violaverit ſynodale inſtitutum, ut tranſgreſſor paternis regulis feriatur. Sed

non

non ita ſtatuentes ſacerdotes, ut paſſim, & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus audeant prorogare, abſolvimus: ſed hos, qui qualibet ſorte pœnitentiam ſuſceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdotes tamen, qui non ſcienti, neque pœnitenti nuſu temerario pœnitentiam dederint, neque ſe exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, vel manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus ſignificationibus invitatum fuiſſe probaverit, unius anni excommunicationis ſententiæ ſubjacebit. *Tolet. VII. c. 2. vide Tolet. XIII. cap. 9. ubi hic canon confirmatur.*

TITULUS XX.

DE HIS, QUI POST PŒNITENTIAM AD PRISTINOS MORES REDEUNT.

CAPUT I.

33. q. 2. c. 12. DE his, qui acta pœnitentia, tamquam canes, ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filii prodiderunt, de quibus, quia ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut ſola intra eccleſiam fidelibus oratione jungantur, ſacris myſteriorum celebritatibus, quamvis non mereantur, interſint, a dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur, ut hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur, quibus tamen quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri. Quam formam, & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus devixerunt, ſervandam eſſe cenſemus. *Syric. epiſt. 1. c. 5. Burch. lib. 19. c. 57. Ivo part. 15. c. 71. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 143. Tarrac. lib. 6. c. 28.*

CAPUT II.

De pœnit. d. 5. c. 3. Pœnitenti utilius eſt etiam diſpendia pati, quã periculis negotiationis obſtringi, &c. Contrarium eſt omnino eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſæcularem, cum Apoſtolus dicat: *Nemo militans Deo implicat ſe* *2. Tim. 2.*
negotiis ſæcularibus. Unde non eſt liber a laqueis diaboli, qui ſe militiæ mundanæ voluerit implicare. *Leo epiſt. 90. c. 9. & 10. ad Ruſt. Narbon. Epiſc. Raban. cap. 40. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 66. Ivo part. 15. c. 80. decret. Tarrac. lib. 5. cap. 19.*

CAPUT III.

Magna eſt contra peccatum virtus pœnitentiæ, ſed ſi quis in eadem pœnitentia perſeveret, *Matt. 24.* nam ſcriptum eſt: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Hinc rurſum ſcriptum *Eccl. 34.* eſt: *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficiat lavatio ejus?* Mortuum quippe eſt omne opus perverſum, quod pertrahit ad mortem, quod vita juſtitiæ non vivit. Baptizatur ergo a mortuo, & iterum tangit eum, qui prava opera, quæ ſe meminit egiſſe, deplorat, ſed in eiſdem ſe iterum poſt lacrymas implicat. Anima itaque quælibet ejuſdem mortui lavatione non proficit, quæ hoc iterum faciendo quod planxit, nec per lamenta pœnitentiæ ad rectitudinem juſtitiæ exurgit. Pœnitentiam enim *De pœnit. d. 3. c. 1.*
veram agere, eſt commiſſa flere, ſed iterum plangenda declinare. *Greg. ad Theoctiſt. patriciam lib. 9. regiſt. ep. 39.*

CAPUT IV.

Quicumque ille ſit, poſt pœnitentiam ſæcu- *d. 50. c. 69. Hi qui, in fin.*
larem habitum non præſumat. Quod ſi præſumpſerit ab eccleſia alienus habeatur. *Arel. II. cap. 25. Burchard. lib. 19. cap. 67. Ivo part. 15. cap. 81. decret.*

CAPUT V.

Qui a cœpta pœnitentia reſilierunt, non ſolum a communione habeantur alieni, ſed nec conviviorum quidem admittantur eſſe participes. *Andegav. cap. 6.*

CAPUT VI.

Pœnitentes, qui ſuſceptam publice pœnitentiam intermiſerint, & ad prioris erroris conſuetudinem revoluti, vitæ ſe ſæculari, converſationique reddiderint, non ſolum a communione dominicorum ſacramentorum, ſed a conviviis fidelium ſubmovendos. *Venet. c. 3.*

CAPUT VII.

Si quis poſt acceptam pœnitentiam, ſicut canis ad vomitum ad ſæculares illecebras, derelicta, quam profeſſus eſt, pœnitentia fuerit reverſus, a communione eccleſiæ, vel a convivio fidelium extraneus habeatur, quo facilius, & ipſe compunctionem per hanc confuſionem accipiat, & alii ejus terreantur exemplo. *Turon. c. 8.*

CAPUT VIII.

Si quis accepta, profeſſaque pœnitentia, boni immemor, ad ſæcularia revolvatur, protius communicare non poterit, niſi profeſſioni, quam illicite prætermiſerat, reformetur. *Epaun. c. 23.*

CAPUT IX.

De his, qui ſuſcepta pœnitentia religionem *De pœnit. d. 5. c. 5.*
ſuæ profeſſionis obliti, ad ſæcularia relabuntur, placuit eos, & a communione ſuſpendi, & ab omnium catholicorum conviviis ſeparari. Quod ſi poſt interdictum cum eis quiſquam præſumpſerit manducare, & ipſe communione privetur. *Aurel. c. 11. alias 13. Raban. c. 37. de Pœnit.*

CAPUT X.

De pœnitentium converſione, ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus perſonis credere præſumat. Certe conjugatis, niſi ex conſenſu pari *, ætate jam plena, eam dare non audeat. * *partium.*
Si quis pœnitentiæ benedictione ſuſcepta, ad ſæcularem habitum, militiamque reverti præſumpſerit, viatico conceſſo, uſque ad exitum communicatione plectatur. *Aurel. III. c. 24.*

CAPUT XI.

Quicumque ex ſæcularibus accipientes pœnitentiam totonderunt ſe, & rurſus prævaricantes laici effecti ſunt, comprehenſi ab Epiſcopo ſuo, ad pœnitentiam, ex qua receſſerunt, revocentur. Quod ſi aliqui per pœnitentiam irrevocabiles ſunt, nec admoniti revertuntur, ut vere apoſtatæ coram eccleſia anathematis ſententia con-

demnentur, &c. *Tolet. IV. cap.* 54. *Raban. c.* 37. *de Pœnit.*

CAPUT XII.

Quoniam tanta exſiſtit perverſitas hominum, ut his, quos ſub religioſo habitu pœnitentiæ profeſſio pro venia peccatorum ad manum ſacerdotis deducit, vel adduxit iterum rediviva malitia ad vitæ priſtinæ ſordes revocet, &c. Si qui ingenuorum utriuſque ſexus ſub nomine pœnitentis in habitu religioſo ſunt converſati, poſt hæc autem comam nutrientes, vel veſtimenta ſæcularia ſumentes, ad id, quod reliquerant, redierunt, ab Epiſc. civitatis, in cujus territorio ſunt converſi, comprehenſi, rurſus legibus pœnitentiæ in monaſteriis ſubdantur inviti. Quod ſi fieri propter alicujus poteſtatis vigorē difficile fuerit, tunc ſicut priſcorum canonum decreta ſtatuerunt, quouſque ad dimiſſum ordinem revertantur, excommunicati, & anathemate condemnati habeantur. Similiter & hi, qui poſt excommunicationem, vel interdictum cum ipſis communicaverint. Sacerdos autem, ad quem pertinere noſcuntur, ſi eos quolibet munere, vel favore, aut negligentia admonere noluerit, ut aut revertentes ſuſcipiat, aut contemnentes de eccleſia reiiciat, ſimili ſententia plectatur, quouſque emendationis eorum, vel damnationis ab eo ſententia promulgetur. *Tolet. VI. c.* 7.

CAPUT XIII.

Qui ſe bonis operibus, & lacrymis, & orationibus a peccato mundat, & iterum gravia pecca-
2. Pet. 2. d. ta perpetrat, talis eſt, ut ſanctus Petrus dicit, ſicut ſus, qui ſe jactat in luto, & ſicut canis, qui remanducat vomitum ſuum & timere debet, ne ipſas lacrymas in conſpectu Dei reddat immundas, per quas mundari potuit a peccatis. Quæ non dicimus, ut ſi iterum alius ceciderit poſt confeſſionem in peccatis, ut in peccatis quaſi deſperatus jaceat, ſed ut a peccatis, quantum poteſt, ſe caveat, & ſi fragilitate ceciderit, quia ſcriptum
Pſalm. 40. Pſalm. 76. eſt; *Numquid qui cadet, non adiiciet, ut reſurgat*, dicat: nunc cœpi, & per immutationem dexteræ excelſi ſemper per patientiam reſurgat, ne illum ultimus dies in peccatis inveniat, & ſine fine perditus fiat. *Syn. Piſten. c.* 1.

TITULUS XXI.

DE SACERDOTE, QUI PŒNITENTIAM ACCEPIT.

Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. XLVI. quibus adde;

CAPUT I.

1. q. 7. c. 4. De recipiendis iis, qui ab hæreticis veniunt, & etiam ordinatis ab ipſis in gradu ſuo, dummodo de induſtria non ſe contulerint ad hæreticos, cauſſa recipiendi ordines ſacros. *Nicæn. II. act.* 1. & 3. *ubi multa de hac re.*

CAPUT II.

Diſt. 50. c. 9. Pervenit ad nos quoſdam de ſacris ordinibus lapſos, vel poſt pœnitentiam, vel ante pœnitentiam ad miniſterii ſui officium revocari, quod omnino prohibemus, & in hac re ſacratiſſimi quoque canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, ut ad altaris miniſterium ulterius non accedat. *Gregor. lib.* 3. *ep.* 26. *Januario Epiſcopo Calaritano. Anſelm. lib.* 8. *c.* 20. *Ivo lib.* 3. *tit.* 11. *c.* 1. *panorm.* & *part.* 6. *c.* 78. *decret. Cæſar. lib.* 8. *c.* 61. & 70. *Tarrac. lib.* 6. *cap.* 198.

CAPUT III.

Accedens ad Gorgonam inſulam fraternitas Diſt. 50. c. 10. veſtra diſcutiat id, quod ad nos de Saturnino expresbytero perlatum eſt. Pervenit namque ad nos, quia poſtquam pro crimine lapſus ſui a ſacerdotii ordine eſt dejectus, ad explendum miniſterium ſacerdotii præſumpſit accedere, & omnipotenti Deo hoſtias immolare. Quod ſi ita factum fraternitas veſtra repererit, eum ſacri corporis, & ſanguinis dominici participatione privatum in pœnitentiam redigat, ita ut uſque ad diem obitus ſui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus ſui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognoverit, ut ei juſte ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum debeat miſereri, hoc in tuæ fraternitatis ponimus poteſtate. *Gregor. lib.* 4. *ep.* 5. *Venantio Epiſcopo Lunenſi. Anſelm. lib.* 8. *cap.* 21. *Ivo part.* 6. *c.* 83. *decret. Tarrac. lib.* 6. *c.* 211.

CAPUT IV.

Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpon- Diſt. 50. c. 10. Accedens, in med.
dentes ſtatuimus diaconum, & Abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidiſſe, ad ſacrum ordinem non debere, vel poſſe ullo modo revocari. Quem quidem ſacro ordine privatum in pœnitentiam deputare te convenit, cujus ſi poſtea actus, converſatioque meruerit, priorem inter alios monachos, ubi tu tamen decreveris, ſtandi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos ſimilis culpa conſtringit, ab officio ſuo irrevocabiliter depoſiti inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapſi diaconi alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero expresbyterum, ut numquam ad ſacri ordinis miniſterium præſumat accedere, ſcriptis cavere decrevimus, ſed eum in inſula Gorgona, atque Capraria ſollicitudinem de monaſteriis gerere, & in eo, in quo eſt ſtatu, ſine cujuſquam adverſitate manere permittimus. *Gregor. lib.* 4. *epiſt.* 16. *Venantio Epiſcopo Lunenſi. Anſelm. lib.* 8. *c.* 22. *Ivo part.* 3. *tit.* 11. *cap.* 10. *panorm.*

CAPUT V.

Si lapſis ad ſuum ordinem revertendi licentia Diſt. 50. c. 1.
concedatur, vigor canonicæ proculdubio frangitur diſciplinæ, dum pro reverſionis ſpe, pravæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat, &c. Illud igitur præ omnibus ſtudete, ut lapſos in ſacrum ordinem nullius vobis ſupplicatio aliquo modo revocare ſuadeat, ne hujuſmodi non ſtatuta, ſed temporaliter dilata credatur eſſe vindicta. *Gregor. lib.* 4. *epiſt.* 17. *Conſtantio Epiſcopo Mediolanenſi. Anſelm. lib.* 8. *cap.* 35. *Ivo part.* 3. *tit.* 11. *cap.* 13. *panorm.* & *part.* 6. *c.* 8. *decret. Tarrac. lib.* 6. *cap.* 106.

CAPUT VI.

Poſtquam quemquam criminaliter abſceden- Diſt. 50. c. 11.
tem in locum, de quo lapſus eſt, nulla permittit ra-

ratio revocari, & ultra tres menſes eccleſiam vacare Pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt, ne cadente paſtore dominicum gregem antiquus, quod abſit, hoſtis inſidiando dilaniet fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in loco lapſi debet Epiſcopum ordinare. *Greg. lib. 6. epiſt. 39. Mariniano Epiſcopo Ravennati. Anſelm. lib. 8. cap. 25.*

• CAPUT VII.

Diſt. 50. c. 3. Presbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præſentium relatione conſuluit, nulla ratione in ſacro ordine poſt lapſum, aut permanere, aut revocari poſſe cognoſcas. Circa quem tamen mitius agendum eſt, quia commiſſum facinus facili dicitur profeſſione confeſſus. *Gregor. lib. 7. epiſt. 25. Sabiniano Epiſcopo. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 14. Anſelm. lib. 8. c. 26.*

CAPUT VIII.

Diſt. 50. c. 28. Quia tua ſanctitas hoc a nobis requiſivit, ut ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi auctoritatem ſcriberemus, dum ſe dicit de hoc canonum diverſorum diverſas legiſſe ſententias, &c. A capite incipientes uſque ad quartum altaris miniſtrum hanc formam ſervandam cognoſcimus, ut ſicut minorem major præcedit in honore, ita & in crimine, & quem major ſequitur culpa, majori plectatur vindicta, quæ poſt pœnitentiam credatur eſſe fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum ſeminare, & fructum illius non colligere? aut domum conſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatisfactionem credimus poſſe rediri ad honorem dicente Propheta, *Numquid qui cadit non adjiciet, ut reſurgat? Et*
Pſalm. 40. Hier. 8. Ezech. 18. *qui averſus eſt, non revertetur?* Et peccatori ait: *In quacumque die converſus ingemueris, tunc ſalvus eris*, &c. De hoc Propheta dicit:
Ezech. 33. Ezech. 18. *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* De hoc peccantibus dicitur: *Peccator in quacumque die converſus ingemuerit, ſalvus erit: omnes iniquitates ejus oblivioni tradentur.* Si enim Redemptor noſter, qui peccatores non perdere, ſed juſtificare venit, in oblivione peccata delinquentium derelinquit, quis hominum condemnanda reſervat, cum Apoſtolus dicat: *Si Deus juſtificat, quis eſt qui condemnet?*
Rom. 8. Ad fontem miſericordiæ recurrentes, evangelii proferamus ſententiam: *Gaudeo*, inquit, *ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, magis quam ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.*
Luc. 15. Et ovem perditam, nonaginta novem non errantibus relictis, humero ad ovile reportandam quæſivit. Si ovis perdita errans poſt inventionem ad ovile humero reportatur, cur poſt pœnitentiam ad eccleſiæ miniſterium lapſus non revocetur? Sicut in Apocalypſi
Apocal. 2. dicitur de miniſtro eccleſiæ: *Memento unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Quid enim eſt gravius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci inveniuntur, aut Dei filium jurejurando negare? In quo tamen ipſum beatum Petrum Apoſtolum Principem, ad cujus ſacrum corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus, ſed poſt negationem pœnitentia
Matt. 26. ſecuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt, quia poſtea ab illo ab Apoſtolatu dejectus non eſt, qui ante quidem ipſum ſe negare prædixit. *Greg. epiſt. ad Secundin. incluſ. lib. 7. regiſtri epiſt. 53. Burch. lib. 19. cap. 43. Raban. de Pœnit. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 15. panorm. & part. 6. cap. 85. decret.*

CAPUT IX.

Quicumque clerici ex Donatiſtis correcto concilio ad catholicam unitatem tranſire voluerint, ſecundam uniuſcujuſque Epiſcopi catholici voluntatem, atque conſilium, qui in eodem loco gubernat eccleſiam, ſi hoc paci chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus ejuſdem diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt, &c. Non ut concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſolvatur, ſed ut illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis compenſatio procuretur. Per quos autem, vel omnimodo perfici, vel adjuvari manifeſtis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit, non eis obſit, quod contra honores eorum, quamvis ſalus nulli interclusa ſit, in tranſmarino concilio ſtatutum eſt, id eſt, ut ordinari in parte Donati, ſi ad catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundum tranſmarinum concilium, exceptis iis, per quos catholicæ unitati conſulitur. *Afric. cap. 35. L. Carthag. cap. 69. G.*

CAPUT X.

Gaudentius Valerienſis ſedis Epiſcopus, &c. Utrum accepta pœnitentia liceret ſibi præcepta ſui ordinis contrectare myſteria, vel ſolita explere officia, per ſynodalia inſtructionis ſe maluit certificare reſponſa. Tunc collatis in unum de hujuſmodi canonicis inſtrumentis, hoc ſancta ſynodus definivit, ut reconciliatione præmiſſa ſoliti ordinis retentet officia. Si enim regulæ præcedentium patrum eos, qui pœnitentiam in diſcrimine mortis accipiunt, & nulla de ſe manifeſta ſcelera confitentur, ſi adſit tamen in his, & talibus probitas morum, ad eccleſiaſticos gradus pervenire permittunt, quanto magis, ut ii, qui in ipſo ſacerdotio conſtituti pœnitentiam accipiunt, a ſui ordinis officio retrahantur, tantum ſi ſe ipſi mortalium criminum profeſſione propria non notatunt: cum enim omnis ſacerdos tunc ſibi licitum ſacrificare ſciat, quando a malis actibus vacat, qua ratione qui pœnitentiæ remedium ſuſcipit, quod datur in remiſſione peccati, a ſacrificiis divinis ſe abigit? Pœnitentia enim ad hoc ſuſcipitur, ut peccatum diluat, & peccati ſordes * hominem iterare non ſinat, &c. Etenim * al. omnino.
pœnitentia in remedio peccati accipitur, &c. Pœnitens enim abſtinere a peccatis pariter, & negotiorum ſæcularium tumultibus debet, non ab his, quæ ſancta videntur, & ſumma, ſe abſtrahere, quæ operantem plus expiant, quam commaculando deturpant, &c. Sancta ſynodus definivit, ut ſtante priſcorum canonum ſanctione, quicumque Pontificum, vel ſacerdotum deinceps per manus impoſitionem pœnitentiæ donum exceperint, nec ſe mortalium criminum profeſſione no-

notaverint, tenorem retentandi regiminis non omittant, ſed per Metropolitanum, reconciliatione pœnitentium more ſuſcepta, ſolita expleant ordinis, vel cetera myſteriorum ſibi credita ſacramenta. *Tolet. XIII. cap.* 10.

CAPUT XI.

Ne cuilibet videatur oneroſum, ſi ſacerdos poſt lapſum digne pœnitus ad priſtinos redeat honores. *Hibern. ſub Leone III. Vide in tit. De recipiendis peccatoribus, qui pœn. agere volunt.*

TITULUS XXII.

PRESBYTERIS, ET DIACONIS, QUI PECCARUNT, NON IMPONATUR MANUS.

CAPUT I.

Diſt. 50. *c.* 69. ILlud quoque nos par fuit providere, ut ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita, & poſt pœnitudinem, ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipiſci. *Syric. epiſt.* 1. *c.* 14. *Burch. lib.* 19. *c.* 69. *Ivo part.* 6. *c.* 54. *& part.* 15. *c.* 63. *decr. Anſelm. lib.* 7. *c.* 20.

CAPUT II.

Diſt. 50. *c.* 67. Alienum eſt a conſuetudine eccleſiaſtica, ut qui in presbyterali honore, aut in diaconii gradu fuerint conſecrati, pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi, quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione *1. Reg.* 2. deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro eo.* Unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei, privata eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio digna ſit etiam fructuoſa. *Leo ep.* 90. *c.* 2. *ad Ruſtic. Narbon. Burch. lib.* 19. *c.* 71. *Ivo part.* 6. *c.* 67. *decret. Anſelm. lib.* 11. *c.* 28. *Cæſaraug. lib.* 5. *cap.* 10.

CAPUT III.

d. 50. *c.* 65. *Confirmandum.* Presbyteris, vel diaconis de crimine convictis, & a miniſterio amotis manus non imponantur, ut pœnitentibus, velut fidelibus laicis, neque ut rebaptizati revertantur ad clerum. *Carth. c.* 27. *G. Carth. V. c.* 11. *L. Raban. cap.* 1. *de Pœnit. Capit. lib.* 5. *c.* 66. *Burch. lib.* 19. *cap.* 72. *Ivo part.* 15. *c.* 85. *decret. Anſelm. lib.* 11. *c.* 29.

CAPUT IV.

d. 82. *c.* 5. Sacco indutus (*presbyter, qui in fornicationem incidit*) humo adhæreat, &c. in publicum non procedat, ne grex fidelium in eo ſcandalum patiatur, nec enim debet ſacerdos publice pœnitere, ſicut laicus, &c. *Hibern. ſub Leon. III. Cæſar. lib.* 15. *c.* 41. *Pœnit. Rom. tit.* 8. *c.* 6.

TITULUS XXIII.

DE TEMPLIS, ET PRESBYTERIS OLIM AD SUSCIPIENDOS PŒNITENTES CONSTITUTIS.

CAPUT I.

MArcellus fecit cœmeteria via Salaria, & xxv. titulos in urbe Roma conſtituit, quaſi diœceſes, propter baptiſmum, & pœnitentiam multorum, qui convertebantur, ex paganis, & propter ſepulturas martyrum. *Damaſ. in Marcello.*

CAPUT II.

Simplicius conſtituit ad ſanctum Petrum Apoſtolum, & ad ſanctum Paulum Apoſtolum, & ad ſanctum Laurentium martyrem hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi propter pœnitentes, & baptiſmum. *Ex Pontif.*

TITULUS XXIV.

PŒNITENTIÆ QUÆDAM CLERICIS, ET MONACHIS PROPRIE CONSTITUTÆ.

CAPUT I.

PRæſenti decreto ſtatuimus, ut niſi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile fuerit oſtenſum, appellatione remota, prævaleat ſemper, quod a majori, & ſaniori parte capituli fuerit conſtitutum. Nec conſtitutionem noſtram impediat, ſi forte aliquis ad conſervandam eccleſiæ ſuæ conſuetudinem, ſe juramento dicat aſtrictum, &c. Si quis autem hujuſmodi conſuetudines, quæ non ratione juvantur, nec ſacris congruunt inſtitutis, jurare præſumpſerit, donec congruam egerit pœnitentiam, a dominici corporis perceptione fiat alienus. *Alex. III. in concil. Later. c.* 16. *c.* 1. *de his quæ major. part. extrav. Gr. IX. & in* 1. *coll.*

CAPUT II.

Si accuſatus Epiſcopus confiteatur, pœnitentia * competens definiatur. *Apoſt. c.* 74. * *pœna vel mulcta.*

CAPUT III.

De pœnitentia presbyteri depoſiti, qui auſus fuit ſacrificium offerre. *Greg. lib.* 4. *ep.* 5. *&* 16.

CAPUT IV.

Epiſcopi, qui eum, qui pervaſor eſt, conſecrant Epiſcopum, ſex menſibus debent privari communione corporis, & ſanguinis Chriſti, & debent agere pœnitentiam in monaſterio, ſi non ſua ſponte, ſed metu id fecerint, tempus pœnitentiæ abbreviandum eſt. *Greg. lib.* 11. *epiſt.* 48. *Anſelm. lib.* 3. *c.* 90. 2. *q.* 1. *cap. In primis.* 7.

CAPUT V.

Si qui presbyteri, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus cauſſis obvoluti, celantes peccatum ſuum, ordinati ſunt, poſtmodum vero & manifeſtata eſt eorum iniqua actio, hos ſacerdotali habitu privatos pœnitentiæ ſubmitte. *Zachar. ep.* 5. *ante fin.*

CAPUT VI.

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit, ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit eum acta legitima pœnitentia poſt triennium accipere communionem. Quod ſi alius detexerit poſt quinquennium acta pœnitentia accipere communionem laicam debere. *Elib. c.* 76. *vide Valent. Galliæ c.* 4.

CAPUT VII.

Contumaces clerici, pro ut dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum, dignitatemque recipiant. *Agath. cap.* 2. *Capit. lib.* 7. *c.* 311. *& in addit.* 280. *Ivo part.* 6. *cap.* 366. *decret.* *d.* 50. *c.* 39.

CA-

CAPUT VIII.

d. 50. c. 36. De clericis, qui in obſeſſionis neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt, ut qui altario miniſtrant, &c. ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili ſe abſtineant. Quod ſi in hoc inciderint duobus annis tam officio, quam communione corporis Domini priventur, ita ut bis duobus annis, vigiliis, jejuniis, orationibus, & eleemoſynis pro viribus, quas Dominus donaverit, expientur, &c. *Ilerd. c.* 1.

CAPUT IX.

17. q. 4. Nullus, cap. 19. Donec digne pœniteat, ab eccleſia ſegregetur cleri us, qui ſervum, aut diſcipulum ſuum ad eccleſiam confugientem extraxerit, vel flagellaverit. *Ilerd. c.* 8. *Ivo lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 5. *panorm. & part.* 3. *c.* 117. *& part.* 6. *c.* 370. *decret. Cæſar. lib.* 7. *c.* 5.

CAPUT X.

Nullus clericorum a ſubdiacono, & ſupra propriæ miſceatur uxori, &c. Quem ſi ſciens Epiſcopus ſuus in hac utilitate permixtionis viventem, ad offi ium poſtea admiſerit, & ipſe Epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit a ſuo officio ſequeſtratus. *Aurelian. III. c.* 2.

CAPUT XI.

Quicumque minus, quam XII. pſalmos ad matutinum dixerit, jejunet uſque ad veſperam, panem cum aqua manducet, & non illi ſit altera in illa die ulla refectio, & qui hoc facere contempſerit, una hebdomada panem cum aqua manducet, & jejunet omni die uſque ad veſperum. *Turon. II. c.* 19.

CAPUT XII.

Quotieſcumque archipresbyter ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulaverit, unus lector canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro teſtimonio &c. Si in hoc presbyter negligens inventus fuerit, quod non hoc ſit implere contendat: XXX. diebus communione privetur, donec pœnitentiam agat, & ſic revertatur ad gratiam, &c. Illi vero archipresbyteri, qui talem cautelam ſuper juniores ſuos habere noluerint, & non eos habuerint ſtudio diſtringendi, ab Epiſcopo ſuo in civitate retrudantur in cellam, ibique menſe integro panem cum aqua manducent, & pœnitentiam agant pro ſibi credito clero, &c. *Turon. II. c.* 20.

CAPUT XIII.

Si poſt hanc definitionem clericus cum indecenti veſte, aut cum armis inventus fuerit, a ſeniore ita coerceatur, ut XXX. dierum incluſione detentus aqua tantum, & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur. *Matiſc. c.* 5.

CAPUT XIV.

Si monachus in monaſterio adulterium commiſerit, aut peculiare habere præſumpſerit, aut fecerit, & hoc Abbas per ſe non emendaverit, non intimaverit, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudatur. *Antiſſ. c.* 23.

CAPUT XV.

Si quis Abbas mulierem in monaſterio ingredi permiſerit, aut feſtivitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus menſibus in aliquo monaſterio retrudatur pane, & aqua contentus. *Antiſiod. cap.* 16.

CAPUT XVI.

Clerici, qui in quacumque ſeditione arma volentes ſumpſerint, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterium contradantur pœnitentiæ. *Tolet. IV. c.* 44. *Anſelm. lib.* 7. *c.* 187. 23. q. 8. c. 5.

CAPUT XVII.

Presbyteri, ſive cæteri clerici, quibus major honoris locus apud eandem eccleſiam fuerit, cujus ſacerdos obierit, ſi omni ſollicitudine pro exequiis, aut jam mortui, aut continuo morituri Antiſtitis ad commovendum Epiſcopum tardi inveniantur, aut per quamcumque moleſtiam animi id negligere comprobentur, totius anni ſpatio ad pœnitentiam in monaſteriis deputentur. *Tolet. VII. c.* 4. *Troſl. c.* 14. *Burch. lib.* 1. *cap.* 216. *Ivo part.* 5. *c.* 330. *decret.*

CAPUT XVIII.

Placuit huic ſanctæ ſynodo, ut quiſquis ille Epiſcopus ad concilium venire diſtulerit, amotus illinc, excommunicationis agat tempus, ubi cum his, qui præſentes fuerint, elegerit Metropolitanus, cella vero, & res ad eum pertinentes, quouſque ille ſub pœnitentia fuerit, inſtantia, & ſollicitudine regantur Metropolitani, quia ideo eſt hoc electum, ut dicat ſub pœnitentia, quod implere noluit voluntate recta. *Emerit. c.* 7.

CAPUT XIX.

Placuit huic ſancto concilio, ut Metropolitanæ ſedis auctoritate coacti uniuſcujuſque provinciæ Pontifices, rectoreſque eccleſiarum unum, eundemque in pſallendo teneant modum, quem in Metropolitana ſede cognoverint inſtitutum, &c. Quiſquis horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus communione privatus apud Metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura permaneat corrigendus, &c. *Tolet. XI. c.* 3. d. 12. c. 13. De his.

CAPUT XX.

Placuit, ut nullus alienum presbyterum, Abbatem, miniſtrum, ſive ſubdiaconum, vel quemlibet clericum, ſeu etiam monachum fugientem, vagumque ſuſcipiat, non ad fugam ſuadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud ſe habito, vel retento humanitatem impendat, non occaſiones, quibus quaſi ſe neſciente alibi lateat, turpi oppoſitione confingat, &c. Si hujus inſtitutionis noſtræ prævaricator presbyter, diaconus, vel quilibet ex religioſis videatur haberi reddito eo cum rebus ſibi debitis, quem ſuſcepit, ipſe ſolus apud eum anno integro ſub pœnitentiæ cenſura deputatus tuebitur, cujus fugitivum ſuſcepiſſe monſtratur. *Tolet. XIII. c.* 11.

CAPUT XXI.

Si quis in collegio Canonicorum culpam criminalem admiſerit, huic nulla danda eſt dilatio, quin aut ſponte pœnitentiam pro admiſſo crimine gerat, aut ſi id agere reſultaverit, coram Epiſcopo deducatur, ut ab eo publica mulctetur pœnitentia. *Aquiſgr. c.* 134.

CAPUT XXII.

Unuſquiſque Epiſcoporum, non ſolum presbyterorum, verum etiam ſequentium ordinum parochiæ ſuæ gradum amittentium vitam, & con-

converſationem, morumque emendationem tam per ſe, quam per miniſtros ſuos novevit, eoſque canonicæ pœnitentiæ ſubdere non negligat. Juxta quod in Neocæſarienſi concilio titulo 1. dicitur: „ [Presbyter ſi uxorem acceperit, ab ordine „ deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & „ ſub pœnitenta redigi “. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 35. *Neocæſar. c.* 1. *Magunt. ſub Arnulph. c.* 19. *Martin. Brachar. c.* 27. *Burch. lib.* 2. *c.* 108. *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. *c.* 8. *panorm. & part.* 6. *c.* 163. *decret.* d. 28. c. 9.

CAPUT XXIII.

Perventum eſt ſiquidem ad nos, quod contra patrum decreta, & totius Chriſtianæ religionis conſuetudinem, in monaſteriis regularibus, laici in medio ſacerdotum, & levitarum, ac cæterorum religioſorum virorum, ut domini, & magiſtri reſideant, & velut Abbates de illorum vita & converſatione decernant, eoſque dijudicent, ac regimina animarum, ac divina eis ſecundum regulam, non ſolum ſine præſentia, verum etiam ſine conſcientia Epiſcopi committant ſacraria, & ita præſumptive doceant, qui noluerunt fieri diſcipuli veritatis, & ſaltu inordinato magiſtri fiant erroris, &c. Si quis hoc de cætero præſumpſerit, & admonitus a tali præſumptione ſe corrigere noluerit, & idem, & qui ei faverit, vel conſenſerit, a corpore Chriſti ſeparetur, & ſanguine. Qui autem de monachis per talem manum obedientiam regularem ſuſceperit, gravioris culpæ vindicta puniatur. Quod ſi poſt quiſquam illorum præſumpſerit, judicio ſancti Spiritus, præſentis decreti auctoritate anathematizetur. Si autem monachus contemnens gradum eccleſiaſticum habuerit, eo privetur, & ſi non habuerit gradum, pane, & aqua contentus ergaſtulo diebus quadraginta retrudatur, & de miniſterio indebito adepto ultionem canonicam, qualibet ſæculari poteſtate prædictum honorem eccleſiaſticum vult obtinere, ex hoc decreto ſuſtineat. Epiſcopi vero, qui hactenus tantam ſilentio conſenſerunt præſumptionis perniciem, durius arguantur. Et ſi deinceps iſtud ſine vindicta dimiſerint, aut agere in ſuis parochiis conſenſerint, tribus menſibus hoc ſynodali judicio a miſſarum ſolemniis ſe abſtineant, & ſuæ tantum eccleſiæ communione contenti fiant. *Concil. Holonienſe cap.* 10. *apud concil. Meldenſ.*

CAPUT XXIV.

Quidam diaconus, qui de ſacrilegio confeſſus, & convictus fuit, pro miſericordia in carcere poni juſſus eſt interdicto miniſterio, & ut pro eo omnes generaliter orarent, injunctum eſt. *Metenſ. cap.* 6.

TITULUS XXV.

VARIA PŒNITENTIÆ.

CAPUT I.

SAnctiſſimus Patriarcha Ignatius dixit: „ Epytimia, quæ indicta ſunt his, qui ceciderunt Epiſcopis, & presbyteris, & diaconis, „ & ſubdiaconis, ab hac ſancta & univerſali ſynodo in audientiam omnium legantur “. Et accipiens Stephanus diaconus, & notarius legit: „ Sit remedium, & ſalutem animæ ferens, & „ valde diſcretum epytimium ſacerdotum, qui „ per multam conſuetudinem ceciderunt, & negaverunt propria chirographa, quæ bene regulariter edita ſunt ad ſpiritualem conflictum, „ & unitatem ſanctæ catholicæ eccleſiæ: ſi quidem carnibus veſcuntur, abſtinere ſe a carne, „ caſeo, & ovo: hi vero, qui carnes non comederunt, abſtinere a caſeo & ovo, & piſcibus „ quarta feria, & paraſceve legumina, & olera „ cum oleo, & pauco vino, facereque genuflexiones quinquaginta per ſingulos dies, & dicere *Kyrie eleiſon* centies, & *Domine peccavi*, „ centies, & *Domine ignoſce mihi peccatori*, „ centies. Recenſereque ſextum pſalmum, & „ triceſimum ſeptimum, & quinquageſimum. „ Hæc mando tibi cuſtodire uſque ad Chriſti nativitatem. Non autem habeas poteſtatem miniſtrandi, nec agendi quoquo modo, quæ ſacerdotum ſunt. Et tunc in natalitiis magni „ Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti recipies „ ſacerdotium tuum, & mecum eris ſacerdotio „ fungens, & miniſtrans immortali æterno Deo. *Synod. VIII. gener. action.* 2. *in fine.*

CAPUT II.

Si eccleſia ſe alteri Epiſcopo junxerit, aut ſuper ſe alterum Epiſcopum adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſideraverit, per acerrimam pœnitentiam ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut innupta permaneat. *Evariſt. epiſt.* 2. *in princ. Burch. lib.* 1. *cap.* 76. *Ivo part.* 5. *cap.* 182. *decret. Anſelm. lib.* 6. *cap.* 102. 7. q. 1. Sicut, cap. 11.

CAPUT III.

Raptores, vel eos, qui ſeniores impetunt, ſæculi leges interficiunt, ſed nos miſericordia præeunte ſub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. Ipſam quoque infamiam, qua ſunt aſperſi, delere non poſſumus, ſed animas eorum per pœnitentiam publicam & eccleſiæ ſatisfactionem ſanare cupimus, quia manifeſta peccata, non ſunt occulta correctione purganda. *Calliſt. epiſt.* 2. *in med. Greg. lib.* 12. *epiſt.* 31. *regiſtr. Iſidor. lib.* 3. *de ſummo bono c.* 46. *apud Aquiſgran. ſub Ludov. Imper. c.* 36. *Ivo part.* 9. *c.* 23. *decr. Anſelm. lib.* 11. *c.* 21. 2. q. 4. c. 4. Conſanguineorum, in fin. cap. 2. de pœnitent. Greg. IX. & in 1. coll.

CAPUT IV.

Hoc inter alia diſcrimina agi in partibus illis dixiſti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis ſua venundant mancipia &c. Eis, qui hoc perpetraverunt, ſimilem homicidæ indices pœnitentiam. *Greg. II. ep.* 8. *in fin.*

CAPUT V.

Qui ingrediuntur eccleſiam, & audiunt ſacras ſcripturas, non vero communicant oratione cum populo, aut averſantur ſuſceptionem Euchariſtiæ propter aliquam inſolentiam, eiiciantur ab eccleſia, quoad confiteantur, & oſtenderint fructus pœnitentiæ, & deprecentur veniam. *Antioch. c.* 2. *Mart. Bracar. cap.* 84. *Capitul. lib.* 7. *c.* 176. *in additis.* De conſ. d. 2. Si quis, c. 18.

CAPUT VI.

Quia totum diem (*loquitur de die paſſionis Dominicæ*) univerſalis eccleſia propter paſſionem Domini in mœrore, & abſtinentia peragit, qui-

quicumque in eo jejunium præter parvulos, ſenes, & languidos, ante per ætas indulgentiæ præces, perſolverit, a paſchali gaudio depellatur. *Toletan. IV. cap.* 7.

CAPUT VII.

Qui in quadrageſima carnes comedit abſque inevitabili neceſſitate, atque fragilitate, & evidenti languore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis toto anno carnibus abſtineat, & die paſchæ non communicet. *Toletan. VIII. cap.* 9.

CAPUT VIII.

Qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocumque pervaſores extiterint, &c. juxta quod præſumptuoſus quiſque extiterit, ita & pœnitentiæ legibus ſubjacebit, id eſt, ſi in decem ſolidorum ſummam præſumptor eſſe convincitur, viginti dierum pœnitentiæ ſatisfactione purgetur, ita ut ſemper geminata ſatisfactione pœnitentiæ recompenſet, &c. *Toletan. XI. cap.* 5.

CAPUT IX.

Si forte aut Abbatiſſa, aut alia quælibet ſanctimonialis poſt hanc definitionem in tantam audaciam proruperit, ut viduam, aut puellam virginem velare præſumat, congrua ab Epiſcopo ſuo correctione coerceatur, & pœnitentiæ canonicæ, uſque ad ſatisfactionem ſubdatur. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib.* 1. *cap.* 43.

CAPUT X.

Ut tanta inter nos largiente Domino charitas, & unitas teneatur, ut quoties aliqui in populis, quibus regendis præeſſe dignoſcimur, adverſus eccleſiam, & ſacerdotalem auctoritatem contemptores, & rebelles exiſtunt, tanta inſtantia invicem, & litteris, & verbis juvare ſtudeamus, ut pondere eccleſiaſtici vigoris retruſi, & preſſi, vel ad humilitatem pœnitentiæ compellantur, aut ſi ab una eccleſia fuerint excommunicati, in nulla alia fallo, & furtive communicandi inveniant facultatem. *Valentin. ſub Lothar. cap.* 13.

CAPUT XI.

Si quis poſt hanc hujus ſancti concilii definitionem inventus fuerit corrupiſſe bannum ab Epiſcopis impoſitum, quadraginta dierum caſtigatione corripiatur, tantum in pane, ſale, & aqua. *Tribur. cap.* 8.

CAPUT XII.

„ Quicumque alienigenam, hoc eſt alienæ „ genti fœminam, in conjugium duxerit, velit, „ nolit, tenenda erit, nec ultra ab ea ſeparanda, „ excepta fornicationis cauſa " &c. Si quis poſt hæc hujus ſancti concilii inſtitutionem parvipendens, aliam duxerit, cujuſcumque gentis ſit, canonice arceatur, ut priori cum pœnitentia copuletur. *Tribur. cap.* 39.

TITULUS XXVI.

COMMUNIA DE PŒNITENTIA.

CAPUT I.

7. q. 1. Hoc nequaquã, cap. 45. Si quis Epiſcopus, vel alius pontificalis dignitatis, monachorum vitam velit agere, & pœnitentiæ locum implere perpetuo, non poſſit dignitatem pontificalem reſumere: nam monachorum ſtatus humiliationis habet rationem, & diſciplinæ, non doctrinæ, & prælationis, neque aliorum paſtor eſſe debet, ſed paſci cenſetur. Quamobrem, ut dictum eſt, ſancimus, ut nemo deinceps ex pontificali dignitate, ex paſtorali cura in ovium, & pœnitentium locum ſe ſubmittat. *Synod. IX. ſub Joann. VIII. act.* 5. *c.* 2. *Ivo part.* 7. *c.* 149. *decr. Cæſar. lib.* 9. *c.* 62.

CAPUT II.

Nemo det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum petenti. *Silv. in ſyn. Rom. CCLXXXIV. Epiſcop. cap.* 12.

CAPUT III.

Curandum maxime, & omni cautela eſt providendum, ne quis fratrum, coepiſcoporumque noſtrorum, aut etiam preſbyterorum in alterius civitate, vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum ſacerdotis, aut eum, qui reconciliatum ſe eſſe dixerit ſine Epiſcopi, vel preſbyteri teſtimonio, & litteris, ad cujus pertinet parochiam, preſbyter, aut Epiſcopus in civitate ſuſciat. *Felix III. in ſyn. Rom. c.* 6.

CAPUT IV.

Sacerdos, aut quivis alius in ordinem eccleſiaſticum provectus, ſi in eo ſcelere inveniatur, quo abiiciendus exiſtat, depoſitus providentia Epiſcopi bene proviſo conſtituatur, ubi peccata lugeat, & ulterius non committat. *Syn. Roman. ſub Eugen. II. & Leone IV. c.* 14. *Diſt.*61.*c.*7.

CAPUT V.

Ne tempore interdicti morientibus pœnitentia negetur. *Calliſt. II. in conc. Rom. c.* 11.

CAPUT VI.

Tam juvenes, quam ſenes de his, & de omni converſatione ſua, & converſione, & pœnitentia valde eſſe ſollicitos oportet, ſatiſque agere, ut hæc condigne agant &c. Tum præterea declinare a conſortiis inhoneſtis, & infidelibus, &c. Veram pœnitudinem gerere præteritorum geſtorum, aliquantulum etiam, ſi poſſibile eſt, per miſericordias pauperum juvare pœnitentiam: per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod ſi provectioris ætatis ſit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod poſtquam finis eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam inſurgentes adverſus animam reprimat corporis voluptates. Supereſt ergo ei, in agnitione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum converſionis oſtenditur, & non in devotionis, ac propoſiti firmitate, Deo enim manifeſtæ ſunt mentes, quia non temporum rationem colligit, ſed animorum. Ipſe enim probat, ſi quis agnita veritatis prædicatione non diſtulit, neque tempus negligendo conſumpſit, ſed ſtatim, & ſi dici poteſt, eodem momento præterita perhorreſcens, futurorum deſiderium cœpit, & in amorem regni cæleſtis exarſit. Propter quod nemo veſtrum ultra diſſimulet, nec retro reſpiciat, ſed ad evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia cum dives factus fuero, tunc convertar. Non requirit a te Deus pecuniam, ſed animum miſericordem, & piam mentem. Neque di-

dives converſionem ſuam differat, pro ſollicitudine ſæculari, dum cogitat, quomodo diſpenſet abundantiam frugum. Neque dicat intra ſemetipſum. Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neqûe dicat animæ ſuæ: Habes multa bona repoſita in annos multos, epulare, & lætare, nam *Luc. 12.* dicetur ei: *Stulte hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ paraſti, cujus erunt?* Itaque feſtinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, ut vitam conſequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati ſunt, quod in ipſo impetu deſideriorũ cervices ſuas jugo ſubjiciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in qua male præventi ſunt, pro Dei amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim cauſſa cunctandi eſt ad bene agendum? Animus ſibi male conſcius, dum videtur ſibi nullam pœnam pati, credit, quia non judicet Dominus, cum abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, jam ſit magna damnatio. Unde ſcri- *Hier. 48.* ptum eſt: *Maledictus omnis, qui opus Domini negligenter agit. Clem. ep. 2. in med.*

CAPUT VII.

De conſ. d. 3. c. 17. De pœnitentibus vero, qui ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo quinta feria ante paſcha eis remittendum Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat, &c. Sane, ſi quis in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat. *Innoc. ep. 1. c. 7. Cap. lib. 5. c. 67. Cæſar. lib. 15. c. 27. Tarrac. lib. 4. c. 36.*

CAPUT VIII.

Diſt. 95. Illud, *c. 3.* Pœnitentibus fundi non poteſt (*loquitur de extrema unctione*) quia genus eſt ſacramenti, nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quo modo unum genus putatur poſſe concedi? *Innoc. epiſt. 1. cap. 8. Ivo part. 2. c. 75. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 14.*

CAPUT IX.

de pœnit. d. 1. c. Aliud. *65. 11. q. 1.* Aliud. *35. 1. Cor. 6.* Illicitorum veniam poſtulantem oportet, multis etiam licitis abſtinere, dicente Apoſtolo: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Unde ſi pœnitens habeat cauſſam, qua negligere non debeat, melius expetit eccleſiaſticum, quam forenſe judicium. *Leo epiſt. 90. c. 8. ad Ruſticum Narb. Rab. c. 39. de pœnit. Anſelm. lib. 11. cap. 133.*

CAPUT X.

de pœnit. d. 5. c. 2. Qualitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt honeſtus quæſtus, & turpis. Verumtamen pœnitenti utilius eſt etiam diſpendia pati, quam periculis negotiationis obſtringi, quia difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non intervenire peccatum. *Leo ep. 90. c. 9. ad Ruſtic. Narbon. Epiſcop. Raban. c. 39. de pœnit. Burch. lib. 2. c. 128. & lib. 19. c. 95. Ivo part. 15. c. 107. decret. Anſelm. lib. 11. c. 131. Cæſar. lib. 8. c. 80.*

CAPUT XI.

16. q. 6. c. 5. De lapſis ſacerdotibus, vel levitis, vel quolibet ex clero obſervare te volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatione miſcearis, ſed pauperrima regularia monaſteria require, quæ ſecundum Deum vivere ſciuntur*, & in eiſdem mona- ** ſciunt.* ſteriis ad pœnitentiam lapſos trade, ut res lapſorum in eodem loco proficiant, in quo agere pœnitentiam traduntur, quatenus ipſi ex rebus illorum ſubſidium habeant, qui de correctione eorum ſollicitudinem gerunt; ſi vero parentes habuerint, eorum parentibus legitimis dentur, ita tamen, ut eorum ſtipendium, qui in pœnitentiam dati fuerint, ſufficienter debeat procurari. Si qui vero ex familia eccleſiaſtica ſacerdotes, vel levitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alii lapſi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus, ſed res eorum eccleſiaſtico juri non ſubtrahi. Ad uſum tamen ſuum accipiant, unde ad pœnitendum * ſubſiſtant, ne, ſi nudentur, locis, in ** pœnitentiam.* quibus dati fuerint, oneroſi ſint. *Greg. lib. 1. ep. 42. Petro Subdiacono. Ivo part. 6. cap. 380. & part. 15. cap. 20. decret. Anſelm. lib. 8. cap. 1. Cæſar. lib. 8. c. 67. Tarrac. lib. 1. c. 262.*

CAPUT XII.

Manifeſta peccata non ſunt occulta correptione purganda. *Gregor. lib. 12. regiſt. & cap. 31. Felici Epiſc. Anſelm. lib. 11. c. 21.* *De pœnit. & remiſſ. c. 1. apud Gr. IX. & in 1. coll.*

CAPUT XIII.

Judicium pœnitentiæ, quod poſtulatis, Epiſcopi noſtri, quos in patriam veſtram miſimus, in ſcriptis ſecum utique deferent, aut certe Epiſcopus, qui in vobis ordinabitur, hoc cum oportuerit, exhibebit. Nam ſæculares tale quid habere non convenit, nimirum quibus per id quemquam judicandi miniſterium nullum tribuitur. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 75.*

CAPUT XIV.

Omnis, qui attulerit litteras confeſſorias, ſublato nomine confeſſoris, eo quod ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices, communicatoriæ ei dandæ ſunt litteræ. *Elib. c. 25.*

CAPUT XV.

De his, qui confeſſorum litteras offerunt, placuit, ut ſublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias. *Arelat. c. 9.*

CAPUT XVI.

Pœnitentiam conjugatis non niſi ex conſenſu *33. q. 4. c. ult.* dandam. *Arelat. II. cap. 22. Burch. lib. 19. cap. 3. Ivo part. 8. cap. 280. & part. 15. cap. 14. & 123. decret.*

CAPUT XVII.

Ut ſcenicis, atque hiſtrionibus, cæteriſque hujuſmodi perſonis, vel apoſtaticis converſis, vel reverſis ad Dominum gratia, vel reconciliatio non negetur. *Carthag. III. c. 35.*

CAPUT XVIII.

Qui Epiſcopus ordinandus eſt, antea examine- *d. 23. c. 2.* tur, &c. ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, &c. *Carthag. IV. c. 1. Burch. lib. 1. c. 8. Ivo part. 5. c. 62. decret.*

CAPUT XIX.

Omni tempore jejunii manus pœnitentibus a *26. q. 7. c. 6.* Sacerdos. ſacerdotibus imponantur. *Carth. IV. c. 80.*

CAPUT XX.

Pœnitentes etiam diebus remiſſionis genua *26. q. 7.* Sacerdos. *c. 6.* flectant. *Carthag. IV. c. 82.*

CA-

CAPUT XXI.

26. q. 6. Qui recedant. c. 7. §. 1. Pœnitentiam deſiderantibus clericis non negandam. *Arauſ. c. 4.*

CAPUT XXII.

Pœnitentes viri tonſo capite, & religioſo habitu utentes, jejuniis, & obſecrationibus vitæ tempus peragant. *Barcin. c. 6.*

CAPUT XXIII.

Ut pœnitentes epulis non interſint, nec negotiis operam dent in datis, & acceptis, ſed tantum in ſuis domibus vitam frugalem agere debeant. *Barcin. c. 7.*

CAPUT XXIV.

Pœnitentes ſermonem Epiſcoporum audiant, & evangelia. *Valent. Hiſpan. c. 1.*

CAPUT XXV.

Diſt. 81. c. 14. Si diaconus, vel presbyter pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmoverit, ſic * quoque, ſi alii defuerint, & cauſſa certæ neceſſitatis exoritur, poſcentem baptiſmum liceat baptizare. *Aurel. c. 14. ſive 12. Ivo part. 6. c. 368. & part. 15. c. 18. decret. Tarrac. lib. 6. c. 4.*

* bis

CAPUT XXVI.

Secundum concilia priſcorum orthodoxorum decrevit fraternitas, ut quicumque fuerit culpabilis inventus clericus, aut honoratus de civitate, & ad monaſterium fuerit deputatus, ſic Abbas cum illo, qui dirigitur, agat, ſicut ab Epiſcopo manifeſta correctione fuerit ordinatum, aliter ſi Abbas facere elegerit, pro correptione tempus aliquod ſuſpendatur, quia ob hanc cauſſam dirigitur, ut emendet, non ut paſſim ferculis diverſis ſaturetur. *Narbon. c. 6.*

CAPUT XXVII.

Quiſquis per aliqua illicita ex membro Chriſti ſe fecit membrum diaboli, noverit ſe non in corpore Chriſti, ſed in corpore eſſe diaboli. Proinde neceſſe eſt, ut corpori Chriſti, a quo aſtu diabolico ſeparatus eſt, ſe incunctanter, dum tempus pœnitentiæ in promptu habetur, reſtituere non negligat. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 2.*

CAPUT XXVIII.

Cap. 67. Auguſtinus in libro Enchirid. „ Credantur
„ (inquit) in quibuſdam etiam hi, qui nomen
„ Chriſti non relinquunt, & ejus lavacro in ec-
„ cleſia baptizantur, nec ab ea ullo ſchiſmate,
„ vel hæreſi præciduntur, in quantiſlibet ſcele-
„ ribus vivant, quæ nec diluant pœnitendo, nec
„ eleemoſynis rediment, ſed in eis uſque ad hu-
„ jus vitæ ultimum diem pertinaciſſime perſeve-
„ rent, ſalvi futuri per ignem, licet pro magni-
„ tudine facinorum, flagitiorumque, diuturno,
„ non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc
„ credunt, & tamen catholici ſunt, humana
„ quadam benevolentia mihi falli videntur,
„ nam ſcriptura divina aliud conſulta reſpon-
„ det", &c. His documentis perdocemur, quod indulta tempora pœnitentiæ in vanum non ſint deducenda, & quod fides Chriſti bonis ſemper ſit operibus exornanda. *Concil. Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 10.*

CAPUT XXIX.

Illi ſcilicet, qui pro diverſis erratis, vel quibuſcumque piaculis pœnitentiæ jugo fuerint ſummiſſi, legitimo nullatenus matrimonio ſeparentur, ne in fornicationis voragine demergantur, & dum ad alta ſublevati ſperantur, corruant in cœno. *Vormat. c. 37.*

CAPUT XXX.

Sancimus, & præcipimus, ut nullus comes aliquem pœnitentem ad placitum ire compellat, nec ipſe veniat, ne forte dum jejunare, & orare, atque pro ſalute ſuæ animæ debet invigilare, vaniloquiis, & contentionibus cogatur laborare. *Tribur. cap. 35. in fin.*

CAPUT XXXI.

Et illud ſub anathemate præceptum eſt, ut nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carinam * dividere præſumat, ſi infirmitas non intervenerit. *Salegunſt. cap. 17. poſt Burch. decret. Ivo part. 15. cap. 183. decret.*

* id eſt *quadrageſimam.*

CAPUT XXXII.

Decretum eſt in eodem concilio, ut omnis pœnitens, dum carinam ſuam jejunat, de loco in locum non migret, ſed ibi permaneat, ubi ſuam acceperit pœnitentiam, ut proprius ſacerdos ſibi præbeat teſtimonium: ſi autem ibi propter hoſtiles inſidias jejunare non poterit, ſuus ſacerdos eum confratrum ſuorum alicui, ubi pacifice poſſit jejunare, diligentiſſime commendet. *Salegunſtad. cap. 19. poſt Burch. decr. & Ivo part. 15. c. 185. decr.*

CAPUT XXXIII.

Nullus Abbas, monachus, vel quilibet alius pœnitentias injungat, niſi quibus proprius Epiſcopus hanc curam dederit. *Pict. iv. c. 5.*

CAPUT XXXIV.

Fletus, ſeu luctus eſt extra portam oratorii, ubi peccatorem ſtantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro ſe precentur. Auditio eſt intra portam in ferula, ubi oportet eum, qui peccavit, ſtare uſque ad catechumenos, etiam illinc egredi. Audiens enim, inquit, ſcripturas, & doctrinam ejiciatur, & precatione ne dignus cenſeatur. Subjectio autem, ſeu ſubſtratio eſt, ut intra templi portam ſtans cum catechumenis egrediatur. Congregatio, ſeu conſiſtentia eſt, ut cum fidelibus conſiſtat, & cum catechumenis non egrediatur. Poſtremo eſt participatio ſacramentorum. *Gregorius Thaumaturgus c. 11. De iis, qui idolothyta comederunt.*

CAPUT XXXV.

Qui pœnitentiam agunt, aperte anathematizent nominantes Eudoxii, & Euzoii improbam fidem, ipſi enim illum deinceps creaturam improbe blaſphemantes Arianæ ſectæ præſide ſcripti ſunt. *Athanaſ. epiſt. ad Rufinianum.*

CAPUT XXXVI.

Admonendi ſunt fideles ſanctæ Dei eccleſiæ, ut filios ſuos, & filias ſuas doceant Parentibus obedientiam exhibere, &c. Et hoc dicendum eſt eis, ut ſi illi genitali affectu parcere, velut injuriis filiorum, non has in eos Dominus finit, niſi forte digna pœnitentia exhibeatur. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 33.*

CAPUT XXXVII.

Quod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ con- Diſt. 47. c. ult.

Digitized by Google

venit ſemper dare operam, ne quis culpa noſtra pereat. Si quis autem ultro, & crimine ſuo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad eccleſiam redire noluerit, nos in die judicii inculpatos futuros credimus, &c. *Cyprian. ep. 3. in med.*

CAPUT XXXVIII.

Præcipimus, & auctoritate noſtra injungimus omnibus Regni noſtri Comitibus poſtquam ab Epiſcopis anathemate excommunicationis percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ut ab ipſis comprehendantur, & ante nos perferantur, ut qui divina judicia non verentur, humana ſententia feriantur, &c. Si tam rebelles extiterint, ut comprehendentibus repugnare ſtuduerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, judicio Epiſcoporum interfectoribus nulla imponatur pœnitentia. *Arnulphus Imper. in concil. Triburienſ. c. 3.*

De pœnitentiis vero, quæ ſingulis peccatis aſſignabantur, agemus in tertia Parte in libris De pœnis peccatorum contra Deum, contra ſe, & contra proximum.

LIBER DECIMUSQUINTUS.

De Extrema unctione, Funeribus, & Sepulturis.

TITULUS I.

DE EXTREMA UNCTIONE.

CAPUT I.

INfirmatur quis in vobis? *inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum: ungentes eum oleo in nomine Domini, oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei*, &c. *Jacob. in ep. canon. c. 5. num. 14.*

CAPUT II.

De ſimon. c. 8. Gr. IX. c. 7. eod. tit. in 2. coll. Pro ſepultura, chriſmatis, & olei ſacri perceptione nulla cujuſquam pretii exactio intercedat, nec ſub obtentu alicujus conſuetudinis reatum ſuum aliquis tueatur, &c. *Alex. III. in concil. Turon. c. 6. poſt Later. conc. part. 2. c. 10.*

CAPUT III.

Conſignationes ſacri chriſmatis, & olei, vel quæque pro ſtatu eccleſiæ geſſit (*Formoſus*) firma, & immutilata omni tempore permanere Apoſtolica auctoritate ſancimus. *Synod. Ravenn. ſub Joann. IX.*

CAPUT IV.

Vaſa altaris, & panni vel pallia ſint nitida, & integra, & ſi fuerint vetuſtate, vel aliquo caſu corrupta, religioſo, & puro loco abſcondantur, vel igne crementur. Vetus chriſma, & oleum ſimiliter. *Greg. VII. in concil. Roman. anno incerto, cap. 27.*

CAPUT V.

1. q. 3. c. ult. Statuimus, ut ſi quis quodlibet ſacramentum eccleſiaſticum, ut puta chriſma, vel oleum ſanctum, conſecrationem altarium, vel eccleſiarum interveniente execrabili ardore avaritiæ, per pecuniam acquiſivit, honore male acquiſito careat, & emptor, atque venditor, & interventor nota infamiæ percellantur. *Innoc. II. in ſynod. Rom. cap. 1. poſt Ivon. panorm.*

CAPUT VI.

Illud quoque adiicientes præcipimus, ut pro chriſmatis, olei, & ſepulturæ acceptione nullum venditionis pretium exigatur. *Innoc. II. in conc. Roman. cap. 18. Eugenius cap. 3. in ſyn. Rhemenſ. c. 16.*

CAPUT VII.

Adjecit Cæleſtinus diaconus eſſe a dilectione tua poſitum illud, quod in Apoſtoli Jacobi epiſtola conſcriptum eſt: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & ſuſcitabit illum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.* *Jacob. 7.* Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quo ab Epiſcopo confecto, non ſolum ſacerdotibus, ſed omnibus uti chriſtianis licet in ſua, aut ſuorum neceſſitate inungendo*. Ceterum [illud ſuperfluum videmus adjectum, ut de Epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium eſt. *Diſt. 95. c. 3.* Nam idcirco de presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Ceterum ſi Epiſcopus poteſt, aut dignum ducit, aliquem a ſe viſitandum, & benedicere & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt, cujus eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti, nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quo modo unum genus putatur poſſe concedi? *Innoc. epiſt. 1. cap. 8. Vormatien. c. 72. Ivo part. 2. cap. 75. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 14.*

* *ad ungendum.*

CAPUT VIII.

Sacerdos, uno præſente clerico, & etiam ſolus poteſt infirmum inungere. *Alex. III. Carnoten. Epiſc. lib. 14. regiſtr.*

CAPUT IX.

Scire te volumus duas eſſe ſpecies unctionis: exteriorem, quæ materialis eſt, & viſibilis, & interiorem, quæ ſpiritualis eſt, & inviſibilis, exteriore viſibiliter inungitur corpus, interiore inviſibiliter ungitur cor. *De ſacra unction. c. unic. in 1. coll. & ap. Greg. IX.* De prima Jacobus Apoſtolus ait: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & oret ſuper eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum*, &c. *Jacob. 1.* unctio viſibilis, & exterior ſignum eſt interioris, & inviſibilis unctionis, &c. Ad exhibendum autem exteriorem, & viſibilem unctionem benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum, vel infirmorum, &c. *Innoc. III. Patriarchæ CP.*

CAPUT X.

Unuſquiſque presbyter, qui in parochia eſt, Epi-

Epiſcopo obediens, & ſubjectus ſit, & ſemper in cœna Domini rationem, & ordinem miniſterii Epiſcopo reddat, & chriſma, & oleum petat. *Synod. Sueſſionen.*

CAPUT XI.

Jacob. 5. Secundum beati Jacobi Apoſtoli documentum, cui etiam decreta patrum conſonant, infirmi oleo, quod ab Epiſcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit dimittentur ei.* Non eſt itaque parvipendenda hujuſmodi medicina, quæ animæ corporiſque medetur languoribus. *Cabilon. ſub Carolo cap. 48. Capitul. lib. 7. cap. 69. in addit.*

CAPUT XII.

Statutum eſt, ut vel ſemel in anno, id eſt in quinta feria, quæ eſt in cœna Domini, unctio ſancti olei, in quo ſalvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab Epiſcopis non negligatur, ſicut nunc uſque neglecta eſt, ſed omni devotione, juxta traditionem Apoſtolicam, ac ſtatuta decretalium, in quo de eadem re præcipitur, peragatur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 2. cap. 8.*

CAPUT XIII.

Presbyterorum, qui præſunt eccleſiæ Chriſti, miniſterium eſſe videtur, ut de omnibus hominibus, qui ad eorum eccleſiam pertinent, per omnia curam gerant, &c. Si (*aliquis*) infirmitate depreſſus fuerit, ne confeſſione, atque oratione ſacerdotali, necnon unctione ſanctificati olei per ejus negligentiam careat. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 3. cap. 5.*

CAPUT XIV.

26. q. 7. c. 1. Ab infirmis in mortis periculo poſitis per presbyteros pura inquirenda eſt confeſſio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, &c. Et ideo ſecundum canonicam auctoritatem, ne illis janua pietatis clauſa videatur, orationibus, & conſolationibus eccleſiaſticis, ſacra cum unctione Dei animati, ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum, communione viatici reficiantur. *Maguut. ſub Raban. cap. 26. Burch. lib. 18. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 36. decret. Cæſar. lib. 15. cap. 25. Pœnit. Roman. tit. 9. c. 7.*

CAPUT XV.

Provideant ubique Archidiaconi, quod diligenter juxta formam concilii generalis euchariſtia, chriſma, & oleum ſanctum ſalva ſub clavibus recondantur, fideli cuſtodiæ deputata. *Oxonien. c. 16. vide Lateranen. ſub Innoc. III. c. 20.*

TITULUS II.

DE LUGENDIS MORTUIS MODERATE.

CAPUT I.

Quod de fratris veſtri tranſitu vos contriſtari audivimus, non modico compulſi ſumus mœrore. Unde omnipotentem Deum rogamus, ut ſuæ vos gratiæ aſpiratione conſoletur, voſque & a malignis ſpiritibus, & a perverſis hominibus cæleſti protectione cuſtodiat. *Pontian. epiſt. 1. in med.*

CAPUT II.

Habent forſitan illi juſtã longi doloris excuſationem, qui vitam alteram neſciunt, qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. *13. q. 2. c. 27.* Nos autem, qui novimus, qui credimus, & docemus, contriſtari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc nobis magis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra quod quiſque prædicator queritur juſtitiam amans, dicente Apoſtolo: *Nolumus autem, vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.* *1. Theſſ. 4.* Hac itaque ratione perſpecta, ſtudendum nobis eſt, ne de mortuis affligamur. *Anaſt. epiſt. 2. in med. Greg. lib. 7. ind. 2. epiſt. 3. Aregio Epiſcop. de Gallis. Burchard. lib. 19. cap. 129. Ivo part. 15. cap. 139. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 171.*

CAPUT III.

Qui ea infirmitatis noſtræ natura eſt, ut non poſſimus de obeuntibus non dolere, fraternitatis veſtræ doctrina tribulatis ſit ſolamen; manſura illis bona, quæ promittuntur, inſinuet, ut ſpe certiſſima roborati in comparatione futuri muneris diſcant de amiſſione temporalium non dolere, &c. *Greg. Dominico Carthag. Epiſcop. lib. 8. regiſtr. epiſt. 41.*

CAPUT IV.

Prohibet nos Apoſtolus lugere defunctos dicens: *De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & cæteri qui ſpem non habent.* *13. q. 2. c. 18. Quadivina. 1. Theſſ. 4.* Et Dominus non flevit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ hujus ploravit ærumnas reſuſcitandum. *Joann. 11.* Si enim poteſt hoc Epiſcopus omnes chriſtianos prohibere, agere non moretur. A religioſis tamen omnino aliter fieri non debeat cenſemus. *Tolet. III. cap. 22.*

TITULUS III.

DE PRECIBUS PRO MORTUIS ADHIBENDIS.

CAPUT I.

Pro parentibus veſtris, de quibus conſulitis, qui infideles mortui ſunt, propter peccatum incredulitatis orare non licet, ſecundum illud Joannis Apoſtoli dicentis, *Eſt peccatum ad mortem, non dico, ut oretur pro eo: peccatum quippe ad mortem eſt in eodem peccato morientibus.* *1. Joann. 5.* *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 83.*

CAPUT II.

Qui in prælio defunctus fuerit, utrum reportandus ad propria ſit, ſi parentes ejus, aut ſocii ejus voluerint, ex præcedente capitulo poteſtis colligere. Siquidem idcirco ſi voluerint propinqui, ad propria reportandus eſt mortuus, ut ejus tumulum intuentes e proximo recordentur ipſius, & pro eo Domino preces fundant. Nam & ſanctum Joſeph tale quid de oſſibus ſuis moriturum mandaſſe, ſacra prodit hiſtoria. *Geneſ. c. ult.* *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 100.*

CAPUT III.

Te, ut optimum decet filium, (*patri mortuo*) ſuccurrere largis eleemoſynarum ſubſidiis, & eccleſiarum orationibus hortamur, &c. quatenus res, quæ tibi decus paterni miniſtrant regni, ma-

nibus pauperum delatæ cælo, patris conferant auxilium requiei. *Greg. VII. lib. 5. regiſtr. cp.* 10.

CAPUT IV.

13. q. 2. c. 28. Qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantum, & pſallentium vocibus deberi ad ſepulchra deferri, nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſe, aut proximos, aut familias cædere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quod in ſpe reſurrectionis chriſtianorum, corporibus famulatus divinorum impenditur canticorum. *Tolet. III. cap.* 22.

CAPUT V.

Vid. 13. q. 2. cap. 6. Reſtat propter inſtantem neceſſitatem, ubicumque facultas rerum, & opportunitas temporum ſuppetat, ſepulturam morientium apud eccleſiam, ubi ſedes eſt Epiſcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adjacentem alicujus importunitatis difficultatem, impoſſibile videatur, exſpectet eum terra ſepulturæ ſuæ, quo canonicorum, aut monachorum, ſive monialium congregatio ſancta communiter degit, ut eorum orationibus commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum, quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiat. Quod ſi & hoc ineptum, & difficile æſtimetur, ubi decimam perſolvebat vivus, ſepeliatur mortuus. *Tribur. cap.* 15.

CAPUT VI.

Vid. c. 2. de furt. ap. Gr. IX. & c. 4. eod. tit. in 1. coll. Si quis inventus fuerit furtum, aut rapinam exercere, & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare. Et eleemoſyna pro eo data in memoriam clericorum, nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat. B. Auguſtinus de talibus horribilem profert ſententiam, dicens: *Nemo te poſt mortem tuam fideliter redimit, quia tu te redimere noluiſti. Tribur. cap.* 31.

CAPUT VII.

Si quis ab Epiſcopo ſuo excommunicatus, interfectus, aut obitu proprio mortuus abſque reconciliatione fuerit, &c. neque pro eo oretur, nec facultas ejus in eleemoſynam ſuſcipiatur, quouſque ab Epiſcopo abſolvatur; ſimili modo ſi vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus pœnitentiam ex corde petierit, &c. pœnitentia ejus ſuſcipiatur, &c. nullatenus tamen ſepeliatur, neque poſt mortem pro eo oretur donec ab Epiſcopo abſolvatur ſuo. *Lemovicen. act. 2. in med.*

Vid. Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 99. ut. Nam ſepeliebantur olim corpora defunctorum in eccleſia.

TITULUS IV.

PRO QUIBUS MORTUIS POSSIT MISSÆ SACRIFICIUM OFFERRI, ET PRO QUIBUS NON POSSIT.

Vide in Partis II. Lib. XIII. Part. Poſter. Tit. XIX.

TITULUS V.

NE OBLATIONES DEFUNCTORUM RETINEANTUR A LAICIS.

Vide in Partis II. Lib. III. Tit. XXII.

TITULUS VI.

DE PŒNITENTIBUS, QUI EX HAC VITA MIGRARUNT.

Vide in Partis II. Lib. XIV. Tit. XVII.

TITULUS VII.

CUM MORITUR EPISCOPUS VENIAT EPISCOPUS VICINUS AD MANDANDUM TUMULO ILLIUS CORPUS.

CAPUT I.

Quia ſæpe ſanctorum Antiſtitum per abſentiam commendatoris Epiſcopi exequiæ differuntur, ita ut veneranda Pontificis membra dum tardius funerantur, injuriæ ſubjaceant, Epiſcopus, qui poſt mortem fratris ad ſepeliendum eum ſolet invitatus occurrere, infirmum admonitus viſitare non differat, ut aut de revelatione conſacerdotis amplius gaudeat, aut de ordinatione domus ſuæ fratrem admoneat, ejuſque probabilem voluntatem in effectum tranſmittat, ac recedentem a ſæculo poſt oblatum in ejus commendatione Deo ſacrificium, mox ſepulturæ tradat, & cetera faciat. Si Antiſtes repentino obitu deceſſerit, & collimitanei ſacerdotes de longinquo minime adeſſe poſſint, uno die tantum cum ſua nocte exanimatum corpuſculum ſacerdotis maneat, nec ſine fratrum a religioſorum frequentia, vel pſallentium excubatione ſervatum, a presbyteris cum omni diligentia in loco conditum ſeorſum non ſtatim humetur, ſed honorifice commendetur, donec ſine mora invitato undecumque Pontifice, ab ipſo, ut condecet, ſolemniter tumuletur, ut & injuriæ tollatur occaſio, & mos antiquus in ſepeliendis ſacerdotibus obſervetur. *Valent. Hiſp. cap.* 4.

CAPUT II.

Nullus Epiſcopus ad ſepeliendum Epiſcopum venire confictа occaſione diſſimulet, ne cujuslibet corpuſculum diutius inhumatum negligentia interveniente ſolvatur. Is vero Epiſcopus, qui defunctum advenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam, nihil pretii pro fatigatione expoſcat. *Aurel. II. cap.* 5.

CAPUT III.

Quæ competunt honeſtati, contingit ſæpe quorundam deſidia non impleri. Notum eſt, dignitas in exequiis morientis Epiſcopi ex canonibus conſervetur. Adjicimus, ut ſi quis ſacerdotum, ſecundum ſtatuta concilii Valentini ad humanda decedentis Epiſcopi membra venire commonitus pigra voluntate diſtulerit, appellantibus clericis ob-untis Epiſcopi, apud ſynodum, ſive apud Metropolitanum Epiſcopum tempore anni unius, nec faciendi miſſam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, ſive cæteri clerici, quibus major honoris locus apud eandem eccleſiam fuerit, cujus ſacerdos obierit, ſi omni ſollicitudine pro exequiis, aut jam mortui, aut continuo Antiſtitis morituri, ad commendandum Epiſcopum tardi inveniantur, aut per quamcumque moleſtiam animi ad negligere comprobentur, totius anni ſpatio ad pœnitentiam in monaſteriis deputentur. *Tolet. VII. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 216. Ivo part. 5. cap. 330. decret.*

Vide

Digitized by Google

Vide Rhegienſ. c. 5. & 6. Valent. Hiſp. cap. 2. Aurel. II. c. 6. Tolet. IX. c. 9. Troslej. c. 14. quæ omnia ſunt in lib. IV. tit. 83. Ne quiſquam bona Epiſcopi defuncti ſurripere audeat.

TITULUS VIII.

NE QUISQUAM BONA EPISCOPI DEFUNCTI SURRIPERE AUDEAT.

Vide in Part. I. Lib. IV. tit. LXXXIII.

TITULUS IX.

DE IIS, QUI CIBOS OFFERUNT MORTUIS.

CAPUT I.

De conſ. d. 1. c. Non oportet. 29. in fin. NON liceat chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis. *Mart. Brac. c. 70. Burch. lib. 10. c. 38. Ivo part. 11. c. 63. decret.*

CAPUT II.

Sunt qui in feſtivitate cathedræ Petri Apoſto-
* *victimas.* li cibos * mortuis offerunt, & poſt miſſas redeuntes ad domos proprias ad gentilium revertuntur errores, & poſt corpus Domini ſacratas dæmoni eſcas accipiunt, &c. *Turon. II. c. 23.*

TITULUS X.

NON SEPELIEBANTUR OLIM CORPORA DEFUNCTORUM IN ECCLESIA.

CAPUT I.

SI eſt chriſtianus intra eccleſiam ſepeliendus, inquiritis. Hanc ſanctus Papa Gregorius
13. q. 2. c. 27. quæſtionẽ abſolvit, dicens: „ [Cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſiis ſepeliantur, quod eorum proximi quotiens ad eadem ſacra loca conveniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad ſolutionem, potius quam ad majorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſiis ponuntur". *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 99. Gr. lib. 4. dialog. c. 50. Burch. lib. 3. cap. 153. Ivo part. 3. c. 216. decret.*

CAPUT II.

Corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur; ſi neceſſe eſt, de foris circa murum baſilicæ uſque adeo non abhorret. Nam ſi firmiſſimum hoc privilegium uſque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitum murorum cujuslibet defuncti corpus ſit
* *humetur,* humatum *, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere. *Brac. cap. 36. Burch. lib. 3. cap. 157. Ivo part. 3. cap. 220. decret.*

CAPUT III.

Non licet in baptiſterio corpora ſepelire. *Antiſ. c. 13.*

CAPUT IV.

Ut de ſepeliendis in baſilicis mortuis illa conſtitutio ſervetur, quæ ab antiquis patribus conſtituta eſt. *Arelat. ſub Carolo c. 21.*

CAPUT V.

13. q. 2. c. 18. Nullus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur niſi Epiſcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici. *Magunt. c. 52. Burch. lib. 3. c. 233. Ivo part. 3. c. 274.*

CAPUT VI.

Nemo quemlibet mortuum in eccleſia, quaſi jure hæreditario, niſi quem Epiſcopus, aut presbyter pro qualitate converſationis, & vitæ dignum duxerit, ſepelire præſumat. *Meld. cap. 72. Burch. lib. 3. c. 158. Ivo part. 3. cap. 221. decr.*

CAPUT VII.

Secundum ſtatuta ſanctorum Patrum, & experimenta miraculorum prohibemus, & præcipimus, ut deinceps nullus laicus in eccleſia ſepeliatur. Quidam mirabilis doctor noſtræ definitioni conſentiens inquit: „ Nemo enim in eccleſia ſepeliatur, niſi forte talis ſit perſona ſacerdotis, aut alterius juſti hominis, qui per vitæ meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit. Corpora antiquitus in eccleſia ſepulta nequaquam projiciantur, ſed pavimento deſuper facto nullo tumulorum veſtigio apparente, eccleſiæ reverentia conſervetur. Ubi vero hoc præ multitudine cadaverum difficile ſit facere, locus ille cœmeterium, & polyandrium habeatur, ablato inde altari, & conſtituto, ubi religioſe ſacrificium Deo valeat offerri". *Tribur. c. 17. Additur miraculum relatum a B. Greg. lib. 4. dialog. c. 53. vide Burch. lib. 3. c. 155. Ivo part. 3. c. 218. decret.*

CAPUT VIII.

Prohibendum, ſecundum majora inſtituta, ut in eccleſia nullatenus ſepeliantur, ſed in atrio, aut in porticu, aut extra eccleſiam. Infra eccleſiam vero, aut prope altare, ubi corpus Domini, & ſanguis conficitur, nullatenus habeat licentiam ſepeliendi. *Nannet. c. 6. Burch. lib. 3. cap. 159. Ivo part. 3. c. 222.*

CAPUT IX.

Antiquus in his regionibus in eccleſia ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias, præparata cœmeteria, ſive polyandria facta ſunt. Unde volumus, ut ab hac re deinceps abſtineatur, & nemo in eccleſia ſepeliatur, niſi forte talis ſit perſona ſacerdotis, aut cujuslibet juſti hominis, qui per vitæ meritũ talem vivendo ſuo corpori defuncto locum adquiſivit. Corpora vero, quæ antiquitus in eccleſiis ſepulta ſunt, nequaquam projiciantur, ſed tumuli, qui apparent, profundius in terram mittantur, & pavimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, eccleſiæ reverentia conſervetur. Ubi vero tanta eſt multitudo cadaverum, ut hoc facere difficile ſit, locus ille pro cœmeterio habeatur ablato inde altari & in eo loco conſtructo, ubi religioſe, & pure Deo ſacrificium offerri valeat. *Theodulph. ad presbyteros Aurel. cap. 9. Tribur. cap. 17. Burch. lib. 3. cap. 151. Ivo part. 3. cap. 213. decret.*

TITULUS XI.

NE CORPORA MORTUORUM PALLIS, AUT VESTIBUS SACRIS TEGANTUR.

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. III.

TITULUS XII.

QUIBUS DE CAUSSIS PRIVETUR QUIS SEPULTURA ECCLESIASTICA.

CA-

CAPUT I.

4. 19. de decim. Gr. IX. c. 24. eod. tit. in 1. coll.

SI quis receperit decimas a laicis, & eccleſiæ non tradiderit, chriſtiana ſepultura privetur. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 14.*

CAPUT II.

De torneam. c. 1. Gr. IX. & in 1. coll.

Torneamenta, in quibus milites ex condicto venire ſolent, fieri prohibemus, &c. Quod ſi quis eorum ibidem (*in torneamento*) mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti venia non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. *Alexand. III. in concil. Later. c. 20.*

CAPUT III.

De uſur. c. 3. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 1. coll.

Uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, &c. Qui eos chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, &c. donec ſatisfecerit, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus. *Alexand. III. in concil. Later. c. 25.*

CAPUT IV.

De hæret. c. 8 Gr. IX. & c. 6. eod. tit. in 1. coll.

Hæreticos, & defenſores eorum, & receptores anathemati decernimus ſubjicere, &c. Si autem in hoc peccato deceſſerint, nec ſub noſtrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub alia quacumque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter chriſtianos recipiant ſepulturam. *Alexand. III. in concil. Later. c. 27.*

CAPUT V.

De hær. c. 13. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Sane clerici non exhibeant hujuſmodi peſtilentibus (*hæreticis, & fautoribus hæreticorum*) eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas, nec oblationes eorum accipiant. *Innoc. III. in concil. Later. c. 3.*

CAPUT VI.

De pœnit. c. 12. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Omnis utriuſque ſexus confiteatur ſaltem ſemel in anno, & ſuſcipiat euchariſtiæ ſacramentum in paſchate, &c. Alioquin & vivus ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 21.*

CAPUT VII.

De torneam. c. 2. in 1. coll.

Deteſtabiles illas nundinas, vel ferias, in quibus milites ex condicto convenire ſolent, & oſtentationem virium ſuarum, & audaciæ temere congrediuntur, unde mortes hominum, & animarum pericula ſæpe proveniunt, omnino fieri interdicimus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti pœnitentia, & viaticum non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. *Innoc. II. in ſynod. Rom. c. 10. Eug. III. in concil. Rhem. c. 12.*

CAPUT VIII.

Nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, vel cujuslibet ordinis Abbas, vel quivis in ordine & clero, niſi cum ſumma cautela uſurarios recipere præſumat, ſed in tota vita infames habeantur, niſi reſipuerint, chriſtiana ſepultura priventur. *Innoc. II. in ſynod. Rom. cap. 13. al. cap. ult.*

CAPUT IX.

23. q. 8. c. 32. Incendiariorum.

Peſſimam, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli omnino deteſtamur, & interdicimus, &c. Si quis igitur poſt hujus noſtræ conſtitutionis promulgationem, malo ſtudio, ſive pro vindicta ignes appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur. Et ſi mortuus fuerit incendiarius, eccleſiaſtica careat ſepultura. *Innoc. II. in ſynod. Rom. c. 14. Eug. III. in concil. Rhem. c. 15. poſt Ivonis panorm. Pœnit. Rom. tit. 8. c. 17.*

CAPUT X.

Sanctimoniales, & mulieres, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter vivunt, &c. vitam ſuam in melius corrigant, & emendent, ſuperfluitatem, & inhoneſtatem veſtium deſerant, & in clauſtro aſſidue permanentes communi refectorio, & dormitorio ſint contentæ, &c. Quod ſi uſque ad proximum Apoſtolorum feſtum non adimpleverint, ex tunc in earum eccleſiis, donec hoc noſtrum mandatum adimpleant, divina prohibemus officia celebrari, & ſi quæ ipſarum mortua fuerit, chriſtianorum careat ſepultura. *Eug. III. in ſynod. Rhem. c. 4.*

CAPUT XI.

Nullus advocatus præter jus, & beneficium antiquitus conſtitutum, aliquid ſacri arripere, vel uſurpare præſumat. Subadvocatos vero, & exactores eorum modis omnibus ab eccleſiarum infeſtationibus removeri præcipimus. Quod ſi quis contra hanc prohibitionem a nobis promulgatam de cætero attentare præſumpſerit, chriſtianorum careat ſepultura. *Eugen. III. in ſynod. Rhemenſ. cap. 6.*

CAPUT XII.

Si ſit ſepeliendus, qui ſeipſum occidit, vel ſi ſit pro eo ſacrificium offerendum, requiris. Sepeliendus eſt quidem, ne viventium odoratui moleſtiam ingerat, non tamen eſt, ut aliis pavor incutiatur, ſolito cum obſequiis more ad ſepulchra ferendus. Sed & qui ſunt, qui ejus ſepulturæ ſtudio humanitatis obſequuntur, ſibi, non illi, qui ſui extitit homicida, præſtare videntur. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 98.*

CAPUT XIII.

Ille, qui occiſus fuerit, (*loquitur de ſingulari certamine*) tamquam ſui homicida, & propriæ mortis ſpontaneus appetitor, a dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus, nec cadaver ejus, juxta ſanctorum canonum decretum, cum pſalmis, & orationibus ad ſepulturam deducatur, &c. *Valent. ſub Lothar. cap. 12.*

CAPUT XIV.

Si quis ab Epiſcopo ſuo excommunicatus, interfectus, aut obitu proprio mortuus abſque reconciliatione fuerit, nullatenus chriſtianorum ſepultura ſepeliatur, niſi Epiſcopus ſatisfacientibus pro eo amicis, vel parentibus abſolutionem, & licentiam ex hoc conceſſerit, &c. Simili modo, ſi vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus pœnitentiam ex corde petierit, pœnitentia ejus ſuſcipiatur, &c. nullatenus tamen ſepeliatur, donec ab Epiſcopo abſolvatur ſuo. *Lemovic. act. 2. in med.*

CAPUT XV.

Sub anathemate prohibemus, ne clerici fructus bene-

beneficiorum eccleſiaſticorum ſpuriis ſuis, vel concubinis ſuis dimittant. Qui vero contra hanc inhibitionem venire præſumpſerint, in ſignũ ſuæ perditionis eccleſiaſtica careant ſepultura. *Conc. habitum in Germania ſub Conrad. Card. c.* 5.

TITULUS XIII.

DE PŒNA ILLIUS, QUI SEPULCHRUM VIOLAT.

CAPUT I.

Synodum tempore piæ recordationis ſexti Stephani Papæ deceſſoris videlicet noſtri celebratam, in qua venerabile corpus Formoſi venerabilis Papæ de ſepultura violata per terram tractum eſt, & quaſi ad judicium deductum judicari, & damnari præſumptum eſt, quod numquam deceſſorum noſtrorum temporibus fuiſſe auditum eſt, pœnitus abdicamus, & ne ulterius præſumatur, fieri interdicimus. *Syn. Ravenn. ſub Joann. IX. part.* 1. *cap.* 1.

CAPUT II.

Violatores, ſeu corruptores ſacri tumuli ejuſdem domini Formoſi Papæ, qui ſub fœdere conſpirationis, ad capiendum theſaurum corpus illius trahentes in fluvium Tiberim jactare non timuerunt, divina auctoritate, ſynodalique noſtro conſultu niſi reſipuerint, ſint a ſancti, Dei eccleſiæ liminibus ſeparati. *Ravenn. ſub Joann. IX. part.* 1. *cap.* 9.

CAPUT III.

6. q. 1. Infames, c. 67. Sepulchrorum violatores infames ſunt. *Stephan. epiſt.* 1. *in med.*

CAPUT IV.

Si quis clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, quia facinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis ſanguine vindicatur, oportet canonibus in tali ſcelere proditum a clericatus ordine ſubmoveri, & pœnitentiæ triennio deputari. *Tolet. IV. cap.* 45.

CAPUT V.

Nec quiſquam oſſa cujuslibet mortui de ſepulchro ſuo eiciat, aut ſepulturam cujuſquam temerario auſu quoquo modo violet, ſed unumquemque in loculo ſibi a Deo præparato, atque conceſſo, adventum ſui judicis præſtolari concedat, maxime cum non ſolum divinæ leges, ſed etiam humanæ apud humanam rempublicam ſepulchrorum violatores reos mortis dijudicent. *Melden. cap.* 7.

CAPUT VI.

Qui ſepulchra effodit, undecim annis carebit communione. *Baſil. ad Amphil. cap.* 65.

CAPUT VII.

Sepulchrorum effoſſio ipſa quoque dividitur in id, quod veniam meretur, & id, quod non meretur, ſi enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, ut nec ſola oſtendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis, qui ante ſepulchrum projecti ſunt, ad aliquod opus conſtruendum uſus eſt, nec hoc quidẽ eſt laudabile, ſed ut eſſet dignum venia, effecit conſuetudo, quando ad aliquid melius, & reipublicæ utilius materia traducta ſit, ſed carnis in terram redactæ pulverem perſcrutari, & oſſa movere, ſpe aliquem ex defoſſis lucri faciendi ornatum, hi eorum judicio condemnatum eſt, quo ſimplex fornicatio, quemadmodum in præcedente oratione diviſio facta eſt, conſiderante ſcilicet œconomo, ſeu diſpenſatore ex ipſa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam ut ſpatium a canonibus præſtitutum poſſit contrahere. *Greg. Nyſſen. epiſt. canonica ad Letoium.*

TITULUS XIV.

NE PECUNIA ACCIPIATUR SEPULTURÆ CAUSSA TAMQUAM PRETIUM.

CAPUT I.

Pro ſepultura nulla cujuſquam pretii exactio intercedat. *Turon. ſub Alexand. III. c.* 6. *poſt Later. concil. part.* 2. *cap.* 10.

CAPUT II.

In quibuſdam eccleſiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro ſepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid exigatur, &c. Putant plures ex hoc ſibi licere, quia legem mortis de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur, &c. Ne igitur hoc de cætero fiat, & vel pro mortuis ſepeliendis, ſeu etiam nubentibus benedicendis, ſeu etiam aliis ſacramentis aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus, &c. *Alexand. III. in concil. Later. cap.* 7. *De ſim. c.* 6. *Greg. IX. c.* 6. *eod. tit. in* 2. *coll.*

CAPUT III.

Plerique ſicut accepimus regulares, & clerici ſæculares interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt in præjudicium parochialium eccleſiarum, pactum adiiciunt, ut conductores, & feudatarii decimas eis ſolvant, & apud eoſdem eligant ſepulturam. Cum autem id de avaritiæ radice procedat, pactum hujuſmodi pœnitus reprobamus, ſtatuentes, ut quidquid fuerit occaſione hujuſmodi pacti perceptum, eccleſiæ parochiali reddatur. *Inn. III. in conc. gen. Later. c.* 56. *De pact. c.* 7. *Greg. IX. c.* 1. *eod. tit. in* 4. *coll.*

CAPUT IV.

Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam, etiamſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates (*quidam Epiſcopi*) ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum, &c. Exactiones hujuſmodi inhibemus, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap.* 65. *De ſimon. c.* 42. *Greg. IX. & c.* 5. *eod. tit. in* 4. *coll.*

CAPUT V.

Ad Apoſtolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictione nubentium, & ſimilibus pecuniam exigunt, &c. pravas exactiones ſuper his fieri prohibemus, &c. Statuentes, ut libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta, ſed per Epiſcopum loci veritate cognita compeſcantur, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap.* 66. *De ſimon. c.* 41. *Greg. IX. c.* 6. *eod. tit. in* 4. *coll.*

CAPUT VI.

Nullus deinceps ſepulturam exigat. *Urban. II. in concil. gener. Claromont. cap.* 8.

CAPUT VII.

Illud quoque præcipimus, ut pro chriſmate & baptiſmo, & ſepulturis, nihil umquam exigatur. *Urban. II. in concil. Placent. c.* 14. *al. in concil. Claromontis.*

CAs

CAPUT VIII.

Illud quoque adiicientes præcipimus, ut pro chriſmatis, olei ſacri, & ſepulturæ acceptione nullum venditionis pretium exigatur. *Innoc. II. in concil. Roman. cap. 18. Eugen. III. in concil. Rhem. cap. 16.*

CAPUT IX.

13. q. 2. c. 12. Queſta nobis eſt Nereida fœmina clariſſima, quod ab ea centum ſolidos, pro filiæ ſuæ ſepultura fraternitas veſtra velit exigere. Quod ſi ita ſe veritas habet, quia grave nimis, & procul eſt a ſacerdotis officio pretium de terra conceſſa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium, ab hac ſe petitione fraternitas veſtra contineat, &c. Hoc autem vitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad Epiſcopatus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus, & pravam denuo conſuetudinem nequaquam uſurpari permiſimus, memores, quia dum Abraham (*Geneſ. 23.*) a filiis Emor, hoc eſt Ephron filio Seor ſepulchri terram pretio ad humandum corpus conjugis poſtularet, pretium accipere renuit, ne commodum videretur ex cadavere conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Unde ne hoc avaritiæ vitium, vel in alienis denuo tentari præſumatur, admoneo. Sed ſi quando aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri conceditis, ſi quidem parentes ipſius proximi, vel hæredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus, peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus, ne, quod valde irreligioſum eſt, aut venalis fortaſſe, quod abſit, dicatur eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaveribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium. *Greg. lib. 7. indict. 2. epiſt. 55. Januario Epiſcopo. Meldenſ. cap. 72. Ivo part. 3. cap. 201. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 56.*

CAPUT X.

Nullus de agro eccleſiaſtico, & manſo, ac mancipiis, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquis largitus eccleſiæ fuerit, neque de decimis, & oblationibus fidelium, cuiquam presbytero * aliquem cenſum perſolvere cogat. *Meldenſ. cap. 63. Burch. lib. 3. cap. 53.*

* *quemquam presbyterum.*

CAPUT XI.

Neque pro loco ſepulturæ, ut verbis ſancti Gregorii utamur, pretium de terra conceſſa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium aliquo modo (*quiſpiam*) tentet. Si quando autem proximi, vel hæredes ſponte aliquid offerre in eccleſia voluerint in eleemoſyna defuncti, accipere non vetamus, peti vero, aut aliquid exigi omnino prohibemus, ne quod valde irreligioſum eſt, aut venalis, quod abſit, dicatur eccleſia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, ſi compendium exinde ſtudemus modo quolibet quærere. *Melden. cap. 72. vide Gregor. lib. 7. regiſtr. epiſt. 55.*

CAPUT XII.

De uno manſo, & de terris pro ſepultura datis, & pro quatuor mancipiis, vel eorum procreatione nullus cenſus deinceps exigatur, & pro ſepultura nullum pretium detur. *Metenſe cap. 2.*

CAPUT XIII.

13. q. 2. c. 16. Abhorrendus, & Chriſtianis devitandus mos iniquus ſubrepſit, ſepulturam mortuis debitam ſub pretio vendere, & gratiam Dei venalem facere, cum hoc nuſquam ſub evangelica gratia meminimus nos inveniſſe, vel legiſſe. In Eccleſiaſtico namque libro ſcriptum eſt: *Mortuo non prohibeas gratiam, ſciens, quia omnes moriemur.* (*Eccl. c. 7.*) Et item: *Omnia, quæ de terra ſunt, in terram convertuntur.* (*Eccl. 40. Gen. 3.*) Quid terra terram vendis? Memento quoniam terra es, & in terram ibis, & quoniam mors tibi futura eſt, appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis eſt terra, ſed ut Pſalmiſta commemorat: *Domini eſt terra, & qui habitant in ea.* (*Pſalm. 23.*) Si terram vendis, invaſione alienæ rei reus tenebaris: gratis accepiſti a Deo, gratis da pro eo. Quare interdictum ſit omnibus omnino Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare, niſi forte proximi, & amici defuncti propter nomen Domini, & redemptionem animæ viri, gratis aliquid donare velint. *Tribur. cap. 16. Ivo part. 3. c. 215. decret.*

CAPUT XIV.

13. q. 2. c. 15. Præcipiendum eſt, ſecundum canonum auctoritatem, ut de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant, niſi forte, qui ſepelitur vivens juſſerit eccleſiæ, in cujus atrio ſepelitur, de ſuis rebus aliquid tribuere, aut etiam poſt mortem ipſius illi, quibus commiſſum eſt eleemoſynam facere de rebus illius, aliquid dare ſponte voluerint. Tamen nullatenus a presbyteris eccleſiæ illius aliquid exigatur, ſive ab illis, qui locis, & villis præſunt. *Nannet. cap. 6. Burch. lib. 3. cap. 159. Ivo part. 3. c. 222. decret.*

CAPUT XV.

Nullus pretium pro ſepultura accipiat, niſi quod fideles ſponte dare, vel offerre voluerint. *Bitur. c. 12. apud Lemov. act. 2.*

TITULUS XV.

COMMUNIA DE FUNERIBUS, ET SEPULTURIS.

CAPUT I.

De privileg. Gr. IX. & in 1. coll. FRatrum, & coepiſcoporum noſtrorum vehementi conqueſtione comperimus, &c. Proponunt, quod eccleſias recipiant (*Templarii, & Hoſpitalarii*) de manibus laicorum, excommunicatos, & interdictos ad eccleſiaſtica ſacramenta, ſepulturam admittant, &c. ad locum interdictum ſæpius accedentes, indulgentia privilegiorum in celebrandis officiis abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas eccleſias ſepelire præſumunt, &c. Si Templarii, ſive Hoſpitalarii ad eccleſiaſticum interdictum venerint, nonniſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora ſepeliant defunctorum. *Alexand. III. in concil. Later. c. 9.*

CAPUT II.

De privileg. c. 24. Greg. IX. cap. 7. eod. tit. in 4. coll. Sane quibuſdam regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, ut iis, qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan eccleſiæ, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis interdictæ, ipſoſque mori contingat, ſepultura eccleſiaſtica non negetur,

niſi

niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, ſuoſque confratres, quos eccleſiarum prælati apud eccleſias ſuas non permiſerint ſepeliri, niſi excommunicati, vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad eccleſias ſuas deferant ſomulandos, &c. Qui tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium, vel aliorum non interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturam. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 57.

CAPUT III.

Quotidiana (*Petri Apoſtoli*) prædicatio inter cætera divina mandata hæc erat, &c. „ Infirmos viſitare, mortuos ſepelire, & diligenter „ eorum exequias peragere, pro eiſque orare, & „ eleemoſynas dare, dolentes conſolari, & ſuis „ bonis refovere, “ &c. *Clem. epiſt.* 1. *ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c.* 25.

CAPUT IV.

24. q. 2. De communione c. 1. Quibus viventibus communicavimus, mortuis communicare non poſſumus. *Leo epiſt.* 90. *c.* 6. *ad Ruſticum Narbon. Epiſc. Ivo lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 4. *panorm. & part.* 14. *cap.* 60. *decret. Cæſar. lib.* 5. *c.* 90.

CAPUT V.

Si defunctus de rebus ſuis diſpoſuit, & debita diſponere prætermiſit, niſi de ſolutione debitorum, dummodo ſit ſolvendo, ab hærede vel conſanguineis defuncti ſufficiens cautio detur, corpus ejus, poſtpoſita appellatione, eccleſiaſticæ ſepulturæ, non tradatur. *Alexand. III. Cantuarienſ. Epiſc. poſt Later. concil. part.* 43. *c.* 3.

CAPUT VI.

Monachi corpora hominum tam vivorum, quam mortuorum ad eccleſiam ſuam deferre non audeant ſine conſenſu, & petitione ejus eccleſiæ, quæ ei dum viveret, conſuluit, & conſulendo viaticum ſuum adminiſtravit. Quod ſi fecerint, veluti invaſores ſanctæ eccleſiæ ſub diſtricta anathematis interpoſitione, quouſque ſatisfaciant eccleſiæ, fieri præcipimus, omni remota fraternitatis occaſione. *Greg. Auguſtino Anglorum Epiſcopo refertur ab Alexand. III. part.* 43. *poſt concil. Later. c.* 4.

CAPUT VII.

De conſ. d. 1. c. Sacramenta, 48. Si Epiſcoporum, vel aliorum depoſitio defunctorum ſit poſt meridiem, ſolis orationibus celebretur, qui faciunt, jam pranſi ſunt. *Carthagin. cap.* 45. *G. Carthag. III. cap.* 29. *L. Afric. cap.* 8. *Anſelm. lib.* 9. *cap.* 3. *Cæſar. lib.* 13. *cap.* 4.

CAPUT VIII.

De degeneribus ſervis, qui ſepulchris defunctorum pro qualitate ipſius miniſterii deputantur, placuit, ut ſub qua ab auctoribus fuerint conditione dimiſſi, & ſive hæredibus, ſive eccleſiæ pro defenſione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conſervari. Quod ſi eccleſia eos de Fiſci functionibus in omni parte defenderit, tam illi, quam poſteri eorum eccleſiæ defenſione in omnibus potiantur, & occurſum impendant. *Paris. c.* 9.

CAPUT IX.

Comperimus multos, necdum marcidatis mortuorum membris, ſepulchra relerare, & mortuos ſuos ſuperimponere, & aliorum, quod nefas eſt, pro mortuis ſuis religioſa loca uſurpare, ſine voluntate ſcilicet Domini ſepulchrorum, ideoque ſtatuimus, ut nullus deinceps hoc peragat; quod ſi factum fuerit, ſecundum legem ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis rejactentur. *Matiſc. II. c.* 57.

CAPUT X.

Non licet mortuum ſuper mortoum mitti. *Antiſiod. c.* 15.

CAPUT XI.

Presbyterorum, qui præſunt eccleſiæ Chriſti, miniſterium eſſe videtur, ut de omnibus hominibus, qui ad eorum eccleſiam pertinent, per omnia curam gerant, &c. Si (*aliquis*) infirmitate depreſſus fuerit, ne confeſſione, atque oratione ſacerdotali, &c. per ejus negligentiam careat. Denique ſi finem urgentem perſpexerit, commendet chriſtianam animam Domino &c. corpuſque ſepulturæ, non ut mos eſt gentilium, ſed ſicut chriſtianorum. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 3. *cap.* 5.

CAPUT XII.

Xyſtus tertius corpus Baſſi (*ejus accuſatoris*) cum linteaminibus, & aromatibus manibus ſuis tractans recondidit, & ſepelivit ad B. Petrũ Apoſtolum in cubiculo parentum ejus. *Ex Pontific.*

CAPUT XIII.

Symmachus fecit cœmeterium Jordanorum in melius propter corpus Alexandri. *Ex Pontif.*

CAPUT XIV.

Deuſdedit dimiſit pro exequiis ad omnem clerum rogam * unam integram. *Ex Pontif.*

* *ideſt, erogationem.*

LIBER DECIMUSSEXTUS.

De Sacramento Ordinis.

TITULUS I.

DE MINISTERIO SACRAM. ORDINIS.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XLIX. & Lib. VIII. Tit. XIV. quibus adde:

CAPUT I.

NUllus in eccleſiis præſumat presbyteros conſtituere, niſi qui & ſacerdotalem gradum dare licite poteſt, &c. *Synod. Roman. ſub Leon. IV. cap.* 42.

CAPUT II.

Si qui clerici ab iſtis pſeudoepiſcopis in eis eccleſiis ordinati ſunt, quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum conſenſu & judicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita ut in ipſis eccleſiis perſeverent. Aliter autem vana eſt habenda ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita. *Leo ad Ruſtic. Narbonenſ. Epiſcopum, epiſt.* 90. *cap.* 2. *1. q. 1. c. 40.*

Digitized by Google

Burchard. lib. 1. cap. 11. Ivo part. 5. cap. 65.

CAPUT III.

De Epiſcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec ſcimus de ordinatione eorum qualitet fuit, placuit juxta inſtituta ſanctorum patrum, ut in alterius parochia miniſtrare, nec ullam ordinationem facere debeant, ſine juſſione Epiſcopi, cujus parochia eſt, & ſi hoc facere præſumpſerint, ab officio ſuſpendantur, &c. *Synod. apud Palatium Vernis, cap. 13. Vormac. c. 62.*

TITULUS II.

EPISCOPUS NON ORDINET IN ALIENA DIŒCESI.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. LIV.

TITULUS III.

NE EPISCOPUS CLERICUM ALIENUM ORDINET SINE SCIENTIA EPISCOPI, AD QUEM PERTINET.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. L.

TITULUS IV.

EPISCOPUS SERVET CANONUM STATUTA IN CONFERENDIS ORDINIBUS.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. LI.

TITULUS V.

NE LAICUS STATIM EPISCOPUS, AUT PRESBITER ORDINETUR, SED PRIUS ORDINES INFERIORES SUSCIPIAT.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. III. Lib. VI. Tit. VI. Lib. VII. Tit. IV. & Lib. VIII. Tit. XIII. quibus adde:

CAPUT I.

JAM non ſatis eſt laicos ordinare, quos nullus ordo fieri permittit, ſed etiam ii, quorum crimina longe, lateque per omnes pene ſunt nota provincias, ordinantur. *Cæleſtinus ep. 1. c. 3.*

CAPUT II.

Diſt. 77. c. ult. Si de laicis quiſpiam eccleſiaſticis eſt aggregandus officiis, tanto ſollicitius in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, hujuſmodi decet examinari perſonam, quantum inter mundanam, religioſamque vitam conſtat eſſe diſcriminis, quia utique convenienti a eccleſiæ miniſteria reparanda ſunt, non inconvenientibus meritis ingerenda, tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſervitiis, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc aſſequenda, decerpitur, ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit, ne per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis vitia potius divinis cultibus intuliſſe, non legitimæ familiæ computemur * procuraſſe compendia, quorum promotioni ſuper anni metas, ſex menſes nihilominus ſubrogamus, quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare convenit inter perſonam divino cultui deditam, & de laicorum converſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgentia credimus, ut illis eccleſiis, quibus infeſtatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanſerint, miniſteria renoventur, quatenus bis, Deo propitio, reſtitutis, in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſervetur, nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adverſus ſcita majorum nova lege proponitur, cæteris eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas, priſtinam faciendis ordinationibus convenit tenere ſententiam. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 4.*

* *conſutemur.*

CAPUT III.

Hominem laicum non promovendum ad ſacerdotium ſubito, ſed per ſuos gradus, ſicut Sardicenſe concilium ait, ut de laicis non eligerentur Antiſtites cap. 13. &c. Et Gelaſius non ſolum Epiſcopos de laicis fieri prohibuit, ſed etiã presbyteros, ne talia præſumerent, vetuit in decretorum ſuorum cap. 3. *Nicol. in epiſt. ad Michaelem Imper. ante med. lecta in ſynodo VIII. CP. ſub Hadrian. II. action. 4. poſt princ.*

CAPUT IV.

Nulli laicorum liceat ad eccleſiaſticos ordines, prætermiſſo canonum præfixo tempore, aut per ſacra regalia, aut per conſenſiones cleri, vel plebis, vel per electionem, aſſenſionemque Pontificum ad ſummum ſacerdotium aſpirare, vel provehi, ſed cum per canonum conſcripta tempora eccleſiaſticos per ordines ſpirituali opere deſudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conſcenderit gradus, ad ſummum ſacerdotium, ſi dignitatis vita reſpondent, auctore Domino provehatur, ita tamen, ut duobus, aut tribus, quos conſenſus cleri, & plebis ſelegerit, Metropolitani judicio, ejuſque coepiſcopis præſentatis, quem ſors præeunte Epiſcoporum jejunio, Chriſto Domino terminante, monſtraverit, benedictio conſecrationis accumulet. Aliter deinceps, quod abſit, præſumptum, & ordinatores, & ordinatos proprii honoris depoſitio ſubſequatur. *Barcin. II. cap. 3.*

CAPUT V.

Quod ſæculares viri nequaquam ad miniſterium eccleſiæ aſſumantur, auctoritas Apoſtolica docet, & dicit: *Manus cito nemini impoſueris;* 1. Tim. 3. & iterum: *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus*, putet ſe non tam miniſterium humilitatis, quam adminiſtrationem ſæcularis poteſtatis adeptum, & in condemnationem ſuperbiæ, ſicut diabolus per jactantiam dejiciatur, quomodo enim valebit ſæcularis homo ſacerdotii magiſterium adimplere, cujus nec officium tenuit, nec diſciplinam cognovit? aut quid docere potuit, cum ipſe non didicerit? *Iſidor. lib. 1. cap. 6. de eccleſ. officiis apud Aquiſgran. cap. 9.*

Vide Syric. epiſt. 3. cap. 3. tit. De neophytis non ordinandis, cap. Quod ſemel. *Cæleſtin. ep. 2. cap. 6. De digamis non ordinandis, cap.* Abſtineantur.

TITULUS VI.

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM.

CAPUT I.

QUoniam quidam Metropolitanorum quantum comperimus, negligent commiſſos ſibi greges, & ordinationes Epiſcoporum facere differunt, placuit ſanctæ ſynodo intra tres menſes ordinationes Epiſcoporum celebrari, niſi forte neceſſitas inexcuſabilis cogat tempus dilationis extendi. Quod ſi hoc minime fecerit, correptioni eccle- *Diſt. 75. c. 2.*

eccleſiaſticæ ſubjacebit. *Chalced. cap. 25. Vormat. cap. 76. Burch. lib. 1. cap. 24. Ivo part. 5. cap. 135. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 35. Cæſar. lib. 3. cap. 28.*

CAPUT II.

In multis conciliis hoc ſtatutum eſt, etiam & nunc confirmatum eſt a veſtra prudentia, ſanctiſſimi fratres, ut primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis ſacerdotum debeant fieri ordinationes, aliqui enim ex noſtris per incuriam ignorantes annorum ſeriem, illicitam fecerunt ordinationem. *Synod. Roman. ſub Zachar. cap. 11. vide Carth. III. c. 44.*

CAPUT III.

Ne fiant ordines, niſi quatuor certis temporibus, & ſabbato mediante Quadrageſima, & tunc protrahatur jejunium uſque ad veſperas, & ſi fieri poteſt uſque ad craſtinum, ut magis appareat in die Dominico ordines fieri. *Urban. II. in conc. Claromont. c. 24.*

CAPUT IV.

Miror, quid cauſſæ, aut occaſionis emerſerit, ut virum catholicæ fidei, & Neſtorianis, atque Eutychianis hæreticis conſtanter etiam adverſum Archidiaconum ſub honoris ſpecie (*Anatolius*) degradaret, & diſpenſationem totius cauſſæ & curæ eccleſiaſticæ in Andream Eutychianiſtam repente transferret, adeo nimia commotione turbatus, ut conſecrationem, quam pro injuria dabat, ſexta ſabbati, traditionis Apoſtolicæ aut neſcius, aut oblitus, inſerret, quaſi non ad Epiſcopum magis, quam ad presbyterum ordinationis illius vitium pertineret. *Leo epiſt. 55. poſt princ.*

CAPUT V.

Diſt. 75. c. 4. & 5. Quod a patribus noſtris propenſiore cura novimus eſſe ſervatum, a vobis quoque volumus cuſtodiri, ut non paſſim diebus omnibus ſacerdotalis, vel levitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem ſabbati ejus noctis, quæ in prima ſabbati luceſcit, exordia deligantur, hoc eſt, ſub lege divini officii ſubſtituantur, in quibus his, qui conſecrandi ſunt, jejunis, & a jejunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod ejuſdem obſervantiæ erit, ſi mane ipſo dominico die, continuato ſabbati jejunio, celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem reſurrectionis, ſicut etiam in paſcha Domini declaratur, pertinere, non dubium eſt. Nam præter auctoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica novimus venire doctrina, etiam ſacra
Act. 13. ſcriptura manifeſtat, quod cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus ſancti ad evangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes, & orantes impoſuerunt eis manus, ut intelligamus quanta & dantium, & accipientium devotione curandum ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinandorum ſacerdotum formam per eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe ſervaveris, ut his, qui conſecrandi ſunt, numquam benedictiones niſi in die reſurrectionis Dominicæ tribuantur, cui a veſpera ſabbati initium conſtat aſcribi. *Leo ep. 79. c. 1. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexand. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 6. panorm. & part. 6. cap. 70. & 71. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 37. Tarrac. lib. 3. cap. 47.*

CAPUT VI.

Nec ſibi conſtare ſtatus ſui noverit firmitatem, qui non die ſabbati veſpere, quod luceſcit in prima ſabbati, vel ipſo Dominico die fuerit ordinatus (*loquitur de ordinatione Epiſcoporum*) ſolum enim majores noſtri reſurrectionis Dominicæ diem honore dignum judicavere, ut ſacerdotes, qui ſumuntur, hoc die potiſſimum tribuantur. *Leo epiſt. 87. ad Epiſc. Viennen. provinc. ante fin.*

CAPUT VII.

Priſcis igitur pro ſui reverentia manentibus *Diſt. 55. c. 2.* conſtitutis, quæ ubi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter convenit cuſtodiri, eatenus eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt privatæ miniſtris, vel ſufficientibus uſque adeo deſpoliatæ ſervitiis, ut plebibus ad ſe pertinentibus divina munera ſupplere non valeant, tam inſtituendi, quam promovendi clericalis obſequii * ** officii.* ſpatia diſpenſanda concedimus. *Gelaſ. epiſt. 1. c. 2. Ivo part. 3. cap. 142. decret.*

CAPUT VIII.

Ordinationes presbyterorum, & diaconorum *Diſt. 75. c. ult.* niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debeant, id eſt, quarti menſis jejunio, ſeptimi, & decimi, ſed etiam quadrageſimalis initii, ac mediana quadrageſimæ die, ſabbati jejunio circa veſperas noverint celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis cauſſa, ſeu presbyterum, ſeu diaconum his præferre, qui ante ipſos fuerint ordinati. *Gelaſ. epiſt. 1. c. 13. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 18. panorm. & part. 6. c. 74. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 38. Tarrac. lib. 3. cap. 48. vide Gregor. II. epiſt. 3.*

CAPUT IX.

Ordinationes presbyterorum, ſeu diaconorum *Diſt. 75. c. ult.* non niſi quarti, ſeptimi, & decimi menſium jejuniis, ſed & ingreſſu quadrageſimali, atque mediante veſpere ſabbati (*Epiſcopus veller*) noverit celebrandas. *Greg. II. epiſt. 3. ad clerum Thuringiæ, in med.*

CAPUT X.

De ordinatione etiam presbyterorum, & diaconorum, cogente neceſſitate, & paupertate rogantium non legitimis temporibus, & diebus a te promoveri, ſi aliquam haberes ex hoc offenſionem, inſinuaſti, &c. Bene noſti, quod ſacri canones docent, aptis temporibus ſacerdotes ordinandos; attamen in eo, quod a te propter zelum fidei actum eſt, a Domino Deo noſtro indulgentiam poſtulemus. *Zachar. epiſt. 5. ante fin. ad Boniſ. Epiſcop.*

CAPUT XI.

Si cum quiſque noſtrum mortalium ad ſacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur, ut in reliquis diebus, niſi tantum Dominicis feſtivitatibus hi, qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur eccleſiaſtico, quanto magis, ut ſancta deificata templa, quæ ab ho-

minibus fidelibus cenſentur honorificanda, ſine diebus Dominicis perhibeantur conſecranda. *Cæſaraug. III. c. 1.*

CAPUT XII.

Decrevimus presbyterorum, diaconorum, & cæterorum graduum inferiorum ordinationes ſtatutis temporibus fieri debere. *Cabilon. ſub Carolo cap. 23.*

CAPUT XIII.

Revoluta ſunt patrum ſtatuta, & inventum, quia graduum ordinationes recte fiunt per menſem Martium, & Junium, Septembrem quoque, atque Decembrem, ſabbato videlicet in duodecim lectionibus, quando jejunia quatuor temporum aguntur, ubi ſi tanta multitudo fuerit ordinandorum, ut ſabbato non poſſit omnes Epiſcopus conſecrare, in craſtina Dominica uſque ad horam ſextam a mane qui ſuperfuerint, debent ordinari, alias autem nullo modo, niſi cauſa grandis neceſſitatis, de diaconatu tantum, vel presbyteratu oportet ordinationes agi, & hoc in nulla feſtivitate, niſi Dominica die, quam tamen jejunium generale in ſabbato præceſſerit, nam & ipſe Epiſcopus ordinari non poteſt, niſi dominica die circa horam diei tertiam. De ſancto autem Gregorio conſtat, quia numquam, niſi in menſe Martio ordinationes egit. Beatus vero Petrus Apoſtolus in menſe Decembri, & non alibi, &c. *Lemovicen. action. 2. ante fin.*

CAPUT XIV.

Gregorius fecit ordinationes duas, unam in quadrageſima, & aliam in menſe ſeptimo. *Ex Pontif.*

TITULUS VII.

DE CÆREMONIIS, QUÆ IN ORDINATIONE PRESBYTERI, ET RELIQUORUM CLERICORUM OBSERVARI SOLENT.

CAPUT I.

Diſt. 23. c. 8. PResbyter, cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas juxta manum Epiſcopi, ſuper caput illius teneant. *Carth. IV. cap. 3. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 6. panorm. & part. 6. c. 12. decret. Anſelm. lib. 7. c. 53. Cæſar. lib. 8. c. 20.*

CAPUT II.

d. 23. c. 11. Diaconus, cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manus ſuper caput illius ponat, quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur. *Carth. IV. c. 4. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 7. panorm. & part. 6. cap. 13. decret. Anſelm. lib. 7. c. 52. Cæſar. lib. 8. c. 21.*

CAPUT III.

d. 23. c. 15. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu vero Archidiaconi, urceolum cum aqua & manile, & manutergium. *Carth. IV. c. 5. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 8. panorm. & part. 6. c. 14. & c. 9. in fin. decret. Anſelm. lib. 7. c. 51.*

CAPUT IV.

d. 23. c. 16. Acolythus, cum ordinatur, ab Epiſcopo quidem doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat, ſed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiat & urceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in euchariſtiam ſanguinis Chriſti. *Carth. IV. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 9. panorm. & part. 6. c. 15. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 50.*

CAPUT V.

Exorciſta, cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: *Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſive baptizatum, ſive catechumenum. Carth. IV. c. 7. Raban. lib. 1. cap. 10. de inſtit. cler. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 10. panorm. & part. 6. cap. 16. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 49.* *d. 23. c. 17.*

CAPUT VI.

Lector, cum ordinatur, faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc ſpectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eum: *Accipe & eſto lector * verbi Dei habiturus, ſi fideliter, & utiliter impleveris officium, partem cum eis, qui verbum Dei miniſtraverunt. Carth. IV. c. 8. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 11. panorm. & part. 6. cap. 17. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 48.* *d. 23. c. 18.* ** relator.*

CAPUT VII.

Oſtiarius, cum ordinatur, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat converſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi, tradat ei Epiſcopus claves eccleſiæ de altario dicens: *Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur. Carth. IV. c. 9. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 12. panorm. & part. 6. c. 18. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 47.* *d. 23. c. 19.*

CAPUT VIII.

Pſalmiſta, id eſt cantor, poteſt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola juſſione presbyteri, officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi presbytero: *Vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. Carth. IV. c. 10. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 13. panorm. & part. 6. c. 19. decret. Anſelm. lib. 7. c. 46.* *d. 23. c. 20.*

CAPUT IX.

Lectores, dum ordinantur, primum de eorũ converſatione Epiſcopus verbum facit ad populũ, deinde corã plebe tradit eis codicem apicum divinorum ad verbum Dei annuntiandum. Qui autem ad hujuſmodi provehitur gradum, iſte erit doctrina, & libris imbutus, ſenſuumque, ac verborum ſcientia perornatus. *Iſidor. lib. 2. cap. 11. de eccleſ. offic. apud Aquiſgr. cap. 3. Raban. lib. 1. c. 11. de inſtit. cleric.*

CAPUT X.

Exorciſtæ, cum ordinantur, ſicut ait canon, accipiunt de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, accipientes poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, (*ſive baptizatos*) ſive catechumenos. *Iſidor. lib. 2. c. 13. de eccleſ. offic. apud Aquiſgr. c. 4. Raban. lib. 1. c. 10. de inſtit. cleric.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XI.

Vide d. 23. c. 15. Subdiaconus.

Subdiaconi, cum ordinantur, ſicut ſacerdotes, & levitæ manus impoſitionem non ſuſcipiunt, ſed patenam tantum, & calicem de manu Epiſcopi, & ab Archidiacono ſcyphum aquæ cum aqua manili, & manutergium accipiunt. *Iſidor. lib. 2. c. 10. de eccleſ. offic. apud Aquiſgr. c. 6.*

TITULUS VIII.

ORDINENTUR CLERICI MULTIS PRÆSENTIBUS, NON TAMEN INTERSINT CATECHUMENI.

CAPUT I.

Silveſter Epiſcopus dixit: „ A nobis incipientes moderamine lenitatis indicare, commonemus, ut nulli Epiſcopo liceat quemlibet gradum clerici ordinare, aut conſecrare, niſi cum omni adunara eccleſia ". *Silv. in concil. Rom. CCLXXV. Epiſc. cap. ult.*

CAPUT II.

Diſt. 67. c. 1.

Reliqui ſacerdotes (*præter Epiſcopū*) a proprio ordinentur Epiſcopo, ita ut cives, & alii ſacerdotes aſſenſum præbeant, & jejunantes orationem celebrent, ſimiliter, & diaconi ordinentur, ceterorum autem graduum diſtributioni trium veracium teſtimonium, cum Epiſcopi ſcilicet probatione, ſufficere poteſt. *Anaclet. epiſt. 2. poſt princ. Burchard. lib. 1. c. 15. & part. 5. c. 69. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 47.*

CAPUT III.

Diſt. 75. c. 3.

Ordinationes preſbyterorum, & levitarum tempore congruo, & multis coram aſtantibus ſolemniter agite, & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus provehire, ut de eorum ſocietate, & adjumento plurimum gaudeatis. *Zephir. epiſt. 2. in fin. Burch. lib. 2. c. 3. Ivo part. 6. cap. 23. & 47. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 35. Cæſarauguſt. lib. 4. c. 107. Tarrac. lib. 3. c. 46.*

CAPUT IV.

Non licere ordines in præſentia auditorum (*catechumenorum, L.*) fieri. *Laod. cap. 5. al. 4. Burchardus lib. 2. cap. 7. Ivo part. 6. cap. 27. decret.*

CAPUT V.

Ordinatio non fiat clanculum, Eccleſia enim pacem habente, decet præſentibus ſanctis ordinationes fieri in eccleſia. *Theophil. Epiſc. Alex. in commonitorio cap. 6.*

CAPUT VI.

Zephirinus conſtituit, ut præſentibus clericis, & laicis fidelibus, ſive clericus, ſive levita, ſive ſacerdos ordinetur. *Damaſ. in Zephir.*

TITULUS IX.

QUA ÆTATE CLERICI POSSINT SACRIS INITIARI.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. X. & Libro VI. Tit. VIII. & Lib. VII. Tit. V. & XXXV.

CAPUT I.

De elect. c. 7. Greg. IX. c. 20. eod. tit. in 1. coll.

Cum in ſacris ordinibus, & myſteriis eccleſiaſticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & ſcientia litterarum ſit inquirenda, multo fortius hoc in Epiſcopo oportet inquiri, qui ad curam poſitus aliorum, in ſe ipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Domini oporteat converſari, &c. præſenti decreto ſtatuimus, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi trigeſimum ætatis annum egerit, &c. inferiora miniſterio, ut puta decanatus, archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec parochialium eccleſiarum regimen, niſi qui jam XXV. ætatis annum attigerit, & qui ſcientia, & moribus exiſtat commendandus. Cum autem aſſumptus fuerit, ſi archidiaconus in diaconem, & decani, & reliqui admoniti non fuerint præfixo canonibus tempore in presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & alii conferatur, &c. Nec proſit illis appellationis diffugium, &c. *Alexand. III. in concil. Later. c. 3.*

CAPUT II.

Diſt. 78. c. 3. & diſt. 61. c. 5. Miramur, §. Quid eſt.

Quid eſt cito manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari. *Leo ep. 85. c. 1. Anſelm. lib. 6. c. 30. vel 34. Ivo part. 5. cap. 105. decret.*

CAPUT III.

1. q. 1. c. 120.

Pueri ad ſacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculoſius cadant, quanto citius conſcendere ad altiora feſtinant. *Greg. lib. 2. indict. 11. epiſt. 47. Columbo Epiſcopo. Anſelm. lib. 7. c. 39. vel 46.*

CAPUT IV.

1. q. 1. c. 119.

Eſtote præcipue in ordinatione ſolliciti, & ad ſacros ordines aſpirare, niſi provectiores ætate, & mundos opere nullatenus admittatis, ne forte ſemper eſſe deſinant, quod immature eſſe feſtinant. *Greg. lib. 2. indict. 11. ep. 48. Adeodato Epiſc. Tarrac. lib. 1. c. 107.*

CAPUT V.

Item placuit, ut lectores populum non ſalutent, & ut ante vigintiquinque annos nec clerici ordinentur, niſi primum divinis ſcripturis inſtructi, vel ab infantia eruditi propter fidei profeſſionem, vel aſſertionem. *Hipponen. c. 2.*

CAPUT VI.

Presbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc eſt XXX. ætatis annum, ſed priuſquam ad conſecrationem presbyteratus accedat, maneat in Epiſcopio diſcendi gratia officium ſuum tamdiu, donec poſſint & mores, & actus ejus animadverti, & tunc ſi dignus fuerit, ad ſacerdotium promoveatur. *Turon. ſub Carolo cap. 12.*

CAPUT VII.

Quod a XXX. annis ſacerdos (*id eſt Epiſcopus*) efficitur, ab ætate ſcilicet Chriſti ſumptum eſt, ex qua idem exorſus eſt prædicare. Hæc enim ætas profectu non indiget jam parvulorum, ſed plena eſt, & robuſta, & ad omne diſciplinæ exercitium præparata. *Iſidor. lib. 2. c. 5. de eccleſiaſt. offic. apud Aquiſgr. c. 9.*

Vide Tolet. IV. c. 18. tit. Quales debeant eſſe qui ſacris initiantur, cap. Qui non promoveantur.

TI-

TITULUS X.
DE ILLICITIS ORDINATIONIBUS.
CAPUT I.

Diſt.70.Neminem, c.1. NEmo abſolute ordinetur presbyter, diaconus, vel alius eccleſiaſtici ordinis, niſi in eccleſia urbis, vel vici, vel martyrio, vel monaſterio ordinatus (*clericus*) publicetur *. Sin minus, irrita ſit ordinatio, nihilque agere poſſit propter contumeliam ordinatis. *Chalc. cap. 6. Capitul. lib. 1. c. 25. Burch. lib. 2. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 20. panorm. & part. 6. cap. 26. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 95.*

* *pronuntietur.*

CAPUT II.

Si quæ factæ ſunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam ſtare non poſſunt. *Cœleſt. epiſt. 2. cap. 6.*

CAPUT III.

Ordinationes illicitas irritas denotamus, niſi per ſatisfactionem, quæ ad pacem pertinent, componantur. *Turon. cap. 10.*

TITULUS XI.
QUALES DEBEANT ESSE, QUI ORDINANTUR, ET NE QUISQUAM SINE EXAMINE ORDINETUR.
CAPUT I.

Diſt.81.c.4. Diſt. 24. Si quis, c.7. SI qui presbyteri ſine examine ſunt provecti, vel cum diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſunt, & homines contra canones commoti, manus confeſſis imponere tentaverunt, tales regula non admittit, quia quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit eccleſia. *Nicæn. c. 9. Mart. Brac. c. 24. Raban. c. 1. de pœnit. Burch. lib. 2. cap. 13. Ivo part. 6. c. 33. decret. Anſelm. lib. 8. cap. 13.*

CAPUT II.

De elect. c. 7. Greg. IX. & c. 16. eod. tit. in 1. coll. Cum in ſacris ordinibus, & miniſteriis eccleſiaſticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & ſcientia litterarum ſit inquirenda, multo fortius hoc in Epiſcopo oportet inquiri, &c. *Alex. III. in conc. gener. Later. c. 3.*

CAPUT III.

De elect. c. 44. Gr. IX. & c. ult. eod. tit. in 4. coll. Epiſcopi tales ad ſacros ordines, & eccleſiaſticas dignitates promovere procurent, qui commiſſum ſibi officium digne valeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere ultionem. *Innoc. III. in conc. Later. gener. c. 26.*

CAPUT IV.

Diſt.54. Pœnitentes, c.3. Bigami, vel inſcii litterarum, aut aliqua membrorum defectu damna perpeſſi, vel hi, qui ex pœnitentibus ſunt, ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis talium conſecrator exiterit, factum ſuum ipſe diſſolvet. Sed, & [quod *35. q. 9. c. 3.* quis commiſit illicite, aut a deceſſoribus ſuis invenit admiſſum, ſi proprium periculum vult vitare, damnabit, nos enim in nullo volumus ſeveritatem ultionis exercere. Sed qui in cauſſis Dei vel contumacia, vel aliquo exceſſu deliquerit, aut ipſe quod perperam fecerit, abolere noluerit, in ſe, quidquid in alio non reſecarit, inveniet. *Hilar. in ſynod. Rom. c. 2. 3. 4. Anſelm. lib. 7. cap. 13.*

CAPUT V.

Diſt. 32. c. 12. Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ ſit caſtitatis, & qui uſque ad ſubdiaconatum unicam virginem uxorem habuerit. *Urban. II. in ſynod. apud Melfiam, cap. 3.*

CAPUT VI.

Ad dominica myſteria tales eligantur, qui ante ordinationem conjuges ſuas non noverint *. *Clem. epiſt. 2. poſt princ. Ivo part. 6. c. 87. decret. Cæſar. lib. 8. cap. 59.* *Diſt.81. Miniſtri, c. 19.*

* *reliquerunt.*

CAPUT VII.

Tales ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſint dominica ſacramenta tractare, melius eſt enim ſacerdotii paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. *Clem. epiſt. 2. ante med.* *Diſt. 23. c. 4.*

CAPUT VIII.

Quod conſuluiſti ſedem Apoſtolicam, qui ſint infames, aut qui ad gradus eccleſiaſticos non ſint admittendi. [Infames eſſe eas perſonas dicimus, qui pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt omnes, qui chriſtianæ legis normam abiiciunt, & eccleſiaſtica ſtatuta contemnunt. Similiter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, ſepulchrorum quoque violatores, & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes, qui adverſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter inceſtuoſos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, & veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt injuſte, qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab eccleſia pulſos, & omnes, quos eccleſiaſticæ, vel ſæculi leges infames pronunciant. Hos vero non ad ſacros ordines licet promovere, nec ſervos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos, qui curiæ deſerviunt, vel qui non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur. Hi omnes nec ad ſacros gradus debent provehi, nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem, vel dignam converſationem non habentes ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare. *Steph. epiſt. 1. ante fin. Burchard. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Deuſded. cap. 3. Anſelm. lib. 3. cap. 5. Cæſar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8.* *6. q. 1. c. 17.*

CAPUT IX.

Quicumque ſe eccleſiæ vovit obſequiis a ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque triceſimum * ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communi per ſacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus, acolythus, & ſubdiaconus eſſe debebit, poſt quæ ad diaconatus gradum, ſi ſe ipſe primitus, continentia præeunte dignum probari, accedat. Ubi ſi ultra quinque annos laudabiliter miniſtrarit, congrue pre-

* *viceſimum, al.*

presbyterium conſequatur, exinde poſt decennium Epiſcopalem cathedram poterit adipiſci, ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fidei ejus fuerit approbata, &c. *Syric. Himer. Tarrac. Epiſcop. ep. 1. cap. 9.*

CAPUT X.

Videt veſtra ſinceritas in ſacris miniſteriis, aut in ordinationibus veſtris quantum magna cura, & diligens ſollicitudo debeat obſervari. Denique 1. Tim. 5. ad Timotheum loquitur (*Apoſtolus*) *Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Quod propterea memoratur, ut examine habito, & probitate morum, & eccleſiaſtico labore ſit commendatior, qui vocatur in medium, ut ſummum ſacerdotium poſſit accipere, probatus judicio, non favore, ſuſceptus veritate, non gratia, Apoſtolico ordine functus*, non præcipiti voluntate, &c. *Syricius ad Orthodoxos ep. 3. in princ.*

* *fretus.*

CAPUT XI.

Diſt. 35. c. 6. Laici, qui habentes uxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti ſint, aut monaſteriis, ex quo baptizati ſunt, hæſerint, & ſi non concubinam, non pellicem noverint, ſi in bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi. *Innoc. ep. 4. c. 4. Tarrac. lib. 1. cap. 129. Anſelm. lib. 7. cap. 29. al. 34. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 4. panorm. & part. 6. cap. 95. decret.*

CAPUT XII.

Quales vero eligendi ſunt in ordine clericorum evidens forma declarat, id eſt, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio ſociati, vel ſi majores ſunt, cum fuerint Dei gratiam conſecuti, ſtatim ſe eccleſiaſticis ordinibus mancipaverint, & ſi uxores habuerint, quærendum, ſi uxorem virginem habuerint, quia ſcriptum eſt in veteri teſtamento: Levit. 21. *Uxorem virginem accipiat ſacerdos.* Et alibi: 1. Tim. 3. *Sacerdotes mei ſemel nubant.* Neque qui duas uxores habuerint, quia ad Tit. 1. Paulus Apoſtolus ait, *Unius uxoris virum.* Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defenſione pravi errores opponunt, & aſſerunt quod ante baptiſmum omnia dimittuntur, &c. Nullus ergo contra Apoſtolum tale aliquid ſentiat, nec admittat, ſed fideliter intelligat unius uxoris virum, ſive ante baptiſmum eſſe nominatum, ſive poſt baptiſmum, &c. *Innocent. epiſt. 23. cap. 5. 6. ad ſynod. Tolet.*

CAPUT XIII.

Diſt. 54. c. 21. Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur, & qui a dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotii, tamquam ſervilis vilitas hunc honorem jure capiat, c. 1. ead. d. provehuntur, &c. Ab his abſtineant ſacerdotes, & ab aliis, qui aut origini, aut alicui conditioni obligati ſunt, niſi eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis, &c. Qualis vero unicuique natalium honeſtas, & morum eſſe debeat, qui ſacris altaris miniſterio eſt ſociandus, & Apoſtolo nos docente, & divina præceptione didicimus, & canonum 1. Tim. 3. Levit. 21. regulis, &c. Conſtat ad ſacerdotium perveniſſe viduarum maritos, & quibus fuerunt numeroſa conjugia, & ad omnem licentiam vita liberior, &c. contra Apoſtoli vocem, *unius uxoris virum*, Levit. 21. & antiquæ legis præceptum „ Sacerdos virginem „ uxorē accipiat, non viduam, non repudiatā “. Hos ergo quicumque tales admiſſi ſunt, ab eccleſiaſticis officiis, & a ſacerdotali nomine, Apoſtolicæ ſedis auctoritate jubemus arceri, &c. cum capaces non fuerint, &c. Nec ignorare licuit ſacerdotem, quod canonum fuerat regulis definitum. *Leo ep. 1. cap. 1. & 2. Epiſcopis per Campaniam. Tribur. cap. 29. Burch. lib. 2. cap. 22. Ivo part. 6. cap. 64. decr. Anſelm. lib. 7. c. 23. Tarrac. lib. 4. cap. 19.*

CAPUT XIV. Diſt. 78. c. 2. diſt. 61. c. 5. Miramur.

Quid eſt cito manus imponere, niſi ante ætatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? *Leo ep. 85. cap. 1. ad Epiſcopos Africæ. Anſelm. lib. 6. cap. 30. Ivo part. 5. cap. 105. decret. Cæſar. lib. 5. cap. 24.*

CAPUT XV. 77. c. 2. vid. diſt. 35. c. 1.

Si quis etiam de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale munus accedit, imprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur. Si nullo gravi facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit uxorem, nec a marito rejectam ſortitus oſtenditur, ſi pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet, ſi ſervili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ jam probatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt litteras. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 3. Ivo part. 3. cap. 143. decret.*

CAPUT XVI. Diſt. 50. Non confidat, 39.

Nec fas eſſe confidat quiſque Pontificum bigamos, aut conjugia ſortientes ab aliis derelicta, ſive quoslibet, poſt pœnitentiam, vel ſine litteris, vel corpore viaticos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis congruentis expectatione diſcuſſos, divinis ſervituros applicare miniſteriis*, neque pro ſuo libitu jura ſtudeant aliena pervadere, abſque ſedis Apoſtolicæ juſtæ diſpenſationis mandato. *Gelaſ. ep. 1. cap. 5. Anſelm. lib. 7. cap. 15. Tarrac. lib. 3. cap. 38.*

* *myſteriis.*

CAPUT XVII.

Si quid indulgetur de temporum quantitate, moribus aggregata ſtrenuitate penſatur, ſi vitæ jam propoſito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus diſſimulata ſubrepant, quorum quodlibet ſi ineſſe claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat eſſe perſonam. [Et ſi illa non- 2. q. 7. c. 23. numquam ſinenda ſunt, quæ ſi cæterorum conſtet integritas, ſola nocere non valeant, illa tamen ſunt magnopere præcavenda, quæ recipi niſi manifeſta decoloratione non poſſint. Ac ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum, temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ proviſionis reſpectus excuſat, quanto magis illa, nullatenus mutilanda ſunt,

ſunt, quæ nec ulla neceſſitas, nec eccleſiaſtica prorſus extorquet utilitas? *Gelaſ. epiſt. 1. c. 11. Tarrac. lib. 1. cap. 116.*

CAPUT XVIII.

Qui non Dei gratia, ſed promiſſione rerum eccleſiaſticarum præmiſſa, ad ſacerdotium conantur accedere, deſideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab hujuſmodi ſe intentione non cohibent, vindictis canonum ſciant ſe ſine dubitatione ſubiiciendos. Nec facile ad ſacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus, & tempora conſtituta ſunt, per quæ ad hanc dignitatem debeant aſpirare, &c. *Symmac. epiſt. 1. cap. 2.*

CAPUT XIX.

Diſt. 61. c. 2. Ut in ſacerdotibus ordinandis, quæ ſunt a patribus proſcripta, & definita, cogitetis, quia ſicut eſt caput eccleſiæ Chriſtus, Chriſti autem Vicarii ſacerdotes, ſic & in eligendis his curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe convenit, quos præeſſe neceſſe eſt, corrigendis, nec quidquam illi deeſſe perſonæ, penes quam eſt religionis ſumma, & ſubſtantia diſciplinæ. Æſtimet quis pretium Dominici gregis, ut ſciat, quod meritum conſtituendi deceat eſſe paſtoris. *Hormiſda ad Epiſcop. Hiſpan. cap. 1. Anſelm. lib. 6. cap. 19. Tarrac. lib. 3. cap. 13.*

CAPUT XX.

Diſt. 50. c. Si poſt, 12. Si tales quærimus ad ſacros ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat, quanto magis ſi poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, omnino prohibendus eſt cum manibus lutulentis myſterium noſtræ ſalutis tractare? &c. *Mart. epiſt. unic. ante med.*

CAPUT XXI.

Diſt. 34. c. 10. Præcipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias, nec bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, vel curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxium ad ſacros ordines permittas accedere. Sed ſi quos hujuſmodi repereris, non audeas promovere:
Diſt. 98. c. 3. „ [Afros paſſim, vel incognitos peregrinos ad ec-
„ cleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſu-
„ ſcipias, quia Afri quidem aliqui Manichæi,
„ aliqui rebaptizati, peregrini vero plurimi et-
„ iam in minoribus ordinibus conſtituti ad for-
„ tiores prætendiſſe honores ſæpe probati ſunt “, &c. *Greg. Joann. Scillatino Epiſc. lib. 2. regiſt. epiſt. 25. Anſelm. lib. 7. c. 21. Ivo part. 8. cap. 288. Tarrac. lib. 3. c. 41.*

CAPUT XXII.

Eſtote præcipue in ordinatione ſolliciti, & ad ſacros ordines aſpirate, niſi provectiores ætate, & mundos opere, nullatenus permittatis, ne forte ſemper eſſe deſinant, quod immature eſſe feſtinant, eorum enim, qui in ſacro ſunt ordine collocandi, prius vitam, moreſque diſcutite, & ut dignos huic officio adhibere poſſitis, non vobis potentia, aut ſupplicatio quarumlibet ſurrepat perſonarum, &c. Si quando igitur de his tractare neceſſe eſt, graves, experioſque viros conciliis veſtris * adhibete participes, & cum eis com-
** conſilii veſtri.*
muni de hoc deliberatione penſate, &c. *Greg. Adeodato Epiſcop. Numid. lib. 2. indict. 11. epiſt. 48.*

CAPUT XXIII.

Ne umquam ii, qui ordinati ſunt, pereant, provideri debet, quales ordinentur, ut prius aſpiciatur, ſi vita eorum continens in annis pluriмis fuit, ſi ſtudium orationis, ſi eleemoſynæ ſtudium habuerunt. Quærendum quoque eſt, ne forte fuerit bigamus. Videndum etiam ne ſine litteris, aut obnoxius curiæ compellatur poſt ſacrum ordinem ad exactionem publicam redire. Hæc itaque omnia diligenter fraternitas veſtra inquirat, ut dum diligenter quilibet exquiſitus ordinatur, non celeriter poſt ordinationem deponatur, &c. *Greg. Januario Caralitan. Epiſc. lib. 3. regiſt. epiſtola 26.*

CAPUT XXIV.

Quod ad ſacros ordines rectæ fidei viri perducuntur, omnipotenti Deo ſine ceſſatione gratiæ ſolvendæ ſunt, &c. *Greg. Iſicio Epiſc. Hieroſol. lib. 9. regiſt. epiſt. 40.*

CAPUT XXV.

Fratrem noſtrum Bonifacium vobis ordinavimus ſacerdotem, cui dedimus in mandatis, ne umquam ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad ſacros ordines permittat accedere, ſed ſi quos hujuſmodi forte repererit, non audeat promovere: *Diſt. 34. c. 10. Præcipimus.*
„ [Afros paſſim ad eccleſiaſticos ordines præ- *Diſt. 98. c. 3.*
„ tendentes, nulla ratione ſuſcipiat, quia aliqui
„ eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius
„ ſunt probati “, &c. *Greg. II. ep. 3. in princ. Greg. lib. 2. ep. 25. reg. Anſelm. lib. 7. cap. 25. Ivo part. 8. c. 288. Tarrac. lib. 3. c. 41.*

CAPUT XXVI.

Nullus ordinetur clericus non probatus vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio. *Carth. III. c. 23. Anſelm. lib. 7. c. 89.* *Diſt. 24. c. 2.*

CAPUT XXVII.

Ut Epiſcopus ſine conſilio clericorum ſuorum clericos non ordinet, ita ut civium aſſenſum, & conniventiam, & teſtimonium quærat. *Carth. IV. c. 22. Cæſar. lib. 4. c. 77.* *D. 24. c. 6.*

CAPUT XXVIII.

Non niſi unius uxoris viri, iidemque virginibus copulati diaconi, vel presbyteri ordinentur. *Andegav. c. 12.*

CAPUT XXIX.

De clericorum præmittenda converſione id omnimodis obſervetur, ne ullus ex laicis ante annalem converſionem, vel ætatem legitimam, id eſt xxv. annorum diaconus, & xxx. presbyter ordinetur. Ne autem duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam profeſſus, aut ſenius * corpore, aut qui publice aliquando arreptus ſit, promoveatur. Si ſciens Epiſcopus id egerit, qui ordinatur, ſuſcepto juxta anteriores canones privetur officio, ille ſex menſibus a celebrandis officiis ſequeſtretur. Si tunc miſſas facere præſumpſerit, anno integro omnium fratrum charita- *De big. c. 1. in 1. coll. & Greg. IX.* ** debilis, f.*

ritate privetur. De quorum promotionibus, ſi quis clericus aut civis teſtis extiterit, quorum teſtimonio, dum creditur, frequenter pontificis ignorantia prævenitur cum agnitum fuerit, ordinationem illicite celebratam anno integro a communione pellatur, qui ſi in infirmitate deciderit, ei viaticum non negetur. *Aurel. III. c. 6.*

CAPUT XXX.

D. 51. c. 5. Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum: „[Qui in aliquo crimine detecti „ ſunt. Qui infamiæ nota aſperſi ſunt. Qui ſce„ lera aliqua per publicam pœnitentiam ſe ad„ miſiſſe confeſſi ſunt. Qui in hæreſim lapſi ſunt. „ Qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe no„ ſcuntur. Qui ſemetipſos abſciderunt, aut na„ turaliter defectu membrorum, aut deciſione „ aliquid minus habere noſcuntur. Qui ſecundæ „ uxoris conjunctionem ſortiti ſunt, aut nume„ roſa conjugia frequentaverunt. Qui viduam, „ vel a marito relictam duxerunt, aut corru„ ptarum mariti fuerunt. Qui concubinas, aut „ fornicarias habuerunt. Qui ſervili conditioni „ obnoxii ſunt. Qui ignoti ſunt. Qui neophyti, „ vel laici ſunt. Qui ſæculari militiæ dediti ſunt. „ Qui curiæ nexibus obligati ſunt. Qui inſcii „ litterarum ſunt. Qui nondum ad XXX. annos „ pervenerunt. Qui per gradus eccleſiaſticos non „ accelſerunt *. Qui ambitu honorem quærunt. „ Qui muneribus honorem obtinere moliuntur. „ Qui a deceſſoribus in ſacerdotium eliguntur. „ Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec „ clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, „ vel auctoritas Metropolitani, vel comprovin„ cialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſivit “. Quicumque deinceps ad ordinem ſacerdotii poſtulatur, & in his exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit, & examinatus probabilis vita, atque doctrina extiterit, tunc ſecundum ſynodalia, vel decretalia conſtituta cum omnium clericorum, vel civium voluntate ab univerſis comprovincialibus Epiſcopis, aut certe a tribus in ſacerdotem die dominica conſecrabitur, convenientibus ceteris, qui abſentes ſunt, litteris ſuis, & magis auctoritate, vel præſentia Metropolitani. Epiſcopus autem comprovincialis ibi conſecrandus eſt, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem in civitate Metropoli, & comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit. *Tolet. IV. cap. 18.*

* *aſcenderunt.*

CAPUT XXXI.

D. 77. c. In veteri, 7. 1. Tom. 3. Viginti quinque annorum ætatis levitæ conſecrentur, & XXX. presbyteri ordinentur, ita ut ſecundum præceptum Apoſtoli probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. *Tolet. IV. c. 19. Burch. lib. 2. c. 12. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 4. panorm. & part. 6. c. 32. decret.*

CAPUT XXXII.

In Armenia clerici ordinantur, qui ex genere ſacerdotum ſunt, juxta Judaicos mores, cantores quoque, & lectores ſine tonſura ordinant. Sed nolumus deinceps genus inſpici ad promovendum, ſed an digni ſint juxta canones eccleſiaſticos, &c. *Trull. c. 33.*

CAPUT XXXIII.

Ut quicumque ad gradus eccleſiaſticos condigne aſcendere voluerit, unuſquiſque intelligeret, qualiter ſecundum poſſibilitatem intellectus ſui in eo gradu, ubi conſtitutus eſt, Deo militare, & ſe ipſum valeret cuſtodire. *Rhem. c. 3.*

CAPUT XXXIV.

De clericis laicorum, unde nonnulli conqueri videntur, eo quod quidam Epiſcopi ad eorum preces nolint in eccleſiis ſuis eos, cum utiles ſint ordinare, &c. Si laicus idoneum utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occaſione ab Epiſcopo ſine certa ratione repellatur, & ſi reiiciendus eſt, diligens examinatio, & evidens ratio, ne ſcandalum generetur, manifeſtum faciat. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 22. Capitul. lib. 5. cap. 178.*

CAPUT XXXV.

Qui ex noſtris parochiis, aut ad titulum, aut abſolute ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, niſi aut in clero certo, & religioſo, vel etiam in civitate, & ſaltem uno anno immorentur, ut de vita, & converſatione, atque doctrina illorum certitudo poſſit agnoſci, & nemo abſolute quemquam ordinare præſumat ſicut ſancti ſanxerunt canones. *Meldenſ. cap. 52. Burch. lib. 2. cap. 4.*

CAPUT XXXVI.

Judicatum eſt a ſynodo ſecundum ſacros canones, ſicut ſcriptum eſt: „ Ut qui presbyteri ſine „ examinatione per ignorantiam, vel ordinan„ tium diſſimulationem ſint provecti, cum fue„ rint cogniti, deponantur, quia quod irrepre„ henſibile eſt, catholica defendit eccleſia “. *Syn. apud S. Medard. in fin.*

CAPUT XXXVII.

Ut presbyteri non ordinentur, priuſquam examinentur. *Vormat. c. 56.*

CAPUT XXXVIII.

D. 24. c. 5. Quando Epiſcopus. Epiſcopus quando ordinationem facere diſponit, omnes, qui ad ſacrum miniſterium accedere volunt, feria quarta ante ipſam ordinationem evocandi ſunt ad civitatem, una cum archipresbyteris, qui eos repræſentare debent. Et tunc Epiſcopus e latere ſuo dirigere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros gnaros legis divinæ, & exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionem, locum ubi educati ſunt, ſi ſint bene litterati, ſi in lege Domini inſtructi, diligenter inveſtigent. Ante omnia ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia, aut cujuſcumque muneris cupiditate illecti, a vero devient, ut indignum, aut minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille, qui indigne acceſſit, ab altari removebitur, & illi, qui donum ſancti Spiritus vendere conati ſunt, coram Deo jam condemnati, eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies examinentur, & ſic ſabbato, qui

qui probati inventi ſunt, Epiſcopo repræſententur. *Nannet. c. 11. Burch. lib. 2. c. 1. Ivo part. 6. c. 21. decret. Cæſar. lib. 4. c. 106.*

CAPUT XXXIX.

Eos, qui olim eccleſiæ miniſtrabant, conſuetudo, quæ ex eccleſiis verſabatur, diligentiſſime, & accuratiſſime probatos admittebat, & omnis eorum vitæ agendæ ratio curioſe inquirebatur, an non eſſent maledici, an non ebrioſi, an non prompti ad pugnat, an ſuam juventutem recte erudirent, ac caſtigarent, ut poſſent ſatisfactionem recte gerere, ſine qua nemo Dominum accipiet. Et quidam examinabant presbyteri, & diaconi, qui cum eis verſabantur. Referebant autem ad Chorepiſcopos, qui vere teſtificantibus ſuſceptis ſuffragiis, & eorum admonitis Epiſcopis, ita miniſtrum in ſacerdotalem numerum cooptabant; &c. Scribo ad vos, ut ad me mittatis indicem miniſtrorum uniuſcujuſque pagi, & a quo unuſquiſque introductus ſit, & in quo ſit libro. Habere autem & ipſi apud vos indicem, ut veſtræ litteræ cum iis, quæ apud nos repoſitæ ſunt, conferantur, & nemini liceat ſe ipſum quando velit, inſcribere. Sic itaque poſt primam indictionem, ſi qui a presbyteris introducti ſunt, ad laicos reiiciantur, de integro autem fiat eorum a nobis examinatio, & ſi ſint quidem noſtro digni ſuffragio, ſuſcipiantur. Purgate etiam eccleſiam, indignos ab ea expellentes, & deinceps quidem examinate, & ſuſcipite, in numerum autem ne referte priuſquam ad nos retuleritis, vel ſcitote, quod erit laicus, qui ſine noſtra ſententia in miniſterium admiſſus eſt. *Baſil. ad Chorepiſcopos.*

CAPUT XL.

De iis, qui ordinandi ſunt, hæc erit forma, ut quidquid eſt ſacerdotalis ordinis, conſentiat, & eligat, & tunc Epiſcopus examinet, vel ei etiam aſſentiente ſacerdotali ordine in media eccleſia ordinet, præſente populo, & Epiſcopo alloquente, an etiam poſſit ei populus ferre teſtimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum, eccleſia enim pacem habente, decet præſentibus ſanctis ordinationes fieri in eccleſia. In regione autem ſi qui ſunt, qui eorum, qui communicarunt, animis communicaverint non aliter ordinentur, quam iis, qui ſunt orthodoxi clerici, examinantibus præſente rurſus Epiſcopo, & præſente populo alloquente ſolummodo, ne fiat aliqua ſurreptio. *Theophil. Epiſcop. Alexand. in commonit. c. 6.*

CAPUT XLI.

Quoniam ad ædificationem populorum omnia a nobis facienda ſunt, hæc veſtra obſervet pietas, & ſi eſt quidem ordinandus clericus, de vita ejus inquirat, & an uxorem habeat, an non, & quonam modo duxit, & abſtinuit, & ſi non eſt aliquis ex iis, qui ejecti ſunt a ſanctiſſimo Epiſcopo, vel ex monaſterio, tunc ſi inculpatus inventus fuerit, ordinet, ita enim, & noſtram conſcientiam puram conſervabimus, & inculpatum ſacrum, ac venerabile myſterium. *Cyrillus Epiſcop. Alex. ad Epiſcopos quoſdam.*

TITULUS XII.

DE NEOPHITIS NON ORDINANDIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. VI. Lib. X. Tit. XIII. quibus adde:

CAPUT I.

NUlli Epiſcopo liceat ſine cuncta eccleſia a noviſſimo gradu uſque ad primum ordinare neophytum. *Silveſt. in concil. Rom. CCLXXV. Epiſcop. c. 6.*

CAPUT II.

Neophytus ſi baptizatus fuerit jam ætate legitima, non continuo licebit eum ad eccleſiaſticum ordinem promoveri, quia oportet illum prius doceri, quod poſſit docere, & multo tempore poſt baptiſmum probari, & bene probatus veniat ad clerum ſecundum præceptum Apoſtoli dicentis: *Non Neophytum, ne forte in ſuperbiam elatus,* *1. Tim. 3.* *in judicium incidat, & laqueum diaboli. Mart. Brach. c. 22. Nicæn. c. 2.*

TITULUS XIII.

DE DIGAMIS NON ORDINANDIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. VII. quibus adde:

CAPUT I.

MUlierem, id eſt viduam, clericus non ducat uxorem. *Syric. in ſynod. Rom ep. 4. c. 4. apud concil. Telen.*

CAPUT II.

Is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. *Syric. in ſyn. Rom. ep. 4. cap. 5. apud concil. Telenſ.*

CAPUT III.

Ne ad ſacros gradus quiſpiam, qui uxorem non virginem duxit, aſpiret. Repellendus eſt etiam quiſquis in ſecundæ uxoris nuptias contra *Diſt. 34. c. Curandum, 9.* Apoſtolica præcepta convenit. *Hilar. in ſynod. cap. 2. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 9. panorm. Anſelm. lib. 7. c. 12.*

CAPUT IV.

Interdicimus, ut nullus Epiſcoporum audeat juxta ſanctorum canonum inſtituta, quemlibet clericum bigamum, aut qui viduam duxerit uxorem, ad ſacros ordines promovere, &c. *Synod. Rom. ſub Zach. c. 11.*

CAPUT V.

Ad ſacros ordines non licet promovere bigamos. *Steph. ep. 1. ante fin. vide tit. Quales debeant eſſe, qui* Sacris *initiantur, c.* Quod conſuluiſti.

CAPUT VI.

Didicimus, licenter, ac libere inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerunt numeroſa conjugia, ad præfatas dignitates, prout cuicumque libuerit, aſpirare. Quod non tantum illis, quantum Metropolitanis ſpecialiter Pontificibus imputamus, qui dum inhibitis auſibus connivent, Dei noſtri quantum in ſe eſt, præcepta contemnunt, &c. Deus per Moyſem conſtituit, *Sacerdotes mei ſemel nubant.* Et alio loco: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam,* *Levit. 21. Ezech. 44. 1. Tim. 3.* *nec repudiatam, nec meretricem,* quod ſecutus Apoſtolus ex perſecutore prædicator unius uxoris virum tam ſacerdotem, quam diaconum fieri debere mandavit, &c. Quid ab univerſis poſt hac eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus. | Quicumque ita ſe *Diſt. 77. c. 3.* eccleſiæ voverit obſequiis, a ſua infantia ante pu-

ber-

bertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari, qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque ad triceſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communi per ſacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, & ſubdiaconus eſſe debebit, poſteaque ad diaconii gradum, ſi ſe ipſe primitus continentia præeunte dignum probaverit, accedat, &c. Qui vero jam ætate grandævus &c. deſiderii ſui fructum non aliter obtinebit, niſi, eo quo baptizatur tempore, ſtatim lectorum, aut exorciſtarum numero ſocietur. Si tamen eum unam habuiſſe, vel habere, & hanc virginem accepiſſe conſtet uxorem, &c. *Syric. ep. 1. ad Himerium Tarrac. Epiſcop. c. 8. 9. & 10. Ivo part. 6. cap. 91. & 92. decret.*

CAPUT VII.

Diſt. 84. c. 5. Quiſquis ſane clericus aut viduam, aut certe ſecundam conjugem duxerit, omni eccleſiaſticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica ſibi tantum communione conceſſa, quam ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat. *Syric. ep. 1. cap. 11. Ivo part. 6. c. 51. decret. Anſelm. lib. 8. c. 5. Tarrac. lib. 3. c. 28.*

CAPUT VIII.

Diſt. 50. c. Quicumque 56. Quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad ſacram militiam indebite, & incompetenter irrepſit, hac ſibi conditione, a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc, quo invenitur ordine, perpetua ſtabilitate permaneat. *Syric. epiſt. 1. cap. 15. Anſelm. lib. 7. cap. 17. & lib. 8. cap. 6.*

CAPUT IX.

Levit. 21. Ezech. 44. Viduam clericus non ducat uxorem, quia ſcriptum eſt: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non ejectam.* Utique qui ad ſacerdotium labore ſuo, & vitæ probitate contendit, cavere debet, ne hoc præjudicio, impeditus pervenire non poſſit. *Innoc. ep. 2. c. 4.*

CAPUT X.

1. Tim. 3. ad Tit. 1. De digamis nec conſuli debuit, quod manifeſta lectio Apoſtoli, *Unius uxoris virum*, ad ſacerdotium, ſive ad clericatum, admitti debere, & ipſam tamen ſi virginem accepit, nam ea, quæ habuerit ante virum, licet defunctus ſit, tamen ſi clerico poſtea fuerit copulata, clericus, qui

Levit. 21. eam acceperit, eſſe non poterit, quia in lege cautum, non viduam, non abjectam habere poſſe conjugem ſacerdotem. *Innoc. ep. 2. c. 4.*

CAPUT XI.

Eos, qui viduas accepiſſe ſuggeruntur uxores, non ſolum clericos effectos agnovi, verum etiam uſque ad infulas ſummi ſacerdotii perveniſſe,

Ibid. quod contra legis eſſe præcepta nullus ignorat. Nam cum Moyſes legiſlator clamitet: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, neque ejectam*, &c. contra quod præceptum divina auctoritate ſubnixum, nulla defenſio mandati alterius opponitur, niſi conſuetudo veſtra, quæ ut ipſi fatemini, ex ignorantia, non ex Apoſtolica traditione, & ratione integra conſtituta eſt. Nos autem omneſque per orientem occidentemque eccleſias, noverit dilectio veſtra, hæc pœnitus non admittere, nec ad ultimum eccleſiaſtici ordinis locum, tales aſſumere, & ſi reperti fuerint, ſubmovere. *Innoc. epiſt. 22. c. 1.*

CAPUT XII.

Is, qui ordinandus eſt, non laicus, non neophytus, nec ſecundæ conjugis ſit maritus, aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, ſed quam ſibi viduam copularit, ſacerdotum enim tam excellens eſt electio, ut hæc, quæ in aliis eccleſiæ Diſt. 92. Omnium, c. 1. membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. *Leo ep. 82. c. 3. ad Anaſtaſ. Theſſalon. Epiſc. Burch. lib. 1. c. 5. Ivo part. 5. c. 59. decret. Anſelm. lib. 6. c. 15.*

CAPUT XIII.

Ordinatos Epiſcopos hac ratione firmamus, ſi nec viduæ maritus fuerit quiſquam, nec in ſecundæ conjugis nuptias, ac vota convenerit, ſicut & legalia conſtituta præcipiunt, dicendo: *Sacerdos virginem uxorem accipiat.* Levit. 21. Ezech. 44. Secundum quod etiam beatus Apoſtolus Paulus magiſter gentium de his, qui fieri deſiderant ſacerdotes, propria inſtitutione non tacuit, dicens: *Unius uxoris virum. Hilar. ep. c. 4.* 1. Tim. 3.

CAPUT XIV.

Ejus, qui ad clericale munus accedit, vita inquiratur, &c. ſi ſecundam non habuit fortaſſe Diſt. 77. c. Si quis, 8. uxorem, nec a marito relictam, &c. *Gelaſ. ep. 1. c. 3. Ivo part. 3. c. 143. decret.*

CAPUT XV.

Nec fas eſſe confidat quiſquis Pontificum bigamos, aut conjugia ſortientes ab aliis derelicta Diſt. 50. Non confidat, c. 59. divinis ſerrituros applicare myſteriis. *Gelaſ. ibid. c. 5. Anſelm. lib. 7. c. 15. Tarrac. lib. 3. c. 38.*

CAPUT XVI.

Secundas nuptias ſicut ſæcularibus inire conceditur, ita poſt eas nullus ad clericale ſinitur venire collegium, alia eſt enim humanæ fragilitati generaliter conceſſa licentia, alia debet eſſe vita, divinarum rerum ſervitio dedicata. *Gelaſ. ep. 1. c. 24.*

CAPUT XVII.

Præcipimus, ne umquam illicitas ordinationes Diſt. 34. c. 10. facias, ne bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentem, vel cuilibet conditioni obnoxium ad ſacros ordines permittas accedere; ſed ſi quos hujuſmodi repereris, non audeas promovere. *Greg. lib. 2. regiſt. ep. 25. Vide lib. 2. ep. 8. Ivo part. 8. cap. 288. decret. Anſelm. lib. 7. c. 35. al. 42.*

CAPUT XVIII.

Ordinatio illicita bigami, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem. *Greg. II. ep. 3. ad clerum Thuringiæ in princ.*

CAPUT XIX.

Si quos repererit Epiſcopos tua fraternitas presbyteros, aut diaconos contra canones vel ſtatuta patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio, vel ſi plures uxores habuerunt, &c. nulla ratione Apoſtolica auctoritate permittat ſacerdotio fungi, &c. Qui ſe neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abſtinent, &c. quales ſe eſſe ſa-

Levit. 21. §. Tim. 3. ſacerdotes exiſtimant, dicente Deo: *Sacerdotes mei ſemel nubant.* Et Apoſtolo: *Unius uxoris virum*, & hoc ante ſuſceptum ſacerdotium licitum eſt, nam a die ſuſcepti ſacerdotii etiam ab ipſo proprio conjugio prohibendi ſunt &c. Sacri canones neque purum clericum, cui ſacerdotium non eſt, ſecundis copulari nuptiis permittunt. *Zachar. ep. 6.*

CAPUT XX.

Diſt. 34. c. 31. Si cujus, c. 12. Si laice. Laicus, cujus uxor adulterium fecerit, clericus fieri non poteſt, ſi eo clerico conſtituto adulteraverit, aut dimittat eam, aut non adminiſtret. *Neocæſ. c. 8. Mart. Brac. c. 28.*

CAPUT XXI.

Sedit, neminem poſt hanc ſynodum, qua hujuſmodi illicitis vel ſero ſuccurritur, de digamis, aut internuptarum maritis ordinari clericos poſſe, nec requirendum, utrum ne initiati ſacramentis divinis, an ne gentiles hac ſe infelicis ſortis neceſſitate maculaverint, cum divini præcepti caſta ſit forma. *Valent. Galliæ c. 1.*

CAPUT XXII.

Diſt. 50. c. Ex pœnitentibus, 54. Si ſciens Epiſcopus (*pœnitentem*) ordinaverit, &c. ordinandi poteſtate privetur, ſimili ſententiæ ſubjacebit Epiſcopus ſi ſciens ordinaverit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut ſecundam. *Carth. IV. c. 68. & 69. L. Cæſar. lib. 15. c. 32.*

CAPUT XXIII.

Diſt. 34. c. 18. Lector. Conſtituit ſancta ſynodus, ut lector fidelis, ſi viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus. *Tolet. I. c. 3. Mart. Brac. c. 43. qui addit*, ſimiliter, & ſi bigamus fuerit.

CAPUT XXIV.

Diſt. 34. c. 17. Si ſubdiaconus. Subdiaconus defuncta uxore, ſi uxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, removeatur, & habeatur inter oſtiarios, vel lectores, ita ut Evangelium, & Apoſtolum non legat, propterea, ne qui eccleſiæ ſervierit, publicis officiis ſervire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum eſt, acceperit, abſtentus biennio, poſtea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet. *Tolet. I. c. 4. Mart. Brac. cap. 44.*

CAPUT XXV.

Placuit de bigamis, aut internuptarum maritis, ut qui hucuſque ordinati ſunt, habita miſeratione, presbyteri, vel diaconi nomen tantum obtineant, officium vero conſecrandi presbyteri, & miniſtrandi hujuſmodi diacones non præſumant. *Agath. c. 1.*

CAPUT XXVI.

Nullus pœnitens clericus ordinetur: qui jam ſunt per ignorantiam ordinati, aut ſicut bigami, aut internuptarum mariti locum teneant. *Agath. cap. 43.*

CAPUT XXVII.

Diſt. 55. c. 2. Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus (*presbyterii diaconatus, &c.*) audeat ordinare, & licet hoc jam prope omnium canonum inſtituta contineant, tamen ne cuiquam ſacerdotum ſupplicantium, ſicut jam diximus, importunitas, vel ſuggeſtio iniqua ſubrepat, neceſſe fuit, ut nunc ſeveriorem regulam ſibi velint Domini ſacerdotes imponere, &c. *Arelat. III. cap. 3.*

CAPUT XXVIII.

Si qui lector adulteræ mulieris voluerit miſceri, vel adhærere conſortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. Simili ſententia oſtiariorum laſcivia punietur. *Tarrac. c. 9.*

CAPUT XXIX.

Ne ſecundæ uxoris, aut renuptæ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abunde ſufficere ab Apoſtolo conſtitutum, &c. *1. Tim. 3.* Qui ſcienter eum contradicta ordinaverit, reus fratribus fiat. Qui contra fas honorem prohibitæ benedictionis ambierit, nihil clericalis miniſterii præſumat. *Epaun. cap. 2.*

CAPUT XXX.

Ne aut duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, &c. ad ordines promoveatur, &c. *Aurel. III. cap. 6. Burch. lib. 2. cap. 33. Ivo part. 6. c. 134. decret. & lib. 3. tit. 5. c. 1. panorm.* *De bigam. c. 1. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 1. coll.*

CAPUT XXXI.

De iis, qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas poſt habuerint, aut defunctis uxoribus ſibi concubinas publice crediderint ſociandas, eos qui jam ſunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ſed ſtatuimus ne ulterius ordinentur. *Aurel. III. cap. 9. Burch. lib. 2. c. 19. Ivo part. 6. c. 39. decret.* *De bigam. c. 1. in 1. coll.*

CAPUT XXXII.

Si quis Epiſcoporum faciens bigamum, aut internuptæ maritum ad officium leviticæ dignitatis, ſive presbyteri contra jus canonum promovere præſumpſerit, ſciat ſe unius anni ſpatio ab omni officio ſacerdotii eſſe ſuſpenſum. Cui ſi forte ſententiæ ſubjacere contempſerit, a communione ejus uſque in aliam ſynodum ſe fraternitas univerſa ſuſpendat; illi vero, qui illicite promoti ſunt, degradentur. *Aurel. IV. cap. 10.*

CAPUT XXXIII.

Viduarum mariti non ordinentur diaconi. *Hiſpalen. II. cap. 4.*

CAPUT XXXIV.

Si quis viduam, aut ab alio dimiſſam duxerit, *Diſt. 50. c. 8.* non admittatur ad clericatum, &c. *Mart. Brac. cap. 26. Anſelm. lib. 7. c. 198.*

CAPUT XXXV.

Digamos canon omnino a miniſterio excluſit. *Baſil. epiſt. ad Amphiloch. cap. 12.*

TITULUS XIV.

NE DIGAMUS CLERICUS ORDINETUR, LICET POST DIGAMIAM FUERIT BAPTIZATUS.

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. XIV. Baptiſmus non tollit digamiam.

TITULUS XV.

DE PUBLICE PŒNITENTIBUS NON ORDINANDIS.

CAPUT I.

QUicumque ex lapſis per ignorantiam ordinati ſunt, aut etiam ſcientibus, qui ordinaverunt, non præjudicant regulæ eccleſiaſticæ, nam cum primum compertum fuerit, deponentur. *Nicæn. c. 10.* *Diſt. 81. c. 5.*

CA-

CAPUT II.

Si quis poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clerum admitti non debet. *Syric. in ſynod. Rom. ep. 4. apud conc. Tolet. cap. 3. Innoc. ep. 2. c. 2.*

CAPUT III.

Diſt. 55. c. 3. Pœnitentes.

Hi, qui ex pœnitentibus ſunt, ad ſacros ordines adſpirare non audeant. *Hilar. in ſyn. Rom. cap. 3.*

CAPUT IV.

6. q. 1. Infames, 17.

Ad ſacros ordines non licet promovere pœnitentes. *Stephan. epiſt. 1. poſt med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 5. Deuſd. cap. 3. Cæſar. lib. 5. cap. 28. & lib. 2. c. 8.*

CAPUT V.

Diſt. 50. Illud, c. 66.

Sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & poſt pœnitudinem, ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipiſci quia quamvis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debere gerendorum ſacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum. *Syric. epiſt. 1. cap. 14. Burch. lib. 19. cap. 49. Ivo part. 6. cap. 54. & part. 15. c. 63. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 19.*

CAPUT VI.

Diſt. 50. c. 56.

Quicumque pœnitens, bigamus, viduæ maritus ad ſacram militiam indebite, & incompetenter irrepſerit, hac ſibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc, quo invenitur, ordine perpetua ſtabilitate permaneat. Scituri poſthac omnium provinciarum ſummi Antiſtites, quod ſi ultra ad ſacros ordines quemquam de talibus crediderint aſſumendum, & de ſuo, & de eorum ſtatu, quos contra canones, & interdicta noſtra provexerint, congruam ab Apoſtolica ſede promendam eſſe ſententiam. *Syric. epiſt. 1. cap. 15. Anſelm. lib. 7. c. 17. & lib. 8. c. 6.*

CAPUT VII.

Multa in provincia contra canones eccleſiaſticos, decretaque majorum uſurpari a plurimis relationes diverſorum retulerunt, &c. Epiſcopi dum aut amicis, aut obſequentibus gratiam præſtare nituntur, religionem violant, ordineſque corrumpunt, ac ſic evenit ut indigni quique honores ſuſcipiant eccleſiaſticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere merentur, ſicuti in nunc dato nobis libello monſtratum eſt. Quendam multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad Epiſcopatus apicem eum tendere cum (canones apud

Diſt. 50. c. 60.

Nicæam conſtituti pœnitentes etiam ab infirmis officiis clericorum excludant. *Innoc. epiſt. 6. Nicæn. cap. 50.*

CAPUT VIII.

1. q. 1. Ventum, c. 18.

Ubi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere non poſſe decernimus, &c. At dicitur vera, ac juſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod a vitioſo fuerat injectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, &c. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſuevit? Sed noſtra lex eccleſiæ eſt, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum ſubrogare. At vero hi, qui a catholica fide ad hæreſim tranſierunt, quos non aliter oportet, niſi per pœnitentiam ſuſcipi, apud vos non ſolum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur, &c. Si quis de catholica ad hæreſim tranſiens, aut fidelis ab apoſtaſia revertens, & reſipiſcens redire voluerit, numquid eadem ratione poterit ad clerum admitti? cujus commiſſum non niſi per longam pœnitentiam poterit aboleri, nec poſt pœnitentiam clericum fieri, ipſi canones ſua auctoritate permittunt. *Innoc. epiſt. 22. cap. 3. 4. 5. Tarracon. lib. 6. cap. 141.*

1. q. 4. Homini, c. 9. §. Cum ergo.

CAPUT IX.

Pœnitens clericus non fiat. *Zoſim. ep. 1. c. 3.*

CAPUT X.

Proſpiciendum eſt, ne ex pœnitentibus aliquis ad ſacrum miniſterium proſſus ſinatur accedere. *Hilar. ep. 1. cap. 4.*

CAPUT XI.

Diſt. 55. c. 1.

Si quis ad clericale munus accedat, imprimis ejus vita inquiratur, ſi nullo gravi facinore probatur infectus, &c. Si pœnitentiam publicam non geſſit. *Gelaſ. ep. 1. cap. 3.*

CAPUT XII.

Diſt. 50. c. Non confidat, 59.

Nec fas eſſe confidat quiſque Pontificum bigamos aut conjugia ſortientes ab aliis derelicta, ſive quoslibet poſt pœnitentiam, vel ſine litteris, &c. divinis ſervituros applicare myſteriis. *Gelaſ. ep. 1. cap. 3. Anſ. lib. 7. c. 15.*

CAPUT XIII.

Diſt. 61. c. Non negamus, 3.

Sed nec de pœnitentibus quiſquam quidem ad hujuſmodi gradũ prophanus temerator adſpiret, ſatis illi poſtulanti ſit venia. Qua conſcientia abſolvat reum, qui ſe peccata ſua populo ſcit teſte confeſſum? Quis enim quem paulo ante vidit jacentem, veneretur Antiſtitem? præferens miſerandi criminis labem, non habet lucidam ſacerdotii dignitatem. *Hormiſd. ep. 4. c. 1. Anſelm. lib. 6. cap. 19.*

CAPUT XIV.

Diſt. 34. c. 10.

Præcipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias, ne bigamum, &c. vel pœnitentem ad ſacros ordines permittas accedere, ſed ſi quos hujuſmodi repereris, non audeas promovere. *Gregor. lib. 2. regiſt. ep. 25. Ivo part. 8. c. 288. decret. Anſelm. lib. 7. c. 35. alias 42.*

CAPUT XV.

Bonifacio Archiepiſcopo dedimus in mandatis, ne ex pœnitentem audeat promovere. *Greg. II. epiſt. 3. ad Clerum & plebem Thuring.*

CAPUT XVI.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus ſcripſimus, ut nullus homicida, &c. ſacrum miniſterium debeat attrectare, ſed neque pœnitens, aut talis, qualem ſacri canones

pro-

prohibet eſſe ſacerdotem. *Zach. ep. 4. ante med.*

CAPUT XVII.

Diſt. 50. c. 69. Hi qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſæculum redeunt, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, ſine pœnitentia communionem pœnitus non accipiant, quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. *Arelat. II. c. 25. Rab. cap. 33. de pœnit. Capit. lib. 6. c. 139. Burch. lib. 19. c. 67. Ivo part. 15. c. 81. decret.*

CAPUT XVIII.

Diſt. 50. c. 55. Ex pœnitentibus, quamvis ſit bonus, clericus non ordinetur. *Carth. IV. c. 68. Cæſar. lib. 15. cap. 32.*

CAPUT XIX.

Diſt. 50. c. 55. Ex pœnitentibus, quamvis ſit bonus clericus, non ordinetur. Si per ignorantiam Epiſcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens Epiſcopus ordinaverit talem, etiam ipſe ab Epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate privetur. *Carth. IV. cap. 68. & 69. Burch. lib. 2. cap. 35. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 19. panorm. & parte 6. cap. 136. & part. 15. cap. 5. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 20. Cæſar. lib. 15. cap. 32.*

CAPUT XX.

Diſt. 56. c. Placuit. 68. Pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantum ſi neceſſitas, aut uſus exegerit, inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores, ita ut evangelia, aut Apoſtolum non legant. Si qui autem ante ordinati ſunt diacones, inter ſubdiacones habeantur, ita ut manum non imponant, nec ſacra contingant. De eo vero pœnitente didicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro diverſis criminibus, graviſſimiſque peccatis, publicam pœnitentiam ſub concilio *, divino fuerit reconciliatus altario. *Tolet. I. c. 2. Mart. Brac. c. 23. Burch. lib. 2. c. 57. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 20. panorm. & part. 6. c. 138. decret. Anſelm. lib. 7. c. 26.*

* *cilicio.*

CAPUT XXI.

Nullus pœnitens clericus ordinetur, ut ſancti patres noſtri ſynodali ſententia cenſuerunt, & qui jam ſunt per ignorantiam ordinati, aut ſicut bigami, aut internuptarum mariti locum teneant. *Agath. c. 43.*

CAPUT XXII.

Diſt. 55. c. 2. de big. c. 1. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 1. coll. Nullus pœnitentem audeat ordinare. *Arelat. III. cap. 3. Burch. lib. 2. c. 33. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 18. panorm. & part. 6. c. 134. decret.*

CAPUT XXIII.

Pœnitentiam profeſſi ad clericatum pœnitus vocentur. *Epaun. c. 4.*

CAPUT XXIV.

Diſt. 50. Is vero, vel Si vero, c. 57. Is, qui ægritudinis languore depreſſus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtmodum reconvaleſcens, caput pœnitentiæ in eccleſia publice non ſubdiderit, ſi prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum. *Gerund. c. 9.*

CAPUT XXV.

Ne pœnitentiam profeſſus ad ordines promoveatur. *Aurel. III. c. 4.*

CAPUT XXVI.

Non promoveantur ad ſacerdotium, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt. *Tolet. IV. c. 18.* *Diſt. 51. Qui in aliquo, c. 5.*

CAPUT XXVII.

Hi, qui in diſcrimine conſtituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifeſta ſcelera confitentes, ſed tantum ſe peccatores eſſe prædicantes, hujuſmodi, ſi revaluerint, poſſunt etiam pro morum probitate ad gradus ecclaſiaſticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum ſe perpetraſſe publice fateantur, ad clerum, vel honores eccleſiaſticos pervenire nullatenus poterunt quia confeſſione ſe propria notaverunt. *Tolet. IV. c. 35.*

CAPUT XXVIII.

Vos credimus etiam legiſſe, nec nos ignoramus, quod qui publice pœnitentiam profitetur, Epiſcopalem cathedram nec tenere, nec regere poteſt. *Cabil. in ep.*

CAPUT XXIX.

Si regulæ præcedentium patrum eos, qui pœnitentiam in diſcrimine mortis accipiunt, & nulla de ſe manifeſta ſcelera confitentur, ſi tamen in his, & talibus probitas eſt morum, ad eccleſiaſticos gradus pervenire permittunt, quanto magis ut ii, qui in ipſo ſacerdotio conſtituti pœnitentiam accipiunt, a ſui ordinis officio retrahantur? tantum ſi ſe ipſi mortalium criminum profeſſione propria non notarunt. *Toletan. XIII. cap. 10.*

CAPUT XXX.

Quoniam ſtudioſe, & eccleſiaſtice interrogaſti de his, qui propter neceſſitatem quidem tracti ſunt, & voluiſti me ea ſcribere, quæ de ipſis in ſynodis, & ubique viſa ſunt. Scias, quod in principio quidem cum vis, quæ facta eſt, ceſſaſſet, facta eſt ſynodus præſentibus ex partibus externis Epiſcopis, facta eſt autem & apud ſacrorũ comminiſtros, qui habitant in Græcia, nihilo ſecius autem & apud eos, qui habitant in Hiſpania, & Gallia, & placuit hoc, quod hic, & ubique ut iis quidem, qui lapſi ſunt, impietati autem præſunt, venia quidem detur pœnitentibus, ac reſipiſcentibus, eis autem locus cleri non detur. His autem, qui impietatis auctores non fuerunt, ſed vi, & neceſſitate tracti ſunt, viſum eſt dari veniam, habere autem etiam locum in clero, maxime quia probabilem defenſionem attulerunt, & viſum eſt hoc quodammodo œcumenico quodam concilio factum eſſe. *Athanaſ. in ep. ad Rufinian. poſt princ. vide Anc. c. 1. 2. & 3.*

CAPUT XXXI.

Quoniam ad ædificationem populorum omnia a nobis facienda ſunt, hæc veſtra obſervet pietas, & ſi eſt quidem ordinandus clericus, de vita ejus inquirat, & an uxorem habeat, an non, & quonam modo duxit, & abſtinuit. Et ſi non eſt aliquis ex iis, qui ejecti ſunt a ſanctiſſimo Epiſcopo, vel ex monaſterio, tunc ſi inculpatus fuerit, ordinetur. *Cyrill. Alex. ep. ad Epiſcop. Lybiæ, & Pentapolis.*

CAPUT XXXII.

Novi & meretrices, & telones per pœnitentiam

tiam receptos, verum nullum ex his in ſacerdotii dignitatem numeratum, niſi forte id ante baptiſma commiſerit. Novi & monachos aliquot, cum io mundo eſſent, omni libidine conſpurcatos, cum autem ſolitarie viverent, tanquam faces io orbe reſplenduiſſe, nullum tamen ea his io ſacerdotem ordinatum. Quod ſi autem id ſemel, atque iterum factum eſt, non tamen confeſtim legem in eccleſia præſcribit. *Thoraſ. CP. in epiſt. ad Joann. presbyt. in med ante VII. ſynod.*

TITULUS XVI.

DE HÆRETICIS AD FIDEM CONVERSIS NON ORDINANDIS EXCEPTIS NOVATIANIS, ET ALIIS QUIBUSDAM.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XXI.

TITULUS XVII.

DE HOMICIDIIS NON ORDINANDIS.

CAPUT. I.

De pœnit. c. 12. Greg. IX. & in 4. concil. c. 2.

IN quibuſdam provinciis eccleſiarum patroni, ſeu vicedomini, & advocati ſe in tantam inſolentiam creaerunt, quod non ſolum eum vacantibus debet eccleſiis de paſtoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de poſſeſſionibus, & aliis bonis eccleſiaſticis pro ſua voluntate præſumunt, & quod horrendum eſt dicere in necem Prælatorum prorumpere non formidant, &c. Prohibemus expreſſe, ne patroni, vel advocati, ſeu vicedomini ſuper præmiſſis de cætero plus uſurpent, quam reperitur in jure permiſſum, & ſi contra præſumpſerint, canonica diſtrictione compeſcantur. Sacri nihilominus concilii proviſione ſtatuimus, quatenus ſi patroni, vel advocati, aut feudatarii, ſeu vicedomini, ſeu alii beneficiati alicujus eccleſiæ rectorem, vel clericum alium ipſius eccleſiæ per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, patroni jus patronatus, advocati advocatiam, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorſus amittant, &c. & non ſolum de præmiſſis nihil perveniat ad hæredes, ſed etiam uſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus aſſumantur, nec io regularibus domibus alicujus prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. *Innoc. III. in concil. gen. c. 45.*

CAPUT II.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus ſcripſimus, ut nullus homicida ſacrum miniſterium debeat attrectare. *Zach. ep. 4. ante med.*

CAPUT III.

Quidam, qui Stephanum Epiſcopum dolo occidit, cum non inveniret pro tanto crimine pœnitentiam, Cluniacum cœnobium petiit, monachus ibi effectus eſt, qui legere, & cantare tanquã peritus clericus ſciens ab Odilone Abbate cogitabatur offerri Epiſcopo ad gradus altaris, ac providenter tractans venerandus Abbas litteris directis ad Papam Romanum conſultum expoſtulat, & crimen monachi intimat, cui Apoſtolicus talia remandat, impoſſibile eſt talem ad aliquem gradum provehi, neque etiam offerre oblationem ad manum ſacerdotis, ne forte pro eo uno io plures furor Domini deſcendat. *Lemovicenſ. act. 2. ante fin.*

CAPUT IV.

Si quis homicidii aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſurreptionem ad clericatum venerit, deiiciatur, & in finem vitæ ſuæ communionem recipiat. *Mart. Brac. c. 26. Anſelm. lib. 7. c. 598.* *Diſt. 50. c. 8.*

Vide Stephan. ep. 1. ante fin. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur, cap. Quod conſuluiſti.

TITULUS XVIII.

DE INCONTINENTIBUS NON ORDINANDIS.

CAPUT I.

ADulter non ordinetur. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. c. 19.*

CAPUT II.

Qui duas ſorores, aut fratris filiam duxit, clericus eſſe non poteſt. *Apoſt. c. 18. G. 59. L.*

CAPUT III.

Si quis accuſetur de fornicatione, vel de adulterio, vel de alio crimine, convictus in clerum non introducatur. *Apoſt. c. 60. al. 61.*

CAPUT IV.

Nullum facere ſubdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit, &c. nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cujus caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. *Greg. lib. 2. regiſt. ep. 42.*

Diſt. 28. c. 1.
Diſt. 31. c. 1. Ante triennium.

CAPUT V.

Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus ſcripſimus, ut nullus adulter, nullus fornicator ſacrum miniſterium debeat attrectare. *Zach. ep. 1. ante med.*

CAPUT VI.

Subdiaconem eum ordinari non debere, qui adoleſcentia ſua fuerit mœchatus eo quod poſtmodum per ſurreptionem ad altiorem gradum non ſit promovendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur. *Elib. c. 30.*

CAPUT VII.

Hi qui contra interdictum ſunt ordinati, vel in miniſterio genuerunt filios ne ad majores gradus ordinum permittantur. *Taur. c. 7.*

CAPUT VIII.

De his, qui prius, quam ordinati fuerint, in hoc ipſum inciderint, (*& incontinentes erga uxores ſint*) Taurinatis ſynodi ſequendam eſſe ſententiam, qua jubetur non ulterius promoveri. *Arauſ. c. 24.*

CAPUT IX.

Si qui poſt hoc interdictum a prædictis familiaritatibus (*extraneorum feminarum*) ſe revocare noluerit, nequaquam gradu altiori donabitur, & ſi jam ordinatus fuerit, non miniſtret. *Andegaven. cap. 5.*

CAPUT X.

A patribus noſtris fuit conſtitutum, ut quicumque ſacerdos, vel levita filiorum procreationi operam dare fuiſſet convictus, a communione dominica abſtineret; nos tamen decrevimus, ut ad altiorem gradum non aſcendat, neque ſacri-

ficia

Digitized by Google

ficia Deo offerre, vel plebi miniſtrare præſumat, a communione tamen non efficiatur alienus. *Turon. cap.* 2.

CAPUT XI.

De his, qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas habuerunt, aut defunctis uxoribus ſibi concubinas publice crediderint ſociandas, id obſervandum eſſe cenſuimus, ut ſicut eos, qui jam ſunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ita ſtatuimus, ne ulterius ordinentur. *Aurel. III. cap.* 9.

CAPUT XII.

Diſt. 50. *c.* 15. *q.* 8. *c.* 2. Hi, qui altario Dei deſerviunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente digne pœnituerint, itaut mortificato corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant, &c. ſi officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia ulterius promoveri, &c. *Ilerd. c.* 5. *Raban. c.* 1. *de pœnit. Burch. lib.* 19. *c.* 74. *Ivo part.* 15. *c.* 87. *decr.*

CAPUT XIII.

Diſt. 34. *c.* 8. Si quis de laicis, poſt uxorem, aliam cujuſcumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur. *Gerund. c.* 8. *Burch. lib.* 2. *c.* 38. *Ivo part.* 6. *c.* 139. *decr.*

CAPUT XIV.

In ſcortatione, aut adulterio ſi quiſpiam poſt baptiſma fuerit deprehenſus, divini canones illum ad ſacerdotium non admittunt, quin etiam ſi quiſpiam promotus ad ſacerdotium tale aliquid fecerit, confeſtim ejicitur. *Tharaſ. ante VII. ſyn. vid. epiſt. ad Joann. presbyt. in med. vid. Apoſt. cap.* 25.

TITULUS XIX.

DE FILIIS PRESBYTERORUM, ET DE ALIIS EX ILLICITO CONCUBITU NATIS NON ORDINANDIS.

Vide in Partis I. Libro VI. Tit. XLV. & Lib. VII. Tit. XXI. quibus adde:

CAPUT I.

Filius presbyteri, & adulter, & quicumque baſtardus non ordinetur. *Gregor. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap.* 19.

CAPUT II.

Nulli filii concubinarum ad ordines, vel aliquos honores eccleſiaſticos promoveantur, niſi monachaliter vel canonice vixerint in eccleſia. *Urban. II. in conc. Claromont. cap.* 11.

CAPUT III.

Confrater noſter Sancius Aragonenſis Epiſcopus multa nobis de infirmitate corporis ſui conquerens deferendi Epiſcopatum a nobis ſuppliciter licentiam poſtulavit, quod eum morbo confectus, & pene conſumptus diutius competenti miniſterio regere, & cuſtodire non poſſit, atque ut hoc facilius impetraret, indicavit nobis de duobus clericis, quorum alterum in Epiſcopatum eligi, tuam, & ſui ipſius voluntatem, atque conſilium fore nunciavit, de quorum vita, & converſatione eum interrogantes, alia omnia, præter quod de concubinis nati erant, bona ſatis, & honeſta accepimus, & quia venerandi canones ad ſacerdotii gradum tales provehi contradicunt, probare eos non ſatis cautum fore putavimus, ne quidquam a nobis contrarium ſanctis patribus in exemplum, & auctoritatem poſteris relinquatur. *Greg. VII. lib.* 2. *regiſtr. epiſt.* 50.

CAPUT IV.

Filiis ex hujuſmodi (*loquitur de his, qui virginem, vel viduam rapuerunt*) vituperabili conjunctione ante conjugium etiam minus laudabili procreati, ad eccleſiaſticam dignitatem nullo modo provehantur, nec de tali conjugio generati eccleſiaſticis ordinibus applicentur, niſi forte eos, aut maxima eccleſiæ utilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet. *Melden. cap.* 64.

CAPUT V.

Qui autem de aliquo * gradu eccleſiaſtico ad laicalem ordinem ex toto reverſi ſunt, & conjugium legitimum acceperunt, & poſtea agentes pœnitentiam dignam, ad priſtinum gradum reverſi ſunt, eorum filii legitimi ſunt, qui in laicali ordine de legitimo conjugio procreati ſunt, nec dici poſſunt filii clericorum, ſed laicorum, ut etiamſi laici permanſerint, idem eſt. *Bituricen. cap.* 10. *apud Lemovicen. act.* 2.

* *alio*, *f.*

CAPUT VI.

Statutum eſt, ut Epiſcopi quando fecerint ordines, vel clericos audiente populo, excommunicent, ut nullus eis offerat ad clericatum filium presbyteri, neque diaconi, neque ſubdiaconi, neque ſervos, neque collibertos aliorum, niſi libertate donatos. Et ſi ipſi ſe per ſemetipſos contulerint nullus ſcienter eos ibi celet. Et ſi cuipiam de talibus ſacrum ordinem, aut clericatum ignoranter tribuerit Epiſcopus, ut mox cognitus fuerit, Archidiaconus deponat eos, quia irrita eſt illicita ordinatio, ſicut ſancti patres dixerunt, & in talibus eccleſia Dei deſpectui patet. *Bituricen. cap.* 11. *apud Lemovicen. act.* 2.

TITULUS XX.

DE ORDINANDIS HOMINIBUS IMPERITIS.

Vide in Partis I. Lib. IV. & VI. Tit. IX. quibus adde:

CAPUT I.

Cum ſit ars artium regimen animarum, diſtricte præcipimus, ut Epiſcopi promovendos in ſacerdotes diligenter inſtruant, & informent, vel per ſe ipſos, vel per alios viros idoneos ſuper divinis officiis, & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. Quoniam ſi ignaros, & rudes de cetero ordinare præſumpſerit, quod quidem facile poterit deprehendi, & ordinatores, & ordinatos gravi decrevimus ſubjacere ultioni. Sanctius eſt enim maxime in ordine ſacerdotii paucos bonos, quam multos malos habere miniſtros, quia *ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam dilabuntur. Innoc. III. in concil. Lateran. gen. c.* 27. *De ætat. & qual. c.* 4. *Greg. IX. c.* 4. *eod. tit. in* 4. *coll.* *Matt.* 15.

CAPUT II.

Cavendum multopere eſt, ne quilibet ex vobis audeat inhoneſtas, turpeſque, & ſuperfluas ordinationes menſibus congruentibus facere, neque litterarum inſcios, neque plus quam auctoritas jubet canonica, per loca congruentia conſtituere

tuere

tuete ſacetdotes. *Synod. Rom. ſub Leone IV. in præfat.*

CAPUT III.

Diſt.36.c.1. Illiteratos quoque, & nonnulla parte corporis imminutos ſine ullo reſpectu ad eccleſiaſticum didicimus venire ſervitium. Quod ſimul antiqua traditio, & Apoſtolicæ ſedis vetus forma non recipit, quia nec littetis carens ſacris eſſe poteſt aptus officiis, & vitioſum nihil prorſus Deo offetri legalia præcepta ſanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitientur, nec quiſquam
1.q.7.c.12. talis ſuſcipiatur in clerum. [Si qui vero ſuſcepti ſunt, in eo gradu tantum permaneant. *Gelaſ. ep. 1. c. 18. Tribur. c. 33. Burch. lib. 2. cap. 19. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 6. pan. & part. 6. c. 37. & 75. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 109.*

CAPUT IV.

Presbyter, vel diaconus ſine litteris, vel ſi baptizandi ordinem neſciat, nullatenus ordinetur. *Aurel. II. cap. 15.*

CAPUT V.

Nulli cujuſcumque dignitatis eccleſiaſticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum pſalterium, vel canticorum uſualium, & hymnorum, ſive baptizandi perfecte noverint ſupplementum. Illi ſane, qui jam honore dignitatum funguntur, hujuſce tamen ignorantiæ cæcitate vexantur, aut ſponte ſumant intentionem neceſſaria perdiſcendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti, &c. Nullus igitur ad ſacra Dei myſteria tractanda veniat indoctus, ignorantiæ tenebris cæcutiens, &c. *Tolet. VIII. cap. 8.*

Vide Gelaſ. epiſt. 1. cap. 3. & 5. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur, cap. Si quis etiam, *& cap.* Nec fas eſſe. *Hilar. in ſyn. Rom. cap. 3. ibid. cap.* Bigami. *Tolet. IV. cap. 8. ibid. Greg. II. ep. 3. in princ. cap.* Fratrem. *Nannet. cap. 11. ibid. cap.* Epiſcopus quando. *Greg. lib. 2. epiſt. 25. De digam. non ordin.*

TITULUS XXI.

DE HIS, QUIBUS ALIQUOD MEMBRUM DEEST, NON ORDINANDIS.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XI. quibus adde:

CAPUT I.

Diſt.55.c.7. & 9. Si quis, vide c. 3. de corp. vitiat. c. 1. eod. tit. in 1. coll.

SI quis a medicis propter languorem defectus eſt, aut a barbaris exciſus, hic in clero permaneat. Si quis autem ſe ipſum ſanus abſcidit, hunc & in clero conſtitutum abſtinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de iis, qui hanc rem affectant, audentque ſemetipſos abſcindere dictum eſt, ſic eos, quos aut barbari, aut domini caſtravetunt, ſi inveniuntur alias digni, tales ad clerum ſuſcipit regula. *Nicæn. cap. 1. Tribur. c. 33. Mart. Brac. c. 21. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 15. pan. & part. 6. c. 374. decret. Anſelm. lib. 7. c. 31. Cæſar. lib. 4. cap. 110.*

CAPUT II.

Ne Epiſcopus ordinet eos, quos parte mem-
** mutilatos, ſ.* brorum aliqua maculatos * repereţit, nec non &
Diſt.51.c.8. Eunuchus. & c. 4. Si quis. cæteros, quos eccleſiaſtica omnimodis damnat ſententia. *Synod. Rom. ſub Leone IV. in præfat.*

CAPUT III.

Si eunuchus per vim factus eſt, fieri poteſt (*Epiſcopus*) ſi dignus eſt, ſi ſeipſum incidit clericus non fiat, ſui enim homicida eſt, & divinæ fabricæ inimicus. *Apoſt. 20. & 21. G. 21. & 22. L. Tarrac. lib. 3. cap. 37.*

CAPUT IV.

Qui partem cujuslibet digiti ſibi ipſi volens *Diſt.55.c.6.*
abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cum vero caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte percuſſit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti, non abjici. *Innoc. epiſt. 4. cap. 1. vide Tribur. c. 33. Burch. lib. 2. cap. 14. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 2. panorm. & part. 6. cap. 58. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 30. Tarrac. lib. 3. cap. 32.*

CAPUT V.

Illiteratos, & nonnulla parte corporis immi- *Diſt.36.c.1.*
nutos ſine ullo reſpectu ad eccleſiaſticum didicimus venire ſervitium, &c. De cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quiſquam talis ſuſci-
piatur in clerum. [Si qui vero vel temeritate pro- *1.q.7.c.12.*
pria, vel incuria præſidentium tales ante ſuſcepti ſunt, in iis, quibus conſtituti ſunt, locis eatenus perſeverent, ut nihil umquam promotionis accipiant. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 18. Tribur. cap. 33. Burch. lib. 2. cap. 18. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 6. panorm. & part. 6. cap. 37. & 75. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 109.*

CAPUT VI.

De his, qui ſe ipſos abſcindunt, paterni cano- *d. 36. c. 1. in fin.*
nes evidenter ſequenda poſuerunt, dicunt enim talia perpetrantes, ut mox, ut agniti fuerint, a munere clericali debere ſecludi, &c. *Gelaſ. ep. 1. cap. 19.*

CAPUT VII.

Si qui ſe carnali vitio repugnare neſcientes ab- *d. 55. Hi qui ſe, c. 5.*
ſcindunt, ad clerum pervenire non poſſunt. *Arelat. II. c. 7.*

CAPUT VIII.

In Nicæno ſancto, & univerſali concilio ſtatu- *vid. d. 55. c. 7.*
tum eſt, cap. 1. Ut ſi quis a medicis per languorem defectus eſt, &c. Hanc auctoritatem ſancto-
rum patrum confitemur, & confirmamus, ſequi- *vid. d. 55. c. 10.*
murque ita, ut ſi quis a medicis per languotem defectus eſt, vel per aliquam infirmitatem claudus effectus eſt, inveniatur alias dignus, petmaneat cleticus, & ſacro ordini aptus. *Tribur. c. 33. vid. Nicæn. cap. 1. vid. Burch. lib. 2. cap. 15. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 1. panorm. & part. 6. cap. 34. decret.*

CAPUT IX.

Si quis pro ægritudine naturalia a medicis ha- *d. 55. c. 9.*
buit ſecta, ſimiliter & qui a barbaris, aut dominis ſuis fuerint caſtrati, & moribus digni fuerint viſi, hos canon admittit ad clericatus officium promoveri. Si quis autem ſanus, non per diſciplinam religionis, & abſtinentiæ, ſed per abſciſſionem plaſmati a Deo corporis exiſtimans poſſe a ſe carnales concupiſcentias amputari, caſtraverit ſe, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod ſi jam ante fuerit promotus ad clerum prohibitus, a ſuo miniſterio deponatur. *Mart. Brac. c. 21. Nicæn. cap. 1. Ivo part. 6. c. 374. decr.*

Vide Gelaſ. epiſt. 1. c. 3. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur, c. Si quis etiam. *Et epiſt. 1. c. 5. eod. tit. cap.* Nec fas. *Stephan. ep. 5. ante fin. ibid. cap.* Quod conſuluiſti. *Hilar. in ſyn. Rom. c. 2. ibid. cap.* Bigami. *Tolet. IV. cap. 18. ibid. cap.* Qui non promoveantur. *Greg. II. epiſt. 3. in princ. ibid. cap.* Fratrem. *Aurel. III. c. 6. cap.* De clericorum. *ibid. vid. Gr. lib. 2. epiſt. 25. de digam. non ordin.*

TITULUS XXII.
DE HIS, QUI REBAPTIZATI SUNT, AUT AB HÆRETICIS BAPTIZATI, NON ORDINANDIS, EXCEPTIS INFANTIBUS.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XXI. & in Part. II. Lib. X. Tit. XXVII.

TITULUS XXIII.
DE MILITIBUS, ET CURIALIBUS NON ORDINANDIS.

CAPUT I.

UT magnæ eccleſiæ clerici, qui in ſubjectis ordinibus morati ſunt, ad majores gradus aſcendant, &c. nullatenus autem habeant poteſtatem, qui Principum domorum, ſeu ſuburbanorum rerum curam geſſerint, inter clerum magnæ eccleſiæ colligi, vel conſtitui. *Synod. VIII. gen. CP. ſub Hadr. II. c. 13.*

CAPUT II.

Cavendum eſt, ne ſervilis conditionis, aut curialium officiorum obnoxii ab Epiſcopis promoveantur in clerum. *Urban. II. in ſyn. apud Melfiam, c. 11.*

CAPUT III.

d. 50. c. 60. Si quis poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet. *Innoc. ep. 2. ad Victric. c. 2. Syric. ep. 4. in ſyn. Rom. apud concil. Tol. c. 3. Anſelm. lib. 7. cap. 10. Tarrac. lib. 1. cap. 123. & 138.*

CAPUT IV.

d. 51. c. 3. Præterea. Quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus poſtea major triſtitia, cum de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia naſcitur de aſcitis, conſtat enim eos in ipſis minimis etiam voluptates exhibere, quas a diabolico inventas eſſe non dubium

** minorum.* eſt, & ludorum, vel munerum * apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe, &c. *Innoc. ep. 2. c. 11. Ivo part. 6. cap. 349.*

CAPUT V.

De laicis, quos canones ordinare prohibent, certum eſt quidem hoc regulas eccleſiaſticas continere, ſed non diffinitum eſt, ut de omnibus ſit laicis conſtitutum, neque enim clerici naſci, &

d. 51. c. 2. non fieri poſſunt, ſed ſignata ſunt genera, de quibus ad clericatū pervenire non poſſunt, id eſt, ſi quis fidelis militaverit, ſi cauſſas egerit, hoc eſt, poſtulaverit, ſi adminiſtraverit. De curialibus autem manifeſta ratio eſt, quoniam & ſi inveniantur hujuſmodi viri, qui debent clerici fieri, tamen quoniam ſæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab his eſt propter tribulationem, quæ ſæpe de his eccleſiæ provenit. *Innoc. epiſt. 4. c. 3. Anſelm. lib. 7. c. 9. Ivo part. 6. c. 95. decret. Tarrac. lib. 3. c. 33.*

CAPUT VI.

De orationibus, quas pravæ conſuetudinis vitio Hiſpanienſes Epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundum majorum traditionem ſtatuendum, niſi perpenderemus, ne perturbationes quampluſimas eccleſiis moveremus, quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum ea, quæ quoquo modo facta ſunt, non in dubium vocemus, ſed Dei potius dimittamus judicio. Quantos enim ex eis, *d. 51. c. 1.*
qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in forenſi Aliquantos
exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciã ſuſceperunt, aſcitos ad ſacerdotium eſſe comperimus, e quorum numero Rufinus, & Gregorius prohibentur? Quantos ex malitia, qui cum poteſtatibus obedierunt, ſevera neceſſario præcepta ſunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata, fecerunt? Quantos, qui voluptates, & editiones populo celebrarunt, ad honorem ſummi ſacerdotii perveniſſe? Quorum omnium neminem, ne ad ſocietatẽ quidem ordinis clericorũ oportuerat perveniſſe, &c. Ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas prodere debebit, ut tantæ uſurpationi ſaltem nunc finis neceſſarius imponatur, eo videlicet conſtituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur. *Innoc. epiſt. 23. cap. 1. 2. ad ſyn. Tolet.*

CAPUT VII.

Neque quiſquam, qui poſt baptiſmum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui cauſſas poſt acceptum baptiſmum egerint, aut qui poſt acceptam Dei gratiam adminiſtraverint, neque de curialibus aliquem ad eccleſiaſticum ordinem venire poſſe, qui poſt baptiſmum vel coronati fuerint, vel ſacerdotium, quod dicitur, ſuſtinuerint, & editiones publicas celebraverint. Nã & hoc de curialibus eſt cavendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a ſuis curiis, quod frequenter videmus accidere, poſcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus cuſtodiri. *Innoc. epiſt. 23. cap. 4.*

CAPUT VIII.

Legem, quam piiſſimus Imperator dedit, ne *d. 53. c. 1.*
fortaſſe hi, qui militiæ, vel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſſarum ſuarum periculum fugiunt, ad eccleſiaſticum habitum veniant, vel in monaſteriis convertantur, veſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere, hoc maxime exhortans, quod hi, qui ſæculi actionibus implicati ſunt, in clero eccleſiæ propere ſuſcipiendi non ſunt, quia dum in eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quam vixerant, vivunt, nequaquam ſtudent ſæculum fugere, ſed mutare. *Greg. lib. 7. epiſt. 11. Ivo part. 10. c. 124.*

CAPUT IX.

Si quis poſt baptiſmum militaverit, & chla- *d. 51. c. 4.*
mydem ſumpſerit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam ſi gravia non admiſerit, ſi ad clerum ad-

admiſſus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem. *Tolet. I. c.* 8.

CAPUT X.

Bonifacius conſtituit, ne ſervus clericus fieret, nec obnoxius curiæ, vel cujuslibet rei. *Ex Pontif.*

Vide Gelaſ. ep. 1. c. 3. & 5. tit. Quales debeant eſſe qui ordinantur, c. Si quis etiam, *& c.* Nec fas eſſe. *Steph. ep. 1. ante fin. ibid. c.* Quod conſuluiſti. *Tolet. IV. c.* 58. *ibid. c.* Qui non promoveantur. *Greg. II. epiſt. 3. in princ. ibid. cap.* Fratrem. *Greg. lib. 2. epiſt. 25. De digam. non ordin.*

TITULUS XXIV.

DE ENERGUMENIS NON ORDINANDIS.

Vide in Partis I. Lib. X. Tit. XVII.

TITULUS XXV.

DE IIS, QUI MORBO OPPRESSI BAPTIZANTUR, NON ORDINANDIS.

CAPUT I.

Diſt. 57. Si quis, c. 1. IN infirmitate baptizatus presbyter non fiat, cum non voluntate, ſed neceſſitate crediderit, niſi ex ſequentibus fides, & ſtudium appareat, & alii rari ſint. *Neoc. c. 12. Pariſ. lib. 1. c. 8. vid. Laod. c. 47. Burch. lib. 4. c. 33. Ivo part. 1. c. 227. & part. 6. c. 101. decret.*

CAPUT II.

Sicut in plerisque & hæc auctoritas a nonnullis ſæpe violatur canonica, quando ſcilicet hi, qui in ægritudine baptiſmatis ſuſcipiunt ſacramenta, ad gradus eccleſiaſticos contra fas provehuntur. Is uſus, quia auctoritati canonicæ reſultat, oportet, ut corrigatur, quoniam hujuſcemodi baptizatos, quos vulgaris ſermo *grabatarios* vocat, canonica auctoritas a gradibus eccleſiaſticis patenter repellit, unde in concilio Neocæſ. cap. 12. legitur, &c. „ Quod ſi hi, qui in ægritudine „ baptizantur, a gradibus arcentur eccleſiaſticis, „ multo magis illi arcendi ſunt, qui aut per cupiditatem, aut per temeritatem contempta „ canonica auctoritate baptizantur, & poſtea „ ſimiliter ad gradus eccleſiaſticos provehuntur“. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c.* 8.

CAPUT III.

Cum privata quadam gratia diligeretur ab Epiſcopo Novatus, & vellet eum ordinare presbyterum, clerus vero omnis, & quamplurimi ex laicis prohiberent dicentes, non licere clericum fieri eum, qui in neceſſitate poſitus in lecto gratiam conſecutus ſit: Epiſcopus ab omnibus ſpecialem gratiam popoſcit, ut ſibi de iſto uno concederetur. *Cornel. apud Euſeb. lib. 6. c.* 33.

TITULUS XXVI.

DE SERVIS NON ORDINANDIS.

CAPUT I.

CAvendum eſt, ne homines ſervilis conditionis promoveantur in clerum. *Urban. II. in ſyn. apud Melfiam, c.* 1.

CAPUT II.

Servi in clerũ non ordinentur ſine domini conſenſu; ſi quis vero dignus, eſt qualis Oneſimus fuit, domino conſentiente, & libertatem ei concedente, & extra domum ſuam emittente, in eum gradum aſcendat. *Apoſt. c.* 82.

CAPUT III.

Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum quibus nulla natalium, nulla morũ dignitas ſuffragatur, & qui a dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotii, tamquam ſervilis vilitas hunc honorem jure capiat, provehuntur, &c. Ab his itaque fratres chariſſimi omnes veſtræ provinciæ abſtineant ſacerdotes, & non tantum ab his, ſed & ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari: niſi forte eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis, debet enim eſſe immunis ab aliis, qui divinæ militiæ fuerit aggregandus, ut a caſtris dominicis, quibus nomen ejus aſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur. *Leo epiſt. 1. c. 1. Tribur. c. 29. Burchard. lib. 2. cap. 22. Ivo part. 6. c. 64. decr. Anſelm. lib. 7. cap. 23. Tarrac. lib. 4. c. 19.* *d. 54. c. 21.* *c. 1. eod. diſt.*

CAPUT IV.

Propemodum cauſſantur univerſi paſſim ſervos, & originarios dominorum jura, poſſeſſionumque fugientes ſub religioſæ converſationis obtentu, vel ad monaſteria ſeſe conferre, vel ad eccleſiaſticum famulatum, conniventibus quoque Præſulibus indifferenter admitti, quæ modis omnibus eſt admovenda pernicies, ne per chriſtiani nominis inſtitutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur diſciplina ſubverti. Præcipue cum nec ipſam miniſterii clericalis hac obligatione fuſcari conveniat dignitatem, &c. Quiſquis Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monaſteriis præeſſe noſcuntur, hujuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis, aut deinceps, vel eccleſiaſticæ ſervituti, vel religioſis congregationibus putaverint applicandas, niſi voluntate fortiran dominorum ſub ſcripturæ teſtimonio primitus abſolutas, vel legitima tranſactione conceſſas, periculum ſe honoris proprii non ambigant, communioniſque ſubituros. *Gelaſ. ep. 1. c. 16. Ivo part. 6. c. 100. & part. 16. c. 47. decr. Cæſar. lib. 9. c.* 18. *Diſt. 54. c. Generalis. 12.*

CAPUT V.

Si ſervus abſente, vel neſciente domino Epiſcopo ſciente, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipſo in clericatus officio permanente, Epiſcopus eum domino duplici ſatisfactione compenſet. Si vero Epiſcopus neſcierit, qui teſtimonium perhibent, aut eum ſupplicaverint ordinari, ſimul redhibitioni teneantur obnoxii. *Aurel. c. 8. al. 10. Vormat. c. 40. Burch. lib. 2. c. 24. Ivo part. 6. c. 145. decr.* *Diſt. 54. c. 19.*

CAPUT VI.

Ut nullus ſervilibus, colonariiſque conditionibus obligatus, juxta ſtatuta ſedis Apoſtolicæ, ad honores eccleſiaſticos admittatur, niſi prius aut teſtimonio, aut per tabulas eum legitime conſtiterit abſolutum. Quod ſi quis Epiſcoporum ejus, qui ordinatur, conditionem ſciens, tranſgredi per ordinationem indebitam fortaſſe voluerit, anni ſpatio miſſas facere non præſumat. *Aurel. III. c.* 25.

CAPUT VII.

Servum, qui libertatem a dominis propriis

 non

non acceperit, aut etiam jam libertum nullus Epiſcoporum abſque ejus voluntate, cujus ſervus eſt, & eum abſolviſſe dignoſcitur, clericum audeat ordinare. Quod ſi quiſquam fecerit, is, qui ordinatus eſt, a domino revocetur, & ille collator ordinis, ſi ſciens feciſſe probatur, ſex menſibus miſſas tantum facere non præſumat. Si vero ſæcularium ſervus eſſe cognoſcitur *, qui ordinatus eſt, benedictione ſervata, honeſtum in ordine domino ſuo impendat obſequium. Quod ſi ſæcularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut ſacro ordini inferre injuriam videatur, duos ſervos, ſicut antiqui canones habent, Epiſcopus, qui eum ordinavit, domino ſæculari reſtituat, & Epiſcopus eum, quem ordinavit, ad eccleſiam ſuam revocandi habeat poteſtatem. *Aurel. V. cap. 6.*

* *convincitur.*

CAPUT VIII.

De ſerv. non ordin. c. 3. Greg. IX. & cap. 4. eod. tit. in I. coll.

De familiis eccleſiæ conſtituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat. Ea tamen ratione, & antea manumiſſi libertatem ſtatus ſui percipiant, & denum ad eccleſiaſticos honores ſuccedant, eſt enim irreligioſum obligatos exiſtere ſervituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem. *Tolet. IV. c. 63.*

CAPUT IX.

Diſt. 54. c. 4.

Qui ex familiis eccleſiæ ſervituri devocantur in clerum, ab Epiſcopis ſuis libertatis, neceſſe eſt, ut percipiant donum. Et ſi honeſtæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis, &c. *Tolet. IX. c. 11. Ivo part. 6. cap. 373.*

CAPUT X.

Diſt. 54. c. 23.

Secundum decreta ſanctorum patrum præjudicamus, & nos id acturos profitemur, ut nullum ſervum Epiſcopus ordinare præſumat, antequam perfecta ditetur ingenuitate, quia non debet vilis perſona fungi ſacerdotii dignitate, &c. *Triburicen. c. 29. refertur. Greg. in decretis ſuis c. 7.*

CAPUT XI.

Multos ex eccleſiaſtica familia novimus, ad omnipotentis Dei ſervitium feſtinare, ut ab humana ſervitute liberi, in divino ſervitio valeant conſervari. Si feſtinantes ad omnipotentis Dei ſervitium incaute retinemus, illi invenimur quædam negare, qui dedit omnia. Unde neceſſe eſt, ut ab humano ſervitio liber recedat, qui divini obſequii diſtrictam ſubire appetit ſervitutem. Sancta ſynodus dixit: „ Præfinita patrum ſtatu„ ta inviolabilem habeant firmitatem ". *Tribur. c. 29. Greg. in ſynod. c. 5. lib. 4. c. 88. vel ep. 44. & lib. 12. c. 33. reg. Anſelm. lib. 7. cap. 175. Tarraconenſ. lib. 4. c. 21.*

CAPUT XII.

Nullus ſervorum, vel collibertorum, amodo clericus fiat, niſi prius libertatem de dominis ſuis habuerit ſub idoneis teſtibus. *Bituricen. cap. 9. apud Lemovicen. act. 2.*

CAPUT XIII.

Ne Epiſcopus ſervos ordinat. *Bituricen. c. 11. vide tit. De filiis presbyt. non ordin. cap.* Statutum eſt.

CAPUT XIV.

Ut filii presbyterorum, &c. ad ſacros gradus non promoveantur, &c. ſed neque ſervi niſi a dominis ſuis libertate donentur. *Pictavien. c. 8.*

c. 1. de filiis presbyt. Gr. IX. & in 1. coll.

CAPUT XV.

Bonifacius conſtituit, ne ſervus clericus fieret, nec obnoxius curiæ, vel cujuslibet rei. *Ex Pontif.*

Vide Gelaſ. epiſt. 1. cap. 3. & 5. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur, cap. Si quis etiam. *Idem Gelaſ. cap. 5. eod. tit. cap.* Nec fas eſſe. *Stephan. epiſt. 1. ante fin. ibid. cap.* Quod conſuluiſti. *Tolet. IV. cap. 18. ibid. cap.* Qui non promoveantur. *Gregor. II. epiſt. 3. in princ. cap.* Fratrem. *Mart. Brac. cap. 56. tit. ſequenti, De libertis non ordinandis, c.* Si quis obligatus.

TITULUS XXVII.

DE LIBERTIS NON ORDINANDIS SINE CONSENSU PATRONI.

CAPUT I.

Liberti, quorum patroni in ſæculo fuerint, ad clerum non promoveantur. *Eliber. cap. 80.*

Diſt. 54. c. ult. Prohibendum.

CAPUT II.

Clericos, ſi obligati ſunt, vel pro æquatione, vel de genere alicujus domus, non ordinandos, niſi probatæ vitæ fuerint, & patroni conſenſus acceſſerit. *Tolet. I. cap. 10. Mart. Brac. cap. 46.*

Diſt. 54. c. 7.

CAPUT III.

Libertos, quos ſacerdotes, vel diaconos de eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus eccleſiæ proſequi jubemus. *Agathen. c. 49. Ivo part. 3. cap. 161. decret.*

12. q. 2. Diaconos, 35. in fin.

CAPUT IV.

Quicumque libertatem a dominis ſuis ita percipiunt, ut nullum ſibi in eis obſequium patronus retentet, iſti, ſi ſine crimine capitali ſunt, ad clericatus ordinem libere ſuſcipiantur, quia directa manumiſſione abſoluti noſcuntur. Qui vero retento obſequio manumiſſi ſunt, pro eo, quod adhuc patroni ſervituti tenentur obnoxii, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis ſervi. *Tolet. IV. cap. 72. Burch. lib. 2. c. 25. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 5. panorm. & part. 6. cap. 126. decret.*

Diſt. 35. c. 5.

CAPUT V.

Si quis obligatus eſt tributo ſervili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cujuslibet domus, non eſt ordinandus clericus, niſi probatæ vitæ fuerit, & patroni conſenſus acceſſerit. *Mart. Brac. cap. 46.*

Diſt. 54. c. 7.

Vide Steph. epiſt. 1. ante fin. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur, cap. Quod conſuluiſti. *Leo epiſt. 1. cap. 1. eod. tit. cap.* Admittuntur. *Greg. II. epiſt. 3. in princ. eod. tit. c.* Fratrem. *Bituric. cap. 9. tit. De ſervis non ord. cap.* Nullus ſervorum. *Bituricen. cap. 11. tit. De filiis presbyt. non ordinandis, c.* Statutum eſt.

TITULUS XXVIII.

DE QUIBUSDAM NON ORDINANDIS PROPTER VARIA CRIMINA, AUT PROPTER ALIAS CAUSSAS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. VIII. quibus adde:

CA-

CAPUT I.

Ne cler. vel monach. c. 3. Gr. IX. eod. tit. in 1. coll.

STatuimus, ut nullus omnino poſt votum religionis, poſt factam in aliquo religioſo loco profeſſionem ad phyſicam legeſve mundanas legendas permittatur exire, ſi vero exierit, & ad clauſtrum ſuum in duorum menſium ſpatium non redierit, ſicut excommunicatus ab omnibus evitetur, &c. & niſi ex miſericordia fortaſſe Apoſtolicæ ſedis, totius ſpem promotionis amittat. *Alex. III. in conc. Turon. c.* 8.

CAPUT II.

Qui duas uxores duxit, vel fratris filiam, clericus eſſe non poteſt. *Apoſt. c.* 19.

CAPUT III.

Comperimus horrendis quibuſdam criminibus implicatos, tota diſcretione ſubmota, non ſolum de factis atrocibus, neceſſariam pœnitudinem non habere, ſed nec aliqua correctione penitus ſuccedente ad divinum miniſterium, honoremque contendere, &c. cum & Apoſtolus clamet: *Nemini cito manus imponendas*, &c. Hujuſmodi, etiam ſi forte ſubrepſerint detectos oportere repelli. *Gelaſ. ep. 1. c.* 20.

1. Tim. 5.

CAPUT IV.

Hi, qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſæculum redeunt, &c. ad clericatus officiũ non admittantur, &c. *Arel. II. c.* 25.

CAPUT V.

Diſt. 54. c. 3. de obl. g. ad ration. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll.

Magnus Epiſcopus Aſtyagenſis dixit: „Quid dilectioni veſtræ videtur? Procuratores, & actores, etiam per ſe tutores pupillorum ſi debeant ordinari?“ Gratus Epiſcopus dixit: „Si poſt depoſita univerſa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint probati in omnibus, debent, & cum laude cleri, ſi poſtulati fuerint, honore munerari, ſi enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati, eccleſia infamatur“. *Carth. c. 8. Burch. lib. 2. c. 30. Ivo part. 6. c. 137. decret.*

CAPUT VI.

Si clerici, vel diaconi noluerint obedire Epiſcopis, eos ad majores honores promoventibus, nec eo quidem gradu fruantur, quem noluerunt relinquere. *Carth. c. 31. G.*

CAPUT VII.

Epiſcopi, diaconi, & presbyteri non ordinentur antequam omnes, qui in domo eorum ſunt, chriſtiani orthodoxi fiant. *Carth. cap. 36. G. Carth. III. c. 18. L. Afric. c. 3. L.*

CAPUT VIII.

Diſt. 46. c. 7. Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoveatur. *Carth. IV. c. 54. Burch. lib. 2. c. 16. Ivo part. 6. c. 35. decret.*

CAPUT IX.

Diſt. 46. Ad accuſatores, cap. 4. Epiſcopus accuſatores fratrum excommunicet, & ſi emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Carth. IV. c. 55. Cæſar. lib. 4. c. 112.*

CAPUT X.

Diſt. 46. c. 8. Seditionarios numquam ordinandos clericos, ſicut nec uſurarios, nec injuriarum ſuarum ultores. *Carth. IV. c. 67. Agath. 69. Burch. lib. 2. c. 17. Ivo part. 6. c. 36. decret.*

CAPUT XI.

Ad officia potiora non provehuntur, qui altario miniſtrant, & humano ſanguine, etiam hoſtili non abſtinent. *Ilerd. c.* 1. *Diſt. 50. De his, c. 36.*

CAPUT XII.

Qui contra canonum ſtatuta ordinati ſunt, nullo tempore promoveantur. *Ilerd. c.* 12.

Vide Stephan. ep. 1. ante fin. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur c. Quod conſuluiſti.

TITULUS XXIX.

QUI BAPTIZATI, AUT NATI SUNT IN PROVINCIIS REMOTIS NON FACILE ORDINENTUR.

CAPUT I.

COnſtituit Silveſter nulla ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu ſuſcipi, niſi quinque Epiſcoporum deſignatus ſit chirographis. *Silveſt. in epitom. concil. Rom. in fin. Anſelm. lib. 7. cap. 19. Tarrac. lib. 3. cap.* 39. *Diſtinct. 98. Nullus, c. 1.*

CAPUT II.

Tranſmarinos homines in clericatus honore nolite ſuſcipere, niſi quinque, aut eo amplius Epiſcoporum chirographis ſint deſignati, quia multa per ſubreptionem ſolent evenire, & ideo hæc ſummopere ſunt cavenda. *Anaſtaſ. epiſt. cap. 2. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 22. panorm. Anſelm. lib. 7. c. 12. al. 22. in addit. Tarrac. lib. 3. c.* 40. *Diſt. 98. c. 2.*

CAPUT III.

Bonifacio dedimus in mandatis, ut Afros paſſim ad eccleſiaſticos ordines prætendentes nulla ratione ſuſcipiat. *Greg. II. ep. 3. in princ.*

CAPUT IV.

Omnes, qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime ſit cognita vita, placuit ad clerum non eſſe promovendos in alienis provinciis. *Elib. c. 24. Ivo part. 6. c. 352. decret.* *Diſt. 98. c. ult.*

Vide Greg. lib. 2. ep. 25. tit. Quales debeant eſſe, qui ordinantur, c. Præcipimus, *& Greg. II. c.* Fratrem.

TITULUS XXX.

NON ORDINENTUR, QUI UXORES HABENT, NISI CASTITATEM SE SERVARE PROMISERINT.

Vide in Part I. Lib. IV. Tit. XXXVII. Lib. VI. Tit. XXIX. & Lib. VII. Tit. XVII. quibus adde:

CAPUT I.

ASſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in conjugii vinculo conſtitutum, niſi fuerit promiſſa converſio. *Arelat. II. c.* 2. *Diſt. 28. c. 6.*

CAPUT II.

Si conjugati juvenes conſenſerint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſteaquam pariter converſi fuerint, ordinentur. *Agath. cap. 16. Ivo part. 5. cap. 365. decret.* *Diſt. 77. Epiſcopus, c. 6.*

TITULUS XXXI.

NE QUISQUAM PER SIMONIAM CONFERAT AUT SUSCIPIAT ORDINES, ET DE ORDINATIS A SIMONIACIS.

Vi-

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LII. Llib. VI. Tit. XLVII. & XLVIII. & Lib. VIII. Tit. XXXVI.

CAPUT I.

1. q. 5. c. 1. QUicumque ſane cupiditate parentum, cum adhuc parvuli eſſent, eccleſias vel eccleſiarum partes* per pecunias adepti ſunt, poſtquam eas omnino dimiſerint, ſi canonice in eis vivere voluerint, pro magna miſericordia ibidem eos eſſe concedimus: neque pro hoc facto a ſacris ordinibus illos removemus, ſi alias digni inveniantur*. *Urban. II. in conc. Placent. c. 5. al. in conc. Clarimontis. Cæſar. lib. 4. c. 33.*

* beneficia.

* inveniuntur.

CAPUT II.

Illi vero, qui per ſe ipſos cum jam majoris eſſent ætatis, nefanda cupiditate ducti eas emerunt, ſi in aliis eccleſiis vivere canonice voluerint, ſervatis propriis ordinibus pro magna miſericordia ibi eos miniſtrare permittimus. Quod ſi ad alias fortaſſis* transferri non potuerint*, & in eiſdem canonice vivere promiſerint, minoribus ordinibus contenti ad ſacros ordines non aſcendant*, ſalva tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. *Urban. II. in concil. Placent. cap. 6. al. in concil. Clarimontis.*

* fortaſſe.

* poterunt.

* accedant.

CAPUT III.

Ibid. Si qui tamen ante emptionem catholice ordinati ſunt, cum ea, quæ emerunt, dimiſerint, & vitam canonicam egerint, in ſuis gradibus permittantur, niſi forte hujuſmodi* eccleſia ſit, ut ibi primum locum debeant obtinere. *Urban. II. in concil. Placent. c. 7. al. in concil. Clarimont.*

* ejuſmodi.

CAPUT IV.

Ibid. Primum enim, vel ſingularem, vel præpoſituræ, vel officii locum in emptis eccleſiis eos habere non patimur. *Urban. II. in concil. Placent. cap. 8. al. in concil. Clarimontis.*

CAPUT V.

1. q. 1. c. 10. Sanctorum patrum exempla ſequentes, & officii noſtri debito innovantes, ordinari quemquam per pecuniam in eccleſia Dei, vel promoveri, auctoritate ſedis Apoſtolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in eccleſia ordinationem, vel promotionem taliter adquiſierit, adquiſita prorſus careat dignitate. *Calliſt. II. in concil. Roman. cap. 1.*

CAPUT VI.

1. q. 1. c. 110. Nulla ſit in ordinatione venalitas, potentia, vel ſupplicatio perſonarum, nihil adverſus hæc, quæ prohibemus, obtineat, nam proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam non ex merito, ſed ex favore, quod abſit, aut ex venalitate provehitur. *Greg. lib. 2. indict. 11. epiſt. 47. Columbo Epiſc. Anſelm. lib. 7. cap. 39 vel 46.*

CAPUT VII.

1. q. 1. c. 119. * Eorum, qui in ſacro ſunt ordine collocandi, prius vitam, moreſque diſcutite, & ut dignos huic officio adhibere poſſitis, non vobis potentia, aut ſupplicatio quarumlibet ſubrepat perſonarum. Ante omnia autem cautos vos eſſe oportet, ut nulla proveniat in ordinatione venalitas, ne, quod abſit, & ordinatis, & ordinantibus periculum majus immineat. Si quando igitur de his tractari neceſſe eſt, graves expertoſque viros conſiliis veſtris* adhibete participes, & cum eis communi de hoc deliberatione penſate. *Greg. lib. 2. indict. 11. epiſt. 48. Adeodato Epiſcopo.*

* conſilii veſtri.

CAPUT VIII.

Euphemium, & Thomam, qui pro deferenda accuſatione ſacros ordines acceperunt, eiſdem privatos ordinibus eſſe, atque ita ſicut ſunt depoſiti, volumus permanere. *Greg. lib. 4. epiſt. 50. ſeu cap. 94. ad Joannem Corinth. Epiſcop. Anſelm. lib. 8. cap. 39.* 1. q. 3. c. 7.

CAPUT IX.

De ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione vetuimus, oportet ergo ut neque per commodum, neque per gratiam, aut quorumdam ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentiaris, vel permittaris adduci. *Greg. lib. 4. epiſt. 55. ſeu cap. 99. Anſelm. lib. 6. cap. 82. al. 90.* 1. q. 1. c. 116.

CAPUT X.

Quibuſdam narrantibus agnovi, quod in illis partibus nullos ad ſacrum ordinem ſine commodi datione perveniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemens denuntio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu ſtare non poterit. Scimus quippe ex evangelio, quid Redemptor noſter per ſemetipſum fecerit, quia ingreſſus in templum cathedras vendentium columbas evertit, columbas quippe vendere eſt, de ſancto Spiritu, quem ſibi conſubſtantialem Deus omnipotens per impoſitionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, innuitur quid ſequatur: quia qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum Dei judicio cathedræ ceciderunt, qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur, nam ipſe quoque, qui ad ſacrum ordinem perducitur, jam in ipſa provectus ſui radice vitiatus, paratior eſt aliis vendere, quod emit. Et ubi eſt, quod ſcriptum eſt: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Et cum primum contra ſanctam eccleſiam ſimoniaca hæreſis ſit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem quis cum pretio ordinat, provehendo agit, ut hæreticus fiat? Ideoque hortamur, ut nullus veſtrum denuo hoc fieri patiatur, ſed neque gratia alicujus, neque ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promovere, niſi eum, quem vitæ, & actionis qualitas ad hoc dignum eſſe monſtraverit: nam ſi aliter factum denuo ſenſerimus, diſtricta, & canonica illud noveritis ultione compeſci. *Greg. lib. 4. epiſt. 56. ſeu cap. 100. & epiſt. 51. & 55. & lib. 5. epiſt. 7. Burch. lib. 1. cap. 21. Ivo part. 5. cap. 108. decret.* 1. q. 1. c. 117. Matt. 21. Matt. 12.

CAPUT XI.

Ego & veſtræ dilectioni providens, & meæ animæ omnipotentis Dei judicium pertimeſcens, ejuſdem Maximi cauſſam ſubtiliter exquiri deſidero, ſi nullus criminibus preſſus, quæ ſacro ordini contradicunt, ſi non per ſimoniacam hæreſim, id eſt, præmia quibuſdam ſe eligentibus præbendo, ad ſacerdotale pertingere officium conatur, tunc enim liber pro vobis apud Dominum interceſſor erit, ſi non obligatus de ſuis, ad lo- 1. q. 6. c. 2.

cum

cum interceſſionis venerit. *Greg. lib. 5. epiſt. 26. Anſelm. lib. 6. cap. 76.*

CAPUT XII.

Vehementi tædio mœroris afficimur, ſi in ec-
cleſiaſticis officiis quemquam habeat locum pe-
1. q. 1. c. 2. cunia, & fiat ſæculare, quod ſacrum eſt. [Qui-
cumque ergo hoc pretii ſtudet datione mercari,
dum non officium, ſed nomen attendit, ſacerdos
non eſſe, ſed dici tantummodo concupiſcit, &c.
1. q. 6. c. 5. [Sicut autem is, qui invitatus renuit, quæſitus
refugit, eſt ſacris altaribus admovendus, ſic qui
ultro ambit, vel importune ſe ingerit, eſt procul-
dubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora
conſcendere, quid agit, niſi ut creſcendo decre-
ſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profun-
da deſcendat? Itaque, frater cariſſime, ſi in ſa-
cerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat, ſit ſim-
plex ſine venalitate conſenſus, pura præferatur
electio, ut ad ſumma ſacerdotii non ſuffragio
venditorum provectus, ſed Dei credatur eſſe ju-
dicio, &c. Cum liqueat hanc hæreſim ante omnes
radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa ſua ori-
gine Apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam, cur
1. q. 1. c. 4. non cavetur? cur non perpenditur? quia [bene-
dictio illi in maledictionem convertitur, qui ad
1. q. 1. Non hoc, ut fiat hæreticus promovetur. Unde etiam
eſt, cap. 17. illud certum eſt, quia & ſi monaſteria, aut xe-
nodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro ſa-
cris ordinibus datur, conſtruantur, mercedi non
proficit, &c. Nimis ergo declinandum eſt, ſub
obtentu eleemoſynæ peccata ſimoniacæ hæreſis
perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata elee-
moſynas facere, aliud propter eleemoſynas pec-
cata committere. *Greg. in epiſt. ad Syagrium Auguſtudunenſ. Epiſc. & ad Ætherium Lugdunenſ. Epiſcop. lib. 7. regiſtr. epiſt. 110. al. 108. cap. 1. Ivo lib. 2. tit. 15. cap. 5. panorm. & part. 5. cap. 112. Anſelm. lib. 5. cap. 31.*

CAPUT XIII.

Omnino execrabile, & eſſe graviſſimum dete-
ſtamur, quod illic ſacri ordines per ſimoniacam
hæreſim, quæ prima contra eccleſiam orta, & di-
ſtricta, damnata maledictione eſt, conferatur.
Hinc ergo agitur, ut ſacerdotii dignitas in deſpe-
ctu, & ſanctus ſit honor in crimine. Perit utique
reverentia, adimitur diſciplina, quia qui culpas
debuit emendare, committit, & nefaria ambitio-
ne honorabilis ſacerdotii ducitur in depravatione
cenſura. Nam quis denuo veneretur, quod ven-
ditur? aut quis non vile eſſe putet, quod emitur?
Unde valde contriſtor, quia dum Spiritum ſan-
ctum, quem per manus impoſitionem omnipo-
tens Deus hominibus largiri dignatur, divino
munere habere deſpiciunt, ſed præmiis aſſequun-
tur, ſacerdotium illic ſubſiſtere diu non arbitror,
&c. Petimus, ut ſynodum fieri veſtra juſſio con-
ſtituat, ubi ſub diſtricti anathematis interpoſitio-
ne debeat interdici, ne ullus ex laico habitu ſu-
bito ad Epiſcopatus audeat gradum accedere, ne-
que pro eccleſiaſticis ordinibus quilibet quid-
quam dare, vel ſit auſus accipere. *Gregor. ad Brunichild. Reginam lib. 7. epiſt. 113. al. 111.*

CAPUT XIV.

1. q. 1. c. 28. Fertur ſimoniaca hæreſis quæ prima contra
Dei eccleſiam diabolica plantatione ſubrepſit, & Act. 4.
in ipſo ortu ſuo, zelo Apoſtolicæ ultionis percuſ-
ſa, atque damnata eſt, in regni veſtri finibus
dominari, cum in ſacerdotibus fides ſit eligenda
cum vita. Si enim vita deeſt, fides meritum non
habet, beato Jacobo atteſtante qui ait: *Fides* Jacob. 2.
ſine operibus mortua eſt. Quæ enim opera eſſe
valeant ſacerdotis, qui honorem tanti ſacramen-
ti convincitur obtinere per præmium, &c. Hinc
igitur non ſolum in ordinatoris, & ordinati ani-
mam lethale vulnus infligitur, verum etiam ex-
cellentiæ veſtræ regnum, Epiſcoporum culpa,
quorum magis interceſſionibus juvari debuerat,
prægravatur, ſi enim dignus ſacerdotio creditur,
cui non actionis merita, ſed præmiorum copia
ſuffragatur, reſtat, ut nihil ſibi in eccleſiaſticis
honoribus gravitas, nihil defendat induſtria, ſed
totum auri profanus amor obtineat. Et dum vi-
tia remunerantur honore, in locum ultoris, qui
fortaſſe fuerat ulciſcendus adducitur, atque hinc
ſacerdotes non proficere, ſed perire potius judi-
cantur. Vulnerato namque paſtore, quis curan-
dis ovibus adhibeat medicinam? aut quomodo
populum orationis clypeo tueatur, qui jaculis
ſe hoſtilibus feriendum exponit? aut qualem de
ſe fructum producturus eſt, cujus gravi peſte ra-
dix infecta eſt? Major ergo metuenda eſt locis il-
lis fore calamitas, ubi tales interceſſores ad lo-
cum regiminis adducuntur, qui Dei magis in ſe
iracundiam provocant, quam per ſemetipſos po-
pulis placare debuerant. *Gregor. lib. 7. epiſt. 114. al. 112. Theodorico & Theodoberto Regib. Franc. Ivo part. 5. cap. 111. Anſelm. lib. 6. c. 71. vel 73. Tarrac. lib. 3. cap. 19.*

CAPUT XV.

Epiſcopum, qui per præmia ordinatus fuerit, ſtatuimus removendum. *Aurel. V. cap. 10.*

CAPUT XVI.

Reperiuntur quamplurimi negotio muneris pe- 1. q. 1. c. 7.
rituri mercari velle gratiam Spiritus ſancti, dum
vile præmium donant, ut Pontificalis ordinis
ſublime culmen accipiant, obliti verborum Petri,
qui dixit ad Simonem: *Pecunia tua tecum ſit in* Act. 8.
*perditione, quoniam donum Dei exiſtimaſti
per pecuniam poſſideri,* &c. Quicumque deinceps
propter accipiendum ſacerdotii dignitatem,
quodlibet præmium fuerit detectus obtuliſſe: ex
eodem tempore ſe noverit anathematis oppro-
brio condemnatum, atque a participatione Chri-
ſti corporis & ſanguinis alienum, &c. Si aliquis
extiterit, qui eum accuſet, is ſuſcepto honoris
gradu privetur, & in monaſterio ſub perenni pœ-
nitentia religetur. Munerum acceptores, ſi cleri-
ci fuerint, honoris amiſſione mulctentur, laici
anathemate perpetuo condemnentur. *Tolet. VIII. cap. 3. Anſelm. lib. 6. cap. 78. Ivo part. 5. cap. 83. decret.*

CAPUT XVII.

Nullus Epiſcopus, neque presbyter, vel Abbas, ſeu diaconus per præmium ad ſacrum ordinem penitus accedat. *Cabilon. cap. 16.*

CAPUT XVIII.

Cum quiſque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus acceſſerit, ſacramenti exa-
ctio-

ctione aſtringatur, quod pro conſarenda ſibi conſecratione honoris nulli perſonæ cujuslibet præmii collationam, val aliquando dediſſet, vel dare procuret in futurum, ſicque mundus conſecrationem accipiat, aut publicato hoc ſcelere manifeſte denudatus coram eccleſia, & ad honorem quem mercari voluerit, non accedat. Quos autem poſt prælationam per præmium ordinatos fuiſſe patuit, ſub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere ſimoniacos ab eccleſia ſeparandos, id eſt, ut duorum annorum ſpatio exilio relegati, & digna ſatisfactione, vel excommunicationis ſententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquirere, & reparare intendant. Unde ſi digna eos ſatisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, ſed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus ſeparati fuerant, reſtaurandi ſunt. *Tolet. XI. cap. 9. Ivo part. 5. c. 127. decret.*

CAPUT XIX.

Monemus, ut quandocumque Deo diſpenſante quilibet Epiſcopus ad Dominum migraverit, ſubmota funditus peſte ſimoniacæ hæreſeos, ſine dilatione juxta auctoritatem canonicam ſedes vacans Epiſcopum a vobis regulariter deſignatum, & gratia ſancti Spiritus conſecratum accipiat. *Concilium habitum in Theodonis villa, apud ſynod. Melden. cap. 8.*

CAPUT XX.

Epiſcopi de ſacris ordinibus munus non accipiant, nec aliquis loco eorum, neque aliquis de ſubjectis eorum, ſicut pro ſcribendis nominibus, ordinandorum ſolebant ſcriptores pretium accipere. *Bitur. c. 3. apud ſynod. Lemovic. act. 2.*

TITULUS XXXII.

DE HIS, QUI MAGNIS SCELERIBUS OBSTRICTI ORDINES SUSCEPERUNT.

CAPUT I.

SI qui presbyteri ſine examine ſunt provecti, vel cum diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſunt, & homines contra canones commoti, manus confeſſis imponere tentaverunt, tales regula non admittit, quia quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit eccleſia. *Nicæn. c. 9. Burch. lib. 2. cap. 13. Anſelm. lib. 8. cap. 13. Ivo part. 6. cap. 33. decret.*

CAPUT II.

Quicumque de lapſis ad ordinem cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem, hoc eccleſiaſticæ non præjudicat regulæ: cogniti namque deponuntur. *Nicæn. c. 10.*

CAPUT III.

Comperimus horrendis quibuſdam criminibus implicatos, tota diſcretione ſubmota, non ſolum de factis atrocibus pœnitudinem non habere, ſed nec aliqua correctione pœnitus non ſuccedente, ad divinum miniſterium, honoremque contendere: nonnullos autem etiam in ipſis ordinibus conſtitutos, gravibus delinquentes facinoribus
1. Tim. 5. non repelli, cum & Apoſtolus clamet, *nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis*, & majorum veneranda conſtituta pronuntient, hujuſmodi, etiam ſi forte ſubrepſerint, tam qui ante peccaverunt, detectos oportere repelli, quam ſacræ profeſſionis oblitos, prævaricatores ſancti propoſiti procul dubio ſubmovendos. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 20.*

CAPUT IV.

Si quis forſitan cum levi culpa ad ſacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo ſervari. *Greg. lib. 2. epiſt. 32. Joanni Epiſc. Ravenn. Ivo part. 6. c. 82. Anſelm. lib. 7. cap. 92. al. 104.* Diſt. 68. c. 1.

CAPUT V.

Qui ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps jam depoſitus arit, nullumque gradum ſacerdotii poterit adipiſci: ſed ſufficiat ei lamentationibus fletibuſque aſſiduis, quo ad uſqua advixerit, in eadem pœnitentia perdurare, ut commiſſum delictum divina gratia extinguere valeat. *Mart. epiſtola unic. in med. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 9. panorm.* Diſt. 50. c. 2.

CAPUT VI.

Si quos presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus cauſis obvoluti, cælantes peccatum ſuum, ordinati ſunt, poſtmodum vero manifeſtata eſt eorum iniqua actio, hos ſacerdotali habitu privatos pœnitentiæ ſubmitte: non enim odit Deus peccantem, & confitentem, ſed peccantem & negantem. *Zachar. epiſt. 5. ad Boniſacium Epiſcop. ante fin.*

CAPUT VII.

Presbyter, ſi præoccupatus corporali peccato, provehatur, & confeſſus fuerit de ſe quod ante ordinationem deliquerit, non offerat manens in reliquis officiis propter ſtudium bonum, nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impoſitionem poſſe dimitti. Quod ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & argui manifeſte nequiverit, poteſtatis ſuæ judicio relinquatur. *Neocæſar. cap. 6. Mart. Bracar. cap. 25. Raban. de pœnit. c. 1. Burch. lib. 2. cap. 49. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 19. panorm. & part. 6. cap. 150. decret.* 15. q. 8. c. 1.

CAPUT VIII.

Simili modo etiam diaconus, ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterii ſubtrahatur. *Neocæſar. cap. 10. Mart. Brac. ubi ſup.* ead. c. 1.

CAPUT IX.

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinare, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit, ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit eum acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem, ſi alius detexerit, poſt quinquennium acta pœnitentia accipere communionem laicam debere. *Elibor. c. 76.*

CAPUT X.

Quicumque ſub ordinatione vel diaconatus, vel presbyteri, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, ab ordinationibus ſubmovendos, reos ſcilicet, vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis, &c. *Valent. Gall. c. 4. Tolet. X. in fin.*

CAPUT XI.

Si quis presbyter ante ordinationem peccaverit, & poſt ordinationem peccatum confeſſus fuerit, quod ante erraverit, non offerat: ſed tantum 15. q. 8. c. 4.

pro

pro religione nomen presbyteri portet: ſi autem non ipſe confeſſus, ſed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipſum habeat poteſtatem, ut nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconibus obſervandum eſt, ut ſi ipſi confeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiant. *Mart. Brac. c.* 25. *Neocæſ. cap.* 9. *Raban. cap.* 1. *de pœnit. Burch. lib.* 2. *cap.* 48. *Ivo lib.* 3. *tit.* 11. *c.* 18. *panorm. & part.* 6. *c.* 149. *decret.*

Vide Stephan. ep. 1. *ante fin. tit. Quales debeant eſſe, qui ſacris initiantur, c.* Quod conſuluiſti.

TITULUS XXXIII.

PROHIBEANTUR A MINISTERIO SACRORUM ORDINUM, QUI POST IPSOS ORDINES SUSCEPTOS GRAVIA CRIMINA SUSCEPERUNT.

Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. LVI.

CAPUT I.

SI quos tua fraternitas repererit Epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt in adulterio, vel ſi plures uxores habuerunt, aut ſi ſanguinem Chriſtianorum, ſive paganorum effuderunt, vel etiam altis capitulis, vel canonibus obviaſſe repererit, nulla ratione Apoſtolica auctoritate permittat ſacerdotio fungi, quia tales a ſuo proprio ore falſi nominantur ſacerdotes, & pejores ſæcularibus eſſe noſcuntur, qui neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab hominum ſanguinis effuſione manus ſervant innoxias. *Zach. epiſt.* 6. *ad Bonifac. Epiſcopum.*

CAPUT II.

Diſt. 50. *c.* 32. Presbyteros. Presbyteri, qui immolarunt, & poſtea reverſi ſunt ad certamina pro religione peragenda, ſi non artificio quodã, ut præparent, & perſuadeant ſe tormentis ſubjectos fuiſſe, hi honoris quidem cathedram teneant, ſed neque offerant, neque concionentur, neque miniſtrent in ſacris miniſteriis. *Ancyr. c.* 1. *Burch. lib.* 5. *c.* 40. *Ivo part.* 2. *cap.* 49. *decret.*

CAPUT III.

Diſt. 50. *c.* 32. §. 1. Si diaconi eodem modo ſacrificarunt, & rurſus ad certamen redierunt, honorem quidem habeant, ſed ceſſent ab omni ſacro miniſterio, panem, & calicem non ferant, neque prædicent. Si vero aliqui Epiſcopi videant labores, & humilitatem, & tranquillitatem eorum, & velint plus eis dare, aut auferre, habeant poteſtatem. *Ancyr. cap.* 2. *Burch. lib.* 5. *cap.* 41. *Ivo part.* 2. *c.* 50. *decret.*

CAPUT IV.

Diſt. 50. *c.* 65. Confirmandum. Si presbyteri, vel diaconi ob aliquod crimen convicti a miniſterio amoveantur, non imponantur eis manus. *Carthag. c.* 27. *G. Carthag. V. c.* 11. *L. Raban. c.* 1. *de pœnit. Capitul. lib.* 5. *c.* 66. *Burch. lib.* 19. *cap.* 72. *Ivo part.* 15. *cap.* 85. *decret.*

CAPUT V.

Diſt. 34. *c.* 12. Si laici uxor adulterium commiſiſſe probatur, ipſe ad miniſterium eccleſiaſticum accedere non poteſt. Si poſt ordinationem illa adulteravit, debet iſte eam dimittere: ſi nolit, miniſterio ſuſcepto uti non poteſt. *Neocæſ. cap.* 8. *Mart. Brac. c.* 28.

CAPUT VI.

Necantibus partus conceptos, vel editos poſt ſeptem annos communio tribuatur, ſemper tamen fletibus, & humilitati inſiſtant. Si clerici fuerint, officium eis miniſtrandi recuperare non liceat, attamen in choro pſallentium a tempore receptæ communionis interſint. *Ilerd. cap.* 2. *Anſelm. lib.* 11. *c.* 51.

TITULUS XXXIV.

NEMO SUSCIPIAT BIS EUNDEM ORDINEM.

CAPUT I.

REordinationes, & rebaptizationes, & ſedium mutationes ſancti Patres in Africano concilio congregati omnimodis interdixerunt, ſecuti & nos interdicimus. *Synod. Ravenn. ſub Joann. IX. part.* 1. *c.* 5.

CAPUT II.

Epiſcopus, presbyter, diaconus alteram ordinationem accipiens deponatur cum ordinante, niſi conſtiterit ab hæreticis fuiſſe ordinatum, &c. *Apoſt. c.* 68.

CAPUT III.

Sicut baptizatus ſemel iterum baptizari non debet, ita qui conſecratus eſt ſemel, in eodem iterum ordine non debet conſecrari. *Greg. lib.* 2. *indict.* 10. *ep.* 32. *Joann. Epiſc. Ravenn. Ivo lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 1. *panorm. & part.* 6. *c.* 82. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 92. *al.* 104. *Diſt.* 68. *c.* 1.

CAPUT IV.

In ſynodo Capuæ ſtatutum eſt, ut reordinationes non fiant. *Carthag. c.* 49. *G. Carthag. III. cap.* 38. *L. Afr. c.* 15. *L. Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 76. *panorm. & part.* 1. *cap.* 152. *decret. Cæſaraug. lib.* 12. *c.* 61. *De conſ. d.* 4. Non licet. 107.

TITULUS XXXV.

DE ORDINATIS AB EXCOMMUNICATIS, VEL DEPOSITIS.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XX. quibus adde:

CAPUT I.

ORdinationes illorum, qui ab excommunicatis ſunt ordinati, ſanctorum patrum ſequentes veſtigia, irritas fieri cenſemus. *Greg. VII. in concil. Rom. anni* 5.

CAPUT II.

Nos conſecrationem nullo modo dicere poſſumus, quæ ab excommunicatis hominibus eſt celebrata. *Greg. Maximo Præſumptori lib.* 3. *ep.* 20. *Ivo part.* 5. *c.* 134. *decret.* 9. *q.* 1. *c.* 1.

CAPUT III.

Rhemorum Metropolitanus Epiſcopus venerabilis Hincmarus oſtendit, non paucos a deceſſore ſuo Ebbone, poſtquam canonice depoſitus fuiſſet nec vero canonice reſtitutus, irrationabiliter ordinatos, &c. Serie igitur depoſitionis memorati Ebbonis pleniſſime prolata, multis Metropolitanis, pluribuſque aliis Epiſcopis, qui auctores fuerunt, recitatis, reſtitutionis autem illius paucis admodum, & aliarum regionum præſulibus nominatim expreſſis, claruit præfatum Ebbonem Epiſcopale officium illicite repetiſſe: quoſque gradibus eccleſiaſticis æſtimatus fuerit pro-

promoviſſe, damnationi potius obnoxios effeciſſe, &c. *In ſynodo apud S. Medard. in princ.*

CAPUT IV.

Surgens Emmo Noviomagenſis Epiſcopus provexit rotulum auctoritatem canonicam & Apoſtolicam continentem, quod qui ab ipſo (*Ebbone depoſito*) voluerant, & viſi fuerant ordinari in gradus eccleſiaſticos ab eodem, quod idem non habuit, nemo eorum accipere potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impoſitionem eis dedit, quia qui particeps factus eſt damnato, quomodo debeat honorem accipere, ut Innocentius Papa dicit, inveniri non poteſt. Et ſic quinta actione canonica, & Apoſtolica auctoritate inventum, & decretum eſt a ſacratiſſima ſynodo, ut quidquid in ordinationibus eccleſiaſticis idem Ebbo poſt damnationem ſuam egerat, ſecundum traditionem Apoſtolicæ ſedis, ut in geſtis Pontificum legitur, præter ſacrum baptiſma, quod in nomine ſanctæ Trinitatis perfectum eſt, irritum, & vacuum habeatur, & ordinati ab eo, in quacumque terrarum parte profugi agentur, vel vagati ſunt, quia divinum judicium effugere nullatenus poſſunt, Spiritus ſancti judicio eccleſiaſticis gradibus privati perpetuo habeantur. *In ſynodo S. Medardi in cauſſa Hincmari poſt med. Sed Nicol. ep. 47. & ſeq. geſta in hac ſynodo rejecit, & hos ut injuſte depoſitos reſtituit.*

TITULUS XXXVI.

DE ORDINATIS AB HÆRETICIS, ET SCHISMATICIS.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XX. quibus adde:

CAPUT I.

EPiſcopus unus (*a Novato ordinatus*) peccatum flebiliter lamentatus, & idem aperte confeſſus ad eccleſiam revenit, quem, populo univerſo pro eo rogante, tandem ut laicum in communionem recipimus: atque alios, qui in reliquorum duorum Epiſcoporum loca, qui eum creaſſent, miſimus, &c. *Cornel. ep. 3. ad Fab. Antioch. apud Euſeb. lib. 6. c. 35.*

CAPUT II.

1. q. 1. c. 78. Arianos, ceteraſque hujuſmodi peſtes, quia eorum laicos converſos ad Dominum, ſub imagine pœnitentiæ, ac ſancti Spiritus ſanctificatione per manus impoſitionem ſuſcepimus, non videtur clericos eorum cum ſacerdotii, aut miniſterii cujuſpiam ſuſcipi debere dignitate, &c. quoniam cum a catholica fide eorum auctores deſciſcerent, [perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiſerunt, nec dare ejus plenitudinem poſſunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potius, quam per fidem, dixerim, perdiderunt. Quomodo fieri poteſt, ut eorum prophanos ſacerdotes dignos Chriſti honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad ſancti Spiritus percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? &c. *Innoc. ep. 18. ad fin. Alex. Epiſc. Ivo lib. 3. tit. 10. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 9. c. 58. Cæſaraug. lib. 13. cap. 50. Tarrac. lib. 1. cap. 23.*

Ead. q. c. 17. Qui perfectionem.

CAPUT III.

Adjungimus conſenſu, & auctoritate communi, ut etiam ſi qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi, ac rebelles contra eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos a pſeudo-epiſcopis, & Antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem, profana ordinatione promoti ſunt, & contra altare unum, atque divinum ſacrificia foris falſa, ac ſacrilega offerre conati ſunt, eos quoque hac conditione ſuſcipi, cum revertuntur, ut communicent laici, & ſatis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint, &c. *Cyprian. ad Stephan. lib. 2. epiſt.* 11.

TITULUS XXXVII.

DE QUIBUSDAM, QUI ORDINES SUSCIPERE NON PROHIBENTUR.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XVI.

TITULUS XXXVIII.

MONACHI ASCENDERE POSSUNT AD SACROS ORDINES, SI EPISCOPUS, ET ABBAS CONSENSUM PRÆBEANT.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XXVIII.

TITULUS XXXIX.

DE REBUS, QUAS PROMITTERE DEBENT, QUI ORDINANTUR.

CAPUT I.

UNuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos gradus eſt acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti ſui annotatione promittat, ut fidem catholicam ſincera cordis devotione cuſtodiens, juſte, & pie vivere debeat, & ut in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem, atque obſequii reverentiam præeminenti ſibi unuſquiſque dependat, juxta illud B. Papæ Leonis edictum: „[Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat“. Pœna tamen juxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem, & placitis talium inſerenda, & ab his, qui tranſgreſſores fuerint, perſolvenda eſt. *Tolet. XI. cap. 10. Leo epiſt. 82. in fin. ad Anaſt. Theſſalon. Epiſcopum Anſelm. lib. 7. cap. 88.*

Diſt. 23. c. 6.

2. q. 7. q. 6. c. 12. & 14. Qui ſcit.

CAPUT II.

Dictum eſt de quibuſdam fratribus, qui eos, quos ordinaturi ſunt, jurare cogant, quod digni ſunt, & contra canones non ſint facturi, & obedientes ſint Epiſcopo, qui eos ordinant, & eccleſiæ, in qua ordinantur. Quod juramentum, quia periculoſum eſt, omnes una inhibendum ſtatuimus. *Cabilon. ſub Carolo, cap.* 13.

TITULUS XL.

DE TONSURA.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XXVIII. Lib. VI. Tit. XXXVIII. & Lib. VIII. Tit. XI. quibus adde:

CAPUT I.

QUoniam videmus nonnullos a pueris cleri tonſuram accipientes, nondum accepta Epi- Diſt. 69. c. 1.

Epiſcopi manuum impoſitione, & in congregatione in ſuggeſtu legentes, & id non canonice facientes, hoc a præſenti canone non fieri permittimus, hoc ipſum autem etiam in monacho ſervari. *Nicæn. II. cap. 14. Ivo part. 5. c. 376.*

CAPUT II.

In Armenia nonnulli cantores, & lectores ſine tonſura ordinantur, &c. Nemo in ambone divinos ſermones populo canat, niſi ſacra tonſura utatur, & benedictionem a ſuo paſtore legitime acceperit. *Trull. cap. 33.*

TITULUS XLI.

NE QUISQUAM, QUI UXOREM HABET; SACRIS INITIETUR, NISI IPSE, ET UXOR PROMISERINT CASTITATEM.

CAPUT I.

Diſt. 28. c. 6.

ASſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo conjugii conſtitutum, niſi fuerit promiſſa converſio. *Arel. II. cap. 2.*

CAPUT II.

Placuit, ut diacones ſi vel integri, vel caſti ſint, & continentis vitæ, etiam ſi uxores habeant, in miniſterio conſtituantur, ita tamen, ut ſi quis etiam ante interdictum, quod per priores ante nos Epiſcopos conſtitutum eſt, incontinentet eum uxoribus vixerunt, presbyterii honore non cumulentur, &c. *Tolet. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 5. panorm.*

CAPUT III.

c. 77. Epiſcopus, c. 6.

Si conjugati juvenes conſenſerint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione præmiſſa, poſteaquam pariter converſi fuerint, ordinentur. *Agath. cap. 16. Ivo part. 5. cap. 365. decret.*

CAPUT IV.

Diſt. 28. c. 7. Præterea. * *profeſſi.*

Non ordinentur diacones conjugati, niſi qui prius, converſionis propoſito, confeſſi * fuerint caſtitatem. *Arauſ. cap. 22.*

TITULUS XLII.

COMMUNIA DE ORDINANDIS.

CAPUT I.

SEcundum traditas formas per ſingulas provincias, ac regiones, & urbes in eccleſiaſticis promotionibus, & conſecrationibus illa, quæ indicia, & ſigna ſunt ordinis, quæ unicuique ineſſe videntur, retineri decernimus. *Synod. VIII. in gener. CP. ſub Hadr. II. cap. 27.*

CAPUT II.

De præb. c. 30. Greg. IX. c. 6. eod. tit. in 4. coll.

Qui parochialem habet eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſe ipſum illi deſerviat in ordine, quem ipſius eccleſiæ cura requirit. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 32.*

CAPUT III.

Epiſcopi in baptiſmalibus plebibus, ut certe propriis, diligenter curam habere debent, & cum eis presbyteros neceſſitas occurrerit ordinandi, ut reverentius obſerventur, convenit ibidem habitantium ſibi adhibere conſenſum. *Synod. Rom. ſub Eug. II. & Leone IV. cap. 8.*

CAPUT IV.

De inſtit. c. 2. in 2. coll. * *congregationis.*

In ordinandis * clericis modus diſcretionis teneatur, videlicet ne plures admittantur, quam facultas rerum eis canonice attributa ſufficere poſſit. *Syn. Rom. ſub Eug. II. & Leone IV. c. 9.*

CAPUT V.

Omnis clericus ad eumdem titulum, ad quem primum ordinatus eſt, ſemper ordinetur. *Urban. II. in ſynod. Claromont. cap. 13.*

CAPUT VI.

Eos, qui religioſitatis ſpeciem ſimulantes, Dominici corporis, & ſanguinis ſacramentum, baptiſma puerorum, ſacerdotium, & cæteros eccleſiaſticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, tamquam hæreticos ab eccleſia Dei pellimus, & damnamus, & per poteſtates exteras coerceri præcipimus. Defenſores quoque ipſorum ejuſdem damnationis vinculo innodamus. *Innoc. II. in ſyn. Rom. cap. 17.*

CAPUT VII.

Omnia decretalia conſtituta tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium prædeceſſorum noſtrorum, quæ de eccleſiaſticis ordinibus, & canonum ordinata ſunt diſciplinis, ita veſtram dilectionem cuſtodire debere mandamus, ut ſi quis illa contempſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari. *Leo epiſt. 1. cap. 5. ad Epiſcopos per Campaniam, &c. Ivo part. 5. cap. 33. decret. Anſelm. lib. 4. cap. 47. Cæſaraug. lib. 1. c. 32. Tarrac. lib. 3. cap. 60.*

25. q. 1. c. 12. diſt. 9. c. 1. Si Romanorum, §. Quibus.

CAPUT VIII.

Quod de omni eccleſia quemcumque voluerit clericum (*Romanus Pontifex*) valeat ordinare. *Greg. VII. lib. 2. regiſtr. in dictat.*

CAPUT IX.

Quod ab illo (*Pontif. Rom.*) ordinatus alii eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quod ab alio Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere. *Greg. VII. lib. 2. regiſtr. in dictat.*

CAPUT X.

De his, qui in quibuſdam locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeverent. *Arelat. I. cap. 2.*

CAPUT XI.

Si iidem criminoſi aliquos ordinaſſe fuerint deprehenſi, & ſi in his, quos ordinaverunt, ratio ſubſiſtit, non illis obſit ordinatio. *Arelat. I. c. 13.*

CAPUT XII.

Diſt. 63. c. 6. Non eſt, & c. Non licet. 8.

Non permittatur turbis electiones facere eorum, qui ordinandi ſunt in ſacerdotium. *Laodic. cap. 13. Mart. Brac. cap. 1. Burch. lib. 2. cap. 8. Ivo part. 6. cap. 28. decret. Anſelm. lib. 6 cap. 38. Deuſded. cap. 1. & 4. Capitul. lib. 7. cap. 79. Cæſaraug. lib. 1. cap. 18.*

CAPUT XIII.

In ordinandis clericis Nicænum concilium ſequamur. Si quis aliud facere præſumpſerit, excommunicatus habeatur, niſi per correptionem fratrum emendaverit errorem. *Tolet. I. in proœm.*

CAPUT XIV.

Si priorum canonum ſententia hunc recte tenet ordinem, ut Epiſcopus ab alio Epiſcopo ſi indigentiam habuerit, clericum ad ordinandum petat, & accipiat, cur qui in diœceſi ſua habet eos, quos pro Dei officio, & ſuo juvamine dignos repererit, ad ſuam principalem eccleſiam non perducat, & habeat? &c. Hi tamen, qui fuerint tranſducti, humilitatem dignam Epiſcopo ſuo te-

Digitized by Google

teneant, & eo honore, & reverentia habeantur, & venerentur in cathedrali eccleſia, ſicut ii, quos conſtat fuiſſe ordinatos in ea. *Emerit. cap.* 12.

CAPUT XV.

Cum quilibet canonicorum ad regiam venerit majeſtatem, & ſuo ſe voluerit mancipare ſervitio, conſenſu Epiſcopi, ad cujus diœceſim pertinere dignoſcitur, eum recipiat; & ſi in ordine clericali eum promoveri voluerit, manus impoſitione ad eccleſiaſticum ordinem ſancti Spiritus munere, ſi dignus fuerit, conſecretur. *Melden. cap.* 58.

CAPUT XVI.

2. q.1.c.9. Legum eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas talis eſt, ut in cauſſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeo ut qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen præcipiatur, &c. Ordinatus autem a ſuis ordinatoribus litteras accipere jubetur, &c. *Synod. apud D. Medard. in accuſatione Hincmari poſt princ. Burch. lib.* 2. *cap.* 197. *Ivo part.* 6. *cap.* 269. *decret.*

CAPUT XVII.

Sacris inſtructi canonibus non ignoramus, Metropolitano veſtro chariſſimo fratri noſtro Erardo competentem reverentiam vos debere, ita ut præter ejus præſentiam, aut conſenſum, nullus in regione veſtra canonice poſſit ordinari Epiſcopus. *Tullen. in epiſt. ad quoſdam Epiſcopos.*

De ſeptem ordinibus, & de unoquoque eorum maxime actum eſt in prima parte. De Epiſcopis lib. 4. *de presbyteris lib.* 4. *de diaconibus, & ſubdiaconibus lib.*8. *de reliquis clericis, oſtiariis exorciſtis, lectoribus, & acolythis vide Carth. IV. a cap.* 3. *ad lib.* 4. *tit.* 3. *& etiam* 10. *Aquiſgr. a cap.* 1. *ad* 9. *ex D. Iſidoro lib.* 11. *de eccleſiaſt. officiis, cap.* 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14.

LIBER DECIMUSSEPTIMUS.

De Matrimonio.

TITULUS I.

NE QUISQUAM MATRIMONIUM DAMNARE AUDEAT.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XXX. quibus adde:

CAPUT I.

De ſumm. Trin. c. 1. Greg. IX. & in 4. coll. NON ſolum autem virgines, & continentes, verum etiam conjugati per fidem rectam, & operationem bonam, & ſic placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap.* 1. *in fin.*

CAPUT II.

Eos, qui religioſitatis ſpeciem ſimulantes, Dominici corporis, & ſanguinis ſacramentum, baptiſma puerorum, ſacerdotium, & cæteros eccleſiaſticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, & tanquam hæreticos ab eccleſia Dei pellimus, & damnamus, & per poteſtates exteras coerceri præcipimus. Defenſores quoque ipſorum ejuſdem damnationis vinculo innodamus. *Innoc. II. in ſyn. Rom. c.* 17.

CAPUT III.

Iidem dicunt, plaſmationem humanorum corporum diaboli eſſe figmentum, & ſemina conceptionum opere dæmonum in mulieris uteris figurari, propterea reſurrectionem carnis non eſſe credendam, quia concretio corporis non ſit congruens animæ dignitati. Quæ falſitas ſine dubio opus diaboli eſt, & talia prodigia opinionum figmenta ſunt dæmonum, qui non in fœminarum ventribus formant homines, ſed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. *Leo ep.* 91. *c.* 8.

CAPUT IV.

Diſt. 28. c. 15. Si quis dijudicat presbyterum conjugatum, & ab eo nolit accipere communionem, anathema ſit. *Gangr. c.* 4. *Burch. lib.* 3. *c.* 75. *Ivo part.* 3. *cap.* 128. *decret.*

CAPUT V.

Congeſſimus in opere conventus noſtri, nonnulla capitalia * ad veſtram, fideliumque veſtrorum obſervationem, & ſalutem pertinentia, &c. ſcilicet quod noſſe eos oporteat, conjugium a Deo eſſe conſtitutum, & quod non ſit cauſſa luxuriæ, ſed cauſſa potius filiorum appetendum. Et ut virginitas, ſicut doctores noſtri tradunt, uſque ad nuptias ſit cuſtodienda. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 3. *c.* 2. * capitularia.

TITULUS II.

DE SPONSALIBUS.

CAPUT I.

DE conjugali violatione * requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam alter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla transgreſſione violetur. *Syr. ep.* 1. *c.* 4. *Burch. lib.* 9. *c.* 31. *Ivo lib.* 6. *c.* 16. *panorm. & part.* 8. *c.* 169. *decret. Anſelm. lib.* 10. *c.* 7. *Cæſaraug. lib.* 17. *c.* 23. *Tarrac. lib.* 5. *cap.* 72. 27. q. 2. c. 49. * al. velatione.

CAPUT II.

Decreta legalia deſponſatam, ſi converti voluerit, nullo omnino cenſuerunt damno mulctari. *Greg. lib.* 6. *ep.* 20. *ad Fortunatum.* 27. q. 2. c. 28.

CAPUT III.

Sponſalia futurarum ſunt nuptiarum promiſſa fœdera, quæ conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrantur. *Nicol. ad conſulta Bulgar. c.* 3. *Ivo lib.* 6. *tit.* 1. *c.* 9. *&* 30. *panorm. & part.* 8. *c.* 6. *decret. Cæſar. lib.* 10. *c.* 7. 30. q.1.c.3. Noſtrates.

CAPUT IV.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, trienniì tempore abſtineant ſe a communione. Si tamen iidem ſponſus, vel ſponſa in illo gravi cri- 31. q.3.c.1.

crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, &. polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervetur. *Elib. c.* 54. *Ivo part.* 8. *cap.* 46. *decret. Cæſarauguſt. lib.* 10. *cap.* 25.

CAPUT V.

Qui depoſitam alteri mulierem, eo vivo, cui deſponſata eſt, in nuptiarum ducit ſocietatem, adulterii crimini ſubiiciatur. *Trull. c.* 38.

CAPUT VI.

Nemini liceat furtim, raptimque nuptias contrahere, ne forte per erroris ignaviam, vel certe, quod pejus eſt, diabolico inſtigati amore, illicita connubia celebrentur, ſed interventis pactis ſponſalibus, &c. *Forojul. c.* 8. *vide ſub tit. de matrimonio clandeſtino.*

TITULUS III.

MULIERES NON NUBANT SINE CONSENSU PARENTUM, VEL ALIORUM, IN QUORUM SUNT POTESTATE.

CAPUT I.

Non hoc ita preſcribitur, ac ſi matrimonium ſit irritum ſi parentes non conſentiant.
** comprimere.*

NUllus per imperium poteſtatis filiam competere * audeat alienam, ne conjugium, quæ contra parentum voluntatem piam copulatur velut captivitas judicetur, ſed ſicut eſt prohibitum non admittatur. Si quis perpetraverit excommunicationis ſeveritas pro modo piaculi imponatur. *Aurel. IV. c.* 22.

CAPUT II.

Childebertus, & Clotarius Reges, & Charibertus ſucceſſor conſtituerunt, ut nullus puellam aut viduam abſque parentum voluntate tradere, aut accipere præſumat. Quæcumque ergo timet violentiam, & vult habere maritum, refugiat ad eccleſiam, donec propinqui poſſint eam Principis imperio, aut ſacerdotis, vel eccleſiæ beneficio liberare, & defenſare, ac condigno ſociare marito, &c. In prophetis legitur, quia de alienigenis contra interdicta Dei Hebræi fortiti fuiſſent uxores, populum Dei a gentibus ſuperatum. Poſt prædicante Propheta, quia dimiſere filios, & ſeparaverunt ſe ab illicitis conjugiis, ſtatim victoriam fuiſſe ſecutam. *Turon. II. c.* 21.

3. Eſdr. 9. Num. 25. Neem. 13.

CAPUT III.

36. q. 2. c. 6.

Nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præſumat, aut Regis beneficio æſtimet poſtulandum. Quod ſi fecerit, ſimiliter ab eccleſiæ communione remotus, anathematis damnatione plectatur. *Pariſ. c. 6. Ivo part.* 8. *c.* 25. *decret.*

CAPUT IV.

27. q. 1. c. 28.
32. q. 2. c. ult.

Viduæ, ſi priuſquam continentiam profitentur, nubere elegerunt illis nubant, quos propria voluntate velint habere maritos, ſimiliter hæc conditio & de virginibus habeatur, nec citra voluntatem parentum, vel ſuam maritos cogantur accipere. *Tolet. III. c.* 10. *Burch. lib.* 8. *cap.* 44. *Ivo part.* 7. *cap.* 62. *& part.* 8. *cap.* 18. *&* 19. *decret.*

CAPUT V.

Puellis, quæ præter patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt, reconciliatis parentibus, videtur res remedium accipere, &c. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 38.

CAPUT VI.

Quæ præter Domini ſententiam ſe viro tradidit, fornicata eſt. Quæ autem poſtea libero matrimonio uſa eſt, nupſit. Quare illud quidem fornicatio, hoc vero matrimonium. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 40.

TITULUS IV.

NON SUFFICIT CONSENSUS PARENTIS IN MATRIMONIO FILII, SED NECESSARIUS EST CONTRAHENTIS CONSENSUS.

CAPUT I.

De deſponſat. impuber. c. 1. ap. Gr. IX. & c. 2. in 1. coll. 34. q. 2. c. 2.

TUA ſanctitas requiſivit a nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium ducere vult, ſi ſine voluntate adulti filii facere poteſt? Ad quod dicimus, ſi aliquo modo non conſentit filius, fieri non poſſe. Poſſet autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum diſcerni poteſt, pater, cui vult, in matrimonio copulare, & poſtquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino ſervare, & adimplere debet. Hæc omnibus orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus. *Hormiſdæ Euſebio Epiſcopo.*

CAPUT II.

27. q. 2. c. 1. 2. & 4.

Sufficit ſecundum leges ſolus eorum conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui conſenſus, ſi ſolus in nuptiis forte defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur, Joanne Chryſoſtomo magno doctore teſtante qui ait: *matrimonium non facit coitus, ſed voluntas. Nicol. ad conſulta Bulgar. c.* 3. *Auctor operis imperfecti in Matth. hom.* 32. *Ivo lib.* 6. *tit.* 8. *c.* 6. *panorm. & part.* 8. *cap.* 17. *&* 233. *decret. & ep.* 130. *ad Daimbertum Senon. Archiepiſcopum, & ep.* 143. *ad Hildebertum Cænomanen. Epiſcop. & epiſt.* 241. *ad Gualonem Pariſ. Epiſcopum. Anſelm. lib.* 10. *c.* 30. *in Rom. Cæſar. lib.* 10. *c.* 27. *Tarraconen. lib.* 1. *c.* 219.

CAPUT III.

Nullus præſumat ante annos pubertatis, id eſt infra ætatem, puerum, vel puellam in matrimonio ſociare, nec in diſſimili ætate, ſed coætaneos, ſibique conſentientes. *Forojul. c.* 9.

TITULUS V.

DE CÆREMONIIS, QUÆ IN MATRIMONIO OBSERVARI SOLENT; ET IN PRIMIS DE BENEDICTIONE.

CAPUT I.

PResbyter etiam ab his, qui foris ſunt, teſtimonium habeat bonum. Unius videlicet uxoris vir, quæ tamen a ſacerdote ſit benedicta, &c. *Synod. Rom. CCLXVIII. Epiſcoporum tempore Silveſt. Dam. in Silveſt.*

CAPUT II.

30. q. 5. c. 1.

Cuſtoditum, & traditum habemus, ut uxor legitime viro jungatur, aliter enim legitimum, ut a patribus & a ſanctis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus traditum invenimus, non fit conjugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & a quibus cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus, aut propin-

pinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, ut mos eſt, cum precibus, & oblationibus a ſacerdote benedicatur, & a paranymphis, ut conſuetudo docet, cuſtodita, & conſociata a proximis, tempore congruo petita, legibus dotetur, & ſolemniter accipiatur, & biduo, triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, ut bonæ ſoboles generentur, & domino in actibus ſuis placeant, taliter enim, & Domino placebunt, & filios, non ſpurios, ſed legitimos, atque hæreditabiles generabunt. Ita per acta legitima ſcitote eſſe connubia, aliter vero præſumpta non conjugia, ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, vel fornicationes potius, quam legitima conjugia eſſe non dubitate, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerit legitima. *Evariſt. epiſt. 1. in princ. Capit. lib. 7. cap. 463. Ivo lib. 7. tit. 1. c. 29. panorm. & part. 8. cap. 4. & 5. decret. & epiſt. 10. ad Epiſcop. Melden. Anſelm. lib. 10. cap. 2. Cæſar. lib. 10. cap. 6. Tarrac. lib. 4. cap. 48.*

CAPUT III.

3. q. 4. c. 4. Quiſquis non eſt legitime conjunctus, vel abſque dotali titulo, ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes, vel legitime conjunctos criminari, vel in eos teſtificari minime poteſt. *Calliſt. epiſt. 2. ante med.*

CAPUT IV.

27. q. 2. c. 49. De conjugali velatione * requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam aliter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla tranſgreſſione violetur. *Syric. epiſt. 1. cap. 4. Burch. lib. 9. cap. 31. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 16. panorm. & p. 8. c. 169. decr. Anſelm. lib. 10. c. 7. Cæſar. lib. 10. cap. 23. Tarr. lib. 5. c. 72.*

* *violatione*, al.

CAPUT V.

Diſt. 77. c. 3. Quicumque ita ſe eccleſiæ voverit obſequiis, a ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque ad triceſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communi per ſacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, acolythus, & ſubdiaconus eſſe debebit. *Syric. epiſt. 1. cap. 9. Ivo part. 6. cap. 91.*

CAPUT VI.

1. Tim. 3. Tit. 1. Levit. 21. Ne is, qui ſecundam duxerit uxorem clericus fiat, quia ſcriptum eſt, unius uxoris virum, & iterum ſacerdotes mei ſemel nubant, & alibi, ſacerdotes mei non nubant amplius. Ac ne ab aliquibus exiſtimetur ante baptiſmum, ſi forte quis acceperit uxorem, & ea de ſæculo recedente alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis errat a regula, quia in baptiſmo peccata dimittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur, &c. eum benedictio, quæ per ſacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis a Deo antiquitus inſtitutæ doceatur. *Innoc. epiſt. 2. cap. 6. Anſelm. lib. 7. cap. 10.*

CAPUT VII.

Si corruptus poſtea baptizatus, & in monaſterio ſedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit, quia nec benedici cum ſponſa poteſt jam antea corruptus, quæ forma ſervatur in clericis; maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quiſquis corruptus baptizatus, clericus eſſe voluiſſet, ſpondeat ſe uxorem omnino non ducere. *Innoc. epiſt. 2. cap. 10.*

CAPUT VIII.

Conſuetudinem, quam Græcos in nuptialibus contuberniis habere dicitis, commemorare, prolixitatem ſtili vitantes, carptim morem, quem ſancta Romana ſuſcepit antiquitus, & hactenus in hujuſmodi conjunctionibus tenet eccleſia, vobis monſtrare ſtudebimus. Noſtrates ſiquidem 30. q. 5. c. 3.
tam mares, quam fœminæ, non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compoſitam, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt, ſed poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa fœdera, quæque conſenſu eorum, qui hoc contrahunt, & eorum in quorum poteſtate ſunt, celebrantur. Et poſtquam arris ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei annulo inſignitum deſponderit, dotemque utrique placitam ſponſus ei cum ſcripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum, tale quid fieri præſumatur, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primum quidem in eccleſia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per ſacerdotis manum, ſtatuuntur, ſicque demum benedictionem, & velamen cæleſte ſuſcipiunt, ad exemplum videlicet, quos Dominus primos homines in paradiſo collocans benedixit eis dicens: *Creſcite & multiplicamini*, &c. Siquidem, & Geneſ. 1.
Tobias antequam cum conjuge conveniſſet, oratione cum ea dominum oraſſe deſcribitur. Tob. 8.
Verumtamen velamen illud non ſuſcipit, qui ad ſecundas nuptias migrat. Poſt hæc autem de eccleſia egreſſi coronas in capitibus geſtant, quæ ſemper in eccleſia ipſa ſunt ſolitæ relervari. Et ita feſtis nuptialibus celebratis, ad ducendam individuam vitam Domino diſponente decætero diriguntur. Hæc ſunt jura nuptiarum, hæc ſunt, præter alia, quæ nunc ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum ſolemnia; peccatum autem eſſe, ſi hæc cuncta in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus. *Nicol. ad conſulta Bulgarorum cap. 3. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 9. & 30. panorm. & part. 8. cap. 6. decr. Cæſar. lib. 10. cap. 7.*

CAPUT IX.

Sponſus & ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipſius benedictionis, in virginitate permaneant. *Carth. IV. c. 13. Burch. lib. 9. cap. 5. Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 18. panorm. & part. 8. cap. 6. in fin. & cap. 143. decret. Cæſar. lib. 10. cap. 8.* Diſt. 23. c. ult. & 30. q. 5. c. 5.

CAPUT X.

Talis eſſe debet, quæ uxor habenda ſecundum legem, ſit caſta in virginitate, & dotata legitime, & a parentibus tradita ſponſa, & a paranymphis Vid. 30. q. 5. c. 4.

ac-

Digitized by Google

accipienda, & ita ſecundum legem, & evangelium publicis nuptiis in conjugio licite ſumenda. *Troslejan. cap. 8. in med. ex D. Aug.*

CAPUT XI.

In canonibus præceptum eſt, ut nemo uſque ad affinitatis lineam, & propinquitatem ſui ſanguinis connubia ducat, neque virginibus ſine benedictione ſacerdotis quis nubere præſumat, oppido enim iſta omnino cavenda ſunt, ne fiant; ſed poſtquam iſta omnia probata fuerint, & nihil impedierit, tunc ſi virgo fuerit, cum benedictione ſacerdotis, ſicut in ſacramentario continetur, & cum concilio multorum bonorum hominum publice, & non occulte ducenda eſt uxor. *Troslejan. cap. 8. ante fin.*

TITULUS VI.

NE PECUNIA ACCIPIATUR BENEDICTIONIS NUPTIALIS CAUSSA.

CAPUT I.

De ſimon. c. 9. Greg. IX. & c. 8. eod. tit. in 1. coll. IN quibuſdam eccleſiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut &c. pro ſepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid exigatur, &c. Ne igitur hoc decetero fiat, & vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem, &c. vel pro nubentibus benedicendis, ſeu etiam aliis ſacramentis aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus, &c. *Alex. III. in concil. Later. cap. 7.*

CAPUT II.

De ſim. 42. Greg. IX. & c. 6. eod. tit. in 4. coll. Ad Apoſtolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictione nubentium, & ſimilibus pecuniam exigunt, & extorquent, &c. pravas exactiones fieri prohibemus, ſtatuentes, ut libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta, ſed per Epiſcopum loci veritate cognita compeſcantur, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 66.*

TITULUS VII.

QUIBUS TEMPORIBUS NUPTIAS CELEBRARI NON LICEAT.

CAPUT I.

33. q. 4. c. 11. NEC uxorem ducere, nec convivia facere in quadrageſimali tempore convenire poſſe ullatenus arbitramur. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 48. Ivo part. 8. c. 47. Cæſaraug. lib. 10. c. 26.*

CAPUT II.

33. q. 4. c. 8. & 9. Non oportet in quadrageſima nuptias, vel natalitia celebrare. *Laod. cap. 52. Mart. Brac. cap. 48. Ivo part. 8. cap. 39. decret.*

CAPUT III.

Jejunium diebus dominicis tenere, & canonica interdicit auctoritas, & reſurrectionis dominicæ tanta ſolemnitas, & ideo placita illis diebus, neque nuptias pro reverentia tantæ ſolemnitatis celebrari viſum eſt. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. ult. cap. 17.*

CAPUT IV.

De legitimis conjugiis ita viſum eſt, quod nullus Chriſtianus uxorem ducere debeat ab adventu Domini uſque in octavas Epiphaniæ, & a ſeptuageſima uſque in octavas Paſchæ, nec in ſupra notatis XIV. diebus ante feſtivitatem ſancti Joannis Baptiſtæ, neque in prædictis jejuniorum diebus ſive in omnium ſolemnium dierum præcedentibus noctibus. *Salegunſt. c. 3. vid. c. 1. & 2.*

TITULUS VIII.

DE FIDE, ET AMORE MUTUO VIRI, ET UXORIS.

CAPUT I.

VIR non debet negligere uxorem ſuam, ſed diligere, & caſte cuſtodire. Uxor, quæ *7. q. 1. Sicut, c. 11.*
ſub manu eſt viri, obedire debet viro ſuo, eumque diligere, & amare. Vir non debet adulterare uxorem ſuam. Uxori non licet dimittere virum ſuum, ut alteri ſe, vivente eo, matrimonio ſociet, aut eum adulteret, licet fornicatus ſit vir ejus, ſed juxta Apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innupta. *1. Cor. 7. Matt. 15.* Et Dominus loquitur in evangelio: *Si quis viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Evariſt. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo part. 5. cap. 182. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 102. Tarrac. lib. 3. cap. 67.*

CAPUT II.

Sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo, *7. q. 1. c. 3.*
vel judicari, aut diſponi, niſi a proprio viro, eo vivente, permittitur, ſic nec uxor Epiſcopi eccleſia, vel parochia, &c. Unde ait Apoſtolus, *alligata eſt uxor legi, quamdiu vir ejus vivit, eo vero defuncto, ſoluta eſt a lege viri.* Similiter, & ſponſa Epiſcopi, quia ſponſa, uxorque ejus dicitur eccleſia, illo vivente, ei eſt alligata, eo vero defuncto ſoluta eſt, cui voluerit nubat, tantum in domino, id eſt regulariter. *Calliſt. epiſt. 2. ante med. Anſelm. lib. 6. cap. 103. Burchard. lib. 3. cap. 49. Ivo part. 3. cap. 53. & part. 5. cap. 101. decret. & epiſt. 77. Epiſcopis diœceſis Rhemenſis.*

CAPUT III.

Congeſſimus in opere conventus noſtri nonnulla alia capitalia * ad veſtram, fideliumque veſtrorum obſervationem, & ſalutem pertinentia, ** capitularia, f.*
&c. ſcilicet, quod noſſe eos oporteat, conjugium a Deo eſſe conſtitutum, &c. quomodo etiam in caſtitate (*viri*) uxores ſuas diligere, eiſque, utpote vaſi infirmiori, honorem debitum debeant impendere. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 3. cap. 2.*

TITULUS IX.

QUIBUS TEMPORIBUS VIRIS CONSULITUR AB UXORIBUS ABSTINERE.

CAPUT I.

AD concubitum uxoris vir ejus accedere non debet, quouſque qui gignitur, ablactetur. *Diſt. 5. c. ult.*
Prava autem in conjugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eoſque aliis mulieribus ad nutriendum tradant, quod videlicet ex ſola cauſſa incontinentiæ videtur inventum, quia dum ſe continere nolunt, deſpiciunt lactare, quos gignunt. Hæ itaque, quæ filios ſuos ex prava conſuetudine aliis ad nutriendum tradunt, niſi purgationis tempus tranſierit, viris ſuis non debent admiſceri, quippe quia & ſine partus cauſſa cum in conſuetis menſtruis detinentur, viris ſuis miſce-

ſceri prohibentur, ita ut morte lex ſancta feriat, ſi quis vir ad menſtruatam mulierem accedat. *Greg. interrog.* 10. *ad Auguſt. Anſelm. lib.* 10. *c.* 59. *in addit. Ivo part.* 8. *c.* 88. *decret. Cæſar. lib.* 10. *cap.* 56. *Tarrac. lib.* 6. *c.* 225.

CAPUT II.

Si ex conſenſu conjugatorum etiam alio, forte mundo corpore, tempore, vacatur orationi, quanto potius iſto (*loquitur de quadrageſima*) quo Deo etiam carnis noſtræ decimas damus, quo ipſum in abſtinentia Dominum imitamur, quo non ſolum illicita, verum etiam multa a nobis quoque licita merito reſecamus, omni eſt voluptati renunciandum, & ut licenter orationi vacetur, caſtitati mentis, & corporis incumbendum. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 9.

CAPUT III.

Conſulitis præterea, ſi liceat viro die Dominico, nocturno, vel diurno tempore cum uxore ſua conjungi, aut dormire, quibus reſpondemus, quoniam ſi dominico die ab opere mundano ceſſandum eſt, quanto potius a voluptate carnali, & omnimoda corporis pollutione cavendum, præſertim cum Dominici diei nomen, quod nihil eodem die, præter quæ Domini ſunt, Chriſtianus agere debeat, liquido manifeſtet. Porro idipſum eſt de nocturno ipſius diei, quod de diurno tempore ſentiendum. Porro ut verbis utar Apoſtoli:
1. Cor. 7. *hoc ad utilitatem veſtram dico, non ut laqueum vobis iniiciam, ſed ad id, quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi. Nicol. ad conſult. Bulg. cap.* 63.

CAPUT IV.

Quot diebus viro, poſtquam mulier filium genuerit, ab ea ſit abſtinendum, non adinventionibus noſtris, ſed verbis beatæ memoriæ Gregorii Romani Pontificis, & Anglorum gentis Apoſtoli declaratur, qui Auguſtino Epiſcopo, quem in Saxoniam ipſe direxerat, ſcribens inter cetera dicit: „ Ad ejus vero concubitum", &c. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 64. *Gr. ad Auguſt. interrog.* 10.

CAPUT V.

De conſ. d. 5. cap. 12. Neophyti aliquamdiu a lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel conjugibus abſtineant. *Carthag. IV. cap.* 86. *Burch. lib.* 4. *cap.* 12. *Ivo part.* 1. *cap.* 270. *decret.*

CAPUT VI.

Die Dominico abſtinere debent Chriſtiani ab omni opere carnali, etiam a propriis conjugibus. *Forojul. c.* 13.

CAPUT VII.

Congeſſimus in opere conventus noſtri nonnulla alia capitula * ad veſtram, fideliumque veſtrorum obſervationem, &c. Quod commiſtio carnalis cum uxoribus gratia fieri debeat prolis, non voluptatis, [illegible] a coitu prægnantium uxorum [illegible] abſtinendum ſit. *Pariſien. ſub Ludov. & Lothar. lib.* 3. *c.* 2.

* capitularia l.

CAPUT VIII.

Iis, qui matrimonii ſocietate junguntur, in quibuſnam ſeptimanæ diebus proponere oportet, ut a mutuo congreſſu abſtineant, & quibuſnam poteſtatem habeant. Reſpondeo, quod ante dixi, nunc quoque dico, dicit Apoſtolus: *Ne vos priveris, niſi forte ex conſenſu invicem ad tempus, ut vacetis orationi, & rurſus eodem conveniatis, ne vos tentet Satanas propter intemperantiam veſtram.* 1. Cor. 7. Neceſſario autem ſabbato, & die Dominico abſtinere oportet, quod ſpirituale ſacrificium in eis Domino offeratur. *Timoth. Epiſcop. Alexand. c.* 13.

CAPUT IX.

Abſtinendum eſt his quadraginta diebus (*loquitur de quadrageſima*) a conjugibus, & caſte & pie vivendum, ut ſanctificato corde & corpore iſti ſancti dies tranſigantur, & ſic perveniatur ad diem ſanctum Paſchæ, quia pene nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant. *Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap.* 43. *Burch. lib.* 13. *cap.* 14. *Ivo part.* 4. *cap.* 47. *decret.*

CAPUT X.

Admonendus eſt populus, ut ad ſacroſanctum ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat, ſed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquamdiu ab opere conjugali abſtineat. *Theodulphus ad presbyt. Aurelian. cap.* 44.

TITULUS X.

NE FIDELIS MATRIMONIUM CONTRAHAT CUM INFIDELI.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XVII. & Lib. XII. Tit. VII. & XIX.

TITULUS XI.

NON POSSUNT CONTRAHERE MATRIMONIUM, QUI VOTO CASTITATIS SE ADSTRINXERUNT.

Vide in Part. I. Lib. VII. Tit. XXXIX. & Lib. IX. Tit. XVII.

CAPUT I.

Virgo Deo dicata, & monachus nunquam nuptias contrahant; ſi fecerint, ſint excommunicati. Epiſcopus tamen cum eis humanius agere poteſt. *Chalc. c.* 16. *Triburienſ. c.* 23. *Colon. ſub Carolo III. c.* 6. *Burch. lib.* 8. *cap.* 30. *Ivo part.* 7. *c.* 49. *decret. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 89. *Cæſar. lib.* 10. *c.* 116. 27. q. 1. c. Si qua, 22. & cap. Virginem, 12.

CAPUT II.

Si quis presbyteram, aut diaconam, aut monacham, quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit, anathema ſit. *Greg. II. ſynod. Rom. c.* 1. 2. 3. *Troſl. c.* 8.

CAPUT III.

Feminæ, quæ habitum religioſum, aut velamen obtentu religioſitatis ſuſceperunt, cum eſſent viri potentes, deinceps viro ſociari non permittantur, ſed eligentes monaſteria regulariter vivant, aut in domibus ſuſceptum habitum caſte obſervent. *Synod. Rom. ſub Eugen. II. & Leon. IV. c.* 29. *Burch. lib.* 8. *c.* 54. *Ivo part.* 7. *c.* 72. *decret. Tarrac. lib.* 6. *c.* 232. *Vide* 27. q. 1. c. 31. Mulieres.

CAPUT IV.

QuæChriſto ſpiritualiter nubunt, & a ſacerdote velantur, ſi poſtea nupſerint publice, vel 27. q. 1. c. 10.

oc-

occulte corruptæ fuerint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe junxerant, de hac vita deceſſerit, ſi enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi unus ex eis defunctus fuerit, quanto magis de illa tenenda eſt, quæ ante immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſire elegit. *Innoc. ep. 2. c. 12. Turon. II. c. 21. Burch. lib. 8. c. 13. Ivo part. 7. c. 17. decret. Anſelm. lib. 11. c. 88. Cæſar. lib. 10. c. 112.*

CAPUT V.

17. q. 1. c. 7. & c. 2. Hæ vero, quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, ſi forte nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum a Domino tenebatur, ſi enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolvi ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus (1. Tim. 5.) Paulus, quæ a propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promiſſionis fidem minime ſervaverunt? *Ibid. c. 13. vide Turon. II. c. 21. Burch. lib. 8. cap. 12. & 45. Ivo part. 7. c. 58. & 63. decret. Rab. c. 5. de pœnit.*

CAPUT VI.

20. q. 1. c. 8. Puellæ quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, prævaricantur, & ſi conſecratio non acceſſit, cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent. Ambigi non poteſt, crimen magnum admitti, ubi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. *Leo ep. 90. cap. 13. & 14. ad Ruſticum Narb. Epiſc. Burch. lib. 8. c. 2. Ivo part. 7. cap. 20. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 87. Cæſar. lib. 10. cap. 113. Tarrac. lib. 1. cap. 221.*

CAPUT VII.

27. q. 1. c. 14. Virginibus ſacris temere ſe quoſdam ſociare cognovimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcere, quos protinus æquum eſt a ſancta communione detrudi, & niſi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi, ſed his viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negatur. *Gelaſ. ep. 1. c. 22. Rab. c. 5. de pœnit. Capitul. lib. 5. c. 106. Burch. lib. 8. c. 32. Ivo part. 7. c. 51. decret. Tarrac. lib. 4. c. 39.*

CAPUT VIII.

36. q. 1. c. 2. Raptores viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris deteſtamur, illos vehementius perſequendo, qui ſacras virgines, vel volentes, vel invitas, matrimonio ſociare tentaverint. Quos pro tam nefandiſſimi criminis atrocitate a communione ſuſpendi præcipimus. *Symmach. ep. 1. cap. 3. Anſelm. lib. 10. cap. 58. Tarrac. lib. 6. c. 249.*

CAPUT IX.

27. q. 1. c. 3. Neque viduas ad nuptias tranſire patimur, quę in religioſo propoſito diuturna obſervatione permanſerunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monaſteriis ætatem peregiſſe contigerit. *Symmach. ep. 1. c. 4. Burch. lib. 8. c. 46. Ivo lib. 3. tit. 17. cap. 16. panorm. & part. 7. cap. 64. & 144. decret. Cæſar. lib. 9. cap. 56.*

CAPUT X.

De puellis, quæ ſe voverunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, ſi poſt vigintiquinque annos ętatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut cum his, cum quibus ſe obligaverint, communione priventur, ita ut eis poſtulantibus pœnitentia non negetur, cujus pœnitentiæ communio multo tempore differatur. *Arelat. II. cap. 33. Turon. II. cap. 21.*

CAPUT XI.

Puellæ, quæ ſe Deo voverunt, ſi ad nuptias tranſierunt, pœnitentes non ſtatim ad pœnitentiam recipiantur, cum data tamen fuerit, niſi plene ſatisfecerint Deo, in quantum ratio popoſcerit, eiſdem communio differatur. *Valent. Gall. c. 2.*

CAPUT XII.

Bonum caſtitatis præmium majori obſervantia cuſtodiendum eſt. Viduæ, quæ ſe devoverunt Domino, & veſte laicali abjecta, ſub teſtimonio Epiſcopi, & eccleſiæ religioſo habitu apparuerunt, & poſtea ad nuptias ſæculares tranſierunt, (27. q. 1. Sicut, c. 1.) ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt, (1. Tim. 5.) quoniam fidem caſtitatis, quam Domino voverunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo ſine Chriſtianorum communione maneant, nec in convivio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ conjuges reatu ſuo ſunt viris ſuis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ religioſitatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, ſi devotionem, quam Deo ſponte obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate atque ad ſecundas * nuptias tranſitum fecerint? (* ſæculares.) Quæ & ſi violentia irruente ab aliquo prærep‍tę fuerint, ac poſtea delectatione carnis atque libidinis permanere in conjugio raptori, vel violento viro conſenſerint, damnationi ſuperius comprehenſæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: (1. Tim. 5.) *Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem quia primā fidem irritam fecerunt. Carth. IV. cap. 104. Burch. lib. 8. cap. 39. Ivo part. 7. cap. 58. & 147. decret.*

CAPUT XIII.

Devotam peccantem non recipiendam in eccleſiam, &c. corruptorem etiam par pœna conſtringat: quæ autem maritum acceperit non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc ipſo vivente mariro caſte vivere cœperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit. *Tolet. I. c. 16. Mart. Brac. c. 31. Capitul. lib. 7. c. 294. Anſelm. lib. 11. c. 91.*

CAPUT XIV.

Epiſcopi, presbyteri, diaconi filia, ſi devota fuerit, & peccaverit, maritum duxerit, ſi eam pa- (27. q. 1. c. 26. De filia.) ter vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero cauſſas in concilio noverit ſe præſtaturum, mulier autem non

admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam; ſi autem vivente eo ſecellerit, & pœnituerit, nullo modo niſi vitæ dificieos accipiat communionem. *Tolet. I. cap. 19. Mart. Brac. c. 30.*

CAPUT XV.

De monachis id obſervare præcipimus, quod ſynodus Chalcedonenſis conſtituit. *Barcin. c. 10.*

CAPUT XVI.

Nullus ſacratam Deo virginem, neque ſi in honore Chriſti veſtem mutavit, tam viduam, quam puellam aut rapere, aut competere, aut ſibi conjugem ſociare præſumat, quia, & lex Romana conſtituit, ut quicumque ſacratam Deo virginem, vel viduam fortaſſe rapuerit, ſi poſtea ejus de conjunctione convenerit, capitis ſententia feriatur. Item[ſi quis non dicam rapere, ſed attentare matrimonii jungendi cauſſa ſacratas virgines, vel viduas auſus fuerit, capitis ſententia feriatur, &c. Nos vero, quos lex perimi jubet, ſi cupiunt audire præconem, volumus, ſi convertantur, ut vivant, nam tunc perimendi ſunt oris gladio, & a communione privandi, ſi relicta ſibi decreta ſeniorum obſervare noluerint, &c. Qui ergo in hac pertinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro miſeræ converſationis permanere, quam ſe de vetito conjugio ſeparare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicumque Epiſcoporum aut presbyterorum, vel diaconorum, aut ſubdiaconorum eos communicare præſumpſerit, ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur, &c. *Turon. II. cap. 21.*

C. de epiſc. & cler.

CAPUT XVII.

Sacrarum virginum, neque per raptum, neque per competitiones aliquis quidquam conjugia ſortiatur. Similiter & de earum erit conjunctionibus abſtinendum. Et hi, qui eas rapere aut competere voluerint, a communione ſunt removendi, quæ veſtium commutatione, tam viduæ, quam puellæ religionē pœnitentiā, aut virginitatem publica declaratione fuerint profeſſæ. Quod ſi contra dicta quis venerit, & ſacerdotem ſuum audire neglexerit, & in præſenti a communione catholicæ eccleſiæ habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur. *Pariſ. cap. 5.*

CAPUT XVIII.

Quæ in domibus propriis tam puellæ, quam viduæ, commutatis veſtibus convertuntur, cum his, quibus conjugio copulantur, eccleſiæ communione priventur, ſane ſi culpam ſequeſtratione ſanaverint, ad communionis gratiam revocentur. *Aurel. V. cap. 19.*

CAPUT XIX.

De puellis, quæ ſe Deo voverint, & præclaræ decoræ ætatis ad terrenas nuptias tranſierint, decrevimus, ut ſi qua puella voluntarie, aut parentibus ſuis rogantibus religionem profeſſa, vel benedictionem fuerit conſecuta, & poſtea ad conjugium, aut ad volutabrum ſæculi, quod potius ſtuprum eſt, quam conjugium judicandum, tranſgredi præſumpſerit, uſque ad exitum cum ipſo, qui ſe hujuſmodi conſortio maculavit, communione privetur. Quod ſi pœnitentia ducti ſe ſequeſtraverint, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, a communionis gratia ſuſpendatur. *Matiſc. cap. 12.*

CAPUT XX.

Si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veſte, devotarum more induta, caſtitatem ſervare promiſerit, vel ſi quis hominum utriuſque ſexus, pœnitentiæ benedictionem expetendo, a ſacerdote perceperint, ad terrena connubia ſponte tranſierint, &c. utrique ab eccleſiarum liminibus expulſi, ita ab omnium catholicorum communione ſint ſeparati, ut nulla prorſus eis, vel colloquii conſolatio ſit relicta. *Barcin. II. cap. 4.*

CAPUT XXI.

Non licet Abbati, nec monacho ad nuptias ambulare, &c. *Antiſiod. cap. 24.*

CAPUT XXII.

Nonnulli monachorum egredientes a monaſterio non ſolum ad ſæculum revertuntur, ſed etiam uxores accipiunt. Revocati in eodem monaſterio, a quo exierant, pœnitentiæ deputentur, ibique defleant crimina ſua, unde deceſſerunt. *Tolet. IV. cap. 51.*

CAPUT XXIII.

Sanctimoniales viduæ ſunt, quæ jam mutato habitu ſæculari, ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis & eccleſiæ apparuerunt. Hæ ſi ad nuptias tranſierint, juxta Apoſtolum, non ſine damnatione erunt, quia ſe primum Deo voventes, poſtea caſtitatis propoſitum abjecerunt. *Tolet. IV. cap. 55 vid. Tolet. IV. cap. 6.* 1. Tim. 5.

CAPUT XXIV.

Conſtituimus, ut nullus laicus homo Deo ſacratam feminam ad mulierem habeat. *Synod. Sueſſion. ad fin.*

CAPUT XXV.

Item placuit de fœminis cujuſcumque conditionis, puellis ſcilicet, vel viduis, quæ virginitatis, ſive continentiæ propoſitum ſpontanee pollicentes, Deo mancipatæ fuerint, & ob continentiæ ſignum nigram veſtem, quaſi religioſam, ſicut antiquus mos fuit, in his regionibus indutæ fuerint, &c. Si poſtea ſeſe ſive clanculo corruperint, ſeu publice nupſerint, dignis quidem mundano judicio corporalibus coercitæ vindictis, ſegregentur ad invicem, & agant cunctis diebus vitæ ſuæ pœnitentiam. *Syn. Forojul. c. 11.*

CAPUT XXVI.

Qui ſanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progreſſu etiam criminis, in conjugium ſumunt, publicæ pœnitentiæ juxta modum, quem præviderit Epiſcopus, ſubigantur. Ipſæ vero locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Uterque autem ſine ulla ſpe uxoriæ copulationis perenniter maneat. Si autem, quod abſit, conjugia iterare præſumpſerint, acriori ſubdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui ſi forte obedire monitis ſalutaribus non voluerint, anathematizentur. *Melden. cap. 67. Burch. lib. 8. cap. 52. Ivo part. 7. cap. 70. decret.*

CAPUT XXVII.

Si pater, vel mater filium, filiamque intra ſepta monaſterii in infantiæ annis, ſub regulari

tra-

tradiderint diſciplina, non liceat eis, poſtquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi, & matrimonio copulari. *Vormat. cap.* 22.

CAPUT XXVIII.

27. q. 1. c. 17. Si quis ſacro velamine conſecratam in conjugium duxerit, & poſt dicatum Deo propoſitum, inceſtæ fœdera, ſacrilegaque miſcuerit, ut in conſtitutis Gelaſii Papæ c. xx. legitur, &c. Unde verbo Domini, & canonica auctoritate in hac ſancta ſynodo præcipimus, ut omnino ſeparentur, & juramento colligentur; ulterius uno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in eccleſia, & in publico, aut pariter ullam habere communionem, unde ſuſpicio illecebroſi deſiderii, aut ſcandalum libidinoſi facti juſte poſſit oriri. Si quæ etiam inter ſe dividenda ſint, dividant, & uterque ſua provideat. *Tribur. c.* 23. *Chalced. c.* 1. *Syric. cap.* 6. *Gelaſ. cap.* 20.

CAPUT XXIX.

27. q. 1. c. 8. Viduas. Sicut ſecundum Apoſtolum, ſi ſe continere non poterat (*vidua*) nullatenus nubere vetabatur, ſic ſe cum habita deliberatione promiſſam fidem pudicitiæ Deo debet cuſtodire (*hactenus Gelaſ. epiſt.* 1. *cap.* 23.) Qua auctoritate paternæ ſuffulti ſententiæ, in hoc ſacro conventu ſancimus, & libere judicamus, quod ſi ſponte velamen, quamvis non conſecratum, ſibi impoſuerit, & in eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit, nolit, ſanctimoniæ habitum ulterius habere debebit, licet ſacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione velamen ſibi impoſuiſſe, ut iterum poſſit deponere. *Tribur. cap.* 25. *Burch. lib.* 8. *cap.* 36. *Ivo lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 10. *panorm. & part.* 7. *cap.* 55. *decret.*

De regul. c. 4. Viduas. Greg. IX. & c. 6. eod. tit. in 1. coll.

CAPUT XXX.

Nullus Deo devotam virginem, nullus ſub religionis habitu conſiſtentem, ſive viduitatis continentiam profeſſam, illicito connubio, aut vi, aut conſenſu accipiat conjugem, quia nec verum poterit eſſe conjugium. *Troſleian. cap.* 8.

CAPUT XXXI.

Nullus filiam presbyteri, neque diaconi, neque ſubdiaconi, in conjugium accipiat. *Bituric. cap.* 19. *Lemovic. act.* 2.

CAPUT XXXII.

Canones Toletani judicant, ut in monaſteriis nutriti, cum venerint ad annos adoleſcentiæ, detur eis optio libera, utrum velint vovere propoſitum, an inter laicos eſſe. Qui voluerint, uxores ducant, qui autem propoſitum in ſua poteſtate relicti voverint, non ultra eis ad ſæculum licet reſpicere. *Lemovicen. action.* 2. *poſt med. ex Tolet. II. cap.* 1.

TITULUS XII.

NE PŒNITENTES MATRIMONIUM CONTRAHANT.

Vide in Partis I. Lib. XII. Tit. XVI.

TITULUS XIII.

NE MATRIMONIUM CONTRAHATUR INTER CONSANGUINEOS, ET AFFINES.

De conſ. & aff. c. 8. Gr. IX. & c. 3. eod. tit. in 4. coll.

CAPUT I.

NON debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana, &c. Cum igitur prohibitiones de conjugio in ſecundo, & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum, ut ceſſante prohibitione, ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione concilii revocantes, præſenti conſtitutione decernimus, ut ſic contrahentes de cetero libere copulentur. Prohibitio quoque copulæ conjugalis quartũ conſanguinitatis & affinitatis gradũ de cætero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non poteſt abſque gravi diſpendio hujuſmodi prohibitio generaliter obſervari, &c. Si qui contra prohibitionem hujuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap.* 50.

CAPUT II.

Si quis fratris uxorem, aut neptem, aut novercam, aut nurum, aut conſobrinam, aut aliam de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema ſit. *Greg. II. in ſyn. Rom. c.* 5. 6. 7. 8. 9. *Troſl. c.* 8. *Burch. lib.* 7. *c.* 22. & 23. & 24. *Ivo lib.* 7. *tit.* 8. *cap.* 5. *panorm. & part.* 9. *c.* 58. 59. 60. *decret.*

CAPUT III.

Ut conſobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, nullus præſumat in conjugio copulare, quia ſcriptum eſt in lege Domini: *Turpitudinem uxoris patris, uxoris fratris, atque ſororis tuæ non revelabis, &c. Syn. Rom. ſub Zachar. c.* 6. *Ivo part.* 9. *c.* 21. *decret.* Levit. 18.

CAPUT IV.

Aſſerentibus hominibus de Germaniæ partibus didicimus, quod beatæ recordationis S. Gregorius Papa, dum eos ad religionem chriſtianitatis divina gratia illuſtraret, licentiam illis dediſſet in quarta ſe copulare generatione, ſed dum rudes erant, & invitandi ad fidem, quamquam minime ſcriptum, ut dictum eſt, reperimus, credere non ambigimus. Deo autem largiente, qui *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, per præteritos annos litteras emiſerunt Archiepiſcopi, & Reges provinciæ illius, petentes Apoſtolica præcepta, qualiter liceat eis conjugia copulare, & quomodo debeant obſervare, quibus, quantum Dominus dare dignatus eſt, admonitionis præcepta direximus. *Syn. Rom. ſub Zach. cap.* 15. *Greg. ad interrog. Auguſt.* 6. *Ivo part.* 9. *c.* 20. *decret.* Joann. 1.

CAPUT V.

Conſobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus nubit, nullus audeat in conjugium copulare. Si quis vero hinc tali nefario conjugio convenerit, & in eo permanſerit, ſciat ſe Apoſtolica auctoritate anathematis vinculo eſſe innodatum. *Synod. Rom. ſub Eugen. II. & Leon. IV. cap.* 38.

CAPUT VI.

De conſanguinitate ſua nullus uxorem ducat 35. q. 2. c. 17.

 uſque

uſque ad generationem ſeptimam, vel quouſque parentela cognoſci poterit. *Nicol. II. in ſynod. Rom. CXIII. Epiſcoporum c. 11.*

CAPUT VII.

Qui copulantur parentibus, vel commatribus, & filiolis, & e converſo, excommunicentur. *Gr. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 16.*

CAPUT VIII.

35. q. 6. c. 4. Si duo. Epiſcopi eos, qui matrimonium contrahere volunt per baptiſmum, per fidem, per judicium Chriſti vera obedientia obteſtentur, quatenus palam faciant, utrum ſe, ſicut fama eſt, conſanguineos recognoſcant; ſi negaverint, ſibi ipſis ſunt relinquendi, ita tamen, ut ſi aliud in conſcientia habeant, ſe a liminibus eccleſiæ, a corpore & ſanguine Domini, & a fidelium communione noverint ſegregatos, atque infames effectos, donec ab inceſti facinore deſinant, ſi ſe Epiſcoporum judicio ſegregaverint; ſi juvenes ſint, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. *Urb. II. in ſyn. Trojan.*

CAPUT IX.

Vid. 35. q. 2. cap. 2. Sane conjunctiones conſanguineorum omnino fieri prohibemus. Hujuſmodi namque inceſtus, qui ſere ſtimulante humani generis inimico, in uſum verſus eſt ſanctorum patrum inſtituta, & ſacroſancta Dei deteſtatur eccleſia, leges etiam ſæculi de tali contubernio natos infames pronunciant, & ab hæreditate repellunt. *Innoc. II. in ſyn. Rom. c. 13. poſt. Ivo panorm.*

CAPUT X.

Qui duas uxores duxit, vel fratris filiam, clericus eſſe non poteſt. *Apoſt. c. 19.*

CAPUT XI.

35. q. 2. & 3. Conjunctiones conſanguineorum fieri prohibentur, quando has & divinæ, & ſæculi prohibent leges. Leges ergo * divinæ hæc agentes, &
* enim, ſ. eos, qui ex eis prodeunt, non ſolum ejiciunt, ſed & maledictos appellant. Leges vero ſæculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero ſequentes patres noſtros, & eorum veſtigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, &c. Eos autem conſanguineos dicimus, quos divina, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum leges conſanguineos appellant, & in hæreditate ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt.
3. q. 4. Conſanguineorum, c. 4. Talium enim conjunctiones nec legitimæ ſunt, nec manere poſſunt, ſed ſunt repellendæ; & ſi quæ auſu temerario tentatæ ſint, auctoritate Apoſtolica reſcindendæ veniunt. Quiſquis ergo non eſt legitime conjunctus, vel abſque dotali titulo, ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes, vel legitime conjunctos criminari, vel in eos teſtificari minime poteſt. Quoniam omnis inceſti macula pollutus infamis eſt, & accuſare ſupradictos non permittitur. Non ſolum ergo hi rejiciendi ſunt, & infames efficiuntur, ſed etiam omnes eis conſentientes; ſimiliter de raptoribus, vel eis, qui ſeniores impetunt, fieri cenſemus, &c. *Calliſt. ep. 2. ante med. Calliſt. II. in concil. Rom. c. 5. Burch. lib. 7. cap. 1. Ivo part. 9. c. 22. & 23. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 84. Tarrac. lib. 5. c. 71.*

CAPUT XII.

Peto an debeant duo germani fratres ſingulas ſorores accipere, quæ ſunt ab illis longa progenie generatæ. Modis omnibus hoc fieri licet, nequaquam enim in ſacris eloquiis invenitur quod huic capitulo contradicere videatur. *Greg. ad Auguſt. interr. 5.*

CAPUT XIII.

Uſque ad quotam generationem fidelis debeat cum propinquis ſibi copulari & novercis, & cognatis ſi liceat copulari, conjugio? Lex in Romana Republica permittit, ut ſibi fratris, ſororis, ſeu duorum fratrum germanorum, vel duarum ſororum filius, & filia miſceantur. Sed experimento didicimus ex tali conjugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere, & ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde neceſſe eſt, ut jam tertia, vel quarta generatio fidelium licenter ſibi jungi debeat, nam ſecunda, quam diximus, a ſe omnino debet abſtinere. Cum noverca autem miſceri grave eſt facinus, quia, & in lege ſcriptum eſt: *Turpitudinem patris tui non revelabis*, &c. Cum cognata quoque miſceri prohibitum eſt, quia per conjunctionem priorem caro fratris facta eſt, pro qua re etiam Joannes Baptiſta capite truncatus eſt, & ſancto martyrio conſummatus, cui non eſt dictum ut Chriſtum negaret, &c. Quia vero multi ſunt in Anglorum gente, qui dum adhuc in infidelitate eſſent, huic nefando conjugio dicuntur admixti, ad fidem venientes admonendi ſunt, ut ſe abſtineant, & grave hoc eſſe peccatum agnoſcant, &c. Non tamen pro hac re ſacri corporis ac ſanguinis Domini communione privandi ſunt, &c. In hoc enim tempore ſancta eccleſia quædam per fervorem corrigit, quædam per manſuetudinem tolerat, &c. Qui ad fidem veniunt, admonendi ſunt, ne tale aliquid audeant perpetrare; ſi perpetraverint, corporis & ſanguinis Domini communione privandi ſunt. *Greg. ad Auguſt. interrog. 6. & 7. Burch. lib. 7. c. 19. & 20. Ivo lib. 7. tit. 8. c. 4. p. 1. & tit. 10. cap. 5. panorm. & part. 9. c. 55. & 56. decret. Anſelm. lib. 10. c. 31. & 32. Cæſar. lib. 10. c. 125.*

35. q. 2. & 3. c. Quædam, 20. & q. 5. c. 2. Quædam.

Levit. 18. 2.

CAPUT XIV.

Ut quarta progenie conjuncti non ſeparentur, Auguſtino, & Anglis reſcripſiſti, quod alibi non legi, ſed ſemper uſque ad ſeptimum originis ſuæ gradum a ſanctis anteceſſoribus veſtris, & cæteris ſanctis patribus, tam in Nicæna ſynodo, quam & in aliis ſanctis conciliis congregatis ſervari debere reperi, &c. *Felix Greg.* „ Quod ſcripſi 35. q. 2. & 3. c. Quædã, §. Quod ſcripſi.
„ Auguſtino Anglorũ gentis Epiſcopo de conſan-
„ guinitatis conjunctione, ipſi & Anglorum gen-
„ ti, quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono,
„ quod cœperat, metuendo aſperiora recederet,
„ ſpecialiter, & non generaliter cæteris me
„ ſcripſiſſe cognoſcas, &c. Neque regulam in his
„ poſteris ullis tenendam tradidi, ſed de duobus
„ periculis, quid facilius ſit vitandum, oſten-
„ di". *Greg. ad Felicem indict. 7. lib. 12. ep. 31. poſt princ.*

CAPUT XV.

35. q. 2. & 3. cap. 16. Progeniem ſuam unumquemque inconvulſe

uſque

Digitized by Google

uſque ad ſeptimam generationem obſervare decernimus, & quandiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere ſocietatem, nec eam, quam aliquis ex propria conſanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugium ducere ulli profecto licet Chriſtianorum, vel licebit, quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos vero nullo conjugii nomine deputandos a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſſe legimus Nec hoc quoque in hac ſollicitudinis parte relinquimus, quod omnes inceſtuoſi a liminibus eccleſiæ ſanctæ ſunt ſeparandi, &c. Et ſi incorrigibiles apparuerint, ſegregentur a fidelibus uſque ad ſatisfactionem. *Greg. ad Felic. Epiſc. Siciliæ indict. 7. lib. 22. regiſt. ep. 31. al. 37. in med. Capitul. lib. 6. c. 80. & lib. 7. c. 200. in addit. Burch. lib. 7. cap. 11. Ivo lib. 7. tit. 10. c. 9. panorm. & part. 9. c. 26. decret. & epiſt. 10. ad Epiſc. Meld. Tarrac. lib. 6. c. 26.*

c. 10. ead. q.

CAPUT XVI.

Progeniem ſuam quemque uſque ad ſeptimam obſervare decernimus generationem. Et ſi valueris, devita, ne amplius, cui mulieres obierint, duabus debeat copulari. *Greg. II. ep. 8. ante fin.*

CAPUT XVII.

Quota progenies propinquorum matrimonio copuletur? Oportuerat quidem quandiu ſe agnoſcent affinitate propinquos abſtinere, &c. In tam barbara gente concedendum eſt, ut poſt quartam generationem jungantur. *Gr. III. ep. 4. in princ. ad Bonifac. Epiſc.*

CAPUT XVIII.

Laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens dicebat, ſibi ab Apoſtolicæ ſedis Pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi ſui, quæ & ipſa fuit uxor conſobrini, & illa illo vivente diſceſſit ab eo, &c. Et votum vovit Deo caſtitatis, & velata fuit, &c. Tale matrimonium ſupradictus homo ab Apoſtolica ſede ſibi affirmat eſſe conceſſum, quod non æſtimamus verum, quia Lugdunenſis ſynodus, quæ in primis a diſcipulis ſancti Gregorii, id eſt, Auguſtino, Laurentio, Juſto, Melito * Archiepiſcopis conſtituta, & ordinata fuit, talem copulam, & matrimonium, maximum ſcelus & inceſtum, & horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri, ex auctoritate ſanctæ ſcripturæ judicabant. *Bonif. ep. 5. ad Zachar. ante fin.*

* *Mileto.*

De illo, qui viduam, quæ & ipſa fuit uxor conſobrini ſui, & ſacrum velamen habere monſtrata eſt, & a beatæ memoriæ prædeceſſore noſtro ſibi licentiam conceſſam eſſe divulgavit, ut eam in pernicioſo matrimonio aſſumere debuiſſet, abſit hoc, ut prædeceſſor noſter ita præciperet, nec enim ab Apoſtolica ſede illa diriguntur, quæ contraria eſſe Patrum, ſive canonum inſtitutis perhibentur: admonere, adhortari, increpare eos fratres ne ceſſes, quatenus a tali ſceleſto recedant matrimonio, ut non in æternum pereant: reminiſcantur enim ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & non ſponte ſe contradant, niſi ab ipſo receſſerint inceſto matrimonio, diaboli poteſtati. *Zachar. epiſt. 6. ad Boniſ. poſt med.*

CAPUT XIX.

Ut definitum eſt a patribus, nullus de propria cognatione ſibi audeat copulare, alioquin anathema ſit. *Leo IV. ep. ad Epiſcopos Britann. cap. ult. Ivo part. 9. cap. 11.*

CAPUT XX.

Inter eos, qui natura, & eos qui adoptione filii ſunt, venerandæ Romanæ leges matrimonium contrahi non permittunt. Si quidem primus inſtitutionum liber, cum de nuptiis loqueretur, inter cetera: „ Inter eas [inquit] perſonas, „ quæ parentum, liberorumve locum inter ſe „ obtinent, nuptiæ contrahi non poſſunt, veluti „ inter patrem, & filiam, vel avum, & neptem, „ vel matrem, & filiam, vel aviam, & nepotem, & uſque ad infinitum; & ſi tales perſonæ „ inter ſe coierint, nefarias, atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeo vera „ ſunt, ut quamvis per adoptionem parentum, „ liberorumve loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio jungi “, &c. Itaque eam, quæ mihi per adoptionem filia, aut neptis eſſe cœperit, non potero uxorem ducere, & infra. Si qua per adoptionem ſoror mihi eſſe cœperit, quamdiu quidem conſtat adoptio, ſane inter me, & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt, &c. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 2.*

De cognat. legat. c. unic. Greg. IX. & in 1. coll. Inſt. de nupt. §. Ergo.

CAPUT XXI.

De conſanguinitate generationum exquiritis, ut quibus utique feminis jungi debeatis, liquido cognoſcatis. Verum quod leges hinc ſanciunt, jam meminimus, & denuo memorare ſummatim operę pretium ducimus. Ajunt enim: Ergo non omnes nobis uxores ducere licet, nam quarumdam nuptiis abſtinere debemus, inter eas enim perſonas, quæ parentum, liberorumve locum inter ſe obtinent, nuptiæ contrahi non poſſunt, veluti inter patrem, & filiam vel avum, & neptem, vel matrem, & filium, vel aviam, & nepotem, & uſque ad infinitum. Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſverſo gradu cognationis junguntur, eſt quædam ſimilis obſervatio, ſed non tanta. Sacri vero canones, & præcipue Zachariæ ſummi Præſulis decreta, quid hinc promulgent, Epiſcopo veſtro vobis explanandum relinquimus. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 39. Juſtin. lib. 1. inſtit. de nupt.*

CAPUT XXII.

Præſentium portitor apicum noſtris inſinuavit auribus fratrem ſuum contra divinum jus, contra ſanctorum patrum inſtitutum, conſanguineæ ſuæ thalamis adhæſiſſe, &c. Tua fraternitas conſanguinitatis lineam a majoribus natu ejuſdem loci diligenter inquirat, quam ſe inter defunctum virum, eamdemque vivam mulierem invenerit, ad aliarum exemplum ſtudeat canonica auctoritate omnia dotalia inſtrumenta caſſare, & ad nihilum redigere, ne de illicito, quod contraxit, conjugio, aliquam mercedem recipiat. *Greg. VII. lib. 1. regiſtr. epiſt. 5.*

CAPUT XXIII.

Monemus, atque præcipimus, ne te ipſum

de-

Digitized by Google

deſpicias, ne in gloria tua maculam ponas, ne poſteritatem carnis tuæ inutilem, & reprobam facias, vires reſume, illicitum connubium, quod cum uxoris tuæ conſanguinea iniſti, penitus reſpue. De emendatione nos, & totam eccleſiam Dei cito lætifica. *Greg. VII. lib. 8. regiſtr. epiſt. 3. ad Adelfonſum Regem.*

CAPUT XXIV.

Quæ duobus fratribus nupſit, eiicitur uſque ad mortem. In morte ſi dixerit ſe, ſi ſupervixerit, diſſoluturam matrimonium, conſequatur pœnitentiam. Si in eo matrimonio vir, vel uxor decedat, difficilis erit ſuperſtiti pœnitentia. *Neoc. c. 2. Triburien. cap. 44. Raban. cap. 2. de pœn. Burch. lib. 17. cap. 1. & 2. Ivo part. 9. cap. 67. & 68. decret. Anſelm. lib. 55. cap. 95.*

CAPUT XXV.

Si quis poſt obitum uxoris ſuæ ſororem ejus duxerit, & ipſa ſit fidelis, quinquennio a communione placuit abſtinere, niſi forte velocius dari pacem neceſſitas coegerit infirmitatis. *Elib. cap. 61.*

CAPUT XXVI.

Si quis privignam ſuam duxerit uxorem, eo quod ſit inceſtus, nec in finem dandam ei communionem. *Elib. cap. 66.*

CAPUT XXVII.

35. q. 2. & 3. cap. 8. De inceſtis conjunctionibus venia non eſt, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos nullo conjugii nomine deputamus, quos hic recenſemus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione polluerit. Si quis frater germanam uxorem acceperit. Si quis novercam duxerit. Si quis conſobrinæ ſe ſociaverit. Si quis relictæ, vel filiæ avunculi miſceatur, aut patrui filiæ, vel privignæ ſuæ, aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuit, concubitu polluat, aut duxerit uxorem. Hos omnes olim, & hac conſtitutione inceſtos eſſe non dubitamus, & inter catechumenos uſque ad legitimam ſatisfactionem manere, & orare præcipimus, &c. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. *Agath. cap. 61. Turon. II. cap. 22. Arelat. ſub Carolo cap. 15. Raban. cap. 2. de pœnit. Capitul. lib. 7. cap. 200. in addit. Burch. lib. 7. cap. 4. Ivo part. 9. c. 25. & 40. decr. Anſelm. lib. 11. c. 82.*

CAPUT XXVIII.

al. Inceſtos vero nec ullo conjugii nomine prævalendos præter illos, quos nominari funeſtum eſt, hos eſſe cenſemus.

Inceſtis junctionibus nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtus vero nec ullo conjugii nomine pallietur, quod propter illos, quos dinumerare funeſtum eſt, cenſuimus. Ut quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit. Si quis germanam uxorem acceperit. Si quis novercam duxerit. Si quis conſobrinæ ſe ſociet. Sed quæ ſunt antea inſtituta non ſolvimus. Si quis relictæ avunculi miſceatur, aut patrui, vel privignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. *Epaun. c. 30. vide Agath. cap. 61. Aurel. IV. cap. 27. Turon. II. cap. 22.*

CAPUT XXIX.

De his, qui ſe inceſtus pollutione commaculant, quouſque in ipſo deteſtando, & illicito carnis contubernio perſeverant, uſque ad miſſam tantum catechumenorum in eccleſia admittantur, cum quibus etiam nec cibum ſumere ullum chriſtianorum, ſicut Apoſtolus juſſit, oportet. *Ilerd. c. 4. Colon. ſub Carol. cap. 6. Raban. cap. 2. de Pœnit. Burch. lib. 7. cap. 3.* 35. q. 2. & 3. cap. 9. 1. Cor. 5.

CAPUT XXX.

Ne ſuperſtes frater torum defuncti fratris aſcendat, nec ſe quiſquam amiſſæ uxoris ſorori audeat ſociare: qui fecerint, eccleſiaſtica diſtrictione feriantur. *Aurel. cap. 58. al. 20.*

CAPUT XXXI.

Ne quis fidelium propinquam ſanguinis ſui uſquequo affinitatis lineamenta generis ſucceſſione cognoſcit, in matrimonio ſibi deſideret copulari, quoniam ſcriptum eſt, *omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus*, nec ſine denunciatione, dicit, *Anima, quæ fecerit de abominationibus iſtis quidpiã, peribit de medio populi ſui.* Hujus decreti violator tanto graviori ſententia mulctandum ſe recognoſcat, quanto eam propinquiorem ſcit, tantoque annoſiori excommunicationis tempore a Chriſti corpore, & fraternitatis conſortio ſequeſtretur, quanto fuerit propinquioris ſanguinis contagione pollutus, &c. *Tolet. II. cap. 5. Burch. lib. 7. cap. 6. Ivo part. 9. c. 42. decret.* 35. q. 8. c. 2. Lev. 18.

CAPUT XXXII.

Nullus novercæ ſuæ, id eſt uxori patris ſui, ulla copulatione jungatur, quod ſi præſumpſerit, noverit ſe anathematis ſupplicio feriendum. *Aurel. II. cap. 10.*

CAPUT XXXIII.

De inceſtis conjunctionibus ita quæ ſunt ſtatuta ſerventur, ut his, qui aut modo ad baptiſmum veniunt, aut quibus patrum ſtatuta in notitia non venerunt, ita pro novitate converſionis, ac fidei ſuæ credidimus conſulendum, ut contracta hujuſmodi conjugia non ſolvantur, ſed in futurum a canonibus interdictum obſervetur, id eſt, „ nequis ſibi ſub conjugii nomine ſociare „ præſumat relictam patris, filiam uxoris, „ conſobrinam, aut ſobrinam, relictam a„ vunculi, vel patrui “. Quamdiu ſociati non ſe ſequeſtraverint, a communione eccleſiaſtica repellantur. In Epiſcopi autem diſcuſſione conſiſtat de his, qui in civitate ſua, ac territorio conſiſtunt, utrum ignoranter ad illicita conjugia venerint, an per contumaciam, quæ ſunt interdicta, præſumpſerint, ut illis pateatur, hi vero non prius ad communionem recipiantur, quam inceſti adulterium, ſicut ſcriptum eſt, ſeparatione ſanaverint, quia in lege Domini manifeſte legitur: *Maledictus, qui dormit cum uxore patris ſui, cum privigna, vel uxoris ſuæ ſorore, & reliqua his ſimilia*, quo fit, ut quos Deus maledixit, nonniſi emendatos benedicere nos poſſimus. *Aurel. III. cap. 10.* Deut. 27.

CAPUT XXXIV.

De inceſtis conjunctionibus id ſtatuimus obſervandum, ut ſi quis poſt ſynodum Aurelianenſ.

an-

ante hoc triennium conſtitutam, illicita thori jura præſumpſerit, circa eum ſecundum ſtatuta Epaunenſiū canonū a ſacerdotibus eccleſiæ ſeveritas retineatur. *Aurel. IV. cap. 26. Epaun. c. 30.*

CAPUT XXXV.

De inceſtis conjunctionibus cenſuimus ſtatuta canonum vetera non irrumpi, &c. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat: *Levit. 18.* *Turpitudinem patris tui, matris tuæ, uxoris patris tui, ſororis tuæ, ſive ex patre, ſive ex matre, quæ domi, vel foris genita eſt, filiæ filii tui, vel neptis ex filia, filiæ uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, ſororis patris tui, ſororis matris tuæ, patrui tui, & uxoris ejus, nurus tuæ, uxoris fratris tui, ſororis tuæ, & filiæ ejus, filiæ filiæ ejus, vel filii, ſororis uxoris tuæ non revelabis. Cum uxore proximi tui non coibis*, *Deut. 27.* &c. *Maledictus, qui dormit cum uxore patris ſui, cum ſorore ſua, filia patris, vel matris cum ſocra ſua*, &c. Itemque aut ſacra ſententia legum: * Ut quiſquis aut ſororem, aut filiam, aut conſobrinam, aut fratris uxorem, ſceleratis ſibi nuptiis vinxerit, huic pœnæ ſubjaceat, & de tali conſortio ſeparetur, & reliqua. Item alia: Quæcumque mulier ſororis ſuæ maritum poſt mortem illius acceperit, vel ſi quis ex viris mortua uxore, ſororem ejus aliis nuptiis ſibi conjunxerit noverit tali conſortio ſe eſſe notabilem, &c. *Turon. II. cap. 22.*

* *al. ut quiſquis aut ſororis, aut fratris filiam, aut certe gradu conſobrinam, aut fratris uxorem ſceleratis ſibi nuptiis junxerint.*

CAPUT XXXVI.

Nullus illicita conjugia contra præceptum Domini ſortiri præſumat, id eſt, fratris relictam, novercam, relictam patrui, vel ſororem uxoris ſuæ ſibi audeat ſociare, neque avunculi quoque, quæ relicta eſt, neque nurus ſuæ, vel materteræ conjugio potiatur. Pari etiam conditione a conjugio amitæ, privignæ, ac filiæ privignæ conjunctionibus, præcepimus abſtinere. *Pariſ. cap. 4.*

CAPUT XXXVII.

De inceſtis conjunctionibus hoc placuit cuſtodire, quod priſca canonum ſtatuta ſanxerunt. *Lugdun. II. cap. 4.*

CAPUT XXXVIII.

Inceſtam copulationem, in qua nec conjux, nec nuptias recte appellari leges ſanxerunt, catholica omnino deteſtatur, atque abominatur eccleſia, & gravioribus pœnis eos afficere promittit, qui nativitatis ſuæ gradus libidinoſo ardore contemnentes in luto, quod nefas eſt, ut ſues teterrimi convolvuntur. *Matiſcon. II. c. 18.*

CAPUT XXXIX.

Non licet alicui ſuam novercam accipere uxorem. *Antiſiod. cap. 27.* Nec filiam uxoris ſuæ, *cap. 28.* Nec relictam fratris ſui, *cap. 29.* Nec duas ſorores ſucceſſive, *cap. 30.* Nec conſobrinam, id eſt, quæ de duobus fratribus, aut de duabus ſororibus procreatur, nec qui de ipſis (*conſobrinis*) nati fuerint, in conjugio ſocientur, *cap. 31.* Non licet, ut nepos avunculi uxorem accipiat. *cap. 32.*

CAPUT XL.

Levit. 18. Cum ſacra ſcriptura dicat, *Non accedas ad carnem proximæ tuæ, ut revelès turpitudinem ejus.* Sanctus Baſilius, in canonibus ſuis enumerat aliquorum prohibitas nuptias, multa ſilentio præterit, turpitudinem nominum conjunctionum vitans, generaliter tantum locutus. Nos apertius definimus eum, qui ſuæ exadelphæ * copulatur, vel ſi pater, & filius matri, & filiæ junguntur, vel duabus ſororibus, vel ſi duobus fratribus mater, & filia nubant, vel ſorores duæ, ſeptem annorum pœnitentiæ ſubiiciantur, ſoluta hac illegitima conjunctione. *Trull. cap. 54.*

* *id eſt, conſobrinæ, ſive filiæ fratris A.*

CAPUT XLI.

Conſtituimus, ut nullus laicus homo Deo ſacratam fœminam mulierem habeat, nec ſuam parentem. *Syn. Sueſſionen. ant. fin.*

CAPUT XLII.

De inceſtis conjunctionibus, ſicut a ſanctis patribus inſtitutum eſt, nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos vero nullo conjugii nomine deputandos, &c. Si quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit. Si quis fratris * germanam uxorem acceperit, ſi quis novercam duxerit, ſi quis conſobrinæ ſuæ ſe ſociet, ſi quis relictæ, vel filiæ avunculi miſceatur, aut patris * filiæ, vel privignæ ſuæ concubitu polluatur, vel ſi quid eſt hujuſmodi, &c. *Arelat. ſub Carolo cap. 11. Agathen. cap. 61.* *35. q. 2. c. 8.*

* *patris, ſ.*
* *fratris, ſ.*

CAPUT XLIII.

De affinitate propinquitatum, & in quibus gradibus matrimonia jungenda ſint, ad canones recurramus. *Cabil. ſub Carolo c. 28.*

CAPUT XLIV.

Sane quæ in proprio viro, hæc nimirum in uxoris parentela, de lege nuptiarum regula cuſtodienda eſt. Quia ergo conſtat eos duos eſſe in carne una, communis illis utrimque parentela eſſe credenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: *Erunt duo in carne una. Cabil. ſub Carolo c. 29. Magunt. c. 30. ſub Raban. Burch. lib. 7. c. 8. Ivo lib. 7. tit. 10. c. 2. panorm. & part. 9. c. 41. decret. Hugo a S. Vict. lib. 2. part. II. c. 16.* *35. q. 2. & 3. cap. 14.* *Geneſ. 2. d. Epheſ. 5. g.*

CAPUT XLV.

In quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur, & ſi poſt interdictum factum inventum fuerit, ſeparetur. *Magunt. ſub Carolo cap. 54. Magunt. ſub Raban. c. 30.*

CAPUT XLVI.

Si quis viduam uxorem duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit, aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio. Item ſi quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit, ſi quis neptem in conjugium acceperit, ſi quis novercam, aut nurum ſuam duxerit, ſi quis conſobrinæ ſuæ impudice ſe ſociaverit, vel relictæ, ſive filiæ avunculi, aut patris * filiæ, vel privignæ ſuæ concubitu pollutus, vel hujuſcemodi conjunctionis attactu maculatus fuerit, eos disjungi, & ulterius numquam conjugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione feriri volumus. *Magunt. ſub Rabano cap. 29. Magunt. I. cap. 56. Capitul. lib. 5 cap. 101. & lib. 7. cap. 110. in addit. Burch. lib. 17. cap. 9. Ivo lib. 6. tit. 11. cap. 2. panorm itan. & part. 9. cap. 71.* *32. q. 7. c. 22.*

* *patrui, ſ.*

cap. 71. & 77. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 158.

CAPUT XLVII.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem poſt interdictum factum inventum fuerit, ſeparetur. [Sane eadem, quæ in viri, hæc omnium in uxoris parentela de lege nuptiarum regula cuſtodienda eſt. Quia ergo conſtat eos duos eſſe in carne una, communis illis utrimque parentela eſſe credenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: *Erunt duo in carne una. Magunt. ſub Raban. cap. 30. Cabilon. II. cap. 29. Burch. lib. 7. cap. 8. Ivo lib. 7. tit. 10. cap. 2. panorm. & part. 9. c. 44. decret.*

35. q. 2. & 3. cap. 14.

Geneſ. 2. Matt. 19.

CAPUT XLVIII.

Qui inceſta matrimonia contraxerunt, & vel proximis ſuis, vel Deo ſacratis mulieribus copulati ſunt, quidem publicæ puſſunt pœnitentiæ ſubjugari. *Ticin. cap.* 12.

CAPUT XLIX.

35. q. 2. & 3. cap. 18.

In copulatione fidelium generationis numerum non definimus, ſed id ſtatuimus, ut nulli Chriſtiano liceat de propria conſanguinitate, ſive cognatione uxorem accipere, uſque dum generatio recordatur, aut cognoſcitur, aut in memoria retinetur. *Vormat. cap. 32. Burch. lib. 7. cap. 2. Ivo part. 9. cap. 30. decret.*

CAPUT L.

Si vir viduam in conjugem duxerit, quæ ex primo marito filiam habuit, & cum eadem filia poſtmodum concubuerit, conjugium modis omnibus diſſolvatur, & vir ille pœnitentiæ ſubjaceat ſanctionis, &c. *Vormat. cap.* 36.

CAPUT LI.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem poſt interdictum factum inventum fuerit, ſeparetur: ſane eadem, quæ in viri, hæc numerum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula cuſtodienda eſt, &c. *Vormat. cap.* 77.

CAPUT LII.

35. q. 2. & 3. De inceſt. cap. 8.

De inceſtis conjunctionibus, unde multimodis fines regionis noſtræ circumquaque inſtigante diabolo polluuntur, ſecundum Agathenſe Concilium, cap. 61. nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint, &c. *Colonienſ. ſub Carolo III. cap. 6. Raban. cap. 2. de pœnit. Burch. lib. 7. cap. 4. Ivo part. 9. cap. 40. decret.*

CAPUT LIII.

Quidam vir nomine Lanberſtus interficiens conſanguineum ſuum, & ducens ejus uxorem nomine Vualdradam, juravit coram Archiepiſcopo, quod tale conjugium dimitteret, & iterum ei ſe ſociavit, & adhuc eam habet, idcirco excommunicatus eſt. *Metenſ. cap.* 7.

CAPUT LIV.

„ Si quis cum aliqua crimen fornicationis fecerit, & frater ejus, ejuſdem ſceleris ignarus, duxerit illam uxorem, frater, qui prior per fornicationem polluerat illam, quia non indicavit fratri uxorem ducenti, prædura arceatur pœnitentia, & condigna caſtigatione. Qua peracta ſi continens eſſe non poſſit, indulgentia ſublevetur, ne libidini proſternatur, quatenus legitimo conſoletur matrimonio. De muliere vero ſancimus, ſicut de ea in Neocæſarienſi ſancto Concilio definitũ legimus, cap. 2. „ Mulier ſi duobus fratribus nupſerit “, &c. *Tribur. c. 44. vide Neocæſ. c.* 2.

CAPUT LV.

Omnino providendum eſt, ne quæ uxor eſt habenda, ſit propinqua, quia ſcriptum eſt: *Omnis homo ad proximam ſanguinis non accedat, ut revelet turpitudinem ejus. Troslejan. cap.* 9. *Levit.* 18.

CAPUT LVI.

In canonibus præceptum eſt, ut nemo uſque ad affinitatis lineam, & propinquitatem ſui ſanguinis connubia ducat. *Trosl. cap.* 8.

CAPUT LVII.

Nullus ſui proximam generis, aut etiam de cujus admiſſione inceſtivam notam poſſit ſubire infamiæ, illicito connubio, aut vi, aut conſenſu accipiat conjugem, quia nec verum poterit eſſe conjugium. *Trosl. cap.* 8.

CAPUT LVIII.

Nullus de parentela ſua uxorem accipiat, uſque in ſextam, vel ſeptimam progeniem. *Bituric. cap. 16. apud Lemovicenſ. Act.* 2.

CAPUT LIX.

Nullus uxorem conſanguinei, vel alicujus parentis ſui, in conjugium accipiat, quia vir & uxor legitime conjuncti una caro ſunt. *Bituric. cap. 17. apud Lemovic. act.* 2.

CAPUT LX.

De gradibus conſanguinitatis numerandis. *Salegunſtadien. cap. 1. poſt Burch. decr. Ivo part. 15. cap. 177 decret.*

CAPUT LXI.

Si qua mulier duos fratres, aut ſi quis vir duas ſorores habuerit, a communione abſtineant uſque ad mortem. In morte autem eis communio pro miſericordia detur. Si vero ſupervixerint, communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore conſtituto. *Mart. Brac. cap. 80. Neocæſ. cap.* 2.

CAPUT LXII.

Prohibitæ cognationis in matrimonium conjunctio, ſi deprehenſa fuerit, ut quæ in hominum peccatis facta eſt, ſubibit adulterorum pœnas. *Baſil. ad Amphiloc. cap.* 67.

CAPUT LXIII.

Si quis umquam immunditatis perturbatione ſuperatus, lapſus ſit ad nefariam duarum ſororum ſocietatem, nec hoc matrimonium exiſtimet, nec eos ad eccleſiæ complementum prius admittat, quam ipſos a ſe invicem ſeparaverit, &c. Ego vero hanc partem ne ſilentio quidem in lege veteri fuiſſe prætermiſſam exiſtimo, ſed etiam legislatorem valde prohibuiſſe. Illud enim *non ingredieris ad quemvis conſanguineũ carnis tuæ, ad revelandũ eorum turpitudinem*, hoc quoque conſanguinitatis genus comprehendit. Quid enim eſſe poſſit homini ſua uxore magis conſanguineum, vel potius ſua carne? non ſunt enim amplius duo, ſed una caro. Quare per uxorem ſoror ejus tranſit ad conſanguinitatem. Quemadmodum enim uxoris matrem non accipiet, nec ejus filiam, quoniam nec ſuam matrem, nec ſuam filiam, ſic nec ſororem uxoris, quoniam nec ſuam ſororem. Sunt

enim

Digitized by Google

enim utriuſque communia cognationis jura. Ego autem cuilibet de matrimonio conſultanti teſtificor, *quod præterit figura hujus, & tempus breve eſt, ut, & qui habent uxores, ſint tamquam* *Geneſ. 1. 9.* *non habentes:* ſin autem mihi illud alliget, *creſcite, & multiplicamini*: rideo eum, qui legislatorum tempora non diſcernit. Fornicationis remedium eſt ſecundum matrimonium, non ad in- *1. Cor.* temperantiam viaticum: *Sin autem non continent*, inquit, *uxores ducant*, non autem etiam uxores ducentes contra legem faciunt. *Baſil. ad Diodorum.*

CAPUT LXIV.

Si quis clericam vocaverit, ut matrimonio conjungat, audiat autem eſſe illicitum matrimonium, utpote, vel amitæ conjugium, vel defunctæ uxoris eſſe ſororem eam, quæ eſt matrimonio conjungenda, debet ne ſequi clericus, vel facere oblationem? Reſpondeo uno verbo dicite, ſi audiverit clericus illicitum matrimonium. Si ergo eſt illicitum matrimonium, & legibus contrarium, non debet clericus alienis peccatis communicare. *Tim. Epiſc. Alex. reſponſ.* 11.

TITULUS XIV.

NE QUISQUAM COMMATREM DUCAT UXOREM.

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. XXIII.

TITULUS XV.

NE CLERICI, QUI SACRIS SUNT INITIATI, UXORES DUCANT.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVI. Lib. VI. Tit. XXVIII. & Lib. VII. Tit. XVI. quibus adde:

CAPUT I.

UNuſquiſque Epiſcopus in tali re ſtudioſe, ac diligenter curam habere debet, ne eccleſia Chriſti a propriis poſſit ſordidari miniſtris, quia cui propter eam uxorem habere non permittitur, maxime ab omni fœmina eſt abſtinendum. *Syn. Rom. ſub Eug. II. & Leon. IV. c.* 15.

CAPUT II.

Diſt. 32. c. Si quis, 7. Innuptis, qui ad clerum provecti ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant, ſed lectores, cantoreſque tantummodo. *Apoſt. cap. 26. G. 27. L. Trull. cap. 6. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 19. panorm.*

CAPUT III.

Presbyter, diaconus, & ſubdiaconus uxorem, vel concubinam habentes, niſi illis omnino dimiſſis dignam pœnitentiam agant, ſacris altaribus adminiſtrare deſiſtant. *Gr. VII. reg. lib. 2. ep. 63.*

CAPUT IV.

Clerici, qui cum uxores non haberent, benedictione ſuſcepta, conjugia crediderint eligenda, qui volentes abſque ulla redamnatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipſis mulieribus, quas acceperint, excommunicatione percellantur. Quod ſi invitus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non a communione pellatur. *Aurel. c.* 8.

TITULUS XVI.

NE QUI UXOREM HABET SACRIS INITIETUR, NISI IPSE, ET UXOR PROMISERINT CASTITATEM.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XLI.

TITULUS XVII.

NE PRESBYTERI, AUT DIACONI, AUT SUBDIACONI UXOR MORTUO VIRO NUBAT.

Vide in Part. I. Lib. VI. Tit. LIX. & Lib. VII. Tit. XXXIX.

CAPUT I.

SI quis presbyteram, diaconam, monacham, *Non poterat* Dei ancillam appellatam commatrem, ſpiritualem duxerit uxorem, anathema ſit. *Greg. II. in ſyn. Rom. c. 1. 2. 3. 4.* *quia emiſerat votum caſtitatis quo tempore vir fuerat ordinatus.*

CAPUT II.

Multorum relatione comperimus, hanc apud *27. q. 2. c. 20.* vos olim conſuetudinem tenuiſſe, ut ſubdiaconi *d. 12. c. 2.* ſuis licite miſcerentur uxoribus. Quod ne denuo quiſpiam præſumeret, a ſervo Dei ſedis noſtræ diacono, ex auctoritate noſtri deceſſoris, iſto eſt modo prohibitum, ut eodem tempore hi, qui jam fuerant uxoribus copulati, unum ex duobus eligerent, id eſt, aut certe nulla ratione miniſtrare præſumerent, aut a ſuis uxoribus abſtinerent. Et quantum dicitur, Specioſus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & uſque in obitus ſui tempus notarii quidem geſſit officium, & a miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſavit, poſt cujus obitum, quia relicta ejus Honorata eſt marito ſociata, a tua eam fraternitate in monaſterio cognovimus deſtinatam. Ideoque ſi, ut fertur, ejus ſe maritus ab adminiſtratione ſuſpendit, ante dictæ mulieri non debet officere, quod ad ſecundam conjugii copulationem migravit, præſertim ſi non tali mente ſubdiacono juncta eſt, ut a carnis voluptatibus abſtineret. Si ergo ita ſe veritatem, quemadmodum edocti ſumus, habere cognoſcis, prædictam te mulierem de monaſterio per omnia convenit relaxare, ut ad ſuum maritum ſine aliqua poſſit formidine remeare. *Greg. lib. 3. ep. 34. Leoni Epiſc. Catanenſi. Anſelm. lib. 7. cap. 138.*

CAPUT III.

Quia ſunt culpæ, in quibus culpa eſt relaxare *d. 28. c. 1.* vindictam, quærenda ſemper eſt veritas, ut inquiri debeat, utrum accuſatum noxa condemnet, an a pœna innocentia patefacta ſubducat. Itaque pervenit ad nos Fantimum Defenſorem ultionem exercere in Petrum latorem præſentium voluiſſe, pro eo quod, quantum dicitur, relictam cujuſdam diaconi, tempore quo conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iſte conjugem diaconi aſſerit non fuiſſe, dicens nec virginem illam ad eum veniſſe, denique ut nec religioſam veſtem mutare præſumeret, poſtquam ille in ordine ſacro promotus eſt, adiiciens etiam priuſquam ad diaconum perveniret, & poſtea prava illam opinione vixiſſe. Ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut cum Dei, ſicut decet, timore, cauſſam hanc ſubtili omnino inveſtigatione perquirat, ut ſi in conjugio diaconi mulierem, de qua agitur fuiſſe conſtiterit, & ſupraſcriptus lator memorato Defenſori, & Rectori patrimonii ad vindictam modis omnibus tradatur, & cum competenti emendatione ii, qui male ſo-

ciati ſunt, disjungantur. Si vero in ejus conjugio non fuit, memoratum Fantinum ex noſtro mandato commonere volumus, ut ei facere nil præſumat, nec illum accuſatio apud eum in aliquo prægravet. *Greg. lib.* 11. *ep.* 59. *Joann. Epiſc. Panorm. Ivo part.* 9. *c.* 126. & *part.* 6. *cap.* 84. *Tarrac. lib.* 6. *c.* 212.

CAPUT IV.

Quæ uxor ſubdiaconi, vel exorciſtæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, ſecundo non ſe audeat ſociare matrimonio; quod ſi fecerit, ſeparetur, & in cœnobiis puellarum Dei tradatur & ibidem uſque ad exitum vitæ ſuæ permaneat. *Matiſc. II. cap.* 16.

CAPUT V.

Non licet relictæ presbyteri, nec relictæ diaconi, nec ſubdiaconi poſt ejus mortem maritum accipere. *Antiſ. c.* 22.

CAPUT VI.

Quæ Epiſcopi uxor fuit ante Epiſcopatum, & communi pacto a viro ſeparata eſt, poſt ordinationem in Epiſcopatum, in monaſterium, quod longe abſit ab habitatione Epiſcopi, ingrediatur, & Epiſcopi prudentia alatur, ſi vero digna viſa fuerit, ad diaconiſſæ dignitatem promoveatur. *Trull. c.* 48.

CAPUT VII.

Nullus filiam presbyteri, neque diaconi, neque ſubdiaconi, neque uxores eorum in conjugium accipiat, quia deteſtabile eſt. Nam & ſanctus Gregorius dixit: „Qui presbyteram in con„jugium duxerit, anathema ſit". *Bituricen. c.* 19. *apud Lemovicen. act.* 2. *Gr. II. in ſynod. Rom. in princ.*

TITULUS XVIII.

PRESBYTERI, ET ALII, QUI SACRIS SUNT INITIATI, ABSTINEANT AB UXORIBUS, SI NON ABSTINENT, PUNIANTUR.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVII. Lib. VI. Tit. XXIX. & Lib. VII. Tit. XVII. quibus adde:

CAPUT I.

HI, qui contra interdictum ſunt ordinati, vel in miniſterio genuerunt filios, ne ad majores gradus ordinum permittantur. *Taurin. cap.* 7.

CAPUT II.

De his, qui prius, quam ordinati fuerint, in hoc ipſum inciderint, Taurinatis ſynodi ſequenda eſt ſententia, qua jubentur, non ulterius promoveri. *Arauſ. c.* 24. *Taurin. c.* 7.

TITULUS XIX.

NE UXOR EPISCOPI, PRESBYTERI DORMIAT IN LECTO, AUT IN CUBICULO VIRI.

CAPUT I.

UT ſacerdotes, ſive diaconi cum conjugibus ſuis non habeant communem lectum, nec cellulam, ne propter ſuſpicionem carnalis conſortii religio maculetur. Quod qui fecerint juxta priſcos canones ab officio degradentur. *Aurel. IV. cap.* 17.

CAPUT II.

Epiſcopus conjugem, ut ſororem habeat, tam longe abſint manſionis propinquitate diviſi, ut nec hi, qui ad ſpem recuperandam clericorum ſervitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur. *Turon. II. c.* 13.

CAPUT III.

Archipresbyteri vicani, & diaconi, & ſubdiaconi, non quidem omnes, ſed plures in hac ſuſpicione tenentur a populo, quod cum conjugibus ſuis maneant. Pro qua re hoc placuit obſervare, ut quotieſcumque archipresbyter, ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulaverit, unus lector canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella ubi ille jacet, lectum habeat pro teſtimonio, &c. Reliqui presbyteri, & diaconi, & ſubdiaconi, vicani hoc ſtudeant, ut mancipiola ſua ibi maneant, ubi uxores ſuæ, illi tamen ſegregatim ſolitarii in cella jaceant, & orent, & dormiant, &c. Si inventus fuerit presbyter cum ſua presbytera, diaconus cum ſua diaconiſſa, aut ſubdiaconus cum ſua ſubdiaconiſſa annum integrum excommunicatus habeatur, & depoſitus ab omni officio clericali, inter laicos ſe obſervare cognoſcat, eo tamen permiſſo, ut inter lectores in pſallentium choro colligatur, &c. Illi vero Archipresbyteri, qui talem cautelam ſuper juniores ſuos habere noluerint, & non eos habuerint ſtudio diſtringendi, ab Epiſcopo ſuo in civitate retrudantur in cellam, ibique menſe integro panem cum aqua manducent, &c. quia nulli clericorum, juxta ſententiam canonum, cum conjuge ſua manere permittitur, &c. *Turon. II. c.* 20.

TITULUS XX.

NE PRESBYTER, DIACONUS, AUT SUBDIACONUS INTERSINT LUDIS, QUI FIUNT IN NUPTIIS.

CAPUT I.

NON oportet ſacerdotes, vel clericos ſpectaculis, quæ aut in nuptiis, aut in conviviis exhibentur, intereſſe. Sed antequam Thymelici ingrediantur ſurgere, & abire. *Laod. c.* 54. *Mart. Brac. c.* 60. *Aquiſgr. c.* 83. *Ivo part.* 11. *cap.* 78. *decret. Cæſar. lib.* 8. *c.* 83. *de conſ. d.* 5. *c.* 37.

CAPUT II.

Presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non eſt, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec his cœtibus miſceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum choræis & ſaltationibus efferuntur, ne auditus, & obtutus ſacris myſteriis deputati, turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur. *Agath. c.* 39. *Venet. c.* 11. *Burch. lib.* 2. *c.* 132. & 134. *Ivo part.* 6. *cap.* 206. & 208. *decret. Tarrac. lib.* 6. *c.* 233. *Diſt.* 34. *c.* 19.

CAPUT III.

Nemo clericus vel monachus in hippodromiis aſcendat, vel thymelicorum ludis interſit, ſed ſi clericus vocetur in nuptias, quando ludi veniunt, ſurgat, & diſcedat ex patrum diſciplina; ſi contra fecerit, vel ceſſet, vel deponatur. *Trull. cap.* 24.

CA-

CAPUT IV.

Non liceat ſacerdotibus, vel clericis aliqua ſpectacula in nuptiis, vel in conviviis ſpectare, ſed oportet antequam ingrediantur ipſa ſpectacula, ſurgere, & recedere inde. *Mart. Brac. cap. 60. Laod. c. 54. Burch. lib. 2. c. 135. Ivo part. 6. c. 209. decret.*

TITULUS XXI.

ADULTER NON POTEST DUCERE UXOREM EAM, CUM QUA, VIVENTE VIRO, CONCUBUIT.

CAPUT I.

TE etiam reprobata, etiam mortna, Lotharius nullis legibus, nullis ſine ſui diſcrimine regulis Waldradam mœcham in uxorem umquam permittetur aſſumere, &c. Unum tantum ſcito, quoniam nec nos, nec eadem ſancta eccleſia, Deo auctore, qui adulteros judicabit, Lotharium, ſi Waldradam quandocumque reſumpſerit, etiam te, ut prætulimus, decedente, dimittet omnibus modis impunitum, &c. *Nicol. Teupergæ Reginæ ep. 48. in princ.*

CAPUT II.

32. q. 1. c. 9. Is, qui vivente marito, conjugem ipſius adulteraſſe accuſatur, & eo in proximo defuncto, eandem ſumpſiſſe dignoſcitur, omnimodis publicæ pœnitentiæ ſubigatur, de quo etiam poſt pœnitentiam, præfata, ſi expedierit, ſervabitur regula, niſi forte is, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidiſſe notentur, aut propinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod ſi probatum fuerit, ſine ulla ſpe conjugii cum pœnitentia perpetuo maneant. Si autem negaverit ſe eandem fœminam, vivente viro nequaquam adulteraſſe, & præfati homicidii nemo eorum reus extiterit, & probatis teſtibus neuter eorum convinci potuerit, purgent legaliter famam ſuæ opinionis, & ſummoto utantur conjugio, ſi alia, ut diximus, non præpedit ratio. *Meld. cap. 69. Burch. lib. 9. cap. 65. Ivo lib. 7. tit. 1. cap. 9. al. 12. pannorm. & part. 8. c. 201. decret.*

CAPUT III.

31. q. 1. c. 4. Audivimus rem execrabilem, & catholicis omnibus deteſtandam, quendam nefario fornicationis opere, alicujus uxorem vivente eo commaculaſſe, & in augmentum iniquitatis, juramento confirmaſſe, ſi ejus legitimum ſupervixiſſent ambo maritum, ut ille fornicator illam adulteram, adulterio pollutam, ſibi aſſociaret toro, & legitimo matrimonio, ſi hoc jure dici matrimonium poteſt, &c. Tale igitur connubium anathematizamus, & Chriſtianis omnibus obſecramus. Non licet ergo, nec Chriſtianæ religioni oportet, ut ullus ea utatur in matrimonio, cum qua prius pollutus eſt adulterio. *Tribur. cap. 40. Burch. lib. 9. c. 66. Ivo part. 8. c. 202.*

CAPUT IV.

Illud communi decreto ſecundum canonum inſtituta definimus, & præjudicamus, ut ſi quis cum uxore alterius, vivente eo, fornicatus fuerit, moriente marito, ſynodali judicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei conjungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio, nolumus enim, nec chriſtianæ religioni oportet, ut ullus ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium. *Tribur. c. 51.*

TITULUS XXII.

OB QUÆ CRIMINA PRIVETUR QUIS SPE CONJUGII.

CAPUT I.

SI conjugatus fuerit incontinens, ne poſtea 33. q. 2. c. ult.
adulterii incurrat lapſum, redeat ad priſtinum conjugium, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum. Nos idem de feminis, & de viris cenſemus pro humana fragilitate indultum. Ea ratione, ut ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quam ex conſenſu alter ad continentiam eat, unde fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo ad uxoris tranſire amplexus, ſi autem illius vita extiterit ſuperſtes, qui non accepit benedictionem pœnitentis, nubat, ſi ſe continere non poteſt, & alterius conſortio fruatur uxoris. Quod de utroque ſexu pari modo a nobis decretum eſt, ita videlicet, ut in his omnibus ſacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod ætatem aptam perſpexerit, pœnitentiæ, abſolutionis, vel diſtrictionis tribuat legem. *Tolet. VI. cap. 8. vide Leo ep. 90. c. 11. ad Ruſtic. Narbon. Cæſar. lib. 5. c. 70.*

CAPUT II.

Ftem placuit ut reſoluto, fornicationis cauſa, jugali vinculo, non liceat viro, quamdiu adultera vivit, aliam uxorem ducere, licet ſit illa adultera: ſed nec adulteræ, quæ pœnas graviſſimas, vel pœnitentiæ tormentum luere debet, alium accipere virum, nec vivente, nec mortuo, quem non erubuit defraudare marito. *Forojul. c. 10.*

CAPUT III.

Quia modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diverſa, & variis vitiis, atque gulæ illecebris deſerviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes pœnitentia diſtricta ſemetipſos caſtigent, &c. Non eis licebit ultra militiæ cingulum ſumere, & nuptiis vel conjugiis copulari, quia ſacri canones hoc eis non conſentiunt. *Mogunt. ſub Rab. c. 20. Burch. lib. 6. c. 35.*

CAPUT IV.

Qui presbyterum occidit, duodecim annorum 17. q. 4. c.
ei pœnitentia ſecundum ſtatuta priorum impo- 24 de pœnit.
natur: aut ſi negaverit, ſi liber eſt, cum duode- Gr. IX. de
cim juret, &c. Convictus vero noxæ, uſque ad purg. vulg.
ultimum vitæ tempus, militiæ cingulum deponat, c. 2. in 1. coll.
& uxorem amittat *. *Magunt. ſub Bab. cap. 14.* * id eſt, non
Burch. lib. 6. c. 7. Ivo part. 10. c. 136. decret. accipiat.
Pœnit. Rom. tit. 1. c. 1.

CAPUT V.

Si quis viduam duxerit, & poſtea cum filiaſtra 32. q. 7. c. 20.
ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit, aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre, & filio: Item ſi quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit: Si quis neptem in conjugium acceperit, ſi quis novercam aut nurum ſuam duxerit: Si quis conſobrinæ ſuæ impudice ſe ſociaverit, vel relictæ ſive filiæ avunculi, aut patris * * patrui, ſ.
filiæ, vel privignæ ſuæ concubitu pollutus, vel hujuſcemodi conjunctionis attactu maculatus

fuerit, eos disjungi, & ulterius nunquam conjugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione feriri volumus. *Magunt. II. ſub Rab. c. 29. Magunt. I. c. 56. Capit. lib. 5. c. 101. & lib. 7. c. 116. in addit. Burch. lib. 17. c. 9. Ivo lib. 6. tit. 55. cap. 2. panorm. & part. 9. c. 72. & 77. decret. Tarrac. lib. 6. c. 158.*

CAPUT VI.

Raptores ſine ſpe conjugii perpetuo maneant. *Meld. c. 66. Burch. lib. 9. c. 34. Ivo part. 8. cap. 172. decret.*

CAPUT VII.

Qui ſanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progreſſu etiam criminis in conjugium ſumunt, publicæ pœnitentiæ ſubigantur, &c. Uterque autem ſine ulla ſpe uxoriæ copulationis perenniter maneat. *Meld. c. 67. Burch. lib. 8. c. 52. Ivo part. 7. c. 70. decret.*

CAPUT VIII.

31. q. 1. c. 5. Si quis. Si probatum fuerit, (*uxorem adulteram machinatam fuiſſe in mortem viri, aut adulterum illius*) ſine ulla ſpe conjugii cum pœnitentia perpetuo (*ambo*) maneant. *Meld. c. 69. Burch. lib. 9. c. 65. Ivo lib. 7. tit. 1. c. 9. al. 12. panorm. & part. 8. c. 201. decret.*

CAPUT IX.

Loquitur de eo, qui ſe devoverat eccleſiæ, a qua nutritus fuerat. Statuimus ut clericus eccleſiaſtice nutritus, in eccleſia coram populo vel legens, vel cantans, ſi poſtmodum relicto clericatus habitu, a caſtris dominicis, quibus adſcriptus eſt, profugus, & apoſtata elabitur, & ad ſæculum egreditur, ab Epiſcopo canonice coerceatur, ut ad ſinum matris eccleſiæ revertatur. Quod ſi in hac indiſciplinatione perdurat, ut comam nutriat, conſtringatur, ut iterum detondeatur, & poſtea nec uxorem accipiat, nec ſacrum ordinem attingat, &c. *Trib. c. 27. Chalc. c. 7.*

CAPUT X.

Si quis cum qualiber fornicatus fuerit, & eo neſciente filius ejus, vel frater ejuſdem rei neſcius eum eadem ſe polluerit, & poſtquam ſe pollutum eſſe cognoverit, confeſſus fuerit & hoc ſe neſcire cum juramento confirmaverit: quia hoc pœnituit, & confeſſus fuit, poſt peractam congruam pœnitentiam, legitimo utatur matrimonio, &c. Mulier vero, quæ tantum nefas commiſerat, ulterius pœniteat, atque continens, & innupta permaneat. *Tribur. c. 43.*

CAPUT XI.

Secundum ſanctos canones definimus, & judicamus de eo, qui cum duabus ſororibus fuerit pollutus, ut uſque in exitum vitæ pœnitens, & continens permaneat. Soror autem, quæ poſterior libidinis perforata aculeis, ſcienter ſe cum eodem commaculaverit, uſque in finem vitæ pœnitens, & continens perduret. Si autem improviſe contigit, condigna ſtringatur caſtigatione, & ſi velit, legitima utatur viri conjunctione. *Triburienſ. cap. 45.*

CAPUT XII.

Si quis ſacerdotem, vel levitã, aut monachum interfecerit, vel debilitaverit, &c. in monaſterio diebus vitæ ſuæ ſub ardua pœnitentia Deo ſerviat, nunquam poſtmodum ſæculo, vel ſæcularibus militaturus, neque uxori copulaturus. *Troſl. c. 53. ex Capitul. lib. 6. c. 28.*

TITULUS XXIII.

CLERICI, QUI NON SUNT SACRIS ORDINIBUS INITIATI, UXORES DUCERE POSSUNT.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. VIII.

TITULUS XXIV.

NE CLERICUS VIDUAM, AUT MERETRICEM DUCAT UXOREM.

CAPUT I.

Mulierem viduam clericus non ducas uxorem, quia ſcriptum eſt: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non ejectam, &c. Innoc. ep. 2. c. 4. vide Syric. ep. 1.* Lev. 21. Ezec. 44.

CAPUT II.

Lector fidelis, ſi viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus. *Tolet. I. cap. 3. Mart. Brac. cap. 3.* Diſt. 34. c. 18.

CAPUT III.

Clericus cui datur nubendi licentia internuptam non accipiat uxorem, quod ſi fecerit, ultimum in officio clericali teneat locum. *Turonenſ. cap. 4.*

CAPUT IV.

Clerici, qui ſine conſultu Epiſcopi ſui, uxores duxerint, aut viduam, vel repudiatam, vel meretricem in conjugium acceperint, ſeparari eos a proprio Epiſcopo oportebit. *Tolet. IV. c. 43.*

TITULUS XXV.

DE CONJUGIO SERVORUM, ET LIBERTORUM.

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. XXV.

TITULUS XXVI.

NE VIR UXOREM DIMITTERE AUDEAT, EXCEPTA FORNICATIONIS CAUSSA.

CAPUT I.

Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Chriſtus apud Matth. 5. num. 23.

CAPUT II.

Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem ſuam quacumque ex cauſſa. Qui reſpondens ait eis: Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, & maſculum, & fœminam fecit eos; & dixit: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Dicunt illi: *quid ergo Moyſes mandavit dari libellum repudii, & dimittere? ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mœchatur. Matth. cap. 19. num. 3. & 17.* Geneſ. 1. & 2. Deut. 24.

CA-

CAPUT III.

Iis, qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem a viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat, &c. *Paulus 1. ad Corinth. cap. 7. num. 10.*

CAPUT IV.

Nulli liceat, excepta cauſſa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere, & deinde aliam copulare, altoqui tranſgreſſorem priori convenit ſociari conjugio. *Eugen. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. cap. 36.*

CAPUT V.

Qui relinquunt legitimas uxores, excommunicentur. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incerto cap. 16.*

CAPUT VI.

27.q.2.c.18. Sunt qui. Si dicunt religionis cauſſa conjugia debere diſ-
Matth. 19. ſolvi, ſciendum eſt, quia ſi lex humana conceſ-
Matth. 5. ſit, lex divina tamen prohibuit; per ſe enim Veritas dicit: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*, quæ etiam ait: *Non licet dimittere uxorem, excepta cauſſa fornicationis.* Quis ergo huic cæleſti legiſlatori contradicat? Scimus, quia ſcri-
Geneſ. 2. ptum eſt: *erunt duo in carne una.* Si ambo conſentiant, licet, ut multi ſancti, qui cum conjugibus continentem vitam duxerunt, & poſtmodum ad ſanctæ eccleſiæ regimina migrarunt. *Greg. ad Theoctiſtam lib. 9. epiſt. 39. regiſtr. Ivo lib. 6. tit. 5. cap. 4. panorm. & part. 8. cap. 129. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 18. Cæſar. lib. 10. cap. 63. Tarrac. lib. 4. cap. 50. Julian. novell. 123. cap. 38.*

CAPUT VII.

Excepta fornicationis cauſſa viro uxorem dimittere nulla ratione conceditur. *Greg. lib. 9. regiſtr. epiſt. 44.*

CAPUT VIII.

32.q.5.c.20. Quicquid mulier tua contra te cogitaverit, aut fecerit, vel ſi te accuſaverit, non eſt, excepta cauſſa fornicationis, reiicienda, vel odio prorſus habenda, quæ eſt Apoſtolo præcipiente ſicut a
Epheſ. 5. Chriſto eccleſia diligenda. Quantum autem hæreticorum ore Chriſtus & accuſatur, & in gentibus blaſphematur, ſed hos interim perverſa prædicantes tolerat, & reſipiſcentes a miſericordiæ gremio non repellit. *Nicol. ad conſult. Bulg. cap. 96. Ivo part. 8. cap. 228. decret.*

CAPUT IX.

33.q.2.c.1. Sæculares, qui conjugale conſortium ſine culpa graviori dimittunt, vel dimiſerunt, & nullas cauſſas diſſidii probabiliter proponentes, propterea matrimonia ſua dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præſumant, ſi antequam apud Epiſcopos comprovinciales diſſidii cauſſas dixerint, & prius uxores, quam judicio damnentur, abiecerint, a communione eccleſiæ, & ſancto populi cœtu, pro eo quod fidem & conjugia maculent, excludantur. *Agath. cap. 25. Capitul. lib. 7. cap. 305. Ivo lib. 6. tit. 8. cap. 5. panorm. & part. 8. cap. 231. & 238. decret.*

CAPUT X.

Matth. 6. Eos, qui relictis uxoribus ſuis, ſicut in evangelio dicitur, excepta cauſſa fornicationis, ſive adulterii probatione, alias duxerint, ſtatuimus a communione eſſe arcendos. *Venet. cap. 2.*

CAPUT XI.

Contracta matrimonia, accedente infirmitate, nulla voluntatis contrarietate ſolvantur. Quod ſi qui ex conjugibus fecerint, noverint ſe communione privandos. *Aurel. II. cap. 11.*

CAPUT XII.

Nulli liceat, niſi legitimum habere connubium, nullus inceſtum faciat, nullus conjugem propriam, niſi ut ſanctum evangelium docet, fornicationis cauſſa relinquat. Quod ſi quiſque pro- *Matth. 5.*
priam expulerit conjugem, legitimo ſibi matri- *& 19.*
monio conjunctam, ſi chriſtianus eſſe recte voluerit nulli alteri copuletur, ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur conjugi. *Angl. cap. 10.*

CAPUT XIII.

Præceptum Domini eſt, ut excepta cauſſa for- 32.q.5.c.21.
nicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Ideo *Matth. 5.*
quicumque citra culpam criminis ſupradicti, uxorem ſuam quacumque occaſione dimiſerit, quia quod Deus junxit, ille ſeparare diſpoſuit, tamdiu ab eccleſiaſtica communione privatus, & a cœtu omnium chriſtianorum maneat alienatus, quamdiu ſocietatem relictæ conjugis ſinceriter amplectatur, & foveat: ita tamen, ut qui jam admoniti a ſacerdote ſemel, bis, terque, ut corrigerentur, ad torum ſuæ conjugis noluerint redire, ipſi ſe ſuis meritis, & a Palatinæ dignitatis officio ſeparabunt, & inſuper generoſæ dignitatis teſtimonium, quamdiu in culpa fuerint, amiſſuri ſunt, quia carnem ſuam diſſidii jugulo tradiderunt. *Tolet. XII. cap. 8. confirm. Tolet. XIII. cap. 9. Ivo lib. 7. tit. 1. cap. 1. panorm. & part. 8. cap. 329. decret.*

CAPUT XIV.

Maritus mulierem ſuam non debet dimittere, excepta cauſſa fornicationis deprehenſæ. *Syn. Sueſſion.*

CAPUT XV.

Congeſſimus in opere conventus noſtri nonnulla alia capitalia * ad veſtram, fideliumque ve- * *Capitularia.*
ſtrorum obſervationem, & ſalutem pertinentia,
&c. Quod niſi cauſſa fornicationis, ut Dominus *Matth. 5.*
ait, non ſit uxor dimittenda, ſed potius ſuſti- *& 19.*
nenda. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib. 3. cap. 2.*

CAPUT XVI.

Quædam femina nomine Ava cum ſui fratris *Vid. c. 10.*
conſilio, & auxilio, qui vocabatur Folcrius & *de ſponſal.*
cum aliis conſanguineis ſuis ſuum maritum dimi- *apud Greg.*
ſit, & ad eum redire noluit. Unde illorum ſacer- *IX. & in 2. coll.*
dos ſervus Dei vocabulo Folcardus, ad ſuam dominam, & ad ejus fratrem veniens, ut eos a tanto ſcelere traheret confeſtim ab eodem, & ſuis complicibus caſtratus eſt. Pro his omnibus ad ſynodum vocati venire noluerunt, & idcirco uſque ad ſatisfactionem excommunicati ſunt. *Meten. cap. 7.*

CAPUT XVII.

Quicumque alienigenam, hoc eſt alienæ gentis feminam, in conjugium duxerit, &c. velit, nolit, tenenda erit, nec ultro ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſſa, &c. Quare ſi unus, e duobus unam carnem in duas dividere, & copu-

lam

lam nuptialem machinetur disjungere, dicendo, non ſecundum ſuæ gentis legem jura matrimonii contraxiſſe, & idcirco ſeparari poſſe, canonica inſtitutione definimus, & noſtro, omniumque orthodoxorum judicio ſtatuimus, ut quod legis imperfectum ſit, perficiatur, & jus matrimonii nequaquam reſolvatur. Synodus Romana ait:
„ Quod non dimittenda ſit uxor poſt baptiſmũ,
„ quæ habita eſt & ante baptiſmum. In baptiſmo
„ ſolvuntur crimina non tamen legitima conju-
„ gia“. *Tribur. cap.* 39.

CAPUT XVIII.

Si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehenſum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit propter fornicationem. Illa vero ſeptem annis publice pœniteat. *Nannet. cap.* 12.

CAPUT XIX.

Si uxor fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, dimittenda eſt, ſed illa vivente altera non ducenda. *Troſlejan. cap.* 8.

CAPUT XX.

Qui uxores legitimas ſine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiant illis viventibus, nec uxores viros. *Bituric. cap.* 15. *apud Lemov. act.* 2.

CAPUT XXI.

Domini dictum ſecundum ſententiæ conſequentiam ex æquo & viris, & mulieribus convenit: quod non liceat a matrimonio diſcedere præterquam propter fornicationem. Conſuetudo autem non ita habet, ſed in mulieribus quidem multum accurate, & diligenter obſervari inve-
1. Cor. 6. nimus, cum Apoſtolus quidem dicat: *Quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus*, &c. Conſuetudo vero etiam adulterantes viros, & in fornicationibus verſantes jubet a mulieribus retineri. Quare, quæ cum viro dimiſſo cohabitat, neſcio an poſſit adultera appellari, crimen enim attingit mulierem, quæ dimiſit. Quamnam ob cauſſam a conjugio diſceſſit? ſi enim pulſata, & verberata, non ferens, pati ſatius erat, quam a conjuge ſeparari, ſive jacturam in pecuniis non ferens: nec ipſa eſt juſta excuſatio, ſia autem quod ipſe vivat in fornicatione, non habemus hanc obſervationem in eccleſiaſtica conſtitutione, ſed etiam infidelis viri juſſa eſt mulier non ſeparari, ſed remanere propter incertitudinem eventus: quid enim ſcis mulier, an virum ſis ſervatura? quare, quæ relinquit, eſt adultera, ſi ad alium virum acceſſit, qui autem reliquit, eſt dignus venia, & qui ei cohabitat, non ideo condemnatur, ſed ſi vir, qui ab uxore diſceſſit, acceſſit ad aliam, eſt & ipſe adulter, quoniam fecit eam adulteram, & quæ ei cohabitat eſt adultera, eo quod alienum virum ad ſe traduxit. *Baſil. ep. ad Amphiloch. cap.* 9.

CAPUT XXII.

In marito, qui ab uxore relictus eſt, conſiderare oportet cauſſam derelictionis, & ſi præter rationem eam receſſiſſe apparuerit, eſt maritus quidem dignus venia, illa vero pœna, ei autem venia, ut eccleſiæ communicet, dabitur. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 35.

TITULUS XXVII.

VIR, DUM UXOR VIVIT, NON POTEST ALTERAM DUCERE, NEQUE UXOR ALTERI VIRO NUBERE.

CAPUT I.

SI laicus ejecta uxore aliam duxerit, vel dimiſſam ab alio duxerit, excommunicetur. *Apoſtol. cap.* 48.

CAPUT II.

De his requiſivit dilectio tua, qui interveniente repudio, alii ſe matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui vero vel uxore vivente, quamvis diſſociatum videatur eſſe conjugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam perſonæ, quibus tales conjuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundum illud, quod legimus in evangelio: *Qui dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit aliam, mœchatur: ſimiliter, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur*: & ideo tales omnes a communione fidelium abſtinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi incentores illiciti conſortii fuiſſe detegantur. *Innoc. epiſt.* 3. *cap.* 6. Matth. 5. & 19.

CAPUT III.

Cum in captivitate Urſa mulier teneretur, 34. q. 1. & 2. cap. 1.
aliud conjugium cum Reſtituta Fortunius iniſſe cognoſcitur, &c. Statuimus, fide catholica ſuffragante, illud eſſe conjugium, quod primitus erat gratia divina fundatum, conventumque ſecundæ mulieris, priore ſuperſtite, nec divortio ejecta, nullo pacto poſſe eſſe legitimum. *Innoc. epiſt.* 9. *Raban. cap.* 7. *de pœnit. Ivo lib.* 6. *tit.* 6. *cap.* 4. *panorm. & part.* 8. *cap.* 245. *decret.*

CAPUT IV.

Cum per bellicam cladem, & graviſſimos ho- 34. q. 1. & 2. cap. 1.
ſtilitatis incurſus, ita quædam dicatis diviſa eſſe conjugia, ut abductis in captivitatem viris, feminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putaverint, aut numquam a dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum conjugium, ſolitudine cogente, tranſierint, cumque nunc ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora converſo, nonnulli eorum, qui putabantur periiſſe, remeaverint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ ſunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus ſcriptum, quod a Deo jungitur mulier viro; & iterum præceptum agno- Matth. 19.
vimus, ut, *quod Deus junxit homo non ſeparet*: neceſſe eſt, ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hoſtilitas intulit, unicuique hoc, quod legitime habuit, reformetur, omnique ſtudio procurandum eſt, ut recipiat unuſquiſque, quod proprium eſt. *Leo epiſt.* 77. *ad Nicetam Epiſcopum Aquilejenſem cap.* 1. *Raban. cap.* 9. *de pœnitent. Ivo lib.* 6. *tit.* 6. *cap.* 2. *panorm. & part.* 8. *cap.* 190. *&* 244. *decret. Burch. lib.* 9. *cap.* 55. *Anſelm. lib.* 10. *cap.* 22. *Cæſar. lib.* 10. *cap.* 67. *Tarrac. lib.* 4. *cap.* 49.

CAPUT V.

Si aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum 34. q. 1. & 2. c. 1. in fin.
amo-

amore ſunt captæ, ut malint his cohærere, quam in legitimum redire conſortium merito ſunt notandæ, ita ut etiam eccleſiaſtica communione priventur: qua de re excuſabilis (*loquitur de iis feminis, quæ cum putarent viros mortuos aliis nupſerunt*) contaminationem criminis elegerunt, oſtendentes, ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod juſta remiſſio potuit expiare. Redeant ergo in ſuum ſtatum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditione neceſſitatis extorſit, quia ſicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros ſuos nolunt, impiæ habendæ ſunt, ita illæ, quæ in affectum initum ex Deo redeunt, merito ſunt laudabiles judicandæ. *Leo epiſt. 77. ad Nicetam Aquileien. Epiſcop. cap. 4. Burch. lib. 9. cap. 57. Ivo part. 8. cap. 192. decret.*

CAPUT VI.

32. q. 7. c. Quod propoſuiſti. 28. Si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quid faciet ejus jugalis? Bonum eſſet ſi ſic permaneret, ſed ſi non poteſt continere, nubat, non tamen ſubſidii opem ſubtrahat ægrotæ. *Greg. III. epiſt. 4. ad Boniſ. poſt princ. Ivo lib. 6. tit. 10. cap. 1. panorm. & part. 8. cap. 78. decret. Cæſar. lib. 10. cap. 94.*

CAPUT VII.

31. q. 1. c. 8. & 32. q. 7. c. 9. Si quis. De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed converſatio eorum, & fides tempus abbreviat. *Neocæſ. cap. 3. Mart. Brac. cap. 81. Burch. lib. 9. cap. 22. Ivo part. 8. cap. 160. decret.*

CAPUT VIII.

Feminæ, quæ nulla præcedente cauſſa, reliquerunt viros ſuos, & alteris ſe copulaverunt, nec in fine accipiant communionem. *Elib. cap. 8. vide Agath. cap. 25. Trull. cap. 88. Burch. lib. 9. cap. 62. Ivo part. 8. cap. 198. decret.*

CAPUT IX.

32. q. 7. c. 8. Fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur, ne ducat: ſi autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de ſæculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit. *Eliber. cap. 9. Raban. cap. 3. de pœnit. Burch. lib. 9. cap. 63. Ivo part. 8. cap. 199. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 92.*

CAPUT X.

32. q. 7. Placuit, c. 5. Juxta evangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, neque ab uxore dimiſſus, neque a viro dimiſſa alteri copuletur, ſed vel ita maneant, vel reconcilientur. Quod ſi contemnant, pœnitere cogantur, & de hac re lex petatur ab Imperatoribus. *Carth. cap. 105. G. Milevit. cap. 17. L. Afric. cap. 69. L. Raban. cap. 3. de pœn. Burch. lib. 9. cap. 64. Ivo part. 8. cap. 200. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 15.*

CAPUT XI.

Qui alienis uxoribus, ſuperſtitibus earum maritis, nomine conjugii abutuntur, a communione habeantur extranei. *Andegav. cap. 7.*

CAPUT XII.

Quæ virum dimittit, mœchatur, ſi alii nubat, ut ait ſanctus Baſilius ex Hieremiæ prophetia: *Si uxor alteri viro accedat, non revertatur ad virum ſuum, ſed deturpata deturpetur*; & rurſum: *Qui habet mœcham, inſipiens & impius eſt.* Si igitur ſine cauſa receſſit a viro, vir quidem venia dignus eſt, ipſa pœnis, &c. Sed ſi quis relinquat legitime ſibi copulatam, & aliam ducat, juxta Chriſti ſententiam, adulterii ſubjacet crimini. A patribus noſtris definitum eſt, hos annum lacrymari, biennio audire, triennio ſubſterni, ſeptimo conjungi fidelibus, ita oblationem accipere, ſi cum lacrymis pœniteat. *Trull. cap. 88. Baſil. ad Amphiloch. cap. 75.*

Hierem. 3.
Prov. 1.
Matth. 5.

CAPUT XIII.

Si ſeparante ſe viro, & non apparente, antequam mors ejus ſciatur, alteri nubit uxor, mœchatur. Itidem militum uxores, quæ viris non apparentibus nubunt, ut quæ abſentibus viris non expectato reditu nubunt, habeant vero aliquam veniam, cum ſuſpicio eſt de morte viri. Si vero ita nubat, & vir redeat, ad eum revertatur, neque poteſt eam expellere ut adulteram, quia ignorans fecit. *Trull. cap. 94.*

CAPUT XIV.

Nec marito vivente ſuam mulierem alius accipiat, quia maritus mulierem ſuam non debet dimittere, excepta cauſſa fornicationis deprehenſæ. *Synod. Sueſſionen.*

CAPUT XV.

Item placuit, ut reſoluto fornicationis cauſſa jugali vinculo, non licet viro, quamdiu adultera vivit, aliam uxorem ducere, licet ſit illa adultera, ſed nec adulteræ, quæ pœnas graviſſimas, vel pœnitentiæ tormentum luere debet alium accipere virum, nec vivente, nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito. Nam & ſi legatur in ſacris evangelicis paginis, ſola fornicationis cauſa dixiſſe Dominum, dimittere virum uxorem ſuam, non tamen legitur conceſſiſſe, aliam vivente illa in conjugio ſibi ſociare, prohibuiſſe quidem modis omnibus non ambigitur, &c. Matth. 19.
„ Quia poterat accidere (inquit B. Hieronymus) ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptiarum, veteri crimen impingeret, ſic priorem dimittere jubetur uxorem, ut ſecundam prima vivente non habeat". *Foroiul. cap. 10.* Hieronym. in c. 19. Matth.

CAPUT XVI.

Si cujus uxor conſtuprata fuerit, & propterea maritus capitali ſententia delere illam machinaverit, ipſa vero urgente mortis periculo ad Epiſcopum confugerit, & auxilium quæſierit, operoſiori, ſi poteſt Epiſcopus, labore deſudet, ne occidatur. Si vero non poteſt nullo modo, liceat ei requirenti eam reddere viro ad occidendum, quæ ſe ei obtulit ad defendendum, &c. Maritus vero, quamdiu ipſa vivat, nullo modo alteram ducat. *Tribur. cap. 46.*

CAPUT XVII.

Si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehenſum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem, illa vero ſeptem annis publice pœniteat. Vir vero ejus, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. *Nannet. cap. 12.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Uxor niſi ex conſenſu, & cauſa vacandi Deo, numquam propter hominem ſeparanda, & ſi fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, admittenda,
1. Cor. 6. ſed illa vivente, altera non ducenda, quia *adulteri regnum Dei non poſſidebunt*, & pœnitentia illi accipienda. Nolite vos jure habere uxores, quarum priores mariti vivunt, adulterina enim ſunt iſta conjugia. *Troſl. cap.* 8.

CAPUT XIX.

Qui uxores legitimas ſine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiant, illis viventibus, nec uxores viros, ſed ſibimet reconcilientur. *Bituricen. cap.* 15. *apud Lemovicen. actiοn.* 2.

CAPUT XX.

Militum uxores, quæ, cum mariti ipſarum non appareant, nupſerunt, eidem rationi ſubiiciuntur, cui, & quæ propter maritorum peregrinationem, ac abſentiam, reditu non expectato, nupſerint. Sed res nonnullam hic veniam admittit, quod major ſit mortis ſuſpicio. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 36.

CAPUT XXI.

Quæ per ignorantiam nupſit ei, qui ab uxore ad tempus dimiſſus eſt, deinde dimiſſa eſt, ut prior ad ipſum revertatur, fornicata quidem eſt, ſed per ignorantiam, a matrimonio ergo non prohibetur, ſed melius eſt, ſi ſic manſerit. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 46.

CAPUT XXII.

Matth. 5. Quæ a marito dimiſſa eſt, mea quidem ſententia manere debet. Si Dominus autem dixit: Si quis reliquit uxorem, præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo, quod eam adulteram nominat, excluſit eam a ſocietate cum alio. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 48.

CAPUT XXIII.

Matth. 5. Qui mulierem quidem ſibi legitime copulatam dimittit, & aliam ducit, ſecundum Domini ſententiam, adulterii judicio ſubiicitur, & a patribus noſtris canonice ſtatutum eſt, ut hi anno defleant, biennio audiant, triennio ſubſternantur, ſeptimo cum fidelibus conſiſtant & ita oblatione digni habeantur, ſi cum lacrymis pœnitentiam egerint. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 76. 77. *Trull. cap.* 88.

CAPUT XXIV.

Si alicujus uxor ſpiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes, & manicas geſtet, vir autem dicat, non poſſum continere, & velit aliam accipere, debet ne aliam accipere, an non? Reſpondeo: In hac re quidem adulterium intercedit, nec invenio quid de ea reſpondeam, ſpirituali tamen ſententia non debet. *Timoth. Epiſc. Alex. c.* 15.

Vide Syricium ad Himerium cap. 4. *tit. de ſponſalibus, c.* 1.

TITULUS XXVIII.

NEMINI LICET DUAS UXORES EODEM TEMPORE HABERE.

CAPUT I.

NUlli liceat uno tempore duas habere uxores. *Synod. Rom. ſub Eugen. II. & Leon. IV. c.* 37.

CAPUT II.

Si valueris, devita, ne amplius, cui mulieres obierint, duabus debeant copulari. *Greg. II. ep.* 8. *ante med.*

CAPUT III.

Si liceat uno tempore habere duas uxores exquiritis, quod ſi non licet, ſcire cupitis apud quem inventum fuerit, quid exinde facere debeatis. Duas tempore uno habere uxores, nec ipſa origo humanæ conditionis admittit, nec lex chriſtianorum illas permittit, nam Deus, qui fecit hominem, ab initio maſculum unum fecit, & unam fœminam tantum, cui potuiſſ utique, ſi vellet, duas uxores tribuere, ſed noluit. Scriptum quippe eſt: *Propter hoc relinquet homo patrem, &* Gen. 2.
matrem, & adhærebit uxori ſuæ, non dixit uxoribus, & iterum *erunt maſculus ſcilicet, & fœmina in carne una, & non tres, aut plures*, &c. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 51.

CAPUT IV.

De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, 31. q. 1. c.
tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed 8.
converſatio eorum, & fides tempus abbreviat. *Neocæſ. c.* 3. *Mart. Brac. c.* 81. *Burch. lib.* 9. *c.* 22. *Ivo part.* 8. *c.* 160. *decret.*

TITULUS XXIX.

DE CONJUGIBUS, QUI AD RELIGIONEM SE CONFERUNT.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. VI. quibus adde:

CAPUT I.

QUia Agatho lator præſentium in monaſte- 27. q. 2. c.
rio dilectionis tuæ converti deſiderat, hor- 25.
tamur, ut eum omni cum dulcedine, dilectioneque* ſuſcipias, &c. Quem tamen ita ſuſcipien- * devotione.
dum eſſe cognoſce, & ſi uxor illius ſimiliter converti voluerit. Nam dum unum utrorumque corpus conjugii copulatione ſit factum, incongruum eſt partem converti, & partem in ſæculo remanere. *Gr. Urbico Abbati lib.* 5. *ep.* 49.

CAPUT II.

Si vir, & uxor una caro ſunt, & religionis cau- 27. q. 2.
ſa vir uxorem dimittit, vel mulier virum in hoc c. 18. Sunt
mundo remanentem, vel fortaſſe ad illicita mi- qui.
grantem, quæ eſt iſta converſio, in qua una eademque caro & ex parte tranſit ad continentiã, & ex parte remanet in pollutione? Si vero utriſque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare, quando certum eſt, quod omnipotens Deus, qui minora conceſſit, majora non prohibuit? Et quidem multos ſanctorum novimus cum ſuis conjugibus, & prius continentem vitam duxiſſe, ac poſtmodum ad ſanctæ eccleſiæ regimina migraſſe. Duobus etenim modis ſancti viri etiam a licitis ſolent abſtinere, aliquando, ut merita ſibi apud Deũ omnipotentem augeant, aliquando ut anteactæ vitę culpas detergant, &c. Proinde cum boni conjuges, aut meritum augere deſiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere, ut ſe ad continentiam aſtringant & meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam, quam vir appetit, uxor non ſequitur, aut quam uxor appetit, vir recuſat, dividi conjugium non poteſt,
quia ſcriptum eſt: *Mulier poteſtatem ſui corporis* 1. Cor. 7.
non habet, ſed vir, ſimiliter & vir poteſtatem ſui

ſui corporis non habet, ſed mulier. Greg. ad Theoctiſtam patriciam lib. 9. reg. ep. 39. ante fin. Ivo lib. 6. tit. 5. c. 4. Panorm. & part. 8. c. 129. decret. Anſelm. lib. 10. c. 18. Cæſar. lib. 10. c. 63. Tarrac. lib. 4. c. 50.

CAPUT III.

27. q. 2. c. 21. Agathoſa latrix præſentium queſta eſt, maritum ſuum contra voluntatem ſuam in monaſterio Urbici Abbatis eſſe converſum. Quod quia ad ejuſdem Abbatis culpam, & invidiam non eſt dubium pertinere, experientiæ tuæ præcipimus, ut diligenti inquiſitione diſcutiat, ne forte cum ejus voluntate converſus ſit, vel ipſa ſe mutare promiſerit. Et ſi hoc repererit, & illum in monaſterio remanere provideat, & hanc ſicut promiſit, mutare compellat. Si vero nihil horum eſt, nec quoddam fornicationis crimen, propter quod viro licet dimittere uxorem, prædictam mulierem commiſiſſe cognoveris, ne illius converſio uxori relictæ in ſæculo fieri poſſit perditionis occaſio, volumus, ut maritum ſuum illi, etiamſi jam tonſuratus eſt, reddere debeas, omni excuſatione ceſſante, quia & ſi mundana lex præcipit converſionis gratia utrolibet invito poſſe ſolvi conjugium, divina tamen lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis cauſſa viro uxorē dimittere nulla ratione conceditur, quia poſtquam copulatione conjugii viri, atque mulieris unum corpus efficitur, non poteſt ex parte converti, & ex parte in ſæculo remanere. *Greg. lib. 9. ep. 44. Hadriano panorm. notario. Anſelm. lib. 10. c. 19. Burch. lib. 9. c. 48. Ivo lib. 6. tit. 5. c. 10. panorm. & part. 8. cap. 186. decret. Cæſar. lib. 10. c. 64.*

TITULUS XXX.

DE SECUNDIS NUPTIIS, ET NE QUISQUAM EAS DAMNET.

CAPUT I.

„ Dico autem non nuptis, & viduis, bonum „ eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego. „ Quod ſi non continent, nubant, melius eſt „ enim nubere, quam uri". *Paul. 1. ad Cor. c. 7. n. 8.*

CAPUT II.

„ Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir „ ejus vivit. Quod ſi dormierit vir ejus, liberata „ eſt, cui vult nubat, tantum in domino". *Paul. ibid. n. 39.*

CAPUT III.

Volo juniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario maledicti gratia. *Paul. 1. ad Tim. c. 5. n. 14.*

CAPUT IV.

Cathari (*Novatiani, L.*) converſi ſcripto fateantur, quod ſentient cum eccleſia Catholica, hoc eſt communicabunt cum his, qui ſecundas nuptias contraxerunt, &c. *Nicæn. c. 8.*

CAPUT V.

27. q. 1. De viduis c. 42. 1. Tim. 5. 1. Cor. 7. Viduæ, ſicut ſi ſe forſitan continere poterant, ſecundum Apoſtolum, nullatenus nubere vetabantur, ſic habita ſecum deliberatione, promiſſam Deo pudicitiæ fidem debent cuſtodire; nos autem nullum talibus laqueum debemus inicere, ſed ſolas adhortationes præmii ſempiterni, pœnaſque proponere divini judicii, ut & noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cavendum eſt quippe quod 1. Tim. 5. de earum moribus, actibuſque beatus Paulus Apoſtolus teſtatur: Quod plenius exponere prætermus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur. *Gelaſ. ep. 1. c. 22. vide Triburic. c. 25. Cæſar. lib. 9. c. 61. Burch. lib. 8. c. 34. Ivo part. 7. c. 53. decret.*

CAPUT VI.

Secundas nuptias ſicut ſæcularibus inire conceditur, ita poſt eas nullus ad clericale ſinitur venire collegium. *Gelaſ. ep. 1. c. 24.*

CAPUT VII.

Sciſcitamini, ſi muliere propria defuncta, poſſit vir alteram ducere. Scitote per omnia poſſe. Paulo egregio prædicatore conſilium dante, qui dicit: „ Dico autem non nuptis, & viduis, bo- „ num eſt illis, ſi ſic maneant, ſicut & ego; quod ſi 1. Cor. 7. „ ſe non continent, nubant"; & iterum: „ Mulier „ alligata eſt, quanto tempore vir ejus vivit, „ quod ſi dormierit vir ejus, liberata eſt, cui vult „ nubat, tantum in domino". Quod enim de muliere ſanxit, & de viro intelligendum eſt, quia e contra ſæpe ſancta ſcriptura de viro loquitur, ſed & de muliere nihilominus dicere ſubintelligitur, ecce enim dicimus: *Beatus vir, qui non abiit* Pſalm. 1. *in conſilio impiorum*, &c. & iterum: *Beatus vir,* Pſalm. 111. *qui timet Dominum*, ubi non ſolum virum, ſed & fœminam, quæ non abiit in conſilio impiorum, & timet Dominum, beatam eſſe non immerito credimus. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 3.*

CAPUT VIII.

Juxta eccleſiaſticum canonem, ſi qui libere, & legitime contrahunt ſecundas nuptias, non clandeſtinas, & occultam permiſſionem, modico exacto tempore, poſtquam orationibus, & jejuniis vacaverint, per indulgentiam eis communionem decernimus. *Laod. c. 1.*

CAPUT IX.

Cum Epiſcopus ordinandus eſt, antea exami- d. 23. Qui netur, &c. ſi nuptias non improbet, ſi ſecunda Epiſcopus. matrimonia non damnet, &c. *Carth. IV. cap. 1.* c. 21. *Burch. lib. 1. c. 8. Ivo part. 5. c. 6. decret.*

CAPUT X.

Pro conſulto caſtitatis, &c. Viduæ, quibus 32. q. 2. c. placuerit, teneant caſtitatem, & nulla vidua ad ult. nuptias iterandas vi venire cogatur. Quod ſi 27. q. 2. c. prius, quam profiteantur continentiam, nubere 38. elegerint, illæ nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio, & de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum, vel ſuam maritos cogantur accipere. Si quis vero propoſitum caſtitatis viduæ, vel virginis impedierit, a ſancta communione & a liminibus eccleſiæ habeatur extraneus. *Tolet. III. cap. 10. Burch. lib. 8. c. 44. Ivo part. 7. cap. 62. & part. 8. c. 18. decret.*

CAPUT XI.

Quæ in viduitate habet ſui poteſtatem, coha- 1. Cor. 7. bitat ab omni accuſatione libera, ſi nemo eſt, qui conjugium divellat, cum dicat Apoſtolus: ſi ſit mortuus maritus, libera eſt, ut nubat, cui velit, tantum in Domino. *Baſil. ad Amphil.*

CAPUT XII.

Vidua ancilla forte non multum lapſa eſt, quæ ſub raptus ſimulatione, ſecundum matrimonium eligit. Quamobrem eam de illo accuſare non oportet, neque enim ſimulatio judicatur, ſed voluntas. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 53.

TITULUS XXXI.

NE DIGAMI ORDINENTUR CLERICI, LICET POST DIGAMIAM FUERINT BAPTIZATI.

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. XIII. & XIV.

TITULUS XXXII.

CLERICUS DIGAMUS TANTUM POTEST ASCENDERE AD ORDINEM SUBDIACONATUS.

CAPUT I.

Lector fidelis, ſi viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus. *Tolet. I. c.* 3.

CAPUT II.

De idoneis autem, probatiſque viris, quos clericatui alligari ipſa vitæ gratia ſuggerit, ſi forte inciderint in duplicata matrimonia, non ultra ſubdiaconatum eccleſiaſticas capiant dignitates. *Arauſ. cap.* 25.

CAPUT III.

Diſt. 34. c. 18. Lector ſi viduam alterius uxorem acceperit, in lectoris ſtatu permaneat, aut ſi forte neceſſitas ſit, ſubdiaconus fiat, nihil autem ſupra. Similiter, & ſi bigamus fuerit. *Mart. Brac. c.* 43.

TITULUS XXXIII.

DE MATRIMONIO CLANDESTINO.

CAPUT I.

De cland. deſp. c. 2. Gr. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. coll. CUM inhibitio copulæ conjugalis ſit in tribus ultimis gradibus revocata, eam in aliis volumus diſtricte obſervari. Unde prædeceſſorum noſtrorum inhærendo veſtigiis, clandeſtina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorumdam locorum conſuetudinem ad alia generaliter protogando, ſtatuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipſi presbyteri nihilominus inveſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. Si qui vero clandeſtina, vel interdicta conjugia inire præſumpſerint in gradu prohibito, etiam ignoranter, ſoboles de tali conjunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo, non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo illegitima proles cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, præter commune edictum, in conſpectu eccleſiæ præſumpſerint. Sane parochialis ſacerdos, qui tales conjunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet alius regularis, qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, gravius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Sed, & his, qui taliter copulari præſumpſerint, etiam in gradu conceſſo, condigna pœnitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitioſum impedimentum objecerit, eccleſiaſticam non effugiat ultionem. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c.* 51.

CAPUT II.

Ut omnes laici publicas nuptias faciant tam nobiles, quam ignobiles. *Vernen. c.* 15.

CAPUT III.

Nemini liceat furtim, raptimque nuptias contrahere, ne forte per erroris ignaviam, vel certe, quod pejus eſt, diabolico inſtigati amore, illicita connubia celebrentur. Sed interventis pactis ſponſalibus, per aliquam dilationis moram requiſiti, quin etiam diligenti cura vicini, vel majores natu loci illius, qui poſſint ſcire lineam generationum utrorumque ſponſi ſcilicet, vel ſponſæ. In eo etiam, ut ſine notitia ſacerdotis plebis illius nullatenus fiat, quatenus nulla deinceps ſeparationis tribulatio intercedat. Si vero hoc ordine cuncta peragantur, ac probatum ſine fraude teſtium fuerit, & cauſſa contigerit, quod poſtea aut ipſi recordati fuerint, qui primum ſe neſcire profeſſi ſunt, aut certe per aliorum veracium hominum teſtimonium inventi fuerint in eo gradu conſanguinitatis, qui ſegregari ſolent, ſegregentur quidem ab invicem, & agant pœnitentiam, & ſi fieri poteſt, perſeverent utrique innupti. Quod ſi propter incontinentiam, vel certe, quod eſt honeſtius, amore filiorum in id permanere nequeunt, tranſeant quidem ad ſecundas nuptias, hoc autem dicimus ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium, &c. Qui autem non obſervaverint omnia hæc, quæ pro ſalute animæ, & fragilitate vitæ ſupra compendioſe ſcripta leguntur, & furtivas, vel interdictas nuptias contrahere præſumpſerint, & proximi cognationis fuerint inventi, ſeparentur quoque & ipſi, & cunctis diebus vitæ ſuæ ſub pœnitentiæ lamento permaneant, atque ad ſecundas nuptias numquam ille, vel illa perveniant, alieni communionis gratia judicentur, filiique, qui de hoc tam inceſtu conjugio nati fuerint, improbi habeantur, nullamque rerum adipiſci valeant parentum facultatem. *Formul. cap.* 8.

CAPUT IV.

Nullus occultas nuptias, aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit ducat uxorem, ſed dotatam, & a parentibus traditam per benedictionem ſacerdotum accipiat, qui vult uxorem, ſicut in lib. 7. Capitular. cap. 179. monetur his verbis: „ Sancitum eſt, ut publicæ nuptiæ ab
„ his, qui nubere cupiunt, fiant, quia ſæpe in
„ nuptiis clam factis gravia peccata tam in ſponſalibus, quam in propinquis, & adulterinis
„ conjugiis, & quod pejus eſt dicere, cum conſanguineis accreſcunt, vel accumulantur. Sed
„ prius cavendus eſt ſacerdos, in cujus parochia
„ nuptiæ fieri debent, in eccleſia coram omni populo, & ibi inquirere una cum populo ipſe ſacerdos debet, ſi ejus propinqua ſit, an non, aut
„ al-

Digitized by Google

„ alterius uxor, vel ſponſa, vel adulterata. Et ſi „ licita, & honeſta omnia pariter invenerit, tunc „ per conſilium, & benedictionem ſacerdotis, & „ conſultu aliorum hominum bonorum eam „ ſponſare, & legitime dotare debet“. *Troſl. cap.* 8. *ante med.*

CAPUT V.

Quæ uxor habenda eſt, ſecundum legem ſit caſta in virginitate, & dotata legitime, &c. & ita ſecundum legem, & evangelium publicis nuptiis licite ſemenda. *Troſlejan. cap.* 8. *ex D. Auguſt. in med.*

Vide Evariſt. epiſt. 1. *in princ. tit. de Cæremoniis, quæ in matrimonio obſervari ſolent, cap.* Cuſtoditum. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 3. *eod. tit. cap.* Conſuetudinem. *Carth. IV. cap.* 13. *eod. tit. cap.* Sponſus.

TITULUS XXXIV.
DE CONCUBINIS, ET DE HIS, QUI CONCUBINAS HABENT.

CAPUT I.

NUlli liceat uno tempore duas habere uxores, ſive concubinas, uxoremve, & concubinam, &c. Contra hæc ſalubria dicta faciens, eum uxore concubinam habens, eccleſiæ communione videatur indignus. *Syn. Rom. ſub Eug. II. & Leon. IV. cap.* 37.

CAPUT II.

Diſt. 33. c. 6. Laici, qui habentes uxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti ſint, aut monaſteriis, ex quo baptizati ſunt, hæſerint, & ſi non concubinam, non pellicem noverint, ſi in bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujuſmodi ad clericatus ordines aſſumi. *Innoc. epiſt.* 4. *cap.* 4. *Tarrac. lib.* 1. *cap.* 129. *Anſelm. lib.* 7. *cap.* 29. *Ivo part.* 6. *cap.* 95. *decret.*

CAPUT III.

32. q. 2. c. 12. Non omnis mulier juncta viro uxor eſt viri, quia nec omnis filius hæres eſt patris, nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & in-
Geneſ. 2. ter æquales multo prius, hoc ipſum Domino conſtituente, quam initium Romani juris extiterit.
Geneſ. 21. Itaque aliud eſt uxor, aliud concubina, ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam
Gal. 4. Apoſtolus ad manifeſtandum harum perſonarum
Geneſ. 21. diſcretionem teſtimonium ponit, &c. *Ejice ancillam, & filium ejus, non enim hæres erit*
27. q. 2. c. 16. *filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* Unde ſi cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, ut præter ſexuum conjunctionem, haberet in ſe Chriſti, & eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Igitur cujuslibet loci clericus, ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi conjugato eam dederit, niſi forte illa mulier ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbitrio viris junctæ, carent culpa, ſi mulieres, quæ, a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt, quia aliud eſt nupta, aliud concubina. *Leo epiſt.* 90. *cap.* 4. *ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum. Tribur. cap.* 38. *Cæſar. lib.* 10. *cap.* 16. & 40. *Burch. lib.* 9. *cap.* 1. *Ivo part.* 8. *cap.* 74. & 139. *decret.*

CAPUT IV.

Ancillam a thoro abiicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda eſt ſane talium negligentia, ſed non penitus deſperanda, ut crebris cohortationibus incitati, quod neceſſarie experierunt, fideliter exequantur; nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtituitur, quia nonnumquam, quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur. *Leo epiſt.* 90. *cap.* 5. & 6. 32. q. 2. c. 11. De pœn. d. 7. cap. 1.

CAPUT V.

Quia venerandi canones ad ſacerdotii gradum natos e concubinis provehi contradicunt, probare eos non ſatis cautum fore putavimus, ne quidquam a nobis contrarium ſanctis patribus in exemplum, & auctoritatem poſteris relinquatur, ſolet enim ſancta, & Apoſtolica ſedes pleraque conſiderata ratione tolerare, ſed numquam in ſuis decretis, & conſtitutionibus a concordia canonicæ traditionis diſcedere. *Greg. VII. lib.* 2. *regiſtr. epiſt.* 50.

CAPUT VI.

Si quis habens uxorem fidelis*, concubinam habeat, non communicet. Qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, ſit conjunctione contentus: alias vero vivens abiiciatur, donec deſinat, & ad pœnitentiam revertatur. *Tolet. I. cap.* 17. *Raban. cap.* 10. *de Pœnis. Ivo lib.* 6. *tit.* 3. *cap.* 6. *panorm. & part.* 8. *cap.* 64. *decret.* Diſt. 34. Is qui, cap. 4. * fidelem.

CAPUT VII.

De clericis, qui habent concubinas, & de pœna excommunicationis, & de aliis pœnis, quibus afficiuntur, ſi non reſipiſcunt. *Concil. habitum in Germania ſub Conrado Card. cap.* 2.

TITULUS XXXV.
DE ADULTERIS, ET RAPTORIBUS FEMINARUM.

Vide in Part. I. Lib. XII. in III. parte.

TITULUS XXXVI.
DE TESTIBUS, ET ALIIS PROBATIONIBUS IN CAUSSA MATRIMONIALI.

CAPUT I.

LIcet ex quadam neceſſitate præter communem formam olim fuerit inſtitutum, ut in conſanguinitatis, & affinitatis gradibus computandis valeret teſtimonium de auditu, cum propter brevem hominum vitam teſtes de viſu deponere non valerent, uſque ad gradum ſeptimum computando; quia tamen pluribus exemplis, & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericola contra legitima conjugia proveniſſe, ſtatuimus, ne ſuper hoc recipiantur teſtes de cetero de auditu, cum jam quartum gradum prohibitio non excedat, niſi perſonæ graves extiterint, quibus fides merito ſit adhibenda, & ante motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non utique uno, cum non ſufficeret ille, ſi viveret, ſed duobus ad minus, nec ab infa- De teſtib. & atteſt. c. 47. Greg. IX c. ult. eod. tit. in 4. coll.

mibus, & ſuſpectis, ſed a fide dignis, & omni exceptione majoribus, cum ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores. Nec tamen ſi unus a pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod teſtentur, tamquam plures, & idonei teſtes debent admitti, cum etiam ſecundum ordinem judiciorum non ſufficiat unius teſtis aſſertio, etiam ſi præſidali dignitate præfulgeat, cum actus legitimi ſint infamibus interdicti. Teſtes autem hujuſmodi proprio juramento firmantes, quod ad ferendum in cauſſa ipſa teſtimonium, odio, vel timore, vel amore, vel commodo non procedant, perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, ſive circumlocutione ſufficienti deſignent, & ab utroque latere clara computatione gradus ſingulos diſtinguant, & in ſuo nihilominus juramento concludant, ſe accepiſſe a ſuis majoribus, quæ deponunt, & credere ita eſſe. Sed nec tales ſufficiant, niſi jurati deponant ſe vidiſſe perſonas ſaltem in uno prædictorum graduum conſtitutas pro conſanguineis ſe habere, tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum copulatos dimittere, quam conjugatos legitime contra ſtatuta Domini ſeparare. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 52.*

CAPUT II.

35. q. 9. c. 4.

Si duo, vel tres viri conſanguinitatem jurejurando firmaverint, vel ipſimet forte confeſſi fuerint, conjugia diſſolvantur. Si vero neutrum contigerit, Epiſcopi eos per baptiſmum, per fidem, per judicium Chriſti in vera obedientia obteſtentur, quamvis * palam faciant, utrum ſe, ſicut fama eſt, conſanguineos recognoſcant. *Synod. Trojana ſub Urbano II. Ivo part. 9. cap. 53. decret.*

* quatenus.

TITULUS XXXVII.

COMMUNIA DE MATRIMONIO.

CAPUT I.

De exceſſu prælat. c. 2. Greg. IX. c. unic. eod. tit. in 4. coll.

CAuſſæ matrimoniales ſunt Epiſcoporum, non Abbatum. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 60.*

CAPUT II.

Vid. diſt. 28. cap. 14. Si quis docuerit, *& diſt. 31.* Quicumque, *cap. 9.*

Epiſcopus, presbyter, diaconus ſi uxorem religionis prætextu ejecerit, excommunicetur, ſi perſeverat, deponatur. *Apoſt. c. 5. G. L. Burch. lib. 1. c. 78. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 30. panorm. & part. 5. c. 184 decret.*

CAPUT III.

Ad presbyteros ſint iſta. Ante omnia, ut pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectioribus quidem id negligant. *Clem. ep. 1. poſt princ.*

CAPUT IV.

Dum conjugia in mundo celebrantur, conjugari quoque vocantur, ut qui in via jam conjugii præceſſerunt, in ſubſequentis quoque copulæ gaudio miſceantur. *Greg. ad Auguſt. interrog. 8.*

CAPUT V.

Diſt. 5. Si mulier, *c. 2. & cap. ult.*

Mulier poteſt eadem hora, qua gignit, ingredi eccleſiam, &c. ad ejus vero concubitum vir ejus accedere non debet, quoadusque, qui gignitur, ablactetur. Prava autem in conjugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eoſque aliis mulieribus ad nutriendum tradant, &c. Mulier dum ex conſuetudine menſtrua patitur, prohiberi ab ingreſſu eccleſiæ non debet, &c. Sanctæ autem communionis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex magna veneratione percipere non præſumit, laudanda eſt, ſed ſi perceperit, non judicanda, &c. Vir cum propria conjuge dormiens, niſi lotus aqua eccleſiam intrare non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet. Lex autem veteri populo præcepit, ut miſtus vir mulieri, & lavari aqua debeat, & ante ſolis occaſum eccleſiam non intrare, &c. Quamvis de hac re diverſæ hominum nationes diverſa ſentiant, atque cuſtodire videantur; Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus uſus fuit, poſt admiſtionem propriæ conjugis, & lavacri purificationem quærere, & ab ingreſſu eccleſiæ paululum reverenter abſtinere, &c. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum*, &c. Si quis ſua conjuge non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur, ille profecto de ingreſſu eccleſiæ, ſeu de ſumendo corporis dominici, ſanguiniſque myſterio ſuo eſt relinquendus judicio, quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere *, &c. *Greg. ad Auguſt. interrog. 10. Nicol. ad conſult. Bulg. cap. 68. Beda lib. 1. hiſt. Angl. Capitul. lib. 6. c. 204. Ivo part. 8. c. 88. decret. Tarrac. lib. 6. c. 225.*

33. q. 4. c. 6.

Lev. 15. 6.

Pſalm. 50.

* *ardere*, f.

CAPUT VI.

Si amore pudicitiæ, ut aſſeris, ſolutionem matrimonii quæris, hanc tibi nullo pacto noveris tribuendam, niſi vir tuus eandem pudicitiam non fide ſectatus extiterit. Denique ut cum beato Gregorio Papa dicatur: Si continentiam, quam vir appetit, uxor non ſequitur, aut quam uxor appetit, vir recuſat, dividi conjugium non licet. Quare ſcriptum eſt; *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nicol. Theupergæ Reginæ epiſt.* 48. *in fin. Gr. lib. 9. reg. epiſt.* 39.

1. *Cor.* 7.

CAPUT VII.

Præterea ſciſcitamini, ſi licet exhibere vobis quemadmodum prius, in dotem conjugibus veſtris aurum, argentum, boves, equos, & cætera. Quod quia nullum peccatum eſt, & leges hoc non inhibent, & nos, ut fiat, minime prohibemus. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 49.*

CAPUT VIII.

Si ſponſus ſponſæ ſororē vitiet, ac ſponſam poſtea ducat, ſororque ſe occidat, rei hujus decennio pœniteant. *Ancyr. c. 25. G. 24. L.*

CAPUT IX.

Si ea, quam catechumenus reliquerit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſervandum. Quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cum ſcierit * illum ab uxore (*divertiſſe*) quam ſine cauſſa reliquit, placuit hujuſmodi in fine dari communionem. *Elib. c. 10.*

* *cum eluxerit.*

CA-

CAPUT X.

Meretrix, quæ aliquando fuerit, & poſtea habuerit maritum, ſi poſtea ad credulitatẽ venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendã. *Elib. c. 44.*

CAPUT XI.

Ne qua fidelis, vel catecbumena comicos, aut ſcenicos viros habeat, aut a commuoione arceatur. *Elib. c. 67.*

CAPUT XII.

Ne fœminæ abſque maritorum nominibus laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt, vel litteras alicujus pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant. *Elib. c. 81.*

CAPUT XIII.

32. q. 4. c. ult. Pœnitentiam conjugatis nonniſi ex conſenſu dandam. *Arelat. II. cap. 22. Burch. lib. 19. cap. 115. Ivo part. 8. cap. 280. & part. 15. cap. 14. & 123. decret.*

CAPUT XIV.

Non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes ſaltare, vel choræas ducere, ſed caſte prandere, & cœnare, ut chriſtianos decet. *Laod. c. 53.*

CAPUT XV.

Mulieres omnes eccleſiæ catholicæ fideles virorum alienorom lectione, & cœtibus ſepareotur, nec ad ipſas legentes alii ſtudio vel docendi, vel diſcendi conveniant, quoniam, & hoc Apoſtolus jubet, &c. Anathema futuros, qui hoc non obſervaverint. *Cæſar. c. 1.* 1. Cor. 14. 1. Tim. 2.

CAPUT XVI.

Ne ad nuptiarum ornatum miniſteria divina præſtentur, &c. *Arvern. c. 7.*

CAPUT XVII.

Nullus præſumat ante annos pubertatis, id eſt infra ætatem, puerum, vel puellam in matrimonium ſociare, nec in diſſimili ætate, ſed coetaneos, ſibique conſentientes, &c. Unde qui hæc prohibita de cætero uſorpare præſumpſerit ab omni eccleſiaſtico conſortio ſit alienus, ſed * nec a condemnatiooe publici ſit immunis judicii. *Forojul. c. 9.* * &.

CAPUT XVIII.

Si fieri poſſit, ut qui per fornicationem conjunguntur, ſeparentur, id eſt melius. Sin autem eis omnino placet conſortium (*matrimonii*) fornicationis qoidam pœnam agnoſcant, nec ſeparentur autem, ne quid deterius accidat. *Baſil. ad Amphiloch. c. 26.*

Index Librorum, & Titulorum.

LIBER PRIMUS.

De Eccleſiis, ſacris Ædibus, Templis, Baſilicis, & de Oratoriis, atque Altaribus.

Tit. i. DE Eccleſia Catholica. pag. 3. col. 1.
Tit. ii. De Eccleſiis & aliis locis piis ædificandis, & reſtituendis. 4. 1.
Tit. iii. Eccleſiæ ad illum Epiſcopum pertinent, in cujus Diœceſi ædificatur. 5. 2.
Tit. iv. Nullus Sacerdos ſacra faciat in loco non conſecratio, & de cæremoniis conſecrationis Eccleſiæ. 6. 2.
Tit. v. Non conſecrabantur aliquando Eccleſiæ iniuſſu Pont. Max. 8. 2.
Tit. vi. De conſecratione Altaris. Ibid.
Tit. vii. ſolius Epiſcopi eſt conſecrare Eccleſias, & Altaria. Ibid.
Tit. viii. Ne Epiſcopus conſecret Eccleſias in aliena Diœceſi. 9. 1.
Tit. ix. Eccleſia. conſecrata non conſecratur iterum. ſi autem illius conſecratio eſt dubia, conſecretur. Ibid.
Tit. x. Ne pretium ullum accipiatur conſecrationis cauſſa. Ibid.
Tit. xi. Communia de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris. Ibid. 2.
Tit. xii. Revertantur chriſtiani eccleſiam ſuam. 10. 2.
Tit. xiii. Solis clericis patet aditus ad Altare, non autem Laicis neque Fœminis. 13. 1.
Tit. xiv. Quibus diebus debeant chriſtiani ad ſuas Eccleſias confluere. 14. 1.
Tit. xv. Laici non ingrediantur cum armis in eccleſiam: mulieres vero poſt partum, vel pollutæ menſtruo, ingredi poſſunt: item viri, qui cum uxoribus concubuerunt. Ibid.
Tit. xvi. Ne in Eccleſiis ius dicatur. Ibid. 2.
Tit. xvii. De his, qui ad Eccleſias confugiunt. Ibid.
Tit. xviii. De immunitate Eccleſiarum. 17. 1.
Tit. xix. Epiſcopis viſitet Eccleſias ſuæ Diœceſis. 19. 1.
Tit. xx. De manumiſſis in Eccleſia. Ibid.
Tit. xxi. De tertia, vel quarta Eccleſiarum ſabricæ conſtituta. Ibid.
Tit. xxii. De Eccleſiis, quas Conſtantinus Imperator ædificavit. 20. 1.
Tit. xxiii. De Eccleſiis, & titulis, quæ variis Pontifices Romani ædificarunt. 21. 1.
Tit. xxiv. De matrice Eccleſia, & de Epiſcopio. 22. 2.
Tit. xxv. De ſecretario, ſive diaconico. 23. 1.
Tit. xxvi. De Sacrario, ſive Sanctuario, Presbyterio, & Gazophylacio. Ibid. 2.
Tit. xxvii. De Cœmeteriis. 24. 1.
Tit. xxviii. Clerici, qui ſunt in oratoriis, obediant Epiſcopo, & non admittantur ſine conſenſu ipſius. Ibid. 2.
Tit. xxix. Communia de Eccleſiis, & Altaribus. Ibid.
Tit. xxx. De Baſilicis Hæreticorum. 25. 2.

Li-

Liber Secundus.

De Monaſteriis, & Xenodochiis, ſive Hoſpitalibus, & aliis locis.

Tit. i. *De reverentia quæ debetur Monaſteriis.* 25. 1.
Tit. ii. *Ne Monaſteria ſine juſſu Epiſcopi ædificentur.* Ibid. 2.
Tit. iii. *Ne quiſquam Monaſteria ſpoliare, aut eorum immunitatem violare audeat.* Ibid.
Tit. iv. *De bonis Monaſterii, & ne quiſquam ea auferat, aut retineat.* 26. 2.
Tit. v. *Monaſterio aliqua de bonis Eccleſiæ tribui poſſunt, dummodo ipſa Eccleſia detrimentum non capiat.* 27. 1.
Tit. vi. *De bonorum operum neceſſitate.* 28. 1.
Tit. vii. *De eleemoſyna.* Ibid.
Tit. viii. *De Xenodochiis, ſive Hoſpitalibus, & Ptochiis, ſive Ptochotrophiis, & Noſocomiis, & Orphanotrophiis, & aliis piis locis.* 31. 1.
Tit. ix. *Conſtituantur litterarum Gymnaſia.* 32. 2.
Tit. x. *De quarta Pauperum.* 33. 2.
Tit. xi. *Epiſcopi, & Presbyteri, & alii Clerici pauperes alant.* 34. 1.
Tit. xii. *Eccleſia pauperes alat.* Ibid.
Tit. xiii. *Epiſcopi, & alii Clerici defendant pauperes.* Ibid. 2.
Tit. xiv. *Cives alant pauperes, & præter ceteros Rex.* 35. 2.
Tit. xv. *Nemo pauperes opprimat.* 36. 1.
Tit. xvi. *Nemo res pauperibus relictas ſurripere audeat.* 37. 2.
Tit. xvii. *Res Eccleſiæ in uſus pauperum alienari poſſunt.* 38. 1.
Tit. xviii. *De redemptione captivorum.* Ibid.
Tit. xix. *De expoſitis.* Ibid. 2.
Tit. xx. *De Hoſpitibus excipiendis.* 39. 1.
Tit. xxi. *De Collegiis, ſeu Seminariis.* Ibid. 2.
Tit. xxii. *De Fratriis, ſive Confratriis.* Ibid.
Tit. xxiii. *Communia de pauperibus.* 40. 1.

Liber Tertius.

De Beneficiis, & de rebus Eccleſiarum, & Miniſtrorum, & de Contractibus.

Tit. i. *Solvatur ſtipendia his, qui Eccleſiis inſerviunt.* 40. 1.
Tit. ii. *Conſtituatur congrua portio presbyteris, quibus Eccleſiæ parochiales curæ ſunt.* 41. 1.
Tit. iii. *Beneficia conferantur dignis.* Ibid. 2.
Tit. iv. *Ne Clerici plura habeant beneficia.* 42. 1.
Tit. v. *Clerici reſideant in Eccleſiis ſuis.* Ibid. 2.
Tit. vi. *De jure patronatus, & ne Laici* [illegible] *patroni injuſſu Epiſcopi beneficia conferant.* 45. 2.
Tit. vii. *Ne Laici* [illegible] *beneficia conferant, aut ea Clerici ab ipſis accipiant.* 47. 1.
Tit. viii. *Pater, & Filius non poſſunt eſſe Canonici, aut Clerici ejuſdem Eccleſiæ.* Ibid. 2.
Tit. ix. *De ſimonia in beneficiis.* Ibid.
Tit. x. *Ne Clerici ſucceſſores ſibi conſtituant in beneficiis, neque ea dentur antequam vacent.* Ibid.
Tit. xi. *Ne Eccleſiis presbyteri conducititii præficiantur.* 48. 1.
Tit. xii. *Ut beneficia integra ſine diviſione conferantur.* Ibid. 2.
Tit. xiii. *Conferantur beneficia intra breve tempus.* 49. 1.
Tit. xiv. *Communia de beneficiis.* Ibid. 2.
Tit. xv. *De dote Eccleſiæ, & de cenſibus.* 50. 2.
Tit. xvi. *De decimis, & primitiis.* 52. 1.
Tit. xvii. *Decimæ immunes ſunt, & liberæ ab omni vectigali.* 55. 1.
Tit. xviii. *Decimæ ex eo, quod quiſque ſua arte quærebat, olim ſolvebantur.* Ibid.
Tit. xix. *Ne laici decimas, aut primitias ſuas, aut alienas ſibi retineant.* Ibid. 1.
Tit. xx. *Monachi decimas prædiorum dent Eccleſiis.* Ibid.
Tit. xxi. *De oblationibus.* Ibid.
Tit. xxii. *De his, qui defunctorum oblationes retinent.* 57. 2.
Tit. xxiii. *De oblationibus Hæreticorum, & quorundam aliorum, quæ recipi non debent.* 58. 1.
Tit. xxiv. *Quonam pacto dividantur, quæ offeruntur a Laicis.* Ibid. 2.
Tit. xxv. *De ſervis, & libertis eccleſiæ.* Ibid.
Tit. xxvi. *Res Eccleſiæ ſint in poteſtate Epiſcopi, & presbyterorum: illaſque ſecundum Canonum ſtatuta diſpenſent.* Ibid.
Tit. xxvii. *De diviſione rerum Eccleſiaſticarum in tres, vel quatuor partes.* 59. 2.
Tit. xxviii. *De conſervandis rebus Eccleſiæ.* Ibid.
Tit. xxix. *Conſtituantur œconomi e clero, qui res Eccleſiarum adminiſtrent.* 60. 2.
Tit. xxx. *Laici res Eccleſiaſticas non adminiſtrent, neque eas uſurpent.* Ibid.
Tit. xxxi. *De alienatione rerum Eccleſiaſticarum.* 61. 1.
Tit. xxxii. *Ne Reges res Eccleſiaſticas auferant, aut privati homines ab ipſis eas imperare audeant.* 64. 1.
Tit. xxxiii. *De his, qui res Eccleſiæ ſurripiunt, aut occultant, aut quovis modo ſibi vindicant.* Ibid. 2.
Tit. xxxiv. *Nemo ſurripiat bona Epiſcopi defuncti, & bona Eccleſiæ viduatæ ſerventur ſucceſſori.* 71. 1.
Tit. xxxv. *De pactis.* Ibid.
Tit. xxxvi. *De donationibus.* 73. 1.
Tit. xxxvii. *De Judiciis.* 74. 1.
Tit. xxxviii. *De præſcriptionibus.* Ibid. 2.
Tit. xxxix. *De precariis.* 75. 1.

Tit. xl.

Tit. xl. *De locato & conducto.* 76. 1.
Tit. xli. *De jure emphyteutico.* Ibid. 2.
Tit. xlii. *De emptione, & venditione.* 77. 1.
Tit. xliii. *De rerum permutatione.* 79. 1.
Tit. xliv. *Communia de rebus Eccleſiæ.* Ibid. 2.
Tit. xlv. *Epiſcopi, presbyteri, & alii clerici res Eccleſiæ relinquant Eccleſiæ, ſuum autem patrimonium relinquant cui velint.* 80. 1.
Tit. xlvi. *Qui non poſſunt condere teſtamenta.* 82. 2.
Tit. xlvii. *Ne Clerici ſucceſſores ſibi conſtituant in beneficiis.* 83. 1.
Tit. xlviii. *Teſtatoris voluntas ab heredibus illico adimplenda.* Ibid.
Tit. xlix. *Communia de teſtamentis.* Ibid. 2.

Liber Quartus.

De Reliquiis Sanctorum, de Cruce, de ſacris Imaginibus, & de veneratione illis debita.

Tit. i. *Sancti Deo preces adhibent pro nobis.* 84. 1.
Tit. ii. *De Reliquiis Sanctorum, & de earum veneratione.* 88. 1.
Tit. iii. *Ne templa ædificentur, neve altaria erigantur ſine Reliquiis Sanctorum.* 92. 1.
Tit. iv. *De ſepulchris, & cœmeteriis Sanctorum, & de honore habito eiſdem.* Ibid. 2.
Tit. v. *De Miraculis quorundam Sanctorum.* 94. 1.
Tit. vi. *De Sanctorum ſolemnitatibus.* Ibid. 2.
Tit. vii. *De luminibus, quæ in ſepulchris Sanctorum collocari ſolent.* 95. 2.
Tit. viii. *De peregrinis, qui ad Reliquias venerandas Sanctorum proficiſcuntur.* 96. 1.
Tit. ix. *De hiſtoriis Martyrum, & de diligentia quæ in illorum rebus geſtis ſcribendis olim fuit adhibita.* Ibid. 2.
Tit. x. *De quibuſdam martyribus.* 97. 1.
Tit. xi. *De baſilicis Martyrum, & aliorum Sanctorum.* 99. 1.
Tit. xii. *Nemo hæreticorum Martyres veneretur.* Ibid. 2.
Tit. xiii. *Communia de Martyribus, & de aliis Sanctorum.* 100. 1.
Tit. xiv. *De Cruce, & de veneratione, quæ ipſi debetur.* Ibid.
Tit. xv. *De utilitate, quæ percipitur uſu imaginum.* 103. 2.
Tit. xvi. *De miraculis, & uſu imaginum.* 107. 1.
Tit. xvii. *De veneratione imaginum.* 110. 2.
Tit. xviii. *Qualis veneratio ſit imaginibus adhibenda.* 119. 1.
Tit. xix. *De iis, qui hæreſis iconoclaſtarum auctores fuerunt, aut illi in primis faverunt.* 126. 1.
Tit. xx. *Anathemata contra Iconomachos.* 127. 1.
Tit. xxi. *Decreta contra Iconomachos.* Ibid. 2.
Tit. xxii. *Argumenta Iconomachorum, & confutatio ipſarum.* 128. 1.
Tit. xxiii. *Communia de Imaginibus.* 130. 2.

Liber Quintus.

De Veſtibus, Vaſis ſacris, & de aliis Cæremoniis Eccleſiaſticis.

Tit. i. *Ne quiſquam, præter eos qui ſacris initiati ſunt, vaſa, aut pallas ſacras tangere audeat.* 132. 1.
Tit. ii. *De munditiæ, quæ debetur, vaſis, & pallis ſacris, & de modo, quo abluendæ ſunt.* 133. 1.
Tit. iii. *Corpora mortuorum olim pallis, aut ſacris veſtibus non tegebantur.* Ibid. 2.
Tit. iv. *Epiſcopi vaſa Eccleſiæ conſervent, & ne illa alienare audeant.* 134. 1.
Tit. v. *Nemo vaſa, aut veſtes ſacras ad ſuum domeſticum transferat, aut vendat.* Ibid. 2.
Tit. vi. *Corporale ſit lineum.* 135. 1.
Tit. vii. *De veſtibus, & inſignibus propriis Sacerdotum, & aliorum Miniſtrorum, & de vaſis, quæ illis in ordinatione conferuntur.* Ibid. 2.
Tit. viii. *De Pallio.* 137. 1.
Tit. ix. *De Luminibus.* 138. 1.
Tit. x. *De Campanis, & Cymbalis.* 139. 1.
Tit. xi. *De Aqua benedicta.* Ibid.
Tit. xii. *De diptychis ſacris.* 140. 1.
Tit. xiii. *Communia de vaſis, & aliis ornamentis.* Ibid. 2.

Liber Sextus.

De Verbi Dei prædicatione.

Tit. i. *De doctrina, & vita Miniſtrorum Verbi Dei.* 141. 1.
Tit. ii. *Quas res auditoribus in concionibus proponi oporteat, & de modo, quem tenere debet, qui concionatur.* 144. 1.
Tit. iii. *Concionatore ex ſcriptis Sanctorum Patrum depromant conciones.* 146. 1.
Tit. iv. *Quo modo ſint explicandæ divinæ litteræ.* 147. 1.
Tit. v. *Quibus diebus ſint habendæ conciones.* Ibid. 2.
Tit. vi. *De effectu prædicationis Verbi Dei.* 148. 1.
Tit. vii. *Epiſcopi, cum Diœceſes viſitant, doceant ſubditos, & revocent eos a vitiis.* Ibid.
Tit. viii. *Munus Epiſcopi eſt docere clericos, & reliquum populum.* Ibid. 2.
Tit. ix. *Prædicantem Epiſcopum cuſtodiant Diaconi.* Ibid.
Tit. x. *Presbyteri, vel Diaconi doceant populum.* Ibid.
Tit. xi. *Presbyter non doceat populū præſente Epiſcopo.* Ibid.
Tit. xii. *Nemo prædicet ſine licentia Epiſcopi diœceſani.* Ibid.
Tit. xiii. *Conſtituantur in Eccleſiis Cathedralibus, & in conventualibus viri docti, & graves, qui concionentur.* 149. 1.
Tit. xiv. *Conſtituantur magiſtri ſumptibus Eccleſiarum, qui gratis doceant.* Ibid. 2.
Tit. xv. *Laici non concionentur.* Ibid.

Tit. xvi.

Tit. xvi. Hæretici non permittantur habere conciones. 150. 1.
Tit. xvii. Presbyteri, & Diaconi lapſi non concionentur. Ibid. 2.
Tit. xviii. Omnes poſſunt intereſſe concionibus, etiam infideles. 151. 1.
Tit. xix. Populus amet ſuum Doctorem, & obtemperet illius præceptis. Ibid.
Tit. xx. Communia de Verbi Dei prædicatione. 152. 1.

LIBER SEPTIMUS.
De Oratione, divinis Officiis, & Lectione.

Tit. i. De neceſſitate orationis. 152. 1.
Tit. ii. De maxima Orationis virtute, & in primis de ea, quæ a Sacerdotibus adhibetur. 153. 2.
Tit. iii. Oratio multorum, & in primis totius Eccleſiæ plurimum valet apud Deum. 154. 2.
Tit. iv. De aſſiduitate Orationis. Ibid.
Tit. v. De attentione, & reverentia, quam poſtulat oratio. 156. 1.
Tit. vi. De loco, & tempore, aliiſque cæremoniis ad preces fundendas. Ibid. 2.
Tit. vii. Oratio conjugatur cum eleemoſyna, & cum aliis optimis exercitationibus. 157. 1.
Tit. viii. De precibus pro regibus adhibendis, & pro populo. Ibid. 2.
Tit. ix. De iis, qui non communicant in Oratione cum populo. 158. 1.
Tit. x. Non licet orare cum Hæreticis, neque cum excommunicatis. Ibid. 2.
Tit. xi. De genuflexione. 159. 1.
Tit. xii. Ne Chriſtiani cum orant tempore Paſchali, & diebus Dominicis, genua flectant. Ibid.
Tit. xiii. De Divinis Officiis, & in primis de horis canonicis. Ibid. 2.
Tit. xiv. Servetur idem ordo ab omnibus in celebratione divinorum Officiorum. 163. 2.
Tit. xv. Presbyteri, & alii Clerici accedant ad preces matutinas, & veſpertinas. 164. 1.
Tit. xvi. De Officio Romano. Ibid. 2.
Tit. xvii. De Pſalmis, & cantu Eccleſiaſtico. 165. 1.
Tit. xviii. De Symbolo Apoſtolorum, & de oratione Dominica. Ibid. 2.
Tit. xix. De hymnis. 167. 1.
Tit. xx. De hymno Triſagio. 168. 1.
Tit. xxi. De verſu, cujus initium eſt, Gloria patri, &c. Ibid. 2.
Tit. xxii. De lectione. 169. 1.
Tit. xxiii. De libris ſacris, & de utilitate ipſorum. Ibid. 2.
Tit. xxiv. De aliis libris, quos recipit, vel rejicit Eccleſia. 171. 2.
Tit. xxv. De traditionibus. 173. 2.

LIBER OCTAVUS.
De Paſchate, & diebus Feſtis.

Tit. i. Paſcha celebretur eodem die ab omnibus. 175. 1.
Tit. ii. Paſcha celebretur die Dominico. 176. 1.
Tit. iii. De modo, quem tenebat antiqui in divulgando Paſchate. Ibid. 2.
Tit. iv. Diverſi dies, in quibus incidit Paſcha. 177. 2.
Tit. v. Ne quiſquam Paſcha celebret cum judæis, neque alias ferias agat, aut illorum, aut gentilium. 178. 1.
Tit. vi. De perceptione Euchariſtiæ in Paſchate. 179. 1.
Tit. vii. De cero Paſchali. Ibid.
Tit. viii. Ne chriſtiani, cum orant tempore Paſchali, & diebus Dominicis ſe proſternant. Ibid. 2.
Tit. ix. Baptiſmus tantum in Paſchate, & Pentecoſte conferatur. Ibid.
Tit. x. Virgines conſecrentur in Epiphania, in albis Paſchalibus, & in Apoſtolorum Natalitiis. Ibid.
Tit. xi. Communia de Paſchate. Ibid.
Tit. xii. De dignitate diei Dominici, & de reverentia, quæ ipſi debetur. 180. 1.
Tit. xiii. Ne quiſquam die Dominico jejunet. 181. 1.
Tit. xiv. Sæculares die Dominico, & aliis feſtis diebus interſint ſacro. 182. 1.
Tit. xv. Varia de die Dominico. Ibid.
Tit. xvi. De variis ſolemnitatibus. Ibid.
Tit. xvii. Quibus feſtis diebus debeant chriſtiani ad ſuas Eccleſias confluere. 183. 2.
Tit. xviii. Ne chriſtiani diebus feſtis ad ludos confluant, aut rebus turpibus operam dent. Ibid.
Tit. xix. Ne chriſtiani diebus feſtis rebus ſervilibus operam dent, aut in judiciis verſentur. 184. 2.
Tit. xx. Communia de diebus feſtis. 187. 2.

LIBER NONUS.
De Jejuniis, Vigiliis, & Litaniis.

Tit. i. De Laudibus Jejunii. 188. 1.
Tit. ii. De obſervandis Jejuniis. Ibid.
Tit. iii. De effectu Jejunii. Ibid. 2.
Tit. iv. De hora, qua olim chriſtiani capiebant cibum, maxime tempore Jejunii. Ibid.
Tit. v. Jejunium conjungant chriſtiani cum eleemoſyna, & cum exercitatione omnium virtutum. 189. 2.
Tit. vi. Ægroti non obſtringantur lege Jejunii. 190. 1.
Tit. vii. De numero dierum, quibus conſtat quadrageſima. Ibid. 2.
Tit. viii. Quadrageſima eſt velut decima anni, quam chriſtiani offerunt. Ibid.
Tit. ix. Quadrageſima Jejunetur integra. 191. 1.
Tit. x. Tempore quadrageſimæ cives non degant in villis, ſed in urbibus & oppidis. Ibid. 2.
Tit. xi. De perceptione Euchariſtiæ tempore quadrageſimæ. Ibid.
Tit. xii. Tempore quadrageſimæ non fiebat olim quotidie ſacrum apud græcos more noſtro. 192. 1.

Tit. xiii. *Tempore quadrageſimæ ſanctorum ſolemnitates olim non celebrabantur.* 192. 1.
Tit. xiv. *Tempore quadrageſimæ ceſſent judicia, & negotia, quantum fieri poſſit.* Ibid. 2.
Tit. xv. *De chriſmate, & ablutione pedum, & reconciliatione pœnitentium in Cœna Domini.* 193. 1.
Tit. xvi. *De cibis, aliiſque rebus prohibitis in quadrageſima.* Ibid.
Tit. xvii. *Ne judæis die Cœnæ Domini, neque aliis tribus, qui proxime ſequuntur, in publicum prodeant.* Ibid. 2.
Tit. xviii. *Communia de Quadrageſima.* Ibid.
Tit. xix. *De Jejunio quatuor temporum, & aliorum dierum.* 194. 1.
Tit. xx. *De Jejuniis monachorum.* 195. 1.
Tit. xxi. *Ne quiſquam die Dominico jejunet.* Ibid.
Tit. xxii. *Contrariæ ſententiæ Græcorum, & Latinorum de Jejunio ſabbati.* Ibid.
Tit. xxiii. *Quibus diebus oporteat chriſtianos a carnibus abſtinere.* 196. 1.
Tit. xxiv. *De cibis olim prohibitis.* Ibid. 2.
Tit. xxv. *Ne quiſquam carnium cibos, aut vinum Hæreticorum more deteſtetur.* 197. 2.
Tit. xxvi. *De agape, & de iis, qui faciunt agapas.* Ibid.
Tit. xxvii. *Communia de Jejunio.* 198. 1.
Tit. xxviii. *De vigiliis.* Ibid. 2.
Tit. xxix. *De Litaniis.* 199. 2.

LIBER DECIMUS.
De Baptiſmo.

Tit. i. *De catechizandis, & catechumenis.* 201. 1.
Tit. ii. *De iis, qui Catechumenos docent.* 202. 1.
Tit. iii. *De Catechumenis, qui in peccata inciderunt.* Ibid. 2.
Tit. iv. *De præparatione, quam poſtulat baptiſmus.* 203. 1.
Tit. v. *Varia de Catechumenis.* Ibid.
Tit. vi. *Sacerdotes habeant cognita ea, quæ pertinent ad Baptiſmi ſuſceptionem.* 204. 1.
Tit. vii. *Diſcant chriſtiani myſterium baptiſmatis.* Ibid. 2.
Tit. viii. *Nemo baptizetur invitus.* Ibid.
Tit. ix. *De abrenuntiatione, quæ fit in Baptiſmo.* 205. 1.
Tit. x. *De materia Baptiſmi.* Ibid. 2.
Tit. xi. *De forma Baptiſmi.* 206. 1.
Tit. xii. *De miniſtro Baptiſmi.* 207. 1.
Tit. xiii. *De effectu Baptiſmi.* 209. 1.
Tit. xiv. *Baptiſmus non tollit digamiam.* 211. 1.
Tit. xv. *De Baptiſmo infantium, & de ejus neceſſitate.* 212. 1.
Tit. xvi. *De immerſione, & de immerſionum numero.* 213. 1.
Tit. xvii. *De variis cæremoniis, quæ in Baptiſmo obſervari ſolent.* Ibid. 2.
Tit. xviii. *De loco, in quo Baptiſmus eſt ſuſcipiendus.* 215. 1.
Tit. xix. *De diebus ad ſuſcipiendum Baptiſmum conſtitutis.* Ibid. 2.
Tit. xx. *Non denegetur Baptiſmus his, qui ſunt in periculo mortis, etiam extra tempora ſtatuta.* 218. 1.
Tit. xxi. *De voluntate ad ſuſcipiendum Baptiſmum.* 219. 2.
Tit. xxii. *De ſuſceptoribus.* 220. 2.
Tit. xxiii. *De cognatione, quæ oritur & Baptiſmo.* 221. 1.
Tit. xxiv. *Baptizentur hi, qui ignorant ſe baptizatos eſſe.* 222. 1.
Tit. xxv. *Ne pecunia accipiatur baptizandi cauſſa.* Ibid. 2.
Tit. xxvi. *Nemo audeat eos, qui baptizati ſunt, rebaptizare, neque quiſquam ſe rebaptizari permittat.* 223. 1.
Tit. xxvii. *De pœna illorum, qui bis ſuſcipiunt Baptiſmum.* 225. 1.
Tit. xxviii. *De pœnis, quibus afficiuntur ii, qui apud hæreticos Baptiſmum ſuſcipiunt, aut filios hæreticis deferunt baptizandos.* Ibid. 2.
Tit. xxix. *Hæretici ſine forma Eccleſiæ baptizati, ſi ad Eccleſiam veniunt, iterum baptizentur.* Ibid.
Tit. xxx. *Hæretici rite baptizati, per manus impoſitionem, aut per fidei profeſſionem ſuſcipiuntur ab Eccleſia.* Ibid.
Tit. xxxi. *Baptizati apud Hæreticos, qui formam Eccleſiæ ſervant, non rebaptizentur.* Ibid.
Tit. xxxii. *Communia de Baptiſmo.* 226. 1.

LIBER UNDECIMUS.
De Confirmationis Sacramento.

Tit. i. *De Chriſmate ex Oleo, & Balſamo.* 227. 1.
Tit. ii. *Epiſcopi eſt conficere Chriſma, non autem presbyteri.* Ibid. 2.
Tit. iii. *Per ſingulos annos benedicendum Chriſma.* 228. 1.
Tit. iv. *Petant presbyteri ab Epiſcopis Chriſma.* Ibid. 2.
Tit. v. *Cuſtodiatur Chriſma diligenter.* 229. 1.
Tit. vi. *De miniſtro confirmationis.* Ibid.
Tit. vii. *De effectu confirmationis.* 230. 1.
Tit. viii. *Ab Hæreticis baptizati per confirmationem recipiuntur ab Eccleſia.* 231. 1.
Tit. ix. *De diebus ad ſuſcipiendum hoc Sacramentum conſtitutis.* Ibid.
Tit. x. *Non eſt ſuſcipiendum bis hoc Sacramentum.* Ibid. 2.
Tit. xi. *De patribus ſpiritualibus.* Ibid.
Tit. xii. *De cognatione quæ oritur ex hoc Sacramento.* 232. 1.
Tit. xiii. *Ne pecunia accipiatur Chriſmatis, aut confirmationis cauſſa.* Ibid.
Tit. xiv. *Communia de confirmatione.* Ibid. 2.

LIBER DUODECIMUS.
Pars Prior de Euchariſtia, ut Sacramento.

Tit. i. *De Materia, & Forma Euchariſtiæ.* 233. 1.

Tit. ii. *Corpus Chriſti revera eſt in Euchariſtia, & de effectu, quem in ſumente producit.* 235. 2.
Tit. iii. *De Miniſtris, qui conficiunt, vel tribuunt Euchariſtiam.* 236. 1.
Tit. iv. *Ab Hæreticis non ſumatur Euchariſtia.* 237. 1.
Tit. v. *Energumeni poſſunt ſumere Euchariſtiam, ſed non miniſtrare.* Ibid.
Tit. vi. *De cultu, & veneratione maxima, quæ debetur Euchariſtiæ, & Miſſæ Sacrificia.* Ibid. 2.
Tit. vii. *De frequenti perceptione Euchariſtiæ.* 238. 1.
Tit. viii. *De percipienda Euchariſtia in Cœna Domini, vel in Paſchate.* 240. 1.
Tit. ix. *Quonam pacto ſe debeant comparare chriſtiani ad perceptionem Euchariſtiæ.* Ibid. 2.
Tit. x. *Non denegetur Euchariſtia leproſis, & aliis infirmis.* 242. 2.
Tit. xi. *Euchariſtia non denegetur illis, quibus mors impendet.* 243. 1.
Tit. xii. *Quibus de cauſis prohibeantur clerici, aut laici a perceptione Euchariſtiæ.* 245. 1.
Tit. xiii. *De communione laica.* 247. 1.
Tit. xiv. *De peregrina communione.* 248. 1.
Tit. xv. *De iis, qui acceptam Euchariſtiam non conſumunt.* Ibid.
Tit. xvi. *Communia de Euchariſtia.* Ibid. 2.

LIBER DECIMUSTERTIUS.
Pars Poſterior de Sacrificio Miſſæ.

Tit. i. *De miniſtris, qui offerunt Sacrificium, & de his, qui non poſſunt offerre.* 249. 1.
Tit. ii. *Quem ordinis ſervare debeant Sacerdotes in Miſſæ celebratione.* 250. 1.
Tit. iii. *Miſſæ Sacrificium celebretur a jejunis.* Ibid.
Tit. iv. *De precibus, & cæremoniis, quas in Miſſæ Sacrificia variæ ſynodi, & Pontifices Maximi ſervari juſſerunt.* Ibid. 2.
Tit. v. *De rebus, quas licet, aut non licet in Altari offerri.* 253. 2.
Tit. vi. *De oblationibus.* 254. 1.
Tit. vii. *Nullus Sacerdos ſacrum faciat in loca non conſecrato.* Ibid.
Tit. viii. *Miſſæ Sacrificium olim non fiebat ante horam tertiam.* Ibid.
Tit. ix. *Quibus diebus olim Sacerdotes non faciebant ſacrum.* Ibid. 2.
Tit. x. *Sacerdos non faciat ſacrum ſolus.* Ibid.
Tit. xi. *De cultu, & veneratione maxima quæ debetur Miſſæ Sacrificio.* 255. 1.
Tit. xii. *De veſtibus ſacris, vaſis, corporali, pallis, pallio, & inſignibus propriis Sacerdotum, aliorumque miniſtrorum reverentiandis, mundandis, & conſervandis.* Ibid. 2.
Tit. xiii. *De Miſſis privatis.* Ibid.
Tit. xiv. *Mulieres non accedant ad altare, neque Sacerdotum ſint adminiſtræ.* Ibid.
Tit. xv. *Diebus Dominicis omnes interſint Miſſæ a principia ad finem uſque.* 256. 1.
Tit. xvi. *De loco laicorum in miſſis.* Ibid. 2.
Tit. xvii. *Ne quis audiat Miſſam presbyteri concubinarii.* Ibid.
Tit. xviii. *De Miſſa Catechumenorum.* Ibid.
Tit. xix. *De Miſſis defunctorum, & pro quibus poſſit Sacrificium offerri, & pro quibus non.* 257. 1.
Tit. xx. *De Sacerdote, qui ſe abſtinet a perceptione Euchariſtiæ cum facit ſacrum, item de miniſtris, & aliis, qui interſunt Sacrificio, & non communicant.* 258. 2.
Tit. xxi. *Num Sacerdos, qui pœnitentiam accepit, poſſit poſt actam pœnitentiam facere ſacrum.* Ibid.
Tit. xxii. *Presbyteri, qui faciunt ſacrum apud ſanctimoniales ſtatim diſcedant.* Ibid.
Tit. xxiii. *Communia de Sacrificia Miſſæ.* Ibid.

LIBER DECIMUSQUARTUS.
De Pœnitentiæ Sacramento.

Tit. i. *Laus Pœnitentiæ.* 260. 1.
Tit. ii. *De contritione.* 261. 1.
Tit. iii. *De confeſſione.* 262. 2.
Tit. iv. *De ſatisfactione.* 266. 1.
Tit. v. *De effectu Pœnitentiæ.* Ibid. 2.
Tit. vi. *De poteſtate ſacerdotis, & de abſolutione.* 267. 1.
Tit. vii. *De Indulgentiis.* 268. 2.
Tit. viii. *De recipiendis peccatoribus, qui Pœnitentiam agere volunt.* 269. 2.
Tit. ix. *Non admittitur pœnitentia illius, qui in peccato perſeverat.* 271. 2.
Tit. x. *Tempus, & modus Pœnitentiæ plerumque conſtituitur arbitria Sacerdotis.* 273. 2.
Tit. xi. *De modo imponendi Pœnitentiam.* 275. 1.
Tit. xii. *Pœnitentia non ſuſcipiatur ab hæretico Sacerdote.* 277. 2.
Tit. xiii. *De Pœnitentia publica.* Ibid.
Tit. xiv. *Presbyter non poteſt reconciliare Pœnitentem injuſſu Epiſcopi.* 278. 1.
Tit. xv. *Non ordinentur, qui publicam Pœnitentiam egerunt.* Ibid.
Tit. xvi. *Ne Pœnitentes matrimonium contrahant.* Ibid.
Tit. xvii. *De Pœnitentibus qui e vivis excedunt.* 279. 1.
Tit. xviii. *Qui morbo oppreſſus obmutuit, pœnitentiam accipere poteſt, ſi ſignificationem dedit ſuæ voluntatis.* 280. 1.
Tit. xix. *Varia de pœnitentibus ægrotis.* Ibid. 2.
Tit. xx. *De his, qui poſt Pœnitentiam ad priſtinos mores redeunt.* 281. 1.
Tit. xxi. *De Sacerdote, qui Pœnitentiam accepit.* 282. 1.
Tit. xxii. *Presbyteris, & Diaconis, qui peccarunt, non imponatur manus.* 284. 1.
Tit. xxiii. *De templis, & presbyteris olim ad ſuſcipiendos Pœnitentes conſtitutis.* Ibid.

Tit. xxiv.

Tit. xxiv. *Pœnitentiæ quædam clericis, & monachis proprie conſtitutæ.* 284. 2.
Tit. xxv. *Varia Pœnitentiæ.* 286. 1.
Tit. xxvi. *Communia de Pœnitentia.* 287. 1.

LIBER DECIMUSQUINTUS.
De Extrema unctione, Funeribus, & Sepulturis.

Tit. i. *De Extrema unctione.* 290. 1.
Tit. ii. *De lugendis mortuis moderate.* 291. 1.
Tit. iii. *De precibus pro mortuis adhibendis.* Ibid. 2.
Tit. iv. *Pro quibus mortuis poſſit Miſſæ Sacrificium offerri, & pro quibus non poſſit.* 292. 1.
Tit. v. *Ne oblationes defunctorum retineantur a laicis.* Ibid.
Tit. vi. *De Pœnitentibus, qui ex hac vita migrarunt.* Ibid. 2.
Tit. vii. *Cum moritur Epiſcopus veniat Epiſcopus vicinus ad mandandum tumulo illius corpus.* Ibid.
Tit. viii. *Ne quiſquam bona Epiſcopi defuncti ſurripere audeat.* 293. 1.
Tit. ix. *De iis, qui cibos offerunt mortuis.* Ibid.
Tit. x. *Non ſepeliebantur olim corpora defunctorum in Eccleſia.* Ibid.
Tit. xi. *Ne corpora mortuorum pallis, aut veſtibus ſacris tegantur.* Ibid. 2.
Tit. xii. *Quibus de cauſſis privetur quis ſepultura Eccleſiaſtica.* Ibid.
Tit. xiii. *De pœna illius, qui ſepulchrum violat.* 295. 1.
Tit. xiv. *Ne pecunia accipiatur ſepulturæ cauſſa tamquam pretium.* Ibid. 2.
Tit. xv. *Communia de funeribus, & ſepulturis.* 296. 2.

LIBER DECIMUSSEXTUS.
De Sacramento Ordinis.

Tit. i. *De miniſterio Sacram. Ordinis.* 297. 1.
Tit. ii. *Epiſcopus non ordinet in aliena diœceſi.* 298. 1.
Tit. iii. *Ne Epiſcopus clericum alienum ordinet ſine ſcientia Epiſcopi, ad quem pertinet.* Ibid.
Tit. iv. *Epiſcopus ſervet canonum ſtatuta in conferendis ordinibus.* Ibid.
Tit. v. *Ne laicus ſtatim Epiſcopus, aut presbyter ordinetur, ſed prius ordines inferiores ſuſcipiat.* Ibid.
Tit. vi. *De temporibus ordinationum.* Ibid. 2.
Tit. vii. *De cæremoniis, quæ in ordinatione presbyteri, & reliquorum clericorum obſervari ſolent.* 300. 1.
Tit. viii. *Ordinentur clerici multis præſentibus, non tamen interſint catechumeni.* 301. 1.
Tit. ix. *Qua ætate clerici poſſint ſacris initiari.* Ibid.
Tit. x. *De illicitis ordinationibus.* 302. 1.
Tit. xi. *Quales debeant eſſe, qui ordinantur, & ne quiſquam ſine examine ordinetur.* Ibid.
Tit. xii. *De Neophytis non ordinandis.* 306. 1.
Tit. xiii. *De digamis non ordinandis.* Ibid. 2.
Tit. xiv. *Ne digamus clericus ordinetur, licet poſt digamiam fuerit baptizatus.* 308. 2.
Tit. xv. *De publice pœnitentibus non ordinandis.* Ibid.
Tit. xvi. *De Hæreticis ad fidem converſis non ordinandis exceptis Novatianis, & aliis quibuſdam.* 311. 2.
Tit. xvii. *De homicidis non ordinandis.* Ibid.
Tit. xviii. *De incontinentibus non ordinandis.* Ibid. 2.
Tit. xix. *De filiis presbyterorum, & de aliis ex illicito concubitu natis non ordinandis.* 312. 1.
Tit. xx. *De ordinandis hominibus imperitis.* Ibid. 2.
Tit. xxi. *De his, quibus aliquod membrum deeſt, non ordinandis.* 313. 1.
Tit. xxii. *De his, qui rebaptizati ſunt, aut ab Hæreticis baptizati non ordinandis, exceptis infantibus.* 314. 1.
Tit. xxiii. *De militibus, & curialibus non ordinandis.* Ibid.
Tit. xxiv. *De energumenis non ordinandis.* 315. 1.
Tit. xxv. *De iis, qui morbo oppreſſi baptizantur, non ordinandis.* Ibid.
Tit. xxvi. *De ſervis non ordinandis.* Ibid.
Tit. xxvii. *De libertis non ordinandis ſine conſenſu patroni.* 316. 2.
Tit. xxviii. *De quibuſdam non ordinandis propter varia crimina, aut propter alias cauſſas.* Ibid.
Tit. xxix. *Qui baptizati, aut nati ſunt in provinciis remotis non facile ordinentur.* 317. 1.
Tit. xxx. *Non ordinentur, qui uxores habent, niſi caſtitatem ſe ſervare promiſerint.* Ibid.
Tit. xxxi. *Ne quiſquam per ſimoniam conferat aut ſuſcipiat ordines, & de ordinatis a ſimoniacis.* Ibid.
Tit. xxxii. *De his, qui magnis ſceleribus obſtricti ordines ſuſceperunt.* 320. 1.
Tit. xxxiii. *Prohibeantur a miniſterio ſacrorum ordinum, qui poſt ipſos ordines ſuſceptos gravia crimina ſuſceperunt.* 321. 1.
Tit. xxxiv. *Nemo ſuſcipiat bis eundem ordinem.* Ibid. 2.
Tit. xxxv. *De ordinatis ab excommunicatis, vel depoſitis.* Ibid.
Tit. xxxvi. *De ordinatis ab Hæreticis, & Schiſmaticis.* 322. 1.
Tit. xxxvii. *De quibuſdam, qui ordines ſuſcipere non prohibentur.* Ibid. 2.
Tit. xxxviii. *Monachi aſcendere poſſunt ad ſacros ordines, ſi Epiſcopus, & Abbas conſenſum præbeant.* Ibid.
Tit. xxxix. *De rebus, quas promittere debent, qui ordinantur.* Ibid.
Tit. xl. *De Tonſura.* Ibid.
Tit. xli. *Ne quiſquam, qui uxorem habet,*

ſacris initietur, niſi ipſe, & uxor promiſerint caſtitatem. 323. 1.
Tit. xliii. *Communia de ordinandis.* Ibid.

LIBER DECIMUSSEPTIMUS.
De Matrimonio.

Tit. i. *Ne quiſquam Matrimonium damnare audeat.* 324. 1.
Tit. ii. *De Sponſalibus.* Ibid. 2.
Tit. iii. *Mulieres non nubant ſine conſenſu parentum, vel aliorum, in quorum ſunt poteſtate.* 325. 1.
Tit. iv. *Non ſufficit conſenſus parentis in matrimonio filii, ſed neceſſarius eſt contrahentis conſenſus.* Ibid. 2.
Tit. v. *De cæremoniis quæ in matrimonio obſervari ſolent, & in primis de benedictione.* Ibid.
Tit. vi. *Ne pecunia accipiatur benedictionis nuptialis cauſſa.* 327. 1.
Tit. vii. *Quibus temporibus nuptias celebrari non liceat.* Ibid.
Tit. viii. *De fide, & amore mutuo viri, & uxoris.* Ibid. 2.
Tit. ix. *Quibus temporibus viris conſulitur ab uxoribus abſtinere.* Ibid.
Tit. x. *Ne fidelis matrimonium contrahat cum infideli.* 328. 2.
Tit. xi. *Non poſſunt contrahere Matrimonium, qui voto caſtitatis ſe adſtrinxerunt.* Ibid.
Tit. xii. *Ne Pœnitentes Matrimonium contrahant.* 331. 2.
Tit. xiii. *Ne Matrimonium contrahantur inter conſanguineos, & affines.* Ibid.
Tit. xiv. *Ne quiſquam commatrem ducat uxorem.* 337. 1.
Tit. xv. *Ne clerici, qui ſacris ſunt initiati, uxores ducant.* Ibid.
Tit. xvi. *Ne qui uxorem habet ſacris initietur, niſi ipſe, & uxor promiſerint caſtitatem.* Ibid.
Tit. xvii. *Ne Presbyteri, aut Diaconi, aut Subdiaconi uxor mortuo viro nubat.* Ibid. 2.
Tit. xviii. *Presbyteri, & alii, qui ſacris ſunt initiati, abſtineant ab uxoribus, ſi non abſtinent, puniantur.* 338. 1.
Tit. xix. *Ne uxor Epiſcopi, presbyteri dormiat in lecto, aut in cubiculo viri.* Ibid.
Tit. xx. *Ne presbyter, diaconus, aut ſubdiaconus interſint ludis, qui fiunt in nuptiis.* Ibid. 2.
Tit. xxi. *Adulter non poteſt ducere uxorem eam, cum qua, vivente viro, concubuit.* 339. 1.
Tit. xxii. *Ob quæ crimina privetur quis ſpe coniugii.* Ibid. 2.
Tit. xxiii. *Clerici, qui non ſunt ſacris ordinibus initiati, uxores ducere poſſunt.* 340. 2.
Tit. xxiv. *Ne Clericus viduam, aut meretricem ducat uxorem.* Ibid.
Tit. xxv. *De coniugio ſervorum, & libertorum.* Ibid.
Tit. xxvi. *Ne vir uxorem dimittere audeat, excepta fornicationis cauſſa.* Ibid.
Tit. xxvii. *Vir, dum uxor vivit, non poteſt alteram ducere, neque uxor alteri viro nubere.* Ibid.
Tit. xxviii. *Nemini licet duas uxores eodem tempore habere.* 344. 1.
Tit. xxix. *De coniugibus, qui ad religionem ſe conferunt.* Ibid. 2.
Tit. xxx. *De ſecundis nuptiis, & ne quiſquam eas damnet.* 345. 1.
Tit. xxxi. *Ne digami ordinentur Clerici, licet poſt digamiam fuerint baptizati.* 346. 1.
Tit. xxxii. *Clericus digamus tantum poteſt aſcendere ad ordinem ſubdiaconatus.* Ibid.
Tit. xxxiii. *De Matrimonio clandeſtino.* Ibid.
Tit. xxxiv. *De concubinis, & de his, qui concubinas habent.* 347. 1.
Tit. xxxv. *De adulteris, & raptoribus feminarum.* Ibid.
Tit. xxxvi. *De teſtibus, & aliis probationibus in cauſſa matrimoniali.* Ibid.
Tit. xxxvii. *Communia de Matrimonio.* 348. 1.

AN.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.
Pars Tertia
DE JUDICIIS.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.

PARS TERTIA DE JUDICIIS.

LIBER PRIMUS

De Actionibus, ſive Judiciis.

TITULUS I.
LAUS JUSTITIÆ.
CAPUT I.

TUrpe eſt me hoc defendere, quod prius mihi non conſtiterit juſtum eſſe, quia ego homines propter juſtitiam diligo, non autem juſtitiam propter homines poſtpono. *Gregor. Leont. Exconſuli lib. 8. regiſt. epiſt. 51.*

CAPUT II.

Amatoris juſtitiæ indicium eſt, quoslibet, & quomodolibet hanc velle penitus invenire. Juſtitia nempe pretioſa margarita eſt, quæ non ſolum in theſauris regiis, verum etiam in ſterquiliniis eſt quærenda, &c. *Nicol. epiſt. ad Michael. Imp. in princ. incipit*, Quanto majora.

CAPUT III.

Perfectorum virorum eſt, non ſolum juſtitiam & veritatem, quæ Chriſtus eſt, coram cunctis mundi Principibus confiteri, verum etiam, ſi neceſſe ſit, uſque ad mortem tota virtute defendere, &c. *Nicol. ad Senatorem CP. ep. 16.*

CAPUT IV.

Prov. 14. Scriptum eſt: *Juſtitia elevat gentem, injuſtitia vero miſeros facit populos*; & Pſalmiſta:
Pſalm. 105. *Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore. Arelat. ſub Carolo cap. 13.*

CAPUT V.

Prov. 14. Quod per juſtitia n ſtet regnum, Salomon in proverbiis adſtruit ita inquiens: *Juſtitia elevat gentem, & miſeros faciat populos peccatum.*
Prov. 20. Item: *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur juſtitia thronus ejus.* Item:
Prov. 21. e. *Facere miſericordiam, & judicium magis pla-*
Ibid. *cet Deo, quam victimæ.* Et infra: *Rapinæ impiorum detrahent eos, qui noluerunt facere ju-*
Ibid. & 15. *dicium.* Item ibi: *Qui ſequitur juſtitiam, & miſericordiam, invenit vitam, & juſtitiam,*
Eccl. 10. *& gloriam* &c. Item: *Regnum a gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos.* Quibus verbis liquido claret, quod pietas, juſtitia, & miſericordia ſtabiliant regnum, & læſiones viduarum, & pupillorum, calumniæque miſerorum, violentaque judicia, & perverſio juſtitiæ evidenter illud evertant. Unde & multorum regnorum collapſio, quia pietatis, juſtitiæ, & miſericordiæ non habuerunt ſtabilimentum, his quæ dicta ſunt, patenter fidem attribuit. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. l. 2. cap. 4.*

CAPUT VI.

Per hoc ſupernæ majeſtatis auctorem, cujus univerſa reguntur imperio, placari credimus, ſi in populo noſtro juſtitiæ jura ſervamus, & ille pius pater, & Dominus, qui humanæ fragilitatis ſubſtantiam ſuo ſemper adjuvare conſuevit auxilio, melius dignabitur cunctorum neceſſitatibus, quæ ſunt opportuna, concedere his, quos cognoſcit præceptorum ſuorum monita cuſtodire, &c. Convenit ergo, juſtitiæ, & æquitatis in omnibus vigore ſervato, diſtringat legalis ultio judicum, quos non corrigit canonica prædicatio ſacerdotum, quo fiat, ut dum præterita reſecantur ſcelera, nullus audeat perpetrare futura, & ita univerſos excedentes pro diſciplinæ tenore ſervando correctionis fræna conſtringat, ut in univerſa regione noſtra pacis, & concordiæ jura proficiant. *Guntramnus Rex Francorum in ſynod. Matiſc. II.*

TITULUS II.
DE CONCORDIA, ET AMORE MUTUO, ET DE RECONCILIATIONE DISSIDENTIUM.
CAPUT I.

PRæcipimus, ut Epiſcopi ad ſolum Deum, & ſalutem populi habentes reſpectum, omni *Diſt. 90. c. 11. c. 1. de* tepiditate depoſita, ad pacem firmiter tenendam *treuga, &* mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant, *pace, apud* neque alicujus amicitia, aut odio prætermittant. *Greg. IX. & in 1. coll.* Quod ſi quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. *Innoc. II. in concil. Rom. c. 9. Alexand. III. in concil. Lateran. c. 25.*

CAPUT II.

Vos, ſi dilectionem habueritis ad invicem, & unanimes fueritis, facile tales ſeparare poteritis (*loquitur de iis, qui invehuntur in Epiſcopos*) ſi vero, quod abſit, diſcordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non ſolum eos non

fu-

Google

ſuperabitis, ſed & vobis ipſis nocebitis. *Alexand. ep. 2. ante med.*

CAPUT III.

Diſt. 90. c. ult. Perlatum eſt ad Sedem Apoſtolicam, aliquos veſtrum nocere fratres velle, & ut cadant, decertare; ſimiliter in ſacramentis diſcrepare, & ob id contentiones, & æmulationes inter vos fieri, a quibus diſſenſionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre viciſſim mandamus, nam ſi hoc agere cito neglexeritis & viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ Sedis, & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis. *Victor. ep. 2. in med.*

CAPUT IV.

11. q. 3. c. 89. Si quis, in fin. Homini religioſo parum eſſe debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, niſi eas etiam extinguere bene loquendo ſtuduerit. *Calliſt. ep. 1. in fin. Ivo part. 5. c. 235. decret.*

CAPUT V.

Studendum eſt Epiſcopis, ut diſſidentes fratres magis ad pacem, quam ad judicium coerceantur. *Steph. ep. 2. ante med.*

CAPUT VI.

Philipp. 3. *Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius*, ſicut Apoſtolus ait: „ Unuſquiſque veſtrum
„ proximo ſuo placeat in bono ad ædificatio-
„ nem, nec enim poterit unitatis noſtræ firma
„ eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum charitatis adſtrinxerit, quia:
Rom. 12. 1. Cor. 12. „ *ſicut in uno corpore multa membra habemus,*
„ *omnia autem membra non eundem actum*
„ *habent, ita multi unum corpus ſumus in*
„ *Chriſto, ſinguli autem alter alterius mem-*
„ *bra*". Hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, ſed præcipue exigit concordiam ſacerdotum. *Leo ep. 82. ad Anaſt. Theſſalon. Epiſc. c. 11.*

CAPUT VII.

Hi, qui publicis inter ſe odiis exardeſcunt, ab Eccleſiaſticis conventibus ſunt removendi, donec ad pacem recurrant. *Arelat. II. c. 31.*

CAPUT VIII.

Diſt. 90. c. 6. Diſſidentes Epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet. *Carth. IV. c. 25. L. Burch. lib. 1. c. 62. Ivo part. 5. c. 172. decret.*

CAPUT IX.

Diſt. 90. c. 7. Studendum eſt Epiſcopis, ut diſſidentes fratres, ſive clericos, ſive laicos ad pacem magis, quam ad judicium cohortentur. *Carth. IV. c. 26. L. Capitul. lib. 6. c. 287. Burch. lib. 1. c. 101. Ivo part. 5. c. 203. decret.*

CAPUT X.

Diſt. 90. c. 1. Diſcordantes clericos Epiſcopus vel ratione, vel poteſtate ad concordiam trahat, inobedientes ſynodus per audientiam damnet. *Carth. IV. cap. 59. L. Burch. lib. 2. cap. 215. Ivo part. 6. c. 290. decret. Anſelm. lib. 8. c. 34. in addit. Cæſar. lib. 4. c. 112.*

CAPUT XI.

Diſt. 90. c. 2. Oblationes diſſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur. *Carth. IV. cap. 93. Tolet. XI. cap. 4. Troſleian. cap. 12. Burch. lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. decret.*

CAPUT XII.

Quicumque odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem revocari diutina intentione nequiverint, a ſacerdotibus civitatis primitus arguantur; qui ſi inimicitias deponere perniicioſa intentione noluerint, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellantur. *Agath. c. 31. Vormac. c. 41. Troſl. c. 12. Burch. lib. 10. c. 61. Ivo part. 13. c. 62. decret.* *Diſt. 90. Placuit, c. 9.*

CAPUT XIII.

Qui ſacramento ſe obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communione ſanguinis & corporis Domini ſegregatus reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit jejuniis, abſolvat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet. *Ilerd. c. 7. vide Troſl. c. 11. Rab. cap. 20. de pœnit. Burch. lib. 12. c. 17. Ivo part. 12. c. 74. decret.* *22. q. 4. c. 11.* *1. Pet. 4.*

CAPUT XIV.

Propter illud cæleſte mandatum: *Pacem meam do vobis*, &c. ſi inter conſacerdotes ex cauſa livor emerſerit, ut pendente certamine ſibi invicem reconciliari non poſſint, electis ab utraque parte fratribus, id eſt, presbyteris, præponderante dulcedine, litis jacula finiant, & vota pacis requirant, &c. Si quis tunc reconciliari neglexerit, cum ad ſynodum venerit, non ſolum reatum coram coepiſcopis ſe cognoſcat incurrere, verum etiam congruæ pœnitentiæ intelligat vindictam ſubire, &c. *Turon. II. c. 2.* *Joann. 14.*

CAPUT XV.

Sicut omnis, qui diligit fratrem ſuum, ex Deo eſt, ita omnis, qui odit proximum, ex diabolo eſt, dilectione enim ſola diſcernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Joanne: *In hoc manifeſtati ſunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non facit juſtitiam, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum; quoniam hæc eſt annunciatio, quam ab initio audiſtis, ut diligamus alterutrum*; & poſt paululum: *Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt, & ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.* Ecce homicida eſſe probabiliter declaratur, qui a fraterna ſocietate dividitur, &c. Et Paulus: *Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram.* Et: *Nolite locum dare diabolo.* Relatum eſt nobis, quorundam ſacerdotum perſonas non ſolum occaſum ſolis ab ira non revocare, ſed quod nec annoſa tranſactio temporum ad bonum charitatis recliner, quippe in quorum cordibus ſol juſtitiæ Chriſtus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix poſſint. Horum ergo diſcordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſuimus, atque præcipimus eis, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat, ſed geminato tempore per pœnitentiam compenſabunt, quod diſcordiæ ſervierunt. Quod ſi unus, alio contemnente, ad ſatisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore, ut pacificus intra Eccleſiam reputetur, ex quo ad concordiam feſtinavit, ſen-

ten-

c. 3. de præſumpt. in 1. coll. *1. Joann. 3.* *Ibid.* *Epheſ. 4.* *Vid. diſt. 90. c. 2. Oblationes.*

tentia tamen ſuperiori ſervata, ut tempus quod in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ ſatisfactione perſolvat. *Tolet. XI. c. 4. vide Carthag. IV. c. 93. L. vide Troſl. c. 12. Burch. lib. 5. cap. 231. & lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. & part. 5. c. 231. decret.*

CAPUT XVI.

De pacis bono, atque concordia, ut ab omnibus omnino indiſrupta teneatur, inter Epiſcopos, & comites, inter clericos, & monachos, & omnem populum chriſtianum, &c. Quidquid illud eſt, quod nos ad veræ pacis ſtudium, & charitatis perfectionem provocat, totis viribus ſectandum eſt. Quidquid nos ab illa disjungit, ut venenum mortiferum cavendum eſt. *Arelat. ſub Carolo c. 12. Capitul. lib. 7. in addit. c. 63.*

CAPUT XVII.

Omnes homines, & maxime Chriſtiani, ſtudeant inter ſe pacem, unanimitatem, & concordiam habere, odium vero, & diſcordiam longo a ſe propellere. *Turon. ſub Carolo c. 32.*

CAPUT XVIII.

Si inter omnes fideles pax, & concordia habenda
Hebr. 12. eſt, dicente Apoſtolo: *Sequimini pacem, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum*; multo magis inter Epiſcopos, & Comites eſſe debet, qui poſt Imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter ſe concordare debent, ut alterutrum ſibi ad Dei ſervitium peragendum, & miniſterium ſuum explendum, non ſolum non noceant, quin potius adminiculo ſint. *Cabil. ſub Carolo c. 20. Magunt. ſub Raban. c. 4. Magunt. ſub Arnulph. c. 24.*

CAPUT XIX.

Joann. 8. Ut pax & concordia ſit, atque unanimitas in
Epheſ. 4. populo Chriſtiano, quia unum Deum patrem habemus in cælis, & unam matrem Eccleſiam, unam fidem, unum baptiſma, ideo in una pace & unanimitate concorditer vivere debemus, ſi ad unam & veram hæreditatem regni cæleſtis cupimus pervenire, quia non eſt diſſenſionis Deus,
1. Cor. 14. ſed pacis, ut ipſe ait: *Beati pacifici, quoniam filii*
Matt. 5. *Dei vocabuntur. Magunt. ſub Carolo c. 5. Magunt. ſub Rab. cap. 4. Capitul. lib. 7. cap. 15. in addit.*

CAPUT XX.

Admonendi ſunt benevoli ſubditi, ut ſic alienis bonis congaudeant, quatenus habere & propria concupiſcant, ſic proximorum facta diligendo laudent, ut etiam imitando multiplicent, ne ſi in hoc præſentis vitæ ſtadio ad certamen alienum devoti fautores, ſed pigri ſpectatores aſſiſtant, & poſt certamen ſine bravio remaneant, qui nunc in certamine non laborant, & tunc eorum palmas afflicti reſpiciant, in quorum nunc laboribus otioſe perdurant. Valde peccamus, ſi aliena bene geſta non diligimus: ſed nihil mercedis agimus, ſi ea, quæ diligimus, in quantum poſſumus non imitamur. *Greg. in paſtor. lib. 3, cap. 11. apud Aquiſgr. c. 103. ad fin.*

CAPUT XXI.

Inter cætera mala, quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia ſpiritualia merito exageranda videntur, &c. odium, & diſcordia, quæ charitatem inter proximos extinguunt, dilectionem vacuant, & omnia bona pervertunt, & non ſinunt proximos in mutua dilectione conſiſtere, nec quietam, tranquillamque, ut decuerat Chriſtianos, vitam degere. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 1. in fin.*

CAPUT XXII.

Hi, qui Palatinis honoribus fulciuntur, ſive clerici ſint, ſive laici, dignum eſt, ut vinculo charitatis connectantur, ne alterutrius injuriam, aut dehonorationem contra fas meditentur, ne deſides, & doloſi ad invicem exiſtant, ne forte qui doloſi ſunt, incidant in illud Pſalmiſtæ dicentis:
Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala Pſalm. 27.
autem in cordibus eorum. Da illis Domine ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinventionum ipſorum. Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 6. in med.

CAPUT XXIII.

Hoc ſummopere elaborandũ eſt, ut ſemper inter paſtores Eccleſiarum, & gregem Chriſti pax, & concordia, unanimitaſque ſervetur, niſi enim charitatem & concordiam in invicem habuerint, Deum, ſicut oportet, propitium habere non merebuntur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 3. cap. 10. Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 4. c. 6.*

CAPUT XXIV.

Si fideliter vultis regnare, & vigorem Regium, & ſeniorale, & ſuper veſtros, & ſuper impugnantes poteſtatem veſtram optatis habere, charitatem
illam, quam Apoſtolus docuit: *de corde puro,* 1. Tim. 1.
& conſcientia bona, & fide non ficta cum fratribus veſtris ſtudete habere. *Meld. c. 7.*

CAPUT XXV.

Ut tanta inter nos, largiente Domino charitas, & unitas teneatur, ut quoties aliqui in populis, quibus regendis præeſſe dignoſcimur, adverſus Eccleſiam, & ſacerdotalem auctoritatem contemptores, & rebelles exiſtunt, tanta inſtantia invicem & litteris & verbis juvare ſtudeamus, ut pondere Eccleſiaſtici vigoris retruſi, & preſſi ad humilitatem pœnitentiæ compellantur. *Valent. ſub Loth. c. 13.*

CAPUT XXVI.

Per murmurationes, & detractiones charitatis vinculum, quod præcipue inter paſtorem, & gregem Deus requirit, & quod nos ſingulariter Deo jungit, nimis dolenter ſolvitur. Et recedente Deo, qui in ſciſſura mentium habitare non poteſt, graviſſima quotidie damna, & mortes animarum fiunt, ita ut ſi hæc negligantur, non jam paſtores, ſed interfectores, quod abſit, Chriſti ovium, inveniamur. *Valent. ſub Loth. c. 14.*

CAPUT XXVII.

Dominicis & feſtis diebus presbyteri, antequam miſſas celebrent, interrogent, ſi aliqui diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implacabilem habeant, & ſi inventi fuerint, ſtatim reconcilientur. *Nannet. c. 1. Ivo part. 2. c. 122. decret.*

CAPUT XXVIII.

De diſcordantibus Salomon ait: *Homo perver-* Prov. 16.
ſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat Principes.
Item: *Semper jurgia quærit malus, Angelus* Ibid. 17.
autem crudelis mittetur contra eum. Angelus cru-

crudelis immundus eſt ſpiritus, qui a Deo contra
peccantes, jurgia quærentes mittitur, ut eos vel
in præſentia affligat, vel etiam poſt mortem ad
Ibid. 15. interitum æternum rapiat. Item Salomon: *Vir*
iracundus provocat rixas, qui autem patiens
Ibid. 17. *eſt, mitigat ſuſcitatas.* Item: *Qui meditatur*
diſcordias, diligit rixas: cum talibus certe Deus
non eſt, quoniam atteſtante Paulo Apoſtolo;
1. Cor. 14. *Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis.* In pace au-
tem vocavit nos Deus. Hinc ſuavis doctor Eccle-
Ibid. cap. 7. ſiæ Gregorius: *Deus in unitate eſt*: illi ejus me-
rentur gratiam habere, qui ſe ab invicem per ſe-
Matt. 5. ctarum ſcandala non dividunt. Et Dominus in
Evangelio: *Si offers munus tuum ad altare, &*
ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet ali-
quid adverſum te, relinque munus tuum ante
altare, & vade prius reconciliari fratri tuo,
Coloſſ. 3. &c. juxta Pauli vocem: *Simus cum patientia*
ſupportantes invicem, & donantes nobiſmeti-
pſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam.
Sicut Deus in Chriſto donavit nobis, ita & nos
dimittamus invicem, ſi quid detur nobis, ut di-
mittatur, quod debetur a nobis. Tale quippe pa-
Matt. 6. c. ctum cum Deo facimus in oratione dicendo: *Di-*
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti-
mus debitoribus noſtris; unde ſummopere ca-
vendum eſt nobis, qui enim non dimittit ei; qui ſibi facit injuriam, hoc petendo, non pro ſe facit orationem, ſed ſuperinducit maledictionem; & fruſtra ſibi Dominum propitium fieri quærit, qui placare proximos negligit. *Troſl. c. 12.*

TITULUS III.
NE LITIGENT TEMERE CHRISTIANI.
CAPUT I.

E*I, qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo alia duo. Chriſtus apud Matt. c. 5. n. 40. Fab. ep. 2. poſt med.*

CAPUT II.

Ab eo, qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. *Chriſtus apud Luc. c. 9. n. 19. Fabian. epiſt. 2. poſt med.*

CAPUT III.

Abſtine te a lite, & minues peccata, homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacē habentium immittet inimicitias, &c. *Eccleſiaſt. cap. 28. num. 10. Pontian. ep. 2. in med. Xyſt. III. epiſt. unic. ad med.*

CAPUT IV.

Jam quidem delictum eſt in vobis, quod judicia habetis inter vos, quare non magis injuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? *Paul 1. Corinth. c. 6. num. 7. Fabian. epiſt. 2. poſt princ. Pius ep. 2. in fin.*

CAPUT V.

2. q. 7. c. 8. Servum Domini non oportet litigare. *Paul.*
Si eodem. *2. ad Timoth. c. 2. num. 24. Zephyrin. epiſt. 1. Fabian. epiſt. 2. ad med. Ivo part. 6. cap. 320. decret. & lib. 4. tit. 7. cap. 9. Panorm. Tarrac. lib. 2. cap. 6.*

CAPUT VI.

Boni, & veri Chriſtiani hominis eſt, rem ipſam omnibus amicitiæ, & pacis legibus prius temperare, quam in judicio, ubi frequenter amariſſimus animæ rancor innaſcitur, ſuum jus pertinaciter experiri. *Alex. epiſt. 1. in med.*

CAPUT VII.

Scitote vos a perſecutione fratrum, & ab o-
mni litigio abſtinere debere, dicente Scriptura:
Servum Dei non oportet litigare, nec cuiquam 2. Tim. 2.
nocere, ſed omnes perſecutores eccleſiæ, ſervo-
rumque ejus veſtris redargutionibus corrigere, te-
ſtante Apoſtolo: *Argue, obſecra, increpa.* Quæ- 2. Tim. 4.
cumque ergo contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad Eccleſiam deferantur, & ab Eccleſiaſticis viris terminentur. *Marcellin. ep. 2. in princ.*

CAPUT VIII.

Si quis ab Epiſcopo ſuo, vel de Eccleſia, vel 2. q. 7. c. 20.
de proprio jure crediderit aliquid repetendum, ſi nihil convicii, aut criminationis objecerit, eum pro ſola contentione a communione Eccleſiæ non liceat ſubmoveri. *Aurel. cap. 4. al. 8.*

TITULUS IV.
NE EPISCOPI, ET ALII CLERICI LITIGENT SINE GRAVI CAUSSA.
CAPUT I.

SI legitimi non fuerint accuſatores, non fati- c. 1. de accuſ.
getur Epiicopus, quia ſacerdotes ad ſacri- Greg. IX. &
ficandum vacare debent, non ad litigandum. *Fe-* in 1. coll.
lix II. in ſynod. Roman. epiſt. 1. cap. 17. Burch. lib. 1. cap. 169. Ivo part. 5. cap. 279. decret.

CAPUT II.

Ne advocatus liiium fias, &c. neque enim ju- 11. q. 1. c.
dicem, aut cognitorem ſæcularium negotiorum 30. Te quidem.
hodie te ordinare vult Chriſtus, &c. *Petrus Apoſtolus apud Clement. epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT III.

Scitote vos a perſecutione fratrum, & ab o- 2. Tim. 2.
mni litigio abſtinere debere, dicente ſcriptura:
Servum Dei non oportet litigare, nec quid-
*quam * nocere. Marcell. epiſt. 2. in princ. ad* * cuiquam.
Epiſcopos Orientis.

CAPUT IV.

Epiſcopus nec provocatus pro rebus tranſito- 14. q. 1. c. 1.
riis litiget. *Carth. IV. cap. 19. L.*

CAPUT V.

Clerici, qui frequenter litigat, & ad cauſſandum facilis eſt, teſtimonium nemo abſque grandi examine recipiat. *Carth. IV. cap. 58.*

CAPUT VI.

Si inter Epiſcopos de rebus terrenis, aut poſſeſſionibus ſub repetitione, aut retentionis titulo naſcatur contentio, impleto anni ſpatio pro ſtudio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri, per Epiſtolas fratrum affectuoſe admoniti, aut inter ſe, aut in præſentia electorum judicum negotium ſanare feſtinent. Quod ſi diſtulerint, donec ipſa cauſſatio abrogetur, a charitate fratrum, qui diſtulerit, habeatur extraneus, quia injuſtum eſt, ut qui cunctis præſunt, inter ſe quacumque occaſione diſſentiant. *Aurel. IV. cap. 12.*

CAPUT VII.

Epiſcopus ad forum, neque ubi publice negotia

ria judiciaria exercentur, non pergat ſuæ cauſſæ ſuffragaturus, niſi forte ut aut pauperibus oppreſſis ſuccurrat, aut viduis, & orphanis tuitionem conferat, aut de verbo Dei judices admoneat, ut
1. Joann. 7. juxta Domini præceptum juſta judicent judicia. Hoc & de presbyteris, & diaconibus obſervandum eſt. *Cabilon. ſub Carolo cap.* 11.

CAPUT VIII.

c. 1. ne cler. vel monach. ap. Greg. IX. & in 1. coll. Miniſtri altaris Domini, vel monachi a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant, ſunt autem hæc, &c. „ contentiones, & lites, vel rixas amare, in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerum", &c. *Magunt. c.* 14. *Magunt. ſub Raban. cap.* 13. *Capitul. lib. 7. cap. 172. in additis, & Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decret.*

CAPUT IX.

1. Tim. 3. 1. Cor. 7. Epheſ. 4. Interdicit Apoſtolica auctoritas litigium omni Epiſcopo, quam & nos auctoritatem benigno amplectentes animo, conſtituimus, ut nullus Epiſcoporum ſe litigioſis immiſceat contentionibus. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 1. cap.* 4.

TITULUS V.

NE MONACHI LITIGENT SINE GRAVI CAUSSA.

CAPUT I.

EPiſcopus ad forum, nec ubi publice negotia judiciaria exercentur, non pergat, ſuæ cauſſæ ſuffragaturus, &c. Hoc & de Abbatibus, & de presbyteris, & diaconibus, & maxime monachis obſervandum eſt. *Cabil. ſub Carolo c.* 11.

CAPUT II.

Monachi ad ſæcularia placita nullatenus veniant, neque ipſe Abbas ſine conſenſu Epiſcopi ſui, & cum neceſſitas exigit, tunc per juſſionem, & conſilium Epiſcopi illuc vadat, nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi movere præſumat, ſed quidquid quærendum, vel etiam reſpondendum ſit, per advocatos ſuos hoc faciat: Abbates, & monachi querelas omnino devitent. *Magunt. cap. 12. Burch. lib. 8. c. 89. Ivo pars. 7. cap. 107. decret.*

CAPUT III.

c. 1. ne cler. vel monach. ap. Greg. IX. & in 1. coll. Miniſtri altaris Domini, vel monachi a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant, multa ſunt ergo negotia ſæcularia, de his tamen pauca perſtringimus, &c. contentiones, & lites, vel rixas amare, in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerum. *Magunt. cap. 14. Magunt. ſub Raban. cap. 13. Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decret. & Capitul. lib. 7. cap. 172. in additis.*

CAPUT IV.

Monachi ad placita ſæcularia nullatenus vadant. *Rhemen. cap.* 29.

TITULUS VI.

DE ADMONITIONE CHARITATIS ANTE LITEM.

CAPUT I.

2. q. 7. c. 16. SI quis erga Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ ſe proprium habere crediderit negotium, non prius adeat judices, quam ad eos recurrat charitatis ſtudio, ut familiari colloquio commoniti ea ſanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur; quod ſi aliter egerit, communione privetur. *Nicæn. cap. 27. apud Jul. epiſt. 2. cap. 6. Anaclet. epiſt. 2. poſt princ. Xyſt. II. epiſt. 2. ante med. Aurelian. V. cap. 17. Burch. lib. 1. cap. 132. & 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Anſelm. lib. 3. cap.* 85.

CAPUT II.

Si quis erga Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ quamlibet querelam, aut actionem juſte habere crediderit, ipſe Redemptoris ſui, cujus actio noſtra eſt inſtitutio, viarum non immemor, ſed ſectator egregius, qui cum malediceretur, non remaledicebat, ſed *tanquam ovis coram tondente ſe obmutuit*, ac pro ſuis perſecutoribus in cruce pendens apud Patrem interceſſit, non prius Primates, aut alios judices adeat, quam ipſos, a quibus ſe læſum æſtimat, conveniat familiariter, & non ſemel, ſed ſæpiſſime, ut ab eis aut ſuam juſtitiam accipiat, aut juſtam excuſationem, &c. Si ſecus egerit, ab ipſis; & ab aliis communione privetur, tanquam Apoſtolorum, patrumque aliorum contemptor, de quibus ait propheta: *Erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt vobis. Alexand. ep. 1. in med. Capitul. lib. 7. cap. 21. in addit. Burch. lib. 1. c. 132. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 6. panorm. Anſelm. lib. 3. cap. 81. Tarrac. lib. 2. cap.* 27. *Ibid. 1. Pet. 2. Eſaia 53. Luc. 23. Eſaia 41.*

CAPUT III.

Si inter Epiſcopos de rebus terrenis, aut poſſeſſionibus ſub repetitione, aut retentionis titulo naſcatur contentio, impleto anni ſpatio, pro ſtudio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri, per Epiſtolas fratrum affectuoſe admoniti, aut inter ſe, aut in præſentia electorum judicum negotium ſanare feſtinent. Quod ſi diſtulerint, donec ipſa cauſatio abrogetur a charitate fratrum, qui diſtulerit, habeatur extraneus, quia injuſtum eſt, ut qui cunctis præſunt, inter ſe quacumque occaſione diſſentiant. *Aurel. IV. c.* 12.

CAPUT IV.

Si quæcumque perſona contra Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis ſtudio, ut familiari aditione commonitus ſanare ea debeat, quæ in querimoniam deducuntur, quam rem ſi differre voluerit, tunc demum ad Metropolitani audientiam veniatur, de qua re, cum litteras ſuas Metropolitanus ad comprovincialem Epiſcopum dederit, & cauſſa ipſa inter utroſque quacumque occaſione amicis mediis non fuerit definita, ut ipſi Metropolitano neceſſarium ſit in eodem negotio iterare ſcriptum, & ſecundo admonitus, aut mittere, aut venire diſtulerit, tunc* a charitate Metropolitani ſui noverit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad præſentiam ejus veniens cauſſæ ipſius, de qua petitur, reddiderit rationem. *Aurel. V. cap. 17. Capitul. lib. 6. cap.* 287.

* *tamdiu.*

TITULUS VII.

QUALIS ESSE DEBEAT JUDEX, ET DE IPSIUS OFFICIO.

CAPUT I.

De accuſ. c. 24. ap. Gr. IX. c. 4. eod. tit. in 4. coll. QUaliter, & quando debeat Prælatus proce-

 de-

dere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritatibus novi & veteris teſtamenti colligitur evidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiones, &c. Legitur enim, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum, quod diſſipaſſet bona ipſius, audivit ab illo:
Luc. 16. a. *Quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris amplius villicare.* Et in Geneſi Dominus ait:
Geneſ. 18. *Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Ex quibus auctoritatibus manifeſte comprobatur, quod non ſolum cum ſubditus, verum etiam cum Prælatus excedit, ſi per clamorem, & famam ad aures ſuperioris pervenerit, non quidem a malevolis, & maledicis, ſed a providis, & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, ut ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquam
** accuſator.* ſit auctor *, & judex, ſed quaſi deferente fama, vel denuntiante clamore, officii ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſervandum in ſubditis, diligentius tamen eſt obſervandum in Prælatis,
Thren. 3. b. qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Et ideo ſancti Patres provide ſtatuerunt, ut accuſatio Prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis columnis corruat ædificium, &c. Verum ita voluerunt providere Prælatis, ne criminarentur injuſte; ut tamen caverent, ne delinquerent inſolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur, niſi legitima proce-
** præcedat.* dat * inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo ad inquirendum, & puniendum ejus exceſſus, non ex odii fomite, ſed charitatis procedatur affectu, quatenus ſi fuerit gravis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoveatur omnino, quod eſt ſecundum evangelicam ſententiam a villicatione villicum amoveri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentaverit, & exponenda ſunt illi capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum. Et non ſolum dicta, ſed etiam nomina teſtium ſunt ei, ut quid, & a quo ſit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum, infamandi, per exceptionum vero excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis exceſſibus taceatur, etſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet, denuntiationem, & inquiſitionem ipſorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave diſpendium veniatur, ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denuntiationem charitativa admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio prævenire, illo ſemper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum, quæ, cum cauſa requirit, facilius, & liberius a ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoveri. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 8.*

CAPUT II.

Multum derogatio prævalet, quando derogatori creditur, ideo variis detractionibus, atque accuſationibus non decet labefactari Primatem, ſed magis patrum regulis roborari. Nec facile, aut indifferenter ſuſcipere accuſationes præſumat, dicente Domino: *Non ſuſcipias vocem mendacii*, *Exod. 23. a.* ſed prius probare debet ſuſpicionem, & cauſam, aut quo animo hoc faciat, & poſtmodum ſuſcipere, quia veritatis protectionem propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii, & cupiditatis intentio impedire, & adverſa fratribus irrogare ſolet. *Felix II. in ſyn. Rom. cap. 10. Capitul. lib. 6. cap. 287.*

CAPUT III.

Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem *30. q. 5. c. alt.* rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, ac proponendi, adiciendique præbita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata ſit pleniter. Nec litigantibus judex prius ſua velit ſententia obviare, niſi quando ipſi jam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant. Et tamdiu actio ventiletur, quouſque rei veritas inveniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat, quod annecti conveniat. *Eleuth. epiſt. univ. cap. 2. Jul. epiſt. 2. cap. 31. Hadr. ad Epiſcopum Mediom. cap. 24. Capitul. lib. 5. c. 246. Burch. lib. 16. cap. 30. Ivo part. 6. cap. 316. & 317. decret. & lib. 4. tit. 9. cap. 3. & tit. 11. cap. 32. & 53. panorm. Anſelm. lib. 3. cap. 53. & cap. 58.*

CAPUT IV.

Quærendum eſt in judicio, cujus ſit converſa- *3. q. 7. c. 18.* tionis, & fidei is, qui accuſatur, quoniam hi, qui non ſunt rectæ converſationis, ac fidei, & quorum vita eſt accuſabilis, non permittuntur majores natu accuſare; nec quorum fides, vita, & libertas neſcitur, neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſationem. Rimandæ vero ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, &c. *Calliſt. epiſt. 2. cap. 5. Carthag. IV. cap. 90. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 5. & tit. 8. cap. 3. panorm. & part. 53. cap. 289. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 54.*

CAPUT V.

Monet Apoſtolus non amplius nos invicem te- *ad Rom. 14.*

me-

mere judicare; temere enim judicat, ſi quis Epiſcopum abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate condemnat. *Damaſ. epiſt. 3. ante fin.*

CAPUT VI.

23. q. 4. c. 45. Quæſitum eſt ſuper his, qui poſt baptiſmum adminiſtraverunt, & aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere ſententiam. Nihil de his legimus a majoribus definitum eſſe.
Rom. 13. Meminerant enim a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſtrum eſſe in hujuſmodi datum vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo ita, ut hactenus ſervatum eſt, ſic habemus, ne aut diſciplinam avertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in oratione reddenda geſta ſua omnia ſervabuntur. *Innoc. epiſt. 3. cap. 3. Raban. cap. 16. de Pœnit. Burch. lib. 6. c. 44. Ivo part. 10. cap. 94. decret. Anſelm. lib. 13. cap. 14. Tarrac. lib. 6. cap. 31.*

CAPUT VII.

23. q. 4. c. Illud, 46. An preces dictantibus liberum concedatur, utique poſt baptiſmi regenerationem a principibus poſcere mortem alicujus, vel ſanguinem de reatu, quam rem principes numquam ſine cauſſæ cognitione concedunt, ſed ad judices commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, ut cauſſa cognita vindicentur. Quæ cum quæſtioni fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur, & dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis. *Innoc. ibid. cap. 5. Raban. d. cap. 16. Ivo part. 10. c. 94. decret.*

CAPUT VIII.

Diſt. 86. c. 2. Conſtanter tenenda eſt juſtitia, & benigne præſtanda clementia. [Odio habeantur peccata, non homines. Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod in peccatis ſeverius caſtigari neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis. At ſi vehementior tribulatio incubuerit, non ita expaveſcamus, quaſi illi adverſitati propriis ſit viribus reſtituendum, cũ & conſilium
Joan. 15. a. noſtrum, & fortitudo noſtra ſit Chriſtus, ut ſine quo nihil poſſumus, per ipſum cuncta poſſumus. *Leo epiſt. 90. vel 92. ad Ruſticum Narbon. in princ. Tarrac. lib. 4. c. 46.*

CAPUT IX.

Diſt. 14. c. ult. Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt traditione convelli, ita multa ſunt, quæ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitudine rerum oporteat temperari, illa ſemper conditione ſervata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obſcura, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum Patrum inveniatur adverſum. *Leo epiſt. 90. vel 92. in princ. Anſelm. lib. 2. c. 76. Ivo. in prologo part. 5. c. 3. Cæſar. lib. 2. c. 56. Tarrac. lib. 1. c. 114. & lib. 3. c. 61.*

CAPUT X.

Ne odio, vel gratia moveamur, quæ in cauſſarum diſceptationibus eſſe non debet: ita veſtræ charitati cognitionem adnexæ querimoniæ delegamus, ut nihil adverſum venerandos canones, nihil contra ſanctæ memoriæ deceſſoris mei judicium valeat, quidquid obreptum nobis eſſe conſtiterit. *Hilar. epiſt. 3. ad Leontium, & alios Epiſcopos in med.*

CAPUT XI.

Judices, & accuſatores tales eſſe debent, qui omni careant ſuſpicione, & ex radice charitatis ſuam deſiderent promere ſententiam. *Felix II. in epiſt. cap. 21.*

CAPUT XII.

Hortamur, ut portitori, in quibus fuerit juſtitiæ ratio manifeſta, manum decenter præbere ſolatii, atque ſacerdotali eum compaſſione debeas adjuvare. Nulla ergo vos res ab æquitatis ſtudio, nulla ſuſpendat potentia perſonarum, ſed innitens præceptis dominicis, omnia, quæ ſunt rectitudini adverſa, contemne. In defendendis partibus juſtitiæ conſtanter inſiſte. Odia pro veritate, ſi qua ſunt, ſuſtinere non renuas, ut tanto majorem in adventu Redemptoris noſtri fructum mercedis invenias, quanto eris mandata non negligens in favorem juſtitiæ, & defenſionem impenderis. *Greg. Columbo Epiſcopo Numid. lib. 7. regiſtr. epiſt. 16.*

CAPUT XIII.

In primis requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi fratris, & coepiſcopi noſtri Januarii; & ſi ita ſe veritas habet, ſicut ejuſdem Epiſcopi petitio continet, in Eccleſia, atque in loco ſuo modis omnibus idem Presbyter revocetur. 2. q. 1. c. 7. Si autem dictum fuerit, quia contra ipſum cauſſa aliqua mota, ſive probata eſt, ſubtiliter ipſo præſente, & pro ſe ratione reddente, quærendũ eſt & genus cauſſæ, & modus probationis, ut ex hoc colligere valeas, utrum adhuc in exilio demorari, an certe in Eccleſia ſua, & officio ſuo debeat revocari, &c. Si autem aliter, quam antefati Epiſcopi petitio continet, actum eſſe forſitan perhibetur, ſubtiliter quærendum eſt, & veritate cognita, cum Dei timore, quod juſtitiæ ordo ſuaſerit, judicandum. Quia ergo Stephanus Epiſcopus odio ſui * quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatum, neque aliquid ordinabiliter factum, ſed injuſte ſe aſſerit condemnatum, diligenter quærendum eſt primo, ſi judicium ordinabiliter eſt habitum, id eſt, ſi alii accuſatores, atque alii teſtes fuerunt. Deinde cauſſarum qualitas eſt examinanda, ſi digna exilio, vel depoſitione fuit, ſi eo præſente, qui accuſatus eſt, ſub jurejurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt, vel ſi ipſe licentiam reſpondendi, & defendendi ſe habuit. Sed, & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum eſt, cujus conditionis, cujuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne forte aliquas contra prædictum Epiſcopum inimicitias habuiſſent, & utrum teſtimonium ex auditu dixerunt, aut certe ſe ſcire ſpecialiter teſtati ſunt, ſi ſcriptis judicatum eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt. Quod ſi forte hæc ſolemniter acta non ſunt, nec cauſſa probata eſt, quæ exilio, vel depoſitione digna ſit, in Eccleſiam ſuam modis omnibus revocetur, &c. Quod ſi forte aliqua de objectis contra memoratum Stephanum Epiſcopum

* in odio ſuo.

pum probata ſunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino conſideratione penſandum eſt, utrum leviora capitula, an certa graviora probata ſint, ut ex eis qualiter definitionem tuam probare debeas, poſſis ſcire. *Greg. lib. 11. ep. 50. Joanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Anſelm. lib. 3. c. 89. Cæſar. lib. 5. c. 54.*

CAPUT XIV.

Majus periculum eſt judicantis, quam ejus, qui judicatur. Unde unicuique providendum eſt, ne aliquem injuſte judicet, aut puniat. *Hadr. ad Epiſc. Med. c. 66. Capitul. lib. 7. c. 372. Anſelm. lib. 3. c. 88.*

CAPUT XV.

Judices locorum, aut actores fiſcalium patrimoniorum ex decreto domini noſtri Reccaredi regis ſimul cum ſacerdotum concilio Kal. Novemb. conveniant, ut diſcant, quam pie, juſte, & humaniter cum populis facere debeant, nec injuſtis vectigalibus, & immoderatis exactionibus ipſos premant, ſed potius per miſerationem compatientes a gravaminibus defendant, ut bonos populi tutores facere decet, nec in angariis, aut in operationibus ſuperfluis, ſive privatum onorent, ſive fiſcalem gravent. Sunt enim proſpectores Epiſcopi, ſecundum regis admonitionem, qualiter judices cum populis agant, ut ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentiæ eorum Principum auribus innoteſcant. Quod ſi correptos emendare nequiverint, & ab Eccleſia, & a communione ſuſpendant. A ſacerdote vero, & ſenioribus deliberetur, quid per provincias in ſuo detrimento præſtare debeant judices, ſi ad concilium non venerint. *Tolet. III. c. 18.*

CAPUT XVI.

Ut comites, vel judices primo viduarum, orphanorum, vel Eccleſiarum cauſſas audiant, & definiant in eleemoſyna Domini Regis, & poſtea alias cauſſas cum juſtitia rationabiliter judicent. *Vernen. c. 23.*

CAPUT XVII.

Ut nullus Epiſcopus, nec Abbas, nec laicus propter juſtitiam faciendam ſportulas contradictas accipiat, quia ubi dona intercurrunt, juſtitia evacuatur. *Vern. c. 25.*

CAPUT XVIII.

Omnes faciant juſtitiam, tam laici, quam Eccleſiaſtici. *Vern. c. 26.*

CAPUT XIX.

Ut comites, judices, ſeu reliquus populus obedientes ſint Epiſcopo, & invicem conſentiant ad juſtitias faciendas, & munera pro judicio non recipiant, nec falſos teſtes, ne per hoc pervertant judicia juſtorum, &c. *Arelat. ſub Carolo c. 13.*

CAPUT XX.

Nullus Chriſtianus pro quolibet placito, vel Iudicio a qualibet perſona munera exigere, aut accipere debet, quoniam id divina ſcriprura multis in locis magna interdicit auctoritate: *Munera excæcant oculos ſapientium, ſubvertunt verba juſtorum. Turon. ſub Carolo c. 35.*

Exod. 18. Deut. 16.

CAPUT XXI.

Comitibus, & judicibus hoc ſummopere obſervandum eſt, ut juſte judicent, & nequaquam in judicio munera, ſeu perſonas accipiant, dicente Domino: *Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientium, & mutant verba juſtorum*; ſed etiam miniſtros, quos vicarios, & centenarios vocant, juſtos habere debent, ne forte eorum avaritia, aut rapacitate populus gravetur, & amiſſis facultatibus in paupertatem redigatur, &c. *Cabil. ſub Car. c. 21.*

Deut. 16.

CAPUT XXII.

Epiſcopi conſentientes ſint comitibus, & judicibus ad juſtitias faciendas, & nullatenus per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque perjurium, aut præmium lex juſta in aliquo depravetur. *Magunt. ſub Carolo c. 8. Magunt. ſub Rab. c. 7. Burch. lib. 15. c. 4.*

CAPUT XXIII.

Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, cuncto clero omnino præcipimus, Vicedominos, præpoſitos, advocatos, ſive defenſores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjurios, non falſitatem amantes, ſed Deum timentes, & in omnibus juſtitiam diligentes. De judicibus autem, vel centenariis, atque tribunis, ſeu vicariis dignum eſſe cenſemus, ut ſi mali reperti fuerint, de miniſterio ſuo abiiciantur. *Magunt. cap. 50.*

CAPUT XXIV.

Epiſcopi, & judices judicia diſcernant, quia ſunt quædam judicanda modo, quædam Dei judicio reſervanda. Scriptum eſt enim: *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Et illius memores ſint. In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis. *Rhemenſ. cap. 19. Burch. lib. 1. cap. 60. Ivo part. 5. c. 170. decret.*

1. Cor. 4. Matt. 7.

CAPUT XXV.

Ut præpoſiti, & vicedomini ſecundum regulam, vel canones conſtituantur. *Rhemenſ. c. 24.*

CAPUT XXVI.

Nullus homo munera pro placito requirat, aut accipere præſumat. *Rhem. c. 39.*

CAPUT XXVII.

In negotiis ſecularibus dirimendis oportet Epiſcoporum cauſſam merito diſcernere non gratia, neque enim ſic debet Epiſcopus ſuſcipere potentem, ut contriſtet contra juſtitiam pauperem; neque pro paupere auferre juſtitiam a potente. Non defendat improbū, nec ſancta indigno committenda arbitretur, neque arguat, aut impugnet, cujus crimen non deprehendit. *Iſid. lib. 2. cap. 5. de Eccleſ. officiis apud Aquiſgr. cap. 9. in fin.*

CAPUT XXVIII.

Juſtus quoque Epiſcopus debet eſſe, & ſanctus, ut juſtitiam in populis, quibus præeſt, exerceat, reddens unicuique quod meretur, nec accipiat perſonam in judicio. Inter laici autem, & Epiſcopi juſtitiam hoc intereſt, quod laicus poteſt apparere juſtus in paucis, Epiſcopus vero in tot exercere juſtitiam poteſt, quot & ſubditos habet. *Hier. in epiſt. ad Titum apud Aquiſgr. cap. 10. in fin.*

CA-

CAPUT XXIX.

Ad peccatum Regis pertinet, quando judicibus, miniſtriſque iniquis miniſterium ſuum implendum committit, neque enim miniſterium ſuum per alios tantum adminiſtrare, & ſe ab eo debet alienare. Non ergo dicimus, ut ſolus jurgia, & querimonias populi audiat, & inveſtiget, & definiat, quoniam nequaquam ad hæc ſolus ſufficere poteſt: ſed magis, ut tales ſub ſe timentes Deum, & avaritiam odientes conſtituat, per quos Regem Regum non offendat. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 3. in princ.*

CAPUT XXX.

Quales debeant eſſe judices, qui a Rege conſtituuntur, conſtat ex Deuter. cap. 1. & 16. & ex Job cap. 29. & Exod. c. 18. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 3. poſt princ. & lib. 3. cap. 23. Aquiſgr. II. part. 4. c. 10.*

CAPUT XXXI.

Bonus judex, ſicut nocere civibus neſcit, ita prodeſſe omnibus novit. Aliis enim præſtat cenſuram juſtitiæ, alios bonitate judicii ſine perſonarum acceptione ſuſcipit. Non infirmat juſtitiam avaritiæ flamma, nec ſtudet auferre alteri, quod cupiat ſibi. Boni judices juſtitiam ad ſolam obtinendam ſalutem æternam ſuſcipiunt, nec eam muneribus acceptis diſtribuunt, ut dum de juſto judicio temporalia lucra non appetunt, præmio æterno ditentur. *Iſidor. apud Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 3. in med.*

CAPUT XXXII.

Obſecramus, ut in eligendis adjutoribus veſtris, & Reipublicæ miniſtris, qui vice veſtra populum Dei regere, & gubernare, atque judicare debent, ſolertiſſimam providentiam habeatis, ſemper illud attendentes, quod in libro Exodi ad
Exod. 18. d. Moſem dicitur: *Provide*, inquit, *de omni populo viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui judicant populum omni tempore. Pariſienſ. ſub Ludovic. & Lothar. lib. 3. cap. 23. Aquiſgran. II. ſub Ludovic. part. 4. cap. 10.*

CAPUT XXXIII.

Ut juſtitia miſerorum ad aures pietatis veſtræ clamantium, & in omni regno ditioni veſtræ ſubjecto, per miniſtros a clementia veſtra ad hoc inſtitutos, qui Deum timeant, & munera odio habeant, ſtrenue exquiratur, & abſque perſonarum acceptione perficiatur, uſquequaque expedit dominis noſtris, eorumque fidelibus, & regno,
Oſee 12. b. quia per prophetam dicit Spiritus ſanctus: *Miſericordiam, & judicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper. Tull. part. ult. c. 15.*

CAPUT XXXIV.

Cuncti judices juſta, ſicut Deo placet, ſtudeant dare judicia. Nam non dubium eſt, quod acrius illos condemnabit ſententia noſtri judicii, a quibus non tenetur æquitas judicandi; non vicarios, aut quoſcumque de latere ſuo per regionem ſibi commiſſam inſtituere, vel deſtinare præſumant, qui, quod abſit, malis operibus conſentiendo, venalitatem exerceant, aut iniqua quibuſcumque ſpolia inferre præſumant. *Guntramnus Rex Francorum ad Matiſc. II.*

TITULUS VIII.

HÆRETICI, VEL INFIDELES NON JUDICENT.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. VI. & XXII. quibus adde:

CAPUT I.

AUdet aliquis veſtrum, habens negotium adverſus alterum, judicari apud iniquos, & non apud ſanctos? &c. „ Ad verecundiam veſtrā „ dico, ſic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui „ poſſit judicare fratrem ſuum? ſed frater cum „ fratre judicio contendit, & hoc apud infideles". *Paul. ep. 1. ad Cor. c. 6. n. 1. Pius ep. 2.*

CAPUT II.

Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubjacere, firmiter ſtatuentes, ut poſtquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo jure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur, &c. Quod ſi forte judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 3.* *De hæret. c. Excommunicamus, 13. ap. Greg. IX. & in 4. coll. c. 2. eod. tit.*

CAPUT III.

Hæretici non poſſunt eſſe judices. *Gelaſ. in tom. de anathemate, cujus initium eſt,* Ne forte. *2. q. 6. c. 32.*

CAPUT IV.

Catholicus, qui cauſſam ſuam ſive juſtam, ſive injuſtam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur. *Carthag. IV. c. 87.*

TITULUS IX.

NE ALIENI JUDICENT.

CAPUT I.

NUllus Epiſcopus alterius Parochianum præſumat retinere, aut ordinare, abſque ejus Epiſcopi voluntate, vel judicare. Salva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate, quia ſicut irrita erit ejus ordinatio, ita & dijudicatio, quoniam cenſemus nullum alterius judicis, niſi ſui ſententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit. *Nicæn. c. 26. apud Julium. Xyſt. II. epiſt. 2. in med. Mogunt. ſub Arnulph. c. 14. Hadr. c. 16. in ep. ad Epiſcopum Mediomatr. Capitul. lib. 7. cap. 308. Anſelm. lib. 6. c. 118. Burchard. lib. 2. c. 39. Ivo part. 6. c. 140. decret.* *c. 3. de parochiis, ap. Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT II.

Peregrina judicia generali ſanctione prohibemus, quia indignum eſt, ut ab exteris judicentur qui provinciales, & a ſe electos debent habere judices. *Nicol. 53. apud Jul. c. 16. Higin. epiſt. 1. in fin. Fabian. epiſt. 3. in princ. Xyſt. III. epiſt. unic. c. 3. Fœlix cum LXX. Epiſc. ep. 2. in med. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 17. Capitul. lib. 7. c. 309. & in addit. c. 145. Cæſar. lib. 5. c. 25. Tarrac. lib. 6. cap. 150. Burch. lib. 1. cap. 147. Ivo part. 5. c. 260. & part. 6. cap. 331.* *3. q. 6. c. 12.*

cap. 331. *decret. & epiſt.* 179. *ad Galterium Belvacen. Anſelm. lib.* 3. *c.* 73.

CAPUT III.

De reſcriptis, c. 28. *ap. Gr. IX. in 4. coll. cap.* 5. Nonnulli gratia ſedis Apoſtolicæ abutentes, litteras ejus ad remotos judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus, & expenſis liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cum autem per judicium injuriis aditus patere non debeat, quas juris obſervantia interdicit, ſtatuimus, ne quis ultra duas dietas extra ſuam diœceſim per litteras Apoſtolicas ad judicium trahi poſſit, niſi de aſſenſu partium fuerint impetratæ, vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem. *Inn. III. in conc. Lat. c.* 37.

CAPUT IV.

3. *q.* 6. *c.* 26. Neminem exhiberi de Provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum, id eſt, ut actor ſemper rei forum ſequatur, &c. *Fœlix in ſynod. LXX. Epiſcoporum epiſt.* 2. *in med. Hadr. c.* 5. *them.* 8. *ad Epiſcopum Mediom. Ivo part.* 5. *c.* 248. *& part.* 6. *c.* 331. *decret. & ep.* 215. *ad Hildebert. Cenoman. Epiſcopum. Capitul. lib.* 7. *c.* 143. *in additis.*

CAPUT V.

Peregrina judicia ſubmovemus. Unde Domi-
3. *q.* 6. *c.* 13. Leges. nus mentionem faciens Loth per Moſem loqui-
Geneſ. 19. *b.* tur: *Ingreſſus es ut advena, numquid ut judices?*
3. *q.* 6. *c.* 15. Unaquæque Provincia tam juxta Eccleſiaſticos, quam juxta ſæculi leges ſuos debet juſtos, & non iniquos habere judices, & non externos, niſi Apoſtolicæ ſedis hujus decreverit auctoritas, quatenus quicumque cauſſam habuerit, apud ſuos judices judicetur, & non ad alienos cauſa vagandi, ſtimulante protervia, ſuam deſpiciens patriam tranſeat. *Anacl. epiſt.* 1. *ante fin. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 80.

CAPUT VI.

Cauſam veſtram alieno nolite committere judicio. Valde enim iniquum eſt, ut omiſſis ſuis, alii quilibet aliorum ſe cauſſis immiſceant, quoniam nullis in locis ſpiritualis cura deficit, ſed ſe per omnia, quocumque nomen Dei prædicatur, extendit. *Anacl. epiſt.* 3. *poſt med.*

CAPUT VII.

Omnes leges tam divinæ, quam humanæ alienum ſervum judicare prohibent, &c. *Teleſph. ep.* 1. *in med.*

CAPUT VIII.

9. *q.* 2. *c.* 1. Nemo alterius terminos uſurpet, nec alterius Parochianum judicare, aut excommunicare præſumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius judicis, niſi ſui ſententia tenebitur, &c. Nullus Primas, vel Metropolitanus diœceſani Eccleſiam, vel Parochiam, aut aliquem de ejus Parochia præſumat excommunicare, aut judicare, vel aliquid agere abſque ejus conſilio, vel judicio. *Calliſt. epiſt.* 2. *c.* 3. *Ivo part.* 14. *c.* 74. *decret. Anſelm. lib.* 6. *c.* 120. *Capitul. lib.* 7. *c.* 37. *Cæſarauguſt. lib.* 5. *c.* 18.

CAPUT IX.

Conſtat Epiſcopos locorum ſingulorum, omnium, qui ſub eorum degunt moderamine, curam habere ſollicitam, & cauſſas, utilitateſque eorum cum Dei timore diſponere. Valde ergo iniquum eſt, ut alii quilibet omiſſis ſuis ſe illorum cauſſis admiſceant. Sed illi eorum vitam, & judicium competenti, regularique debeant moderamine diſponere, qui eos in ſacerdotium ordinant, & a quibus jam ordinati ſunt. Quoniam ut lex loqui-
tur, *Maledictus omnis eſt, qui transfert termi-* *Deut.* 27.
nos proximi ſui, & dixit omnis populus: *Amen. Fabian. epiſt.* 2. *ante med.*

CAPUT X.

Pulſatus ante ſuum judicem cauſſam dicat, & 3. *q.* 6. *c.* 3.
ante non ſuum judicem pulſatus, ſi voluerit, taceat. *Fabian. epiſt.* 3. *c.* 3. *Xyſt. III. epiſt. ſing. Hadrian. ad Epiſc. Med. c.* 56. *Burch. lib.* 16. *c.* 10. *Ivo lib.* 4. *tit.* 12. *c.* 1. *in fin. panorm. & part.* 6. *c.* 323. *decret. & epiſt.* 239. *ad Gumbaldum Antiſiod. Epiſc. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 73. *Capitul. lib.* 7. *c.* 367.

CAPUT XI.

Nullus ſacerdotum cauſſam ſuam alieno committat judicio, niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum, ſed unuſquiſque comprovinciales judices, & notos habeat, niſi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infeſtos, aut ſuſpectos inibi judices habuerit, pro quibus cauſſis ad majoris auctoritatis judices, & ad alias Provincias appellare, & venire conceſſum eſt. *Cornel. epiſt.* 2. *in fine. Ivo lib.* 4. *tit.* 5. *cap.* 2. *panorm.*

CAPUT XII.

Nullus alienigena, aut accuſator eorum fiat (*Epiſcoporum, actorum Eccleſiæ, & defenſorum*) aut judex. Unde & de Loth ſcriptum eſt:
Ingreſſus es ut advena, numquid ut judices? *Geneſ.* 19.
Steph. ep. 2. *c.* 3. *Ivo part.* 6. *c.* 327. *decret. Anſelm. lib.* 3. *c.* 18.

CAPUT XIII.

Ne cui liceat ſine præjudicio Romanæ Eccleſiæ, relictis iis ſacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Eccleſias nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias, vel aliarum provinciarum Epiſcoporum judicium experiri, vel pati. *Marcell. epiſt.* 1. *ante med.*

CAPUT XIV.

Ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus novimus conſtitutum, criminationes adverſus doctores non debere ſuſcipi, nec peregrina judicia fieri, nec quemquam alterius judicis, quam ſui, ſententia debere conſtringi. *Euſeb. epiſt.* 3. *in princ. Burch. lib.* 1. *c.* 165. *Ivo part.* 5. *c.* 275. *decret. vide Valentiniani, & aliorum conſt.* 5. *ſive* 10. *lib.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 1. *Capitul. lib.* 7. *c.* 309. *& in additis c.* 145.

CAPUT XV.

Si quæ cauſſæ, vel contentiones inter clericos, 11. *q.* 1. *c.*
vel inter laicos ſuperioris, vel inferioris gradus 26.
fuerint exortæ, ſecundum ſynodum Nicænam, congregatis omnibus ejuſdem provinciæ Epiſco-
pis judicium terminetur: Nec alicui liceat, ſine 3. *q.* 6. *c.* 14.
præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, cui in o- Non liceat.
mnibus cauſſis debet reverentia cuſtodiri, relictis his ſacerdotibus, qui in eadem provincia Dei Eccle-

cleſias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod ſi quis forte præſumpſerit, & ab officio cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. *Innoc. ad Victor. epiſt. 2. c. 3. Anſelm. lib. 2. c. 53. & lib. 3. c. 75. Capitul. lib. 6. c. 287. & lib. 7. cap. 109. Cæſarauguſt. lib. 5. cap. 10. Tarrac. lib. 1. c. 148. & lib. 2. cap. 20.*

CAPUT XVI.

Diſt. 71. c. 2. De aliena Eccleſia clericum ordinare, aut judicare nullus uſurpet, niſi ejus Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit. *Innoc. ep. 2. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 23. panorm.*

CAPUT XVII.

6. q. 3. c. 2. Scitote. Non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque provincia, ſed apud ſemetipſam habeat judices, ſacerdotes, & Epiſcopos, ſingulos videlicet juxta ordines ſuos. Et quicumque cauſſam habuerit, a ſuis judicibus judicetur, & non ab alienis, id eſt, a ſuæ juſtis judicibus provinciæ, & non ab externis, niſi a judicatis fuerit appellatum. *Pelag. II. epiſt. 1. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 2. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 107. Tarrac. lib. 2. c. 216.*

CAPUT XVIII.

11. q. 1. c. 39. Pervenit ad nos, quod ſi quis contra clericos quoslibet cauſſam habeat, deſpectis eorum Epiſcopis eoſdem clericos in tuo facias judicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia valde conſtat eſſe incongruum, hac tibi auctoritate præcipimus, ut denuo hoc facere non præſumas: ſed ſi quis contra quemlibet clericum cauſſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat, ut aut ipſe cognoſcat, aut certe ab eo judices deputentur; aut ſi forte ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendum judicem ab ipſo executio deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra Epiſcopum cauſſam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos, aut ipſe cognoſcas, aut certe te admonente ſibi judices eligant. Nam ſi ſua unicuique Epiſcopo juriſdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debet ordo, confundatur? *Greg. lib. 9. ep. 32. Romano defenſori Siciliæ.*

CAPUT XIX.

6. q. 3. c. 1. In lege ſcriptum eſt: *Per alienam meſſem tranſiens falcem mittere non debet, ſed manu ſpicas conterere, & manducare.* (*Deut. 23.*) Falcem ergo judicii mittere non potes in eam ſegetem, quæ alteri videtur eſſe commiſſa, ſed per affectū boni operis frumenta Dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in Eccleſiæ corpus monendo, & perſuadendo, quaſi mandendo converte. *Greg. ad Auguſt. Anglorum Epiſcopum, reſp. 9.*

CAPUT XX.

Si quis Epiſcopus judicaverit, vel ordinaverit alterius parochianum ſine conſenſu, & voluntate ſui Epiſcopi, oportet non ſine increpatione in communi concilio admitti, ita ut Eccleſiaſticum ultra non ſolvat canonem. *Hadr. ad Epiſcopum Mediom. c. 28. Magunt. ſub Arnulph. c. 15.*

CAPUT XXI.

11. q. 1. c. 40. Clericus, ſive laicus, ſi crimine, aut lite pulſatus fuerit, non alibi, quam in foro ſuo audiatur. *Hadr. ad Epiſcopum Mediom. c. 33. Capitul. lib. 7. c. 332. Anſelm. lib. 3. c. 88.*

CAPUT XXII.

Si in aliqua provincia aliquis Epiſcopus contendat cum fratre Epiſcopo, neminem alium vocent Epiſcopum ex alia Provincia. *Sard. cap. 3. G. 4. L.*

CAPUT XXIII.

Epiſcopum non debere in alienam irruere civitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubjecta, neque in regionem, quæ ad ejus curam minime dignoſcitur pertinere, ad aliquid ordinandum: neque Presbyteros, neque diaconos ad alios Epiſcopos pertinentes, niſi forte cum conſilio, & voluntate propria regionis Epiſcopi. Quod ſi quiſpiam horum aliquid audere voluerit, irrita quidem erit hujuſmodi ordinatio, & is, qui male uſurpaverit, a ſynodo arguatur. (Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum judicare præſumat). *Antiſ. c. 22.* 9. q. 2. c. 7.

CAPUT XXIV.

Si quis ab Imperatore judiciorum publicorum cognitionem petierit, proprio honore privetur; ſi judicium Epiſcopale ab Imperatore petat, non impediatur. *Carth. c. 107. G. Milev. 19. L. Afric. c. 71. L.*

TITULUS X.

NE LAICI DE CLERICIS JUDICENT.

CAPUT I.

SI clericus adverſus clericum negotium * habeat, relicto Epiſcopo, non eat ad ſæcularia judicia, ſed prius rem declaret apud ſuum Epiſcopum, vel ex ejus Epiſcopi voluntate apud eos, quos utraque pars elegerit, ut judicent. Si quis contrarium fecerit, ſubjaceat pœnis canonicis. *Chalced. c. 9. Aquiſgr. c. 86. vide Carthag. c. 15. G. Burch. lib. 2. c. 183. Ivo part. 6. c. 328. & 360. decret. Anſelm. lib. 5. c. 83. Capitul. lib. 1. c. 28. Tarrac. lib. 1. c. 148.*

* *cauſſam.* 11. q. 1. c. 47. *de foro comp. in 1. coll. & ap. Greg. IX. c. 1.*

CAPUT II.

Quia laici quidam Eccleſiaſticas perſonas, & ipſos etiam Epiſcopos ſuo judicio ſtare compellunt, eos, qui de cætero id præſumpſerint, a communione fidelium decernimus ſegregandos. *Alex. III. in concil. gener. Later. c. 14. ad fin.* *De foro compet. c. 6. in 1. coll.*

CAPUT III.

Laici juriſdictionem, & auctoritatem Epiſcoporum, & aliorum prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe, &c. Quocirca ſub anathematis diſtrictione ſeverius prohibemus, ne de cætero talia præſumant attemptare, &c. *Alexand. III. in concil. Later. c. 19.* *De immun. Eccl. c. 4. Non minus. Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT IV.

Prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur. *Innoc. III. in concil. Later. cap. 40.* *De arbitr. c. 8. Greg. IX. c. 1. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT V.

Silveſter Epiſcopus dixit, nulli omnino clerico licere cauſſam quamlibet in publico examinare, nec ullum clericum ante judicem laicum ſtare. *Silveſter in concil. Rom. CCLXXV. Epiſcoporum, c. 4.*

CAPUT VI.

11. q. 1. c. Nemo clericus, vel (ſubdiaconus, aut diaco-
33. nus, aut Presbyter, aut) Epiſcopus propter cauſ-
ſam ſuam quamlibet intret in curiam, quoniam
omnis curia a cruore dicitur, & immolatio ſimu-
11. q. 1. c. lacrorum eſt. Quod [ſi quis clericus in curiam in-
10. troierit, anathema ſuſcipiat, numquam rediens
ad matrem Eccleſiam. *Silveſter in ſynod. Ro-
man. CCLXXXII. Epiſcoporum, c. 16. & in epi-
logo Longobard. lib. 2. tit. 51. c. 12. Ivo lib. 4.
tit. 5. c. 1. panorm.*

CAPUT VII.

De Presbyteris, diaconibus, ſeu clericis, qui
inter ſe cauſſam habuerint, nullo modo præſu-
mant publicis actionibus interpellationem face-
re, niſi ſuo Epiſcopo, & ſi forſitan Epiſcopus
contra eum habuerit, ad vicinum Epiſcopum con-
fugium faciat juxta canonum ſtatuta, &c. *Syn.
Rom. ſub Zachar. c. 12.*

CAPUT VIII.

Cujuslibet ordinis clericos laici non judicent,
nec de Eccleſiis eiiciant. *Nicol. II. in ſyn. Rom.
CXIII. Epiſcoporum, c. 10.*

CAPUT IX.

Nullus laicus præſumat invadere clericum,
vel judicare res ejus, & Eccleſiæ, niſi Epiſcopus, &
qui ſub eo eſt. *Gr. VII. in ſyn. Rom. ann. incert. c. 5.*

CAPUT X.

c. 2. de judic. apud Gr. IX. & in 1. coll. Decernimus, ut laici Eccleſiaſtica terminare ne-
gotia non præſumant, & Epiſcopi etiam Abbates,
Archiadiaconi, & alii Eccleſiarum prælati de ne-
gotiis Eccleſiaſticis, vel de aliis, quæ ſpiritualia
eſſe noſcuntur, aliquorum laicorum judicio non
diſponant, nec propter eorum prohibitionem Ec-
cleſiaſticam dimittant juſtitiam exercere. *Eug. II.
in concil. Rhemenſ. c. 4.*

CAPUT XI.

18. q. 1. c. Si qui ex fratribus negotia habent inter ſe,
33. apud cognitores ſæculi non judicentur, ſed apud
Presbyteros Eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirima-
tur, & omnimodo obediant ſtatutis eorum. *Cle-
mens epiſt. 1. poſt princ. Ivo part. 6. cap. 345.
decret. Anſelm. lib. 6. c. 158. Cæſar. lib. 4. cap.
78. & 92. & lib. 5. c. 14.*

CAPUT XII.

11. q. 1. c. Relatum eſt, quod quidam æmuli Chriſti,
15. ejuſque Eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad
judices publicos accuſare præſumant, cum magis
1. Cor. 6. Apoſtolus Chriſtianorum cauſſas ad Eccleſias de-
ferri, & ibidem terminari præcipiat, &c. *Alex.
epiſt. 1. in princ. Capitul. lib. 7. c. 155. Anſelm.
lib. 2. cap. 35.*

CAPUT XIII.

Sacerdotes, ſi peccaverint, a reliquis arguan-
tur ſacerdotibus, ſed & a ſummis Pontificibus
conſtringantur, non a ſæcularibus, aut malæ vi-
tæ hominibus arguantur, vel arceantur. *Pontian.
epiſt. 1. in med.*

CAPUT XIV.

11. q. 1. c. 3. Clericum cujuslibet ordinis abſque Pontificis
ſui permiſſu nullus præſumat ad ſæculare judi-
cium attrahere. *Marcellin. epiſt. 2. in princ. Ivo
lib. 4. tit. 5. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 3. cap.
24. Capitul. lib. 7. c. 145. Cæſar. lib. 5. c. 34.*

CAPUT XV.

Maximum Epiſcopum furore ſuo, & inſana
temeritate ad ſæcularium quoque judicum tribu-
nalia ſubditum quæſtioni, quod in vili quoque
perſona turpiſſimum eſt, obiiciunt perveniſſe.
Bonifac. epiſt. 2. in med.

CAPUT XVI.

Cenſemus, ut quicumque prætermiſſo ſacer-
dote Eccleſiæ ſuæ ad diſceptationem venerit ſæ-
cularium, ſacris liminibus expulſus a cæleſti ar-
ceatur altario, &c. Qui ſub obſervatione clericali
cæleſti probatur ſervire officio, ex clero abiicien-
dum ſe norit, ſi prætermiſſo ſacerdotum judicio
ſæcularem adierit poteſtatem, &c. Sane ſi cleri-
cus laicum pulſet, prius ſe audiri ab Epiſcopis po-
ſcat, tum ſi petitioni ſuæ laicum viderit obviare,
ex permiſſu Epiſcopi ſui in ſæculi moderatores di-
ſceptatione confligat. *Leo ep. 94. ad Epiſcopos
Thraciæ, in fin.*

CAPUT XVII.

Fratris, & coepiſcopi noſtri Felicis, & Cyria- 11. q. 2. c.
ci Abbatis relatione cognovimus, quod in inſula 40.
Sardinia ſacerdotes a laicis judicibus oppriman-
tur, & fraternitatem tuam miniſtri ſui deſpiciant,
dumque ſolum ſimplicitati a vobis ſtudetur,
quantum videmus, diſciplina negligitur. Unde
hortor, ut omni excuſatione poſtpoſita, Eccleſi-
am, quam ſuſcepiſti, auctore Deo regas, diſcipli-
nam clerico tenere cogas, &c. *Greg. Januar. E-
piſc. Caralit. lib. 3. reg. ep. 26.*

CAPUT XVIII.

Denique hi, quibus tantum humanis rebus, & *Diſt. 96. c. 5.*
non divinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de
his, per quos divina miniſtrantur, judicare præ-
ſumant, penitus ignoramus. *Nicol. ad Michael.
Imp. ante fin. Anſelm. lib. 1. c. 75.*

CAPUT XIX.

De Presbyteris, qualeſcumque ſint, vobis,
qui laici eſtis, nec judicandum eſt, nec de vita i-
pſorum quippiam inveſtigandum, ſed Epiſcopo-
rum judicio, quidquid eſt, per omnia reſervan-
dum. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 70.*

CAPUT XX.

Vobis non licet clericos judicare, cum vos ma-
gis ab ipſis conveniat judicari. *Nicol. ad conſult.
Bulgar. c. 83. in fin.*

CAPUT XXI.

Si quis Epiſcopus, Presbyter, diaconus, cle- 11. q. 1. c.
ricus de re criminali, vel civili in Eccleſia con- Placuit, c.
tendat, omiſſo judicio Eccleſiaſtico publicis ju- 44. & 45.
diciis velit ſe purgare, licet pro eo ſententia fe- De diverſis.
ratur, ſuum locum amittat, ſi cauſſa criminalis *Vide c.* Si di-
eſt; ſi civilis, amittat quod evicit, ſi proprium ligent, 2. *de*
locum habere voluerit. Cui enim ad eligendos ju- *for. compet.*
dices undique patet auctoritas, ipſo ſe indignum *Greg. IX. &*
fraterno conſortio judicat, qui de univerſa Eccle- *c. 4. eod. tit.*
ſia male ſentiendo, de judicio ſæculari poſcit au- *in 3. collect.*
xilium, cum privatorum (*Chriſtianorum*) cauſ- 1. Cor. 6.
ſam Apoſtolus etiam ad Eccleſiam deferri, & ibi
determinari præcipiat. *Carthag. c. 15. G. Carth.
III. c. 9. L. Vern. c. 18. vide Chalced. c. 9. Capi-
tul. lib. 7. c. 145. & 155. vide Carthag. lib. 1.
c. 38. Corpus canonum c. 15. Ivo part. 6. c. 362.
decret. Cæſar. lib. 5. c. 56.*

CA-

CAPUT XXII.

11. q. 1. c. Placuit, 10. Si quis ab Imperatore judiciorum publicorum cognitionem petierit, proprio honore privetur. *Carthag. c. 107. G. Milevit. 19. Afr. 71. L.*

CAPUT XXIII.

Si clericus relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſæcularem judicem fortaſſe confugerit, is ad quem recurrerit, ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem de Eccleſiæ communione pellatur. *Agathenſ. c. 8. Capitul. lib. 6. c. 143. & lib. 7. c. 190. ex addit.*

CAPUT XXIV.

11. q. 1. c. 48. & 18. Clericum. Clericus non audeat criminale negotium in judicio ſæculari proponere. *Agath. cap. 32. Vorm. cap. 61. Capitul. lib. 6. cap. 155. Ivo part. 6. c. 367. decret.*

CAPUT XXV.

Clericis non liceat, inconſultis ſacerdotibus ſuis, ſæcularia judicia expetere. *Andegav. c. 2.*

CAPUT XXVI.

* viccariorum, ſ. Clerico, niſi ex permiſſu Epiſcopi ſui, ſervorum * ſuorum ſæcularia judicia adire non liceat. *Venet. c. 9.*

CAPUT XXVII.

Clerici ſine ordinatione Epiſcopi ſui adire, vel interpellare publicum judicium non præſumant. *Epaun. c. 11.*

CAPUT XXVIII.

Vide 11. q. 1. c. 4. Clericus cujuslibet gradus, ſine Pontificis ſui permiſſu, nullum ad ſæculare judicium præſumat attrahere. Neque laico, inconſulto ſacerdote, clericum in ſæculare judicium liceat exhibere. *Aurel. III. c. 31. vide Marcell. epiſt. 2.*

CAPUT XXIX.

Si quis judicum clericos de quolibet corpore venientes, atque de altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula Eccleſiæ tenentur inſcripta, publicis actionibus applicare præſumpſerit, ſi a ſacerdote admonitus emendare noluerit, agnoſcat ſe pacem Eccleſiæ non habere. *Aurel. IV. c. 13.*

CAPUT XXX.

Nullus ſæcularium perſonarum, prætermiſſo Pontifice, ſeu præpoſito Eccleſiæ, quemquam clericorum pro ſua poteſtate conſtringere, & diſcutere audeat, vel damnare, ſed & clericus, ſi pro cauſſæ appetitione cujuſcumque fuerit ab Eccleſiaſtico ordinatore commonitus, ſe ad audientiam ſpondeat affuturum, & reſpondere nulla calliditate diſſimulet, ſed quæcumque cauſſatio quotiens inter clericum, & ſæcularem vertitur, abſque Presbytero, aut Archidiacono, vel ſi quis eſſe præpoſitus Eccleſiæ dignoſcitur, judex publicus audire negotium non præſumat. Sane ſi cauſſã habentibus placuerit ire ad judicium, forte ex voluntate communi, permittente præpoſito Eccleſiæ, clerico licentia tribuatur. *Aurel. IV. cap. 20.*

CAPUT XXXI.

11. q. 1. c. 43. Judica. Clerici conclericos ſuos, relicto Pontifice ſuo, ad judicia publica non pertrahant. Si quis hoc præſumpſerit facere, cauſſam perdat, & a communione efficiatur extraneus. *Tolet. III. c. 13. Innoc. III. in ep. ad Piſan. Archiep.*

CAPUT XXXII.

Nullus clericus de qualibet cauſſa extra diſcuſſionem Epiſcopi ſui a ſæculari judice injuriam patiatur. Quod ſi quicumque judex cujuſcumque clericum abſque cauſſa criminali, id eſt, homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere fortaſſe præſumpſerit, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur. *Matiſc. cap. 7.*

CAPUT XXXIII.

Nullus clericus ad judicem ſæcularem quemcumque alium fratrem de clericis accuſare, aut ad cauſſam dicendam trahere quocumque loco præſumat. Sed omne negotium clericorum, aut in Epiſcopi ſui, aut in Presbyteri, aut archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quicumque clericus hoc implere diſtulerit, ſi junior fuerit, uno minus de quadraginta ictus accipiat, ſi certe honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur. *Matiſc. cap. 8. Burch. lib. 16. cap. 21. Capitul. lib. 6. cap. 154. & lib. 7. c. 139.* 11. q. 1. c. 6. de foro comp. c. 2. in 1. coll.

CAPUT XXXIV.

Non licet Presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum de qualibet cauſſa conclericum ſuum ad judicem ſæcularem trahere. *Antiſiod. cap. 35.*

CAPUT XXXV.

Judices publici contra veteranam conſuetudinem per omnes parochias, vel monaſteria, quas Moſes Epiſcopus circuire * conſuevit, [ipſi illicita præſumptione videntur diſcurrere, & clericos, vel Abbates, ut coram eis compareant, invitos atque diſtrictos ante ſe faciunt exhiberi. Quod omnimodis religioni non convenit, nec canonum permittit auctoritas. Unde omnes unanimiter cenſuimus ſententiantes, ut deinceps iſta debeant emendare, & ſi præſumptione, vel poteſtate, qua pollent, excepta invitatione Abbatis, aut Archipresbyteri, in ipſa monaſteria, vel parochias aliquid fortaſſe præſumpſerint, a communione omnium ſacerdotum eos convenit ſequeſtrari. *Cabilon. c. 11.* * mos eſt Epiſcopis circuire.

CAPUT XXXVI.

Ut nullus clericus ad judicia laicorum publica conveniat ſine juſſione Epiſcopi ſui, vel Abbatis, juxta canonis Carthaginen. cap. 8. (*vide ſupra*) cui enim ad eligendos judices undique Eccleſiæ patet auctoritas, ſe indignum fraterno conſortio judicat, quod de univerſa Eccleſia male ſentiendo, de judicio ſæculari poſcit auxilium, cum privatorum Chriſtianorum cauſſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibidem determinari præcipiat, & maxime in talibus cauſſis inquietudinem Domino Regi faciat. *Concil. apud Palat. Vernis, cap. 18. vide Carth. cap. 15. G. Carth. III. c. 9. L.*

CAPUT XXXVII.

De Conſtantino Imperatore, qui noluit controverſias Epiſcoporum dijudicare. *Pariſien. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 19.*

CAPUT XXXVIII.

Clerici, & monachi, qui inter ſe negotium aliquod habuerint, a ſuo Epiſcopo judicentur, & non a ſæcularibus, fas enim non eſt, ut divini

muneris miniſtri, temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio. *Troslejan, cap. 3. ex Capit. lib. 1. cap. 28.*

CAPUT XXXIX.

Auditu lugubre, dictu nefas, actu dignoſcitor horribile, quando contra omnem patrum, & totius Chriſtianæ religionis, & auctoritatem, & conſuetudinem, in monaſteriis regularibus laici in medio ſacerdotum, & cæterorum religioſorum ut domini, ac magiſtri reſidentes, velut Abbates de illorum vita, & converſatione, ac regula ſibi penitus ignota perverſo ordine judicant. *Trosl. c. 3.*

CAPUT XL.

Quicumque judex ſæcularis Presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, atque de junioribus abſque audientia Epiſcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri, injuriam inferre præſumpſerit, anathema ab omnium chriſtianorum conſortio habeatur. *Trosl. c. 5. ex Capitul. Caroli Imperat.*

CAPUT XLI.

11. q. 1. c. 2. & fore comp. c. 2. Gr. IX. in 1. coll. c. 3. eod. tit. Nullus judex neque Presbyterum, neque diaconum, aut clericum, aut juniorem Eccleſiæ ſine conſcientia Pontificis per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab Eccleſia, cui injuriam fecit, tamdiu ſit ſequeſtratus, donec reatum ſuum cognoſcat, & emendet. *Trosl. c. 6. ex Capit. lib. 6. c. 154. & lib. 7. cap. 139. & in addit. c. 210. Burch. lib. 16. c. 22.*

CAPUT XLII.

Silveſter conſtituit, ut nullus clericus propter quamlibet cauſſam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum cauſſam diceret, niſi in Eccleſia. *Damaſ. in Silveſt.*

CAPUT XLIII.

Julius conſtitutum fecit, ut nullus clericus cauſſam quamlibet in publico ageret, niſi in Eccleſia. *Damaſ. in Jul.*

TITULUS XI.
DE JUDICIO EPISCOPI.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LX.

TITULUS XII.
EPISCOPUS JUDICET CUM CLERICIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LX. quibus adde:

CAPUT I.

11. q. 1. c. 33. SI qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non judicentur, ſed apud Presbyteros Eccleſiæ, quicquid illud eſt, dirimatur, & omni modo * obediant ſtatutis eorum. *Clem. ep. 1. post princ. Ivo part. 6. c. 345. decret. Anſelm. lib. 6. c. 158. & 198. Cæſar. lib. 4. c. 78. & 92. & lib. 4. c. 14.*

* omnino.

CAPUT II.

Diſt. 86. c. 23. & 15. q. 7. c. 2. Si quid de quocumque clero ad aures tuas pervenerit, quod te juſte poſſit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita, ſed præſentibus ſenioribus Eccleſiæ tuæ, diligenter eſt veritas perſuadenda. & tunc ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. *Greg. lib. 11. ep. 49. Joanni Episc. Panorm.*

CAPUT III.

Acephalum liquet eſſe concilium, ubi de tanta perſona (*loquitur de Ignatio Patriarcha*) agitur, & majorum non expectatur ſententia, cum nec in cauſſa clericorum inferioris gradus, ſolius Epiſcopi ſui judicium tantummodo præſtolandum * ſit. *Nicol. in epiſt. ad Mich. Imp. post med.* Diſt. 21. c. 8. Submittitur.

* postulandum.

TITULUS XIII.
DE JUDICIO ARCHIEPISCOPI.

Vide in Part. I. Lib. III. Tit. XI. & XII.

TITULUS XIV.
DE JUDICIO PATRIARCHÆ, VEL PRIMATIS.

Vide in Part. I. Lib. II. Tit. XV. XVI. XVII. & XVIII.

TITULUS XV.
DE JUDICIO SYNODI.

Vide in Part. I. Lib. V. Tit. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. & XXXIX.

TITULUS XVI.
DE JUDICIO PONTIFICIS MAXIMI.

Vide in Part I. Lib. I. Tit. XIII. XIV. & XV.

TITULUS XVII.
DE JUDICIBUS INFERIORIBUS.

CAPUT I.

SI criminoſus fuerit aliquis Presbyter, in præſentia Epiſcopi, vel Archidiaconi dijudicetur. Et ſi probata fuerit ejus culpa, per Epiſcopum, vel ſuos expellatur, & alius per Epiſcopum intromittatur. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 4.*

CAPUT II.

Omne negotium clericorum aut in Epiſcopi ſui, aut in Presbyteri, aut in Archidiaconi præſentia finiatur. *Matiscon. I. cap. 8. Burch. lib. 16. cap. 21.* 11. q. 1. c. 6. Nullus. c. 2. de fori comp.

CAPUT III.

Quicumque judex, aut ſæcularis Presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus abſque audientia Epiſcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anno ab omni Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus. *Antiſiod. c. 43.*

CAPUT IV.

Dictum eſt, quod in pleriſque locis Archidiaconi ſuper Presbyteros Parochianos quandam exerceant dominationem, & ab eis cenſus exigant, &c. contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſuram, & quod eis ab Epiſcopis injungitur, hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem, & avaritiam præſumentes. *Cabilon. ſub Carolo cap. 15. Ivo part. 3. c. 134. decret.* Diſt. 94. c. ult.

TITULUS XVIII.
NE MINOR JUDICET DE MAJORE.

CAPUT I.

SI hæc Photius non legit, ſaltem Joannem Antiochenum Epiſcopum in Epheſina ſynodo recolere valuiſſet, idcirco damnatum, quia Cyrillum anterioris, id eſt, Alexandrinæ ſedis Antiſtitem damnare non metuit. Unde præfata univerſalis ſynodus ad Cœleſtinum ſummæ ſedis noſtræ Pontificem ſcribens, inter cetera dicit: „In-

„ di-

„ dignetur ergo tua religioſitas competenter pro
„ his, quæ facta ſunt, ſi enim data fuerit volen-
„ tibus licentia, majores injuriis ſedes affer-
* afficere. „ re *, & contra eos, in quibus non habent po-
„ teſtatem contra leges, & contra canones pro-
„ ferre ſententias, ibunt ad ultimam confuſio-
„ nem Eccleſiæ res “. *Syn. Rom. ſub Hadr. II. allocut. 3. apud ſyn. VIII. gener. act. 7.*

CAPUT II.

Sancta tertia ſynodus generalis Antiochenum damnavit Joannem, quoniam adverſus ſedis potioris, id eſt, Alexandrinæ, prima non conſentiente, auſus eſt proferre ſententiam. Quarta deinde magna & univerſalis ſynodus, adeo hanc temeritatem execrata eſt, ut Dioſcorum Alexandrinum ſine reſtitutione damnaverit: præſumpſerat enim & ipſe contra primæ ſedis privilegium, contra regulas agens, cum eſſet poſterior, ſe anteriori præferre. *Syn. Rom. ſub Hadr. II. apud ſyn. VIII. gener. act. 7.*

CAPUT III.

Majores a minoribus nec accuſari, nec judicari ullatenus poſſe, dicebat Petrus Apoſtolus, quoniam non ſolum hoc divinas, ſed & leges ſæculi inhibere dicebat. *Clem. ep. 1. poſt med.*

CAPUT IV.

Major a minori nec argui, nec judicari poteſt. *Clem. ep. 1. in fin.*

CAPUT V.

Major non poteſt a minore judicari, nec Epiſcopi Pontifici, a quo conſecrari probantur, præjudicium inferre ullum poſſunt. Quod ſi præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri. *Marcell. ep. 2. poſt princ.*

CAPUT VI.

2. q. 7. c. 4. In ſancta. Sicut major non poteſt a minore judicari, ita nec colligari. *Jul. ep. 2. c. 36.*

CAPUT VII.

Quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur abſolutus, cum nec a Pontificibus legitime, & Eccleſiaſticis legibus fuerit expeditus? &c. Præcipue cum de ſecundæ ſedis ageretur Antiſtite, nec ab inferiore qualibet, ſed a prima
Diſt. 21. c. 4. ſede jure poſſit abſolvi. [Inferior quippe potiorem abſolvere non poteſt, ſola ergo potior inferiorem convenienter abſolvit. *Gelaſ. in tom. de anathemate, in fin. Nicol. ad Mich. Imp. ante med.*

CAPUT VIII.

Miramur, quia quantum nobis præſentium portitorum ſuggeſtio patefecit, paſſi eſtis ſubripi vobis & Subaudum fratrem, & coepiſcopum noſtrum Arelatenſis civitatis Antiſtitem, cujus Eccleſia in regionibus Gallicanis Primatis privilegio, & ſedis Apoſtolicæ vicibus decoratur, ad petitionem Epiſcopi ab ipſo ordinati, in judicium ſequentis civitatis Epiſcopi, quod nulla Eccleſiaſtica lege, vel ratione conceditur, judicandum juberetis occurrere, ut ipſo de conculcato loci ſui præjudicio conquerente, illum, qui uſurpavit, neceſſe ſit de illicita præſumptione culpari. Pro quibus Chriſtianitatis veſtræ confidentia freti, paterno ſtudio poſtulamus, ut ſi quid tale factum eſt, congrua ſatisfactione celeriter amputetur, nec ullum ſui exemplum in perturbatione Eccleſiarum, quas vobis Deus credidit, relinquere concedatur, & hujuſmodi cauſſis ſollicitam vos in reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra Eccleſiaſticas regulas petentibus concedatis. *Pelag. ad Reg. quemdam Francorum apud Nicol. in epiſt. ad Mich. Imperat. ante med.*

CAPUT IX.

Suaviſſimus pater, & Papa noſter Gregorius clero Mediolanenſis Eccleſiæ pro eligendo ſibi Epiſcopo litteris ſuis præcipiens ait: „ Penſan-
„ tes ergo, quæ cunctis expediunt, & quam vo-
„ bis gratia divina prætulerit, integerrimam ſem-
„ per in omnibus obedientiam præbete. Judicari
„ namque a vobis ultra non debet, ſemel præla-
„ tus, ſed tanto nunc ſubtiliter judicandus eſt,
„ quanto poſtmodum judicandus non eſt. Con-
„ ſecrato autem vobis, Deo auctore, paſtori
„ tota vos mente committite “. *Nicol. epiſt. ad Mich. Imperat. ante med.*

CAPUT X.

Satis evidenter oſtenſum eſt, non poſſe legitime ſubjectos de Prælati ſui vita judicare, nec præter hæreſim, cujuſcumque ſit meriti, temere reprehendere. Sed ſi adhuc placet aliquid de hoc noſſe, quod delectet, antiqui patris, & venerabilis Doctoris Areopagitæ Dionyſii ad Demophilum verba vobis recitare præcipite, qui etiam in cauſſa pietatis delinquentem ſacerdotem nefas ſancit a minoribus vel ab inferioribus judicari, ne fiat in Eccleſia Dei aliquid inordinatum, & ſtatus ejus in aliquo confundatur. *Nicol. ad Mich. Imperat. ante med.*

CAPUT XI.

Cum quidam tempore quodam contra Xy- *Diſt. 21. c. 7.*
ſtum Papam tentaſſent quædam non boni rumo- *in fin.*
ris obiicere, & in concilio, cui Valentinianus Auguſtus intererat, dictum fuiſſet, non licere adverſus Pontificem dare ſententiam, ſurrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit judicare judicium ſuum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum urbium ſubactus judiciis invenitur. Unde Joannes Antiochenus, tertiæ videlicet ſedis Epiſcopus, inter cætera legitur in Epheſina ſynodo uſque ad correctionem damnatus, qui Cyrillum Alexandrinum, ſecundæ ſcilicet ſedis Epiſcopum irregulariter damnationi præſumpſit addicere, eadem venerabili ſynodo ad Cœleſtinum ſummæ ſedis Præſulem, taliter in ſcriptis poſtulante, ac dicente: „ Indignetur ergo tua religioſitas competen-
„ ter pro his, quæ facta ſunt, ſi enim data fuerit
„ volentibus licentia, & majores injuriis ſedes
„ afficere, & contra eas, in quibus non habent
„ poteſtatem, contra leges, ſic & canones pro-
„ ferre ſententias, ibunt ad ultimam confuſio-
„ nem Eccleſiæ res “, &c. Denique ſi in Epiſtola *21. d. c. 6.*
legimus ad Hebræos, quod minor a majore bene- *Hebr. c. 7.*
dicatur; reſtat profecto, ut exigente ratione, etiam maledicatur. Siquidem hæc utique prænoſcentes periculoſa tempora illi, qui ante nos fuerunt, providam in eccleſiis conſuetudinem tradi-

de-

derunt, hodieque in Eccleſia Romana, quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum, imprætermiſſe ſervatur, ita ut nullus ſacerdos, majore ſuo non innuente conſacerdote, cuilibet rei benedicere nitatur. Sed & anterior ſtans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere, &c. Per hoc innuitur, quantæ cenſuræ fræno inferiores quique a ſuis judicandis præpoſitis coercendi ſunt, ſi his nec etiam benedicendi jus ullum penitus obtineant. *Nicol. ad Mich. Imperat. prope med. Anſelm. lib. 7. cap. 142. al. 144. Ivo part. 5. decret. cap. 17. & part. 6. cap. 355.*

CAPUT XII.

Diſt. 21. c. 4. Inferior. Eſaia 10. Hinc liquido pervidetur, quia quem non poteſt abſolvere, non poteſt judicio inferior potiorem ligare, &c. Numquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, qui trahit eam? His ita ex divina Scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, ſole clarius exhibuimus, non poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis eſt, eum, qui majoris poteſtatis eſt judiciis ſuis addicere, aut propriis definitionibus ſubjugare. *Nicol. ad Mich. Imp. in med.*

CAPUT XIII.

Diſt. 21. c. 8. Submittitur (*Ignatius Patriarcha*) minorum, inferiorum, & ſubjectorum deliberationibus, cum ſacris canonibus præcipientibus, & exemplis ſanctorum Patrum, ſemper ubi eſt major auctoritas ſit eundum, & in omnibus controverſiis ad potiores ſedes judicia dirigantur. Quod non ſolum a catholicis, verum etiam ab ipſis conſtat obſervatum hæreticis. Alioquin acephalum liquet eſſe concilium, ubi de tanta perſona agitur, & majorum non expectatur ſententia, cum nec in cauſſa clericorum inferioris gradus ſolius Epiſcopi ſui judicium tantummodo præſtolandum ſit, &c. Et quanto magis ad potioris auctoritatis judicium tenditur querimonia, tanto adhuc amplius majus culmen petendum eſt, quouſque gradatim perveniatur ad eam ſedem, cujus cauſſa aut a ſe negotiorum meritis exiſtentibus in melius commutatur, aut ſolius Dei ſine quæſtione reſervatur arbitrio. *Nicol. ad Mich. Imperat. in med.*

TITULUS XIX.

DE JUDICIBUS ELECTIS.

CAPUT I.

3. q. 6. c. 13. PEregrina judicia ſalva in omnibus Apoſtolica auctoritate. (*Fab. ex Xyſt. III.*) generali ſanctione prohibemus, quia indignum eſt, ut ab exteris judicentur, qui provinciales, & a ſe electos debent habere judices. *Nicæn. c. 53. apud Jul. c. 15. Felix cum ſeptuaginta Epiſcopis ep. 2. in med. Hygin. ep. 1. in fi. Fab. ep. 3. in princ. Xyſt. III. ep. unic. c. 3. vide Nicæn. c. 23. & c. 54. apud Jul. epiſt. 2. Hadr. ad Epiſcopum Mediom. c. 17. Burch. lib. 1. c. 147. Ivo part. 5. c. 260. & part. 6. c. 331. decret. & epiſt. 179. Anſelm. lib. 3. c. 73. Capitul. lib. 7. c. 309. & in additis c. 145. Cæſar. lib. 5. c. 25. Tarrac. lib. 6. c. 150.*

CAPUT II.

Si clericus adverſus clericum cauſſam habeat, relicto Epiſcopo, non eat ad ſæcularia judicia. Sed prius rem declaret apud ſuum Epiſcopum, vel ex ejus Epiſcopi voluntate apud eos, quos utraque pars elegerit, ut judicent. Si quis contrarium fecerit ſubjaceat pœnis canonicis. *Chalc. c. 9. Aquiſgran. c. 86. vide Carthag. cap. 15. G. Burchard. lib. 2. cap. 183. Ivo part. 6. cap. 228. & 360. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 83. Capitul. lib. 1. cap. 28. Tarracon. lib. 1. c. 148.* *11. q. 1. c. 47. & c. 1. de for. comp. in 1. coll. & ap. Greg. IX.*

CAPUT III.

Statuimus, quod ſi quis allegaverit, ſe judicem habere ſuſpectum, coram eodem cauſſam juſtæ ſuſpicionis aſſignet: & ipſe cum adverſario, vel ſi forte adverſarium non habeat, cum judice arbitros communiter eligat, aut ſi forte communiter convenire non poſſunt, eligant abſque malitia ipſe unum, & ille alium, qui de ſuſpicionis cauſſa cognoſcant: & ſi nequiverint in unam concordare ſententiam, advocent tertium, ut quod duo ex ipſis decreverint, robur habeat firmitatis. Sciant quoque ſe ad id fideliter exequendum ex injuncto a nobis in virtute obedientiæ ſub atteſtatione divini judicii diſtricto præcepto teneri. Cauſſa vero ſuſpicionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata, ſua juriſdictione judex utatur. At ipſa probata legitime, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat negotium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, ut in eo ipſo procedat, ſecundum quod fuerit procedendum, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 48.* *De appell. c. 61. Cū ſpecial. Greg. IX. & c. 5. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT IV.

Ille, qui vi, aut timore a ſede pulſus, aut ſuis rebus ſpoliatus fuerit, non prius vocetur ad ſynodum, quam ei omnia legibus redintegrentur: & [tamdiu in ſede propria pacifice cuncta diſpo- 3. q. 2. c. 7.
nens reſideat, quamdiu expulſus, vel ſpoliatus carere viſus eſt rebus. Cum autem ad judicium 3. q. 3. Cum accuſatus, cap. 1.
venerit, ſi voluerit, & neceſſe fuerit, induciæ ei petenti a Patribus conſtitutæ abſque impedimento concedantur, & judices a ſe electi tribuantur, ut in loco, unde eſt ille, qui accuſatur, aut ſi alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum ſibi congruum eligat, quo abſque timore ſuos, ſi neceſſitas expoſcerit, teſtes habere, & abſque impedimento ſuam canonice ſententiam finire valeat, quia multa per ſurreptionem evenire ſolent. *Felix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. c. 8. Ivo lib. 4. tit. 6. cap. 8. & tit. 8. cap. 14. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 52.*

CAPUT V.

Si qua cauſſa inter terram venientem ad partem ſuarum Eccleſiarum, & monaſteriorum evenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud electos Abbates, & alios patres timentes Deum, ſine voluntaria dilatione, mediis ſacroſanctis Evangeliis finiatur. *Greg. in ſyn. Lateran.*

CAPUT VI.

Unaquæque provincia tam juxta Eccleſiaſticas, quam juxta ſæculi leges, ſuos debet juſtos, 3. q. 6. c. 15.
& non iniquos habere judices, & non externos, &c. Sed ad duodecim ejuſdem provinciæ judices,

ad

Digitized by Google

ad quorum judicium omnes cauſſæ civitatum referuntur, deferatur negotium. *Anaclet. epiſt. 1. ante finem. Anſelm. lib. 3. c. 80. al. 84.*

CAPUT VII.

3. q. 4. c. 2. 3. q. 8. c. 1. §. Judices. Duodecim judices quilibet Epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, a quibus ejus cauſſa juſte judicetur, nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipſi per ſe eligantur, & regulariter vocato a ſuorum primo conventu Epiſcoporum, per eos ejus cauſſa juſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis vero ejus cauſſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec antea finiatur, ſicut ab Apoſtolis vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, quam ejus auctoritate ſulciatur. *Zeph. epiſt. 1. ante med. Ivo part. 5. cap. 245. decret. Anſelm. lib. 3. c. 41. Cæſar. lib. 5. c. 41. Tarrac. lib. 2. c. 52.*

CAPUT VIII.

4. q. 4. c. 1. In omni judicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt, judices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. *Fabian. epiſt. 2. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 27. panorm. & part. 2. c. 321. decret. Anſelm. lib. 3. c. 72. Cæſar. lib. 5. c. 51. Tarrac. lib. 2. c. 7.*

CAPUT IX.

11. q. 2. c. 4. Judices alii eſſe non debent, quam quos ipſe qui impetitur, elegerit, aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, aut ejus Primates auctoritate hujus ſanctæ ſedis delegaverint. *Jul. epiſt. 2. c. 34. ex concilio Nicæno. Ivo lib. 4. tit. 11. c. 2. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 21.*

CAPUT X.

Homines fundi Saloniaci juris ſanctæ Eccleſiæ Romanæ fines fundi Gerdimiæ collimitantis eidem præfato fundo Eccleſiæ ſanctæ Romanæ volunt pervadere, &c. Volumus accedente ad Panormitanam civitatem, quæſtionem ipſam diſcutere, &c. Electis arbitris tranquille, & legaliter ſopiatur, nos enim non ſolum nunquam mota ſuſcitari volumus, verum etiam quæ prava foris admoventur, ſopire modis omnibus feſtinamus, &c. *Greg. lib. 1. epiſt. 9. Per. ſubdiac. Eadem ſcribit lib. 7. ep. 83. ind. 2. Fantino Joann. Epiſc. Syrac. ep. 101. & lib. 8. ep. 28. Zitano Zizaſimæ, & ep. 58. Bonif. Epiſc. Regio.*

CAPUT XI.

De arbit. c. 1. in 1. coll. Gloria veſtra præcipiat Donatum officialem cum Juliana ancilla Dei arbitrale ſubire judicium, quatenus quidquid eorum de tali controverſia arbitrorum judicio fuerit definitum, effectui mancipetur, ut id, quod ſe admittere, ſive retinere perſpexerit, non hoc virtutis opere fieri, ſed legis juſtitiæ debeat reputari. *Gregor. Theodoro Sardiniæ Duci, lib. 1. regiſt. ep. 46.*

CAPUT XII.

De arbit. c. 3. in 1. coll. Pompejana religioſa fœmina per hominem ſuum ſuggeſtis a nobis multa ſe quorundam hominum ſuſtinere aſſidue irrationabiliter gravamina, &c. Prædictam vobis fœminam neceſſario duximus commendandam, ut comitante juſtitia, nulla cauſſa fraternitas tua prædictam fœminam in nullo contra æquitatem gravari permittat, nec aliqua inconſulte pati diſpendia, ſed ſi eam habere cauſſas contigerit, in electorum judicio altercando ventiletur contentio, & quæcumque fuerint definita, tranquille ad effectum perducantur, &c. *Greg. Januar. Epiſc. Caralit. lib. 1. regiſt. ep. 61.*

CAPUT XIII.

Sex conſenſu partium judices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam conſtitutum eſt, non liceat provocari. *Carthag. cap. 15. G. Carthag. III. c. 10. L. Ivo part. 6. cap. 363. Cæſar. lib. 5. cap. 64.* *2. q. 6. c. 33. Sane.*

CAPUT XIV.

Si appelletur, & eligat appellans judices, & cum eo is, contra quem appellatur, ab his non liceat appellare. *Carth. c. 98. G. al. 96. Afric. cap. 63. L.* *2. q. 6. c. Si autem, 39.*

CAPUT XV.

In cauſſa inter Maurentium Epiſcopum, & civitatem Germaniciam, jubet concilium Africanum deligere judices. Maurentiuſque ſeptem delegit, & ipſa civitas Germanicia reliquos jubetur deligere. *Carth. c. 105. G. Afr. c. 67. L.*

CAPUT XVI.

Si ex diverſis Provinciis Epiſcopi inter ſe litigantes ſint, ille Primas det judices, in cujus regione eſt locus, de quo contendunt. Si communi conſenſu vicinos eligunt vel unus *, vel tres eligantur. Si tres elegerint, trium, vel ſaltem duorum ſententiam ſequantur. *Carth. cap. 122. G. Milev. c. 24. L. Afr. c. 88. Burch. lib. 1. cap. 68. Ivo part. 5. c. 176. decret.* *c. 2. de arbit. & c. 3. de for. comp. Greg. IX. & c. 4. hoc tit. in 1. coll.* * duo, L.

CAPUT XVII.

Ab electis judicibus non licet appellare. Si nolit quis judicibus obedire, Epiſcopus primæ ſedis det litteras, ut nullus Epiſcopus ei communicet, quoad obediat. *Carth. c. 123. G. Milev. cap. 24. L. Afr. c. 89. L. Capitul. lib. 1. cap. 44. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 8. panorm. & part. 6. c. 365. decret. Cæſar. lib. 5. c. 24.* *2. q. 6. c. 32. A judicibus, vide c. 10. Quiſquis.*

CAPUT XVIII.

Provinciæ Africæ, ex quibus terni judices electi ſunt, Carthaginienſis, Numidia, Byzacena, cujus Primas Donatianus, Mauritania Sitiphenſis, & Tripolitana, qui omnes univerſa cognoſcunt. *Carth. c. 128. G. Milev. c. 27. L.*

CAPUT XIX.

Si inter Epiſcopos de rebus terrenis, aut poſſeſſionibus ſub repetitione, aut retentionis titulo naſcatur contentio, impleto anni ſpatio, pro ſtudio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri, per Epiſtolas fratrum ſtudioſe admoniti, aut inter ſe, aut in præſentia electorum judicum negotium ſanare feſtineat. *Aurel. IV. cap. 12.*

CAPUT XX.

Si inter conſacerdotes ex cauſſa livor emerſerit, ut pendente certamine ſibi invicem reconciliari non poſſint, electis ab utraque parte fratribus, id eſt presbyteris, litis jacula finiant, & vota pacis acquirant, &c. *Turon. II. c. 2.*

CAPUT XXI.

Leges ſanciunt, tam Eccleſiaſticæ, quam civiles, omnem, qui elegerit aliquem judicem modis omnibus ſequi ac obedire præceptis ejus, & ne-

Digitized by Google

nequaquam refutare penitus, ac repellere prolatas ab eo, & deprompta definitiones, & leges. Cum itaque pars veſtra petierit, & propoſuerit judicem beatiſſimum Papam Nicolaum, quomodo vos extra Eccleſiæ, ac Reipublicæ leges, ac regulas eum redarguere, ac judicare præſumpſiſtis, aſſerentes non ſecundum canonum egiſſe, neque ſecundũ juſtitiæ, ac veritatis rationem decreviſſe, quæ ſibi viſa ſunt definiendo. Invenimini ergo in parte hac, & Eccleſiaſticas, & civiles reprobare leges pro eo, quod quem elegiſtis, & prætuliſtis judicem, nunc abjiciatis; nemo enim electum a ſe judicem, & propria actione viceverſa judicare, vel condemnare penitus debet. Nam nunquam aliquando quis judicatus, dum condemnatus fuerit, firmavit prolatam damnationem, & ideo per nullum tempus, vel modum firmum erit judicium. *Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ apud ſynod. VIII. gen. action. 6. poſt med.*

CAPUT XXII.

Sacri canones non quorumcumque, ſed electorum judicum ſententiam minime ſpernendam edocent. *Anaſt. in proœm. VII. ſyn. gener.*

TITULUS XX.
DE SANGUINE NON JUDICENT CLERICI.

CAPUT I.

Ne cler. vel mon. c. 9. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. SEntentiam ſanguinis nullus clericus dictet, aut proferat, nec ſanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur, interſit. Si quis autem hujuſmodi occaſione ſtatuti Eccleſiis vel perſonis Eccleſiaſticis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium, per cenſuram canonicam compeſcatur. Nec quiſquam clericus litteras ſcribat, aut dictet, pro vindicta ſanguinis deſtinandas. Unde in Curiis Principum hæc ſollicitudo non clericis, ſed laicis committatur. Nullus quoque clericus rotariis, aut balliſtariis, aut hujuſmodi viris ſanguinum præponatur, nec illam chirurgiæ partem ſubdiaconus, diaconus, vel ſacerdos exerceant, quæ ad uſtionem, vel inciſionem inducit. Nec præcipue quiſquam purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cujuslibet benedictionis, aut conſecrationis impendat, ſalvis nihilominus prohibitionibus de monomachiis ſive duellis antea promulgatis. *Concil. gener. Later. ſub Innoc. III. cap.* 18.

CAPUT II.

23. q. 4. c. 1. Criminalia negotia non judicat Epiſcopus, Presbyter, Clericus. *Tarrac. cap.* 4.

CAPUT III.

Cognovimus quoſdam clericorum infrunitos ad forales reorum ſententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum acceſſus hunc canonem protulimus, definientes, ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat, neque interſit atrio ſauciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Si tamen ex nunc aliquis eorum definita contemnens illuc acceſſerit, aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtola illis gregibus examinatorum ſocietur, quos divinis prætulit myſteriis. *Matiſc. II. c.* 19.

CAPUT IV.

Non licet presbytero, nec diacono ad trepalium, ubi rei torquentur, ſtare. *Antiſiod. c.* 33.

CAPUT V.

Non licet presbytero, in judicio illo ſedere, unde homo ad mortem tradatur. *Antiſiod. c.* 34.

CAPUT VI.

Sæpe Principes contra quoslibet majeſtatis obnoxios ſacerdotibus negotia ſua committunt, & quia ſacerdotes a Chriſto ad miniſterium ſalutis electi ſunt, ibi conſentiant Regibus fieri judices, ubi jurejurando ſupplicii indulgentia promittitur, non ubi diſcriminis ſententia præparatur. Si quis ergo ſacerdotum contra hoc commune conſultum diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud Eccleſiam perdat proprium gradum. *Tolet. IV. cap.* 30. *Burch. lib.* 2. *cap.* 149. *Ivo part.* 6. *c.* 222. *decret.* *23. q. 8. c. 29.*

CAPUT VII.

His, a quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet. Et ideo quod morte plectendum eſt, ſententia propria judicare non præſumant, aut truncationes quibuslibet perſonis per ſe inferant, aut inferendas præcipiant. Quod ſi quiſquam in Eccleſiæ ſuæ familiis, aut in quibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, & conceſſi ordinis honore privetur, & loco, ſub perpetuo quoque damnationis teneatur religatus ergaſtulo, cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda eſt, propter Domini miſericordiam: qui *non vult peccatoris mortem, ſed ut convertatur, & vivat. Tolet. XI. cap.* 6. *Burch. lib.* 5. *cap.* 201. *Ivo part.* 5. *cap.* 315. *decret. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 60. *in Rom. Raban. cap.* 30. *de pœnit. Cæſar. lib.* 5. *cap.* 62. *Tarrac. lib.* 4. *cap.* 69. *23. q. 8. c. 30.* *Ezech. 18. & 33.*

TITULUS XXI.
NE IN ECCLESIIS, VEL IN ATRIIS, VEL IN DOMIBUS ECCLESIARUM JUS DICATUR.

Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XVI.

TITULUS XXII.
DIE DOMINICO, ET ALIIS QUIBUSDAM JUDICIA NE FIANT.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XIX. & Lib. XXI. Tit. XIV.

TITULUS XXIII.
DE JUDICIBUS DELEGATIS.

CAPUT I.

UT provincialis ſynodus retractetur per vicarios urbis Romæ, ſi ipſe (*Romanus Pontifex*) decrevit. *Nicæn. c.* 59. *apud Jul. epiſt.* 2. *c.* 21. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. c.* 39. *Capit. lib.* 7. *c.* 344. *in addit. c.* 538.

CAPUT II.

Placuit, ut accuſatus, vel judicatus a comprovincialibus in aliqua cauſſa Epiſcopus, licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, ejus retractari negotium procuret, &c. *Nicæn. c.* 59. *apud Jul. ep.* 2. *c.* 3. *Victor. epiſt.* 1. *in med. Xyſt. II. ep.* 1. *ante fin. Capitul. lib.* 7. *c.* 155. *in addit. Burch.* *3. q. 6. 5. c.*

Digitized by Google

Burch. lib. 1. c. 144. & 176. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 2. panorm. & part. 5. c. 257. decret.

CAPUT III.

2. q. 6. Si Epiſcopum, cap. 37. Placuit, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati Epiſcopi provinciæ illius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellato Epiſcopo placuerit, & confugere ad beatiſſimum Epiſcopum Romanum, & voluerit audiri, & juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſſam ſuam iterum audiri deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut e latere ſuo presbyterum mittat, & ſit in poteſtate Epiſcopi Romani, quid velit, & quid exiſtimet ſuſcipiendum, & ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis judicent, habentes auctoritatem ejus, a quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio, ſi vero crediderit ſufficere Epiſcopos, ut negotio terminum imponant, faciat quod ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit. *Nicæna ſynod. apud Zoſimum in commonitorio refertur in concilio Carthag. VI. cap. 3. L. & ante canones Carthag. Gregos, & in epiſt. Carthag. c. 135. G. concilii. Carthag. VI. ad Bonifacium, L. vide Sardic. c. 5. G. 7. L. Ennod. pro Symmach. Nicol. ep. 2. ad Epiſc. apud Conuicin. Ivo part. 5. c. 27. decret. Anſelm. lib. 2. c. 57.*

CAPUT IV.

2. q. 9. Decrevimus, cap. 10. De cognitione criminum Maximi Epiſcopi per delegatos agit. *Bonifac. epiſt. 2. ad Epiſc. Galliæ. Burch. l. 1. c. 165. Ivo part. 5. c. 271. decret. Anſelm. lib. 3. c. 34. & 84.*

CAPUT V.

Si quis Epiſcopus in aliquo negotio condemnatus ſit, & putat ſe bonam cauſſam habere, ſi rurſus judicium innovetur, Petri Apoſtoli memoria honoretur, & ſcribatur a judicantibus Julio Epiſcopo Romæ, ut per vicinos Epiſcopos, (*ſcribatur Epiſcopo Romæ vel a judicantibus vel a vicinis Epiſcopis, L.*) ut ſi videatur oportere, judicium renovetur, cognitores ipſe præbeat, ſi non videatur renovari, oportet, ut firma maneant, quæ judicata ſunt. *Sardic. c. 3. G. 4. L.*

TITULUS XXIV.

DE POSTULANDO.

CAPUT I.

De poſtul. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. CLerici in ſubdiaconatu, & ſupra, & in minoribus quoque ordinibus, ſi ſtipendiis Eccleſiaſticis ſuſtentantur coram judice ſæculari advocati in negotiis fieri non præſumant, niſi propriam, vel Eccleſiæ ſuæ cauſſam fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus forte perſonis, quæ proprias cauſſas adminiſtrare non poſſunt. [*Ne cler. vel mon. cap. 4. Greg. IX. & in 1. coll. c. 3.* Sed nec procurationes villarum, aut juriſdictiones etiam ſæculares ſub aliquibus principibus, vel ſæcularibus viris, ut Juſtitiarii eorum fiant, clericorum quiſpiam exiſtere * præſumat, &c. Diſtrictius autem decrevimus puniendum, ſi religioſorum quiſpiam aliquid prædictorum audeat attemptare. *Alexand. III. in concil. Later. c. 12.*

* *aſſumere.*

CAPUT II.

3. q. 3. c. ult. Quia Epiſcopi, univerſique ſacerdotes ad ſuam laudem Dei, bonorumque operum actionem conſtituuntur, debet unuſquiſque eorum, tam pro Eccleſiaſticis, quam etiam propriis ſuis actionibus, excepto publico videlicet crimine, habere advocatum non malæ famæ ſuſpectum, bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant. *Synod. Rom. ſub Eugen. II. & Leon. IV. c. 19. Longobard. de advocat. l. 2. tit. 47.*

CAPUT III.

Si fuerit quiſpiam ſacerdotum inventus, qui advocatum in judicium proferre non valeat, coram plebe propria ſuum Epiſcopum eundem oportet diſcutere ſacerdotem, ſi bonæ, an malæ converſationis exiſtat, cujus rei cauſſa debite advocatum habere non poſſit; malæ vero inventus pro qualitate culpæ ſecundum canonum normam emendari curetur. *Syn. Rom. ſub Eugen. II. & Leon. IV. c. 20.*

CAPUT IV.

Ad clericatum pervenire non poſſunt, id eſt, ſi quis fidelis militaverit, ſi quis fidelis cauſſas egerit, hoc eſt poſtulaverit, ſi quis fidelis adminiſtraverit. *Innoc. ep. 4. c. 3.*

CAPUT V.

Ne quis ſacerdotum, vel clericorum more ſæcularium judicum audeat accipere pro impenſis patrociniis munera, niſi forte in Eccleſiis oblata gratuita, quæ non favore muneris videantur accepta, ſed collatione devotionis illata. Quæ ſi ita probatur accipere, veluti exactor fœnoris, aut uſurarum poſſeſſor, ſecundum ſtatuta patrum ſe noverit degradandum. *Tarrac. c. 10. Cæſar. lib. 5. c. 76.* 15. q. 2. c. 1. Obſervandum.

CAPUT VI.

Si quis judicum clericos de quolibet corpore venientes, atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula Eccleſiæ tenentur inſcripta, publicis actionibus applicare præſumpſerit, ſi a ſacerdote admonitus emendare noluerit, agnoſcat ſe pacem Eccleſiæ non habere. Similiter, & ad ullam adminiſtrationem Pontifices presbyteros, atque diaconos ideo excuſatos eſſe decrevimus, quia quod lex ſæculi, & in paganis ſacerdotibus, & in miniſtris ante præſtiterat, juſtum eſt, ut erga Chriſtianos ſpecialiter conſervetur. *Aurel. IV. cap. 13.*

CAPUT VII.

Monachi ad ſæcularia placita nullatenus veniant, neque ipſe Abbas ſine conſenſu Epiſcopi ſui, &c. Sed quidquid quærendum, vel etiam reſpondendum ſit, per advocatos ſuos hoc faciant. *Mogunt. c. 12. Burch. lib. 8. c. 89. Ivo part. 7. c. 107. decret.*

CAPUT VIII.

Miniſtri altaris Domini, vel monachi, &c. a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt ergo negotia ſæcularia, &c. in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum, &c. Quæ omnia miniſtris altaris Domini interdicimus, &c. *Mogunt. ſub Carolo c. 14. Mogunt. ſub Raban. c. 13. Capit. lib. 7. c. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. c. 108. decret.* *Ne cler. vel mon. cap. 1. Greg. IX. & in 1. coll.*

TITULUS XXV.
DE PROCURATORIBUS.
CAPUT I.

De reſcript. c. 28. Greg. IX. in 4. coll. c. 5. eod. tit. SUnt alii, qui ſe ad novum genus mercimonii convertentes, ut vel ſopitas poſſint ſuſcitare querelas, aut novas immittere quæſtiones, fingunt cauſſas, ſupra quibus a ſede Apoſtolica litteras impetrant, abſque dominorum mandato, quas vel reo, ne per eas laborum, vel expenſarum diſpendio moleſtetur, aut auctori, ut per ipſas adverſarium indebita vexatione fatiget, venales exponunt. Cum autem lites reſtringendæ ſint, potius quam relaxandæ, hac generali conſtitutione ſancimus, ut ſi quis ſupra aliqua quæſtione de cætero ſine mandato ſpeciali Domini litteras Apoſtolicas impetrare præſumpſerit, & litteræ illæ non valeant, & ipſe tanquam falſarius puniatur, niſi forte de illis perſonis extiterit, de quibus non debet exigere de jure mandatum. *Innoc. III. in concil. general. Lateran. c. 37.*

CAPUT II.

3. q. 7. c. 1. Infamis perſona, nec procurator poteſt eſſe, nec cognitor. *Felix in ſyn. LXX. Epiſcoporum epiſt. 2. in med. Hadrian. Papa ad Epiſc. Mediom. c. 5. them. 6. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 24. panorm. & part. 5. c. 243. & part. 6. c. 331. decret. Anſelm. lib. 3. c. 27. Cæſarauguſt. lib. 5. c. 30. Tarrac. lib. 2. c. 12. Paulus & Paul. interpres Anian. lib. 1. tit. 2. ſent. Capit. lib. 7. c. 143. in addit.*

CAPUT III.

De procurat. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. Si cauſſam vultis dicere, inſtructam de cætero perſonam cum mandato legaliter facto, tuis, ac presbyterorum, ſeu diaconorum in teſtimonium ſubſcriptionibus roborato, geſtiſque ex more indito tranſmittite, ut quidquid cum ea actum fuerit, poſſit jure ſubſiſtere, &c. *Greg. Max. Epiſcop. Salonit. lib. 11. ep. 13. reg.*

CAPUT IV.

21. q. 3. Placuit, c. 2. Epiſcopi, presbyteri, diaconi conductores, vel procuratores non fiant, neque ex aliquo turpi, vel inhoneſto quæſtu cibum parent, &c. *Carth. c. 16. G. Carth. III. c. 15. L. Vormat. cap. 67. Burch. lib. 2. c. 151. Ivo part. 6. cap. 242. decret. Anſelm. lib. 7. c. 151.*

CAPUT V.

Ibid. Qui ſerviunt Deo, & annexi ſunt clero non accedant ad actus, ſeu adminiſtrationem, vel procurationem domorum, &c. Proinde aut clerici ſint ſine actionibus domorum, aut actores ſine officio clericorum. *Carth. I. c. 6. Burch. l. 2. c. 150. Ivo part. 6. c. 223. decret.*

CAPUT VI.

Si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non poſſit venire (*ad concilium*) &c. quemcumque ex presbyteris dirigere elegerit, inſtructum per informationem dirigat, ut ratio poſcit, atque cum eo mandatarium ſuum juxta legis ordinem munitum, ut ſi a quolibet contra eundem Epiſcopum in concilio fuerit ſuggeſtum, ab eo quem dixerit, qui petit, accipiat reſponſum, & juſtitia, quæ fuerit ordinata, nulla in poſtmodum dilationem habeat. *Emerit. cap. 5.*

CAPUT VII.

Miniſtri altaris Domini, vel monachi a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt ergo negotia ſæcularia, &c. Conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerum, &c. Quæ omnia miniſtris altaris Domini interdicimus, &c. *Magunt. ſub Carolo c. 14. Magunt. ſub Raban. cap. 13. Capitul. lib. 7. cap. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. c. 108. decret.*

TITULUS XXVI.
DE NOTARIIS.
CAPUT I.

STatuimus, ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario, judex ſemper adhibeat aut publicam, ſi poteſt habere, perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univerſa judicii acta conſcribant, videlicet citationes, dilationes, &c. & cætera, quæ occurrunt, competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora, & perſonas, & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes ſcriptores remaneant, ubi ſi ſuper proceſſu judicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſſit veritas declarari. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 38.* *De prob. c. 11. Quon. 3. Greg. I X. & in 4. coll. c. 3.*

CAPUT II.

Julius conſtitutum fecit, ut nullus clericus cauſſam quamlibet in publico ageret, niſi in Eccleſia, & ut notitia, quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & ut omnium monimentorum in Eccleſia confectio per primicerium notariorum celebraretur, ſive quod cautiones, vel inſtrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut teſtamenta, vel colligationes, aut manumiſſiones clericorum in Eccleſia per ſcrinium ſanctum celebrentur. *Damaſ. in Julii.*

CAPUT III.

De notariis ad ſcribendum, & legendum in conciliis. *Vide Tolet. III. in princ. Tolet. IV. c. 4. & aliis conciliis.*

TITULUS XXVII.
DE SÆCULARIBUS NEGOTIIS.
CAPUT I.

SÆcularia judicia, ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite ad judicandum. *Paul. ep. 1. ad Corinth. c. 6. n. 4. Pius ep. 2. in fin.*

CAPUT II.

Quicumque cauſſã habuerit, apud ſuos judices judicetur, & non ad alienos cauſſa vagandi, ſtimulante protervia, ſuam deſpiciens patriam, tranſeat, ſed ad duodecim provinciæ judices, ad quorum judicium omnes cauſſæ civitatum referuntur, deferat negotium; ſi autem fuerit Eccleſiaſticum, apud Epiſcopos interveniente Primate, &c. Si vero fuerit ſæculare, apud ejuſdem ordinis viros, judicio tamen Epiſcoporum, cum Apoſtolus privatorum Chriſtianorum cauſſas magis Eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali judicio terminari voluit, &c. juſte, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate Eccleſiaſtica, & coram Patricio ſæcularia judicentur negotia in commune. *Anaclet. ep. 1. in fin.* *1. Cor. 6.* *2. q. 6. Omnis, c. 3.*

CAPUT III.

Sciendum, quoniam in his feſtivitatibus, in quibus ſuperius ab omni opere mundano ceſſandum eſſe monſtravimus, multo magis a ſæcularibus negotiis abſtinendum fore decernimus, &c. Præcipue cum eo die ad militiam divinam accedens homo implicari non debeat negotiis ſæcularibus. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 12.

CAPUT IV.

Nulli presbytero, vel diacono ſine voluntate Epiſcopi ſui licentia ſit, ſæculares peragere cauſſas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli tranſcendere voluerit excommunicationis ſententia feriendum ſe noverit. *Emerit. c.* 11.

CAPUT V.

Placuit huic ſancto concilio, ut omnis poteſtas Epiſcopalis modum ſuæ ponat iræ, nec pro quolibet exceſſu cuilibet ex familia Eccleſiæ aliquid corporis membrorum ſua ordinatione præſumat extirpare, aut auferre. Quod ſi talis emerſerit culpa advocato judice civitatis ad examen ejus deducatur, quod factum fuiſſe aſſeritur; & quia omnino juſtum eſt, ut Pontifex ſæviſſimam non impendat vindictam, quidquid coram judice verius patuerit, per diſciplinæ ſeveritatem, atque turpi declavatione maneat emendatum, &c. Similiter & presbyteros, quia comperimus aliquos ægritudine accedente familiæ ſuæ crimen imponere, &c. decernimus, ut ſi presbyter talia pati ſe dixerit, ad aures hoc ſui perducat Epiſcopi. Ipſe autem datis bonis hominibus ex latere ſuo judicem hoc jubeat quærere, & ſi ſceleris hujus cauſa fuerit inventa, ad cognitionem Epiſcopi hoc reducat, &c. *Emerit. c.* 15.

TITULUS XXVIII.

COMMUNIA DE JUDICIIS.

CAPUT I.

NEque in re dubia certa judicetur ſententia, nec ullum judicium, niſi ordinabiliter habitum teneatur. *Nicæn. cap. 76. apud Julium epiſt. 2. c. 28. Zephir. ep. 1. poſt princ. Felix ep. 1. poſt princ. Anſelm. lib. 3. c. 35. & 58. Ivo part. 6. c. 329. decret.*

CAPUT II.

Nullæ cauſſæ a judicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur. *Felix in ſyn. Rom. ep. 1. c. 7.*

CAPUT III.

Ad judicium vocari mortuus non poteſt, cum perſona, quæ ad judicium vocatur, ideo vocetur, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis: & omnibus patet, quia mortui cadaver per ſe nec reſpondere, nec ſatisfacere poteſt. *Ravenn. ſub Joann. IX. c.* 1.

CAPUT IV.

Injuſtum judicium, & definitio injuſta Regio metu, aut juſſu, aut cujuſcumque Epiſcopi, aut potentis a judicibus ordinata, vel acta non valeat, &c. *Calliſt. ep. 1. in fin. Marcellin. epiſt. 2. in fin. Hadr. Papæ c. 70. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 15. cap. 8. Ivo part. 16. cap. 9. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 86. Capit. lib. 5. c. 251. Tarrac. lib. 2. c. 60.* 81. q. 3. c. 89. 15. q. 1. c. 8. Omne.

CAPUT V.

In omni judicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt, judices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. *Fab. ep. 2. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 27. panorm. & part. 6. c. 321. decret. Anſelm. lib. 3. c. 72. Cæſar. lib. 5. c. 51. Tarrac. lib. 2. c. 7.* 8. q. 4. c. 1.

CAPUT VI.

Grave non oportuit videri cujuſcumque retractari judicium, quia veritas exagitata ſæpius, magis ſplendeſcit in luce, & pernicies revocata in judicium gravius, & ſine pœnitentia condemnatur, nam fructus divinus eſt, juſtitiam ſæpius recenſere. *Innoc. epiſt. 7. in princ. Anſelm. lib. 2. cap.* 28. 35. q. 9. c. 7.

CAPUT VII.

Omnes juſtitiam faciant, tam laici, quam Eccleſiaſtici. *Synod. ſub Pipino apud Palatium Vernis, c.* 6.

CAPUT VIII.

Qui ad ſubvertendam juſtitiam a duobus munera accipiunt, hoc eſt, ab eo, qui quod ſibi injuſte ablatum eſt, juſte requirit, & ab eo, qui eadem injuſte invaſit, admonendi ſunt, & fortiter increpandi, ne regnum Chriſti, quod omnibus juſte facientibus patet, ſibi ſine ulla retractatione ſecludant. *Mag. ſub Raban. c.* 19.

CAPUT IX.

Cuncti in poſtmodum ſollicite præcavebunt, ne aliquis pro quacumque privata commoditate, aut reiicienda cupiditate, ſive alicujus conſanguinitatis, vel familiaritatis, ſeu amicitiæ conjunctione nobis immoderatius ſuggerat, vel poſtulationibus, aut quolibet modo illiciat, ut contra juſtitiæ rationem, & noſtri nominis dignitatem, aut regiminis æquitatem agamus. *Carol. Imperat. Ludov. Pii F. in concil. Holon. apud Meld. c.* 4.

CAPUT X.

Si forte ſubreptum nobis quippiam, ut homini fuerit, competenter, & fideliter, prout ſublimitati regiæ convenit, & neceſſitatibus ſubjectorum expedit, ut hoc rationabiliter corrigatur, veſtra fidelis devotio admonere curabit. *Carol. Ludov. Pii Fil. in concil. Holon. apud Meld. cap.* 5.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS

De Accuſationibus.

TITULUS I.

NE QUISQUAM SINE GRAVI CAUSSA ACCUSET, PRÆSERTIM EPISCOPUM.

CAPUT I.

OMnes, qui adverſus patres armantur infames eſſe cenſemus. *Nicæn. c. 41. apud Jul. ep. 2. c. 10.*

CAPUT II.

De accuſ. c. Qualiter, & quando, 24. Gr. IX. eod. tit. in 4. coll. cap. 4.

Quia prælati non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur, ideo ſancti patres provide ſtatuerunt, ut accuſatio prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis columnis corruat ędificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. *Innocent. III. in concil. gener. Lateranenſ. cap. 8.*

CAPUT III.

6. q. 1. c. 12. „ Quieſcite (inquit ſancta magna Nicæna ſynodus) & nolite perſequi eos, qui Deo perfecte miniſtrant, & ſincera voluntate Dei superni mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubjugantur, quia nec decet, nec ordo patitur, ut iniqui, & carnales ſpirituales perſequantur, &c. quorum orationibus & terrena bella ſedantur, & recedentium a Deo angelorum pelluntur incurſus “. *Felix II. in ſynod. Rom. ep. 1. in princ. & c. 20. Burchard. lib. 1. cap. 180. Ivo part. 5. c. 296. decret.*

CAPUT IV.

Noſtris anteceſſoribus, atque reliquis ſanctis patribus multotiens inhibitum eſt, ne quis Domini ſacerdotibus detractiones irroget, quanto magis accuſationes non ex radice charitatis prolatas? *Felix II. in ſyn. Rom. c. 20.*

CAPUT V.

Eſt a multis anteceſſoribus noſtris ſynodaliter 2. q. 7. c. 13. decretum, atque firmatum, ut oves, quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerunt, eum nec reprehendere, niſi a recta fide exorbitaverit, præſumant; nec ullatenus pro quacumque re alia, niſi pro ſua injuſtitia, accuſare audeant, quoniam paſtoris * ovis. actus gladio oris * non ſunt feriendi, quamquam rite reprehendendi æſtimentur. *Symmach. in ſyn. Rom. V. ante med. Euſeb. ep. 2. ante fin. Joann. ep. 1. in princ.*

CAPUT VI.

Variis detractionibus, & accuſationibus non oportet labefactari judices, & Primates Eccleſiæ, ſed magis Apoſtolorum, & doctorum regulis in- 6. q. 1. c. 7. formari, ac roborari, &c. Si omnia in hoc ſæculo vindicata eſſent locum divina judicia non haberent; ſupervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adjuvare. Ideo ſi aliquis putat, ſe Deo in hoc placere, quod ſervos ſuos accuſat, & ut meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus invidiæ ſtimulis agitatur, quam charitatis. *Anaclet. ep. 1. ante medium.*

CAPUT VII.

Apoſtoli ſtatuerunt, ne facile commoveren- 2. q. 7. c. 15. Accuſatio, *in fin.* tur, aut lacerarentur columnæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui Apoſtoli, & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur. Sed ſi quis adverſus eos, vel Eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſſas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis ſtudio, ut familiari colloquio ea ſanent, quæ ſananda ſunt, & charitative emendent, quæ juſte emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priuſquam hæc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint, excommunicentur, & minime abſolvantur antequam per ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Chriſtum pertinet, cujus legatione funguntur. *Anaclet. epiſt. 2. ante med. Troslejani. cap. 5. Vide Nicæn. c. 27. apud Jul. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 5. panorm. & part. 5. c. 238. decret. Anſelm. lib. 3. c. 36. Vide Hadrian. Papa ad Mediom. Epiſcopum c. 2. & Capitul. lib. 6. c. 287. & lib. 7. c. 135. in addit.*

CAPUT VIII.

Doctor, vel paſtor Eccleſiæ, ſi a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus, ſed pro reprobis moribus magis eſt tolerandus, quam diſtringendus, quia rectores Eccleſiæ a Deo judicandi ſunt, ſicut ait Propheta; *Deus ſtetit in ſy-* Pſalm. 81. *nagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat*, &c. *Anaclet. ep. 3. ante fin. Burch. lib. 1. cap. 136. Ivo part. 5. cap. 250. decret. & lib. 4. tit. 5. c. 11. panorm.*

CAPUT IX.

Non eſt a plebe, aut vulgaribus ho- 3. q. 7. c. 1. minibus arguendus, vel accuſandus Epiſcopus, licet ſit inordinatus, quia pro meritis ſubditorum diſponitur a Deo vita rectorum exemplo David, &c. *Evariſt. ep. 2. ante med. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 8. panorm. & part. 5. c. 240. decret. Anſelm. lib. 3. c. 12. Iſidor. lib. 3. c. 38. de ſummo bono.*

CAPUT X.

Proculdubio hi, qui eos (*Epiſcopos, & reli-* 3. q. 4. Hi qui, c. 9. *quos ſacerdotes*) perſequuntur, & amovere nituntur injuſte, contra Apoſtolicam auctoritatem, & ſi a morte prohibentur, dicente Domino: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut converta-* Ezech. 18. *tur, & vivat*, perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni judicantur finitimo. De quibus a temporibus Apoſtolorum, & infra iſta tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accuſandi Epiſcopos, vel teſtificandi in eos vocem obſtruimus, quos non humanis, ſed divinis actibus mortuos eſſe ſcimus. *Alexand. ep. 1. poſt princ.*

CAPUT XI.

A prædeceſſoribus noſtris inhibitum legimus, ut nemo contriſtet doctores, neque accuſatio-

nem

nem adverſus eos ſuſcipiat. Ipſe namque Apoſto-
lorum princeps in ordinatione Beati Clementis
Clem. ep. 1. populum inſtruens ait: „ Quicumque contriſta-
11. q. 3. c. 12. „ verit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum,
„ & patrem omnium exacerbat Deum, propter
„ quod & vita carebit“. Et doctor gentium in-
Gall. 6. quit: „ Si præoccupatus fuerit homo in aliquo
„ delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, ſuſtentate il-
„ lum in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum,
„ ne & tu tenteris. Alter alterius“, &c. Has con-
ſiderantes pietates, & pericula vitantes anima-
rum, una cum omnibus Domini ſacerdotibus,
qui nobiſcum in hanc ſacram convenerunt ur-
bem, & cum omnibus hujus capitis membris, ſic-
ut a beatis Apoſtolis, & a reliquis ſanctis Patri-
bus & a ſucceſſoribus eorum accepimus, ſtatuen-
tes decernimus, omnes, qui ſanctos Patres perſe-
quuntur, aut amovere, vel dilacerare manifeſte
nituntur, infames eſſe, & alienos a liminibus Ec-
cleſiæ uſque ad ſatisfactionem fieri, quia ſic odit
Deus eos, qui adverſus patres armantur, ut pa-
trum invaſores, vel deſtructores, qui ideo infa-
mes efficiuntur, quia patres perſequuntur. Quod
ſi nec loqui eis licet, quibus doctores ſummi,
quos Epiſcopos vocamus, propter eorum ſcelera
adverſantur, quanto magis eis, qui eos infeſtant,
nec conſentiendum eſt, nec loquendum, ne par-
Rom. 1. ticipes eorum inveniantur ſceleribus: quia *non
ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facien-
tibus, rei ſunt*, &c. *Alexand. ep. 1. ante med.
Troslejan. c. 5. Vide Nicæn. c. 41. apud Jul.*

CAPUT XII.

3. q. 1. c. 5. Nulli dubium, in fin. Crucifigunt Dominum, qui eum in ſacer-
dotibus ſuis perſequuntur. *Alexand. epiſt. 3.
in fin.*

CAPUT XIII.

Diſt. 94. c. 2. Qui vos perſequitur, ipſum, cujus legatione
fungimini, perſequitur, &c. Si quis autem lega-
tionem veſtram impedit, non unius, ſed multo-
rum profectum evertit, &c. Et quia Dei cauſam
impedit, & ſtatum conturbat Eccleſiæ, ab ejus
liminibus arceatur. *Alexand. ep. 2. in princ. re-
fertur etiam in concil. Tribur. c. 9. & in concil.
Troslejan. c. 5. Burch. lib. 15. c. 37. Ivo part.
16. c. 38. decret.*

CAPUT XIV.

6. q. 1. c. 16. Summa iniquitas eſt fratres detrahere, & ac-
cuſare, &c. *Alexand. epiſt. 3. in princ. An-
ſelm. lib. 11. cap. 44.*

CAPUT XV.

6. q. 1. c. 8. Sacerdotes. Qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab
omnibus ſunt audiendi, obediendi, atque timen-
di, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia a
quibus ſe Domini populus benedici, ſalvari, &
inſtrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec
vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi, populus e-
nim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non
Matt. 10. Luc. 6. ipſi ab eo: quia *non eſt diſcipulus ſuper magi-
ſtrum*, &c. Dei ergo accuſat ordinationem, qui
eos, qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes, accuſat,
vel damnari cupit, a quibus ſe omnes fideles ca-
Rom. 1. vere debent: quia *non ſolum qui faciunt, ſed
etiam qui conſentiunt facientibus rei ſunt*, &c.
*Teleſph. ep. 1. poſt princ. Ivo part. 6. c. 314.
decret. Anſelm. lib. 3. c. 13. Hadr. Papa ad Epi-
ſcopum Mediom. c. 1. Capitul. lib. 6. c. 280. &
lib. 7. c. 167.*

CAPUT XVI.

Oves paſtorem ſuum non reprehendant, plebs *6. q. 1. c. 9.*
vero Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum
arguat; quoniam *non eſt diſcipulus ſuper* *Matt. 10.*
magiſtrum, neque ſervus ſupra dominum. E-
piſcopi autem a Deo ſunt judicandi, qui eos ſibi
oculos elegit. Nam a ſubditis, aut pravæ vitæ ho-
minibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut
lacerandi, ipſo Domino exemplum dante, quan- *Matt. 21.*
do per ſe ipſum, & non per alios vendentes ejecit,
&c. *Pius ep. 1. in med. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 7.
panorm. & part. 5. cap. 243. decret. Anſelm.
lib. 3. c. 33.*

CAPUT XVII.

Nec criminatio minorum, quanto magis Epi-
ſcoporum, facile eſt recipienda, &c. Qui fratres
accuſant, vel infeſtant, non eos diligunt, ſed
magis negligunt, & peccant, dicente Apoſtolo:
Dilectio proximi malum non operatur. Eleu- *Rom. 13.*
ther. ep. unic. poſt med.

CAPUT XVIII.

Criminationes contra doctorem nemo ſuſci-
piat, quia non oportet filios reprehendere patres,
nec ſervos dominos lacerare. Filii ergo ſunt do-
ctorum omnes, quos inſtruunt, & ſicut filii pa-
tres carnales, ſic & hi patres debent diligere ſpi-
rituales, non enim bene vivit, qui non recte cre-
dit, aut patres reprehendit, vel detrahit ſuos.
Doctores ergo, qui, & patres vocantur, magis
portandi, quam reprehendendi ſunt, niſi in recta fi-
de erraverint. Nullus ergo doctorem per ſcripta
accuſet, nec niſi fideli, & legitimo, qui etiam
irreprehenſibilem vitam, ac converſationem du-
cat, accuſatori reſpondeat, quia indignum eſt,
ut doctor ſtulto, & indocto, atque reprehenſibili-
ter viventi reſpondeat juxta ſtultitiam ſuam, &c.
Quidquid irreprehenſibile eſt, catholica defen- *Proverb. 26.*
dit Eccleſia. Nulli Imperatori, vel cuiquam pie- *Diſt. 10. c. 2.*
tatem cuſtodienti licet aliquid contra mandata
divina præſumere. *Calliſt. ep. 1. ante med. Vide
Marcell. ep. 2. in fin. Hadrian. Papa c. 70. ad
Epiſc. Mediom. Capitul. lib. 5. c. 248. & 251.
Burch. lib. 1. c. 135. Tarrac. lib. 2. cap. 60. Ivo
part. 5. cap. 234. & part. 16. c. 9. decret.*

CAPUT XIX.

De ſacerdotibus Domini, quos vos audivi-
mus contra pravorum hominum inſidias adjuva-
re, &c. Hi non ſunt infeſtandi, ſed honorandi.
In eis quoque Dominus honoratur, cujus lega-
tione funguntur. Hi ergo, ſi forte ceciderint, a
fidelibus ſunt ſublevandi, & portandi. Accuſandi
autem non ſunt ab infamibus. *Pontian. epiſt. 1.
in princ. Trosl. c. 5.*

CAPUT XX.

Sancti Apoſtoli ſtatuerunt, ne accuſarentur
ſacerdotes, aut ſi aliter fieri non poſſit, perdiffi-
cilis eorum fieret accuſatio, &c. Similiter ſtatuen-
tes Apoſtolica auctoritate jubemus, ne paſtorem *2. q. 7. c. 13. Oves.*
ſuum oves, quæ ei commiſſæ fuerant, niſi in fide
erraverint, reprehendere audeant, quia facta præ-
poſitorum oris * gladio ferienda non ſunt, neque ** ovis.*
po-

poteſt diſcipulus eſſe ſuper magiſtrum, dicente
Matth. 10. Veritatis voce; *Non eſt diſcipulus ſuper magi-*
Luc. 6. *ſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum. Fabian. epiſt. 2. in fin. Greg. Papa lib. 12. indict. 7. epiſt. 31. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 12. panorm. & part. 5. cap. 253. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 44. & 34. in addit. Cæſar. lib. 5. cap. 43.*

CAPUT XXI.

Si a fide deviaverit Epiſcopus, erit corrigendus prius ſecreto a ſubditis ſuis; quod ſi incorrigibilis, quod abſit, apparuerit, tunc erit accuſandus ad Primates ſuos, aut ad ſedem Apoſtolicam; pro aliis vero actibus ſuis magis eſt tolerandus ab ovibus, & ſubditis ſuis, quam accuſandus, aut publice derogandus, &c. *Ibidem.*

CAPUT XXII.

Summopere prævidendum eſt, ne paſtorem ſuum oves, quæ ei commiſſæ fuerant, reprehendere, niſi a fide exorbitaverit, neque accuſare præſumant, quoniam tales accuſationes vim non habent, neque eis nocere poſſunt. *Cornel. epiſt. 2. in med.*

CAPUT XXIII.

6. q. 1. c. 17. Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt, omnes, qui Chriſtianæ legis normam abjiciunt, &c. & omnes, qui adverſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. *Steph. ep. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Anſelm. lib. 3. c. 5. Cæſar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8.*

CAPUT XXIV.

1. Cor. 6. Licet Apoſtolo prohibente inter Chriſtianos non debeant accuſationes exerceri, ſed ſi prohiberi non poterit, accuſationes Epiſcoporum ad memoratos Primates debent ab accuſatoribus deferri. *Steph. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT XXV.

Scimus dilectiſſimi, quia ſemper carnales ſpirituales ſolent perſequi, & malevoli benevolos infamare, & lacerare. Ideoque Apoſtoli, & ſucceſſores eorum, ac reliqui ſancti patres noluerunt fieri facilem Epiſcoporum accuſationem, quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur, &c. *Steph. epiſt. 2. in med.*

CAPUT XXVI.

Sic odit Deus eos, qui adverſus patres armantur, ut patrum invaſores, qui in omni mundo infamia ſunt notati. *Steph. epiſt. 2. ante fin. Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 71. Deuſd. cap. 3. Capit. lib. 7. cap. 374.*

CAPUT XXVII.

Detractiones, & accuſationes, atque perſecutiones inter Chriſtianos oppido vitandæ ſunt, quia licet pauci ſimus in comparatione aliorum, ſi ita nos unanimes fuerimus, facilius adverſariis reſiſtemus. *Marcellin. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT XXVIII.

Sic odit Deus eos, qui patres perſequuntur, ut patrum invaſores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo juſte, & regulariter reſpuuntur. *Euſeb. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT XXIX.

Servos Dei nolite perſequi, Epiſcopos nolite infamare, neque accuſare, quia Deus eos ſuo judicio voluit reſervari, quod enim non ab humanis, aut pravæ vitæ hominibus eos depravari, aut
accuſari voluit, ipſe dedit exemplum, quando *Matt. 21.*
per ſeipſum, & non per alium negotiantes ejecit *Luc. 19.*
ſacerdotes de templo, &c. Dei ergo ordinationem *6. q. 1. c. 8.*
accuſat, qui Epiſcopos accuſat, vel condemnat, dum minus ſpiritualia, quam terrena ſectatur. *Euſeb. epiſt. 2. poſt princ. Teleſph. epiſt. 1. Hadrian. cap. 1. ad Epiſc. Mediom. Ivo part. 6. c. 314. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 13. Capit. lib. 6. cap. 98. & 280. & lib. 7. cap. 167. & 462. vide lib. 5. cap. 170.*

CAPUT XXX.

Ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus novimus conſtitutum, criminationes adverſus doctores non debere ſuſcipi, nec peregrina judicia fieri, nec quemquam alterius judicis, quam ſui ſententia debere conſtringi, caput enim Eccleſiæ Chriſtus eſt, Chriſti autem vicarii ſacerdotes ſunt, qui vice Chriſti legatione funguntur in Eccleſia, &c. *Euſeb. epiſt. 3. in princ. Burch. lib. 1. cap. 165. Ivo part. 5. cap. 275. decr. vide Valentiniani, & aliorum conſtit. 5. ſive 10. lib. 9. Cod. Theod. tit. 1. Capitul. lib. 7. cap. 209. & in additis, cap. 145.*

CAPUT XXXI.

Una cum omnibus Apoſtolicæ ſubjectis regulæ ſancimus, ne quiſquam deinceps Chriſtianorum Epiſcopis nocere præſumat, cum & Doctor
gentium idipſum prohibeat, dicens: *Seniorem* *1. Tim. 5.*
ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem, &c. *Jul. epiſt. 1. ante medium.*

CAPUT XXXII.

Criminatores adverſus doctorem nemo recipiat. *Xyſt. III. epiſt. unic. poſt princ.*

CAPUT XXXIII.

Omnes qui adverſus patres armantur, ut patrum invaſores, & mactatores infames eſſe cenſemus. *Pelag. epiſt. 1. in fin.*

CAPUT XXXIV.

Non ſunt conſentiendi, ſed reprobandi qui prælatos ſuos reprehendunt, vel accuſant. *Pelag. II. epiſt. 3. in princ.*

CAPUT XXXV.

Prædicator omnipotentis Domini Apoſtolus *2. q. 7. c. 28.*
dicit: *Seniorem ne increpaveris.* Sed hæc ejus *Paulus.*
regula in eo ſervanda eſt, cum culpa ſenioris ex- *1. Tim. 5.*
emplo ſuo non trahit ad interitum corda juniorum. Ubi autem ſenior junioribus exemplum ad interitum præbet, ibi adſtricta increpatione
feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt: *Laqueus juve-* *Eſaia 42.*
num omnes vos; & rurſus propheta dicit: *Et pec-* *Eſaia 65.*
cator centum annorum maledictus eſt. Greg. lib. 7. indict. 2. epiſt. 1. Januario Epiſcop. Caralitan.

CAPUT XXXVI.

Accuſationes adverſus doctorem nemo ſuſcipiat, quia non poteſt humano condemnari examine, quem Deus judicio ſuo reſervavit. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 67. Capit. lib. 7. cap. 67. Anſelm. lib. 3. cap. 88.*

CAPUT XXXVII. *Diſt. 46. c. 4.*

Epiſcopus accuſatores fratrum excommuni- *Accuſatores.*
cet,

cet, & ſi emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Carth. IV. cap.* 55. *Cæſar. lib.* 4. *cap.* 112.

TITULUS II.
DE ADMONITIONE CHARITATIS ANTE ACCUSATIONEM.

Vide in Partis II. Lib. XVII. Tit. VI. quibus adde:

CAPUT I.

cap. 2. de accuſ. ap. Greg. IX. & c. 8. eod. tit. in 1. coll. SI quis Epiſcopus ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, poſtquam ipſe ab eis charitative conventus fuerit, ut ipſam cauſſam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, ſed tunc ad ſummos Primates cauſſa ejus canonice deferatur, &c. *Felix, & ſeptuaginta Epiſc. epiſt.* 2. *in princ. Hadrian. c.* 5. *ad Epiſc. Mediom. Burch. lib.* 1. *cap.* 174. *Ivo part.* 5. *cap.* 292. *decret. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 88. *Capit. lib.* 7. *cap.* 143. *in addit.*

CAPUT II.

Si quis adverſus Epiſcopum cauſſam habuerit, non prius alios Epiſcopos adeat, ut eum accuſet, quam familiariter ei ſuam indicet querelam, & ab eo, aut juſtam emendationem, aut rationabilem percipiat excuſationem, ipſa nos inſtruente veritate: *Matt. 18. Luc. 17.* *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ*, id eſt, accuſa eum publice, & non prius, & reliqua. Si quis Epiſcopum poſt hæc elegerit accuſare, ſummis Primatibus Epiſcoporum ſuam indicet cauſſam, & non ſæcularibus, qui magis ad pacem, quam ad judicium eos revocent, ut charitas in omnibus & ab omnibus cuſtodiatur, &c. *Felix II. in ſyn. Rom. epiſt.* 1. *cap.* 2. & 3.

CAPUT III.

2. q. 7. c. Accuſatio, 15. in fin. Apoſtoli ſtatuerunt, ne facile commoverentur, aut lacerarentur, vel accuſarentur columnæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui Apoſtoli, & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur. Sed ſi quis adverſus eos, vel Eccleſiæ eorum commotus fuerit, aut cauſſas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis ſtudio, ut familiari colloquio commoniti ea ſanent, quę ſananda ſunt, & charitative emendent, quæ juſte emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priuſquam hoc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint, excommunicentur, & minime abſolvantur, antequam per ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam. *Anaclet. ep.* 2. *poſt princ. Ivo lib.* 4. *tit.* 5. *c.* 5. *panorm. & part.* 5. *c.* 238. *decreti, vide Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap.* 2. *Capitul. lib.* 6. *c.* 287. & *lib.* 7. *c.* 135. *in additis. Anſelm. lib.* 3. *c.* 36.

CAPUT IV.

De his clericis, & laicis, qui Epiſcopos, vel reliquos ſacerdotes, prius tam ad Primates eorum, quam ad reliquos accuſant judices, quam auribus eorum, a quibus ſe læſos exiſtimant, inculcant, ut ab eis, aut jus ſuum, aut juſtam recipiant apologiam: per eundem ait Dominus Prophetam: *Audi domus Iſrael, & domus Regis auſculta quia vobis judicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſuper Thabor*, &c. *Alex. ep.* 1. *poſt princ.* *Oſeæ cap. 5.*

CAPUT V.

Neque aliquis eorum (*Epiſcoporum*) aut Eccleſiarum actorum, vel defenſorum ad aliquos prius accuſari debet, quam ipſi charitative bis, aut ter ab eis, qui ſe læſos exiſtimant, vel eos, pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conveniantur, ut ab eis, aut familiarem emendationem, aut juſtam percipiant excuſationem. Quod qui præſumpſerit, liminibus arceatur eccleſiæ uſque ad condignam ſatisfactionem. *Steph. ep.* 2. *poſt princip. Burch. lib.* 1. *cap.* 142. *Ivo part.* 5. *cap.* 255. *decret.*

CAPUT VI.

Si erga Epiſcopum, vel actores eccleſiæ quiſquam cauſſam habuerit, eos cum charitate manſuete conveniat, ut ab eis vulnus, unde agitur, recte ſanetur, aut ipſe, ſi ſecus egerit, accuſator, excommunicetur. *Ex concil. Nicæn. Athanaſ. & alii ad Felicem II. poſt princ.*

TITULUS III.
DE JUDICE, CORAM QUO FIERI DEBET ACCUSATIO.

Vide in Part. II. Lib. XII. a Tit. VII. ad XIX.

Ubi agitur de Judice, ejuſque officio, & de particularibus Judicibus, Epiſcopo, Archiepiſcopo, Patriarcha, ſeu Primate, Synodo, Romanoque Pontifice, Judicibus electis, & ſimilibus.

TITULUS IV.
NE MINOR DE MAJORI JUDICET.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. XVIII.

TITULUS V.
NE CLERICI CORAM REGIBUS, AUT ALIIS LAICIS ACCUSENTUR.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. X.

CAPUT I.

NEmo clericum quemlibet in publico examinet, niſi in Eccleſia. *11. q. 1. c. 9.* *Silveſt. in ſynod. Rom, CCLXVII. Epiſcoporum. Ivo lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 6. *panorm. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 23. *Hadr. cap.* 68. *ad Epiſcopos Mediom. Cæſar. lib.* 5. *cap.* 33.

CAPUT II.

Neque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo judex judicabitur. *Silveſt. in ſyn. Rom. CCLXXXIV. Epiſcoporum cap. ult. Nicol. epiſt. ad Michael. Imp. ante med. qui addit*: Haud dubium quin Eccleſiaſticus.

CAPUT III.

Relatum eſt, quod quidam æmuli Chriſti, *11. q. 1. c. 15.* ejuſque ſanctæ Eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad judices publicos accuſare præſumant, cum magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſſas ad Eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat, &c. *Alexand. ep.* 1. *in princ. Anſelm. lib.* 2. *c.* 35. *Capitul. lib.* 7. *c.* 155.

CAPUT IV.

Nemo unquam Epiſcopum apud judices ſæculares, aut alios clericos accuſare præſumat. *11. q. 2. c. 1.* *Caſus ep.* 1.

ep. 1. c. 1. & 2. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 11. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 45.

CAPUT V.

Manifeſtius approbatur, Alexandrinum Petrum per Imperialem tantummodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus abſolvi, &c. Quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur abſolutus, cum nec a Pontificibus legitime, & Eccleſiaſticis legibus fuerit expeditus, nec a ſæculari poteſtate potuerit præter Eccleſiæ tramitem prorſus abſolvi? *Gelaſ. in tom. de anathematis vinculo, ante fin.*

CAPUT VI.

Qua ipſi ſynodo (*loquitur de Zenone Imperatore, & de ejus miniſtris*) vel ſecundum cujus ſynodi formam, Alexandrinum Joannem de Eccleſia, cui ordinatus fuerat, expulerunt, qui nullis cauſſis evidentibus, nec ante convinci, nec poſtea provocans, etiam in judicio competenti potuit accuſari. Quod ſi dicunt; Imperator hoc fecit, hoc ipſum quibus canonibus, quibus regulis eſt præceptum? Cur huic tam pravo facto conſenſit Acacius, cum auctoritas divina dicat: *Non ſolum, qui faciunt prava, reos eſſe, ſed etiam qui conſentiunt facientibus?* Quibus Canonibus, quibuſve regulis Calendion excluſus eſt, vel primi urbium diverſarum Catholici ſacerdotes? *Gelaſ. in commonitorio ad Fauſtum, in med.* Rom. 1.

CAPUT VII.

Diſt. 96. c. 15. Sicut. Principi chriſtiano decuerat ſuggerere ſacerdotem, maxime cujus familiaritate, & favore fruebatur, ſalvam fore de ejus injuria, contumeliaque vindictam, tantum ut Eccleſiæ ſineret Chriſtianus Princeps regulas cuſtodiri: & quia nova in utroque Pontifice cauſſa eſſet exorta, & novam diſcuſſionem conſequenter inquireret, & ſicut ſemper eſſet factum, ſacerdotali conſilio de ſacerdotibus judicia provenirent, non a ſæculari viderentur qualeſcumque Pontifices, & ſi errore, humanitus accidente, non tamen contra religionem ullatenus excedentes poteſtate percelli. An hæc juſta ratione Principi ſuggerenda non erant? *Gelaſ. ep. 6. ad Epiſc. Dardan. in med.*

CAPUT VIII.

Cum pellerentur Pontifices Catholici, &c. cur non adiſtis Imperatorem? cur non Eccleſiæ cauſſam, & ſacerdotii miſerabilem decolorationem continuatis vocibus deflevíſtis? allegantes nunquam de Pontificibus niſi Eccleſiam judicaſſe, non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam abſque Eccleſiæ principaliter conſtitutis Pontificibus. Obſequi ſolere Principes Chriſtianos decretis Eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatem. Epiſcopis caput ſubdere Principem ſolitum, non de eorum capitibus judicare. *Gelaſ. ep. 7. ad Epiſcopos Orientis in med.*

CAPUT IX.

11. q. 5. c. 6. Si Epiſcoporum cauſſæ mihi commiſſorum apud piiſſimos Dominos aliorũ patrociniis diſponuntur, infelix ego in Eccleſia iſta quid facio? Sed ut Epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares judices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter ſuggero, quia aliquantulum ſpecto, & ſi ad me venire diſtulerit, exercere in eo diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo. *Greg. lib. 4. reg. ep. 34. Conſtantinæ Auguſtæ.*

CAPUT X.

De accuſationibus Epiſcoporum Conſtantinus Imperator ſic ait inter cætera: » Veſtræ (inquit) accuſationes tempus habebunt proprium, » id eſt, diem magni judicii, judicem vero illum, qui tunc futurus eſt omnibus judicare. » Mihi ergo homini conſtituto de hujuſmodi rebus non licet habere auditorium, ſacerdotum » ſcilicet accuſantiũ, & ſimul accuſatorum, quos » minime convenit tales debere monſtrari, qui » judicentur ab aliis, cum ab ipſo Domino magis » ipſi ſint judicandi, de quibus ait propheta: » *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio* Pſalm. 81. » *autem Deos diſcernit.* Neque poſſunt humano condemnari examine quos Deus ſuo reſervavit judicio, & reliqui talia, & his ſimilia“. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 51. Capitul. lib. 5. c. 163, & lib. 7. c. 441. Deusded. c. 3.*

CAPUT XI.

Eccleſiaſtica quoque teſtatur hiſtoria, quia cum piæ memoriæ Conſtantino Principi ſcripto oblatæ accuſationes contra Epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant, Epiſcopos convocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: » Vos Dii eſtis a vero Deo conſtituti. Ite, & » inter vos cauſſas veſtras diſponite, quia dignum » non eſt, ut nos judicemus Deos“. *Nicol. in ep. ad Michael. Imp. in princ. ex hiſtoria Eccl. Euſ. lib. 10. c. 1.*

CAPUT XII.

Hi, quibus tantum humanis rebus, & non divinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de iis, per quos divina miniſtrantur, judicare præſumant, penitus ignoramus, &c. [Satis evidenter oſtenditur, a ſæculari poteſtate, nec ligari prorſus, Diſt. 96. c. 7. nec ſolvi poſſe Pontificem, quem conſtat a pio Principe Conſtantino Deum appellatum, nec poſſe Deum ab hominibus judicari manifeſtum eſt. Sed & Theodoſius minor ſanctæ ſynodo ſcribens Epheſinæ primæ, dicit: » Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſſimus comes » ſtrenuorum Domeſticorum tranſire uſque ad » ſanctiſſimam ſynodum veſtram, & in nullo » quidem quæ faciendæ ſunt de piis dogmatibus » quæſtiones, ſeu potius expoſitiones communicare; illicitum namque eſt eum, qui non ſit » ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum Eccle- » ſiaſticis intermiſceri tractatibus“, &c. His manifeſte repertis apparet, comminiſtrum noſtrum Ignatium per imperialem tantummodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus expelli. *Nicol. in epiſt. ad Mich. Imperat. in fin.*

CAPUT XIII.

De presbyteris, qualeſcumque ſint, vobis, qui Diſt. 28. c. 1. laici eſtis, nec judicandum eſt, nec de vita ipſorum quippiam inveſtigandum. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 70.*

CAPUT XIV.

Si liceat vobis de criminalibus peccatis aliquem

quem judicare conſuluitis. Sed ſi nemo voluiſſet peccare, nemo debuiſſet aliquem judicare, at poſtquam peccatur, profecto & judicatur, &c. Non autem vobis licet clericos judicare, cum vos magis ab ipſis conveniat judicari. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap.* 83.

CAPUT XV.

Hæc Conſtantinus Magnus Imp. omnium Regum, & Principum fere totius orbis Dominus evidenter intelligens in ſancta Nicæna ſynodo poſt omnes Epiſcopos ultimus reſidens nullam judicii ſententiam ſuper eos dare præſumpſit, ſed illos etiam Deos vocans, non ſuo debere ſubeſſe judicio, verum ſe ad illorum pendere arbitrium judicavit. *Greg. VII. lib.* 8. *regiſtr. epiſt.* 21.

CAPUT XVI.

Conſtantinus Imperator in Nicæna ſynodo nullam in Epiſcopos ab ipſis etiam Epiſcopis accuſationem voluit ſuſcipere, nullumque contra eos judicium præſumpſit inferre, dicens: „Vos „Dii eſtis a vero Deo conſtituti, ideo non oportet, ut nos homines Deos præſumamus judicare". *Gregor. VII. lib.* 10. *regiſtr. epiſt.* 2.

CAPUT XVII.

11. q. 5. c. 2. & 3. Si quis a ſuo Epiſcopo depoſitus presbyter, vel diaconus, aut Epiſcopus a ſynodo, moleſtet aures Imperatoris, ad majorem Epiſcoporum ſynodum convertatur, & quæ juſta eſſe putat, proferat pluribus Epiſcopis, & ab ipſis examen, & judicium expectet. Si vero hoc contemnens moleſtet Imperatorem, nulla venia dignus eſt, neque defenſioni locus eſt, neque reſtitutioni. *Antioch. cap.* 12. *Aquiſgr. cap.* 74. *Mart. Brac. cap.* 35. *Burchard. lib.* 2. *c.* 180. *Ivo part.* 6. *c.* 225. *decr.*

CAPUT XVIII.

Clericus, qui de crimine poſtulatus, apud judicem ſæcularem ſe purgat, amittat locum ſuum. *Carth. cap.* 15. *G. Carth. III. cap.* 9. *L.*

CAPUT XIX.

11. q. 1. Placuit, c. 12. Si quis ab Imperatore judiciorum publicorum cognitionem petierit, proprio honore privetur. *Carth. cap.* 107. *G. Milev. cap.* 19. *L. Afric. cap.* 71. *L.*

CAPUT XX.

11. q. 5. c. 1. Si clericus relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſæcularem judicem fortaſſe confugerit, & is, ad quem recurrit, ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem de Eccleſiæ communione pellatur. *Agath. cap.* 8. *Capitul. lib.* 6. *cap.* 143. & *lib.* 7. *cap.* 190. *in addit.*

CAPUT XXI.

11. q. 1. c. 18. & 48. Clericus non quemquam præſumat apud ſæcularem judicem, Epiſcopo non permittente, pulſare; ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in judicio ſæculari proponere. *Agath. cap.* 32. *Vormat. cap.* 61. *Capitul. lib.* 6. *cap.* 155. *Ivo part.* 6. *cap.* 307. *decret.*

CAPUT XXII.

Nullus clericus de qualibet cauſſa extra diſcuſſionem Epiſcopi ſui a ſæculari judice injuriam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur. Quod ſi quicumque judex cujuſcumque clericum, abſque cauſſa criminali id eſt homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere præſumpſerit, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, Eccleſiæ liminibus arceatur. *Matiſc. cap.* 7.

CAPUT XXIII.

Licet reverendiſſimi canones, atque ſacratiſſimæ leges de Epiſcopali audientia in ipſo pene Chriſtianitatis principio ſententiam protulerint, tamen quoniam eadem poſtpoſita, humana in ſacerdotes Dei graſſatur temeritas, ita ut de atriis venerabilium Eccleſiarum violenter abſtractos, ergaſtulis publicis addicant; cenſemus, ut Epiſcopum nullus ſæcularium faſcibus præditus jure ſuo contumaciter, ac perperam agens de ſancta Eccleſia, cui præeſt, trahere audeat, ſed ſi aliquid contentionis adverſus Epiſcopum potentior perſona habuerit, pergat ad Metropolitanum Epiſcopum, & ei cauſſas alleget, & ipſius ſit poteſtatis honorabilem Epiſcopum, de quo agitur, evocare, ut in ejus præſentia accuſatori reſpondeat, & appoſitas ſibi actiones extricet. Quod ſi talis fuerit immanitas cauſſæ, ut eam ſolus Metropolitanus definire non valeat, advocet ſecum unum, vel duos Coepiſcopos. Quod ſi & ipſis dubietas fuerit, conciliabulum definito die, vel tempore inſtituant, in quo univerſi rite collecti fratris ſui, & Coepiſcopi cauſſas diſcutiant, & pro merito, aut juſtificent, aut culpent, &c. Hoc decretum a nobis præfixum qui fuerit audacter tranſgreſſus, tam ipſe, quam omnes, qui ei conſenſerint, uſque ad generale concilium, anathemate de Eccleſia ſeparentur. *Matiſcon. II. cap.* 9.

CAPUT XXIV.

Quod de Epiſcopis cenſuimus vim obtineat & in clero, ut neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus de Eccleſiis trahantur, aut injuriam aliquam inſcio Epiſcopo eorum patiantur. Sed quidquid quis adverſus eos habuerit, in notitiam Epiſcopi proprii perducat, & ipſe cauſſam juſtitia præeunte diſcutiens, animo clericos accuſantis ſatisfaciat. *Matiſcon. II. cap.* 10.

CAPUT XXV.

Si Abbates, vel Monachi, aut Agentes monaſteriorum patrocinio ſæculari utantur, vel ad Principis præſentiam ſine Epiſcopi ſui permiſſu, ambulare audeant, a ſuis Epiſcopis excommunicentur. *Cabilon. cap.* 15.

CAPUT XXVI.

De clericis adeuntibus Imperatorem hoc placet modis omnibus obſervare, quod de eis in ſacris canonibus conſtitutum eſt. *Magunt. cap.* 24.

CAPUT XXVII.

Conſtantinus Imperator Epiſcopis ait: „Deus (inquit) conſtituit vos ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque judicandi, & „ideo nos a vobis recte judicamur, vos autem „non poteſtis ab hominibus judicari, propter „quod Dei ſolius inter vos expectare judiciũ, & „veſtra jurgia, quæcumque ſunt, ad illud divinum „reſerventur examen. Vos etenim nobis a „Deo dati eſtis Dii, & conveniens non eſt, ut „homo judicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum,* Pſalm. 81. „*in medio autem Deos diſcernit*". *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 3. *cap.* 8. *Aquiſgran. II. ſub*

ſub Ludov. part. ult. cap. 5. Euſeb. lib. 10. c. 1.

TITULUS VI.

SINE ACCUSATIONE NEMO DAMNETUR.

CAPUT I.

3. q. 6. c. Quamvis, 7. 30. q. 5. c. *ult.* RELiquorum clericorum cauſſas (*præter Epiſcopos*) apud Provinciales, & Metropolitanos, atque Primates ventilare, & juſte definire licet. Judicantem tamen oportet cuncta rimari, &c. Nihil tamen abſque legitimo, & idoneo
8. q. 1. c. 4. Nihil. accuſatore fiat. Nam & Dominus noſter Jeſus Chriſtus Judam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt ejectus, & quidquid inter Apoſtolos egit, pro dignitate miniſterii ratum manſit. Nam ſi leges ſæculi accuſatores requirunt, quanto magis Eccleſiaſticæ regulæ; docent enim terreſtria, & humana, quæ ſint Eccleſiaſtica, atque cæleſtia. *Eleuth. epiſt. unic. in med. vid. Jul. epiſt. ad Epiſc. Orient. cap. 31. Hadrian. Papa cap. 24. ad Epiſc. Mediom. Capitul. lib. 5 cap. 246. Burch. lib. 16. c. 30. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 12. & tit. 11. cap. 8. 12. 13. Panorm. & part. 6. cap. 316. & 317. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 64. & cap. 88.*

CAPUT II.

3. q. 9. c. 8. Qui accuſare. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Marcell. epiſt. 2. ante med. Damaſ. epiſt. 6. in fin. vid. Jul. epiſt. 2. cap. 31. Ivo part. 6. cap. 348. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 47.*

CAPUT III.

Relatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, vos accuſationem traitum per ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore, quod deinceps in omni orbe
3. q. 9. Qui accuſare, *cap. 8.* terrarum fieri, Apoſtolica auctoritate, prohibemus, &c. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat. *Damaſ. epiſt. 6. Anſelm. lib. 3. cap. 47. Ivo part. 6. cap. 348.*

CAPUT IV.

Sunt nonnulli, qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica, non canonica auctoritate damnant, & ſicut nonnullos gratia favoris ſublimant, ita quoſdam odio, invidiaque permoti humiliant, & levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non approbant. Ideoque communi decreto cenſemus, ut quandocunque aliquis Epiſcoporum criminatur, congregatis omnibus ejuſdem provinciæ Epiſcopis, cauſa ejus audiatur, ut non occulte judicetur, vel condemnetur, qui ab aliis prius judicari non poteſt, niſi ab iis, a quibus ordinari potuit. Quod ſi aliter factum fuerit, nullas vires habebit. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 25. Capit. lib. 7. cap. 330.*

TITULUS VII.

IN PROVINCIA FIAT ACCUSATIO.

CAPUT I.

SAlva Apoſtolicæ Eccleſiæ auctoritate, nullus Epiſcopus extra ſuam provinciam ad judi-
* *evocato eo.* cium devocetur, ſed evocatus * ipſe canonice in loco omnibus congruo, tempore ſynodali, ab omnibus comprovincialibus Epiſcopis audiatur, qui concordem ſuper eum, canonicamque proferre debent ſententiam. Quoniam ſi hoc minoribus tam clericis, quam laicis conceſſum eſt, quanto magis de Epiſcopis ſervari convenit? *Nicæn. cap. 54. apud Jul. epiſt. 2. cap. 57. Hadrian. ad Epiſcopum Mediom. cap. 18. Burch. lib. 1. cap. 170. Ivo part. 5. cap. 280. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 88. Capitul. lib. 7. cap. 314.*

CAPUT II.

Si quis ſuper quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulſandum crediderit, in provincia, 3. q. 6. c. 17.
in qua conſiſtit ille, qui pulſatur, ſuas exerceat actiones, nec æſtimet eum alibi, aut longius ad judicium protrahendum; illi vero, qui pulſatus c. 2. de reg.
fuerit, ſi judicem ſuſpectum habuerit, liceat ap- jur. in 1. coll.
pellare. *Nicæn. cap. 60. apud Julium epiſt. 2. cap. 25. Eleuth. epiſt. unic. in med. cap. 3. Felix epiſt. 1. poſt princ. Hadrian. Papa cap. 8. ad Epiſcop. Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 144. in additis. Ivo part. 6. cap. 318. & 329. decr. Anſ. lib. 3. cap. 28.*

CAPUT III.

Si quis non hæreticus, &c. dicat ſe habere eccleſiaſticam accuſationem contra Epiſcopum, ante omnes provinciæ Epiſcopos inſtituat accuſationes, & illic probet crimina, &c. *CP. cap. 6.*

CAPUT IV.

De accuſatione Epiſcoporum ſynodus LXX. c. 1. de accuſ.
Epiſcoporum dixit: „Si quis Epiſcopus ab illis apud Greg. IX. & in 1.
„ accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit ac- coll.
„ cuſatus, &c. tunc ad ſummos Primates cauſa
„ ejus canonice deferatur, qui in congruo loco,
„ intra ipſam provinciam, tempore congruo, id
„ eſt, autumnali, vel æſtivo, conſilium regula-
„ riter convocare debebunt, ita ut ab omnibus
„ ejuſdem provinciæ Epiſcopis, inibi audiatur,
„ &c. quia ultra provinciæ terminos accuſandi
„ ante licentia non eſt, quam audientia roge-
„ tur". *Felix in ſynodo LXX. Epiſc. epiſt. 2. in princ. Hadrianus Papa c. 5. ad Epiſc. Mediom. Burch lib. 1. cap. 174. Ivo part. 5. c. 292. decret. Capit. lib. 7. cap. 143. in additis.*

CAPUT V.

3. q. 6. c. 16. Neminem exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem Judicis, ad quem fuerit appellatum, id eſt, ut actor ſemper rei forum ſequatur. *Felix in ſyn. LXX. Epiſcoporum. epiſt. 2. in med. Hadrian. cap. 5. ad Epiſcop. Mediom. Ivo part. 5. c. 248. & part. 6. cap. 331. decret. & in epiſt. 215. ad Hildeb. Cenomanen. Epiſcopum, cap. 179. Capit. lib. 7. cap. 143. in additis.*

CAPUT VI.

3. q. 6. c. 11. Peregrina judicia, ſalva in omnibus Apoſtolica auctoritate, generali ſanctione prohibemus, quia indignum eſt, ab externis, ut judicetur, qui Provinciales, & a ſe electos debet habere judices, * niſi fuerit appellatum: unde oportet, ſi aliquis Epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui ſunt in Provincia, Epiſcopis, quia non oportet accuſatum alicubi *, * *alibi.* quam in foro ſuo audiri. *Fabian. epiſt. 3. cap. 2. Xyſt. III. in epiſt. 1. c. 3. Nicæn. c. 53. apud Jul. ep. 2. c. 16. Fœlix in ſyn. LXX. Epiſc. ep. 2. Hadrian. Papa c. 17. ad Epiſc. Mediom. Burch.*

lib. 1.

lib. 1. c. 147. Ivo part. 5. cap. 248. & c. 260. & part. 6. c. 331. decret. & ep. 179. Anſelm. lib. 3. c. 73. Capitul. lib. 7. c. 309. & in addit. c. 145. Cæſar. lib. 5. c. 25. Tarr. lib. 6. c. 150.

CAPUT VII.

3. q. 6. c. 1. & c. ult. Revera ſemper ibi cauſſa agatur, ubi crimen admittitur. *Fabius ep. 3. c. 4. Xyſt. III. ep. unic. c. 4. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 48. Burch. lib. 16. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. Capitul. lib. 7. cap. 365.*

CAPUT VIII.

Ne cui liceat, ſine præjudicio Romanæ Eccleſiæ, relictis his ſacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Eccleſias nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias, vel aliarum Provinciarum Epiſcoporum judicium experiri, vel pati. *Marcell. ep. 1. ante med.*

CAPUT IX.

3. q. 6. c. 4. & c. 16. in fin. Similiter in jam fata ſynodo (*Nicæna*) ſtatutum eſt, ut [ultra Provinciæ terminos, accuſandi licentia non progrediatur, niſi ad hanc Apoſtolicam fuerit ſedem provocatum, ad quam omnes, qui voluerint libere, & abſque ullo impedimento, a quibuſdam agendo, confluere debent. *Jul. ep. 2. c. 32. Steph. ep. 2. c. 7. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 2. & c. 10. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 4. panorm. & ep. 29. Anſelm. lib. 3. c. 74. Capitul. lib. 6. cap. 287. & in addit. cap. 143. Tarrac. lib. 2. c. 19.*

CAPUT X.

4. q. 5. c. 7. Nec extra propriam fiat Provinciam primo diſcutionis accuſatio ſine Apoſtolica præceptione, cui in omnibus cauſſis debet reverentia cuſtodiri, quoniam, & antiqua docet hoc patrum regula, in qua, & imperialia pariter ſtatuta concinunt: *Criminum*, inquiunt, *diſcuſſio ibi agenda eſt, ubi crimen admiſſum eſt.* Nam alibi criminum reus prohibetur audiri; & alibi in canonibus præcipitur. Quæcumque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda ſunt, & reliqua talia his ſimilia, ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate. *Damaſ. epiſt. 3. cap. 8. Ivo part. 6. cap. 347. decret.*

CAPUT XI.

11. q. 1. c. 27. Si quæ cauſſæ, vel contentiones inter clericos, vel inter laicos ſuperioris, vel inferioris gradus fuerint exortæ, ſecundum ſynodum Nicænam, congregatis omnibus ejuſdem Provinciæ Epiſcopis, judicium terminetur, nec alicui liceat, ſine *3. q. 6. c. 14. Non liceat.* præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, cui in omnibus rebus debet reverentia cuſtodiri, relictis his ſacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Eccleſias nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias: Quod ſi quis forte præſumpſerit, & ab officio cleri ſummotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. *Innocentius ad Victr. epiſt. 2. cap. 3. Iſidor. in prologo conciliorum. Anſelm. lib. 2. cap. 53. & lib. 3. cap. 75. Capitul. lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 109. Cæſar. lib. 5. cap. 10. Tarrac. lib. 1. cap. 148.*

CAPUT XII.

6. q. 3. c. 2. Non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque Provincia, ſed apud ſemetipſam habeat judices, ſacerdotes, & Epiſcopos ſingulos videlicet juxta ordines ſuos, & quicumque cauſſam habuerit a ſuis judicibus judicetur, & non ab alienis, id eſt a ſuæ juſtis judicibus Provinciæ, & non ab externis, niſi a judicatis fuerit appellatum. *Pelag. II. epiſt. 1. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 6. c. 107. Tarrac. lib. 2. cap. 21.*

CAPUT XIII.

Omnis accuſatio intra Provinciam audiatur, *2. q. 6. c. 16. Neminem.* & a comprovincialibus terminetur. *Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. c. 10. Capitul. lib. 6. c. 287.*

CAPUT XIV.

Prudentiſſime, juſtiſſimeque Nicæna, ſive Africana decreta definierunt, quæcumque negotia in ſuis locis, ubi orta fuerint, finienda, maxime quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad concilium ſuæ Provinciæ, vel etiam univerſale provocare. *Hadrian. ad Epiſcopum Mediom. cap. 12. Afric. concil. in epiſt. ad Cæleſtin. Carthag. cap. 138. G. 105. L. Capitul. lib. 6. cap. 287.*

CAPUT XV.

Clericus, ſive laicus, ſi crimine, aut lite pulſatus fuerit, *11. q. 1. c. 49.* non alicubi, quam in foro ſuo, audiatur. *Hadrian. ad Epiſcopum Mediom. cap. 33. Capitul. lib. 7. cap. 332.*

CAPUT XVI.

Cum ſtatutum ſit omnibus nobis, & æquum ſit pariter, & juſtum, ut uniuſcujuſque cauſſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum, &c. agere illic cauſſam oportet, ubi & accuſatores habere, & teſtes ſui criminis poſſint. *Cyprian. epiſt. ad Cornel. cuius initium eſt:* Legi litteras tuas.

TITULUS VIII.

DE LOCO ACCUSATIONIS.

CAPUT I.

NEmo clericum quemlibet in publico examinare præſumat, niſi in eccleſia, &c. Et ſi quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſuſcipiatur. *Synod. Roman. CCLXVII. Epiſcoporum ſub Silveſtro.*

CAPUT II.

Cum ad judicium venerit Epiſcopus, &c. in loco, unde eſt ille, qui accuſatur, aut ſi alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum ſibi congruum eligat, quo abſque timore ſuos, ſi neceſſitas expoſcerit, teſtes habere, & abſque impedimento ſuam canonice ſententiam finire valeat. *Felix II. in ſyn. Rom. epiſt. 1. c. 8.*

CAPUT III.

De deligendo loco idoneo ad judicia exercenda. *Nicæn. cap. 54. apud Julium epiſt. 2. c. 17. Felix epiſt. 2. in princ.*

CAPUT IV.

Accuſatus, ſive accuſator in loco, unde eſt accuſatus, ſi timeat inhoneſtam cauſſæ expeditionem, locum ſibi eligat vicinum, in quem poſſit facile teſtes adducere, & illic negotium terminetur. *Carth. cap. 30. G.*

CAPUT V.

Silveſter conſtituit, ut nullus clericus propter *11. q. 1. c. 33. Nullus.* quamlibet cauſſam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum cauſſam diceret niſi in eccleſia. *Damaſ. in Silveſt.*

TITULUS IX.
DE TEMPORE ACCUSATIONIS.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. XXII. quibus adde:

CAPUT I.

SI quis Epiſcopus ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, &c. tunc ad ſummos Primates cauſſa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco, infra ipſam provinciam, tempore congruo, id eſt, autumnali, vel æſtivo concilium regulariter congregare debebunt. *Felix epiſt. 2. in princ. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 5. in princ. Burch. lib. 1. c. 174. Ivo part. 5. cap. 292. decret. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit.*

TITULUS X.
QUALES ESSE DEBEANT ACCUSATORES.

CAPUT I.

3.q.5.c.7.8. ACcuſatores, & accuſationes, quas leges ſæculi non adſciſcunt, & nos unanimiter ſubmovemus, ne fiat in diſtricta probatione impietas, cum recta ſit judicii in electione ſententia. *Nicæn. cap. 23. apud Jul. epiſt. 2. c. 5. Teleſph. epiſt. 1. cap. 4. Steph. epiſt. 2. cap. 3. Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. cap. 11. Iſidor. in prolog. concil. Ennod. pro Symmac. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. & part. 6. cap. 315. & 127. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 13. & cap. 18. & 20. Capitul. lib. 7. cap. 108. & 307. & in addit. cap. 148.*

CAPUT II.

Decernimus, nec accuſatores, vel teſtes ſuſcipi, qui non ſunt idonei. *Nicæn. cap. 33. apud Jul. epiſt. 2. cap. 9. Teleſph. epiſt. 1. cap. 4. Burchard. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.*

CAPUT III.

Omnes, qui adverſus Patres armantur, infames eſſe cenſemus, neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accuſationem, vel ad teſtimonium recipiendos. *Nicæn. cap. 41. apud Jul. epiſt. 2. cap. 10. Alex. epiſt. 1. cap. 1. Teleſph. epiſt. 1. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.*

CAPUT IV.

cap. 1. de hæret. au. Greg. IX. & in 1. coll. Semper in accuſatione clericorum primo perſona, fides, vita, & converſatio blaſphemantium perſcrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet: quia *dubius in fide infidelis eſt.* Nec eis omnino eſt credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ converſationis vitam ducunt, quoniam tales facile, & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viventes: Ideo ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primo, & corrigenda. Neque accuſatoribus ſuſpectis, & de inimicorum domo prodeuntibus eſt credendum. *Nicæn. cap. 45. apud Jul. epiſt. 2. cap. 11. Xyſt. epiſt. 1. in fin. Burch. lib. 1. cap. 44. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 4. Capitul. lib. 5. cap. 183. & 239. & lib. 7. cap. 147. in addit.*

CAPUT V.

Infames eſſe cenſemus omnes, qui ſuam Chriſtianam prævaricantur legem, aut canonicam poſtponunt auctoritatem. *Nicæn. cap. 49. apud Jul. epiſt. 2. cap. 15. Dionyſ. epiſt. 2. in fine.*

CAPUT VI.

2.q.7.c.23. 3.q.4.c.1. Alienis erroribus ſociatum, vel a ſui propoſiti tramite recedentem, aut ſacris canonibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus, nec impetere recte credentes, vel ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus. *Nicæn. cap. 52. apud Jul. epiſt. 2. cap. 15. Hygin. epiſt. 2. in med. qui addit:* Quia inter fideles, & infideles magna debet eſſe diſcretio. *Dionyſ. epiſt. 2. poſt med. Cæſar. lib. 5. cap. 31.*

CAPUT VII.

2.q.7.c.51. Criminationes majorum natu per alios ne fiant, nec per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni ſe carere ſuſpicione, atque inimicitia, & irreprehenſibilem fidem, atque converſationem ducere. *Nicæn. cap. 58. apud Jul. ep. 2. cap. 20. Hygin. ep. 1. in fin. Luc. ep. 1. in princ. Dionyſ. ep. 2. in med. Ivo part. 6. c. 326. decret.*

CAPUT VIII.

3.q.4.c.10. 2.q.7. Majorum, cap. 11. Detractores, qui divina auctoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum ab Epiſcopali ſubmovemus accuſatione. Similiter ne ſummorum quiſpiam, minorum accuſationibus impetatur, aut diſpereat. *Nicæn. c. 66. apud Julium ep. 2. c. 28. Zephyr. ep. 1. in princ. Felix epiſt. 1. in princ. Anſelm. lib. 3. c. 35. & 58. Capitul. lib. 7. c. 307.*

CAPUT IX.

Placuit ſanctæ ſynodo Epiſcoporum, qui CP. convenerunt, nec omnibus eorum, qui eccleſias adminiſtrant, accuſationes permittere, nec omnes excludere; ſed ſi quis propriam quidem querelam, id eſt, privatam intendat Epiſcopo, ut detrimento aliquo, vel injuria aliqua ab ipſo affectus, in hujuſmodi accuſationibus, nec accuſatoris perſonam, nec religionem examinari, oportet enim Epiſcopi conſcientiam eſſe omnibus modis liberam, & eum, qui ſibi injuriam factam eſſe dicit, cujuſcumque ſit religionis, jus ſuum conſequi. 4.q.1.c.2. Si autem ſit crimen eccleſiaſticum, quod Epiſcopo intenditur, tunc examinare perſonas accuſatorum, ut primum quidem hæreticis non liceat orthodoxos Epiſcopos pro rebus eccleſiaſticis accuſare. Hæreticos autem dicimus & qui olim ab eccleſia abdicati ſunt, & qui ſunt poſtea a nobis anathematizati. Ad hæc autem & eos, qui ſe ſanam quidem fidem confiteri præſeferunt, occulti autem ſunt, & abſciſſi, & adverſus canonicos noſtros Epiſcopos congregationem faciunt. Præterea autem, & ſi aliqui eorum ab eccleſia ob aliquas cauſſas prius condemnati, & ejecti, vel excommunicati fuerint, ſive ex clero, ſive ex laicorum ordine, nec eis licere Epiſcopum accuſare, priuſquam proprium crimen abſterſerint. Similiter autem & eos, qui prius rei facti, accuſatique ſunt, non prius ad Epiſcopi, vel aliorum clericorum accuſationem admitti, quam ſe objectorum ſibi criminum inſontes oſtenderint. Sed ſi nonnulli, nec hæretici, nec excommunicati fuerint, nec

prius

prius damnati, nec aliquorum criminum accuſati, dicant autem ſe habere aliquas adverſus Epiſcopum criminationes, eos jubet ſancta ſynodus, primum quidem apud provinciæ Epiſcopos accuſationem perſequi, & apud eos probare crimina Epiſcopi, qui aliquarum rerum accuſatur, &c. Si quis autem iis, quæ, ut prius declaratum eſt, decreta fuerunt, contemptis, auſus fuerit, vel Imperatoris aures moleſtia afficere, vel ſæcularium Principum judicia, vel univerſalem ſynodum perturbare, neglectis diœceſis Epiſcopis, eum nullo modo eſſe ad accuſationam admittendum, ut qui canonibus injuriam fecerit, & eccleſiaſticum ordinem everterit. *CP. c. 6. vide Nicol. Papam in epiſt. ad Michael. Imperat. poſt princ. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 20. panorm. & part. 14. cap. 70. decret.*

CAPUT X.

2. q. 7. Clericos, c. 49. Clerici, vel laici, qui accuſant Epiſcopos, vel clericos, uon ſuſcipiantur ſine examine eorum. *Chalc. c. 21. Capitul. lib. 1. cap. 30. & lib. 7. cap. 84. Anſelm. lib. 3. c. 115. in Rom.*

CAPUT XI.

Si ex utraque parteat ad cauſſam dicendam venerint, quia unus abſque altero audiri non debet, quærendum eſt in judicio, cujus ſint converſationis, & fidei, atque ſuſpicionis accuſatores, aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent, niſi bonæ converſationis, & rectæ fidei viri, hi videlicet, qui omni ſuſpicione careant, & bona vita clareant, neque infamea exiſtant. 3. q. 10. c. 3. & 4. q. 6. c. 3. & 4. Quod [ſi accuſatorum perſonæ in judicio Epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſſas aſſerere, non tamen criminales, vel eccleſiaſticas voluerint. *Felix in ſyn. LXX. Epiſcoporum ep. 2. ante med. Hadr. Papa ad Epiſc. Mediom. c. 5. them. 5. & 6. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 5. & 24. panorm. & part. 5. c. 248. & part. 6. c. 331. & 418. decret. Capitul. lib. 5. c. 241.*

CAPUT XII.

2. q. 7. c. 2. Nullus laicus crimen clerico audeat inferre. *Silveſt. in ſyn. Rom. CCLXVII. Epiſc.*

CAPUT XIII.

2. q. 4. c. 2. Teſtes, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia, 6. q. 1. c. 6. uxores, & filios habentes, & omnino Chriſtum prædicantes. *Silveſt. in ſynod. Rom. CCLXVII. Epiſc.*

CAPUT XIV.

2. q. 7. Clericus, c. 10. Presbyter non adverſus Epiſcopum, non diaconus adverſus presbyterum, non ſubdiacon adverſus diaconũ, non acolythus adverſus ſubdiaconum, non exorciſta adverſus acolythum, non lector adverſus exorciſtam, non oſtiarius adverſus lectorem det accuſationem aliquam. *Synod. Rom. CCLXVII. al. CCLXXXIV. Epiſcop. ſub Silveſt. c. 3. Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 68. Nicol. ep. ad Michael. Imp. in med. Mogunt. ſub Arnulph. c. 12. Burch. lib. 1. c. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 264. decret. Capitul. lib. 1. cap. 139. Cæſaraug. lib. 5. cap. 33.*

CAPUT XV.

Nemo diaconus adverſus presbyterum afferat crimen turpitudinis. *Synod. Rom. CCLXVII. al. CCLXXXIV. Epiſc. ſub Silv. c. 18.*

CAPUT XVI.

Nulli infami, neque ſacrilego de quocumque liceat negotio adverſus religioſum Chriſtianum, quamvis humilis ſerviliſque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inſcriptione Chriſtianum impetere. *Felix II. in ſyn. Rom. ep. 1. c. 5.*

CAPUT XVII.

Teſtificandi, vel accuſandi licentia denegetur iis, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. *Felix in ſyn. Rom. ep. 1. c. 9.*

CAPUT XVIII.

Multum derogatio prævalet, quando derogatori creditur, ideo variis detractionibus, atque accuſationibus non decet labefactari Primatem, ſed magis patrum regulis roborari. Nec facile, aut indifferenter ſuſcipere accuſationes præſumat, dicente Domino: *Non ſuſcipias vocem mendacii,* Exod. 23. *ſed prius probare debet ſuſpicionem, & cauſſam aut quo animo hoc faciat, & poſtmodum ſuſcipere quia veritatis profeſſionem, propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii, & cupiditatis intentio impedire, & adverſa fratribus irrogare ſolet. Fœlix II. in ſyn. Rom. ep. 1. cap. 10. Capitul. lib. 6. cap. 287.*

CAPUT XIX.

Perſonæ accuſantium tales eſſe debent, quarum fides, & converſatio, & vita probabilis, & abſque reprehenſione ſit, & quæ omni careant ſuſpicione, quia & hoc, te præſente, ut bene noſti, in Nicæna ſynodo propter malorum hominum infeſtationem ab omnibus definitum eſt, licet pravorum hominum inſidiis ſint hæc, & alia quam plura deleta, &c. Primo ſemper in omni Epiſcoporum accuſatione, vita, perſona, & converſatio accuſantium enucleatim inquiratur, & poſtmodũ ea quæ obiiciuntur fideliter pertractentur, quoniam nihil aliter fieri debet, niſi impetitorum prius requiratur fides perſonæ, vita, & actus diſcutiantur. Quia non debet pravorum, aut inſidiantium hominum pernicie vita lacerari innocentium, &c. [nullus ſervus, libertus, infi- 3. q. 5. c. 11. dus, criminibus irretitus, calumniator, qui inimicitiis ſtudet, qui frequenter litigat, & ad accuſandum, vel detrahendum eſt facilis, nulla infamis perſona, vel omnes, quos ad accuſanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur Epiſcopos accuſare. Quoniam accuſatores, & accuſationes, quas leges ſæculi non recipiunt, qua ratione ſacerdotalis eas recipere debeat ordo, invenire nequeo, cum hæc & in Nicæna ſynodo prohibita ſint, & illi magis ab iſtis, non iſti ab illis judicari debeant, & Apoſtolus dicat: *Spiritualis judicat omnia, ipſe vero a ne-* 1. Cor. 2. *mine judicatur. Felix II. in ſyn. Rom epiſt. 1. cap. 11. 13. 14. Hadrian. Papa ad Epiſcopum Mediom. c. 19. Anſelm. lib. 3. c. 62.*

CAPUT XX.

Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, malefici, fures, ſacri-

Digitized by Google

crilegi, raptores, veneficí, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi, &c. Quod ſi legitimi non fuerint accuſatores, non fatigetur Epiſcopus, quia ſacerdotes ad ſacrificandum vacare debent, non ad litigandum. *Fœlix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. c. 5. & 17. Burch. lib. 1. c. 129. Ivo part. 5. c. 279. decret.*

c. 1. de accuſ. Greg. IX. & in 1. coll.

CAPUT XXI.

Judices, & accuſatores tales eſſe debent, qui omni careant ſuſpicione, & ex radice charitatis ſuam deſiderent promere ſententiam, &c. *Fœlix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. c. 21.*

CAPUT XXII.

Non licet quemquam accuſare Pontificem ſuum, quoniam judex non judicabitur. *Acta contra Polychronium c. 8. in ſynod. Rom. ſub Xyſto III. Nicol. epiſt. ad Michael. Imp. ante med.*

CAPUT XXIII.

Per ſervos de iis, quæ objiciebant, ſecum loquebantur poſſe convincere, &c. Quæ res canonibus, & ipſis legibus erat inimica, cum patrum ſtatuta ſanxiſſent, quos ad accuſationem leges ſæculi non admittunt, his dicendi in cognitione, vel accuſandi aliquid * denegandam eſſe licentiam. *Syn. Rom. IV. ſub Symmach. ant. med.*

* *aliquem.*

CAPUT XXIV.

2. q. 7. c. 13. Eſt a multis anteceſſoribus noſtris ſynodaliter definitum, atque firmatum, ut oves, quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerint, eum nec reprehendere, niſi a recta fide exorbitaverit, præſumant; nec ullatenus pro quacumque re alia, niſi * pro ſua injuſtitia, accuſare audeant, quoniam paſtorum actus gladio oris * non ſunt feriendi, quamquam rite reprehendendi æſtimentur. *Symmach. in ſyn. Rom. V. in princ. Greg. lib. 12. ep. 31. Joann. epiſt. 1. in princ. vid. Euſeb. epiſt. 2. ante fin.*

* *vel.*
* *oris.*

CAPUT XXV.

3. q. 5. c. 5. Accuſatoribus inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut ſuſpecti ſunt, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læſi ulciſci ſe velint. *Symmach. in ſyn. Rom. V. ant. fin. Joann. ep. 1. in med. Capitul. lib. 7. c. 14. in addit.*

CAPUT XXVI.

6. q. 1. B. Petrus, c. 5. Homicidas, & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab eorum (*Epiſcoporum vel presbyterorum*) vexatione, & accuſatione dicente Domino prohibebat (*Petrus Apoſtolus*,) quia diſcipulum ſupra magiſtrum eſſe, aut ullam ei injuriam inferre nullatenus debere oportet. Infames etiam omnes, & quos Primates, & leges ſæculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorum accuſatione, & vexatione, ſemper repelli debere rogabat, &c. Majores vero a minoribus nec accuſari, nec judicari ullatenus poſſe dicebat, quoniam non ſolum hoc divinas, ſed & leges ſæculi inhibere docebat &c. *Clemens ep. 1. poſt med. Anſelm. lib. 3. c. 1.*

Matt. 10.

CAPUT XXVII.

3. q. 4. c. 2. Beatus prædeceſſor noſter Clemens vir Apoſtolicus; & ſpiritu Dei plenus, una cum ſanctis collegis ſuis ſtatuit, dicens: „ Accuſandi, vel „ teſtificandi licentia denegetur iis, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & „ ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, ejuſque violatores, „ & recedentes apoſtatæ nominantur. Omnis „ enim apoſtata refutandus eſt ante reverſionem ſuam, non in accuſatione recte agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, quia „ *vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Quicumque autem*, ut ait „ Apoſtolus Jacobus, *totam legem ſervaverit, offenderit autem in uno, factus eſt reus omnium*“, &c. *Anacl. epiſt. 1. cap. 1. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 8. panorm. & part. 5. c. 237. decr. Anſelm. lib. 3. cap. 10.*

Jacob. 1.
Jacob. 2.

CAPUT XXVIII.

Accuſatio quoque eorum, &c. non niſi ab idoneis, & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus, & ſceleribus careant, fieri debet, quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores, a vilibus, & reprobis, & non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit, ſed ipſe propriu flagello peccantes ſacerdotes a templo ejecit, unde liquet, quod ſummi ſacerdotes, id eſt, Epiſcopi a Deo ſunt judicandi, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, ſed potius ab hominibus fidelibus portandi, ipſo Domino exemplum dante, quando per ſe ipſum, & non per alium vendentes, & ementes ejecit de templo, &c. *Anaclet. ep. 2. c. 2. Troſl. c. 5. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 6. panorm. & part. 5. c. 238. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 32. Deuſded. cap. 4.* *2. q. 7. c. 15.*

Matt. 21. Luc. 19.

CAPUT XXIX.

Si ſine crimine ſacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari, aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam ab iis, qui ſine crimine ſunt, & juxta electionem, ſi neceſſitas fuerit, aut ipſi volendo Domino ſervire elegerint, ſacerdoteſque ſine crimine fieri, & ordinari poſſint, & tales per omnia fuerint, quales eligi ſacerdotes jubentur. *Anaclet. epiſt. 2. in medio.* *6. q. 1. Si ſacerdos, c. 1.*

CAPUT XXX.

Accuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum diem, aut nudiuſtertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læſi ſe ulciſci velint: inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus. *Anaclet. epiſt. 3. in med. Burch. lib. 1. c. 152. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 2. panorm. in Rom. & part. 5. cap. 239. decret. Anſelm. lib. 3. c. 14. Tarr. lib. 2. cap. 2.* *3. q. 5. c. 2.*

CAPUT XXXI.

Deteriores ſunt, qui doctorum vitam, moreſque corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum, prædaque diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos, licet noſtra ſunt, auferunt, noſtri autem detractores, & morum corruptores proprie nos ipſos decerpunt, & ideo juſte infames ſunt, & merito ab Eccleſia extorres fiunt, &c. [Sententia quoque Cham filii Noe damnantur, qui doctorum ſuorum, *6. q. 1. c. 15. & c. 13. Ex merito, 5. c.* *2. q. 7. c. 12.*

Digitized by Google

rum, vel præpoſitorum culpam produnt: ceu
Cham, qui patris pudendi non operuit, ſed ma-
gis deridenda monſtravit. Doctor autem, vel pa-
ſtor Eccleſiæ, ſi a fide exorbitaverit, erit a fide-
libus corrigendus, ſed pro reprobis moribus ma-
gis eſt tolerandus, quam diſtringendus, quia re-
ctores Eccleſiæ a Deo judicandi ſunt, ſicut ait
Pſalm. 81. propheta: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in
medio autem Deos dijudicat. Anaclet. epiſt.* 3.
poſt med. Anſelm. lib. 3. *cap.* 11. *&* *cap.* 37.
Deuſded. cap. 3. *Iſidor. lib.* 3. *cap.* 38. *De ſum-
mo bono. Tarrac. lib.* 2. *cap.* 30.

CAPUT XXXII.

2. q. 7. c. 1. Non eſt itaque a plebe, aut vulgaribus ho-
minibus arguendus, vel accuſandus Epiſcopus,
licet ſit inordinatus, quia pro meritis ſubditorum
diſponitur a Deo vita rectorum, exemplo David,
&c. Ideo iſta dico, quia inſidiator bona ſæpiſſime
ſolet convertere in malum, & in electis ponit
2. q. 7. c. 17. maculam. Unde [ſi qui ſunt vituperatores, aut
accuſatores Epiſcoporum, vel reliquorum ſacer-
dotum, non oportet eos a judicibus Eccleſiæ au-
diri antequam eorum diſcutiatur æſtimationis
ſuſpicio, vel opinio, qua intentione, qua fide,
qua temeritate, qua vita, qua conſcientia, quo-
ve merito, ſi pro Deo, aut pro vana gloria, aut
inimicitia, vel odio, aut cupiditate iſta præſum-
pſerint, nec ne? Hæc omnia fideliter ſunt per-
2. q. 7. c. 21. ſcrutanda, & diligenter pertractanda. Nam ſunt
nonnulli, qui præpoſitos ſuos perverſe reprehen-
dunt, ſi vel parum ipſis moleſti extiterint, &c.
Evariſt. epiſt. 2. *ante med. vide Iſidor. lib.* 3.
cap. 38. *de ſummo bono. Ivo lib.* 4. *tit.* 5. *cap.* 8.
& *tit.* 7. *cap.* 7. *panorm.* *&* *part.* 5. *cap.* 240.
& *part.* 6. *cap.* 312. *decr. Anſelm. lib.* 3. *c.* 12.

CAPUT XXXIII.

3. q. 4. c. 9. Proculdubio hi, qui eos (*Epiſcopos, & reli-*
H: qui Epi- *quos ſacerdotes*) perſequuntur, & amovere nitun-
ſcopum. tur injuſte contra Apoſtolicam auctoritatem, &
Ezech. 18. ſi a morte prohibentur, dicente Domino: *Nolo
mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vi-
vat*, perpetua tamen notantur infamia, & exi-
lio digni judicantur finitimo, de quibus a tempo-
ribus Apoſtolorum, & infra iſta tenemus, atque
decreta habemus, quibus eorum accuſandi Epi-
ſcopos, vel teſtificandi in eos vocem obſtruimus,
quos non humanis, ſed divinis actibus mortuos
ſcimus, &c. *Alex. epiſt.* 1. *in princ.*

CAPUT XXXIV.

In accuſatione Domini miniſtrorum primo
perſona, fides, vita, & converſatio blaſpheman-
tium enucleatim perſcrutetur, (*vide ſupra cap.*
45. *Nicæni concil. apud Jul.*) *Xyſt. ep.* 1. *in fin.*

CAPUT XXXV.

Sicut laici, & ſæculares homines nolunt cleri-
cos recipere in accuſationibus, & infamationibus
ſuis, ita nec clerici debent eos recipere in impul-
ſationibus ſuis, quoniam in omnibus diſcreta de-
bet ſemper eſſe, & ſegregata vita, & converſatio
clericorum, & ſæcularium laicorum, &c. *Te-
leſph. epiſt.* 1. *in princ.*

CAPUT XXXVI.

6. q. 1. Sacer- Qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab
dotes, c. 8. omnibus ſunt audiendi, obediendi, atque timen-
di, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia a
quibus ſe Domini populus benedici, ſalvari, &
inſtrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec
vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi, populus
enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi
ab eo: quia *non eſt diſcipulus ſuper magi-* *Luc.* 6.
ſtrum, &c. Dei ergo accuſat ordinationem, qui
eos, qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes, accuſat,
vel damnari cupit, a quibus ſe omnes fideles ca-
vere debent: quia *non ſolum qui faciunt, ſed et-* *Rom. c.* 1.
iam qui conſentiunt facientibus, rei ſunt, &c.
Teleſph. epiſt. unic. cap. 3. *Hadrian. Papa ad
Epiſcop. Mediom. cap.* 1. *Troſleian. cap.* 5. *Ivo
part.* 6. *cap.* 314. *decret. Anſelm. lib.* 3. *c.* 13.
Capitul. lib. 6. *cap.* 280. *&* *lib.* 7. *cap.* 167.

CAPUT XXXVII.

Accuſatores, & accuſationes, quas ſæculi le- 3. q. 5. c. 7. 8.
ges non admittunt, & nos ſubmovemus, &c. Nec 6. q. 1. c. 8.
hi, qui non ſunt idonei, ſuſcipiantur ad accuſa-
tionem, & omnes, qui adverſus patres arman-
tur, infames eſſe cenſemus, patres enim omnes
venerandi ſunt, non reſpuendi, aut inſidiandi.
Hi vero, qui cum inimicis morantur, aut qui ſu-
ſpecti habentur, minime recipiantur, quia eo-
rum æmulatio lacerat etiam innocentes. Hunc
murum firmiſſimum ſtatuerunt patres noſtri, &c.
Decet in talibus cauſſis hoc maxime provideri,
ut ſine ſtrepitu concertationum, & charitas cu-
ſtodiatur, & veritas defendatur, atque innocen-
tes, & Domini miniſtri illæſi liberentur, &c.
Teleſphor. epiſt. 1. *cap.* 4. *Anſelm. lib.* 3. *c.* 13.

CAPUT XXXVIII.

Oves paſtorem ſuum non reprehendant, plebs 6. q. 1. c. 9.
vero Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum
arguat, quoniam *non eſt diſcipulus ſuper magi-* *Luc.* 8.
ſtrum, neque ſervus ſupra dominum. Epiſcopi
autem a Deo ſunt judicandi, qui eos ſibi oculos
elegit, nam a ſubditis, aut pravæ vitæ hominibus
non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi,
ipſo Domino exemplum dante, quando per ſe
ipſum, & non per alium vendentes ejecit, &c.
[Si quis a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverit, *Matt.* 21.
& juſſum Apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus *Luc.* 19.
fuerit, infamis efficitur. Reprobari oportet eorum 3. q. 4. c. 3.
redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt, fi-
des autem, & converſatio primū ſcrutanda eſt, &
denuo qui reprehenſibiles apparuerint, ſunt reci-
piendi, & non prius. Ideo perſona, & opinio, ac
vita uniuſcujuſque in initio rimanda eſt, quia bo-
ni ſemper infeſtantur a malis, &c. *Pius epiſt.* 1.
cap. 2. *Ivo lib.* 4. *tit.* 5. *cap.* 7. *panorm.* *&* *part.*
5. *cap.* 243. *decret. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 33.

CAPUT XXXIX.

Detractores, qui divina auctoritate eradican- 3. q. 4. c. 10.
di ſunt, & fautores * inimicorum ab Epiſcopali * *auctores*, al.
ſubmovemus accuſatione, vel teſtimonio. Nec *auctores.*
ſummorum quiſpiam minorum accuſationibus 2. q. 7. c. 11.
impetatur aut diſpereat, &c. Accuſatores autem Majorum.
eorum omni careant ſuſpicione, quia columnas
ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, non a quibuſ-
libet agitari. *Zephyr. epiſt.* 1. *in princ. Felix ep.*
1. *poſt princ. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 35.

CAPUT XL.

Nullus doctorem per ſcripta accuſet, nec niſi
fide-

fideli, & legitimo, qui etiam irreprehenſibilem vitam, ac converſationem ducat, accuſatori reſpondeat, quia indignum eſt, ut doctor ſtulto, & indocto, atque reprehenſibiliter viventi reſpondeat juxta ſtultitiam ſuam, &c. Quidquid irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia. *Calliſt. epiſt. 1. in med. Burch. lib. 5. cap. 135. Ivo part. 5. cap. 234. decret.*

Prov. 26.

CAPUT XLI.

3. q. 4. c. 3. Conſpiratores in nullius accuſationem ſunt recipiendi, nec eorum, vel anathematizatorum vox ullum nocere, vel accuſare poteſt. *Calliſt. epiſt. 2. in princ. Ivo part. 6. cap. 346. in fine.*

CAPUT XLII.

Nec eos viros, vel accuſatores, quos leges ſæculi reiiciunt, ſuſcipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas rationi, & honeſtati non repugnantes eſſe amplectendas præſertim ubi vel publicæ conſulunt utilitati, vel Eccleſiaſticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur? &c. Quiſquis ergo non eſt legitime conjunctus, vel abſque dotali titulo, ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes, vel legitime conjunctos criminari, vel in eos teſtificari minime poteſt, quoniam omnis inceſti macula pollutus infamis eſt, & accuſare ſuoradictos non permittitur. Non ſolum ergo hi reiiciendi ſunt, & infames efficiuntur, ſed etiam omnes eis conſentientes. Similiter de raptoribus, vel eis, qui ſeniores impetunt, fieri cenſemus &c. Omnes, qui in recta fide ſuſpecti ſunt, in accuſatione ſacerdotum, & eorum, ſuper quorum fide non hæſitatur, minime recipiantur, & in teſtimonio humano dubii habeantur &c. [Quærendum eſt ergo in judicio, cujus ſit converſationis, & fidei is, qui accuſat, & is, qui accuſatur, quoniam ii, qui non ſunt rectæ converſationis, ac fidei, & quorum vita eſt accuſabilis, non permittuntur majores natu accuſare, nec quorum fides, vita & libertas neſcitur, neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſationem. Rimandæ vero ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, &c. Nec accuſatores, vel teſtes ſuſpecti recipiantur, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet: amor carnalis, & timor, atque avaritia plerumque ſenſus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quæſtum pietatem putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ. *Calliſt. epiſt. 2. cap. 4. & 5. Carthag. IV. cap. 96. Burch. lib. 1. c. 171. & lib. 7. c. 1. Ivo part. 9. c. 22. & 23. & part. 5. cap. 289. decret. & lib. 4. tit. 7. cap. 5. panorm. Capitul. lib. 7. c. 510. & 511. & in additis poſter. cap. 10. & 15. Anſelm. lib. 3. cap. 54. Tarracon. lib. 5. cap. 71.*

3. q. 4. Conſanguineorum, c. 4. vide 32. q. 2. c. 2.

2. q. 7. c. 18.

CAPUT XLIII.

Accuſandi non ſunt (*ſacerdotes Domini*) ab infamibus, aut ſceleratis, vel inimicis, aut alterius fidei, vel religionis hominibus. Si peccaverint, a reliquis arguantur ſacerdotibus, ſed & a ſummis Pontificibus conſtringantur, & non a ſæcularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur, vel arceantur. *Pontian. epiſt. 1. in princ. Troſl. cap. 5.*

CAPUT XLIV.

Suſpectos, aut inimicos, aut facile litigantes, 3. q. 5. c. 4.
& eos, qui non ſunt bonæ converſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accuſatores eſſe, & teſtes & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate & nos ſubmovemus, &c. ne libenter labi poſſint, quos nos tenere, & ſalvare debemus, ne, quod abſit, prædictum Dei judicium ſuper utroſque veniat, & nos eorum vitio, quod Deus avertat, pereamus, &c. *Pontian. ep. 2. in princ. Anſelm. lib. 3. c. 56.*

CAPUT XLV.

Omnes, qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem, accuſatores neminem recte credentium accuſare poſſunt, quia infamia ſunt notati, & a ſinu ſanctæ matris Eccleſiæ Apoſtolico mucrone, uſque ad rectam converſationem, & reverſionem eorum abſciſſi. Unde Apoſtolica auctoritate cum omnibus ejuſdem Apoſtolicæ, atque univerſalis Eccleſiæ filiis ſtatuentes ſancimus, ut omnes, qui in Catholica fide ſuſpecti ſunt, in accuſatione recte credentium non ſuſcipiantur, quia ſuſpiciones ſemper ſunt amovendæ. Merito ergo eorum reprobatur accuſatio, qui in recta fide ſuſpecti ſunt, nec eis omnino eſt credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Similiter [omnes, quos ſanctorum patrum 3. q. 4. c. 7.
ſtatuta, tam præteritis, quam futuris temporibus anathematizant, ſubmovemus, & ab omni accuſatione fidelium alienamus, &c. A memoratis, ſi incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus ſeparate. Similiter & ab omnibus, quos Apoſtolus commemorat, dicens: *Cum eis nec cibum ſumere*, quia & illi, ſicut & iſti, ſunt repellendi, & ante ſatisfactionem Eccleſiæ non ſunt ſuſcipiendi, quoniam illi, cum quibus cibum ſumere non licet, manifeſte apparent ſequeſtrati uſque ad ſatisfactionem cum reliquis fratribus. Quamobrem non debent, nec poſſunt in accuſationem fidelium ſuſcipi, ſed etiam ab eorum conſortio uſque ad jam dictam ſatisfactionem repelli, ne ſimiles eis efficiantur, aut eorum excommunicationi ſubjaceant. *Fabian. epiſt. 1. in med. Anſelm. lib. 3. cap. 17.*

6. q. 1. Omnes, c. 4. 1. Cor. 5.

CAPUT XLVI.

Ipſi Apoſtoli, & ſucceſſores eorum olim ſtatuerunt eos ad accuſationem non recipi, qui ſunt ſuſpecti, vel qui heri, aut nudiustertius, vel dudum fuerunt inimici, quoniã ſuſpecti facti ſunt, & qui non ſunt bonæ converſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, aut dubii, in recta fide. Similiter quorum fides vita, & libertas neſcitur, vel qui infamiæ maculis ſunt aſperſi, aut ſceleribus irretiti. Neque eos ſacerdotes debere, vel 2. q. 7. c. 38.
poſſe clericos accuſare, qui rite ſacerdotes fieri Ipſi.
non poſſunt, nec ſui ſunt ordinis, quoniam [ſic- 2. q. 7. c. 6.
ut ſacerdotes, vel reliqui clerici a ſæcularium laicorum excluduntur accuſatione, ita illi ab iſtorũ ſunt excludendi, & alienandi criminatione, & ſicut iſti ab illis, ita & illi ab iſtis non recipiantur, quoniam ſicut Domini ſacerdotum ſegregata debet eſſe converſatio ab eorum converſatione, ita & litigatio, quia ſervum Dei non oportet litiga-

re,

re, &c. *Fabian. ep. 2. ante med. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 9. panorm. & part. 6. c. 320. decret. Tarrac. lib. 2. c. 6.*

CAPUT XLVII.

6. q. 1. c. 3. Galat. 5. Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur*, valde cavendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntarie noluerint, compellendi, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, & in barathrum delabuntur, niſi eis ſacerdotali auctoritate ſubventum fuerit. Similiter & illi, de qui- 1. Cor. 5. bus ipſe ait: *Cum hujuſcemodi hominibus nec cibum ſumere*, quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ redintegrentur, quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt, manifeſtum eſt enim, quod hi extra nos ſunt, & a nobis diſcreti eſſe debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum ſumere licet. Similiter & omnes perſonæ quibuslibet turpitudinibus, ac ſcurrilitatibus ſubjectæ, infames ſunt effectæ, & omnes, qui adverſus patres armantur, infames efficiuntur, &c. Talia cogitantes ſancti Apoſtoli, eorumque ſucceſſores ſpiritu Dei repleti, malos homines prævidentes, & ſimplices conſiderantes, difficilem, aut numquam voluerunt eſſe accuſationem ſacerdotum, ne a malis potuiſſent everti, aut ſubmoveri, quia ſi hoc facile concederetur ſæcularibus, & malis hominibus, aut nullus, aut Vid. 2. q. 1. Epiſc. c. 2. vix perpauci remanerent, &c. Ideo ſtatuerunt, ne accuſarentur, aut ſi aliter fieri non poſſit, perdifficilis eorum fieret accuſatio, & a quibus ſupra dictum eſt, non præſumeretur, neque a propriis ſedibus, aut Eccleſiis Epiſcopi eiicerentur, 11. q. 1. Statuimus, c. 32. &c. Similiter ſtatutum eſt, &c. ut ſi aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium ſubmotus a clero, curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat, & infamis abſque ulla reſtitutionis 1. q. 4. c. 1. ſpe permaneat. Nec ullus umquam præſumat accuſator ſimul eſſe, & judex, vel teſtis. *Fabian. ep. 2. poſt med. Gr. VII. lib. 7. regiſt. ep. 2. Anſelm. lib. 3. c. 72. & lib. 7. c. 159. Deuſd. c. 4. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 27. panorm. & part. 6. c. 321. decr. Tarr. lib. 2. c. 23. & c. 7. Cæſar. lib. 5. c. 51.*

CAPUT XLVIII.

Similiter ſtatuentes Apoſtolica auctoritate jubemus, ne paſtorem ſuum oves, quæ ei commiſſæ fuerant, niſi in fide erraverit, reprehendere * ovis. audeant, quia facta præpoſitorum oris * gladio ferienda non ſunt, neque poteſt diſcipulus eſſe Matt. 10. ſuper magiſtrum, dicente Veritatis voce: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſu-* Luc. 6. *per dominum ſuum* &c. *Fabian. epiſt. 2. in fin. Greg. lib. 12. regiſt. indict. 7. ep. 32.*

CAPUT XLIX.

Si a fide deviaverit Epiſcopus, erit corrigendus prius ſecreto a ſubditis ſuis; quod ſi incorrigibilis, quod abſit, apparuerit, tunc erit accuſandus ad Primates ſuos, aut ad ſedem Apoſtolicam; pro aliis vero actibus ſuis magis eſt tolerandus ab ovibus, & ſubditis ſuis, quam accuſandus, aut publice derogandus, &c. *Ibid.*

CAPUT L.

Decernimus, ut ii, qui non ſunt bonæ converſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, aut quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non poſſint Domini ſacerdotes accuſare, nec viles perſonæ ad accuſationem eorum admittantur. Similiter ii, qui in aliquibus criminibus irretiti ſunt, vel qui ſunt ſuſpicioſi, vocem adverſus majores natu non habeant accuſandi, quia ſuſpicioſa vox, & inimica veritatem ſolet opprimere. *Fabian. ep. 3. c. 1. Xyſt. III. ep. unic. Capitul. lib. 7. c. 111. & 112. Anſelm. lib. 3. c. 73.*

CAPUT LI.

Summopere providendum eſt, ne paſtorẽ ſuum oves, quæ ei commiſſæ fuerant, reprehendere, niſi a fide exorbitaverit, neque accuſare præſumant, quoniam tales accuſationes vim non habent, neque eis nocere poſſunt. *Cornel. epiſt. 2. in med.*

CAPUT LII.

Epiſcopi non ſunt leviter accuſandi, vel detrahendi, quia injuria eorum ad Chriſtum pertinet, cujus vice, & legatione funguntur in Eccleſia, &c. Sicut & olim factum invenimus, conſtitui placuit, ut criminationes majorum natu, &c. 2. q. 7. c. 52. *(ut in Nicæn. c. 58. apud Jul. ep. 2. c. 20. Hygin. ep. 1. in fin.) Lucius ep. 1. in princ. Ivo part. 6. c. 326. decr. vide ſupra c.* Criminationes.

CAPUT LIII.

Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro 6. q. 1. c. 17. aliqua culpa notantur infamia, id eſt omnes, qui Chriſtianæ legis normam abjiciant, & ſtatuta Eccleſiæ contemnunt; ſimiliter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, ſepulchrorum quoque violatores, & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes, qui adverſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur; ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates Eccleſiæ abſtrahunt injuſte, & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos, & omnes, quos Eccleſiaſticæ, vel ſæculi leges infames pronuntiant, &c. Nec ſervos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos, qui curiæ deſerviunt, vel qui non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes Sanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur. Hi omnes nec ad ſacros gradus debent provehi, nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem, vel dignam converſationem non habentes, ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare. *Stephan. epiſt. 1. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 5. Deuſdedit cap. 3. Cæſar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8.*

CAPUT LIV.

Accuſatores, & accuſationes, quas ſæculi le- 3. q. 5. c. 8.

ges non recipiunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmovemus, nullus enim alienigena, aut accuſator eorum fiat, aut judex, &c. Accuſator autem veſtrorum nullus ſit ſervus, aut libertus, nullaque ſuſpecta perſona, aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimicis, & omnes laici, quia infeſtationem blaſphemiæ affectio amicitiæ incitare ſolet, nec illi in veſtra ſunt ſuſcipiendi accuſatione, qui vos in
3. q. 4. c. 8. ſua nolunt recipere infamatione. [Nullus anathema ſuſcipiatur, nec a quoquam credantur, quæ ab eis vel dicuntur, vel conſcribuntur. Eos quoque dico anathematizatos eſſe, quos Epiſcopi ſuis ſcriptis anathematizaverunt, aut eorum ſtatuta anathematizant. *Steph. epiſt. 2. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 18. panorm. & part. 6. c. 327. decret. Anſelm. lib. 3. c. 58.*

CAPUT LV.

3. q. 11. c. 2. 3. Neganda eſt accuſatis licentia criminandi, prius quam ſe crimine, quo premuntur, exuerint, quia non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe prius probaverint innocentes, quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei adverſus quemcumque profeſſio. Familiares vero, & ſponte confeſſi, atque ſceleribus irretiti non debent admitti, nec ii, qui heſterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. *Stephan. epiſt. 2. cap. 7. Hadrianus Papa c. 31. ad Epiſcopum Mediom. conſtit. 7. ſive 12. titul. 1. lib. 9. Codice Theodoſii, & Anianus ibidem, & conſtit. 19. tit. 1. lib. 9. Codice Juſtin. Burch. lib. 1. cap. 164. Ivo lib. 4. titulo 7. cap. 15. panorm. & part. 5. cap. 274. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 71. Capitul. lib. 7. cap. 324. & 453. Cæſar. lib. 5. cap. 50. Tarrac. lib. 2. cap. 51.*

CAPUT LVI.

3. q. 4. c. 8. Clericus, qui Epiſcopum ſuum accuſaverit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & a gradu debet rece-
16. q. 7. c. 24. & d. 96. c. 1. §. Eulalius. dere, aut curiæ tradi ſerviturus, &c. Scimus dilectiſſimi quia ſemper carnales ſpirituales ſolent perſequi, & malevoli benevolos infamare, & lacerare. Ideoque Apoſtoli, & ſucceſſores eorum, ac reliqui ſancti patres noluerunt fieri facilem Epiſcoporum accuſationem, quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur, &c. Hi vero, qui non ſunt bonæ converſationis, quorum vita eſt accuſabilis, aut quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non poſſunt eos accuſare. Primo ſemper accuſatorum perſonæ, fides, vita, & converſatio eſt enucleatim inquirenda, & poſtea quæ obiiciunt, fideliter ſunt pertractanda, quia nihil prius fieri debet, quam impetitorum perſonæ, fideſque, vita, & converſatio diligenter diſcutiantur, ne alicujus invidia, aut inimicitia, vel intentione mala quiſquam vexetur. Criminationes adverſus doctorem nemo ſuſcipiat, quia magis ſunt doctores portandi, quam lædendi, aut infamandi, &c. Eorum autem accuſandi ſacerdotes, vel teſtificandi in eos, vocem obſtruimus, quos humanis, & divinis vocibus damnatos, vel mortuos eſſe agnoſcimus, &c. Unde precamur, ne tales multum timeatis, quia infames ſunt, & non multum vobis nocere poſſunt, quia eorum vox extincta eſt, quoniam ſic odit Deus eos, qui adverſus Patres armantur, ut patrum invaſores, qui in omni mundo infamia ſunt notati. *Steph. epiſt. 2. c. 8. 9. 10. 11. Greg. VII. lib. 8. regiſtr. epiſt. 2. Deuſded. c. 4. Burch. lib. 15. cap. 35. Ivo part. 16. cap. 36. decr. Anſelm. lib. 5. cap. 50. Capitul. lib. 5. cap. 249. & lib. 6. cap. 294. Tarracon. lib. 1. cap. 59. Cæſar. lib. 7. cap. 152.*

CAPUT LVII.

2. q. 7. c. 15. Exod. 23. 1. Tim. 5. Accuſatio Epiſcoporum non eſt facile recipienda, dicente Domino: *non ſuſcipias vocem mendacii*; & Apoſtolus inquit, *Adverſus presbyterum inſcriptionem non recipiendam abſque duobus, vel tribus idoneis teſtibus.* Si hæc de presbyteris, vel cæteris fidelibus ſunt præcavenda, quanto magis de Epiſcopis? &c. Inſuper a ſanctis prædeceſſoribus noſtris plerumque jam eſt ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione, nec illi, qui nos in ſua nolunt recipere querela, vel accuſatione, cum nos ſuper illos ſciamus a Domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut major non poteſt a minori judicari, ita nec colligari, quia rarum eſt omne, quod magnum eſt, &c. *Xyſt. II. epiſt. 2. cap. 4. & 5.*

CAPUT LVIII.

2. q. 7. c. 52. Crimina, quæ Epiſcopis impingere dicis, per alios non ſinas ullo modo fieri, niſi per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni ſe carere ſuſpicione, inimicitia, & irreprehenſibilem fidem, converſationemque du-
15. q. 3. c. ult. cere, nemini enim de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum, quoniam omnis ejuſque rei confeſſio * periculoſa eſt, & admitti non debet. * *profeſſio.*
2. q. 7. c. 23. Similiter alieni erroris ſocium, vel a ſui voluntarie propoſiti tramite recedentem, aut ſacris pa-
3. q. 4. c. 1. trum regulis, & conſtitutionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus, nec debemus. Nec impetere recte credentes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam, aut Chriſtianam prævaricantur legem, aut Apoſtolicam, vel regularem libenter poſtponunt auctoritatem. *Dionyſ. epiſt. 2. in medio. Nicæn. cap. 49. 52. & 58. apud Julium epiſt. 2. cap. 13. 15. 18. & 20. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 17. & tit. 8. c. 5. panorm. & part. 288. decret. Anſelm. lib. 2. cap. 55. & lib. 3. cap. 9. Cæſar. lib. 5. cap. 31.*

CAPUT LIX.

Proditoris nec calumnia, nec vox audiatur. *Fœlix epiſt. 1. ante medium. Nicæn. cap. 63. apud Jul. epiſt. 2. cap. 24.*

CAPUT LX.

4. q. 6. c. 3. & 4. Si accuſatorum perſonæ in judicio Epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tamen criminales, vel Eccleſiaſticas voluerint. *Fœlix ep. 2. in medio. Hadrian. ad Epiſcopum Mediomatr. cap. 5. Ivo part. 6. c. 418. & part. 5. cap. 248. decret.*

CAPUT LXI.

2. q. 8. c. 3. Hæretici omnes, & ſuſpecti, & excommuni-

ca-

eati, homicidæ quoque, atque malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.
3. q. 4. c. 11. [Nulli infami unquam, atque ſacrilego de quocumque negotio liceat adverſus religioſum Chriſtianum, quamvis humilis, ſervilisque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inſcriptione Chriſtianum impetere. Omnibus quoque ſimiliter accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Similiter prohibemus, ut nullæ cauſſæ a judicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur. Hæc non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed & ſæculi leges obſervare præcipiunt, non enim paſſim, vageque ſacerdotum accuſatio debet fieri, &c. *Eutychian. epiſt. 2. cap. 2. 3. 4. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 22. & tit. 8. cap. 8. panorm. & part. 6. cap. 333. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 25. Burch. lib. 16. cap. 11. Cæſar. lib. 5. cap. 35. Tarrac. lib. 2. cap. 14.*

CAPUT LXII.

2. q. 7. c. 25. Paganos, & hæreticos ſcias non poſſe Chriſtianos accuſare, aut vocem eis infamationis inferre. *Cajus epiſt. 1. cap. 1. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 11. panorm. & Anſelm. lib. 3. cap. 45. Tarrac. lib. 2. cap. 15.*

CAPUT LXIII.

Qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de ſuis rebus ſpoliati, vel ejecti a ſedibus propriis, aut qui accuſatores ſint recipiendi, quive non ſint, &c. ſufficienter ab Apoſtolis, eorumque deceſſoribus, ac noſtris prædeceſſoribus, ſtatutum eſſe putamus. *Cajus epiſt. 1. cap. 3.*

CAPUT LXIV.

2. q. 7. c. 2. 11. q. 1. c. 3. in fin. Non licet laico quemlibet clericum accuſare. *Marcellin. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT LXV.

Quod laici, aut ſuſpecti Epiſcopos non debeant accuſare, neque accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum ſit, & a beato Clemente, ipſis eum inſtruentibus Apoſtolis legimus definitum, & nos eadem firmamus, quoniam iidem odio multoties incenſi recte viventes, atque credentes perturbare nituntur. Propterea perſona, fides, vita, & converſatio, atque ſuſpicio accuſantium enucleatim primo inquirenda eſt, deinde quæ obiciuntur fideliter pertractanda. Quia nihil ante fieri debet, quam impetitorum vita, & ſuſpicio, atque odium inquiratur. Et ſi bonæ converſationis non fuerint, aut laici, vel manifeſti inimici, aut odio reſperſi fuerint, nequaquam in Epiſcoporum recipiantur accuſatione. *Marcellus epiſt. 2. in med. Clemens ep. 1. poſt med.*

CAPUT LXVI.

3. q. 5. c. 5. De accuſationibus clericorum, &c. ſcitote a tempore Apoſtolorum in hac ſancta Urbe ſervatum eſſe, accuſatores, & accuſationes, quas exterarum conſuetudinum leges non aſciſcunt, a
2. q. 7. c. 5. clericorum accuſatione ſubmotas. Similiter laicos non accuſaſſe Epiſcopos haſtenus obſervatum, & conſtitutum eſt, quia ejuſdem non ſunt converſationis, & oppido eis quidam infeſti exiſtunt, &c. maxime cum nec hi eos in ſuis velint recipere accuſationibus, &c. Talia, & his ſimilia ſancti patres providentes pericula laicos ſæculo militantes ab accuſatione ſacerdotum prohibuere, ſimiliter ſervos, & libertos, atque cenſibus publicis, vel privatis ſubjugatos, omneſque infames ab eadem accuſatione, vel tergiverſatione ſubmoverunt, non enim oportet, ut permittantur carnales ſpirituales perſequi, nec ſceleribus irretiti, vel ſæculo militantes Epiſcopos, infamare, vel lacerare, aut crimen opponere. Nam ſi hoc Apoſtoli, aut ſucceſſores eorum permitterent, perpauci remanſiſſent, qui Domini in ſacerdotali ordine militarent. Idcirco, & [nos 6. q. 1. c. 19. ſequentes patrum veſtigia pro ſalvatione ſervorum Dei, quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmovemus, & nullæ accuſationes a judicibus audiantur Eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur, &c. Nec illi, qui 5. q. 5. Illi qui, c. 4. aut in fide Catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem prædictorum admittantur, quia veritatem profeſſionis infidelitas, & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſponte crimina confitentur, & ideo replicanda eſt ſollicite eorum veritas, quam ſponte prolata in illis vox habere non poteſt, &c. *Euſeb. epiſt. 1. in princ. Anſelm. lib. 3. cap. 26. Cæſar. lib. 5. cap. 59.*

CAPUT LXVII.

Infames ſunt proculdubio impugnatores Epiſcoporum, omneſque, qui adverſus patres armantur, & conculcatores Eccleſiarum, ſacerdotumque ejus, & qui de publicis fugiunt præliis, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ aſperguntur maculis; his omnibus impugnandi Epiſcopos, patrum ſequentes inſtituta, & nos licentiam ſubmovemus, quia ſic odit Deus eos, qui patres perſequuntur, ut parrum invaſores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo juſte, & regulariter reſpuuntur. *Euſeb. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT LXVIII.

Oves, quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi a recta fide exorbitaverit, debent: nec ullatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtoris, oris * gladio ferienda non ſunt, quamquam recte reprehendenda videantur. Ideo iſta * ovis. dicimus quia [in ſcripturis veſtris reperimus quoſdam Epiſcopos veſtris in partibus a propriis ovibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quoſdam eſſe rebus ſuis ſpoliatos, quoſdam vero a propria ſede pulſos, &c. *Euſebius ep. 2. ante fin. Greg. lib. 12. indict. 7. epiſt. 31. Burch. lib. 1. cap. 139. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 10. & tit. 6. cap. 4. panorm. & part. 5. cap. 249. & cap. 253. decret. Anſelm. lib. 3. c. 44. ſive 34. Cæſar. lib. 5. c. 43.*

CAPUT LXIX.

Statuimus iterum cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, Epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus,

mus, ut homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui
* *ſortilegos.* ad ſacrilegos *, divinoſque concurrerunt, ſimileſque eorum nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſunt admittendi, quia infames ſunt, & juſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum, vocem enim funeſtam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet, &c. *Euſeb. epiſt. 3. in princ. Hadrian. Papa cap. 63. ad Epiſcopum Mediom. Burch. lib. 16. cap. 4. Ivo part 6. cap. 333. & part. 10. cap. 37. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 19. Capit. lib. 7. cap. 369.*

CAPUT LXX.

3. q. 5. c. 10. Eorum os accuſandi ſacerdotes, vel teſtificandi in eos obſtruimus, quos non humanis, ſed divinis vocibus mortuos eſſe ſcimus, quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore vivente, &c. *Miltiad. epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT LXXI.

Eſt in jam fata Nicæna concorditer ſtatutum ſynodo accuſatores, & accuſationes, quas ſæculi leges non admittunt, a ſacerdotali funditus averti nocumento. *Jul. epiſt. 1. cap. 3.*

CAPUT LXXII.

3. q. 5. c. 10. Similiter in jam præfixa ſynodo (*Nicæna*) eſt decretum ne ſuſpecti, aut infames, aut criminoſi, aut gratioſi, vel calumniatores, vel affines, aut ſcelerati, aut facile litigantes ſuſcipiantur accuſatores, ſed tales qui omni careant ſuſpicione, quia columnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, nec a quibuſcumque agitari, &c. *Jul. epiſt. 2. cap. 33. Anſelm. lib. 3. cap. 21.*

CAPUT LXXIII.

2. q. 7. c. 4. Et inſuper in prædicta ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione, nec illi, qui nos in ſua nolunt recipere querela, vel accuſatione, &c. *Julius epiſt. 2. cap. 36.*

CAPUT LXXIV.

2. q. 7. c. 39. Teſtes. Accuſatores Epiſcoporum, & teſtes, ſuper quibus rogaſtis, abſque ulla infamia, aut ſuſpicione, vel manifeſta macula, & veræ fidei pleniter inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere jubet divina auctoritas, quoniam
2. q. 7. c. 51. [ſacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas, criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt provehi honorem. *Damaſ. epiſt. 3. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 172. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 4. panorm. & part. 5. cap. 290. decret.*

CAPUT LXXV.

3. q. 5. c. 7. & 8. Accuſatores, & accuſationes, quas ſæculi leges non aſciſcunt, nullatenus ſunt in horum admittendæ cauſſis, quia omne, quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia, &c. Ea vero, quæ Apoſtolorum prædicatione, & patrum inſtructione præcipimus, ſemper tenere debemus, ne aliqua nova credere, aut ad noxam fratrum intendere videamur, &c. Accuſatores vero, & judices non iidem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe judices, per ſe teſtes, per ſe accuſati unuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine. *Damaſ. epiſt. 3. cap. 6. & 7. Burch. lib. 16. cap. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 26. panorm. & part. 6. cap. 337. decret.*

CAPUT LXXVI.

Neque ullus unquam judicetur antequam le- 3. q. 9. c. 8. Qui accuſato.
gitimos accuſatores præſentes habeat. *Damaſ. epiſt. 6. Anſelm. lib. 3. cap. 47. Ivo pars. 6. cap. 348. decret.*

CAPUT LXXVII.

De occultis cordis alieni temere judicare iniquum eſt, & eum, cujus non videntur opera niſi bona, peccatum eſt ex ſuſpicione reprehendere.
[Oves ergo, quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerint, 2. q. 7. c. 13.
eum nec reprehendere, niſi a recta fide exorbitaverit, debent, & nullatenus accuſare poſſunt,
quia facta paſtoris oris * gladio ferienda non ſunt, * *ovis.*
quamquam recte reprehendenda videantur, &c. *Joann. epiſt. 1. in princip. Gregor. lib. 17. reg. indict. 7. epiſt. 31.*

CAPUT LXXVIII.

Inimicis accuſatoribus, vel de inimici domo prodeuntibus, ſeu qui cum inimicis morantur, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe velint ulciſci. Hi quoque reiiciendi ſunt, non approbandi. *Joann. epiſt. 1. in med.*

CAPUT LXXIX.

Sanctorum patrum roborantes decreta ſtatuimus, licet ſæpiſſime jam ſtatutum fuerit, nec falſos, nec inimicos, ſuſpectos accuſatores vel teſtes unquam ſuper Epiſcopos ſuſcipi, eiſque nocere nullatenus poſſe, quia falſam, aut ſuſpectam, aut odioſam vocem, aut funeſtam potius interdici, quam audiri, ſanctis patribus placuit. Tales ſummopere cavendi ſunt, & avertendi, ac reiiciendi, ſi nocentes apparuerint, quia non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi leges, tales non ſuſcipiunt, ſed repellunt, &c. *Silveſt. epiſt. 1. in med.*

CAPUT LXXX.

Sanctorum patrum ſtatuta ſequentes, ſynoda- 3. q. 5. c. 13.
li auctoritate [omnes, qui adverſus patres armantur, ut patrum invaſores, & inſectatores infames eſſe cenſemus, quoniam ea vulnera, quæ fomentis non ſanantur, ferro abſcindi, vel curari neceſſe eſt. Unde fratres ceſſent injuſtæ æmulationes, ceſſent inſidiæ, ceſſent falſæ criminationes, &c. Deſinat igitur falſitas inceſſere veritatem, deſinat ſuſpicio, quæ juſte repellitur inſidiari, deſinat odium, & inimicitia perſequi patres, vel fratres, deſinat conſpiratio, quæ ab omnibus eſt repudianda, inſeſtare magiſtros. Horum igitur vitiorum auctores, vel patratores non ſunt in accuſatione Pontificum recipiendi, ſed penitus repellendi, quoniam jubent canonica decreta patrum, ut accuſatio, vel teſtimonium eorum, qui odio quoslibet inſequuntur, vel qui inimici, aut ſuſpecti habentur, nullo modo recipiantur, quorum ſtatuta & nos firmantes, eadem omnibus inviolabiliter futuris temporibus tenere cenſemus. *Pelag. II. epiſt. 1. cap. 4. Anſelm. lib. 3. cap. 6.*

CAPUT LXXXI.

Non ſunt conſentiendi, ſed reprobandi, qui prælatos ſuos reprehendunt, vel accuſant. Unde
[canonica ſanctorum patrum ſtatuta, ne colu- 3. q. 5. c. 6.
mnæ ſanctæ eccleſiæ vacillent, ſequentes, ac ro-
bo-

borantes, omnes infames, cunctoſque ſuſpectos, vel inimicos, & eos, qui non ſunt eorum gentis, vel quorum fides, vita, & libertas neſcitur, & qui non ſunt bonæ converſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione Epiſcoporum funditus ſubmovemus. Similiter, & omnes, quos divinæ leges mortuos appellant, ſubmovendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos, judicamus, &c. Refutandi ſunt etiam raptores, fures, ſacrilegi, adulteri, & horum ſimiles, manifeſtum eſt enim, quod ſemper tales, magis diſcordiam, quam pacem ſectantur. 2. q. 7. c. 54. { Nullus quoque monachus talia umquam arripiat, nec ſæcularia, aut eccleſiaſtica negotia perturbare præſumat, quia mortua in talibus vox eſt eorum, &c. *Pelag. II. epiſt. 3. in princ. Anſelm. lib. 3. cap. 59. Cæſar. lib. 9. c. 6.*

CAPUT LXXXII.

2. q. 7. c. 54. Lator præſentium Nemeſion ad nos veniens indicavit, ſicut & geſtorum exemplaria, quæ huc detulit, continebant, Paulum Dyaclinæ * civitatis Epiſcopum, inter alia mala in corporale crimen lapſum, a ſuis fuiſſe clericis accuſatum, atque habita cognitione, ita, quod ſine dolore dicere non poſſumus, claruiſſe, atque inſuper poſtquam convictus eſt, etiam libellum eum, in quo ea, de quibus accuſatus fuerat, vera confeſſus eſt, obtuliſſe. Qua de re ſententia illum Epiſcopali depoſitum, & ſe ejus loco cum fraternitatis veſtræ conſenſu eſſe Epiſcopum ordinatum, &c. *Greg. lib. 10. epiſt. 35. Joanni Epiſc. primæ Juſtinianæ. Burch. lib. 1. cap. 182. Ivo part. 5. c. 298. decret.*

* Docleatinæ.

CAPUT LXXXIII.

2. q. 1. c. 7. De perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum eſt, cujus conditionis, cujuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne forte aliquas contra prædictum Epiſcopum inimicitias habuiſſent, & utrum teſtimonium ex auditu dixerunt, aut certe ſe ſcire ſpecialiter teſtati ſunt. *Gregorius lib. 11. ep. 50. Joanni Defenſ. Anſelm. lib. 3. cap. 90. al. 93. Cæſar. lib. 5. c. 54.*

CAPUT LXXXIV.

3. q. 5. c. 7. A prædeceſſoribus noſtris, & a multis reliquis ſanctis Epiſcopis ſtatutum fore cognovimus, ut oves paſtores ſuos non facile reprehendant, nec eos criminari, vel accuſare præſumant, quia cum in præpoſitos delinquimus, ejus ordinationi, qui nobis eos prætulit, obviamus. *Greg. ad Felic. Epiſcop. lib. 12. epiſt. 31. reg.*

CAPUT LXXXV.

Accuſationes, & accuſatores, atque ea negotia, quæ ſæculares non adſciſcunt leges, divina, ac ſynodica funditus a clericis repelli auctoritate cenſemus, quia indignum eſt ſuperiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 11.*

CAPUT LXXXVI.

6. q. 1. c. 2. Placuit, ut nullus ſervus, nullus libertus, nulla infamis perſona ſacerdotem accuſet. { Omnes vero infames eſſe dicimus, quos leges ſæculi infames appellant, & omnes qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt provehi, indignum eſt enim, ut illi eos accuſent, qui eſſe non poſſunt quod ipſi ſunt, quoniam ſicut majores a minoribus non dijudicantur, ita nec criminari poſſunt. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 19. vid. Capitul. lib. 7. c. 437.*

CAPUT LXXXVII.

Placuit eorum accuſandi ſacerdotes, & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non humanis, ſed divinis vocibus mortuos eſſe ſcimus, quia vocem funeſtam interdici * potius, quam audiri oportet. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 29. vide conſt. 20. Arcadii, & Honorii lib. 6. tit. 1. ad Juſtin. & conſt. 3. lib. 9. tit. 6. C. Theod. in Aniani, l. eſt conſt. 2. tit. 3. vide D. Greg. lib. 11. epiſt. 52. regiſt. Ivo part. 16. cap. 332. decret. Capitul. lib. 7. c. 332. & 440.* 2. q. 7. c. 53.

* intentari.

CAPUT LXXXVIII.

De his, qui in accuſationem majoris natu veniunt, ut Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 40. Capit. lib. 7. c. 139.*

CAPUT LXXXIX.

Ejus, qui frequenter litigat, & ad accuſandum eſt facilis, accuſationem nemo abſque grandi examine recipiat. *Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. cap. 50.*

CAPUT XC.

Qui crimen intendit, agnoſcendum eſt, ſi ipſe ante non fuit criminoſus, quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei adverſus quemcumque profeſſio. *Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. c. 64.* 6. q. 1. c. 6.

CAPUT XCI.

Illi, qui convenerunt contra venerabilem virum Ignatium, aut ſuſpecti, aut ab heri, & nudiuſtertius inimici ejus erant, aut excommunicati, aut depoſiti, aut ſubjecti ipſius, aut certe inferioris dignitatis extiterunt. Quorum omnium nullus perſonam legitimorum judicum habere ſine dubio poterat, vel accuſatorum in omnibus dumtaxat negotiis, quæ ſingulatim, Deo docente, ac ſummatim ea omnia ſe habere, monſtrare conabitur. *Nicolaus epiſt. ad Michaelem Imperat. ante med. Ubi teſtimonio concilii CP. c. 6. & ſynodi Chalced. & Gelaſii Papæ confirmat, inimicos neque accuſatores eſſe poſſe, neque judices.*

CAPUT XCII.

Nequi cum inimicis vivunt, ad accuſandum admittantur. *Nicolaus ad Michaelem Imperat. in medio.* Diſt. 4. q. 1. cap. 3.

CAPUT XCIII.

Novimus in Nicæna ſynodo generaliter eſſe decretũ, ut nullus paſſim, vageque Epiſcopos, aut præſumptive lacerare, aut accuſare, & qui non ſunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ converſationis, aut infamare præſumat. *Athanaſ. & alii ad Felicem II. poſt princ.*

CAPUT XCIV.

Multi ſunt, qui contra Eccleſiaſticam regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptus, putant ſe ad accuſationẽ admitti debere, qui omnino non admittantur, niſi actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere. *Arel. I. c. 13.*

CAPUT XCV.

Illud certum eſt, ſi perſona accuſatoris culpabi- 4. q. 6. c. 1.

Digitized by Google

bilis eſt, non ſuſcipiendam accuſationem, niſi ſuper privata re*, & non ſuper Eccleſiaſtica, velit obiicere. *Carth. c. 19. G. Carth. III. cap. 7. L. Trull. poſt epiſt. ſyn. Burch. lib. 1. c. 160. Ivo part. 5. c. 270. decret.*

CAPUT XCVI.

4. q. 1. c. 1. Ad accuſationem clericorum non recipiatur excommunicatus, ſive clericus, ſive laicus ſit. *Carth. c. 129. G. Carth. VII. L. c. 1. Afric. c. 95. L. conc. apud D. Medard. in cauſſa Hincmari. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 19. panorm. & part. 14. c. 69. decr. Anſelm. lib. 3. c. ult. Cæſar. lib. 5. c. 81.*

CAPUT XCVII.

4. q. 1. c. 1. Servi, & liberti proprii ad accuſandum clericos non recipiuntur, & omnes, quos leges publicæ non recipiunt ad criminum accuſationem:
4. q. 6. c. 2. Omnibus. item omnes infames, hoc eſt mimi, & turpitudinem paſſi, hæretici, gentiles, vel judæi, niſi ſi privatas cauſſas ſuas proſequantur. *Carth. cap. 130. G. Carthag. VII. c. 1. & 2. L. Afric. c. 95. & 96. L. Raban. cap. 1. de pœnit. Ennod. pro Symmach. Ivo part. 16. c. 64. decret.*

CAPUT XCVIII.

Qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem adverſus majores natu non habeat accuſandi. Si criminoſus eſt, non admittatur. *Carth. II. c. 6.*

CAPUT XCIX.

2. q. 7. c. 18. Quærendum eſt in judicio, cujus ſit converſationis, & fidei is, qui accuſat, & is, qui accuſatur. *Carth. IV. cap. 96. Calliſt. epiſt. 2. cap. 5. Capit. lib. 7. cap. 110. & in additis cap. 10.*

CAPUT C.

Laicis contra cujuslibet gradus clericum ſi quid criminale parant obiicere, dummodo vera ſuggerant, proponendi permittimus poteſtatem. *Epaun. cap. 24.*

CAPUT CI.

12. q. 2. c. 58. Epiſcopus. Liberto adverſus Eccleſiam, cujus juris extitit, accuſandi, vel teſtificandi denegetur licentia. Si præſumpſerit, placet, ut ſtante commutatione, in ſervitutem propriæ Eccleſiæ revocetur, cui nocere conatur. *Tolet. IV. cap. 67. Burch. lib. 3. cap. 176. Ivo part. 3. cap. 237. decret. & part. 16. cap. 65.*

CAPUT CII.

De ſerv. non ordin. c. 3 apud Greg. IX. & eod. tit. in 1. c. ll. De familiis Eccleſiæ conſtituere presbyteros, & diacones per parochias liceat, &c. His quoque, ſicut & cæteris Eccleſiæ libertis accuſandi, vel teſtificandi adverſus Eccleſiam aditus intercludatur: ad quod ſi aſpiraverint, non ſolum libertatis beneficio careant, ſed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, ſed tempore neceſſitatis promeruerunt. *Tolet. IV. cap. 73.*

CAPUT CIII.

3. q. 9. c. 9. Dignum eſt, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accuſatorum. Ideo quiſquis a quolibet criminatur, non ante accuſatus ſupplicio detur, quam accuſator præſentetur, atque legum, & canonum ſententia exquiratur. Quod ſi indigna ad accuſandum perſona invenitur ad ejus accuſationem, non judicetur, niſi ubi pro capite Regiæ majeſtatis cauſſa verſatur. *Tolet. VI. cap. 11. Vorm. cap. 42. Tullen. poſt epiſt. ſynod. Burch. lib. 16. cap. 5.*

CAPUT CIV.

Scriptum eſt in Carthaginenſi concilio, quod Apoſtolicæ ſedis per Fauſtinum Epiſcopum, qui tunc ab ea miſſus interfuit, probavit auctoritas. Accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus non credendum. *Ennod. pro Symmac. poſt princ.*

CAPUT CV.

Clamat in alio loco Carthaginenſe concilium, quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmovemus, & nullæ accuſationes a judicibus audiantur Eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur. *Ennod. pro Symmacho ante medium. Vide Carth. VII. cap. 2. Afric. cap. 96. L. Carth. cap. 130. G. Cæſar. lib. 5. cap. 81.*

CAPUT CVI.

Silveſter conſtituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre, &c. *Damaſ. in Silveſt. Lud. Imper. lib. 1. tit. 51. de teſtibus in Longob. Burch. lib. 1. cap. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 264. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 23. Cæſaraugust. lib. 5. c. 33. Tarr. lib. 2. cap. 16.* 2. q. 7. c. 1.

TITULUS XI.
DE CALUMNIATORIBUS.

CAPUT I.

Euphemius Epiſcopus, dum non probaſſet omnia, quæ teſtificabatur prima pollicitatione, damnatus eſt, & accepit anathema, dum non docuiſſet omnia, & ſubſcripſerunt omnes Epiſcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: „ Ex te enim damnaberis, quoniam Pontificem, qui te conſecravit Coepiſcopum, condemnabas, & accuſabas “. *Acta contra Polychr. tempore Xyſti III. in medio.*

CAPUT II.

Proditoris nec calumnia, nec vox audiatur. *Eleuth. epiſt. 1. ante finem. Nicæn. c. 59. apud Julium epiſt. 2. cap. 24. Fælix epiſt. 1. ante medium.* 3. q. 9. c. 1.

CAPUT III.

Deus, fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes, qui ſummo ſacerdotio funguntur, ut injuſtitias removeatis, & præſumptiones abſcindatis, & in ſacerdotio laborantibus ſuccurratis, & opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeatis, ſed ei, qui calumniam, & opprobrium patitur, adjutorium feratis, illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abſcindatis, &c. 2. q. 1. c. 7.
Similiter ſtatutum eſt, & nos eadem ſtatuta firmantes ſtatuimus, ut ſi aliquis clericorum, ſuis Epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium ſubmotus a clero, curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat, & infamis abſque ulla reſtitutionis ſpe permaneat. *Fabian. epiſt. 2. in med. & in fin. Greg. VII. lib. 7. reg. epiſt. 2. Anſelm. lib. 7. cap. 159. Denſd. cap. 4. Tarrac. lib. 2. cap. 23.* 11. q. 1. c. 32. Statuimus.

CAPUT IV.

Revera ibi ſemper cauſſa agatur, ubi crimen admittitur, & qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur, &c. *Fabian.* 2. q. 8. c. 4. Qui crimen. 3. q. 6. c. 1. & ult.

bian. epiſt. 3. cap. 4. Xyſtus III. epiſt. unic. cap. 4. Hadrianus Papa cap. 48. ad Epiſcopum Mediom. Burch. lib. 16. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. panorm. Capit. lib. 7. cap. 365.

CAPUT V.

6. q. 1. c. 17. Infames. Omnes, qui adverſus patres armantur, &c. & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam provocant, &c. infames ſunt. *Steph. epiſt. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part. 5. cap. 291. decret. Anſelm. lib. 3. c. 5. Deuſd. cap. 3. Cæſar. lib. 3. cap. 28. Tarrac. lib. 4. c. 8.*

CAPUT VI.

Accuſationis ordinem talem & didicimus, & ſervare jubemus, id eſt, ſi quis clericorum in crimine impetitur, non ſtatim reus exiſtimetur, qui accuſari potuit, ne ſuſpectam innocentiam faciamus. 2. q. 8. c. 3. Sed [quiſquis ille eſt, qui crimen intendit, in judicium veniat, &c. nec fore ſibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. *Eutychian. ep. 2. ante med. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 7. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 22. panorm. & part. 6. cap. 332. decret. Capitul. lib. 7. cap. 436. & in additis cap. 152.*

CAPUT VII.

2. q. 7. c. 50. Si quis Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud Epiſcopos, &c. fuerint accuſati, quicumque fuerit, ſive ille ſit ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit probationis documenta ſe debere inferre.
2. q. 3. c. 1. [Si quis ergo circa hujuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate hujus ſanctionis, intelligat ſe jacturam infamiæ ſuſtinere, ut damno pudoris, æſtimationis diſpendio, diſcat ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari, ſaltem de cætero non licere. *Cajus epiſt. 1. cap. 3. Anſelm. lib. 3. cap. 45.*

CAPUT VIII.

2. q. 3. c. 2. 4. q. 4. c. 2. Calumniator talionem recipiat. *Damaſ. ep. 3. c. 7. Burch. lib. 16. cap. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 23. panorm. & part. 6. c. 337. decret.*

CAPUT IX.

Scitote me criminari à quodam Baſſo, & injuſte perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus, noſtra auctoritate ſynodum congregari juſſit, & facto concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, licet evadere ſatis aliter potuiſſem, ſuſpicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi, me ſcilicet a ſuſpicione, & æmulatione liberans, ſed non aliis, qui noluerint, aut ſponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, &c. Condemnatus eſt autem memoratus Baſſus a jam dicta ſynodo, ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegetur propter humanitatem pietatis Eccleſiæ. *Xyſt. III. ep. unic. poſt princ.*

CAPUT X.

Si quis circa hujuſmodi perſonas (*loquitur de clericis*) non probanda detulerit, intelligat ſe jacturam infamiæ ſuſtinere, & ſub magna excommunicatione exilio deportari. *Xyſtus III. epiſt. unic. ante med. Hadr. ad Epiſcopum Mediom. c. 22. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. conſt. 41. Anſelm. lib. 3. c. 45. Capitul. lib. 7. c. 438.*

CAPUT XI.

Epiphanium presbyterum quorundam ſacerdotum literis criminaliter accuſatum, cujus nos, ut voluimus, diſcutientes cauſſam, nihilque in eo objectorum reperientes, ut ad locum ſuum reverteretur, abſolvimus. Criminis ergo ejus auctores rimari volumus perſcrutari, & niſi qui eaſdem tranſmiſit epiſtulas, paratus fuerit hoc, quod objecit, canonicis, atque diſtrictiſſimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ miniſterium communionis accedat. *Gregor. lib. 3. epiſt. 24. Januario Epiſcop.* 5. q. 6. c. 4.

CAPUT XII.

Omnis, qui falſa aliis intulerit, puniatur, & pro falſitate ferat infamiam. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 38. vide c. 22. them. 1. Anſelm. lib. 3. c. 88. Capitul. lib. 6. cap. 277. & lib. 7. cap. 348. & 197.* 5. q. 6. c. 1.

CAPUT XIII.

Qui in alterius famam in publico ſcripturam, aut verba contumelioſa confixerit, & repertus ſcripta non probaverit, flagelletur, & qui prius ea invenerit, rumpat, ſi non vult auctoris facti cauſſam incurrere. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 46. Ivo part. 4. c. 156. decr. & part. 16. cap. 235. decret. Capitul. lib. 7. c. 360.* 5. q. 1. c. 1.

CAPUT XIV.

Si quis Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine, dandam ei non eſſe communionem. *Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. cap. 58.*

CAPUT XV.

Requirendum a nobis ducitis, quid de eo judicandum ſit, qui quemlibet falſo criminatus fuerit, & poſtmodum accuſator fallax apparuerit. De hoc quamvis venerandæ leges abunde, quod juſtum eſt, innuant, nos tamen potius cum Apoſtolo vos ad miſericordiæ viſcera, quam ſe Deus ſuper ſacrificium velle teſtatur, ſemper convenit exhortari. *Nicolaus ad conſult. Burgar. c. 48.* *ad Coloſſ. c. 3. b. Matt. 9. b.*

CAPUT XVI.

Delator, ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, non niſi in finem accipiat communionem; ſi levior cauſſa fuerit, intra quinquennium accipiat communionem, ſi catechumenus fuerit, poſt quinquennium admittatur ad baptiſmum. *Elib. c. 73. Burch. lib. 6. c. 27. Ivo part. 10. c. 156. decret. Capitul. lib. 6. c. 244. & lib. 7. c. 205. & in additis c. 160.* 5. q. 6. c. 6.

CAPUT XVII.

Si quis Epiſcopum, presbyterum, vel diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. *Elib. c. 75. Burch. lib. 2. c. 195. Ivo part. 6. c. 240. decret.* 2. q. 3. c. 4. *Hæc pœna olim uſitata moderata eſt ab eccleſia ut ſcribit Innocent. epiſt. 1. ad Exup. cap. 11.*

CAPUT XVIII.

Qui falſo accuſant fratres ſuos uſque ad exitum non communicent, ſed falſus teſtis juxta ſcripturam impunitus non ſit. *Arelat. I. c. 14.* *Proverb. 19.*

CA-

CAPUT XIX.

3. q. 10. c. 2. * capitalia. Eos, qui falſa fratribus capitula * objeciſſe convicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare, ſicut magna ſynodus ante conſtituit, niſi digna ſatisfactione pœnituerint. *Arelaten. II. c.* 24. *Capitul. lib. 6. c.* 241.

CAPUT XX.

2. q. 6. c. ult. * clericum. Si quis ſæcularium per calumniam Eccleſiam, aut clerum * fatigare temptaverit, & convictus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & a catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur. *Agathenſ. cap.* 32. *Vormac. cap.* 24. *& cap.* 61. *Burch. lib.* 15. *c.* 5. *Ivo part.* 16. *cap.* 6. *decret. Anſelm. lib.* 3. *c.* 116.

CAPUT XXI.

Placuit accuſandi licentiam in veſtris ordinibus, ſi qua exiſtat, lenitate comprimere, &c. Sin autem de crimine aliquem putet (*Epiſcopus*) eſſe damnandum, accuſatoris voce * diſcutiendum ſe ſciat, fas eſt enim ut quæ uni probantur, probentur ab omnibus. *Vaſion. c.* 7. * vitæ

CAPUT XXII.

2. q. 4. c. 1. 1. Tim. 5. Si quis clericum in accuſatione fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli Apoſtoli duo, vel tria teſtimonia requirantur ab illo; quod ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare, quod dixit, excommunicationem accuſati accuſator accipiat. *Brac. II. c.* 8. *Burch. lib.* 2. *c.* 202. *Ivo lib.* 4. *tit.* 8. *c.* 13. *panorm. & part.* 6. *c.* 276. *decret. Capitul. lib.* 5. *c.* 240.

TITULUS XII.
DE CITATIONE.

CAPUT I.

c. 2. de accuſ. Greg. IX. c. 8. eod. tit. in 1. coll. Si quis Epiſcopus ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, &c. ad ſummos Primates cauſſa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco intra ipſam provinciam, tempore congruo, id eſt, autumnali, vel æſtivo, concilium regulariter convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejuſdem provinciæ Epiſcopis inibi audiatur, quo & ipſe regulariter convocatus, ſi eum aut infirmitas, aut alia gravis neceſſitas non detinuerit, adeſſe debebit, &c. Nec a communione 5. q. 3. c. 1. ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſſam ſuam dicendam, electorum judicum, die ſtatuta, litteris evocatus, minime occurrerit, hoc eſt, niſi cum aliqua præoccupaverit neceſſitas, infra ſpatium prædictorum menſium, & eo amplius prout cauſſa dictaverit. *Fœlix in ſynod. LXX. Epiſc. ep.* 2. *in princ. Hadrian. Papa c.* 5. *in princ. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib.* 1. *cap.* 174. *Ivo part.* 5. *c.* 292. *decret. Capit. lib.* 7. *c.* 143. *in additis.*

CAPUT II.

Si quis Epiſcopus legitime accuſatus, & ad concilium canonice convocatus fuerit, abſque ulla trepidatione ire debebit, & ſi ire non potuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat. *Fœlix II. in Syn. Rom. epiſt.* 1. *c.* 6.

CAPUT III.

Si Epiſcopus accuſetur de aliqua re a fide dignis, vocetur ab Epiſcopis: ſi venerit, & confeſſus, aut convictus fuerit, pœna definiatur delicto competens: ſi vocatus non paruerit, iterum vocetur duobus Epiſcopis ad eum miſſis: ſi ne tum quidem pareat, tertio vocetur duobus iterum Epiſcopis ad eum miſſis. Si vero etiam tum eos contemnat, neque compareat, ſynodus definiat in eum, quod arbitrabitur oportere, ut non lucrari videatur fugiendo. *Apoſt. c.* 74.

CAPUT IV.

Duodecim judices quilibet Epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, a quibus ejus cauſſa juſte judicetur, nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipſi per ſe eligantur, & regulariter vocatus * ad ſuorum primo conventum Epiſcoporum, per eos ejus cauſſa juſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. *Zephyr. epiſt.* 1. *ante med. Anſelm. lib.* 3. *c.* 41. *Cæſar. lib.* 5. *c.* 41. *Tarrac. lib.* 2. *c.* 52. 5. q. 4. c. 1. * vocatus ...

CAPUT V.

Nullus præfati ordinis (*loquitur de Epiſcopis*) vir accuſari poteſt, aut reſpondere ſuis accuſatoribus debet, prius quam regulariter a ſuo Primate vocatus ſit, locumque defendendi, & inquirendi accipiat ad abluenda crimina. *Steph. ep.* 2. *cap.* 4. *Burch. lib.* 1. *cap.* 177. *Ivo part.* 5. *c.* 293. *decret.*

CAPUT VI.

Eccleſiaſticam ſequentes regulam, vos, & illos Romæ regulariter ad judicium die ſtatuta, non ſub anguſto temporis ſpatio, ut excuſatio locum non inveniat, litteris, & apocriſariis evocavimus. Illique vocatione ſuſcepta ad diem inſtitutum venere, ſed vos, ne veſtris mendaciis caperemini, veſtraque calumnia enudaretur, venire diſtuliſtis. *Jul. epiſt.* 2. *in princ.*

CAPUT VII.

5. q. 2. c. 1. Vocatio ad ſynodum, juxta decreta patrum canonica, ejus, qui impetitur, tam ſua præſentia, quam & ſcriptis, atque apocriſariis, per ſpatium fieri debet congruum, atque canonicum, quia niſi canonice vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet evenerit ad conventum, quacumque neceſſitate, niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus, quoniam nec ſæculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis divinæ? *Damaſ. epiſt.* 3. *cap.* 4. *Burch. lib.* 1. *cap.* 156. *Ivo part.* 5. *cap.* 266. *decret. Anſelm. lib.* 3. *c.* 46. *Tarrac. lib.* 2. *c.* 65.

CAPUT VIII.

11. q. 1. c. 48. Clericus, ſive laicus ſi crimine, aut lite pulſatus fuerit, non alibi, quam in foro ſuo provocatus audiatur. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c.* 33. *vel* 35. *Anſelm. lib.* 3. *cap.* 88.

CAPUT IX.

4. q. 5. c. 1. Si quis Epiſcopus accuſetur, apud Primates provinciæ accuſator introducat cauſſam, ſed non prohibeatur a communione accuſatus, niſi ad defenſionem in judicium electorum ad judicandum non compareat vocatus per litteras ad certum tempus, puta intra menſem a die, qua receptiſſe litteras conſtat, &c. *Carth. cap.* 10. *G. Carth. III. cap.* 7. *L. Tullen. poſt epiſt. ſyn. Burch. lib.* 1. *cap.* 160. *Ivo lib.* 4. *tit.* 10. *cap.* 2. *panorm. & part.* 5. *cap.* 270. *decret. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 33.

TI-

TITULUS XIII.
IN ACCUSATIONE PRÆSENTES DEBENT ESSE ACCUSATOR, ET REUS.

CAPUT I.

De accuſ. c. 24. Qualiter, & quando, 2. ap. Greg. IX. & in 4. coll. eod. tit. cap. 4. NON eſt conſuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is, qui accuſatur, præſentes babeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Act. cap. 25. d. ait Feſtus Romanus Præſes.*

CAPUT II.

Debet eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentaverit, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 8.*

CAPUT III.

5. q. 9. c. 1. Accuſatori omnino non credi decernimus, qui abſente adverſario cauſſam ſuggerit, ante utriuſque partis diſcuſſionem. *Nicæn. cap. 33. apud Jul. epiſt. 2. cap. 9. Teleſph. epiſt. unic. cap. 4. Anſelm. lib. 3. cap. 13. al. 12.*

CAPUT IV.

2. q. 7. c. 52. Criminationes majorum natu per alios non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, &c. *Nicæn. cap. 58. apud Jul. epiſt. 2. cap. 20. Hygin. epiſt. 1. cap. 3. Lucius epiſt. unic. cap. 2. Dionyſ. ep. 2. in med. Ivo part. 6. c. 326. decr.*

CAPUT V.

3. q. 9. c. 11. & 8. Abſente adverſario non audiatur accuſator, nec ſententia, abſente parte alia, a judice dicta ullam obtinebit firmitatem, neque abſens per alium accuſari, aut accuſare poteſt. *Fælix in ſyn. LXX. Epiſc. epiſt. 2. in med. Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 5. ibem. 7. 8. 9. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 248. & part. 6. cap. 331. & part. 16. cap. 316. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 7. Capit. lib. 7. cap. 354. & in addit. cap. 103. & 143. Cæſar. lib. 5. cap. 30. Tarrac. lib. 2. cap. 12.*

CAPUT VI.

3. q. 9. c. 2. Caveant judices Eccleſiæ, ne abſente eo, cujus cauſſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, immo & cauſſam in ſynodo profecto * dabunt. *Eleuth. epiſt. unic. cap. 3. Carth. IV. cap. 30. Hadrian. c. 49. ad Epiſc. Mediom. Ivo part. 6. cap. 319. decret. Anſelm. lib. 3. c. 28. Capit. lib. 6. cap. 279. & lib. 7. cap. 219. Burch. lib. 16. cap. 14. Cæſar. lib. 3. cap. 65. Tarrac. lib. 2. cap. 58.*

* *facto.*

CAPUT VII.

3. q. 8. c. 2. in fin. Abſens vero nemo judicetur, quia & divinæ, & humanæ hoc prohibent leges. *Zephyr. epiſt. 1.*
3. q. 9. c. 13. *poſt princ. Burch. lib. 16. cap. 13. Anſelm. lib. 3. cap. 58. Ivo part. 5 cap. 245. decret.*

CAPUT VIII.

Nullus doctorem per ſcripta accuſet, nec niſi fideli & legitimo, qui etiam irreprehenſibilem vitam, ac converſationem ducat, accuſatori reſpondeat, &c. *Calliſt. epiſt. 1. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 135. Ivo part. 5. cap. 234. decret.*

CAPUT IX.

2. q. 8. c. 1. Rimandæ ſunt enucleatim perſonæ accuſato-
3. q. 9. c. 3. rum, quæ ſine ſcripto difficile, per ſcriptum autem nunquam recipiantur, quia per ſcripturam nullus accuſare, vel accuſari poteſt, ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem. Nec abſente eo, quem accuſare voluerit, cuicumque accuſatori credatur. *Calliſt. epiſt. 2. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 171. Ivo part. 5. c. 289. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 54.*

CAPUT X.

Omnia, quæ adverſus abſentes in omni nego- *3. q. 9. c. 4.*
tio, aut loco aguntur, aut judicantur, omnino evacuentur, quoniam abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *Cornel. epiſt. 1. cap. 2. Anſelm. lib. 3. cap. 57. Capit. lib. 7. cap. 143. in addit. Tarrac. lib. 2. cap. 61.*

CAPUT XI.

Per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed *2. q. 8. c. ult.*
propria voce, ſi legitima & condigna accuſatoris perſona fuerit, præſente videlicet eo, quem accuſare deſiderat, quia nullus abſens, aut accuſare poteſt, aut accuſari. *Steph. ep. 2. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 177. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 1. panorm. & part. 5. cap. 293. & part. 6. cap. 328. decret. Tarrac. lib. 2. cap. 9.*

CAPUT XII.

Caveant judices Eccleſiæ, ne abſente eo, cu- *3. q. 9. c. 2.*
jus cauſſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, qui etiam rationem pro actione fratrum in præſentia dabunt. *Felix epiſt. 1. ante med. Nicæn. cap. 61. apud Jul. epiſt. 2. cap. 24.*

CAPUT XIII.

Crimina, quæ Epiſcopis impingere dicis, per alios non ſinas ullo modo fieri, niſi per ipſos, qui crimina intendunt, &c. *Dionyſ. epiſt. 2. in med.*

CAPUT XIV.

Nec oportet quemquam judicari, aut damnari, *3. q. 9. c. 5.*
antequam ſuos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ſpatiolum ad abluenda crimina. *Jul. epiſt. 2. cap. 31. Marcell. epiſt. 2. ante med. Dionyſ. epiſt. 6. in fin.*

CAPUT XV.

Nullus introducatur perſonaliter, ſed accuſa- *4. q. 4. c. 2.*
tores, & accuſati æqua audiantur ratione, juxta quod geſtorum ordo exigit. *Damaſ. epiſt. 3. cap. 7. Ivo part. 6. cap. 337. decret.*

CAPUT XVI.

Habetur quoque in decretis ſanctorum Pa- *3. q. 9. c. 6.*
trum ſancitum, non fore canonicum, quemquam ſacerdotem judicare, vel damnare, antequam accuſatores canonice examinatos præſentes habeat. *Damaſ. epiſt. 3. cap. 8. Ivo part. 6. cap. 347. decret.*

CAPUT XVII.

Relatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, vos accu- *5. q. 2. c. 3.*
ſationes fratrum per ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore, quod deinceps in omni orbe terrarum fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus, &c. nec unquam prius per ſcripta eorum, *11. q. 3. c.*
qui accuſantur, cauſſam diſcutere, quam per *76. Eorum.*
querulantium inſtitutiones vocati, canonice ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat, quæ obiiciuntur ei, &c. Nam & Dominus noſter Jeſus Chriſtus *11. q. 1. c.*
Judam furem eſſe ſciebat, sed quoniam non eſt *17. De ma-*
præſentialiter accuſatus, ideo non eſt ejectus. *nifeſtum.*

Digitized by Google

Nec nos ullo modo agere oportet, quod ille noluit facere, leges enim ſæculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Unde canonica Patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes, nec teſtimonia ulla per ſcripta poſſe proferri, nec de aliis negotiis quicumque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Si-
3. q. 9. c. 8. militer & [qui accuſare alium elegerit, præſens per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum quoque eſt, ne ira quemquam ſubripiat, faciatque citius, quod non licet. *Damaſ. ep. 6. in princ. & in fin. Anſelm. lib. 3. c. 47. Capitul. lib. 5. cap. 244. Ivo part. 6. c. 148. decret.*

CAPUT XVIII.

Placuit, ut nullus Epiſcopus quemquam clericorum judicare, aut damnare præſumat, niſi accuſatus legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 20.*

CAPUT XIX.

3. q. 3. c. 3. In criminalibus cauſſis nec accuſator, niſi per ſe aliquem accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defenſare permittitur. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 35. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 4. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 88. Tarrac. lib. 4. c. 54.*

CAPUT XX.

2. q. 6. c. 39. Si quando in cauſſa capitali, vel in cauſſa ſtatus interpellatum fuerit, non per procuratores, ſed per ipſos eſt agendum. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 41. Anſelm. lib. 3. cap. 88. Capit. lib. 7. cap. 337. & in addit. cap. 140.*

CAPUT XXI.

Accuſationem per litteras, & abſente qui accuſat, ſacri canones non recipiunt. *Greg. VII. lib. 1. regiſtr. epiſt. 66.*

CAPUT XXII.

Novit fraternitas tua, quod perſonis abſentibus accuſationem per ſcripta canonica non probet auctoritas, nec abſque partium diſceptatione per cognita in examinatione recipiat cauſſas. *Greg. VII. lib. 2. regiſtr. epiſt. 4.*

CAPUT XXIII.

3. q. 9. c. 9. Dignum. Quiſquis a quolibet criminatur, non ante accuſatus ſupplicio detur, quam accuſator præſentetur, atque legum, & canonum ſententia exquiratur. *Tolet. VI. cap. 11. Vorm. cap. 42. Tullen. poſt epiſt. ſynod. Burch. lib. 16. cap. 5.*

CAPUT XXIV.

Quomodo eſt poſſibile, altero accuſato, pro eo alterum dicere? *Flavian. in ſyn. CP. adverſus Eutych. act. 4. cujus mentio fit in concil. Chalc. act. 1. ante med.*

TITULUS XIV.

DE LIBELLO ACCUSATORIS.

CAPUT I.

2. q. 8. Accuſator, c. 1. 3. q. 9. c. 3. Rimandæ ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, quæ ſine ſcripto difficile, per ſcriptum autem numquam recipiantur, quia per ſcripturam nullus accuſare, vel accuſari poteſt, &c. *Calliſt. epiſt. 2. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 171. Ivo part. 5. cap. 289. decr. Anſelm. lib. 3. c. 54.*

CAPUT II.

Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convicium non eſt pro accuſatione habendum, ſed permiſſo tractandi ſpatio id, quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur; ut ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ per iracundiam dixit, iterare, aut ſcribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo, qui crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum. *Fabian. epiſt. 3. cap. 4. Xyſt. III. epiſt. 1. cap. 3. & 4. Hadr. cap. 47. & 48. ad Epiſc. Mediom. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 21. panorm. & part. 6. c. 324. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 79. Burch. lib. 16. cap. 3. Capit. lib. 7. cap. 364. & 365.* 2. q. 3. c. 5. de pœnit. d. 1. c. 22. 2. q. 8. c. 4.

CAPUT III.

Si Primates accuſatores Epiſcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice convocatam, non intra anguſta tempora canonice convocent, & non prius quam eis per ſcripta ſignificent, quid eis opponitur, ut ad reſponſionem præparati adveniant, &c. *Felix II. & ſyn. Rom. epiſt. 1. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 221. Ivo part. 5. cap. 355. decret.*

CAPUT IV.

Hincmarus Archiepiſcopus dixit: „ Habetis libellum reclamationis, aut poſtulationis, ſicut Eccleſiaſtica ſe habet traditio “. Illi autem reſponderunt, ſe præ manibus nullum libellum habere. Hincmarus Archiepiſcopus dixit: „ Legum Eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas talis eſt, ut in cauſſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeo ut qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen præcipiatur: qui ad ſummum ſacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur; ordinatus autem a ſuis ordinatoribus litteras accipere jubetur, qui etiam ab Eccleſiaſtica ſocietate quolibet exceſſu diſcinditur, libellari ſcriptione, aut recipitur, aut deiicitur. Sed qui accuſatur, aut qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, vel reconciliatus commendari jubetur “. *Synod. apud S. Medard. in cauſſa Hincmari in princ. Burch. lib. 2. cap. 197. Ivo lib. 6. cap. 269. decr.* De libell. oblat. c. 1. ap. Greg. IX. coll. 1. eod. tit. c. unic. 2. q. 1. c. 9.

TITULUS XV.

DE INSCRIPTIONE.

CAPUT I.

Si quis non hæreticus, non excommunicatus, non judicatus, non accuſatus dicat ſe habere Eccleſiaſticam accuſationem contra Epiſcopum, ante omnes Epiſcopos provinciæ inſtituat accuſationes, & illic probet crimina Epiſcopi. Si vero nequeant provinciales corrigere illata crimina, tunc ad majorem ſynodum Epiſcoporum veniant, quam illa erat, neque ante accuſatio inſtituatur, quam ſe ſimili pœnæ (*accuſatores*) inſcribant, ſubituri eam, ſi quid per calumniam intendant. *CP. cap. 6. G.* De accuſ. c. 24. Qualiter, & quando, ap. Greg. IX. c. 4. eod. titul. in 4. coll.

CAPUT II.

Sancti patres provide ſtatuerunt, ut accuſatio Prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis co-

columnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Prælatis, ne criminarentur injuſte, ut tamen caverent, ne delinquerent inſolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet, ut criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intendit, niſi legitima
* *præcedat.* procedat * inſcriptio, nullatenus admittatur, &c. Sicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denuntiationem charitativa admonitio. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap.* 8.

CAPUT III.

2. q. 8. c. 4. 3. q. 6. c. 1. & ult. Omnis, qui crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum, &c. Revera ſemper ibi cauſſa agatur, ubi crimen admittitur, & qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur. *Fabian. epiſt. 3. c. 4. Xyſt. III. epiſt. unica c. 4. Hadrian. Papa c. 48. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 16. c. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 21. panorm. & part. 6. c. 324. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 79. Capitul. lib. 7. cap. 365. Cæſar. lib. 5. cap. 52. Tarrac. lib. 4. c. 40.*

CAPUT IV.

Accuſationis ordinem talem & didicimus, & ſervari jubemus, id eſt, ſi quis clericorum in crimine impetitur, non ſtatim reus exiſtimetur, qui accuſari potuit, ne ſuſpectam innocentiam
2. q. 8. c. 3. faciamus. Sed [quiſquis ille eſt, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat, cuſtodiat ſimilitudinem, habita tamen dignitatis æſtimatione potiatur. Nec fore ſibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. *Eutych. epiſt. 2. cap. 2. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 7. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 22. panorm. & part. 6. c. 332. decr. Capitul. lib. 7. c. 436. & in additis c. 152.*

CAPUT V.

4. q. 4. c. 2. Accuſatores, & judices non iidem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe judices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, unuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordi-
2. q. 3. c. 2. ne. Nam inſcriptio primo ſemper fiat, ut talionem calumniator recipiat: quia ante inſcriptionem nemo debet judicari, vel damnari, cum & ſeculi leges hæc eadem retineant, de quibus o-
* *æqualitas.* mnibus vera ſemper fiat æquitas *: quatenus accuſationis, & judicii, ac teſtimonii mercedem, per veritatem geſtorum, conſequi valeant, &c. *Damaſ. ep. 3. cap. 7. Burch. lib. 16. cap. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 23. panorm. & part. 6. cap. 337. decret.*

CAPUT VI.

3. q. 9. c. 8. Qui alium accuſare elegerit, præſens per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. *Damaſ. ep. 6. in fin. Ivo part. 6. c. 348. decret. Anſelm. lib. 3. c. 47.*

CAPUT VII.

2. q. 5. Mandaſtis, c. 10. Scitote me criminari a quodam Baſſo, & injuſte perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate ſynodum congregari juſſit, & facto concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, licet evadere ſatis aliter potuiſſem, ſuſpicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me ſcilicet a ſuſpicione, & æmulatione liberans; ſed non aliis, qui noluerint, aut ſponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, cum ſcriptum ſit: *Si quis* 2. q. 8. c. 4. & 3. q. 6. c. 1. & ult.
crimen obiicere voluerit, ſcribat ſe prius probaturum; & alibi: *Criminationes adverſus doctorem nemo recipiat*; & iterum: [*Si quis Epiſco-* 2. q. 7. c. 50.
pus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud Epiſcopum, a qualibet perſona fuerint accuſati, quicumque fuerit, ſive ille ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius generis perſona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monſtranda documentis ſe debere inferre. Xyſt. III. ep. unic. c. 1. Caius ep. 1. c. 3. Conſtit. 41. tit. 2. lib. 16. Cod. Theod. Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 22. & 48. Anſelm. lib. 3. cap. 45. Capitul. lib. 7. cap. 438.

CAPUT VIII.

Non licet presbytero, nec diacono, quemquam inſcribere, ſed in vice ſua, ſi cauſſam habuerit, aut fratrem, aut quemcunque ſæcularem roget. *Antiſiod. c. 41.*

TITULUS XVI.

DE DEFENSIONE NON NEGANDA.

CAPUT I.

Nullus præfati ordinis vir (*loquitur de Epiſcopis*) accuſari poteſt, aut reſpondere ſuis accuſatoribus debet, prius quam regulariter a ſuo Primate vocatus ſit, locumque defendendi, & inquirendi accipiat ad abluenda crimina. *Steph. ep. 2. cap. 4. Burchard. lib. 1. cap. 177. Ivo part. 5. c. 293. decret. vide Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 20.*

CAPUT II.

Non oportet quemquam judicari, vel damna- 3. q. 9. c. 5. Act. c. 25.
ri priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Marcell. epiſt. 2. ante med. Damaſ. epiſt. 6. in fin. Jul. epiſt. 2. cap. 31. ad Orientis Epiſcopos.*

CAPUT III.

Tempus congruum prævideri oportet, quando uniuſcujuſque accuſatæ perſonæ cauſſa rectiſſime in medio producatur, &c. Nullus autem in- 4. q. 4. Nullus, c. 2.
troducatur perſonaliter, ſed accuſatores, & accuſati æqua audiantur ratione, juxta quod geſtorum ordo exigit. *Damaſ. ep. 3. c. 7. Ivo part. 6. c. 337. decret.*

TITULUS XVII.

DE DILATIONIBUS.

CAPUT I.

Præſul (*ſpoliatus*) cum omni honore ſtatui 2. q. 2. c. 8. Si Epiſcopus.
priſtino reddatur, & ipſe diſpoſitis, ordinatiſque libere, atque ſecure diu ſuis, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, aut ſex, aut ſeptem menſes, juxta quod poſſibilitas ei fuerit & non ante, convocatus ad tempus concilio in legitimo, & canonico, veniat ad cauſſam; & ſi ita juſte videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat. *Felix in ſyn. LXX. Epiſc. ep. 2. poſt princ. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 5. panorm. & part. 5. c. 248.*

c. 248. *decret. Hadrian. Papa cap.* 5. *ad Epiſcop. Mediom. Capitul. lib.* 7. *c.* 143. *in additis.*

CAPUT II.

Si ſæculares humana multipliciter explorantur homines lege, & requiſitiones, atque induciæ eis multorum menſiũ conceduntur, ne injuſte damnentur, quanto magis Epiſcopis, qui proximiores ſunt Deo, & ſuper eos conſtituti, politique in cæleſti militia, quæ impenſius ponderanda eſt, tempora ſunt concedenda multo ampliora, ne a quibuſdam graventur, aut opprimantur, vel ſubito damnentur? *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep.* 1. *in princ.*

CAPUT III.

5. q. 2. c. 4. Si Primates accuſatores Epiſcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice convocatam, non infra anguſta tempora, canonice convocent, & non prius, quam eis per ſcripta ſignificent, quid eis opponitur, ut ad reſponſionem præparati adveniant, &c. *Fœlix II. in ſynod. Rom. ep.* 1. *c.* 3. *Burch. lib.* 1. *c.* 221. *Ivo part.* 5. *c.* 315. *decret.*

CAPUT IV.

Si quis Epiſcoporum fuerit ſuis rebus ſpoliatus, aut a ſua Eccleſia vi, aut timore expulſus, quod omni chriſtiano nomini eſt inimicum, oportet, & decet Epiſcoporum propoſitum, ſemper prima fronte cedere, ut omnia, quæ ei ablata ſunt, poteſtati ejus legaliter reddantur, & Præſul prius reſtituatur, & poſtea non ſtatim, ſed diu, & per ſpatioſa tempora ſuis poteſtative diſpoſitis, & ad ſuam neceſſitatem præparatis, ad tempus veniat ad cauſſam; & ſi juſte viſum fuerit, accuſatoribus reſpondeat ſuis. *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep.* 1. *c.* 4 *Jul. ep.* 2. *c.* 35.

CAPUT V.

Si quis aliter non acquieverit, niſi ut Epiſcopum accuſet, ſupra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non poteſt accuſatio exiſtere. Tunc primo accuſati cauſſam accuſator apud Primates canonice deferat, nec a communione prohibeatur accuſatus, niſi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres, aut ſex, vel plures menſes pro ſuis rationem redditurus venire diſtulerit, &c. Ille vero, qui vi, aut timore a ſede pulſus, aut ſuis rebus ſpoliatus fuerit, non prius vocetur ad ſynodum, quam ei omnia legi-
3. q. 2. c. Tamdiu, 7. bus redintegrentur. Et tamdiu in ſede propria pacifice, & poteſtative cuncta diſponens reſideat, quamdiu expulſus, vel ſpoliatus carere viſus eſt
3. q. 3. c. 1. rebus. Cum autem ad judicium venerit, ſi voluerit, & neceſſe fuerit, induciæ ei petenti a patribus conſtitutæ abſque impedimento concedantur, & judices a ſe electi tribuantur, &c. *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep.* 1. *c.* 8. *Ivo lib.* 4. *tit.* 6. *c.* 8. *& tit.* 8. *c.* 16. *panorm. Anſelm. lib.* 3. *c.* 52.

CAPUT VI.

3. q. 3. c. 2. De induciis vero Epiſcoporum, &c. diverſas a patribus regulas invenimus conſtitutas. Quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & concilia * Epiſcoporum, atque amicorum quærenda, annum, aut * ſex mandaverunt menſes concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant: minus vero, quam ſex menſes non reperiri, quia & laicis hæc indulta ſunt, quanto magis Domini ſacerdotibus? &c. Induciæ namque non ſub anguſto tempore, ſed ſub longo ſpatio, concedendæ ſunt, ut accuſati ſe præparare, & univerſos communicatores in provinciis poſitos convenire, & teſtes præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant. *Felix II. in ſyn. Rom. epiſt.* 1. *cap.* 20. *Burch. lib.* 1. *c.* 180. *Ivo part.* 5. *c.* 296. *decret. & lib.* 4. *tit.* 9. *c.* 2. *panorm.*

* *conſilia.*
* *&*

CAPUT VII.

Induciæ non modicæ ad inquirendum dandæ 3. q. 3. c. 3.
ſunt, ne aliquid præpropere agi a quacumque parte videatur, quia per ſurreptionem multa proveniunt. *Eleuth. ep. unic. c.* 2. *Ivo lib.* 4. *tit.* 9. *c.* 3. *panorm. & part.* 6. *c.* 317. *decret. Anſelm. lib.* 3. *c.* 53.

CAPUT VIII.

Pulſatus ante ſuum judicem cauſſam dicat, & 3. q. 6. c. 3.
ante non ſuum judicẽ pulſatus, ſi voluerit, taceat, & ut pulſatis, quotiens appellaverint induciæ dentur. [Si quis ergo iratus crimen aliquod cuilibet 2. q. 3. c. 5. & de pœnit. diſt. 1. c. 22.
temere objecerit, convitiũ non eſt pro accuſatione habendum, ſed permiſſo tractandi ſpatio, id, quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur: ut ſi forte reſipiſcens, quæ præ iracundia * dixit, iterare aut ſcribere noluerit, non ut * *per iracundiam.*
reus criminis teneatur. *Fabian. epiſt.* 3. *c.* 3. *&* 4. *Xyſt. III. in epiſt. ad Orientis Epiſc. c.* 3. *Hadrian. Papa c.* 56. *ad Epiſc. Mediom Burch. lib.* 16. *c.* 10. *Ivo lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 21. *& tit.* 12. *c.* 1. *in fin. panorm. & part.* 6. *c.* 323. *&* 324. *decret. & epiſt.* 239. *ad Gumbald. Antiſiod. Epiſc. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 73. *&* 79. *Capitul. lib.* 7. *c.* 364. *&* 367. *Cæſar. lib.* 5. *c.* 52. *Tarrac. lib.* 4. *c.* 40.

CAPUT IX.

Nullus præfati ordinis vir (*loquitur de Epiſcopis*) accuſari poteſt, aut reſpondere ſuis accuſatoribus debet, priuſquam regulariter a ſuo Primate vocatus ſit, locumque defendendi, & inquirendi accipiat ad abluenda * crimina. *Steph. ep.* * *abluendi.*
2. *cap.* 4. *Burchard. lib.* 1. *c.* 177. *Ivo part.* 5. *c.* 293. *decret.*

CAPUT X.

Qualiter ad concilium veniatur, &c. aut qualiter ejectis, & ſpoliatis ſint omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata ſunt, &c. & qualiter illis induciæ poſt integram reſtitutionem anniverſariæ, vel ſex menſium indulgendæ ſint, &c. ſufficienter ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ac noſtris prædeceſſoribus ſtatutum eſſe putamus. *Cajus ep.* 1. *c.* 3.

CAPUT XI.

His rite peractis, ſuiſque omnibus libere diſpoſitis, ſi tum juſte videtur, ſuis reſpondeat (*ſpoliatus*) accuſatoribus, & inducias, ſi ei neceſſe fuerit, accipiat non modicas, ut explorare valeat ea, quæ obiciuntur ei, ne aliqua deluſus fraude, innocenter ruat, quoniam non oportet quem- 2. q. 9. c. 5. Non oportet.
quam judicari, vel damnari, prius quam præſentes legitimos habeat accuſatores, locumque de-

ſen-

ſendendi accipiat ad abluenda crimina. *Marcell. ep. 2. ante med.*

CAPUT XII.

3. q. 2. c. 6. Prius ergo. Prius oportet omnia (*ſpoliatis Epiſcopis*) legibus redintegrari, & Eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum omni privilegio ſibi reſtitui, & poſtmodum non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum ſpoliati, vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum convocentur, &c. *Euſeb. epiſt. 2. in fin. Symmac. in ſyn. V. Rom. in med. Joann. ep. 1. in princ. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 7. panorm. & part. 5. c. 249. decret. Anſelm. lib. 3. c. 51. al. 44.*

CAPUT XIII.

Nec oportet quemquam judicari, aut damnari, antequam ſuos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ſpatioſum ad abluenda crimina. *Jul. epiſt. 2. c. 31. Damaſ. epiſt. 6. in fin. Capitul. lib. 7. c. 184.*

CAPUT XIV.

3. q. 3. c. 4. Induciæ accuſatis in criminalibus Epiſcopis ſex menſium, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit, concedendæ ſunt: quoniam & laicis hoc permiſſum, nullus ſæcularibus imbutus diſciplinis ignorat, quanto magis ſacerdotibus, qui ſuperiores eſſe eis non dubitantur? [Habetur quoque in decretis 3. q. 9. c. 6. ſanctorum patrum ſancitum, non fore canonicum, quemquam ſacerdotum judicare, vel damnare, antequam accuſatores canonice examinatos præſentes habeat, locumque defendendi accipiat, id eſt, inducias Eccleſiaſticas ad abluenda crimina. *Damaſ. epiſt. 3. c. 8 Ivo lib. 4. tit. 9. c. 1. panorm. & part. 5. c. 287. & part. 6. c. 347. decret. Tarrac. lib. 6 c. 146.*

CAPUT XV.

De præſumpt. Nullus, c. 4. apud Greg. IX. & eod. tit. in 1. coll. cap. 5. Confitetur de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat, &c. „ Dilationem tamen dedimus, & decrevimus, veſtrû debere intra provinciam eſſe judicium, & congregari ſynodum ante diem Kal. Novembr. “, &c. *Bonifac. epiſtol 2. in princ. & in fin. Burch. lib. 1. c. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 1. panorm. & part. 5. c. 271. decr. Anſelm. lib. 3. c. 34.*

CAPUT XVI.

3. q. 9. Decernimus, c. 10. Illud ſtudere te convenit, ut hi, qui contra quoslibet juriſdictioni tuæ ſuppoſitos cauſſam habuerint, nullis apud fraternitatem tuam fruſtratoriis debeant dilationis bulaceſſiri, ne ad fatigationem, & damnum alterius hæc tibi ſervaſſe privilegia videamur. *Greg. Fortunato Epiſc. Neapolit. lib. 5. regiſt. epiſt. 11.*

CAPUT XVII.

4. q. 5. c. 1. Quiſquis. Si veras & neceſſarias cauſas oſtenderit (*Epiſcopus*) cur prohibitus ſit comparere ad defenſionem eorum, quæ contra ipſum propoſita ſunt, intra alterum menſem audiatur. Poſt eum menſem non communicabit, donec abſolvatur. Si vero ad ſynodum anniverſariam omnium comparere noluerit, ut etiam illic terminetur, ipſe ſe condemnaſſe videtur. *Carth. c. 19. G. Carthag. III. cap. 7. L. Trull. poſt epiſt. ſynod. Burch. lib. 1. c. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 2. panorm. & part. 5. cap. 270. decret. Anſelm. lib. 3. c. 33.*

CAPUT XVIII.

Dicit Petrus (*Epiſcopatu pulſus*) ſe ſuam quidem poſſe cauſſam probare, ſed defenſionis tempus ſibi non eſſe datum, nec auditionem canonicam ſibi fuiſſe propoſitam. Sin autem tale quid factum eſſet, ipſa actorum productio eum convinceret, & vel oſtenderetur eum propter ſua crimina condemnatum, nec eſſe quod ſe injuria affectum eſſe diceret, vel eum abſolutum pronuncians, rurſus concederet, ut præeſſet Eccleſiæ, eaque illius manui, poteſtatique ſubeſſet. Cum autem nihil factum ſit ejuſmodi, de re quidem alta voce queritur, & intolerabilem injuriam ſe dicit accepiſſe, & inique ejectum eſſe; adjiciens omnes quoque, quas habebat pecunias, eſſe ſibi ſublatas. Tua itaque pietas ſciens, & quod divinis canonibus videtur, & quod Eccleſiæ convenit, iiſque qui ſunt in ſacro miniſterio initiati, & noſtrarum præterea litterarum aliquam rationem ducens, ſiſtat ſeni lacrymas, & ſi velit quidem cum iis judicio contendere, qui crimina in eum intendunt, pro tuæ pietatis conſuetudine litiget, una adſiſtentibus ſcilicet, qui tuæ manui ſubſunt, Epiſcopis, præterquam ſi non aliquos recuſat ut ſuſpectos: nullum enim religioſiſſimorum Epiſcoporum in fratrem inimico eſſe animo credimus. Ne autem hic prætextus, futurum de eo judicium diſſolvat, ut non jure factum eſſe videatur, non grave eſt, a conſeſſu abeſſe eos, qui ſuſpecti ſunt. *Cyrillus Epiſcop. Alexand. ad Dominum.*

TITULUS XVIII.

DE REO CONTUMACE.

CAPUT I.

ADverſus citatum ter, & contumacem ſententia lata. *In ſyn. Epheſ. & Chalc. multis in locis, maxime in hac act. 3. vide Evagr. lib. 1. hiſt. c. 2.*

CAPUT II.

Debet eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi per contumaciam abſentaverit. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 8.* De accuſ. c. 24. ap. Gr. IX. & c. 4. eod. tit. in 1. coll.

CAPUT III.

(*Anaſtaſium Cardinalem*) auctoritate ſuffulti canonica, Apoſtolicis litteris per tertiam, & quartam vicem vocavimus; & ubi redire diſtulit, congregatis Epiſcoporum conciliis, cum eum non potuiſſemus videre, vel habere ſpecialem præſentiam, communi eum decreto ſancta communione privavimus, volentes ſiquidem ſuam, per hujus excommunicationis cenſuram, ad gremium ſanctæ, quo diſceſſerat, matris Eccleſiæ perſonam reducere, &c. Poſt nodum vero, &c. expectantibus nobis uſque ad diem ſtatutum, & ultra, præfatus presbyter non advenit; poſt tranſactum autem placitum, dum eum mandatis noſtris temere renitentem conſpexiſſemus, &c. ne ulterius ſuo exemplo Eccleſiaſticus ordo confunderetur, & Chriſtianitatis religio profanaretur, anathematis eum vinculo cum ſacerdotum noſtrorum conſenſu innodavimus. *Leo IV. in actis ſyn. Rom. contra Anaſtaſ.*

CAPUT IV.

Si quis aliter non acquieverit, niſi ut Epiſcopum

pum accuſet, ſupra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non poteſt accuſatio exiſtere. Tunc primo accuſati cauſſam accuſator apud Primates canonice deferat, nec a communione prohibeatur accuſatus, niſi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres, aut ſex, vel plures menſes, pro ſuis rationem redditurus venire diſtulerit. *Felix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 8.*

CAPUT V.

Si Epiſcopus accuſetur de aliqua re a fide dignis, vocetur ab Epiſcopis. Si venerit, & confeſſus, aut convictus fuerit, pœna definiatur convicto competens. Si vocatus non paruerit, iterum vocetur duobus Epiſcopis ad eum miſſis. Si etiam ſic non obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rurſus miſſis Epiſcopis. Si vero etiam tum eos contemnat, neque compareat, ſynodus definiat in eum, quod arbitrabitur oportere, ut non lucrari videatur fugiendo. *Apoſt. c. 74.*

CAPUT VI.

De præſumpt. c. 4. apud Greg. IX. c. 5. eod. tit. in 1. coll. Nullus dubitat, quod ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum innocens, ut abſolvatur, requirit, &c. Nec ſuſpicione caret, qui alium calumniis derogat, falſa dixiſſe, cum ipſe ad judicium, ut probet, quæ intulit, evocatus venire diſtulerit, &c. *Jul. ep. 2. in princ. Burchard. lib. 1. c. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 1. & ult. panorm. & part. 5. c. 271. decret. Anſelm. lib. 3. c. 34. & 84. decret.*

CAPUT VII.

3. q. 9. c. 10. Decernimus. *in fin.* Manifeſtum eſt, ſuum eos confiteri crimen, qui toties accuſati * abſque inevitabili cauſſa venire diſtulerint, & purgandi ſe voluntate non utuntur. *Julius ep. 2. c. 1.*

* *vocati.*

CAPUT VIII.

De præſumpt. c. 4. apud Greg. IX. c. 5. eod. tit. in 1. coll. Conventus etiam dicitur evitaſſe, & adeſſe minime voluiſſe (*Maximus.*) Et nullus dubitat, quod ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum, ut abſolvatur, qui eſt innocens, quærit. Sed aſtuta cavillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, numquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat, &c.

3. q. 9. Decernimus, cap. 10. „ Dilationem tamen dedimus, & decrevimus veſtrum debere intra provinciam eſſe „ judicium, & congregari ſynodum ante diem „ Kal. Novembr. ut ſi adeſſe voluerit, præſens, „ ſi confidit, ad objecta reſpondeat, ſi vero adeſ- „ ſe neglexerit, dilationem ſententiæ de abſen- „ tia non lucretur“; nam manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto, & totiens delegato judicio purgandi ſe occaſione non utitur, nihil enim intereſt, utrum in præſenti examine omnia, quæ dicta ſunt, comprobentur, cum ipſa quoque pro confeſſione procurata toties conſtet abſentia, &c. *Bonifac. ep. 2. in princ. & in fin. vide Jul. ep. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 1. & ult. panorm. & part. 5. c. 271. decret. Anſelm. lib. 3. c. 34. & 84.*

CAPUT IX.

11. q. 3. c. 9. Placuit. Ob negligentiam ſuam excommunicatus Epiſcopus, vel clericus, ſi antequam audiatur, communicaverit, ipſe contra ſe ſententiam tulit. *Carthag. cap. 29. G. Corpus canon. Carthag. c. 29. L. Burch. lib. 1. c. 200. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 22. panorm. & part. 5. c. 314. & part. 14. c. 39. decret. Anſelm. lib. 12. c. 27. Capitul. lib. 5. c. 28. Cæſar. lib. 14. c. 28.*

CAPUT X.

Si quis Epiſcopus accuſetur apud Primates provinciæ, accuſator introducat cauſſam, ſed non prohibeatur a communione accuſatus, niſi ad defenſionem in judicium electorum ad judicandum non compareat vocatus per litteras ad certum tempus, puta intra menſem a die, qua recepiſſe litteras conſtet. Sed ſi veras, & neceſſarias cauſſas oſtendat, cur prohibitus ſit comparere, ad defenſionem eorum, quæ contra ipſum propoſita ſunt, intra alterum menſem audietur. Poſt eum menſem non communicabit, donec abſolvatur. Si vero ad ſynodum anniverſariam omnium comparere noluerit, ut etiam illic cauſſa terminetur, ipſe ſe condemnaſſe videtur. *Carth. c. 19. G. Carthag. IV. c. 7. L. Tullen. poſt ep. Synod. Burch. lib. 1. cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. c. 2. panorm. & part. 5. c. 270. decret. Anſelm. lib. 3. c. 33.* 4. q. 5. c. *unic.*

CAPUT XI.

Cum clericis condemnatis, & convictis de aliquo crimine, vel propter Eccleſiæ notam, vel pudorem eorum, vel ob hæreticorum, & gentilium exprobrationem, ſi adeſſe velint in cauſſa, & de ſua innocentia docere, intra annum excommunicationis id fiat, poſt annum non audiantur. *Carthag. cap. 80. G. Carthag. V. cap. 12. L. Afric. cap. 46. Vormac. cap. 71. L. Anſelm. lib. 12. cap. 28.* 11. q. 3. c. 36. Rurſus.

CAPUT XII.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religioſum ſpoliaverit, & mandaverit eum ad ſe venire Epiſcopus, ut audiatur, & contempſerit, invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos, & quoſcumque audire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet. I. c. 11. Anſelm. lib. 7. c. 164.* 24. q. 3. c. 21.

CAPUT XIII.

Illi ex Pontificibus ſententiam (*excommunicationis*) merebuntur excipere, qui exortos contra ſe clamores negotiorum admoniti a Metropolitano diſtulerint emendare, atque compeſcere; aut ſi admoniti, ut in judicium primæ ſedis accedant, aut per ſe noluerint properare, aut vades ſuos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Tolet. XIII. c. 8.*

TITULUS XIX.

DE EXCUSATIONE NON COMPARENTIS.

CAPUT I.

SI ægrotans fuerit Epiſcopus, aut aliqua eum gravis neceſſitas detinuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat. Nec a communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſſam ſuam dicendam electorum judicum die ſtatuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc eſt niſi eum aliqua præoccupaverit neceſſitas infra ſpatium prædictorum menſium (*quatuor, vel quinque, vel ſex*) & eo amplius, prout cauſſa dicta- 4. q. 3. c. 1.

ve-

verit. *Felix in ſynod. LXX. Epiſcoporum, epiſt. 2. ante med. Hadr. ad Epiſcop. Mediomatr. cap. 5. them. 4. vide Carthag. cap. 19. G. Carthag. III. cap. 7. L. Burch. lib. 1. cap. 51. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 161. decret. Capit. lib. 7. cap. 143. in addit. Cæſar. lib. 4. cap. 118.*

CAPUT II.

Si quis Epiſcopus accuſatus, & ad concilium canonice convocatus fuerit, abſque ulla trepidatione ire debebit, & ſi ire non potuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat, &c. Quod ſi probare potuerit, quod non noluerit, ſed non potuerit venire, nihil ei nocebit. *Felix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 6. & 8.*

CAPUT III.

Multum ſtupeo, ſed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius judicaveras, quam quod vocatus adeſſe differret, & excuſationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri, præſertim cum & ſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua conſulta ſcriberem. *Leo epiſt. 82. in princ.*

TITULUS XX.

DE DESERTORE ACCUSATORE.

CAPUT I.

3. q. 6. c. 18. Non ita.

STatuimus, non ita in Eccleſiaſticis agendum eſſe negotiis, ſicut in ſæcularibus: nam in ſæcularibus legibus, poſtquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam cauſſam recedere: in Eccleſiaſticis vero dicta cauſſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægravari viderit. *Eutych. epiſt. 2. ante med. Fœlix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 16. Anſelm. lib. 3. cap. 70. vel 73. Ivo part. 6. cap. 336. & lib. 4. tit. 8. cap. 16. panorm.*

CAPUT II.

De præſumpt. c. 4. Greg. IX. c. 5. eod. tit. in 1. coll. * *judicium,* al.

Nullus dubitat, quod ita negotium nocens ſubterfugit, quemadmodum innocens, ut abſolvatur, requirit; nec ſuſpicione caret, qui alium calumniis derogat, falſa dixiſſe, cum ipſe * ad judicium, ut probet, quæ intulit, evocatus venire diſtulerit, &c. *Jul. epiſt. 2. in princ. Bonifac. Papa epiſt. 2. Burch. lib. 1. cap. 161. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 1. & ult. panorm. & part. 5. cap. 271. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 34. & 84.*

CAPUT III.

4. q. 5. c. un. Quiſquis, §. Accuſator.

Accuſator, ſi numquam diebus (*juridicis*) cauſſam dereliquit, non prohibeatur a communione. Si vero derelinquat, & ſe occultet, reſtituto ad communionem Epiſcopo, qui contumaciæ cauſſa fuerit excommunicatus, accuſator a communione abiiciatur, ita tamen ut non ei tempus accuſandi auferamus, ſi poterit in tempus probare ſe voluiſſe, ſed non potuiſſe comparere. *Carth. XIX. G. Carth. III. cap. 7. L. Tullen. poſt epiſt. ſynod. Burch. lib. 1. cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 270. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 33.*

CAPUT IV.

2. q. 3. c. 6.

Paulum Diaconum latorem præſentium, quamvis culpa ſua vehementer confundat, atque redarguat, quod deceptus promiſſione, ab accuſatione nuper depoſiti Epiſcopi ſui deſtiterit, & cupiditatis ſtudio ſilere contra animam ſuam, potius quam prodere vero conſentit. Tamen quia plus eſſe convenit nos miſericordes, quam diſtrictos, hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine, locoque ſuo recipiendum eſſe cenſemus. Nam ei a tempore prolatæ ſententiæ affectionem, quam pertulit, credimus ad vindictam hujus poſſe culpæ ſufficere; Euphemium vero, atque Thomam, qui pro deferenda accuſatione ſacros ordines acceperunt, eiſdem privatos ordinibus eſſe, atque ita ſicut ſunt depoſiti, volumus permanere, nec umquam eos ſub qualibet excuſationis ſpecie in ſacros ordines revocare, decernimus. Nam nimis indignum, & contra Eccleſiaſticam regulam diſciplinæ eſt, ut honore, quem non ex meritis, ſed pro ſceleris præmio perceperе, fungantur. *Greg. epiſt. 4. cap. 50. ſeu cap. 94. ad Joannem Corinth. Epiſcopum. Anſelm. lib. 8. cap. 36.* Ibid. c. 7.

TITULUS XXI.

NE IN LOCUM ACCUSATI EPISCOPI ALIUS SUBSTITUATUR ANTE DAMNATIONEM.

CAPUT I.

PLacuit, ut accuſatus, vel judicatus a comprovincialibus in aliqua cauſſa Epiſcopus, licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, &c. Et dum iterato judicio Pontifex cauſſam ſuam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Epiſcopus. *Nicæn. cap. 19. apud Jul. epiſt. 2. cap. 3. Vict. epiſt. 1. in med. Xyſt. II. epiſt. 1. ante fin. Burch. lib. 1. cap. 144. & 176. Ivo part. 5. c. 257. decr. & lib. 4. tit. 12. cap. 2. panorm. Capitul. lib. 7. cap. 155. in additis. Anſelm. lib. 2. cap. 11. Cæſar. lib. 5. c. 60.* 3. q. 6. c. 5.

CAPUT II.

De accuſationibus clericorum, &c. quia omnes eorum accuſationes difficile eſt ad ſedem Apoſtolicam deferre, ſaltem diffinitiva Epiſcoporum tantum judicia huc deferantur, &c. nec in eorum Eccleſiis alii, aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum juſta terminentur negotia. *Eleuth. epiſt. 1. cap. 2. poſt princ. Ivo part. 6. cap. 326. decret.*

CAPUT III.

Cur nobis inconſultis Epiſcopos convocaſtis? &c. canonibus in Nicæna ſynodo jubentibus, non debere præter ſententiam Romani Pontificis ullo modo concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari? Aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros poſuiſtis, antequam penes nos, aut apocriſarios noſtros eorum cauſſa canonice eſſet examinata, finemque perciperet rectum? *Julius ep. 1. poſt princ. ad Epiſcopos Orientis.*

TITULUS XXII.

DE CORRECTIONE.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXII. & ſeq. & Lib. VI. Tit. X.

CAPUT I.

SI dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via ſua impia, & vivat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus

de

de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, & a via ſua impia, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Sed & ſi converſus juſtus a juſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, ipſe morietur: qui non annuntiaſti ei, in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria juſtitiæ ejus, quas fecit: ſanguinem vero ejus, de manu tua requiram. *Ezechielis c. 3. num.* 28.

CAPUT II.

De offic. jud. ordin. c. 13. ap. Greg. IX. & in 4. coll. eod. tit. c. 1. Irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut Eccleſiarum prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſum, maxime clericorum, & reformandum mores, prudenter, & diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur; ut autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, ut executionem ipſius nulla conſuetudo, vel appellatio valeat impedire, niſi formam exceſſerint, in talibus obſervandam. Exceſſus tamen canonicorum Eccleſiæ cathedralis, qui conſueverunt corrigi per capitulum per ipſum in ipſis Eccleſiis, quæ talem hactenus conſuetudinem habuerunt, ad commonitionem, & juſſionem Epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab Epiſcopo præfigendum. Alioquin ex tunc Epiſcopus Dominum habens præ oculis, omni contradictione ceſſante, ipſos, prout animarum cura exegerit, per cenſuram Eccleſiaſticam corrigere non poſtponat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere non omittat, prout animarum cauſſa requirit, debito tamen ordine in omnibus obſervato. Cæterum ſi canonici abſque manifeſta, & rationabili cauſſa, maxime in contemptum Epiſcopi, ceſſaverint a divinis, Epiſcopus nihilominus, ſi voluerit, celebret in Eccleſia cathedrali; & Metropolitanus ad querelam ipſius, tanquam ſuper hoc delegatus a nobis, taliter eos per cenſuram Eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget, quod pœnæ metu talia de cætero non præſumant. Provideant itaque diligenter Eccleſiarum Prælati, ut hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum pecuniæ, vel gravamen aliquod non convertant, ſed illud ſtudioſe, & fideliter exequantur, ſi canonicam voluerint effugere ultionem, quoniam ſuper his Apoſtolica ſedes auctore Domino attentiſſime vigilabit. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 7.

CAPUT III.

De cenſib. c. Procurationibus, 23. apud Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. Viſitationis officium exercentes non quærant, quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti. Prædicationi, & exhortationi, & correctioni, & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 33.

CAPUT IV.

24. q. 3. c. 14. Tam ſacerdotes, quam reliqui fideles omnes ſummam curam habere debent de his, qui pereunt quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab Eccleſia ſeparentur. *Anacl. epiſt. 3. ante finem. Burch. lib. 1. cap. 136. Ivo part. 5. cap. 250. decret.*

CAPUT V.

2. q. 7. c. 21. Sunt nonnulli, qui præpoſitos ſuos perverſe reprehendunt, ſi vel parum ipſis moleſti extiterint, &c. *Evariſt. epiſt. 2. ante med. Anſelm. lib. 3. cap.* 12.

CAPUT VI.

Diſt. 45. c. 6. Licet nonnumquam accidant, quæ in ſacerdotalibus ſint reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam ſeveritas, plus cohortatio, quam comminatio *, plus charitas, quam poteſtas. Sed hi, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti, facile ab hac lege diſcernuntur, & dum dominari magis, quam conſulere ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. *Leo epiſt. 82. cap.* 5.

* *commotio. Philipp. 2. 4.*

CAPUT VII.

23. q. 2. c. 47. Si quos violentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures, vel aliis pravis actibus ſtudere cognoſcitis, Deum de eorum correctione placare feſtinate, ut per vos flagellum perfidarum gentium, quod, quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum eſt, non inducat, ne ſi, quod non credimus, divinæ ultionis iracundia ſceletatorum fuerit actione commota; belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non revocant. *Greg. lib. 7. indict. 2. epiſt. 5. Anſelm. lib. 13. cap.* 24.

CAPUT VIII.

2. q. 7. c. 39. Pervenit ad nos fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Serenum Maſſilienſem pravos homines omnino in ſocietate ſua recipere, ita denique ut Presbyterum quemdam, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod a vobis ſubtiliter requirendum eſt, & ſi ita conſtiterit, curæ vobis ſit, noſtra hoc ſic vice corrigere, ut qui talem recepit, non familiaritate fovere, ſed diſcat potius ultione comprimere, & qui receptus eſt, idem diſcat cum lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis maculare. *Greg. lib. 3. epiſt. 39. Virgilio Epiſc. Arelat.*

CAPUT IX.

2. q. 7. c. 46. Sicut laudabile, diſcretumque eſt, reverentiam, & honorem debitum exhiberi prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter eos correctione indigeant, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum, quod abſit, corpus incipiat morbus invadere, ſi languor non fuerit curatus in capite. Ante multum ſiquidem temporis quædam ad nos de fratre noſtro Clementino Primate veſtro perlata ſunt, quæ cor noſtrum non modico mœrore transfigerent, &c. Et quoniam ita ſunt gravia, ut tranſire indiſcuſſa ullo modo non debeant, fraternitatem veſtram his hortamur affatibus, ut cum omni ſollicitudine, ac vivacitate veritatis indagare ſubſtantiam multis modis debeatis, ut, aut ſi ita ſunt, ultione canonica reſecentur, aut ſi falſa, fratris noſtri innocentia diu ſub nefandæ opinionis dilaceratione non jaceat. Unde ne quis deſidiæ torpor in requiſitione ſit, admonemus, ut non cujuſquam perſonæ gratia, non favor, non blandimenta, vel quodlibet aliud quemquam veſtrum, vel ad diſcutiendum ea, quæ nobis nuntiata ſunt, molliat, vel a tramite veritatis excutiat, ſed ſacerdotaliter ad inveſtigan-

dam

dam vos propter Deum veritatem accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens eſſe præſumpſerit, dictis criminibus apud Deum ſe noverit eſſe participem, cujus zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris non movetur. *Greg. lib. 10. epiſt. 37. univerſis Epiſcopis concilii Bizacii.*

TITULUS XXIII.

DE DAMNATO.

CAPUT I.

11. q. 3. c. 35. 3. q. 6. c. 11. * cenſemus. IRritam eſſe injuſtam Epiſcoporum damnationem decernimus *, & idcirco a ſynodo retractandam, ita ut oporteſſis ab omnibus in cunctis ſubveniatur cauſis. *Nicæn. c. 63. apud Jul. ep. 2. c. 27. Fœlix ep. 1. ante med. Hadr. cap. 54. ad Epiſc. Mediom. Carth. IV. c. 28. Anſelm. lib. 3. c. 35.*

CAPUT II.

Servum Dei non oportet litigare, nec quemquam damnare, *Zeph. ep. 2. in fin. Fabian. ep. 2. ante med. Ivo part. 6. c. 320. decret. & lib. 4. tit. 7. c. 9. panorm. Tarrac. lib. 2. c. 6.*

CAPUT III.

11. q. 3. c. 80. 25. q. 1. Omnes, c. 8. §. Injuſtis. Injuſtum judicium, & definitio injuſta regio metu, aut juſſu, aut cujuſcumque Epiſcopi, aut potentis a judicibus ordinata, vel acta non valeat. *Calliſt. ep. 1. in fin. Marcell. epiſt. 2. in fin. Hadrian. cap. 70. ad Epiſc. Mediom. Burch. Lib. 15. cap. 8. Ivo part. 16. cap. 9. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 86. Capitul. lib. 5. cap. 251. Tarrac. lib. 2. c. 60.*

CAPUT IV.

11. q. 3. c. 36. Cum clericis condemnatis, & convictis de aliquo crimine, vel propter Eccleſiæ notam, vel pudorem eorum, vel ob hæreticorum, & gentilium exprobrationem, ſi adeſſe velint in cauſa, & de ſua innocentia docere, intra annum excommunicationis id fiat: poſt annum non audiantur. *Carth. c. 80. G. Carthag. V. c. 12. Afric. cap. 46.*

L. Vormat. c. 71. Anſelm. lib. 12. c. 28. Burch. lib. 2. c. 187. Ivo part. 6. c. 231.

TITULUS XXIV.

COMMUNIA DE ACCUSATIONIBUS.

CAPUT I.

PRohibemus, ut nullæ cauſſæ a judicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur. *Eutych. ep. 2. c. 4. Anſelm. lib. 3. c. 25.*

CAPUT II.

Nullæ accuſationes a judicibus audiantur Eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur, &c. 3. q. 5. c. 5. De accuſationibus.
Euſeb. ep. 1. in princ. Anſelm. lib. 3. cap. 26. Cæſar. lib. 5. c. 59. 6. q. 1. c. 19. Nos ſequentes.

CAPUT III.

Quoties a populis, aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſolet tranſire, &c. *Innoc. epiſt. 22. c. 6. Raban. cap. 17. De pœnit. Corpus canon. c. 56.* 1. q. 7. c. 14.

CAPUT IV.

De ordinationibus, quas pravæ conſuetudinis vitio Hiſpanienſes Epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundum majorum traditionem ſtatuendum, niſi perpenderemus, ne perturbationes quam plurimas Eccleſiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum ea, quæ quoquo modo facta ſunt, non in dubium vocemus, ſed Dei potius dimittamus judicio. *Innoc. ep. 23. c. 1.*

CAPUT V.

Poterat accuſatus judicio præſenti damnari, ſi adhuc in corpore poſitus, non fuiſſet mortis vocatione præventus, ſed quia jam illi examini divino relictus, humano judicio accuſari non poteſt, &c. *Hiſpal. II. c. 5. Ivo part. 6. c. 102. & part. 5. cap. 212. & 213. decret. Burch. lib. 1. cap. 111.* *Diſtinct. 23. Quorumdã, cap. 13.*

LIBER TERTIUS

De Reſtitutione Spoliatorum.

TITULUS I.

DE CAUSSA POSSESSIONIS, ET PROPRIETATIS.

CAPUT I.

c. 2. de dolo & contum. ap. Greg. IX. & in 4. coll. COntingit interdum, quod cum actori ob contumaciam partis adverſæ adjudicatur cauſſa rei ſervandæ poſſeſſio, propter rei potentiam, ſive dolum, actor infra annum rem cuſtodiendam nanciſci non poteſt, vel nactam amittit, & ſic cum ſecundum aſſertionem multorum verus non efficeretur poſt lapſum anni poſſeſſor, reportat commodum de malitia ſua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens conditionis exiſtat, de canonica æquitate ſancimus, ut in caſu præmiſſo actor verus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 40.*

CAPUT II.

Neceſſitatibus, quas faciente te (*Gregorius Epiſcopus*) compellitur ſuſtinere, hac definitione conſulemus, ut refuſo prædio, quod ante annum ſibi datum eſſe commemoras, atque ad Eccleſiam Ravennatem reverſo, poſſeſſio in Bononienſi triginta ſolidorum redditus liberorum ſine dubitatione tradatur in diem ſcilicet vitæ ejus, ſalvo proprietatis jure Ravennatis Eccleſiæ, ad quam poſt prædicti obitum revertetur. *Simplic. ep. 2.*

CAPUT III.

Suſceptis magnitudinis veſtræ epiſtulis contriſtati ſumus, quod ab actoribus Eccleſiæ Syracuſanæ quaſdam poſſeſſiones, quas vos tenuiſſe dicitis, occupatas irrationabiliter indicaſtis, &c. Quia legali proviſione decretum eſt, tam momenti, quam proprietatis cauſſam in uno, eodemque judicio debere cognoſci, nec nos contra *De cauſſa poſſeſſio, & propriet. c. 1. apud Greg. IX. & 1. coll. c. 1. & 2. eod. tit.*

inauditam partem aliquid poſſumus definire, fratri noſtro *Joanni Epiſcopo*) ſcripſimus, ut actores Eccleſiæ deputare debeat, qui vobiſcum ſine mota electorum poſſint ſubire judicium: ne aut vos res veſtras ſine cognitione, ſicut querelam facitis, amittere, aut pars altera videatur præjudicium ſuſtinere. *Greg. Duci Siciliæ lib. 7. reg. epiſt. 100. vide epiſt. 101. Joann. Epiſcop. Syracuſano, in qua eadem fere.*

CAPUT IV.

De reſtit. ſpoliat. c. 7. in 1. coll. & ap. Greg. IX. c. 1. eod. tit. & de cenſib. cap. 4.

Queſtus Philagtius campum cum vinea ſua ab Eccleſiæ veſtræ hominibus irrationabiliter occupatum. Quod ſi ita eſt, quamquam ante judicium poſſeſſioni debuerat ablata reſtitui, tamen quia pervenit communis filius Eventius diaconus veſter conſentiente prælato (*Philagrio*) conſtituit per quinque teſtes, partem Eccleſiæ veſtræ ſatisfacere poſſe, ejuſdem Eccleſiæ juris illum eſſe. Ideoque fraternitas veſtra prædictum Philagrium contra juſtitiam laborare non faciat, ſed modis, quibus poterit, veritatem diligenter inquirat: & ſi manifeſte, ſicut hic conſtituit, probari potuerit, veſtri juris eſſe, huic propter Deum citius ſatisfaciendum eſt, ut in ſua intentione ſine labore diſcedat; alioqui ante omnem contentionem res ejus tuta * veſtra proviſione reddatur, ut ſua cuique parti integra poſt hoc maneat de proprietate cognitio, &c. *Greg. Conſtantio Epiſcop. Mediolanen. lib. 7. reg. epiſt. 130.*

* id eſt *ablata, culta*, al. *tuta*.

TITULUS II.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

Vide in Part. III. Lib. III. Tit. XXI.

CAPUT I.

De reſtitut. ſpoliat. c. 8. Greg. c. 7. eod. tit. in 4. coll.

SÆpe contingit, quod ſpoliatus injuſte per ſpoliatorem, in alium re tranſlata, dum adverſus poſſeſſorem non ſubvenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis amiſſo propter difficultatem probationis jus * proprietatis amittit effectum. Unde non obſtante civilis juris rigore, ſancimus, ut ſi quis de cætero ſcienter rem talem acceperit, cum ſpoliatore quaſi ſuccedat in vitium, eo quod non multum interſit, præſertim quoad periculum animæ, detinere injuſte, ac invadere alienum, contra poſſeſſorem hujuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur. *Innoc. III. in conc. gener. Later. cap. 39.*

* *propter difficultatem probationum juris.*

CAPUT II.

Pietatis affectu hic ſanctiſſimus Papa ſub geſta ſynodica revocavit Apoſtolica auctoritate multos ab aliis Epiſcopis excommunicatos, & a tyrannis ejectos, ad communionem, & reſtituit eos in Eccleſiis, quibus fuerant olim inſtituti, ſub ſatisfactione libelli, atque purgatos eos recepit, dans exempla futuris eruendi ſacerdotes de perſequentium manibus. *Silveſt. in ſyn. CCLXVII. Epiſcopor. in epilogo in fin.*

CAPUT III.

3. q. 2. c. 8.

Si Epiſcopus ſuis fuerit, aut Eccleſiæ ſibi commiſſæ rebus ſpoliatus, aut, quod abſit, quod alienum eſſe debet ab omnibus fidelibus, a ſede propria ejectus, aut in detentione aliqua a ſuis ovibus fuerit ſequeſtratus, tunc canonice antequam in priſtino ſtatu reſtituatur, cum omni privilegio ſuo, & honore ſuo, omnia, quæ inſidiis inimicorum ſuorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, niſi ipſe pro ſua neceſſitate, minime tamen judicandus advenire ſponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam reſpondere cogatur, antequam integerrime omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præſul vero cum omni honore ſtatui priſtino reddatur, & ipſe diſpoſitis, ordinatiſque libere, atque ſecure diu ſuis, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, aut ſex, aut ſeptem menſes, juxta quod poſſibilitas ei fuerit, & non ante convocatus, ad tempus concilio in legitimo, & canonico veniat ad cauſſam, & ſi ita juſte videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat. Nam hoc ſummopere providendum eſt, ne antequam hæc omnia fiant, coactus reſpondeat, quia contentio ſemper vitanda eſt. Adimi namque Epiſcopo Epiſcopatum, antequam cauſſæ ejus exitus appareat, nulli Chriſtiano videri jure poteſt, quia talis præſumptio ſacrilegium eſt, & auctor talium ſacrilegus. *Felix in ſynodo cum LXX. Epiſcopis epiſt. 2. in princ. Hadrianus cap. 5. them. 3. ad Epiſcopum Mediom. Carth. cap. 88. G. Milevit. c. 3. apud Afric. cap. 54. L. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 3. & 5. panorm. & part. 5. cap. 248. & 297. decret. Burch. lib. 1. cap. 181. Capitul. lib. 7. c. 143. in additis.*

De judic. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll.

CAPUT IV.

Si aut vi, aut timore ejecti Epiſcopi, aut ſuis rebus ſpoliati fuerint, nec canonice evocari ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debent, antequam canonice reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur. Si quis Epiſcoporum fuerit ſuis rebus ſpoliatus, aut a ſua Eccleſia vi, aut timore expulſus, quod omni Chriſtiano nomini eſt inimicum, oportet, & decet Epiſcoporum propoſitum ſemper prima fronte cedere, ut omnia, quæ ei ablata ſunt, poteſtati ejus legaliter reddantur, & Præſul prius reſtituatur, & poſtea non ſtatim, ſed diu, & per ſpatioſa tempora ſuis poteſtative diſpoſitis, & ad ſuam neceſſitatem præparatis, ad tempus veniat ad cauſſam, & ſi juſte viſum fuerit, accuſatoribus reſpondeat ſuis. *Felix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 3. & 4. Jul. epiſt. 2. cap. 35. Burch. lib. 1. cap. 221. Ivo pars. 5. cap. 335. decret.*

3. q. 2. Si Primates, cap. ult.

CAPUT V.

Ille, qui vi, aut timore a ſede pulſus, aut ſuis rebus ſpoliatus fuerit, non prius vocetur ad ſynodum, quam ei omnia legibus redintegrentur; & tamdiu in ſede propria pacifice, & poteſtative cuncta diſponens reſideat, quamdiu expulſus, vel ſpoliatus carere viſus eſt rebus, &c. *Felix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 8. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 8. & tit. 8. c. 14. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 52.*

3. q. 2. c. 7.

CAPUT VI.

Nec ullos Epiſcopos rebus ſuis ſpoliatos, vel a ſedibus vi, aut dolo, aut quocumque ingenio pulſos, ſicut & vos de me judicaſtis, aut ad ſynodum tam Provincialem, quam generalem poſſe convocare, aut in aliquo judicare, antequam cuncta,

ſta, quæ eis ablata ſunt, legibus poteſtati eorum
pacifice per omnia redintegrentur, decernimus.
3. q. 2. c. 6. [Prius ergo oportet omnia eis legibus redinte-
grari, & Eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum o-
mni privilegio ſibi reſtitui, & poſtmodum non
ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum tempo-
ris ſpatium eis indulgeatur, quantum ſpoliati, vel
expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum con-
vocentur, & ab omnibus quibuſque ſuæ Provin-
2. q. 2. Nullus, c. 5. ciæ Epiſcopis audiantur. Nam nec convocari ad
cauſſam, nec dijudicari poteſt ſpoliatus, vel ex-
pulſus, quia non eſt privilegium, quo ſpoliari
1. q. 2. c. 1. poſſit, jam nudatus. Unde & antiquitus decretum
eſt, ut omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata,
atque fructus cunctos ante litem conteſtatam
* Prætor. præceptor*, vel Primas poſſeſſori reſtituat. Et ali-
bi ſcriptum habetur: „ Ille, qui violentiam per-
„ tulit, univerſa ſtatu, quo fuerant, recipiat, & quę
„ poſſedit, ſecurus teneat “. Et alibi in ſynoda-
libus Patrum decretis, & Regum edictis legitur
3. q. 1. c. 3. & 4. ſtatutum: „ [Redintegranda ſunt omnia ſpoliatis,
„ vel ejectis Epiſcopis, pręſentialiter ordinatione
„ Pontificum, & in eorum, unde abſceſſerunt po-
* loca, al. „ teſtatē * funditus revocanda, quacumque con-
„ ditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut
„ virtute majorum, aut per quaſcumque injuſtas
„ cauſſas, res Eccleſiæ, vel proprias, aut ſubſtan-
„ tias ſuas perdidiſſe noſcuntur, ante accuſationē,
„ aut regularem ad ſynodū vocationem eorum,
„ & reliqua “. *Symmac. in ſyn. Rom. V. in med. Joann. epiſt. 1. in princ. Jul. epiſt. 2. cap. 1. & Nicæn. cap. 28. apud eundem. Jul. epiſt. 2. cap. 8. & Xyſt. epiſt. 2. in med. Euſeb. epiſt. 2. ante fin. Capitul. lib. 7. cap. 7. in addit. Ivo lib. 4. tit. 6. cap. 4. & cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 249. & 257. part. 3. cap. 149. part. 13. cap. 1. & 37. decret. Tarracon. lib. 2. cap. 49. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 44. & 51. Burch. lib. 1. cap. 143. & 144.*

CAPUT VII.

3. q. 1. c. 4. Audivimus quoſdam a vobis infamatos, & di-
laceratos Epiſcopos, ac e civitatibus propriis pulſos, & alios in eis, ipſis viventibus, conſtitutos, &c. Sciatis hoc fieri non licere, ſed proprios revocari, & integerrime reſtitui debere. Illos vero, qui adulterina fœditate ſponſas ſuas, quas & uxores eorum, præfixo tenore, eſſe intelligimus, tenent, eiici, ut adulteros, atque infames fieri, eoſque ab Eccleſiaſticis honoribus arceri jubemus. Si autem adverſus eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & auctoritate hujus ſanctæ ſedis terminandum. *Evariſt. epiſt. 2. poſt princ. Burch. lib. 1. cap. 140. Ivo part. 5. cap. 254. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 82. Cæſar. lib. 5. cap. 53. Tarrac. lib. 2. cap. 38.*

CAPUT VIII.

His conſideratis, atque cum reliquis Epiſco-
pis decretis tanquam omnium curam gerentes,
propter ſedis propriæ apicem, decernimus, ut ne-
2. q. 2. c. 5. Nullus. mo Pontificum aliquem ſuis rebus ſpoliatum
Epiſcopum, aut a ſede pulſum excommunica-
* vocare. re *, aut judicare præſumat, quia non eſt privi-
legium, quo ſpoliari poſſit jam nudatus. Si quis autem aliter agere præſumpſerit, ſciat cenſuram hujus ſedis cum omnibus membris ſuis ſibi venturam, & ſicut egerit, ita recipiet, &c. *Xyſt. ep. 2. in med. Xyſt. II. epiſt. 2. in med. Nicæn. cap. 28. apud Jul. epiſt. 2. c. 8. & 35. Burch. lib. 1. c. 143. & 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Capitul. lib. 7. c. 7. in additis poſter.*

CAPUT IX.

Nuntiatum eſt ſedi Apoſtolicæ per apocriſarios veſtros, quoſdam fratrum noſtrorum Epiſcoporum, videlicet ab Eccleſiis, & ſedibus propriis pelli, ſuaque ab eis auferri ſupellectilia, & ſic nudos, & ſpoliatos ad judicia vocari. Quod omni ratione caret, cum conſtituta Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, & præcepta Imperatorum, ac conſtitutiones legum id ipſum prohibeant, & Apoſtolicæ ſedis auctoritas id ipſum fieri vetet.
Præceptum eſt ergo in antiquis ſtatutis, Epiſco- 2. q. 2. c. ult.
pos ejectos, atque ſuis rebus ſpoliatos in Eccleſiis propriis recipi, & primo ſua omnia eis reddi, & demum ſi quis eos juſte accuſare voluerit, æquo periculo facere: judices eſſe decernentes Epiſcopos recta ſapientes, & in Eccleſia convenientes, ubi teſtes eſſent ſingulorum, qui oppreſſi videbantur. Nec prius eos reſpondere debere, quam omnia ſua eis, & Eccleſiis eorum legibus integerrime reſtituantur. *Zeph. epiſt. 2. in princ. Hadr. c. 13. & 3. & 5. them. 3. ad Epiſcop. Mediom. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 1. & 2. panorm. & part. 5. c. 265. decret. Burch. lib. 1. cap. 153. Capitul. lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 129. in additis.*

CAPUT X.

Sancti Apoſtoli ſtatuerunt, ne accuſarentur
ſacerdotes, aut ſi aliter fieri non poſſit, perdif-
ficilis eorum fieret accuſatio, neque a propriis
ſedibus, aut Eccleſiis Epiſcopi eiicerentur. Quod 3. q. 1. Epiſc.
ſi quoquomodo præſumptum fuerit, antequam ſi a propriis, c. 2.
& proprius locus, & ſua omnia eis legibus redintegrarentur, nullatenus a quoquam accuſarentur, aut criminarentur, & niſi ſponte elegerint, cuiquam pro talibus non reſponderent. Sed poſtquam reſtituti fuerint, & ſua omnia eis legibus redintegrata, diſpoſitis, ordinatiſque ſuis, magnum ſpatium tractandi cauſſa eis concederetur, & poſtea, ſi neceſſe fuerit, regulariter vocati venirent ad cauſſam, & ſi juſtum viſum fuerit, accuſantium propoſitionibus ſuſtentatione fratrum reſponderent; nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel Eccleſiæ, atque res ab æmulis, aut a quibuſcumque detinentur, ut aliquid illis obiici debeat. Nec quidquam poteſt eis quoquo modo quilibet majorum, vel minorum obiicere, dum Eccleſiis, rebus, aut poteſtatibus carent ſuis. *Fabian. epiſt. 2. ante fin. Burch. lib. 1. cap. 174. Ivo part. 5. cap. 292. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 49.*

CAPUT XI.

Nullus Epiſcoporum, dum ſuis fuerit rebus 2. q. 2. c. 3.
ſpoliatus, aut a ſede propria qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut a quoquam ei poteſt crimen obiici, priuſquam integerrime reſtauretur, & omnia, quæ illi ablata quocumque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipſæ propriæ ſedi, & priſtino ſtatui regulariter reddatur, ita ut omnes poſſeſſiones, & cuncta ſibi in-

juſte ablata, atque fructus omnes ante cœptam accuſationem Primates, & ſynodus Epiſcopo, de quo agitur, funditus reſtituant, quia hoc non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi leges fieri prohibent. *Steph. epiſt. 2. poſt princ. Burch. lib. 1. cap. 142. Ivo part. 5. c. 255. decret. Capitul. lib. 7. cap. 131. in additis.*

CAPUT XII.

9. q. 3. c. 19. Fratres, quos timore terreno injuſte damnaſtis, ſcitote a nobis juſte eſſe reſtitutos, quibus ex S. Petri, & Apoſtolica auctoritate, omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non vultis vos & Principes veſtri a collegio noſtro, & membris Eccleſiæ ſeparari. *Xyſt. II. epiſt. 2. in med. Burch. lib. 1. cap. 192. Ivo part. 5. cap. 247. decret. Anſelm. lib. 2. cap. 25. Cæſaraug. lib. 5. cap. 7.*

CAPUT XIII.

3. q. 1. c. Epiſcop. 11. Qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de ſuis rebus ſpoliati, vel ejecti a ſedibus propriis ſint recipiendi, &c. aut qualiter ejectis, & ſpoliatis ſint omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata ſunt; & quia prius quam hoc factum fuerit, nullum crimen eis objici poterit, & qualiter

2. q. 2. c. 3. Ejectis. [illis induciæ poſt integram reſtaurationem anniverſariæ, vel ſex menſium indulgendæ ſint, & qualiter ſua omnia licenter, & pacifice abſque ullius gravi impedimento diſponere, & ſuorum amicorum, & Eccleſiaſticorum Patrum conſiliis uti debeant, ſufficienter ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ac noſtris prædeceſſoribus ſtatutum eſſe putamus. *Cajus ep. 1. in princ. Anſelm. lib. 3. cap. 45.*

CAPUT XIV.

Diſt. 96. Boni, c. ult. Sanctos Apoſtolos, eorumque ſucceſſores, ſub divina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec invidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni Regis diſpenſatores. Sed ſi qui expulſi fuerint, aut ſuis rebus ſpoliati: primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab inimicis, aut a perſecutoribus ablata ſunt, & ſedes proprias cum omnibus ad ſe pertinentibus regulariter reſtitui, & poſtea tempore congruo vocari ad ſynodum regulariter congregatam. Nec liceat ei, prius quam fiant hæc de ſe juxta ſtatuta prædictorum reſpondere, aut de ſuis impetitionibus, ſi ſe viderit prægravari, reddere rationem; ſed his rite peractis, ſuiſque omnibus libere diſpoſitis, ſi tum juſte videtur, ſuis reſpondeat accuſatoribus. *Marcellus epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT XV.

2. q. 2. c. 5. Prius expulſos (*Athanaſium, & ſocios*) & ſuis expoliatos rebus quaſi vocaſtis, atque damnaſtis. Cum nullus regulariter aut vocari, aut judicari poſſit, antequam ſit regulariter reſtitutus, & ſua omnia ei legibus ſint integerrime reformata. Eſt namque in ſæpe jam dicta ſancta ſynodo (*Nicæna*) ab omnibus unanimiter decretum, & Apoſtolica auctoritate roboratum, ut ſi quis Epiſcoporum ſuis fuerit rebus ſpoliatus, & in accuſatione pulſatus, ordinatione Pontificum oportet, & decet ſanctum propoſitum prima fronte cedere, ut omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, legaliter primo poteſtati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & Præſul regulariter prius ſtatui priſtino reddatur, & ipſe diſpoſitis, ordinatiſque ſuis, tunc ad tempus veniat ad cauſſam, & ſi ita juſte videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat. *Jul. ep. 2. cap. 35. Capitul. lib. 7. c. 116.*

CAPUT XVI.

De ejectis, atque ſuis rebus ſpoliatis nihil vobis verius ſignificare queo, quam ſancti patres definierunt, & noſtri prædeceſſores Apoſtolica auctoritate roboraverunt: ita enim hæc ſe habent, Epiſcopos ejectos, atque ſuis rebus ſpoliatos Eccleſias proprias primo recipere, & ſua eis omnia legaliter reddi ſancti canones decreverunt, & poſtea, ſi quis eos accuſare voluerit, æquo periculo facere ſanciverunt, judices eſſe decernentes Epiſcoporum Epiſcopos recte ſapientes, & juſte volentes, ad tempus, diuque illis reſumptis viribus, vide c. q. 2. c. ult. & ſuis poteſtative fruentibus rebus, amiciſque & Dei ſervis ſapientibus conſulentibus viris in eccleſia convenientes, ubi teſtes eſſent ſingulorum, qui oppreſſi eſſe videntur, &c. Scimus enim homines inermes non poſſe cum armatis rite pugnare, ſic nec illi, qui ejecti, vel ſuis bonis ſunt expoliati, cum illis, qui in ſuo ſtant gradu *, & ſuis * ſtatu, al. fruuntur amicis, atque bonis, litigare rite poſſunt. Nec ſæculi quoque leges hæc ſæcularibus fieri permittunt, ſed prius ejectos, vel oppreſſos, aut ſpoliatos cum ſuis omnibus reſtitui jubent, & poſtea ſuo tempore, ſicut lex eorum continet, ad placita venire præcipiunt, nec ulla carceris cuſtodia appellantem arceri permittunt. *Damaſ. ep. 3. poſt princ. Burch. lib. 1. c. 153. Ivo part. 5. c. 265. decr. Capitul. lib. 6. c. 287. them. 7. & lib. 7. c. 129. in additis vide Hadr. c. 13. ad Epiſcoporum Mediom.*

CAPUT XVII.

Neque dum eccleſiæ alicujus Epiſcopi, aut 3. q. 1. Cum Eccleſia, cap. 2. poſſeſſiones, vel res ab æmulis ejus, vel a quibuſcumque aliis non ſua ſponte detinentur, aliquid illi debet, aut poteſt a quoquam ante redintegrationem omnium rerum ſuarum obiici. Sed prius illi legibus redintegranda ſunt omnia, & poſtea tempore a patribus præfinito, ſunt negotia ventilanda. *Pelag. II. epiſt. 3. in princ. Anſelm. Luc. lib. 3. c. 59.*

CAPUT XVIII.

Cum ſanctæ memoriæ deceſſoris mei fueris ſcriptis prohibitus, ne contra Honoratum Archidiaconum tuum dolorem tam longæ ingratitudinis in corde retineres, &c. præfatum Archidiaconum tuum, quaſi ad fortiorem honorem provehens, conatus es callida arte degradare; unde actum eſt, ut eo de Archidiaconatus loco ſubmoto, alium accerſires, &c. Proinde fraternitas tua a culpæ ſuæ errore reſipiſcat, & præfatum Honoratum in ſuum mox, ut mea ſcripta ſuſceperit, locum ſuſcipiat, &c. Eum vero, qui contra juſtitiæ regulam in Archidiaconatum alterius ſe provehi conſenſit, ab ejuſdem Archidiaconatus honore deponimus, &c. Reſtituto igitur in loco ſuo Honorato Archidiacono inſtructam perſonam ſub feſtinatione tranſmitte, qui mihi hoc de-

debere ex ratione fieri, ſuis poſſit allegationibus demonſtrare. Eundem namque Archidiaconum ad nos venire decrevimus, ut quidquid juſtum, quidquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitia aſſertionibus partium decernamus, &c. *Greg. Natali Epiſc. Salanitano lib. 2. regiſt. indict. 10. ep. 34. eadem ſcribit, ep. 15. & 16. Anton. Subdiac. & Epiſcopis Dalmatiæ.*

CAPUT XIX.

Nullus paſſim, vageque Epiſcopos aut præſumptive lacerare, aut accuſare præſumat, &c. Qui ſi aut ſuis rebus ſpoliati, aut a propriis ſedibus ejecti, aut exulantes, vel oppreſſi, aut inique tractati fuerint, primo eruantur, & canonice reſtituantur, atque omnia ſibi ſublata integerrime eis legibus reddantur, quoniam priuſquam hæc fiant, ut in prædicto conſtitutum eſt concilio (*Nicæno*) nec canonice convocari, nec diſtringi a quoquam poſſunt, quoniam nec ſæculi leges hæc fieri permittunt, quanto magis eccleſiaſticæ! *Athanaſ. & alii ad Felicem II. poſt princ.*

CAPUT XX.

A ſuis ſedibus *ejectos*, aut ſuis ſpoliatos rebus, vocare ad ſynodum, vel damnare (*non licet*) quia legimus eos non poſſe canonice ad ſynodum ante ſuam diu tenendam, & gubernandam, viribus ſcilicet pleniter reſumptis, reſtitutionem, ſuiſque omnibus ſibi legaliter reſtituris integerrime, vocari, aut ut veniant ad ſynodum, niſi ſponte voluerint, imperari. *Stephan. & alii ad Damaſ. c. 5. in fin.*

CAPUT XXI.

Nullus, qui ſuis eſt rebus ſpoliatus, aut a ſede propria vi, aut terrore pulſus, antequam omnia ſibi oblata ei legibus reſtituantur, & ipſe pacifice diu ſuis fruatur honoribus, ſedique propriæ regulariter reſtitutus, ejus multo tempore libere potiatur honore, juxta canonicam accuſari, vocari, judicari, aut damnari inſtitutionem poteſt. Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus in Eccleſiaſtica hiſtoria de quadam muliere, quæ pro caſtitate a marito accuſabatur, ait: „ Præceptum, vel interdictum * eſt ab Imperatore lege lata, ut primo permitteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde reſponderet objectis. Hæc omnes leges tam Eccleſiaſticæ, quã & vulgares, publicæque præcipiunt “, &c. Leo Epiſcopus ſynodo Calcedonenſi: „ Optaveram equidem “, &c. Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes multarum Eccleſiarum ſtatum fuiſſe turbatum, plurimoſque fratres injuſte ſedibus ſuis pulſos, & in exilia deportatos, atque in locum ſuperſtitum alios ſubſtitutos. His primitus vulneribus adhibeatur medicina juſtitiæ, nec quiſquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis, quem ita errorem omnes relinquant, ut nemini quidem perire honor debeat, ſed prioribus Epiſcopis cum omni privilegio ſuo jus proprium reformetur. Eadem & antiqui Apoſtolici, qui fuerunt ante ſynodum Nicænam, ſanxerunt. Eadem ſynodus, quæ habita eſt in Lariſſa * ſub Valeriano * loquitur. Eadem plurimæ Romanæ ſynodi teſtantur. Eadem Papa Symmachus, & cæteri ſancti patres ſanxerunt.

[* *indictum.*]
[* *Lampſaco*, al.]
[* *Valentiniano.*]

Iſidorus in prologo concil. Capitul. lib. 7. c. 129. in additis.

TITULUS III.
DE PŒNA ILLIUS QUI SPOLIAT.
CAPUT I.

EST in antiquis Eccleſiæ ſtatutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, [11. q. 2. c. 7. In antiquis.] ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. Unde & in Evangelio ſcriptum eſt: *Quod ſi aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Et in legibus [Luc. 19. 12. q. 2. In legibus, c. 10.] ſæculi cautum habetur: *Qui rem ſurripit alienam, illi, cujus res direpta eſt, in undecuplum**, *quæ ſublata ſunt, reſtituat.* Et in lege [* *decuplum.* Deut. 28.] divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen. Symm. in ſyn. Rom. V. in med. Euſeb. ep. 2. in fin. Jul. ep. 2. c. 1. Joann. ep. 1. in princ. Ivo part. 5. c. 249. & part. 3. c. 149. & part. 13. c. 1. & 37. decret. Burch. lib. 11. c. 25. & 27. Cæſar. lib 7. c. 42.*

CAPUT II.

Si quis Epiſcopum præter hujus ſanctæ ſedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetim honore, eoſque qui abſque hujus ſedis ſunt ejecti ſententia, vel damnati, hujus ſanctæ ſedis auctoritate ſciroте priſtinam recipere communionem, & in propriis reſtitui ſedibus, quoniam, & prius a tempore ſcilicet Apoſtolorum, hæc huic ſedi ſanctæ conceſſa ſunt, & poſtea in Nicæna ſynodo corroborata. *Jul. epiſt 1. ante fin. Anſelm. lib. 2. cap. 43.*

CAPUT III.

Ut ſi quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 61. Anſelm. lib. 7. c. 164.*

CAPUT IV.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet [14. q. 5. c. 21.] pauperem, aut religioſum expoliaverit, & mandaverit eum ad ſe venire Epiſcopus, ut audiatur, & is contempſerit, invicem mox ſcripta percurrant per omnes Provinciæ Epiſcopos, & quoſcumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet. I. c. 11. Anſelm. lib. 7. c. 164.*

CAPUT V.

Qui lateri Regis adhærent, vel potentia ſæculari inflantur, res alienas competere cognovimus, & nullis exertis actionibus, aut convictionibus * prærogatis, non ſolum miſeros de agris, [* *conditionibus.*] ſed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium conſulentes decernimus, ut deinceps hujus mali licentiam quiſpiam non habeat, ſed ſecundum canonum, atque legum tenorem cauſſarum ſuarum actionem proponant, ut nullus miſerorum rebus ſuis per vim, aut aſſentationem quamlibet defraudetur. Qui contra diſpoſitum noſtrum, & antiquorum patrum, & Regum venire temptaverint, anathematis ultione plectantur. *Matiſc. II. c. 4.*

Vide Xyſt. II. ep. 2. in med. ſupra tit. prox. c. Fratres quos.

LI-

LIBER QUARTUS.

De Probationibus.

TITULUS I.
DE PROBATIONUM NECESSITATE.
CAPUT I.

3. q. 3. c. 7. & 8. ACcuſatores, & accuſationes, quas leges ſæculi non adſciſcunt, & nos unanimiter ſubmovemus. Nec fiat in diſtricta probatione impietas, cum recta ſit judicii in electione ſententia. *Nicæn. cap. 23. apud Jul. epiſt. 2. cap. 5. Teleſph. epiſt. 1. cap. 4. Calliſt. epiſt. 2. cap. 4. Steph. epiſt. 2. cap. 3. Hadr. Pap. cap. 11. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 23. Iſidor. in prologo Concil. Capitul. lib. 7. c. 108. & 307. & in additis cap. 148.*

CAPUT II.

3. q. 9. c. 1. Decernimus non credi accuſatori, qui abſente adverſario cauſam ſuggerit, ante utriuſque partis diſcuſſionem. *Nicæn. cap. 33. apud Jul. epiſt. 2. cap. 9. Teleſph. epiſt. 1. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.*

CAPUT III.

Incerta nemo umquam Pontificum judicare præſumat, quia quamvis vera ſint, non tamen credenda, niſi quæ manifeſtis judiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur. *Nicæn. c. 57. apud Jul. epiſt. 2. cap. 19. Vict. epiſt. 5. in princ. Xyſt. II. epiſt. 2. ante fin. Iſid. in prolog. concil. Capitul. lib. 7. cap. 259. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 7.*

CAPUT IV.

De prob. c. 11. ap. Greg. IX. & in 4. coll. cap. 3. Quoniam contra falſam aſſertionem iniqui judicii innocens litigator quandoque non poteſt veram negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio, ne falſitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati, ſtatuimus, ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario, judex ſemper adhibeat aut publicam, ſi poteſt habere, perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univerſa judicii acta conſcribant, videlicet citationes, dilationes, recuſationes, & exceptiones, petitiones, & reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitionas, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, concluſiones, & cætera, quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora, & perſonas; & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes ſcriptores remaneant, ubi ſi ſuper proceſſu Judicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſſit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus ſic honeſtis, & diſcretis deferatur judicibus, quod per improvidos, & iniquos innocentum juſtitia non lædatur. Judex autem, qui conſtitutionem iſtam neglexerit obſervare, ſi propter ejus negligentiam aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorem judicem animadverſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 38.*

CAPUT V.

Euphemius Epiſcopus, dum non probaſſet omnia, quæ teſtificabatur, prima pollicitatione damnatus eſt, & accepit anathema, dum non docuiſſet omnia. Et ſubſcripſerunt omnes Epiſcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: „ Ex te enim damnaberis, quoniam „ Pontificem, qui te conſecravit coepiſcopum, „ condemnabas, & accuſabas", &c. *Syn. Rom. ſub Xyſt. III. in actis contra Polychronium.*

CAPUT VI.

Deus omnipotens, ut nos a præcipitatæ ſen- 4. q. 1. c. 10.
tentiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda, & aperta ſint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priuſquam manifeſte agnoſceret, quæ dicebantur. Unde ipſe ait: *De-* Geneſ. 18.
ſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non eſt ita, ut ſciam, &c. „ Mala audita nullum mo- 30. q. 5. Nullum, c. 10.
„ veant, nec paſſim dicta abſque certa probatione quiſquam umquam credat, ſed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat", &c. Nullum ante veram, juſtamque probationem judicare, aut damnare debemus, manifeſte Apoſtolo dicente Paulo, qui
ait: *Tu quis es, qui judicas ſervum alienum?* Rom. 1.
ſuo enim Domino ſtat, aut cadit. Evar. epiſt. 2. ante med. Greg. lib. 19. Moral. cap. 23. apud Aquiſgr. cap. 37. Tribur. cap. 22. Burch. lib. 11. cap. 9. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 9 panorm. & Anſelm. lib. 3. cap. 63.

CAPUT VII.

De occultis cordis alieni temere judicare, peccatum eſt, & eum, cujus non videntur opera, niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere, cum eorum, quæ ſunt incognita, ſolus Deus judex ſit juſtus, qui inſpector eſt verus. Unde ſcri-
ptum eſt: *incerta non judicemus quoadusque* 1. Cor. 4.
veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, &c. Et quamvis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi certis judiciis comprobentur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur. Nullus ergo poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo judicio reſervavit. *Xyſt. II. epiſt. 2. ante fin. Zephyr. epiſt. 1. ante fin. Euſeb. ep. 2. poſt med. Joann. ep. 1. in princ. Capitul. lib. 7. cap. 259.*

CAPUT VIII.

Si quis Epiſcopus, Presbyter, aut diaconus, 2. q. 7. c. 50.
vel quilibet clerici apud Epiſcopos, quia alibi non oportet, a qualibet perſona, quæ rite recipienda eſt, fuerint accuſati, quicumque fuerit, ſive ille ſit ſublimis vir honoris, ſive alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentio-

tionis arripuerit, noverit probationis documenta
2. q. 3. c. 1. ſe debere inferre. Si quis ergo circa hujuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate hujus ſanctionis intelligat ſe jacturam infamiæ ſuſtinere, ut damno pudoris, æſtimationis diſpendio diſcat, ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari non licere. *Cajus epiſt. 1. cap. 3. Xyſt. III. epiſt. unic. cap. 4. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 22. vel 24. Anſelm. lib. 3. cap. 45. Cod. Theodoſ. lib. 16. tit. 2. conſt. 41. Capitul. lib. 7. cap. 438. vel 365.*

CAPUT IX.

1. Cor. 4. Audivimus apud vos, veſtroſque diverſa judicia fieri, & incerta judicari. Incerta cariſſimi nullatenus judicemus, quoadusque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, quia quamvis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi quæ manifeſtis indiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur. *Victor ep. 1. poſt princ. Nicæn. cap. 57. apud Jul. epiſt. 2. c. 19. Xyſt. II. epiſt. 2. ante fin. Capit. lib. 7. cap. 259. Ivo lib. 4. tit. 15. cap. 6. panorm.*

CAPUT X.

3. q. 6. c. 1. Qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur. *Fabian. epiſt. 3. poſt princ. Xyſt. III. ep. unic. Capit. lib. 7. c. 253.*

CAPUT XI.

22. q. 5. c. ult. Non facile quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur. Cum ergo par cauſſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit. *Innoc. epiſt. 3. cap. 4. Raban. c. 3. de pœnit. Ivo part. 8. cap. 214. decret.*

CAPUT XII.

6. q. 5. c. 2. Quod ait, ut illuc perſonam dirigere debeamus, qua præſente de iis, quæ dicuntur, poſſit eſſe probatio; eſſet utcumque excuſabile, ſi umquam ratio ei, qui accuſatur, neceſſitatem probationis imponeret. At poſtquam non ſibi, ſed accuſantibus hoc onus incumbit, ad nos, ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas. *Greg. lib. 5. regiſtr. epiſt. 25. Maximo.*

CAPUT XIII.

2. q. 3. c. 4. Si quis Epiſcopum, presbyterum, vel diaconem falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. *Elib. cap. 75. Burch. lib. 2. cap. 195. Ivo part. 6. cap. 240. decret.*

CAPUT XIV.

De iis, qui ſcripturas ſacras tradidiſſe dicuntur, vel vaſa Dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit, ut quicumque eorum in actis pu-
* vel, al. blicis fuerit detectus, non * verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. *Arelat. I. cap. 13.*

CAPUT XV.

3. q. 10. c. 2. Quoties clericis ab accuſatoribus multa crimina ſubiiciuntur, ſi unum ex eis, de quo primo actum eſt, probare non poſſunt, ad reliqua non admittantur. *Carth. cap. 131. G. Carth. VII. c. 3. L. Afric. cap. 97. L. Burch. lib. 2. cap. 198. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 12. panorm. & part. 6. c. 271. decret. Capitul. lib. 1. cap. 45. & lib. 7. c. 100. Raban. cap. 1. de pœnitent. Cæſar. lib. 5. cap. 61.*

CAPUT XVI.

Epiſcopus ſi clerico, vel laico crimen impoſue- 6. q. 2. c. 1.
rit, deducatur ad probationem in ſynodum. *Carth. IV. cap. 29. Cæſar. lib. 4. cap. 90.*

CAPUT XVII.

Si quis clericus documenta, quibus Eccleſiæ 11. q. 2. c.
poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, 33. & 40.
aut adverſariis tradere præſumpſerit, quidquid per abſentiam documentorum damni Eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam, qui in damno Eccleſiæ impie ſollicitati, a traditoribus aliquid acceperint, ſuperiori ſententia teneantur. *Agath. cap. 26. Raban. cap. 18. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 183. Ivo part. 3 cap. 156. decret. Anſelm. lib. 5. cap. 76. Cæſar. lib. 7. cap. 99.*

CAPUT XVIII.

Dignum eſt, ut vita innocentis nulla macule- 3. q. 9. c. 9.
tur pernicie accuſatoris. Ideo quiſquis a quolibet criminatur, non ante accuſatus ſupplicio detur, quam accuſator præſentetur, atque legum, & canonum ſententia exquiratur. Quod ſi indigna ad accuſandum perſona invenitur, ad ejus accuſationem non judicetur. *Tolet. VI. cap. 11. Vormatien. cap. 42. Tullen. poſt epiſt. ſyn. Burch. lib. 16. cap. 5.*

CAPUT XIX.

Decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis ſanctæ conventu regiæ ſubtilitatis aſtu, vel profanæ poteſtatis inſtructo, ſive quorumlibet hominum malitioſæ voluntatis obniſu, citra manifeſtum & ejuſ-
dem * culpæ ſuæ judicium ab honore ſui ordinis, * evidens, ſ.
vel ſervitio domus regiæ arceatur. Non antea vinculorum nexibus illigetur, non quæſtioni ſubdatur, non quibuslibet tormentorum, vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus cuſtodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injuſtis occaſionibus abdicetur; per quod illi violenta, occulta, vel fraudulenta profeſſio extrahatur. Sed is, qui accuſatur gradum ſui ordinis teneat, & nihil ante de ſupradictorum capitulorum nocibilitate præſentiens in publica ſacerdotum, ſeniorum, atque etiam gardingorum diſcuſſione deductus, & juſtiſſime perquiſitus, aut obnoxius reatui detectæ culpæ legum pœnas excipiat, aut innoxius judicio omnium comprobatus appareat. *Tolet. XIII. cap. 2.*

CAPUT XX.

Ne ad proferendam ſententiam unquam præcipites ſimus, aut temere, indiligenterque indiſcuſſa quæque quoquo modo judicemus, ſed exemplo Domini deſcendamus, videamus, & juſto examine criminoſos diligenter perſcrutemur,
ſicut ipſe Sodomam; ut videamus, utrum cla- Geneſ. 18.
morem populi compleverint, nec ne, nam mala audita nullum moveant, ſed ante audita diligenter inquirat. *Tribur. c. 22. vide Evariſt. epiſt. 2. in med.*

CAPUT XXI.

Julius conſtituit, ut notitia, quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & ut o-

omnium

mnium monimentorum in Eccleſia confectio per primicerium notariorum celebraretur, ſive quod cautiones, vel inſtrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut teſtamenta, vel colligationes, aut manumiſſiones clericorum in Eccleſia per ſcrinium ſanctum celebrentur. *Damaſ. in Jul.*

TITULUS II.
QUALES TESTES ESSE DEBEANT.

CAPUT I.

Decernimus nec accuſatores, vel teſtes ſuſcipi, qui non ſunt idonei. *Nicæn. c. 33. apud Jul. ep. 2. c. 9. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret.*

CAPUT II.

Cenſemus, neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accuſationem, vel ad teſtimonium recipiendos. *Nicæn. c. 41. apud Jul. epiſt. 2. cap. 10. Teleſph. epiſt. 1. c. 4. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret.*

CAPUT III.

15. q. 3. c. ult.

Nemini de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum, quoniam ejus, atque omnis rei profeſſio * periculoſa eſt, & admitti adverſus quemlibet non debet. *Nicæn. c. 55. apud Jul. ep. 2. c. 18. Dionyſ. ep. 2. poſt med. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 17. panorm. & part. 5. c. 228. decret.*

** confeſſio,*

CAPUT IV.

Primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non ante ſententiam proferant damnationis, quam Apoſtolica freti auctoritate, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes, & canonice examinatos regulariter teſtes convincatur, &c. *Nicæn. c. 61. apud Jul. ep. 2. c. 26. Zephyr. ep. 1. in princ. Fœlix ep. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 154. & 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. panorm. & part. 5. c. 267. decret. Anſelm. lib. 3. c. 65. & 66. Tarrac. lib. 2. c. 40.*

CAPUT V.

De teſtib. c. 21. Gr. IX. & c. 5. de judæis. in 1. coll.

Teſtimonium Chriſtianorum adverſus judæos in omnibus cauſſis, cum illi adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis utantur, recipiendum eſſe cenſemus, & anathemate decernimus feriendos, quicumque judæos voluerint in hac parte præferre, cum eos ſubjacere Chriſtianis oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foveri. *Alexand. III. in concil. Later. c. 26.*

CAPUT VI.

De hær. c. 13. Excommunicamus, §. Credentes. Gr. IX. & in 4. coll. cap. 13.

Credentes, receptores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubjacere, firmiter ſtatuentes, ut poſt quam quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo jure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu concilia, nec ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 3.*

CAPUT VII.

De teſtib. & atteſt. c. Licet. 47. Gr. IX. & c. ult. eod. tit. in 4. coll.

Quales debeant eſſe teſtes in cauſſa matrimonii. *Innoc. in concil. gener. Later. cap. 52. Vide lib. de matrim. tit. XXXVI. de teſt. in cauſſa matrim.*

CAPUT VIII.

3. q. 9. c. 18. Abſens.

Neque affinis teſtis admittatur. *Fœlix in ſyn. LXX. Epiſc. ep. 2. in med. Hadr. c. 5. them. 7. ad Epiſc. Mediom. Ivo part. 6. c. 331. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 7. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit. Cæſar. lib. 5. c. 30.*

CAPUT IX.

2. q. 4. c. 1. 6. q. 1. c. 6.

Teſtes, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia, uxores, & filios habentes, & omnino Chriſtum prædicantes. *Silveſt. in ſyn. Rom. CCLXVIII. Epiſc. Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 68. vel 72. Magunt. ſub Arnulph. c. 12. Ivo part. 5. c. 334. Capitul. lib. 1. c. 139.*

CAPUT X.

11. q. 1. c. 9. c. 1. de teſtib. in 1. coll.

Teſtimonium laici adverſus clericum nemo recipiat. *Silveſt. in ſyn. Rom. CCLXVIII. Epiſc. & in ſyn. Rom. CCLXXXIV. Epiſc. c. 14. Longob. lib. 2. tit. 51. c. 12. Hadr. Papa c. 68. ad Epiſc. Mediom. Anſelm. lib. 3. c. 23. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 6. & 7. panorm. & part. 6. c. 334. decret. Cæſar. lib 5. c. 33.*

CAPUT XI.

Nulli infami, atque ſacrilego de quocumque liceat negotio adverſus religioſum Chriſtianum, quamvis humilis, ſerviliſque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inſcriptione Chriſtianum impetere. *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep. 1 c. 5.*

CAPUT XII.

Ut teſtificandi, vel accuſandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep. 1. c. 9.*

CAPUT XIII.

Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi. *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep. 1. cap. 15.*

CAPUT XIV.

Per ſervos, de his, quæ (*adverſarii Symmacho*) obiiciebant, ſecum loquebantur poſſe convincere, addentes, ut ipſe mancipia traderet, quibus, quantum illi aſſerebant, poſſet in judicatione ſuperari. Quæ res canonibus, & ipſis publicis erat legibus inimica, cum patrum ſtatuta ſanxiſſent, ut quos ad accuſationem leges ſæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel aſſequendi aliquid *, neganda eſſet licentia. *Synod. IV. Rom. ſub Symm. vide Ennod. pro Symmach. poſt princ.*

** accuſandi aliquem.*

CAPUT XV.

Contra Epiſcopum hæreticus teſtis non admittatur. *Apoſt. c. 75.*

CAPUT XVI.

3. q. 4. c. 2.

Clemens cum collegis ſuis ſtatuit, dicens: Accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint, traſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, ejuſque violatores, & recedentes apoſtatæ nominantur, omnis enim apoſtata re-

refutandus eſt ante reviſionem ſuam, non in accuſatione recte agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, quia vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Anaclet. ep. 1. poſt princ. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 8. panorm. & part. 5. cap. 237. decret.*

CAPUT XVII.

3. q. 3. c. 2. Accuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, qui heri, aut nudius tertius inimici fuerint, ne irati nocere cupiant, vel læſi ſe ulciſci velint, inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus. *Anaclet. epiſt. 3. in med. Burch. lib. 1. cap. 152. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 239. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 14. Tarrac. lib. 2. cap. 2.*

CAPUT XVIII.

3. q. 4. c. 10. Detractores, & auctores inimicorum ab Epiſcopali ſubmovemus accuſatione, vel teſtimonio. *Zephyr. epiſt. 1. in princ. Anſelm. lib. 3. c. 35. in Rom.*

CAPUT XIX.

2. q. 4. c. 4. Conſanguineorum. Quiſquis non eſt legitime conjunctus, vel abſque dotali titulo, ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes, vel legitime conjunctos criminari, vel in eos teſtificari minime poteſt, quoniam omnis inceſti macula pollutus infamis eſt, &c. Omnes, qui in recta fide ſuſpecti ſunt, in accuſatione ſacerdotum, & eorum, ſuper quorum fide non hæſitatur, minime recipiantur, & in teſtimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur, nec eis omnino eſt credendum, qui rectam fidem ignorant, &c. *Calliſt. ep. 2. in med. c. 5. Burch. lib. 1. c. 171. & lib. 7. c. 1. Ivo part. 9. c. 23. decr. Tarr. lib. 5. c. 71.*

CAPUT XX.

3. q. 9. c. 15. Similiter teſtes per quamcumque ſcripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentes de his, quæ viderunt, & noverunt veraciter teſtimonium dicant; nec de aliis cauſis, vel negotiis dicant teſtimoniũ, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Accuſatores vero [
3. q. 5. c. 1. Conſanguinei. conſanguinei adverſus extraneos teſtimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes, ſed ſi voluerint, & invicem conſenſerint inter ſe parentes tantummodo teſtificentur, & non in alios. Nec
3. q. 5. c. 12. [accuſatores, vel teſtes ſuſpecti recipiantur, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet. Amor carnalis, & timor, atque avaritia, plerumque ſenſus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quæſtum pietatem putent, & pecuniã quaſi mercedem prudentiæ. *Calliſt. ep. 2. poſt med. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 3. & c. 9. panorm. & part. 5. c. 289. decret. Anſelm. lib. 3. c. 54.*

CAPUT XXI.

3. q. 5. c. 4. Suſpectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos, qui non ſunt bonæ converſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accuſatores eſſe, & teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmovemus. *Pontian. epiſt. 2. in princ. Anſelm. lib. 3. c. 16.*

CAPUT XXII.

Nec ullus unquam præſumat accuſator ſimul eſſe, & judex, vel teſtis; quoniam in omni judicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt, judices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. *Fabian. ep. 2. ante fin. Burch. lib. 16. c. 15. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 27. panorm. & part. 6. c. 321. decret. Anſelm. lib. 3. c. 72. Cæſar. lib. 5. c. 51. Tarrac. lib. 2. c. 7. Capitul. lib. 7. c. 339. & Iſidor. in etymolog.* 4. q. 4. c. 1.

CAPUT XXIII.

Eorum accuſandi ſacerdotes, vel teſtificandi in eos vocem obſtruimus, quos humanis, & divinis vocibus damnatos, vel mortuos eſſe agnoſcimus. *Steph. ep. 2. in med.*

CAPUT XXIV.

Qui falſum teſtimonium dixerint nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi. [Nulli infami unquam, atque ſacrilego, de quocumque negotio liceat adverſus religioſum Chriſtianum, quamvis humilis, ſervilíſque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inſcriptione Chriſtianum impetere. Omnibus quoque ſimiliter accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. *Eutychian. ep. 2. in med. Ivo part. 6. c. 333. decret. & lib. 4. tit. 8. cap. 8. panorm. Anſelm. lib. 3. cap. 25. Cæſaraug. lib. 5. cap. 35. Tarrac. lib. 2. cap. 14.* 3. q. 4. c. 11.

CAPUT XXV.

Homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſacrilegos *, divinoſque concurrerunt, ſimileſque eorum nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi, quia infames ſunt, & juſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum, vocem enim funeſtam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet. *Euſeb. epiſt. 3. in princip. Hadr. Papa cap. 63. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 16. cap. 4. Ivo part. 10. cap. 37. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 19. Capitul. lib. 7. cap. 369.* 3. q. 5. c. 9. Conſtituimus. * ſortilegos.

CAPUT XXVI.

Eorum os accuſandi ſacerdotes, vel teſtificandi in eos obſtruimus, quos non humanis, ſed divinis vocibus mortuos eſſe ſcimus, quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore vivente. *Miltiad. epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT XXVII.

Accuſatores Epiſcoporum, & teſtes abſque ulla infamia, aut ſuſpicione, vel manifeſta macula, & veræ fidei planiter inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere jubet divina auctoritas, quoniam ſacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas, criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eorumdem non debent, nec poſſunt provehi honorem. *Damaſ. epiſt. 3. poſt princip. Burch. lib. 1. cap. 172. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 4. panorm. & part. 5. cap. 290. decret.* 2. q. 7. c. 39. Teſtes. 2. q. 7. c. 1. Sacerdotes.

CAPUT XXVIII.

Accuſatores, & judices non iidem ſint, ſed per 4. q. 4. c. 2.

ſe accuſatores, per ſe judices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, unuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine. *Damaſ. epiſt. 3. ante med. Burch. lib. 16. c. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 20. panorm. & part. 6. cap. 336. decret.*

CAPUT XXIX.

Quæro ab his judicium, quod prætendunt, ubi uam poſſit agitari, an apud ipſos, ut iidem ſint inimici, & teſtes, & judices. Sed tali judicio, nec humana debeat committi negotia, ne dum divinæ legis integritas. *Gelaſ. epiſt. ad Fauſt. in fin. epiſt. Nicol. ad Michael. Imperat. ante med.*

CAPUT XXX.

2. q. 1. c. 6. De perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum eſt, cujus conditionis, cujuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne forte aliquas contra prædictum Epiſcopum inimicitias habuiſſent, & utrum teſtimonium ex auditu dixerunt, aut certe ſi ſcire ſpecialiter teſtati ſunt, &c. *Greg. lib. 11. epiſt. 50. Joanni Defenſori. Anſelm. lib. 3. cap. 90. al. 93. Cæſar. lib. 5. c. 54.*

CAPUT XXXI.

Quod dicit Epiſcopus (*Stephanus*) quia ſe abſente, aliqui viliſſimi ſint teſtes exhibiti. Hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege noſcendum eſt, conſtitutione novella, quæ de teſtibus loquitur cap. xvi. * &c. Quales autem teſtes, vel cujus opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtendunt, quæ pene nulli habentur incognitæ, quæ etiam & illud ſanciunt, ut viliſſimis teſtibus ſine corporali diſcuſſione credi non debeat, &c. *Greg. lib. 11. reg. epiſt. 54. ad fin. Joann. Defenſori. Authent. de teſtib.* §. Et hic vero, & §. Teſtes.

* *Novell.* xi. c. vi. f.

CAPUT XXXII.

2. q. 7. c. 53. Placuit eorum accuſandi ſacerdotes, & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non humanis, ſed divinis vocibus mortuos eſſe ſcimus, quia vocem funeſtam interdici * potius, quam audiri oportet. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 29. Capit. lib. 7. cap. 322. & 440. vide Steph. ep. 2. Miltiad. epiſt. 1.*

* *intercidi.*

CAPUT XXXIII.

5. q. 11. c. 3. Non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probaverint innocentes, quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei adverſus quemcumque confeſſio. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 31. Capit. lib. 6. cap. 324.*

CAPUT XXXIV.

Judex criminoſum diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quam aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes convincatur. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 53. Anian. lib. 9. tit. 30. conſtit. 1. Cod. Theod. ſive 40. in integro libro, quæ eſt conſtit. 16. lib. 9. tit. 47. Cod. Juſt. Burch. lib. 16 cap. 6. Ivo lib. 4 tit. 11. cap. 5. panorm. Anſelm lib. 3. cap. 77. Capitul. lib. 7. cap. 170. & lib. 5. cap. 156.*

CAPUT XXXV.

2. q. 4. c. ult. Nullam damnationem Epiſcoporum eſſe unquam cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum Epiſcoporum, qui ſit per duodecim Epiſcopos, aut certe probata ſententia per idoneos, qui tales ſint, qui & accuſare poſſint, ut prius ad ſacra Chriſti quatuor evangelia ſacramenta præſtant, quod nil falſum depromant. *Leo IV. epiſt. ad Epiſcop. Britann. Ivo part. 5. cap. 116. decr.*

CAPUT XXXVI.

Ne inimicorum domeſtici teſtes adhibeantur. *vid. 4. q. 4. cap. 3.*
Nicolaus ad Michaelem Imperat. in med.

CAPUT XXXVII.

Multi ſunt, qui contra Eccleſiaſticam regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos putant ſe ad accuſationem admitti debere, qui omnino non admittantur, niſi actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere. *Arelat. I. cap. 13.*

CAPUT XXXVIII.

Teſtes non recipiantur, qui ad accuſandum *4. q. 2. c. 1.*
non admittuntur, neque hi, quos accuſator de domo ſua attulerit. Minor quatuordecim annis teſtis non recipiatur. *Carth. cap. 132. aliis 135. C. Afric. cap. 93. L. Carth. VII. cap. 4. L. Magunt. ſub Arnulph. cap. 23. Burch. lib. 16. c. 20. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 1. panorm. & part. 6. c. 364. decret. Capitul. lib. 7. cap. 101. Raban. c. 1. de pœnit.*

CAPUT XXXIX.

Ejus, qui frequenter litigat, & ad cauſandum facilis eſt, teſtimonium nemo abſque grandi examine recipiat. *Carth. IV. cap. 58.*

CAPUT XL.

Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo *2. q. 7. c. 24.*
extiterit infidelis *. Judæi ergo, qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc Chriſti fidem prævaricati ſunt, ad teſtimonium dicendum admitti non debent, quamvis eſſe ſe Chriſtianos annuntient, quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur, nec eis eſt credendum, qui veritatis a ſe fidem abjecerunt. *Tolet. IV. cap. 63. Ivo part. 13. cap. 96. decret.*

* *infidus.*

CAPUT XLI.

Liberto adverſus Eccleſiam, cujus juris extitit, accuſandi, vel teſtificandi denegetur licentia. *2. q. 1. c. 8. Epiſcop.*
Si præſumpſerit, placet, ut ſtante commutatione, in ſervitutem propriam revocetur, cui nocere conatur. *Tolet. IV. cap. 67. Burch. lib. 3. c. 176. Ivo part. 3. c. 237. & part. 16. c. 65. decr.*

CAPUT XLII.

His (*loquitur de presbyteris, & diaconis, qui de familia Eccleſiæ fuerunt manumiſſi*) ſicut & cæteris Eccleſiæ libertis accuſandi, vel teſtificandi adverſus Eccleſiam aditus intercluditur, ad quod ſi aſpiraverint, non ſolum libertatis beneficio careant, ſed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, ſed temporis neceſſitate promeruerunt. *Tolet. IV. cap. 73.*

De ſerv. non ordin. cap. 1. Greg. IX & in 1. coll. cap. 4.

CAPUT XLIII.

De teſtibus proditionis cauſſa notatis, & poſtea reſtitutis. *Toletan. XII. cap 7. & XIII. c. 1.*

CAPUT XLIV.

Summopere admonendi ſunt comites, & judices, ne viles, & indignas perſonas coram ſe permittant ad teſtimonium accedere, quoniam multi ſunt, qui pejerare pro nihilo ducunt, in tantum, ut pro unius diei ſatietate, aut pro quolibet

bet parvo pretio, ad juramentum conduci poſſint, animaſque ſuas perjurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet teſtimonium admittendi ſunt. Et hoc notandum, quod non ſolum, qui pejerant, ſed qui perjuris conſentiunt ſimiliter * plectendi ſunt damnatione. *Turonen. ſub Carolo cap. 34. Ivo part. 16. cap. 337. decret.* * *ſimili.*

CAPUT XLV.

Teſtes probatiſſimi, & pauci de pluribus eſſe debent, tales, de quorum fide non dubitetur. Multum autem pravorum teſtium cupiditate, & falſitate læditur reſpublica. *Cabil. ſub Carolo c. 21.*

CAPUT XLVI.

Non minus, quam quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad teſtimonium admittendus eſt ſecundum cenſuram canonicæ inſtitutionis, ſicut in Africano concilio, can. 98. &c. *Magunt. ſub Arnulph. cap. 23. vide ſupra c.* Teſtes non recipiantur.

CAPUT XLVII.

Nos diximus, quia non poſſunt cohabitantes inimicis ſuſceptabiles ad teſtimonium comprobari. *Photius Epiſc. Tyri in cauſſa Ibæ in concil. Chalced. act. 10. in princ. vide Nicæn. cap. 41. cap.* Cenſemus. *Theleſphor. epiſt. 1. cap. 4. Nicolaum ad Michael. Imperat. c.* Ne inimicorum.

CAPUT XLVIII.

Silveſter conſtituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. *Damaſ. in Silveſt. Ludov. Imper. lib. 2. tit. 51. de teſtib. cap. 52. in Longobard. Burch. lib. 1. cap. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 264. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 23. Cæſaraug. lib. 5. cap. 33. Tarrac. lib. 2. cap. 16.*

CAPUT XLIX.

2. q. 7. c. 2. Ego judex datus ſum, & non poſſum teſtari. *Maras presbyter in Chalced. concil. act. 10. poſt princ. vid. Damaſ. ep. 3. c.* Accuſatores, & judices. *Fabian. epiſt. 2. cap.* Nec ullus.

CAPUT L.

Abſque veris, & innocentibus teſtibus, vel niſi manifeſte canonice convictos, aut ſponte confeſſos, &c. non licet damnare. *Stephan. & alii ad Damaſ.*

TITULUS III.
DE NUMERO TESTIUM.

CAPUT I.

SI te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum Chriſt. apud Matth. cap. 18. num. 16. v. Joann. cap. 8. Deuter. cap. 17. & 19. Paul. 2. ad Corinth. 13. ad Hebr. cap. 10.

CAPUT II.

Adverſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Paul. 1. ad Thimot. 5. num. 19.

CAPUT III.

Diſt. 48. c. 1. Si aliquod mortale peccatum neophytus feciſſe deprehendatur, & a duobus, vel tribus teſtibus convincatur, ceſſet a clero. Qui adverſus hæc venerit, & impugnans magnam ſynodum, de ſuo clero periculum ſubeat. *Nicæn. c. 2. Mart. Brac. cap. 22. Synod. ſub Joann. IX. act. 2.*

CAPUT IV.

Duodecim unciis in libra probabitur cenſura, & in ſeptuaginta duobus comparentibus damnabitur Præſul, &c. *Synod. contra Marcell.*

CAPUT V.

Non damnabitur Præſul niſi in ſeptuaginta duobus teſtibus, &c. Presbyter autem Cardinalis, niſi quadraginta quatuor teſtibus non damnabitur. Diaconus Cardinarius conſtitutus urbis Romæ, niſi in viginti ſex non damnabitur: ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius niſi in ſeptem teſtibus non damnabitur. *Silveſt. in epilogo ſyn. Rom. & in ipſa ſyn. Rom. CCLXXXIV. Epiſc. cap. 3. Hadrian. Papa cap. 68. ad Epiſc. Mediom. Magunt. ſub Arnul. cap. 52. Burch. lib. 1. cap. 158. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 264. & part. 6. cap. 334. decret. Deuſded. cap. 3. Capitul. lib. 1. cap. 139.* *2. q. 4. c. 2.*

CAPUT VI.

Si duo, vel tres viri conſanguinitatem jurejurando firmaverint, vel ipſimet forte confeſſi fuerint, conjugia diſſolvantur. *Urb. II. in ſyn. Troj.* *35. q. 6. c. 4.*

CAPUT VII.

Contra Epiſcopum in teſtem hæreticus non admittatur, ne fidelis quidem, ſi unus tantum ſit: *In ore enim duorum, vel trium ſtat omne verbum. Apoc. c. 75.* *Mat. 18.*

CAPUT VIII.

Patriarcha, vel Primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non ante ſententiam proferant finitivam, quam Apoſtolica fulti auctoritate, aut reum ſe ipſum confiteatur, aut per innocentes, & regulariter examinatos convincatur teſtes, qui minori non ſint numero, quam illi diſcipuli fuerunt, quos Dominus ad adjumentum Apoſtolorum eligere præcepit, id eſt, ſeptuaginta duo. *Zephyr. ep. 1. in princ. Fœlix ep. 1. Nicæn. c. 61. apud Jul. ep. 2. c. 26. Burch. lib. 1. cap. 154. & 157. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 55. panorm. & part. 5. c. 267. decret. Anſelm. lib. 3. c. 35. & c. 65. & 66. Tarracon. lib. 2. c. 40.* *2. q. 1. c. 5. Primates.*

CAPUT IX.

Apoſtolus inquit, adverſus presbyterum inſcriptionem non recipiendam abſque duobus, vel tribus idoneis teſtibus. *Xyſt. II. ep. 2. ante fin.* *1. Tim. c. 5. 2. q. 7. c. 29. Accuſatio.*

CAPUT X.

Cum liber homo crimine fuerit appetitus, niſi jam pridem repertus eſt alicujus ſceleris reus, aut tribus teſtibus convictus, pœnæ ſuccumbit, aut ſi convinci non potuerit, ad evangelium ſactum, quod ſibi objicitur, minime commiſiſſe jurans, abſolvitur. *Nicol. ad Conſult. Bulgar. c. 86.*

CAPUT XI.

Si Epiſcopus dicat aliquem ſibi ſoli crimen confeſſum, ille negat, non putet Epiſcopus, ſibi injuriam fieri, ſi ſoli non credatur. Et ſi dicat ſcrupulo conſcientiæ ſe non poſſe ei communicare, ab aliis Epiſcopis ei non communicabitur. Nihil igitur dicat, quod probare nequit. *Carth. c. 133. & 134. G. Carth. VII. c. 5. L. Afric. cap. 99. L. Ivo part. 5. c. 363. decret. & ep. 151. ad Olricum fratrem.* *6. q. 2. Placuit, c. ult.*

CAPUT XII.

Si tantum Epiſcopus alieni ſceleris ſe conſci- *6. q. 2. c. 2.*

um novit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat, ſed cum ipſo ad compunctionem ejus ſecretis correptionibus elaboret. Quod ſi correptus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicæ ingeſſerit, etiam ſi Epiſcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probatione deficiat, indemnatus licet, ab his qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus, pro perſona majoris auctoritatis jubeatur, illo, quamdiu probari nihil poteſt, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanente. *Vaſion. c. 8. Ivo part. 5. cap. 364. decret. & epiſt. 151. ad Olricum fratrem.*

CAPUT XIII.

2. q. 4. Placuit; c. 1. Si quis aliquem clericorum in accuſatione fornicationis impetit, ſecundum præceptum 1. Tim. 5. Pauli Apoſtoli, duo vel tria teſtimonia requirantur ab illo. Quod ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accuſati accuſator accipiat. *Brac. II. c. 8. Burch. lib. 2. c. 202. aliis 204. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 13. panorm. & part. 6. c. 276. decret. Capitul. lib. 5. cap. 340.*

CAPUT XIV.

Matt. 18. *In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum*, ut ſcriptis accepimus, a dominis manumiſſos coram tribus teſtibus eo honore fungi volumus. *Trull. c. 85.*

CAPUT XV.

1. ad Tim. 5. Apoſtolus Timotheo præcepit, in cujus perſona, ut Leo dicit, omnium Chriſti ſacerdotum numerum erudivit, ut accuſatio adverſus presbyterum non recipiatur, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Et ſacrum Nicænum concilium Neophytum Epiſcopum duobus, vel tribus teſtibus Daniel c. 13. redargutum a clero abſtinere præcipit. Sed quia in hiſtoria Suſannæ duo teſtes, qui idonei vide- 3. Reg. c. 21. bantur, & in hiſtoria Naboth, & in hiſtoria Paſ- Matt. 26. ſionis Domini duo teſtes dixiſſe falſum teſtimonium legimus, &c. de numero teſtium idoneorum auctoritatem legum ſequendam vidimus, ut ſeptem teſtes idonei requirantur, & ſi ratio, vel cauſſa coegerit, quatuordecim, vel viginti, & unus teſtis quærantur, ut veritas patefacta monſtretur. *Troſl. c. 9.*

TITULUS IV.
DE FALSIS TESTIBUS.
CAPUT I.

MOX examinantur falſi teſtes, qui contra Ignatium juraverunt, & cum præſcripta a ſynodo ſatisfactione pœnitentiæ, recepti ſunt ad communionem Eccleſiæ. *Syn. VIII. ſub Hadr. II. act. 9. ante fin.*

CAPUT II.

De falſis teſtibus non admittendis ad accuſandum, aut ad teſtimonium dicendum. *Fœlix II. in ſyn. Rom. ep. 1. c. 5. Eutych. ep. 2. in med. Euſeb. ep. 3. in princ.*

CAPUT III.

Eccleſ. 12. d. 4. q. 4. Nullus, c. 2. Scriptum eſt: *Abominatur Dominus labia mendacia, & teſtem fallacem proferentem mendacia, & ſeminantem inter fratres ſcandala, atque litigia*, &c. *Damaſ. ep. 3. ante med. Burch. lib. 16. c. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 26. panorm. & part. 6. c. 337. decret.*

CAPUT IV.

Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebit, ſi tamen non fuerit mortis, quod objecit, & ſi probaverit, quod diu * tacuerit, biennii tempore abſtinebit, ſi autem non probaverit, in conventu clericorum placuit per quinquennium abſtineri. *Elib. c. 74. Burch. lib. 16. c. 18.* De crim. falſ. c. 1. in 1. coll. * nou.

CAPUT V.

Falſus teſtis juxta ſcripturam impunitus non ſit. *Arelat. c. 14.* Proverb. 19.

CAPUT VI.

Homicidas, & falſos teſtes a communione Eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimen diluerint. *Agath. c. 37. Venetum c. 1. Rab. c. 13. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 29. Ivo part. 10. c. 38. & 158. decret.* 24. q. 4. c. 20. Itaque.

CAPUT VII.

Si Epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, aut teſtimonium falſum dixerit, ab officii honore depoſitus in monaſterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. *Agath. c. 50.* Diſt. 50. c. 7.

CAPUT VIII.

Si quis clericus in falſo teſtimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis cenſeatur. *Epaun. cap. 13.*

CAPUT IX.

Si quis clericus furtum, aut falſitatem admiſerit, quia capitalia etiam ipſa ſunt crimina, communione conceſſa, ab ordine degradetur. *Aurel. III. cap. 8.*

CAPUT X.

Si quis convictus fuerit, alios ad falſum teſtimonium, vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſe quidem uſque ad exitum non communicet; hi vero, qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur. *Matiſc. cap. 17.*

CAPUT XI.

Decrevimus, ut laici homines legitime vivant, &c. & falſa teſtimonia non dicant. *Synod. Sueſſion. ſub Pipino.*

CAPUT XII.

Ut comites, judices, ſeu reliquus populus obedientes ſint Epiſcopo, & invicem conſentiant ad juſtitias faciendas, & munera pro judicio non recipiant, nec falſos teſtes, ne per hoc pervertant judicia juſtorum, &c. *Arelat. ſub Carolo c. 13.*

CAPUT XIII.

De vilibus, & indignis perſonis non admittendis ad teſtimonium, quia periculum eſt, ne falſum teſtimonium dicant. *Turon. ſub Carolo cap. 34. vide tit. Quales teſtes, cap.* Summopere.

CAPUT XIV.

Epiſcopi conſentientes ſint comitibus, & judicibus ad juſtitias faciendas, & ut nullatenus per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium, aut per proœmium lex juſta in aliquo depravetur. *Magunt. ſub Carolo c.*

8. *Ma-*

8. *Magunt. ſub Raban. c. 7. Burch. lib. 15. c. 4.*

CAPUT XV.

Ex corde cunctos attentius invicem diligere (*Petrus Apoſtolus*) inſinuabat, non falſum teſtimonium dicere, &c. non jurare, ne forte perjures veritatem ex corde, & ore proferre, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21. ex Clem. epiſt. 1.*

CAPUT XVI.

Dicendum eſt eis (*fidelibus*) ut a falſo teſti-
Exod. c. 20. monio abſtineant, ſcientes, & hoc graviſſimum ſcelus eſſe, & ab ipſo Domino in monte Sinai
Deut. c. 5. prohibitum, dicente eodem Domino: *Non falſum teſtimonium dixeris*, ſive: *Teſtis falſus non erit impunitus. Theodor. ad presb. Aurel. cap. 27.*

TITULUS V.
COMMUNIA DE TESTIBUS.

CAPUT I.

De accuſ. qualiter, & quando, c. 24. ap. Greg. IX. & in 4. coll. eod. tit. cap. 4. DEbet eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentaverit, &c. & non ſolum dicta, ſed etiam nomina teſtium ſunt ei, ut quid, a quo ſit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum infamandi; per exceptionum vero excluſionem deponendi falſum audacia tribuatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 8.*

CAPUT II.

De ſent. excomm. c. 48. apud Greg. IX. c. 5. in 4. coll. Sacro approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio, promulgare præſumat, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 47.*

CAPUT III.

24. q. 2. c. 2. Quamquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur, tam ipſi in ſæcularibus negotiis pro teſtimonio, aut conficiendis inſtrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus eſſe non convenit. Si autem cruentæ cauſſæ aliquid viderint*, aut audierint, ubi nullæ idoneæ ſæcularium inveniantur perſonæ, ne veritas occultetur, & malus ut bonus exiſtimetur, in providentia proprii ſui Epiſcopi, ut, aut coram ſe, & competentibus judicibus, aut aliter veritatem honorifice attollant. *Eugen. II. & Leo IV. in ſyn. Rom. cap. 13.*

** eventu aliquo cauſſæ interfuerunt.*

CAPUT IV.

Cum Epiſcopus accuſatus ad judicium venerit, congruum ſibi locum eligat, quo abſque timore ſuos, ſi neceſſitas expoſcerit, teſtes habere valeat, &c. *Felix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 8. Capitul. lib. 6. cap. 287. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 5. panorm.*

CAPUT V.

2. q. 2. c. ult. Præceptum eſt in antiquis canonibus Epiſcopos ejectos, atque ſuis rebus expoliatos Eccleſias proprias recipere, &c. Judices eſſe decernentes Epiſcopos recta ſapientes, & in Eccleſiam convenientes, ubi teſtes eſſent ſingulorum, qui oppreſſi videbantur. *Zephyr. epiſt. 2. in princ. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 13. Ivo lib. 4. tit. 6. cap. 1. & 2. panorm. & part. 5. c. 265. decr. Burch. lib. 1. cap. 153. Capit. lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 129. in addit.*

CAPUT VI.

Canonica patrum inſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes, nec teſtimonia ullum per ſcripta poſſe proferre, nec de aliis negotiis quicumque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. *Damaſ. epiſt. 6. in fin. Anſelm. lib. 3. cap. 47.* *5. q. 2. c. 3.*

CAPUT VII.

Quod dicit Epiſcopus (*Stephanus*) quia ſe abſente aliqui viliſſimi ſint teſtes exhibiti: Hoc ſi verum eſt nullius eſſe momenti lege noſcendum eſt. Conſtitutione novella, quæ de teſtibus loquitur, cap. 16.* Hoc quoque ſæpius agnovimus, quoniam quidam aut apud locorum defenſores, aut apud cariſſimos provinciarum judices, aut etiam, ut aſſolet, hic apud virum clariſſimum magiſtrum cenſus ingrediuntur, & queruntur tamquam ab alio paſſi aliquid contra leges, aut aliter læſi, aut damnificati teſtes volentes producere. At ne poſtea objiciatur eis, quia per unam partem geſta confecta ſunt, oportet, & illum, qui impetitur, in ipſa civitate conſtitutum, ubi teſtimonia dantur, admonitum a judice, ſive a defenſore advenire, & audire atteſtationes; ſi vero noluerit advenire, ſed contempſerit, ut ex hoc ab una parte teſtimonia adverſus eum inutilia ſint: Sancimus hujuſmodi teſtimonia ita valere, ac ſi non ex una parte conſiſterent, ſed etiam ipſo præſente fuiſſent facta. Si enim recuſaverit, & venire noluerit, & audire, quæ deponuntur, cum utique in publico ſit, & non ex inevitabili quadam neceſſitate venire non poſſit, ſimilis advenienti erit, & nulla utilitas ex contemptu ſuo ei adhibebitur, ſed videbuntur quidem in utriuſque præſentia probationes factæ. Ecce admonendus eſt ſemper adverſarius, ut ad audiendos teſtes adveniat. Quod quia hic omiſſum eſt, neceſſe eſt, ut quod contra leges actum eſt, firmitatem non habeat, &c. *Greg. Joann. Defenſori lib. XI. regiſtr. epiſt. 54. ad fin. Authent. de teſt. §. Ex hic vero. Anſelm. lib. 3. cap. 90. Cæſar. lib. 5. cap. 54.* *2. q. 2. c. 7. in fin. De teſtib. c. 2 apud Greg. IX. & in 1. coll. c. 3.* ** Novella XC. c. VI. Juſtiniani, I.*

CAPUT VIII.

Novit prudentia tua, quod perſonis abſentibus accuſationem per ſcripta, canonica non probet auctoritas, nec abſque partium diſceptatione per cognita in examinatione recipiat cauſſas. *Greg. VII. Gozelino Burdegalen. Archiep. lib. 2. regiſtr. epiſt. 2.*

CAPUT IX.

Locus ſuſpectus mutandus eſt in alium vicinum, ubi poſſit accuſatus, aut accuſator teſtes adducere, & cauſſam agere. *Carthag. cap. 30. G.*

CAPUT X.

Qui forte in Eccleſia quamlibet cauſſam, jure Apoſtolico Eccleſiis impoſito, agere voluerit, & *2. q. 6. Statutum, c. 37.* fortaſſe deciſio clericorum uni parti diſplicuerit, non liceat clericum in judicium ad teſtimonium devocari eum, qui cognitor, vel præſens fuit, & nulla ad teſtimonium dicendum Eccleſiaſtici cujuſlibet perſona pulſetur. *Carth. c. 60. G. Carth. V. cap. 1.*

V. cap. 1. Afric. cap. 26. Capit. lib. 7. cap. 91. Anſelm. lib. 5. cap. 82. Ivo part. 6. cap. 230.

CAPUT XI.

Tranſmarina judicia non poſſunt habere neceſſarios teſtes, cum ætate, vel morbo, vel aliis rebus impediantur. *Carth. cap. 138. G. Carth. VI. in fin. epiſt. ad Caleſt. Afric. concil. in fine.*

CAPUT XII.

22. q. 1. c. 1. Omne, quod teſtibus adſtipulatur, tunc verius conſtat, cum id adjectio jurationis affirmat. Quod ſi & teſtis deficiat, innocentis fidem ſola jurisjurandi taxatio manifeſtat, &c. *Tolet. VIII. cap. 2. Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 1. panorm. & part. 12. cap. 2. decret.*

CAPUT XIII.

Si pro culpis minimis, ut aſſolet (*qui dignitatem palatini ſunt conſecuti*) flagellorum ictibus a Principe verberentur, non ex hoc, aut teſtimonium amiſſuri ſunt, aut rebus ſibi debitis privabuntur. *Tolet XIII. cap. 2.*

CAPUT XIV.

Sic Gregorius decrevit: Per idoneos, ut præmiſimus, teſtes, ſacramento (*Epiſcopus*) inquiret de malæ famæ presbytero, & qui proinde jurabunt, hoc modo ſinguli jurent: „ De hoc, quod
„ me interrogabis de iſto presbytero, quid inde
„ ſciam, me ſciente, nec mendacium tibi dicam,
„ nec veritatem reticebo, ſic me Deus adjuvet,
„ & iſti ſancti Dei “. Poſt illud ſacramentum interrogari debet hoc modo: „ Sancti canones
„ præcipiunt, ut presbyteri talem acceſſum, &
„ frequentationem, ac cohabitationem cum fœ-
„ minis non habeant, unde mala ſuſpicio, & in-
„ conveniens ſacerdoti fama poſſit exire, pro-
„ pterea dic mihi, ſi vidiſti, aut pro certo ſcis, ta-
„ lem acceſſum, vel frequentiam, aut cohabita-
„ tionem habere feminas cum iſto presbytero,
„ unde mala ſuſpicio eſſe poſſit, & mala fama po-
„ terit exire, in illo ſacramento, quod modo
„ juraſti, ut veritatem inde non reticeas, &
„ mendacium inde non dicas “. *Troslejan. c. 9.*

TITULUS VI.

DE TORMENTIS.

CAPUT I.

3. q. 5. c. 4. Illi. NEC illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſponte crimina confitentur. Et ideo replicanda eſt ſollicite eorum veritas, quam ſponte prolata in illis vox habere non poteſt, hanc diverſis cruciatibus e latebris ſuis rigoroſus tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora ſolvuntur, quæ geſta ſunt, fideliter, & veraciter exquirantur. *Euſeb. epiſt. 1. in princ. Ennod. pro Symmach. ante med. Anſelm. lib. 3. cap. 26.*

CAPUT II.

2. q. 1. In primis, c. 5. §. Teſtes. Leges etiam & illud ſanciunt, ut viliſſimis teſtibus ſine corporali diſcuſſione credi non debeat. *Greg. Joann. Defenſori lib. 11. regiſtr. epiſt. 54. ad fin. Authent. de teſtib. §. Teſtes. Anſelm. lib. 3. cap. 90. Cæſar. lib. 5. cap. 54.*

CAPUT III.

Si fur, vel latro deprehenſus fuerit, & negaverit, quod ei impingitur, aſſeritis apud vos quod
Videtur hoc loco Nicolaus judex caput ejus verberibus tundat, & aliis ſtimulis ferreis, donec veritatem depromat, latera pungat; quam rem nec divina lex, nec humana prorſus admittit, cum non invita, ſed ſpontanea debeat eſſe confeſſio, nec ſit violenter eliciienda, ſed voluntarie proferenda, &c. Relinquite itaque talia, & quæ hactenus inſipienter exercuiſtis, medullitus execramini. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 86.* nimiam Bulgarorum ſeveritatē damnare, non tamen inde ſequitur, ut tormentorum uſum omnino damnet, dummodo, moderata ea ſint.

TITULUS VII.

DE CONFESSIONE.

CAPUT I.

NEmini de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum, quoniam ejus, atque omnis rei confeſſio * periculoſa eſt, & admitti adverſus quemlibet non debet. *Nicæn. c. 55. apud Julium epiſt. 2. cap. 18. Dionyſ. epiſt. 2. in med. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 17. panorm. & part. 5. c. 288. decr.* 15. q. 3. c. ult.

* profeſſio.

CAPUT II.

De reo non damnando antequam confiteatur crimen, aut convincatur. *Nicæn. cap. 61. apud Jul. epiſt. 2.*

CAPUT III.

Si Epiſcopus accuſatur de aliqua re a fide dignis, vocetur ab Epiſcopis, ſi venerit, & confeſſus fuerit, aut convincatur, pœna definiatur competens. *Apoſt. cap. 74.*

CAPUT IV.

Eſt etiam & hoc ad hanc ſanctam ſedem perlatum, quod pudet dicere, & non ſolum ſacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano nomini eſt inimicum, id eſt, quod nonnulli Epiſcopos, vel ſacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partem, quam debeant, aut pro ſuarum non requiſitione rerum *, aut quod deterius eſt, pro alieni erroris ſecta ſcripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus, & ergaſtulis recludi, ut ſaltem his territi inſidiis devient Domini ſacerdotes, & ſuis faveant voluntatibus, &c. Si hujuſmodi perſonis quædam ſcripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut ſe liberari poſſint, quocumque ab eis conſcriptæ, vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium, aut nocumentum pervenire * cenſemus, neque ullam eis infamiam, vel calumniam, aut a ſuis ſequeſtrationem bonis, unquam auctore Deo, & ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ſuſtinere permittimus. Confeſſio vero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet, &c. Omnis enim confeſſio, quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt, &c. Confeſſio ergo in talibus non extorqueri debet, ſed potius ſponte profiteri, peſſimum eſt enim de ſuſpicione, aut extorta confeſſione quemquam judicare, cum magis inſpector cordis ſit Dominus, quam operis, &c. Non poteſt autem humano condemnari examine, quem Deus ſuo reſervavit judicio. Si omnia namque in hoc ſæculo vindicata eſſent, locum divina non haberent judicia. *Alexand. epiſt. 1. poſt princ. & in med. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 11. panorm. & part. 5. cap. 241. decret.* 15. q. 6 c. 1. Si quandoque.

* cauſſarum.

* provenire.

CAPUT V.

Neganda eſt accuſantibus licentia criminandi priuſquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint, 3. q. 11. c. 1. 2. & 3.

quia

quia non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe prius probaverint innocentes, quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei adverſus quemcumque profeſſio *. Familiares vero, & ſponte confeſſi, atque ſceleribus irretiti non debent admitti, nec hi, qui heſterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. *Stephan. epiſt. 2. c. 7. ante medium. Conſtit. 9. ſive 12. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodoſ. & Anianus ibid. & Conſt. 19. tit. 1. lib. 9. Cod. Juſtin. Hadrian. Papa cap. 31. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 1. cap. 164. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 15. panorm. & part. 5. cap. 274. decret. Anſelm. lib. 4. cap. 71. Capitul. lib. 7. cap. 324. & 453. Cæſar. lib. 5. cap. 50. Tarrac. lib. 2. cap. 11.*

* *confeſſio.*

CAPUT VI.

3. q. 9. *cap.* 10. Decernimus, *in fin.*

Manifeſtum eſt, ſuum eos confiteri crimen, qui totiens evocati, abſque inevitabili cauſſa venire diſtulerunt, & purgandi ſe voluntate non utuntur. *Julius epiſt. 2. cap. 1.*

CAPUT VII.

3. q. 9. *cap.* 20. Decernimus.

Confitetur de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat, &c. nam manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato judicio purgandi ſe occaſione non utitur, &c. Nihil enim intereſt, utrum præſenti examine omnia, quæ dicta ſunt, comprobentur, cum ipſa quoque pro confeſſione, procurata toties conſtet abſentia, &c. *Bonifac. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 161. Ivo part. 5. cap. 271. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 34.*

CAPUT VIII.

Ideo vocatur ad judicium certe quæcumque perſona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis. Poſt confeſſionem porro litterarum tenore depromptam, cur ad judicium vocaretur Acacius, qui ſe confeſſus eſt Petro, quem petiit a ſedis Apoſtolicæ præceptione damnari, communione ſociaſſe. *Gelaſ. ep. 7. ad Epiſc. Orientis poſt princ.*

CAPUT IX.

Quamquam ea, quæ vi impulſionis fiunt, canonum minime cenſura recipiat, & jure habeantur infirma, quia ipſe ea diſſolvit, qui injuſtum fateri, ferique compellit, ſed magis illa ſuſcipienda eſt, & amplectenda confeſſio, quæ ex ſpontanea voluntate monſtratur procedere, ſicut apud nos feciſſe dignoſceris, &c. *Greg. Anaſtaſ. presbyt. lib. 5. ep. 64. regiſt.*

CAPUT X.

Si confeſſionem ſubtilitas examinis ex occultis eliceret, & non afflictio vehemens extorqueret, quæ frequenter agit, ut & noxios ſeſe fateri etiam cogantur innoxii. Nam poſtquam Epiſcopus (*Pompejus*,) ut dicitur, cum cruciari cuſtodia, cremarique fame ſe aſſerit, ſcire debetis, ſi ita eſt, utrum noceat, ſi ſic fuerit extorta confeſſio. *Greg. Conſtantio Epiſc. Mediolan. lib. 8. regiſt. epiſt. 30.*

CAPUT XI.

Judex criminoſum diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quam aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes convincatur. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 53. Anian. lib. 9. tit. 30. conſtit. 1. Cod. Theodoſ. ſive 40. in integro libro, quæ eſt conſtit. 16. lib. 9. tit. 47. Cod. Juſtin. Burch. lib. 16. c. 6. Ivo lib. 4. tit. 11. c. 4. panorm. Anſelm. lib. 3. c. 77. Capitul. lib. 7. c. 170. & lib. 5. c. 156.*

CAPUT XII.

Sicut audita mala tarde credidimus, ita tot probationibus cognita citius punire neceſſario procuravimus, & hoc rite, nam ad cognoſcendam, & condemnandam impietatem Neſtorii ſancta Epheſina ſynodus ſolam epiſtulam ejus, quam ad Beatum Cyrillum ſcripſerat, recitatam ſufficere credidit. Quinta præterea ſynodus etiam jam mortuos Origenem, atque Theodorum, per eorum damnanda ſcripta non recte ſapuiſſe repertos, anathemate perculit. Sanctus quoque Papa Gelaſius de damnatione Acacii veſtræ quondam urbis Epiſcopi ad Dardanos ſcribit, dicens: „ Hic ſi examinatio quæritur, jam judicio non „ erat opus, poſtquam litteris ſuis ipſe confeſſus „ eſt “. Chriſti præterea confeſſor Papa Martinus Cyrrhum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum CP. ſolis eorum in ſua ſacra ſynodo ſcriptis recenſitis, damnationi contradidit: „ Hæc ergo, & tot prædeceſſorum meorum „ exempla ſequentes ſolemniter nos Photium, „ & complices ejus damnaſſe manifeſtum eſt: „ præſertim cum ex vobis audierimus in ſcriptis, „ Ignatium, qui merito Chriſtus Domini dicendus eſt, a ſubjectis, & inferioribus ſuis ſententiæ gladio tranſverberatum fuiſſe, ac detrimentum dignitatis propriæ pertuliſſe, quod „ apte ſecundum David in Saule, quem dicit „ Chriſtum Dei, nuncupatur; abjectus tamen „ a Domino jam dignoſcebatur, exhorruiſſe, „ Regum prodit hiſtoria. Qui dum ex ore pueri „ Amalacitæ, etiam mendaciter dicentis audiſſet, quod occiderit Saulem, non alia certitudine requiſivit, ſed protinus hunc percuſſit, „ dicens: *Sanguis tuus ſuper caput tuum: os „ enim tuum locutum eſt adverſus te, dicens: „ Ego interfeci Chriſtum Domini* “. *Nicol. ad Michael. Imp. in ep. quæ incipit:* Quanto majora, *poſt med. vide Epheſinam ſyn. CP. c. 6. CP. II. act. ult. c. 11. Gelaſ. ep. 11. Mart. in Later. ſyn. ſecret. 4.*

2. *Reg.* 1.

CAPUT XIII.

Confeſſionem, quam non voluntas, ſed vis extorſit, nequaquam pro confeſſione recipimus. *Nicol. ad Lothar. Regem ep. 51. poſt princ.*

CAPUT XIV.

Non licet Epiſcopos, vel aliquos etiam minorum graduum clericos abſque veris, & innocentibus teſtibus, vel niſi manifeſte convictos, aut ſponte confeſſos damnare. *Stephan. & alii ad Damaſ.*

CAPUT XV.

Decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis ſanctæ conventu regiæ ſubtilitatis aſtu, &c. citra manifeſtum, & ejuſdem * ſuę culpæ indicium ab honore ſui ordinis, vel ſervitio domus regiæ arceatur, &c. Repulſo omni terrore ſub circumſpecta, & diligenti

* *evident.*

ti cuſtodia habeantur, ut tempus, quo judicari eos oporteat, nullo modo ſub fraudulentia dilatetur, quo a uxoribus, vel propinquis, atque etiam rebus ſuis diutiſſime ſeparati profeſſionem ſuam videantur dediſſe inviti. Quæ tamen, & ſi data fuerit, modis omnibus non valebit, ſed juxta ſuperiorem ordinem, illud tantum pro vero accipiatur, quod ex ore ejus agnitum generali fuerit judicio comprobatum. *Tolet. XIII. cap. 2.*

CAPUT XVI.

Homicidas, &c. non prius condemnant judices, quam ipſi accuſationem confeſſione ſua confirmaverint, vel ab aliis apte convicti fuerint. *Theodoret. ad Leo poſt ep. 60. B. Leonis.*

TITULUS VIII.

DE EXPURGATIONE.

CAPUT I.

De hæret. c. 13. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.

QUI inventi fuerint ſola ſuſpicione (*hæreſis*) notabiles, niſi juxta conſiderationes ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, anathematis gladio feriantur, &c. Ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuā convocet accuſatos de hæreſi, qui niſi ſe ab objecto reatu purgaverint, vel ſi poſt purgationem exhibitam, in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonice puniantur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 3.*

CAPUT II.

Ne cler. vel monach. c. 9. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Ne quiſquam purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis, ritum cujuſlibet benedictionis, aut conſecrationis impendat, ſalvis nihilominus prohibitionibus de monomachiis, ſive duellis antea promulgatis. *Innocent. III. in concil. gener. Later. c. 18.*

CAPUT III.

2. q. 5. c. 6.

Habet hoc proprium antiqui hoſtis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetrationē, Deo ſibi reſiſtente, dejicere non valet, opinionem eorum, falſa ad præſens ſimulando, dilacerat. Quoniam igitur quædam contra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre, & coepiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſit, utrum vera eſſent diſtricta diutius fecimus inquiſitione perquiri, & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam invenimus. Sed ne quid videretur omiſſum, quod noſtro potuiſſet dubium cordi remanere, ad beati Petri ſacratiſſimum corpus diſtricta eum ex abundanti fecimus ſacramenta præbere. Quibus præſtitis magna ſumus exultatione gaviſi, quod hujuſcemodi experimento innocentia ejus evidenter enituit. Pro qua re gloria veſtra prædictum virum cum omni charitate ſuſcipiat, & reverentiam ei, qualem ſacerdoti deceat, exhibeat, ne qua in cordibus remaneat de his, quæ ſunt jam purgata, dubietas: ſed ita ſupradicto vos Epiſcopo devotiſſime oportet in omnibus adhærere, ut congrue, decenterque Deum in ejus perſona, cujus miniſter eſt, videamini honorare. *Greg. lib. 2. regiſt. indict. 10. ep. 23. ad Juſtinum Prætorem. Burch. lib. 1. c. 194. Ivo l. 5. tit. 1. c. 5. panorm. & part. 5. cap. 309. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 154. al. 162.*

CAPUT IV.

Quia aliqua nobis de te fuerant nuntiata, quæ officii tui propoſitum non leviter macularent, curæ nobis fuit, ea diu, ac ſubtili inveſtigatione perquirere, & quoniam nihil, quod tibi noceret, invenimus, ne qua de his, quæ dicta fuerant, ſuſpicio remaneret, ad pleniſſimam te ſatisfactionem, ſi ab eis inſons extiterit, ad ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtolorum Principis diſtricta fecimus ſacramenta præbere. Et ideo poſtquam nobis, ut oportuit, ſatisfactum eſt, dilectionem tuam prævidimus modis omnibus abſolvendam, &c. *Greg. Martino diacono & Abbati lib. 6. regiſt. ep. 18.*

CAPUT V.

Quæ de cauſſa Maximi ſint agenda, ex epiſtolis, quas ad vos ante tranſmiſimus, agnoviſtis. *2. q. 5. c. 9.*
Sed quia qualis de hac re fraternitatis veſtræ voluntas ſit, ac magis petitio a præſentium latore Caſtorio chartulario noſtro renuntiante cognovimus; ideo ſi idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario noſtro, de ſimoniaca hæreſi præſtito ſe ſacramento purgaverit, atque de aliis ante corpus ſancti Apollinaris, ut ſcripſimus, tantummodo requiſitus liberum ſe eſſe reſponderit, cauſſam ipſius fraternitati veſtræ, de eo quod excommunicatus miſſarum ſolemnia agere præſumpſerit, judicio committimus, qua debeat pœnitentia talis culpa purgari. *Gregor. lib. 7. regiſt. ep. 79. Mariniano Epiſc. Ravennati.*

CAPUT VI.

Quanto a nobis creditur tibi, & neceſſarias vides *2. q. 5. c. 8.*
cauſſas injungi; tanto te ſtrenuum debes, & ſollicitum exhibere. Proinde ſi Maximus Salonitanus præſtito ſacramento firmaverit, ſe ſimoniaca hæreſi non teneri, atque de aliis ante corpus ſancti Apollinaris tantummodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit, & de inobedientia ſua pœnitentiam, ſicut deputavimus, egerit; volumus, ut ad conſolandum illum, epiſtulam, quam ad eum ſcripſimus, ubi ei & gratiam noſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignavimus, experientia tua dare debeat, quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeveros nos eſſe convenit, ſic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus. *Greg. lib. 7. regiſt. indictione 2. ep. 80. Caſtorio notario.*

CAPUT VII.

Mennam reverendiſſimum fratrem, & coepi- *2. q. 5. c. 7.*
ſcopum noſtrum, poſtquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus culpabilem eſſe, qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli ſub jurejurando ſatisfaciens, ab his, quæ objecta ejus opinioni fuerant, ſe demonſtravit alienum; reverti illuc purgatum, abſolutumque permiſimus, quia ſicut dignum erat, ut ſi in aliquo reus exiſteret, culpam in eo canonice puniremus, ita dignum non fuit, ut eum adjuvante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. *Greg. lib. 11. ep. 8. ad Brunichildam Reginam Francorum. Burch. lib. 1. c. 196. Ivo lib. 5. tit. 1. cap. 6. panorm. & part. 5. cap. 311. decret.*

CAPUT VIII.

Presbyter, vel quilibet ſacerdos, ſi a populo *2. q. 5. c. 5.*
fuerit accuſatus, & certi non fuerint teſtes, qui

cri-

Digitized by Google

criminis illati approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia; ſicque maneat in proprio gradu. *Greg. III. epiſt. 4. Bonif. poſt princ. Trosl. cap. 9. Burch. lib. 2. cap. 186. Ivo lib. 1. tit. 1. cap. 8. panorm. & part. 6. cap. 231. decret.*

CAPUT IX.

Cum liber homo crimine fuerit appetitus, niſi jam pridem repertus eſt alicujus ſceleris reus, aut tribus teſtibus convictus pœnæ ſuccumbit, aut ſi convinci non potuerit, ad evangelium ſacrum, quod ſibi obiicitur, minime commiſiſſe jurans abſolvitur, & deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodum crebro dictus Apoſtolus doctor gentium atteſtatur: *Omnis*, inquiens, *controverſiæ eorum finis ad confirmationem eſt juramentum. Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 86.* *Hebr. 6.*

CAPUT X.

Diſt. 23. c. 5. Illud eſt ſtatuendum, ut quando ad eligendum Epiſcopum convenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta, non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres Epiſcopi jam; ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum, ſi haberi poſſunt, unus, vel duo; & in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium: poſtremo etiam illa, quæ obiiciuntur, pertractentur: & cum purgatus fuerit in conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: ſatis placet. *Carth. c. 51. G. Carth. III. cap. 40. L. Afric. cap. 17. L. Burch. lib. 1. cap. 6. Ivo part. 5. cap. 60. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 55.*

CAPUT XI.

11. q. 3. c. 36. Rurſus. Conſtitutum eſt, ut quoties clericis convictis, & confeſſis, in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi forte Eccleſiæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant; ſi vero intra annum cauſſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur. *Carth. c. 80. alias 79 G. Carth. V. cap. 12. Afric. cap. 46. Vormatien. cap. 71. Anſelm. lib. 12. cap. 28.*

CAPUT XII.

17. q. 4. c. 24. de purg. vulg. c. 2. in 1. coll. ac pœnit. & remiſſ. c. 2 ap. Greg. IX. Qui presbyterum occidit, &c. ſi negaverit, ſi liber eſt cum LXXII. * juret; ſi autem ſervus ſe (*aliter*) purget. *Mogunt. ſub Raban. c. 24. Burch. lib. 6. cap. 7. Ivo part. 10. cap. 136. decret. Pœnitent. Rom. tit. 1. cap. 1.*

* al. XII.

CAPUT XIII.

De purg. canon. c. 4. ap. Greg. IX. & in 1. coll. eod. tit. cap. 3. Si quis, quod non optamus, de gradu Eccleſiaſtico talibus nuptiis ſe conſenſorem, vel interventorem (*loquitur de eo, qui raptori ſponſæ alienæ favet*) manifeſte prodiderit, a gradu proprio repellatur. Et ſi veriſimilibus exinde ſuſpicionibus fuerit propulſatus, & canonice nequiverit approbari, ſecundum ſanctorum patrum ſtatuta ſe purgare cogatur. *Melden. cap. 68. Burch. lib. 9. cap. 32. Ivo part. 8. cap. 170. decret.*

CAPUT XIV.

Ut illæ, quæ quaſi ſanctimoniales, ſub velamine religionis degere cognoſcuntur, ſed potius juxta Apoſtolum in deliciis viventes, mortuæ in divinis oculis computantur; libidinibuſque & cæteris carnis voluptatibus inſervire accuſantur, &c. Si manifeſte detegi non valuerint, erga Eccleſiam ſuæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur. *Meld. cap. 70. Burch. lib. 8. cap. 50. Ivo part. 7. cap. 68. decret.* *De purg. canon. c. 5. ap. Greg. IX. c. 2. in 1. coll. 1. Tim. 5.*

CAPUT XV.

Si quis in exercitu, vel infra regnum ſine juſſione Dominica per vim hoſtilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, ſive pecora majora, vel minora, domoſque infringere, vel incendere, hæc ne fiant omnimodo prohibemus. Quod ſi ab aliquo præſumptuoſe factum fuerit, ſexaginta ſolidos, ſi liber eſt, ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat, aut cum duodecim teſtibus ſe purget. *Piſt. cap. 4.*

CAPUT XVI.

Si Epiſcopo, aut presbytero cauſſa criminalis, hoc eſt homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in ſingulis miſſam celebrare, & ſecretam publice dicere, & communicare debet, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem reddere: quod ſi non fecerit, quinquennio a liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur, ſicut antiqui canones inſtituerunt. *Vormat. c. 10. Burch. lib. 2. cap. 199. Ivo part. 6. cap. 272. decret.* *2. q. 5. c. ult.*

CAPUT XVII.

Sacerdotes, qui in crimine fornicationis fuerint accuſati, & crimen illis non fuerit comprobatum, aut non manifeſtaverint: quid aliud agendum eſt, niſi quod in nono Cæſarienſis ſancti concilii capitulo legitur, ac demonſtratur? Tamen ſi ipſi juramento ſe voluerint purificare, licentiam habeant. Similiter, & diaconi, ſi fuerint accuſati, peragant. *Vorm. cap. 12. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 4. panorm. vide Neocæſ. cap. 9.* *Diſt. 50. c. 33.*

CAPUT XVIII.

Sæpe contingit, ut in monaſteriis furta perpetrentur, & qui hæc committunt, ignorantur. Idcirco ſtatuimus, ut quando ipſi fratres de talibus ſe purgare debeant, miſſa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe Abbas præceperit, præſentibus fratribus, & ſic in ultima miſſæ celebratione, pro expurgatione ſua corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe eſſe oſtendant. *Vorm. cap. 15. Burch. lib. 11. cap. 66.* *2. q. 5. c. 23. Hujuſmodi purgationes, & ſimiles jam abſolvunt, ut patet ex Innocentio III. in hoc tit. c.* Ne quiſquam.

CAPUT XIX.

Decrevimus, ut juxta divinæ legis ſanctionem, & ſecundum ipſius ſedem civitatis, in qua ratio ventilatur, unaquæque gens, & cuncta adjacens parochia ſubjaceat; ita ut auctoritate Epiſcopi, aut judicii examine, aut ſacramenti proteſtatione ſe expurget. *Mogunt. ſub Arnulpho, cap. 23.*

CAPUT XX.

Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniæ controverſiam, Epiſcopo præcipiente, ſine perſonarum acceptione finiatur. Et laicus per juramentum, ſi neceſſe ſit, ſe purget. Presbyter vero *2. q. 5. c. 4.*

vice juramenti, per ſanctam conſecrationem interrogetur, quia ſacerdotes ex levi cauſſa jurare non debent; manus enim, per quam corpus & ſanguis Chriſti conficitur, juramento polluetur? abſit; cum Dominus in Evangelio diſcipulis ſuis, quorum vicem nos indigni in ſancta gerimus Ecclesia, dicat: *Nolite omnino jurare, ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non; quod autem his abundantius eſt, a malo eſt. Tribur. cap. 21. Burch. lib. 2. cap. 182. Ivo lib. 5. tit. 1. cap. 9. panorm. & part. 6. c. 227. decr. Cæſar. lib. 6. c. 6.* (Matt. 5.)

CAPUT XXI.

(2. q. 5. c. 15. Nobilis. De purgat. vulg. c. 1. in 1. coll. & de canon. apud Greg. IX.) Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine, aut infamia deputatur, utatur jure, juramento ſe excuſare; ſi vero tanto, taliſque crimine publicatur, ut criminoſus a populo ſuſpicetur, & propterea ſuperjuretur, aut confiteatur, & pœniteat; aut Epiſcopo, vel ſuo miſſo diſcutiente, per ignem candenti ferro caute examinetur. *Tribur. cap. 22. Burch. lib. 16. cap. 19. Vide Gothor. leges lib. 6. tit. 1. cap. 3. has purgationes admittentes, hodie alio jure utimur. A.*

CAPUT XXII.

(2. q. 5. c. 16.) Si mala fama ex veriſimilitudine per parochiam de preſbytero exierit, & accuſatores, atque teſtes legales defuerint, ne infirmorum corda de mala fama preſbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, neque ſecuriores preſbyteri exiſtentes in peccatum labantur; ſecundum decretum Gregorii junioris, ſit jusjurandum in medio, & habeat malæ famæ preſbyter in ſacramento purgationis ſuæ eum teſtem, quem habebit & judicem. Et quoniam legimus in epiſtulis Gregorii, ſæpe infamatum ſacerdotem in purgatione ſuæ malæ famæ tantum jusjurandum præbuiſſe, & legalis ac Apoſtolica, & canonica auctoritas viciniæ teſtium teſtimonium recipit ad condemnationem, non ab re videtur; ſi recipiatur ad purgationem, &c. & Carthaginenſes canones decernunt, ut in purgatione preſbyteri, & diaconi teſtes adhibeantur; conveniens eſſe dicimus, ut ſi preſbyter infamatus fuerit, & accuſatores, vel teſtes defuerint, ſecundum quantitatem & qualitatem cauſſæ, atque perſonæ utilitatem, ac ſanationem cordium infirmorum, aut ſingulus, aut cum aliis duobus teſtibus, aut cum aliis ſex teſtibus ſeipſum per ſacramentum a mala opinione purget, &c. Experti ſumus quoſdam ad invicem conſpiraſſe, ut ſe mutuo in ſua purgatione adjuvarent: *Ideo*) non incongrue videtur, cùm credibili miſſo Epiſcopi, preſbyteri, qui in purgatione infamati ſacerdotis, & una cum eo ad jusjurandum ſe obtulerunt, talem examinationem per advocatum recipiant, ut in ſacramento ſe Deo non perdant, ſicut quoſdam hic clam revictos comperimus. *Troslejan. c. 9. ante fin. Ivo part. 6. cap. 420. decret.*

CAPUT XXIII.

Interrogatum eſt, ſi duo in adulterio inculpati fuerint, & unus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum eſſet: Decretum eſt a ſancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili judicio ſe expurget. Et qui profeſſus fuerit, digne pœnitentiam agat. *Salegunſtad. cap. 7. poſt Burch. decret. Ivo part. 5. cap. 173. decret.* (2. q. 5. c. 24.)

CAPUT XXIV.

Statuit ſancta ſynodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negaverint, & orant ſibi concedi, ut alter illorum utroſque divino purget judicio: ſi unus in hoc deciderit, ut ambo rei habeantur. *Salegunſt. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 180. decret.* (2. q. 5. c. 25.)

LIBER QUINTUS
De Sententia, & Appellationibus.

TITULUS I.
NON VALET SENTENTIA PROLATA A NON JUDICE.

CAPUT I.

Nullus Epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque ejus Epiſcopi voluntate, vel judicare, ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate. Quia ſicut irrita erit ejus ordinatio, ita & judicatio, quoniam cenſemus, nullum alterius judicis, niſi ſui, ſententia teneri. *Nicæn. cap. 26. apud Jul. epiſt. 2. cap. 6. vide Apoſt. 35. G. 36. L. Xyſt. II. epiſt. 2. cap. 2. Calliſt. epiſt. 2. Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 16. Magunt. ſub Arnulph. cap. 14. Capitul. lib. 7. cap. 308. & in addit. cap. 149.*

CAPUT II.

(3. q. 8. c. 1.) Nullum ſententia a non judice dicta conſtringat, quia leges ſæculi id ipſum fieri præcipiunt, &c. *Zephyr. epiſt. 1. in princ. Anſelm. lib. 2. cap. 37.*

CAPUT III.

Nemo alterius terminos uſurpet, nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præſumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius judicis, niſi ſui, ſententia tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur dicens: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, &c. Calliſt. epiſt. 2. poſt princ. Ivo part. 14. cap. 72. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 120. Capitul. lib. 7. cap. 37. Cæſar. lib. 5. cap. 18.* (9. q. 2. c. 1.) (Prov. 22.)

CAPUT IV.

Hæc omnino in ſacerdotum cauſſa forma ſervetur, ne quemquam ſententia non a ſuo judice dicta conſtringat. *Fabian. epiſt. 3. cap. 5. Xyſt. III. epiſt. unic. cap. 5. Gregor. lib. 11. regiſtr. epiſt. 52. Burch. lib. 1. cap. 165. Ivo part. 5. c. 275. decret. Vide conſtit. Gratiani, & aliorum Imperator. lib. 7. tit. 48. cap. ult. Cod. Juſtin. & Anian. lib. 4. tit. 14. Cod. Theodoſii.*

CA-

CAPUT V.

Ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus novimus conſtitutum, &c. Nec peregrina judicia debere fieri; nec quemquam alterius judicis, quam ſui, ſententia debere conſtringi. *Euſeb. epiſt.* 3. *in princ. Burch. lib.* 1. *cap.* 163. *Ivo part.* 5. *cap.* 275. *decret.*

CAPUT VI.

Similiter ſtatuit præfata ſynodus Nicæna, ut nullum ſententia niſi a ſuo judice dicta conſtringat. *Jul. epiſt.* 2. *cap.* 34. *Anſelm. lib.* 3. *c.* 21.

CAPUT VII.

*Diſt.*71.*c.*2. De aliena Eccleſia clericum ordinare, aut judicare nullus uſurpet, niſi ejus Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit: quod etiam Nicæna videtur ſynodus continere. *Innoc. epiſt.* 2. *cap.* 7. *Ivo lib.* 3. *tit.* 5. *cap.* 23. *panorm. vide Nicæn.* 16. & 17.

CAPUT VIII.

11. *q.* 1. *c.* 50. In clericorum cauſſa hujuſmodi forma ſervetur, ne quemquam eorum ſententia, a non ſuo judice dicta, conſtringat. *Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. cap.* 37. *Anſelm. lib.* 3. *cap.* 88. *Deuſded. cap.* 3.

TITULUS II.

ANTE SENTENTIAM NEMO DESERATUR A SUIS.

CAPUT I.

HÆC ſancta ſynodus definit, & ſtatuit, quod nullus laicorum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum ante diligentem examinationem, & ſynodicam ſententiam, a communione ſe ſeparet proprii Patriarchæ, licet criminalem quamlibet cauſſam ejus ſe noſſe prætendat; ſed neque recuſet nomen ipſius referre inter divina myſteria, vel officia. Similiter autem Epiſcopos, & presbyteros, qui in terris, civitatibus, & regionibus ſunt, erga proprios Metropolitas affectare mandamus; quod etiam circa Patriarcham ſuum facere Metropolitas oportet. Sin vero quis adverſus hanc ſanctam ſynodum deprehenſus fuerit agere, ſi quidem Epiſcopus, aut clericus eſt, ab omni ſacerdotali operatione decidat, & honore: monachus autem, aut laicus ſegregetur ab omni Eccleſiaſtica communione, atque collegio, quouſque converſus per pœnitentiam recipiatur. *Synodo VIII. gener. CP. ſub Hadrian. II. cap.* 10.

CAPUT II.

8. *q.* 4. *c. unic.* Nonne directa ſunt verba canonum quicumque clericorum ab Epiſcopo ſuo ante ſententiæ tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtam eum manere cenſuram? &c. Lex Eccleſiaſtica Pontificem ab aliis accuſatum, priuſquam ſub luce objecta conſtiterint, exigit non relinqui. *Ennod. pro Symmach. ante med. Ivo part.* 6. *cap.* 340. & 341. *decret.*

TITULUS III.

DE DISCORDIA JUDICUM.

CAPUT I.

6. *q.* 4. *c.* 1. SI Epiſcopus de aliquibus criminibus accuſetur, & de eo Epiſcopi ejus provinciæ diſcordent, aliquibus innocentem, aliis nocentem judicantibus; de tota controverſia Metropolitanus ex proxima provincia, alios evocet, qui judicent ſimul cum ejuſdem provinciæ Epiſcopis. *Antioch. cap.* 14. *Mart. Brac. cap.* 13. *Burch. lib.* 1. *cap.* 150. *Ivo part.* 5. *cap.* 263. *decret. Anſelm. lib.* 5. *cap.* 77. *in addit.*

CAPUT II.

Si quis Epiſcopus de aliquibus criminibus accuſatus ab omnibus ejus provinciæ Epiſcopis judicetur, omneſque ejuſdem ſententiæ ſint, ab aliis non judicetur, ſed firma maneat ſententia Epiſcoporum. *Antioch. cap.* 15. *Anſelm. lib.* 5. *c.* 65. *Ibid.*

CAPUT III.

Si quis Epiſcopus in aliquibus cauſſationibus judicatur, & viderit ipſos Epiſcopos, qui in provincia ſua ſunt, inter ſe judicio diſcrepare, & alii videantur, eum, qui judicatur, juſtificare, alii condemnare; pro definitione hujus diſſenſionis hoc placuit ſancto concilio, ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur Epiſcopus, ut per eum confirmetur, quod ſecundum rectum placuerit canonem. *Mart. Brac. c.* 13. *Antioch. cap.* 14. 6. *q.* 4. *c.* 2.

TITULUS IV.

NE EPISCOPATUS ADIMATUR EPISCOPO ANTE SENTENTIAM.

CAPUT I.

ADimi Epiſcopo Epiſcopatum antequam cauſſæ ejus exitus appareat, nulli Chriſtiano videri jure poteſt. *Felix cum LXX. Epiſc. epiſt.* 2. *ante med. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap.* 5. *Carth. cap.* 88. *G. Afric. c.* 54. *L. Burch. lib.* 1. *cap.* 181. *Ivo part.* 5. *cap.* 297. *Capitul. lib.* 7. *cap.* 143. *in additis.* *De judic. c.* 1. *apud Gr. IX. & in* 1. *coll.*

TITULUS V.

DE EXECUTIONE SENTENTIÆ.

CAPUT I.

SI neophytus Epiſcopus, aut presbyter, aliquod mortale peccatum feciſſe deprehendatur, & a duobus, vel tribus teſtibus convincatur, ceſſet a clero. Qui contra hæc repugnet, uti magni concilii impugnator de clero periclitetur. *Nicæn. c.* 2. *Mart. Brac. cap.* 22. *Diſt.*48.*c.*1.

CAPUT II.

Si clericus cujuſcumque honoris ſit, in aliquo crimine Epiſcoporum judicio ſit damnatus, non liceat eum, ſive apud Eccleſiam, cui præerat, ſive ab aliquo homine defendi, pœna adjecta damni, pecuniæ, & honoris, ut neque ætas, neque ſexus excuſet. *Carthag. cap.* 63. *G. Carthag. V. cap.* 2. *L. Afric. cap.* 29. *L. apud Aquiſgr. ſub Ludov. cap.* 48. *Deuſded. part.* 4. 21. *q.* 5. *c.* 3.

CAPUT III.

Sicut ſine judicio quemquam nolumus condemnari; ita quæ definita fuerint, nulla patimur excuſatione differri. *Greg. Dominico Domitiano lib.* 8. *regiſtr. epiſt.* 50. *Anſelm. lib.* 3. *cap.* 85. *Tarrac. lib.* 2. *cap.* 57. 2. *q.* 1. *c.* 3.

CAPUT IV.

Nullus contentionibus finis imponitur, ſi impleri ea, quæ judicata fuerunt, differantur. Filius noſter Placidus queſtus eſt nobis, ea, quæ inter eum & actores Eccleſiæ Dei judicio definita ſunt, fraternitatem veſtram nolle complere, &c. Scriptis vos præſentibus adhortamur, ut ſubtiliter re-

quirere debeatis: & ſi quid minus impletum eſt; ſi tamen nihil eſt, quod juſte poſſit obſiſtere, ſine diſcordia compleatur, &c. *Gregor. Dono Epiſcopo Meſſanen. lib. 9. regiſtr. epiſt. 46.*

TITULUS VI.
COMMUNIA DE SENTENTIIS.

CAPUT I.

3. q. 9. c. 2. CAveant judices Eccleſiæ, ne abſente eo, cujus cauſſa ventilatur, ſententiam proferant; quia irrita erit, quippe & rationem pro actione reddent in ſynodo. *Nicæn. c. 59. apud Jul. epiſt. 2. cap. 24. Eleuth. epiſt. unic. ante fin. Fœlix epiſt. 1. ante med. Hadrian. cap. 49. ad Epiſc. Mediomat. Carth. IV. cap. 30. Burch. lib. 16. c. 14. Ivo part. 6. cap. 319. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 28. Capitul. lib. 6. cap. 279. & lib. 7. cap. 219. Cæſar. lib. 5. cap. 65. Tarrac. lib. 2. c. 58.*

CAPUT II.

3. q. 6. c. 11. & 12. q. 3. cap. 35. Irritam eſſe injuſtam Epiſcoporum damnationem decernimus, & idcirco a ſynodo retractandam. *Nicæn. cap. 63. apud Jul. epiſt. 2. cap. 27. Fœlix epiſt. 1. ante med. Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. cap. 54. Carth. IV. cap. 28. L.*

CAPUT III.

* *certa judicetur.* Neque in re dubia detur * ſententia, nec ullum judicium, niſi ordinabiliter habitum teneatur. *Nicæn. cap. 66. apud Jul. epiſt. 2. c. 28. Zephyr. epiſt. 1. in princ. Felix epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT IV.

c. Qualiter, & quando. 24. de accuſ. ap. Greg. IX. & c. 4. in 4. coll. Juxta formam judicii ſententiæ quoque forma dictetur. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap. 8. in fin.*

CAPUT V.

Ne cler. vel mon. c. 9. apud Greg. IX. c. 2. in 4. coll. Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet, aut proferat, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 18.*

CAPUT VI.

c. Cum ceſſante. 60. de appell. ap. Greg. IX. c. 4. in 4. coll. Sive judex ordinarius, ſive delegatus, aliquid comminando, vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur, & ſano uſus conſilio ab hujuſmodi comminationis, vel interlocutionis effectu deſtiterit; libere in cauſſæ cognitione procedat; non obſtante, ſi a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum; dummodo non ſit ex alia legitima parte ſuſpectus: ne proceſſus negotii frivolis occaſionibus retardetur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 36.*

CAPUT VII.

c. Adverſus, 7. de immun. Eccl. ap. Gr. IX. c. 3. de cenſib. in 4. coll. Conſtitutiones, & ſententiæ, quæ ab excommunicatis hujuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 46.*

CAPUT VIII.

3. q. 9. c. 11. Abſente adverſario non audiatur accuſator: nec ſententia, abſente parte alia, a judice dicta, ullam obtinebit firmitatem. *Fœlix in ſyn. LXX. Epiſc. epiſt. 2. in med. Hadr. cap. 5. ad Epiſc. Mediom. them. 6. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 2. panorm. & part. 6. cap. 331. decret. & part. 5. cap. 248. Anſelm. lib. 3. cap. 7. Cæſar. lib. 5. c. 30. Tarr. lib. 2. cap. 12.*

CAPUT IX.

Omne, quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia. 25. q. 1. c. 8. [Non licet ergo Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti, aliquid contra mandata divina præſumere, nec quidquam, quod Evangelicis, propheticiſque, & Apoſtolicis regulis obviat, agere. *Diſt. 10. c. 2.* Injuſtum enim judicium, & definitio injuſta Regis metu, vel juſſu a judicibus ordinata non valet, nec quidquam quod contra Evangelicam, vel propheticam, aut Apoſtolicam doctrinam, conſtitutionemque eorum, ſive ſanctorum patrum actum fuerit, ſtabit: & quod ab infidelibus, aut hæreticis factum fuerit, omnino caſſabitur. *11. q. 3. c. 89. 25. q. 1. c. 8. Symmach. in ſynod. Rom. VI. ante fin. Calliſt. epiſt. 1. in fine. Marcell. epiſt. 2. in fin. Hadrian. ad Epiſcop. Mediom. c. 70. Burch. lib. 15. cap. 8. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 4. panorm. & part. 4. cap. 231. decret. & part. 16. cap. 9. Deuſded. part. 1. & 3. Capitul. lib. 5. cap. 248. & 251. Anſelm. lib. 3. cap. 86. & 88. Tarrac. lib. 5. cap. 39.*

CAPUT X.

Deus omnipotens ut nos a præcipitatæ ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda, & aperta ſint oculis ſuis; mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priuſquam manifeſte agnoſceret, quæ dicebantur, &c. *2. q. 1. c. 20. Geneſ. 18.* Non ob aliud hæc, & alia multa per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut nobis exemplum daret ne præcipites in diſcutiendis, & judicandis negotiis eſſemus: & ne mala quorumdam prius quam præſumat credere quiſquam probaret. Cujus exemplo monemur, ne ad proferendam ſententiam unquam præcipites ſimus, aut temere indiligenterque indiſcuſſa quæque quoquo modo judicemus, &c. *Evar. epiſt. 2. in med. Greg. lib. 9. Moral. cap. 23. apud Aquiſgran. cap. 37. Tribur. cap. 22. Burch. lib. 11. cap. 9. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 9. panorm. Anſelm. lib. 3. cap. 63.*

CAPUT XI.

Nec litigantibus judex prius ſua velit ſententia obviare, niſi quando ipſi jam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quouſque rei veritas inveniatur. *30. q. 5. c. ult. Eleuth. epiſt. unic. in med. Nicæn. c. 59. apud Jul. epiſt. 2. cap. 31. Hadr. cap. 24. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 16. cap. 30. Ivo part. 6. cap. 317. decret. Capit. lib. 5. cap. 246.*

CAPUT XII.

Patriarchæ, vel Primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non ante ſententiam proferant finitivam, quam Apoſtolica fulti auctoritate; aut reum ſe ipſum confiteatur, aut per innocentes, & regulariter examinatos convincatur LXXII. teſtes. *2. q. 1. c. 5. Primates. Zephyr. epiſt. 1. in princ. Fœlix ep. 1. poſt princ. Nicæn. cap. 61. apud Julium epiſt. 2. cap. 26. Burch. lib. 1. cap. 154. & 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. panorm. & part. 5. cap. 267. decret. Anſelm. lib. 3. cap. 65. & 66. Tarrac. lib. 2. cap. 40.*

CAPUT XIII.

Valde timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet injuſte liget aliquem; quod tamen ſummopere prævidere debet. *11. q. 3. c. 27. Quibus. Urbanus epiſt. unic. ante fin.*

An-

Anſelm. lib. 6. c. 145. & lib. 12. cap. 25. Burch. lib. 11. cap. 1. Ivo part. 14. cap. 74. decret.

CAPUT XIV.

Epiſcopi per ſingulas Provincias obſervent, ne poſteriores ſe prioribus ſuis præferant; nec eis inconſultis, niſi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant, ſed omnes de communibus eorum cauſſis conſonam ſententiam proferant, & determinent; quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec Eccleſiaſtica reputabuntur. *Lucius epiſt. 1. poſt princ. Burch. lib. 1. c. 54. Ivo part. 5. cap. 164. decret.*

CAPUT XV.

2. q. 1. c. 13. * charitate, al. Primo ſemper ante omnia diligenter inquirite, ut cum juſtitia, & veritate * definiatis. Neminem condemnetis ante verum, & juſtum judicium. Nullum ſuſpicionis arbitrio judicetis: ſed primum probate, & poſtea charitativam proferte ſententiam. Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere. *Miltiad. epiſt. 1. in princ. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 5. panorm.*

CAPUT XVI.

35. q. 9. c. 5. Veniamus. Fuerat de Photino quoquo pacto aliquid utique gravius conſtitutum. Verum quoniam id per rumorem falſum, ut aſſeritis, ſubreptum huic ſedi, & elicitum per inſidias demonſtratis; quia res ad ſalutem redit, veniam nos hanc in tantum, vobis annitentibus, poſt condemnationem more Apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris aſſertionibus, vobiſque tam bonis, tam caris non dare conſenſum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione, fratres cariſſimi, & ſententia, ac poſtulatione Epiſcopum Photinum habetote, licitum ita conſtituere, ut deprecamini, & noſtram in melius converſam ſententiam, labore, vel teſtimonio veſtro compotes voti ſuſcipite. *Innoc. epiſt. 23. cap. 7.*

CAPUT XVII.

2. q. 7. c. 13. Quoniam quidquid ab alterutra parte eſt judicatum, omni videmus perverſitate confuſum temporum neceſſitate perſpecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod geſtum eſt, ut nihil deinceps contra præcepta beati Apoſtoli, nihil contra Nicænorum canonum conſtituta temptetur, &c. *Hilarius epiſt. 1. in princ.*

CAPUT XVIII.

11. q. 3. c. 64. Non debetis pœnam ſuſtinere canonicam, in cujus damnatione non eſt canonica probata ſententia. *Greg. lib. 2. epiſt. 9. Antonio ſubdiacono.*

CAPUT XIX.

De ſent. & re jud. c. 2. apud Greg. IX. & in 1. coll. cap. 3. Jurgantium controverſias celeri ſententia terminare, & æquitati proculdubio convenit, & rigori. *Greg. lib. 2. epiſt. 28. reg. Joanni Epiſcop. Ravenn.*

CAPUT XX.

De ſent. & re jud. c. 1. Fraternitas tua, neſcio quo mentis motu, divino, humanoque jure contempto, abruptam protulit in ejus (*Hadriani Thebanorum Epiſcopi*) damnatione ſententiam, quæ licet non eſſet appellatione ſuſpenſa, contra leges tamen, canoneſque prolata ipſo non poterat jure ſubſiſtere. *Greg. Joann. Epiſc. Primæ Juſtinianæ lib. 2. reg. indict. 11. epiſt. 6. vel cap. 45.* *apud Greg. IX. in 1. coll. cap. 2.*

CAPUT XXI.

Grave ſatis eſt, & indecens, ut in re dubia certa dicatur ſententia. *Gregorius lib. 4. ep. 30. Conſtantio Epiſcopo Mediolanenſi.* 11. q. 3. c. 74.

CAPUT XXII.

Quærendum eſt, &c. ſi ſcriptis judicatum eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt. *Greg. lib. 11. epiſt. 50. Joanni Defenſori.*

CAPUT XXIII.

Quod dicitur, quia nihil ſcriptis judicatum eſt; legendus eſt titulus XLIV. libri VII. Codicis, quia ſcriptis debuit judicari: nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, ut ſententia, quæ ſine ſcripto dicta fuerit, ne nomen quidem ſententiæ habere mereatur. *Gregor. Joanni Defenſori lib. XI. reg. epiſt. 54. in fine. Vide l.* Statutis, *tit. XLIV. Cod. de Sententiis ex periculo recitandis.* 2. q. 1. c. 7. In primis.

CAPUT XXIV.

Prælati judicium ſemper inferioribus formidandum eſt, ne ſi ei non obedierint, licet ab eo fortaſſis injuſte ligentur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa, id eſt inobedientia mereantur, &c. *Nicol. in epiſt. ad Michael. Imper. Incipit,* Quanto majora, *in med. & in epiſt. ad Archiep. CP. & ſuffrag. poſt med.*

CAPUT XXV.

Judicium, & ſententia ab inimico lata nullius eſt momenti, &c. *Nicol. in epiſt. ad Michael. Imperat. quæ incipit,* Propoſueramus, *poſt princ.*

CAPUT XXVI.

Judicium, & ſententia ab hæreticis, vel excommunicatis data, vel a ſchiſmaticis nulla eſt. *Nicol. ſupra. Carth. III. cap. 21.*

CAPUT XXVII.

Irrita erit ſententia Epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur. *Carth. IV. cap. 23. Burch. lib. 1. cap. 114. Ivo part. 5. cap. 214. decret.* 15. q. 7. c. 6.

CAPUT XXVIII.

Qui accuſatur, vel qui excommunicatur reconciliatus per ſcripturam accuſari, vel reconciliatus commendari jubetur. Et ſic in cæteris hujuſmodi in tantum ſcriptura depoſcitur, ut ſicut beatus Gregorius in commonitorio ad Joannem Defenſorem ex Romanis legibus ſumens, ſcribit: *Sententia, quæ ſine ſcriptura profertur, nec nomen ſententiæ habere meretur. Hincmarus in ſynod. apud S. Medardum. Greg. lib. 11. epiſt. 50. & 54. Burch. lib. 2. cap. 197. Ivo part. 6. cap. 269. decret.* 2. q. 1. c. 8. Legum.

Digitized by Google

LIBER SEXTUS

Pars poſterior de Appellationibus.

TITULUS I.
A QUIBUS APPELLARE NON LICEAT.
CAPUT I.

c. Cum in conſt. 7. de elect. Gr. IX. c. 6. in 1. coll.

SI Archidiacnous in diaconum & Decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo a canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & alii conferatur, qui & velit, & poſſit convenienter illud implere; nec proſit illis appellationis diffugium, ſi forte in tranſgreſſionem conſtitutionis iſtius per appellationem voluerit ſe tueri. *Alexand. III. in conc. Later. cap. 3.*

CAPUT II.

De appell. c. 26. Greg. IX. c. 24. in 1. coll.

Reprehenſibilis valde conſuetudo inolevit, &c. alii dum ſuperioris ſententiam, & diſciplinam canonicam reformidant, ſine ullo gravamine appellationem obiiciunt, & ad defenſionam iniquitatis uſurpant, quod ad ſubſidium innocentium dignoſcitur inſtitutum, &c. Statuimus, ut nec ſubjecti contra diſciplinam Eccleſiaſticam anta ingreſſum cauſſæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quiſquam pro ſua neceſſitate credlderit appellandum, competens ei ad proſequendam appellationem terminus præfigatur: infra quam ſi forte perſequi * neglexerit, libere tune Epiſcopus ſua auctoritate utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit, venire neglexerit, ſi proprium quid habuit, competentem ei recompenſationem faciat expenſarum: ut hoc ſaltem timore perterritus in gravamen alterius non facila quis appellet. Præcipue vero in locis religioſis hoc volumus obſervari, ne monachi, ſive quicumque religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati ſui & capituli diſciplinam appellare præſumant, &c. *Alex. III. in concil. gener. Later. cap. 6.*

** proſequi.*

CAPUT III.

c. 1. de his, quæ fiunt a major. part. cap. Gr. IX. & in 1. coll.
** capituli.*

Statuimus, ut niſi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile fuerit oſtenſum; appellatione remota, ſemper prævaleat, &c. quod a majoris, vel ſanioris parte concilii * fuerit conſtitutum. *Alex. III. in concil. Lateranen. cap. 16.*

CAPUT IV.

c. Irrefragabil. 13. de off. judic. ord. Greg. IX. & c. 1. in 4. coll.

Sancimus, ut Eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſum prudenter, & diligenter intendant, &c. Ut autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere; decernimus, ut executionem ipſius nulla conſuetudo, vel appellatio valeat impedire, niſi formam exceſſerint in talibus obſervandis. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. cap. 7.*

CAPUT V.

c. In ſingulis, 7. de ſtat. monach. Gr. IX. c. 2. in 4. coll.

Præſint quatuor Abbates capitulis monachorum, &c. & quod ſtatutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inviolabiliter obſervetur, omni excuſatione, & contradictione, ac appellatione remotis, &c. Præcipimus tam dioceſanis Epiſcopis, quam perſonis, quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcant advocatos, patronos, &c. ſeu alios, ne monaſteria præſumant offendere in perſonis, ac rebus, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 12.*

CAPUT VI.

c. Quia propter. 42. De electione. Gr. IX. c. 9. in 4. coll.

Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & poſſunt commode intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecreto ſingulatim voces conctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta, mox publicent in commune, nullo prorſus appellationis obſtaculo interjecto, ut is collatione adbibita eligatur, in quem omnes, vel major, vel ſanior pars capituli conſentit. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 24. vide c. 35. tit. V. c. 2.*

CAPUT VII.

2. q. 6. c. 33. Sane.

Si ex conſenſu partium judices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam conſtitutum eſt, non liceat provocari. *Carth. cap. 15. G. Carth. III. cap. 10. L. Ivo part. 6. cap. 363. decret. Cæſar. lib. 5. cap. 64.*

CAPUT VIII.

2. q. 6. Si autem, c. 38.

Ab electis judicibus appellare non licet. Si appelletur, & eligat appellans judices, & cum eo is, contra quem appellatur, ab his non liceat appellare. *Carth. cap. 98. al. 96. G. Afric. cap. 63. L.*

CAPUT IX.

2. q. 6. c. 32. A Judicibus.

Ab alectis judicibus non appelletur. *Carth. c. 123. G. Milev. cap. 24. L. Afric. cap. 89. L. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 8. panorm. & part. 6. c. 365. decret. Cæſar. lib. 5. cap. 24.*

TITULUS II.
APPELLATUR AB OMNIBUS AD PONTIFICEM MAXIMUM.

Vide in Part. I. Lib. I. de Pont. Max. Tit. XV.

TITULUS III.
DE APPELLATIONE AD SYNODUM.

Vide in Part. I. Lib. V. Tit. XXXIX.

TITULUS IV.
DE APPELLATIONE AD PATRIARCHAS, ET PRIMATES.

Vida in Part. I. Lib. II. Tit. XVIII.

TITULUS V.
DE APPELLATIONE AD ARCHIEPISCOPOS.

Vide in Part. I. Lib. III. Tit. XII.

TITULUS VI.
DE APPELLATIONE AD EPISCOPOS, ET ALIOS JUDICES.
CAPUT I.

2. q. 6. c. 9.

PLacuit, ut a quibuſcumque judicibus Eccleſiaſticis ad alios judiaes Eccleſiaſticos, ubi eſt auctoritas major, fuerit provocatum, audiantia non negatur. *Nican. cap. 57. apud Jul. ep. 2. cap. 22. Lucius epiſt. 1. poſt princ. Hadrian. cap. 42. ad Epiſcop. Mediom. Carth. c. 15. G. Carth. III. c. 10. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 9. panorm. & part. 6.*

part. 6. cap. 363. decret. Capitul. lib. 5. c. 250. & lib. 7. cap. 121. & in additis c. 141. Tarr. lib. 6. cap. 151.

CAPUT II.

Nullus ſacerdotum cauſſam ſuam alieno committat judicio, niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum: ſed unuſquiſque comprovinciales judices, & notos habeat; niſi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit; aut infeſtos, aut ſuſpectos judices habuerit: pro quibus cauſſis ad majoris auctoritatis judices, & ad alias Provincias appellare, & venire conceſſum eſt. *Cornel. epiſt. 2. in fin. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 3. panorm.*

CAPUT III.

2. q. 6. c. 9. Placuit, & c. 36. Hoc etiam. Si a judicibus Eccleſiaſticis ad alios judices Eccleſiaſticos, qui habent majorem auctoritatem, appellatio fiat, non lædantur hi quorum ſententia revocatur; niſi convinci poſſint per inimicitiam, vel affectionem judicaſſe, aut gratia ſuiſſe corruptos. Si pauciores judices ſint definitis, qui ex conſenſu partium electi ſunt judices, non licet appellare. *2. q. 6. c. 33. Sane.* *Carth. cap. 15. G. Carth. III. cap. 10. L. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 9. panorm. & part. 6. c. 363. decret. Cæſaraug. lib. 5. cap. 64.*

CAPUT IV.

Conſtantinus ubique adminiſtrantium ſententias imperfectas eſſe voluit, & ad Epiſcopos per appellationem refugiendum eſſe ſancivit, ſi qui vellent civiles judices refutare. Firmam vero illorum ſententiam judicans, potioremque judicum aliorum: & tamquam ab Imperatore prolatam, ab omnibus obſervandam, & inconvertibiles eſſe terminos ſynodales. *Tripart. lib. 1. cap. 9.*

TITULUS VII.

COMMUNIA DE APPELLATIONIBUS.

CAPUT I.

De appell. c. 59. Greg. IX. c. 3. in 4. coll. UT debitus honor deferatur judicibus, & litigatoribus conſulatur ſuper laboribus, & expenſis; ſtatuimus, ut ubi quis coram idoneo judice convenerit adverſarium: ille ante ſententiam ad ſuperiorem judicem abſque rationabili cauſſa non provocet, ſed coram illo ſuam juſtitiam proſequatur, non obſtante, ſi dicat, quod ad ſuperiorem judicem nuntium deſtinaverit, aut etiam litteras impetraverit ab eodem, priuſquam de legato fuerint deſignatæ. Cum autem ex rationabili cauſſa putaverit appellandum, coram eodem judice cauſſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari; ſuperior de appellatione cognoſcat; & ſi minus eum rationabiliter appellaſſe cognoverit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin ipſe procedat, ſalvis conſtitutionibus de majoribus cauſſis ad ſedem Apoſtolicam perferendis. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 35.*

CAPUT II.

De appell. c. 60. Greg. IX. c. 4. in 4. coll. Cum ceſſante cauſſa ceſſet effectus; ſtatuimus, ut ſive judex ordinarius, ſive delegatus aliquid, comminando, vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur; & ſano uſus conſilio ab hujus comminationis, vel interlocutionis effectu deſtiterit, libere in cauſſæ cognitione procedat, non obſtante, ſi a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum: dummodo non ſit ex alia legitima cauſſa ſuſpectus, ne proceſſus negotii frivolis occaſionibus retardetur. *Innoc. III. in concil. gener. Lateranen. cap. 36.*

CAPUT III.

Judex ſemper adhibeat, aut publicam (*ſi poteſt habere*) perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univerſa judicii acta conſcribant, videlicet citationes, &c. interrogationes, & appellationes, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 38.* *De probation. c. Quoniam contra, 11. Greg. IX. c. 3. in 4. coll.*

CAPUT IV.

Si requiſitus humiliter (*judex, qui aliquem ſine juſta cauſſa excommunicavit*) proceſſum hujuſmodi non curaverit abſque gravamine revocare, gravatus apud ſuperiorem deponat de injuſta excommunicatione querelam, &c. Si vero judex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talem revocare ſententiam, & is, pro quo lata fuerit, ne abſque ſatisfactione revocet illam, appellet, appellationi non deferat in hac parte: niſi talis ſit error, de quo merito poſſit * dubitari; & tunc ſufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatum, vel delegato ab ipſo juri pareat, excommunicatum abſolvat, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 47.* *De ſent. excomm. c. Sacro, 48. Gr. IX. c. 5. in 4. coll.* * *debeat.*

CAPUT V.

Cum ſpeciali ſit prohibitione proviſum, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, promulgare præſumat; volentes etiam providere, ne forte commonitis fruſtratoriæ recuſationis, vel appellationis objectu monentis declinare poſſit examen, ſtatuimus, quod ſi alligaverit ſe judicem habere ſuſpectum, coram eodem cauſſam juſtæ ſuſpicionis aſſignet, &c. Porro commonito ad appellationem convolante, ſi ejus exceſſus evidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitime fuerit manifeſtatus: cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ inſtitutum; non eſt provocationi hujuſmodi deferendum. Exceſſu quoque dubio exiſtente, ne frivolæ appellationis diffugio appellans judicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſſam appellationis exponat, talem videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari. Et tunc ſi habuerit adverſarium, infra terminum ſecundum locorum diſtantiam, & temporis qualitatem, & naturam negotii, ab eodem judice moderandum, appellationem interpoſitam proſequatur; quam ſi proſequi non curaverit, ex tunc ipſe judex, non obſtante appellatione, procedat. Nullo autem adverſario comparente, tunc ex ſuo judex procedat officio. Appellationis cauſſa coram ſuperiore probata, ſuperior ſuæ juriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in ejus probatione defecerit, ad eum, a quo ipſum malitioſe appellaſſe conſtiterit, remittatur, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 48.* *De appell. c. 61. Gr. IX. c. 5. in 4. coll.*

CAPUT VI.

De uſur. c. Quanto, 18. Greg. IX. c. 3. in 4. coll. Si de cætero quocumque prætextu Judæi a Chriſtianis graves, & immoderatas uſuras extor-

ſe-

ſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, &c. Chriſtiani quoque, ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur ab eorum commerciis abſtinere. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 67.*

CAPUT VII.

De regul. jur. & in 6. eod. Illi, qui pulſatus fuerit, ſi judicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare. *Eleuther. ep. 1. c. 3. vid. Nicæn. c. 60. apud Jul. ep. 2. c. 25. Fel. ep. 1. ad Patern. Epiſc. Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 8. Anian. Cod. Theodoſ. novell. Valentin. & Marcian. tit. Neminem exhiberi. Ivo part. 6. cap. 318. 329. & 330. Anſelm. lib. 3. c. 28. & 88.*

CAPUT VIII.

3. q. 6. c. 8. Neminem exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum, id eſt, ut actor ſemper rei forum ſequatur. Si quis autem judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. *Fœlix in ſyn. LXX. Epiſc. epiſt. 2. in med. Fabian. ep. 3. c. 2. Xyſt. III. ep. unic. c. 3. Hadr. c. 5. them. 8. & cap. 32. ad Epiſcop. Mediom. Ivo part. 5. cap. 248. & part. 6. c. 331. decret. Capitul. lib. 7. c. 143. in additis.*

CAPUT IX.

Peregrina judicia, ſalva in omnibus Apoſtolica auctoritate, generali ſanctione prohibemus, quia indignum eſt ab externis, ot judicetur, qui provinciales, & a ſe electos debet habere judices,
2. q. 6. c. 21. niſi fuerit appellatum, &c. [Si quis vero judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis ex-
2. q. 6. c. 2. hibeat. [Appellantem autem non debet afflictio ulla, aut detentionis injuriare cuſtodia. Sed liceat appellatori, vitiatam cauſſam appellationis
2. q. 6. c. 1. remedio ſublevare. Liceat etiam in cauſſis crimi-
& c. Liceat, 20. nalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur
3. q. 6. c. 3. ei, quem ſupplicio ſententia deſtinavit. [Pulſatus ante ſuum judicem cauſſam dicat, & ante non ſuum judicem pulſatus, ſi voluerit, taceat. Et ut pulſatis, quotiens appellaverint, induciæ dentur, &c. Placuit etiam, ut ſi Epiſcopus accuſatus appellaverit ad Apoſtolicam ſedem, id ſtatuendum, quod ejuſdem ſedis Pontifex cenſuerit, &c. *Fabian. ep. 3. in princ. Xyſt. III. epiſt. unic. in med. Nicæn. c. 41. apud Jul. ep. 2. c. 16. Fœlix in ſyn. LXX. Epiſc. epiſt. 2. in med. Hadr. cap. 8. 32. 34. 35. 56. ad Epiſc. Mediom. Burch. lib. 1. c. 148. & lib. 16. c. 10. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 1. panorm. & part. 5. c. 261. decret. & ep. 239. ad Gunibald. Auſtiad. Epiſc. Anſelm. lib. 2. c. 10. & lib. 3. c. 73. & 88. Cæſar. lib. 5. c. 30. Tarrac. lib. 1. c. 279. Capitul. lib. 7. c. 251. 333. 367. & c. 106. in addit.*

CAPUT X.

Nec ulla carceris cuſtodia appellantem arceri permittunt leges. *Damaſ. epiſt. 3. ante medium.*

CAPUT XI.

Scitote, certam provinciam eſſe, quæ habet 6. q. 3. c. 2.
decem, vel undecim civitates, & unum Regem, & totidem poteſtates ſub ſe, & unum Epiſcopum, alioſque ſuffragatores x. vel xi. Epiſcopos judices, ad quorum judicium omnes cauſſæ Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ac civitatum cauſſæ referantur, ut ab his omnibus juſte conſona voce diſcernantur, niſi ad majorem auctoritatem fuerit ab iis, qui judicandi ſunt, appellatum, &c. Et quicumque cauſſam habuerit, a ſuis judicibus judicetur, & non ab alienis; id eſt, a ſuæ juſtis judicibus provinciæ & non ab externis, niſi a judicatis fuerit appellatum. *Pelag. II. ep. 1. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 2. panorm. Anſelm. lib. 6. c. 107. Tarrac. lib. 2. c. 21.*

CAPUT XII.

Placuit, ut accuſato, ſi judicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare; quia non oportet negare audientiam roganti. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 30. Capitul. lib. 7. c. 323. & c. 137. in additis. Anſelm. lib. 3. c. 88.*

CAPUT XIII.

Si quis judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem 2. q. 6. c. 21.
appellationis exhibeat; ut cum ei conceſſum fuerit integro negotio, apud alium judicem, amotis dilationibus, poſſit audiri. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 32. Anſelm. lib. 3. c. 88.*

CAPUT XIV.

Si quando in cauſſa capitali, vel in cauſſa ſta- 2. q. 6. c. 39.
tus interpellatum fuerit, non per procuratores, ſed per ipſos eſt agendum. *Hadr. ad Epiſc. Mediom. cap. 41. Anian. in addit. ad Paul. lib. 5. ſent. tit. 37. ſive 39. de reddendis cauſſis appell. Anſelm. lib. 3. c. 88.*

CAPUT XV.

Qui ad Ultramarina appellaverint, a nemine 2. q. 6. Placuit, c. 34.
in communione recipiantur. *Carth. c. 28. G. Milevit. c. 22. L. Afric. c. 92. L.* 11. q. 3. Presbyt. c. 34.

LIBER SEPTIMUS.

De criminibus contra Deum.

TITULUS I.

DE PECCATIS, EORUMQUE GRAVITATE.

CAPUT I.

IN multis offendimus omnes. *Jacob. Apoſt. epiſt. canon. cap. 3. num. 2. Urban. epiſt. 1. in princ.*

CAPUT II.

Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem, &c. *Joann. ep. 1. c. 5. n. 16. Evariſt. ep. 1. in fin.*

CAPUT III.

Peccatum ad mortem eſt, cum peccator incorrigibilis eſt, hoc pejus eſt cum contentioſe inſurgunt adverſus pietatem, & veritatem, & vene-

ran-

rantes mammona, obedientiæ Dei, & canonicarum conſtitutionum contradictores ſunt: in his non eſt Deus, niſi humiliati ab errore reſurgant, &c. *Nicæn. II. c. 5.*

CAPUT IV.

1. Tim. 5. a. Paulus ait: *Peccata manifeſta ſunt, aliquos vero ſequuntur: peccatis enim prævenientibus alia peccata ſequuntur*, &c. *Nicæn. II. c. 7.*

CAPUT V.

De ſim. c. 9. Greg. IX. c. 7. eod. tit. in 1. coll. Ne ſubobtentuali cujus conſuetudinis reatum ſuum aliquis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccata, ſed auget. *Alex. III. in concil. Turon. c. 6.*

CAPUT VI.

De ſim. c. 9. Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 1. coll. Tanto graviora ſunt crimioa, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatam. *Alex. III. in concil. Later. c. 7.*

CAPUT VII.

Matt. 12. Dixit Dominus: *quod in Spiritum ſanctum peccantibus, nec hic eſſet, nec in futura ſæcula remittendum.* Quantos autem cognoſcimus in Spiritum ſanctum delinquentes, ſicut hæreticos diverſos, Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ad fidem Catholicam revertentes, & hic remiſſionem ſuæ percepiſſe blaſphemiæ, & in futurum ſpem indulgentiæ conſequendæ? Nec ideo non vera eſt Domini ſententia, aut putabitur eſſe ullatenus reſoluta, cum circa tales, ſi hoc eſſe permaneant, numquã omnino ſolvenda perſiſtat: effectis autem non talibus, non irrogata. Sicut etiam eſt conſequanter & illud beati Joannis Apo-
1. Joann. 9. ſtoli: *Eſt peccatum ad mortem: non dico, ut oretur pro eo. Et eſt peccatum non ad mortem: dico,*
Matt. 16. *ut oretur pro eo.* Eſt peccatum ad mortem, in eodem peccato manentibus: eſt peccatum non ad mortem: ab eodem peccato recedentibus. Nullum eſt quippe peccatum, pro quo aut non oret Eccleſia remittendo: aut quod, data ſibi divinitus poteſtate, deſiſtentibus ab eodem non poſſit abſolvere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur:
Matt. 16. *Quæcumque dimiſeritis ſuper terram, dimiſſa erunt & in cælis: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* In quibuſcumque omnia ſunt, quantacumque ſint, & qualiacumque ſint: veraci nihilominus eorum manente ſententia, quæ numquam ſolvenda eſſe denunciatur, in eorum tenore conſiſtens, non etiam ab hoc eodem poſt recedens. *Gelaſ. de anathemat. poſt princ.*

CAPUT VIII.

De conſang. & affin. c. 8. Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll. Cum jam uſque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulæ ſit reſtricta, eam volumus eſſe perpetuam, &c. Si qui contra prohibitionem hujuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat, tantoque graviora ſint crimina, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam. *Innoc. III. in conc. gener. Lateran. c. 50. in fin.*

CAPUT IX.

Diſt. 40. c. 10. Qualibet occulta loca ſine Dei gratia animam ſalvare non poſſunt, quod aliquando in ipſis quoque conſpicimus erratibus electorum. Nam Loth in perverſa civitate juſtus fuit, in monte peccavit, ſed iſta cur dicimus, cum majora novimus? Quid enim paradiſo jucundius? quid cælo ſecurius; tamen homo ex paradiſo, peccando, & angelus cecidit e cælo. *Gregor. lib. 6. ep. 5. Cyriaco Epiſcopo CP.*

CAPUT X.

Deprecratio pro peccatis, recedere ab injuſti- *Eccleſ. 17.*
tia. *Pelag. II. ep. 2. in fine.*

CAPUT XI.

Tribus modis impletur omne peccatum; ſug- *Diſt. 6. c. 2.*
geſtione, delectatione, conſenſu; ſuggeſtio per diabolum fit, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, &c. In ſuggeſtione peccati ſemen eſt, in delectatione nutrimentum, in conſenſu perfectio, &c. *Gregor. ad Auguſt. interrog. 11. Burch. lib. 5. c. 43. Ivo part. 2. c. 52. decret.*

CAPUT XII.

Antiquus hoſtis mox ut otioſam mentem invenerit, ad eam ſub quibuſdam occaſionibus locuturus accedit, & quædam ei de geſtis præteritis ad memoriam reducit; audita quondam verba indecenter cogitationi reſonat, & ſi qua dudum turpiter acta ſunt, eorum ſpecies oculis cordis apponit, ut quem de præſentibus non valet inquinare, de malis tranſactis violet, & decepta mens ſæpe inde delectatione reparat, unde diu jam ſe per pœnitentiam afflixit, ita ut vere cum
Pſalmiſta dicat: *Computruerunt, & deteriora-* *Pſalm. 37.*
tæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ. Cicatrix quippe figura eſt vulneris, ſed ſanati. Cicatrix ergo ad putredinem redit, quando peccati vulnus, quod jam per pœnitentiam ſanatum eſt, in delectatione ſui animum concutit. *Gr. ep. 4. ad Secundinum in princ. lib. 7. c. 53. regiſt.*

CAPUT XIII.

Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, ſed palam ſunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta objurgatione ſanantur hi, qui eos imitando deliquerant, corrigantur; dum enim unus corripitur, plurimi emendantur, & melius eſt, ut pro multorum ſalute, unus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. *Gregor. ad Felic. Siciliæ Epiſc. lib. 12. regiſt. ep. 31. alias 37.*

CAPUT XIV.

Dominus, ac Deus noſter Jeſus Chriſtus cum velit nos non jam de cætero peccare, ne per peccatum deterius quid nobis contingat, & tradamur æterno ſupplicio, cui traditur, qui hic diſciplina emeodatus non fuerit, &c. ex humanitate immenſa non ea ſolum, quæ a nobis per ſcientiam, ſed etiam quæ ex ignorantia peccaotur, condemnat, quæque ex oblivione, aut nuda cogitatione, aut cupiditate inutili, ne per ea, quæ leviora eſſe videntur, malitiæ viam, ac ſemitam facientes ex contemptu ad majora, pejoraque peccata adducamur, &c. *Martin. Paula Theſſalon. Epiſc. epiſt. 2.*

CAPUT XV.

Omnes homines etiam juſti aliquando peccant. *Carth. can. 115. 116. 117. G. Milev. 6. 7. 8. L. Afric. 81. 82. 83.*

CAPUT XVI.

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei,

quando id agunt, quod Deo diſplicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, ut divinæ ſerviant voluntati, quamvis volentes agant, quod agunt illorum jus tamen voluntas eſt, a quo præparatur, & obitur, quod volunt. *Arauſ. II. cap.* 23.

CAPUT XVII.

10. q. 1. Placuit. Epiſcopi doceant plebem, ut errores fugiant idolorum, vel diverſa crimina, id eſt, homicidium, adulterium, perjurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt ſibi, alteri non faciant, &c. *Brac. II. cap.* 1.

CAPUT XVIII.

In lib. Enchir. ad Laurent. ultra medium. Auguſtinus dicit: „ De quotidianis autem, brevibuſque peccatis, ſine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fideliũ ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere, *Pater noſter, qui es in cælis*, qui jam Patri tales regenerati ſunt ex aqua, & Spiritu ſancto. Delet ergo hæc quotidiana oratio minima, & quotidiana peccata, delet & illa, a quibus vita fideliũ, etiam ſcelerate geſta, pœnitendo, in melius diſcedit mutata. Ergo ſicut Chriſtus præcepit, ſicut Apoſtolus monuit & quemadmodũ Doctores Eccleſiaſtici inſtituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo delinquimus, quotidie & hanc orationem effundere in conſpectu Dei debemus ". *Tolet. IV. cap.* 9.

CAPUT XIX.

Diſt. 45. Cum beatus. Qui gradus jam Eccleſiaſticos meruerunt, id eſt, Presbyteri, Abbates, & Levitæ, qui exceptis gravioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubjacere; non eſt dignum ut paſſim unuſquiſque prælatus honorabilia membra ſua, &c. verberibus ſubiiciat, & dolori. *Brac. III. c.* 6.

CAPUT XX.

Ventilata eſt ratio octo principalium vitiorum, ut unuſquiſque diverſitatem illorum ſciret, & ab illis * Domino auxiliante ſe intelligerent cuſtodire, & aliis prædicare. *Remen. cap.* 13. *Pœnit. Rom. tit.* 9. *cap.* 18. *Burch. lib.* 19. *cap.* 97. *Ivo part.* 15. *cap.* 109. *decret.*

* *aliis.*

CAPUT XXI.

Quanam ætate a Deo judicantur peccata? Reſpondeo, ex uniuſcujuſque cognitione, & prudentia; illi quidem a decennio, hi vero a majori ætate. *Timoth. Epiſcop. Alexand. cap.* 18.

CAPUT XXII.

Octo ſunt principalia vitia, ſine quibus vix ullus inveniri poteſt; eſt enim gaſtrimargia, hoc eſt ventris ingluvies; ſecundo, fornicatio; tertio, acedia, ſive triſtitia; quarto, avaritia; quinto vana gloria; ſexto, invidia; ſeptimo, ira; octavo, ſuperbia, &c. *Theodulph. ad Presbyt. Aurel. cap.* 31. *Beda cap.* 5. *de remed. peccat. Caſſian. lib.* 5. *cap.* 1. *de inſtit. cœnobior. & collat.* 5. *c.* 2. *&* 16. *Pœnitent. Rom. tit.* 9. *cap.* 16. *Burch. lib.* 19. *cap.* 6.

CAPUT XXIII.

Septem modis peccata dimitti ſcripturæ ſanctæ demonſtrant. Primo in baptiſmo, qui propter remiſſionem peccatorum datus eſt. Secundo per martyrium, juxta illud quod ait Pſalmiſta: *Beatus, cui non imputabit Dominus peccatum*, &c. quia juxta ejuſdem David ſententiam: *Beati* (*Pſalm.* 31. *a.*) *quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*: remittuntur peccata per baptiſmum, teguntur per pœnitentiam, non imputantur per martyrium. Tertio per eleemoſynam, juxta Danielem, qui prophano Nabuchodonoſor Regi ait: *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum*; (*Dan.* 4. *f.*) & illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccata*; (*Eccleſ.* 3. *d.*) & Dominus in Evangelio: *Verumtamen date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* (*Luc.* 11. *f.*) Quarto ſi remittat quis peccanti in ſe peccata ſua, juxta illud: *Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis*; (*Luc.* 6. *f.*) & illud: *Sic & pater veſter dimittet vobis peccata veſtra, ſi remiſeritis unicuique de cordibus veſtris.* (*Matt.* 6. *b.*) Quinto ſi per prædicationem ſuam quis, & per bonorum exercitium alios ab errore convertat, juxta illud, quod ait Apoſtolus: *Quoniam ſi converti fecerit quis peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & cooperiet multitudinem peccatorum.* (*Jacob.* 5. *d.*) Sexto per charitatem juxta illud: *Charitas Dei cooperit multitudinem peccatorum, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.* (1. *Pet.* 4. 6.) Septimo per pœnitentiam, juxta illud quod ait David: *Converſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.* (*Pſalm.* 31. *a.*) *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap.* 36.

TITULUS II.

DE IDOLOLATRIA, ET APOSTASIA.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. IV. & Lib. XII. Tit. III. quibus adde:

CAPUT I.

Ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis ſervientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri; ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujuſmodi nec cibum ſumere. *Paul. I. epiſt. ad Cor. cap.* 5. *num.* 9.

CAPUT II.

Nolite errare; neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, &c. regnum Dei poſſidebunt. *Paul. I. epiſt. ad Cor. cap.* 6. *num.* 9.

CAPUT III.

De iis, qui Chriſtianitatis bonum ſuſcipere renuunt, & idolis immolant, vel genua curvant, nihil aliud ſcribere poſſumus vobis, niſi ut eos ad fidem rectam, monitis, exhortationibus, & ratione illos potius, quam vi, quod vane ſapiant, convincatis; opera manuum ſuarum, & inſenſibilia elementa, cum ſint homines intellectuabiles, adorantes, immo dæmoniis ſuam cervicem flectentes, & immolantes. Nam ut Apoſtolus docet: *Scimus, quoniam nihil eſt idolum, ſed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant.* (1. *Cor.* 8.) Jam vero, ſi vos non audierint, cum eis nec cibos ſumere, nec ullam penitus communionem habere, ſed eos tanquam alienos, atque pollutos a veſtris obſequiis, & familiaritate removere debetis; ut tali forte confuſione compuncti convertantur, inſpirante Deo, ad ipſum, qui eſt verus, & non falſus Deus, &c. Nulla igitur cum iis, qui non credunt,

dunt, idolaque adorant, miſcenda communio eſt. Porro illis violentia, ut credant, nullatenus inferenda eſt. Nam omne, quod ex voto non eſt, bo- Pſalm. 53. num eſſe non poteſt, ſcriptum eſt enim: *Voluntarie ſacrificabo tibi*, &c. Propter conſcientiam magnopere idola colentium cavenda eſt omnino communio: nam qui idololatris communicant, ipſis idolis, imo dæmoniis communicare videntur: Pſalm. 95. *Omnes enim Dii gentium dæmonia. Nicol. ad conſulta Bulgar. cap.* 41. *Ivo part.* 1. *cap.* 181. 182. *& part.* 11. *cap.* 85. 86. *decret.*

CAPUT IV.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem. *Eliber. cap. 6.*

CAPUT V.

Admonere placuit fideles, ut quantum poſſunt, prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant; ſi vero vim metuunt ſervorum, vel ſeipſos puros conſervent; ſi non fecerint, alieni ab Eccleſia habeantur. *Eliber. cap.* 41.

CAPUT VI.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus; quia in Evangelio non eſt ſcriptum, neque invenitur ab Apoſtolis umquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

CAPUT VII.

Si in alicujus Presbyterio, prædio, vel Epiſcopi territorio infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel ſaxa venerentur; ſi hæc eruere neglexerit, ſacrilegii ſe eſſe reum cognoſcat. Dominus autem, vel ordinatos rei ipſius, ſi admonitus emendare noluerit, communione privetur. *Arelat. II. c.* 23.

CAPUT VIII.

Idolorum reliquiæ per totam Africam deleantur, nam in multis locis maritimis, & poſſeſſionibus diverſis hic error manet. Et templa eorum, quæ in agris, & occultis locis cum dedecore ſunt, deſtruantur de voluntate Imperatoris. *Carth. c.* 59. *G. Carth. V. c.* 15. *L. Afric. c.* 25. *L.*

CAPUT IX.

Petatur ab Imperatoribus, ut reliquiæ idololatriæ non ſolum in ſimulacris, ſed in quibuſcumque locis, vel lucis, vel arboribus omnino deleantur. *Carthag. cap.* 85. *G. Carthag. V. cap.* 15. *L. Afric. c.* 15. *L.*

CAPUT X.

Placuit, & illud adverſus hæreticos, vel paganos, vel eorum ſuperſtitiones, ut legati miſſi de hoc glorioſo concilio quidquid utile providerint, a glorioſiſſimis Principibus impetrent. *Mileu. cap.* 11.

CAPUT XI.

Si neglexerint ſacerdotes, & judices in loco ſui territorii idololatras perquirere, & exterminare, excommunicentur. Si domini extirpare hoc malum de poſſeſſione ſua neglexerint, & a familia prohibere, ab Epiſcopo communione pellantur. *Tolet. III. c.* 16.

CAPUT XII.

Si forſan Epiſcopus, aut Presbyter, ſeu etiam judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifeſtiſſimum, ac probatiſſimum cujuſpiam ſacrilegii facinus prænoſcens (*loquitur de iis, qui idola colunt, fonteſque, & arbores venerantur*) hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci ſui dignitate privatus, anni unius ſpatio erit ſub pœnitentia conſtitutus, loco ſuo in poſtmodum rediturus, &c. Si qui vero pro talium defenſione obſtiterint ſacerdotibus aut judicibus, ut ea nec emendent, ut debent, nec extirpent, ut condecet, & non potius cum eis exquiſitores, ultores, ſeu extirpatores tanti criminis extiterint, ſint anathema in conſpectu individuæ Trinitatis: & inſuper ſi nobilis perſona fuerit, auri libras tres fiſco exſolvat; ſi inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decalvetur, & medietas rerum ſuarum fiſci juribus applicabitur. *Tolet. XVI. c.* 2.

CAPUT XIII.

Unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem habeat, &c. ut populus Dei paganias non faciat, ſed ut omnes ſpurcitias gentilitatis abiiciat, & reſpuat, ſive prophana ſacrificia mortuorũ, &c. ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias ritu pagano faciunt, &c. ſive omnes, quæcumque ſunt paganorum obſervationes, diligenter prohibeant. *Franc. ſin.*

CAPUT XIV.

Unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem habeat, ut populus Chriſtianus paganiſmum non faciat. *Sueſſion. ſub Pipino.*

CAPUT XV.

Summo decertare debent ſtudio Epiſcopi, & eorum miniſtri, ut arbores dæmonibus conſecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, ut nec ramum, vel ſurculum inde audeat amputare, radicitus exſcindantur, atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinoſis locis, & ſilveſtribus dæmoniorum ludificationibus decepti venerantur, ubi vota vovent, & deferunt, funditus effodiantur, atque in tali loco proiiciantur, ubi nunquam a cultoribus ſuis venerari poſſint. Omnibuſque annuntietur, quantum ſcelus ſit idololatria, & qui hæc (*lapides, & arbores*) veneratur, & colit, quaſi Deum ſuum negat, & Chriſtianitati abrenuntiat, & talem pœnitentiam inde debet ſuſcipere, quaſi idola adoraſſet; omnibuſque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad Eccleſiam domino Deo ſuo; ſcriptum eſt enim: *Vo-* Pſalm. 75. *vete, & reddite Domino Deo veſtro.* Novimus ſiquidem, quanta Dominus antiquo populo per prophetas ſuos interminatus eſt, qui in lucis ſacrificabant, & in excelſis immolabant. Si quis hoc 1. Tim. 5. tranſgreſſus fuerit, fidem perdidit, & eſt infideli deterior; & idcirco omnimodo a ſanctæ Eccleſiæ conſortio abſcindatur, & nonniſi digne pœnituerit, recipiatur. *Nannet. cap.* 20. *Burch. lib.* 10. *cap.* 50.

CAPUT XVI.

Qui gravem neceſſitatem ex tormentis ſuſtinuerunt, & non ferentes labores ad negationem tracti ſunt, tribus annis ſint non recipiendi, & in duobus audiant, & cum tribus annis ſubſtracti

fuerint; ſic ad communionem admittantur. Qui autem ſine magna neceſſitate fidem in Chriſto prodiderunt, & dæmoniorum menſam attigerunt, & græca ſacramenta jurarunt, tribus quidem annis eiiciantur, duobus audiant: poſtquam autem in ſubſtratione tribus annis oraverint, & in aliis tribus fidelibus ad orationem ſe ſubſtraverint, ſic admittantur ad boni communionem. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 80.

CAPUT XVII.

Quicumque Antiſtes hujuſmodi nefas agi (*hoc eſt idolis cultum exhiberi*) permiſerit, vel peractum in ſua diœceſi protinus abolere diſtulerit, a loci ſui officio pulſus unius anni excurſu ſub pœnitentiæ maneat religatus lamento. *Tolet. XVI. in Tom. Regis.*

De excommunicatione, & aliis cenſuris in hæc vitia; vide lib. XXXVII. & ſeq.

TITULUS III.

DE PŒNIS, QUÆ SUNT HÆRETICIS CONSTITUTÆ.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. V. & Tit. LIII. potiſſimum.

CAPUT I.

INfames eſſe cenſemus omnes, qui ſuam, aut Chriſtianam prævaricantur legem, aut canonicam poſtponunt auctoritatem. *Nicæn. cap.* 49. *apud Jul. ep.* 2. *c.* 13.

CAPUT II.

Qui per univerſam Provinciam hæretici Meſſaliani, & Enthuſiaſtæ ſunt, vel de ejus hæreſeos morbo ſuſpecti, ſive clerici, ſive laici ſint, conveniantur, & ſi quidem anathematizaverint juxta ea, quæ in prædicta ſynodo ſcripto pronuntiata ſunt in ſcriptis, ſi clerici fuerint, maneant clerici; ſin laici ad communionem admittantur. Quod ſi renuerint anathematizare, ſi Presbyteri, vel diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu Eccleſiæ, excidant & a clero, & a gradu, & a communione: laici vero anathematizentur: convicti quoque non permittantur habere monaſteria, ut ne zizania diffundantur, & creſcant. *Synod. Epheſ. in definitione contra Euchetas, ſive Enthuſiaſtas. Refert VII. ſynod. action.* 1. *poſt princ.*

CAPUT III.

Hæreticos & docere, & diſcere interdicimus. *Syn. VIII. ſub Hadr. II. c.* 9.

CAPUT IV.

De hæret. c. 10. *in* 1. *coll.* In partibus Toloſanis damnanda hæreſis dudum emerſit, quæ more cancri paulatim ad vicina loca diffundens per Vaſconiam, & alias Provincias quamplurimos jam infecit, quæ dum in modum ſerpentis infra ſuas revolutiones abſconditur, quanto ſerpit occultius, tanto gravius dominicam *in ſimplicibus demolitur. Unde contra eam Epiſcopos, & omnes Domini ſacerdotes in illis partibus commorantes vigilare præcipimus, & ſub interminatione anathematis prohibere, ne ubi cogniti fuerint illius hæreſis ſectatores, receptaculum quiſquam eis in terra ſua præbere, aut præſidium impartiri præſumat. Sed nec in venditione, aut emptione aliqua cum eis communio habeatur, ut ſolatio ſaltem humanitatis amiſſo, ab errore vitæ ſuæ reſipiſcere compellantur. Quiſquis autem contra hoc venire pertemptaverit, tamquam particeps iniquitatis eorum, anathemate feriatur. Illi vero, ſi deprehenſi fuerint, per Catholicos Principes cuſtodiæ mancipati, omnium bonorum amiſſione mulctentur. Et quoniam de diverſis partibus in unum latibulum crebro conveniunt, & præter conſenſum erroris nullam cohabitandi cauſſam habentes, in uno domicilio commorantur, talia conventicula & inveſtigentur attentius, & ſi inventa fuerint, canonica ſeveritate vetentur. *Alex. III. in concil. Turon. c.* 4.

* *Eccleſiam.*

CAPUT V.

Quia in Gaſconia, Allegeſio, & partibus Toloſanis, & aliis locis ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patarenos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perverſitas, &c. eos, & defenſores eorum, & receptores anathemati decernimus ſubjacere. Et ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra ſua tenere, vel fovere vel negotiationē cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, neque ſub noſtrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, neque ſub alia quacumque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam. De Brebantionibus, & Arrogenum Navariis, Baſculis, Coterellis, & Triaverdinis, &c. ſimiliter conſtituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis ſolemnibus diebus per Eccleſias publice denuntientur, & eadem omnino ſententia, & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti: nec ad communionem recipiantur Eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abjuratis. Relaxatos autem ſe noverint a debito fidelitatis, & dominii, ac totius obſequii, donec in tanta iniquitate permanſerint, quicumque illis aliquo pacto tenentur annexi. Ipſis autem, cunctiſque fidelibus in remiſſionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus ſe viriliter opponant, & contra eos armis populum Chriſtianum tueantur, confiſcenturque eorum bona, & liberum ſit Principibus, hujuſmodi homines ſubiicere ſervituti, &c. *Alex. III. in concil. Later. c.* 27.

De hæret. c. 8. *Greg. IX. & in* 1. *coll. cap.* 6.

cap. 7. *de hæret. in* 1. *coll.*

CAPUT VI.

Excommunicamus, & anathematizamus omnem hæreſim extollentem ſe adverſus hanc ſanctam, orthodoxam, Catholicam fidem, quam ſuperius expoſuimus; condemnantes univerſos hæreticos, quibuſcumque nominibus cenſeantur; facies quidem habentes diverſas, ſed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipſum. Damnati vero præſentibus ſæcularibus poteſtatibus, aut eorum balivis relinquantur animadverſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis, ita quod bona hujuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur; ſi vero clerici, applicentur Eccleſiis, a quibus ſtipendia perceperunt. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, pro- *De hæret. c.* 13. *Greg. IX. & c.* 3. *eod. tit. in* 4. *coll.*

priam

priam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, anathematis gladio feriantur, & uſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus evitentur; ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Moneantur autem, & inducantur, & ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur ſæculares poteſtates, quibuſcumque fungantur officiis, ut ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publice juramentum, quod de terris ſuæ juriſdictioni ſubjectis univerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt; ita quod amodo quandocumque quis fuerit in poteſtatem ſive ſpiritualem *, ſive temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum juramento firmare. Si vero Dominus temporalis requiſitus, & monitus ab Eccleſia terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & cæteros, comprovinciales Epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo Pontifici, ut ex tunc ipſe vaſſallos ab ejus fidelitate denuntiet abſolutos; & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis ſine ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent, ſalvo jure Domini principalis, dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege ſervata circa eos, qui non habent Dominos principales. Catholici vero, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque ſancto privilegio ſint muniti, quod accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur. Credentes vero, præterea receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus ſubjacere, firmiter ſtatuentes; ut poſtquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo jure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocumque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem; nec cauſſæ aliquæ ad ejus audientiam proferantur. Si fuerit advocatus ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, ſed cum auctore damnato damnentur: & in ſimilibus idem præcipimus obſervari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, ut in quo major eſt culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, poſtquam ab Eccleſia denotati fuerint, evitare contempſerint, excommunicationis ſententia uſque ad ſatisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant hujuſmodi peſtilentibus Eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant tradere ſepulturæ, nec eleemoſynas, aut oblationes eorum accipiant; alioqui ſuo priventur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiam infligatur, ut eorum privilegia in illa diœceſi non ſerventur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare, &c. Adjicimus inſuper, ut quilibet Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, per ſe, aut per Archidiaconum ſuum, aut alias honeſtas, idoneaſque perſonas, bis, aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; & ibi tres, vel plures boni teſtimonii viros, vel etiam, ſi expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat. Quod ſi quos ibidem hæreticos ſciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, eos Epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuam convocet accuſatos, qui niſi ſe ab objecto reatu purgaverint, vel ſi poſt purgationem exhibitam, in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, jurare forte noluerint, ex hoc ipſo tamquam hæretici reputentur. Volumus igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter invigilent, ſi canonicam effugere voluerint ultionem. Si quis enim Epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cum id certis indiciis apparuerit, & ab Epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit, & poſſit hæreticam confundere pravitatem. *Inn. III. in concil. gener. Later. cap. 3.*

* perpetuam.

CAPUT VII.

Hæretici omnes, & ſuſpecti, &c. nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi, &c. Omnibus quoque ſimiliter accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem neglexerint. *Eutych. epiſt. 2. in med.*

CAPUT VIII.

Quod ab infidelibus, aut hæreticis factum fuerit, omnino caſſabitur. *Marcell. epiſt. 2. in fin.*

CAPUT IX.

Aliquanti Manichæi, qui ita ſe demerſerunt, ut nullum his auxiliantis remedium poſſet ſubvenire, ſubditi legibus ſecundum Chriſtianorum Principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione pollerent, per publicos judices perpetuo ſunt exilio relegati, & omnia, quæ tam in ſcripturis *, quam in occultis traditionibus ſuis habent prophana, vel turpia, ut noſſet populus quid fugeret, aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione propalavimus *. *Anaſt. epiſt. 1. cap. 3. Leo epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ, in princ.*

* ſcriptis.
* probavimus.

CAPUT X.

Si quis ab Epiſcopo Neſtorio, aut ab aliis, qui eum ſequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus eſt, ſeu Antiſtitis, ſeu clerici dignitate, hunc in noſtra communione, & duraſſe, & durare manifeſtum eſt; nec ju-

24. q. 1. c. 35. At Cæleſtinus.

judicamus eum remotum, quia non poterat quemquam ejus removere ſententia, qui ſe jam præbuerat ipſe removendum. *Cæleſtin. epiſt. ad Joann. Antioch. refert Nicol. ep. ad Michaelem Imper. ante med. Ivo part. 14. cap. 58. decret. & lib. 5. tit. 5. cap. 11. panorm.*

CAPUT XI.

24. q. 1. c. 36. Aperte ſedis noſtræ ſanxit auctoritas, nullum, ſive Epiſcopum, ſive clericum, ſeu profeſſione aliqua Chriſtianum, qui a Neſtorio, vel ejus ſimilibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco ſuo, vel communione dejecti ſunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri, ſed hi omnes in noſtra communione, & fuerunt, & huc uſque perdurant: quia neminem vel deiicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat. *Cæleſtin. epiſt. ad clerum Conſtantinopolitan. in fin. refert Nicol. epiſt. ad Mich. Imper. ante med. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 12. panorm. & part. 14. cap. 59. decret.*

CAPUT XII.

Clerici hæretici non ſolum ab ordine clericatus, ſed etiam ab urbis habitatione pellantur. *Leo epiſt. 73. in fine. ad Leonem Imperat.*

CAPUT XIII.

Merito patres noſtri, ſub quorum temporibus hæreſis Priſcilliani nefanda prorupit, per totum mundum inſtanter egere, ut impius furor ab univerſa Eccleſia pelleretur; quando etiam Principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, ut auctorem ejus, ac pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent, &c. Et profuit diu iſta diſtrictio Eccleſiaſticæ lenitati, quæ etſi ſacerdotali contenta judicio cruentas refugit ultiones, ſeveris tamen Chriſtianorum Principum conſtitutionibus adjuvatur, dum ad ſpiritale nonnumquam recurrunt remedium, qui timent corporale ſupplicium. *Leo epiſt. 91. ad Turibium Epiſcopum, in princ.*

CAPUT XIV.

Hæretici non poſſunt eſſe judices. *Gelaſ. in tomo de anathemate, cujus initium eſt:* Ne forte, *in fine.*

CAPUT XV.

Præcipimus, ut præfatum hæreticum (*loquitur de quodam Armenio hæretico*) qui manus noſtras, judicium ſuæ perfidiæ formidans, ſuffugit, diligenter exquiras, & ſolerter examines. Si igitur illum reſipuiſſe, & ad Catholicam fidem rediiſſe intelligentiæ tuæ conſtiterit, ſane edoctum, & confirmatum, ac in nullo læſum dimittas incolumem. Si vero nondum ad matris Eccleſiæ gremium, & rectam fidem, de ſui erroris gravitate converſus fuerit, ad ſanæ doctrinæ conſilium per pœnitentiæ tramitem eum redire commonendo procures. Quod ſi veris rationibus, & ſalubribus monitis tuis Diabolico ſpiritu induratus acquieſcere, & ſinceris intellectibus fidei conſentire noluerit, ne rabies illius ignaros latere, & ſic incautos valeat lædere, jubemus, ut eum facias perfidiæ nota in aperto ſignari; & deinde ex toto Archiepiſcopatu tuo ipſum expulſum, hæreſim ejus cunctis detegendo, ubique quantum potes, ut apoſtatam, & Chriſtianæ unitatis inimicum non deſinas perſequi. *Greg. VII. lib. 7. regiſtr. epiſt. 27.*

CAPUT XVI.

Non concedendum hæreticis ingreſſum domus Dei in hæreſi permanentibus. *Laod. cap. 6.*

CAPUT XVII.

Petendum, ut illam legem, quæ a religioſæ memoriæ eorum patre Theodoſio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, ſeu etiam in poſſeſſores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata eſt, ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum inſidias Catholici provocati, conteſtationem depoſuerunt, ut hoc ſaltem terrore a ſchiſmatica, vel hæretica pravitate deſiſtant, qui conſideratione æterni ſupplicii emendari, corrigique diſſimulant. Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis, vel ex donationibus, vel ex teſtamentis aliquid capiendi, vel relinquendi, denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi, vel ſumendi jus adimat, qui pertinaci furore cæcati in Donatiſtarum errore perſeverare voluerint. *Afric. cap. 60. vide Theodoſ. cod. lib. XVI. tit. V. l.* Si qui. 7. *& ſeq. Cod. Juſtin. lib. 1. tit. V. l.* Manichæi. 4.

CAPUT XVIII.

Syricius conſtitutum fecit de omni Eccleſia, & contra omnes hæreſes, & diſperſit per univerſum mundum, ac per omnes provincias, ut in omni archivio Eccleſiæ conſervaretur ob oppugnationem contra omnes hæreſes, &c. Hic invenit Manichæos, quos in exilio deportavit, & hoc conſtituit, ut non participarent cum fidelibus communionem: quia ore polluto non licet ſanctum corpus Domini convexari *. Hic quoque conſtituit, ut ſi quis converſus de Manichæis, rediret ad Eccleſiam, nullatenus communicaret, niſi tantum relegationi monaſterii diebus vitæ teneretur obnoxius, ut jejuniis, & orationibus maceratus, probatus ſub omni examinatione, uſque ad ultimum diem tranſitus ſui humanitate Eccleſiæ viaticum ei largiretur. *Ex Pontif. in Syric.* * *vexar.*

CAPUT XIX.

Innocentius multos Cataphrygas invenit, quos in exilio monaſterii * relegavit. *Ex Pontif. in Innocen.* * *monaſteriis.*

CAPUT XX.

Gelaſii temporibus inventi ſunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorumcumque codices ante fores baſilicæ ſanctæ Mariæ incendio concremavit. *Ex Pontif.*

CAPUT XXI.

Hormiſda invenit Manichæos, quos etiam diſcuſſos cum examinatione plagarum exilio deportavit, quorum codices ante fores Baſilicæ Conſtantinianæ incendio concremavit. *Ex Pont.*

De excommunicatione, aliiſque cenſuris in hæreticos, eorumque fautores, vide lib. XXXVIII. & ſequent.

TITULUS IV.

DE SERVANTIBUS TRADITIONES GENTILIUM, ET DE SUPERSTITIOSIS.

CAPUT I.

26. q. 7. c. 14. Si quis Kal. Januarias, & broma * colere præſum- * *brumam, ſ.*

ſumpſerit, aut menſas cum dapibus in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantiones, & chorosducere, quod maxima iniquitas eſt coram Deo, anathema ſit. *Zach. in ſyn. Rom. cap. 9. Burch. lib. 10. cap. 16. Ivo part. 11. cap. 43. decret.*

CAPUT II.

Gentilitatis ritum abiicite, & populum vobis a Deo commiſſum piis admonitionibus edocete, & a ſacrificiis mortuorum omnino devitate. *Greg. III. ep. 3. in med.*

CAPUT III.

De auguriis, & phylacteriis in urbe Roma prohibitis. *Zachar. ep. 6. poſt med.*

CAPUT IV.

Porro dicitis, quod affirment Græci, dicentes, quod nullo modo in quarta, & ſexta balneari debeatis: de quo id nos e contra vobis conſulentibus reſpondemus, quod beatus Papa Gregorius, & Anglorum gentis Apoſtolus, Romanis de Dominico die ſermone quodam habito prædicaſſe le-
De conſ. d. 3. c. 12. Pervenit.
gitur; ait enim: „ Ad me perlatum eſt, vobis a „ perverſis hominibus eſſe prædicatũ, ut Dominico die nullus debeat lavari". Et quidem ſi pro luxu animi, atque voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus; ſi autem pro neceſſitate corporis, hoc nec Domi-
Ad Ephеſ. 5.
nico die prohibemus. Scriptum quippe eſt: *Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fovet*
Ad Rom. c. 13.
eam, & rurſum ſcriptum. *Carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis.* Qui igitur carnis curam in concupiſcentiis fieri prohibet, profecto in neceſſitatibus concedit. Nam ſi Dominico die corpus lavare peccatum eſt, lavari ergo die eodem nec facies debet; ſi autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc, exigente neceſſitate, toto corpori negetur? Itaque quod hic præſul eximius, & ſuaviſſimus Doctor in Dominico die, qui cæteris diebus venerabilior eſt, conceſſit, nos quoque in quarta, & ſexta feria non negamus: hanc videlicet diſcretionem ſervantes, ut ſi quidem pro luxu animi, atque voluptate quis lavari appetat, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedamus, ſi autem pro neceſſitate corporis, hoc nec quarta, nec ſexta feria prohibemus. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 6. Greg. lib. 11. ep. 3. civibus Romæ.*

CAPUT V.

Noſſe cupitis, ſi licet alicui ſabbato, vel dominico laborationem aliquam exercere. De hoc ſanctus Papa Gregorius Romanos alloquens ait:
De conſ. d. 3. cap. 22.
„ [Pervenit ad me, quoſdã perverſi ſpiritus homines prava inter vos aliqua, & ſanctę fidei adverſa ſeminaſſe, ita ut die ſabbato aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud niſi Antichriſti prædicatores dixerim, qui veniens diem ſabbatũ, atque dominicũ, ab omni ſaciet opore cuſtodiri, quia enim mori ſe, & reſurgere ſimulat, haberi in veneratione vult dominicũ diem, & quia Judaizare populũ compellit, ut exteriorẽ ritum legis revocet, & ſibi Judæorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbatum. Hoc enim
Jer. 17. e.
„ quod per Prophetam dicitur: *Ne inferatis onera per portas veſtras die ſabbati*, tamdiu teneri „ potuit, quamdiu legem licuit juxta litteram cuſtodiri. At poſtquam gratia omnipotentis Dei „ Domini noſtri Jeſu Chriſti apparuit, præcepta „ legis, quæ per figuram dicta ſunt, juxta litteram „ ſervari non poſſunt". *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 10. Greg. lib. 11. regiſtr. epiſt. 3.*

CAPUT VI.

Conſulitis, ſi debeatis, quando nuntius venerit, ut ad præliandum pergatur, mox proficiſci, an ſit aliqua dies, in qua non oporteat ad præliandum exire. In quo reſpondemus: Non eſt ulla dies in quibuſcumque negotiis incipiendis, vel exercendis penitus obſervanda, præter, ſi nimia non urgeat neceſſitas, ſupra memoratos dies celeberrimos, & omnibus venerabiles chriſtianis, non quo vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum non ſit in diebus ſpes noſtra ponenda, nec a diebus, ſed a Deo ſolo vivo, & vero ſalus omnis penitus expectanda; ſed quod, ſi inevitabilis neceſſitas non eſt, vacandum eſt in his ſolito ſtudioſius orationi, & tantæ feſtivitatis myſteria frequentanda. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 34.*

CAPUT VII.

Si die dominico, vel cæteris feſtis diebus, quando neceſſitas urget, liceat ambulare, vel ad bellandum procedere, ex triceſimo quarto capitulo harum reſponſionum noſtrarum poteſtis advertere. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 36.*

CAPUT VIII.

Græcos vetare, perhibetis, eunuchos animalia veſtra mactare, ita ut, eum, qui ex animalibus ab illis occiſis comederit, grave commiſiſſe peccatum affirment. Sed nobis valde abſonum eſt, & adhuc frivolum ſonat, quod dicitur. Porro quia ratiocinationem iſta dicentium non audimus, nihil interim de aſſertione nondum plene cognita decernere definitive valemus. Unum tamen ſcimus, quoniam ſi eunuchi præcepta Dei cuſtodierint, ad regnum cæleſte percipiendum, nihil eis obeſſe poterit membrorum detruncatio. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 57.*

CAPUT IX.

Refertis, quod lapis inventus ſit apud vos, antequam Chriſtianitatem ſuſcepiſſetis, de quo ſi quis ob aliquam infirmitatem quid accipiat, ſoleat aliquotiens remedium corpori ſuo præbere, aliquotiens vero ſine profectu remanere. Quod utique etiam de illo lapide, quid nunquam ſumentibus, quotidie certum eſt evenire: videlicet, ut alii quidem ab ægritudine ſua remedium ſanitatis accipiant, alii vero infirmitate tabeſcant. Quamobrem nos vobis conſulentibus, utrum de cætero ſit agendum, an reſpuendum, reſpondemus, & decernimus: quatenus omnis ejuſdem lapidis ſumptus penitus prohibeatur, & omnimodie
reſuteiur, & in ſolo illo lapide Domino noſtro *Pſalm. 117.*
Jeſu Chriſto, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, ſpes totius ſalutis humanæ ponatur. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 62.*

CAPUT X.

Refertis, quod Græcorum quibuſdam codicem accipientibus in manibus clauſum, unus ex eis accipiens parviſſimam particulam ligni, hanc intra

ipſum

ipſum codicem condat, & ſi undecumque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirment, ſcire ſe poſſe, quod cupiunt. Vos vero conſuluiſtis, ſi ſit hoc tenendum, an reſpuendum? Utique reſpuen-
Pſalm. 39. dum, ſcriptum eſt enim: *Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Nicol. ad conſ. Bulgar. cap. 77.*

CAPUT XI.

Perhibetis, quod moris ſit apud vos, infirmis ligaturam quandam ob ſanitatem recipiendam ferre pendentem ſub gutture; requiritis, ſi hoc agi nos de cætero jubeamus. Quod non ſolum agi non jubemus, verum etiam, ne fiat, modis omnibus inhibemus hujuſmodi quippe ligaturæ; phylacteria dæmoniacis ſunt inventa verſutiis, & animarum hominum eſſe vincula comprobantur, ac ideo his utentes, anathemate, Apoſtolica decreta perculſos ab Eccleſia pelli præcipiunt. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 79.*

CAPUT XII.

Paganorum fortaſſe ſuperſtitionem coercet. Qui cereos per diem in cœmeterio incenderit, arceatur ab Eccleſiæ communione. *Elib. c. 34.*

CAPUT XIII.

Non oportet cum paganis feſta celebrare, & communicare impietati eorum. *Laodicen. cap. 39.*

CAPUT XIV.

De conſ. d. 3. cap. 15. Ne quis jejunet die dominica, cauſſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis. *Cæſar. cap. 2.*

CAPUT XV.

Si quis Chriſtianus, ut eſt gentilium conſuetudo, apud cujuſcumque feræ, vel pecudis exta, invocatis inſuper nominibus paganorum, fortaſſe juraverit, ſi ſe ab hac ſuperſtitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, a conſortio fidelium, vel Eccleſiæ communione pellatur. *Aurel. IV. c. 16.*

CAPUT XVI.

Sunt qui Kal. Januarii colunt; cum Janus homo gentilis, & Rex fuerit, Deus eſſe non potuit, &c. Sunt etiam, qui in feſtivitate cathedræ Domini Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt, & poſt miſſas redeuntes ad domos proprias, ad gentilium revertuntur errores, & poſt corpus Domini, ſacratas dæmoni eſcas accipiunt, &c. Quemcumque in hac fatuitate paſtores, atque presbyteri perſiſtere viderint, vel neſcio quas ad petras, aut arbores, aut ad fontes, deſignata loca gentiliū perpetrare, quæ ad Eccleſię rationē non pertinent, eos ab Eccleſia ſancta (*hac*) auctoritate expellant, nec participare ſancto altario permittant, qui gen-
1. Cor. 11. tilium obſervationes cuſtodiunt: *Quid enim Dæmonibus cum Chriſto commune?* cum magis fu-
* cibum, al. mendo judicium *, delicta videatur addere, quam purgare? *Turon. II. c. 23.*

CAPUT XVII.

Ad nos pervenit, quoſdam de populis catholicæ fidei, execrabili ritu, die quinta, feria, quæ dicitur Jovis, excolere, & operationem non facere; quam rem pro Dei timore execrantes, & blaſphemantes, quicumque ab hac die præter feſtivitates in eo die venientes, auſus, vel auſa fuerit vacare, & operam non facere; ſi ingenuus eſt, aut ingenua, de Eccleſia repellendus, & ſub pœnitentia mittendus anno uno, & eleemoſyna, & fletu ſatisfaciat, ut ei Dominus ignoſcat. Si ſervus, aut ancilla fuerit, contenta * flagella cor- * contena, l.
recti Domino conſignentur, & ultra talia, eos obſervare non præſumant. *Narbon. c. 15.*

CAPUT XVIII.

Non liceat Kal. Januarii vetulo *, aut cervo- * vitulo, ſ.
lo facere, vel ſternas diabolicas obſervare. Sed in ipſa die ſic omnia beneficia tribuentur, ſicut & reliquis diebus. *Antiſiod. c. 1.*

CAPUT XIX.

Non liceat compenſas * in domibus propriis, * conventus.
nec vigilias in feſtivitates ſanctorum facere, nec inter ſentes, aut arbores ſacri vos, vel ad fontes vota exſolvere; ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat, nec ſubtilia, aut pede, aut hominem lineo fieri penitus præſumat. *Antiſiod. cap. 3.*

CAPUT XX.

Kalend. vota, & brumalia, & Kalendarum * Maii.
Martii * conventum ex chriſtianorum republica tollimus: item mulierum publicas ſaltationes, & quæ nomine falſorum Deorum gentilium ex viris vel mulieribus fiunt choreæ, & feſta. Quæ omnia aliena ſunt chriſtianis. Nemo etiam vir mulieris ſtolam induat, nec mulier viri, neque perſonas canonicas, vel ſatyricas, vel tragicas induat, neque, Dionyſii nomine exclamato, uvas exprimant, neque dum vinum in cuppis diffundunt, riſum moveant ignorantiæ, vel ſtultitiæ prætextu, dæmoniaco modo operantes. Qui fecerint clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull. c. 62.*

CAPUT XXI.

Incendia, quæ ante domos, vel officinas in Neomeniis quidam ponunt, & ſuper ea veteri more tranſiliunt, ceſſare jubemus. Quiſquis tale fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. Scribitur enim quarto Regum Manaſ- 4. Reg. 21.
ſem altare ædificaſſe militiæ cæli, &c. *Trull. cap. 65.*

CAPUT XXII.

Qui jurant, ut gentiles, pœnitentia canon coercet, nos excommunicatione. *Trull. c. 95.*

CAPUT XXIII.

Unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem habeat, adjuvante Graphione, qui defenſor Eccleſiæ eſt, ut populus Dei paganias non faciat; ſed ut omnes ſpurcitias gentilitatis abiiciat, & reſpuat, ſive prophana ſacrificia mortuorum, ſive ſortilegos, vel divinos, ſive phylacteria, & auguria, ſive incantationes, ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias, ritu pagano faciunt, ſub nomine ſanctorum martyrum, vel confeſſorum, Deum, & ſuos ſanctos ad iracundiam provocantes, ſive illos ſacrilegos ignes, quos nedſri vocant, ſive omnes, quæcumque ſunt paganorum obſervationes, diligenter prohibeant. *Franc. ſyn.*

CAPUT XXIV.

Admoneant ſacerdotes fideles populos, ut no- 26. q. 7. c. 15.
ve-

verint magicàs artes incantationeſque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil poſſe remedii conferre, non animalibus languentibus, claudicantibuſve, vel etiam moribundis quidquã mederi, non ligaturas oſſium, vel herbarum, cuiquam mortalium adhibitas prodeſſe, ſed hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. *Tur. ſub Carolo cap.* 42. *Burch. lib.* 10. *cap.* 40. *Ivo part.* 11. *cap.* 65.

CAPUT XXV.

De celebrat. miſſ. cap. 2. *Greg. c.* 2. *de ſeſtiag. in* 2. *col.* Quidam laicorum, & maxime matronæ habent in conſuetudine, ut per ſingulos dies audiant Evangelium: *In principio erat Verbum*, & miſſas peculiares, hoc eſt, de ſancta Trinitate, aut de ſancto Michaele. Et ideo ſancitum eſt in eodem concilio, ut hoc ulterius non fiat, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis fidelium audire velit pro reverentia ſanctæ Trinitatis, non pro aliqua divinatione, &c. *Salegunſt. c.* 10. *poſt Burch. decretum. Ivo part.* 15. *cap.* 176. *decret.*

CAPUT XXVI.

De conſ. d. 1. *c.* 29. *in fin.* Non liceat chriſtianis, prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis. *Mart. Brac. cap.* 69. *Burch. lib.* 10. *cap.* 38. *Ivo part.* 11. *c.* 63. *decret.*

CAPUT XXVII.

26. q. 5. c. 3. Non liceat chriſtianis tenere traditiones gentilium, & obſervare, & colere elementa. *Mart. Brac. cap.* 73. *Raban. cap.* 24. *de pœnit. Burch. lib.* 10. *cap.* 13. *Ivo part.* 11. *cap.* 40. *decret.*

CAPUT XXVIII.

26. q. 7. c. 13. Non liceat iniquas obſervationes agere diebus Kalendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obſervatio paganiſſima eſt. *Mart. Brac. cap.* 74. *Raban. cap.* 24. *de pœnit. Burch. lib.* 10. *cap.* 15. *Ivo part.* 11. *cap.* 42. *decret.*

CAPUT XXIX.

26. q. 5. c. 3. in fin. Non liceat mulieres chriſtianas aliquam vanitatem in ſuis lanificiis obſervare, ſed Deum invocent adjutorem, qui eis ſapientiam texendi donabit. *Mart. Brac. cap.* 76. *Burch. lib.* 10. *cap.* 19. *Ivo part.* 8. *cap.* 330. & *part.* 11. *cap.* 46. *decret.*

De jejunio diei Dominici prohibito; vide lib. XX. de paſchate, & diebus feſtis tit. XIII.

TITULUS V.

DE AUGURIIS, ET ALIIS DIVINATIONUM GENERIBUS.

CAPUT I.

26. q. 5. c. 1. SI quis ariolos, aruſpices, incantatores obſervaverit, aut phylacteriis uſus fuerit, anathema ſit. *Greg. II. in ſynod. Rom. cap.* 12. *Burch. lib.* 10. *cap.* 23. *Ivo lib.* 8. *tit.* 5. *cap.* 1. *panorm.* & *part.* 11. *cap.* 1. *decret.*

CAPUT II.

2. q. 8. c. 3. in fin. Hæretici omnes, & ſuſpecti, & excommunicati, homicidæ quoque, atque malefici, &c. ſeu qui ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi. *Eutych. epiſt.* 2. *ante med. Ivo part.* 6. *cap.* 333. *decret.*

CAPUT III.

26. q. 5. c. 10. Contra idolorum cultores, vel aruſpices, atque ſortilegos fraternitatem veſtram vehementius paſtorali hortamur invigilare cuſtodia, atque publice in populo contra hujus rei viros ſermonem facere, eoſque a tanti labe ſacrilegii, & divini intentione judicii, & præſentis vitæ periculo adhortatione ſuaſoria revocare. Quos tamen ſi emendare ſe a talibus, atque corrigere nolle repeteris, ferventi comprehendere zelo te volumus; & ſi quidem ſervi ſunt, verberibus, cruciatibuſque, quibus ad emendationem pervenire valeant, caſtigare: ſi vero ſunt liberi, incluſione digna, diſtrictaque ſunt in pœnitentiam redigendi; ut qui ſalubria, & a mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus ſaltem eos corporis ad deſideratam mentis valeat reducere ſanitatem. *Greg. lib.* 7. *epiſt.* 66. *ad Januarium Epiſcopum Caralitanum. Burch. lib.* 10. *cap.* 3. *Ivo part.* 11. *cap.* 32. & 95. *decret. Cæſar. lib.* 8. *cap.* 91.

CAPUT IV.

Pervenit ad nos, quod quoſdam incantatores, atque ſortilegos fueris inſecutus, & omnino nobis ſollicitudinem, zelumque tuum gratum fuiſſe cognoſcas, &c. Et ideo ſtudii tui ſit, ſollicite quærere, & quoſcumque hujuſmodi Chriſti inimicos inveneris, diſtricta ultione corrigere. *Greg. lib.* 9. *epiſt.* 47. *Hadriano notario. Burch. lib.* 10. *cap.* 4. *Ivo part.* 11. *cap.* 33. *decret.* *26. q. 5. c. 8.*

CAPUT V.

Divinos, vel ſortilegos, ſacrificia mortuorum, vel lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, vel incantatores, & veneficos, id eſt maleficos, & obſervationes ſacrilegas, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omnino reſpuentes tota mentis intentione ad Dominum convertimini, &c. *Greg. III. epiſt.* 1. *in med.*

CAPUT VI.

De Kalendis Januariis, vel cæteris auguriis, phylacteriis, & incantationibus, vel aliis diverſis obſervationibus, quæ gentili more obſervari dixiſti, apud beatum Petrum Apoſtolum, vel in urbe Roma; hoc a nobis, & omnibus chriſtianis deteſtabile, & pernicioſum eſſe judicamus, dicente Deo: *Non augurabimini, nec obſervabis ſomnia*; & iterum: *Non eſt augurium in Iſrael: nec obſervatio in domo Jacob.* Ita & a nobis cavendum eſſe cenſemus, ut nullis auguriis, vel obſervationibus attendamus, quia omnia hæc abſciſſa eſſe a patribus ſumus edocti, &c. & nos ea amputavimus, &c. & ſanctæ recordationis prædeceſſoris, atque nutritoris noſtri Domini Gregorii Papæ conſtitutione omnia hæc pie, ac fideliter amputata ſunt, &c. *Zachar. ep.* 6. *poſt med.* *Lev.* 19. *Num.* 22.

CAPUT VII.

Qui divinationes expetunt, ſub regula quinquennii jaceant. Unde ad illorum ſimilitudinem, [ſortes, quibus vos cuncti in veſtris diſcriminatis judiciis, nihil aliud, quam quod illi patres damnarunt, divinationes, & maleficium eſſe decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & ultra inter chriſtianos nolumus nominari, & ut abſcindantur ſub anathematis interdicto præcipimus. *Leo IV. in epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ cap.* 4. *Raban. cap.* 23. *de pœnit. Burch. lib.* 10. *cap.* 27. *Ivo lib.* 8. *tit.* 6. *cap.* 1. *panorm.* & *part.* 11. *cap.* 48. *decret.* *26. q. 5. c. 7.*

CAPUT VIII.

Deſertis, quod ſoliti fueritis, quando in prælium progrediebamini, dies, & horas obſervare, & incantationes, & joca, & carmina, & nonnulla auguria exercere: & inſtrui deſideratis, quid nunc vobis agendum ſit. De quo nos neceſſario vos inſtrueremus, niſi ſuper hoc vos divinitus inſtructos contueremur; ſuper divinum enim fundamentum nos ædificare quidquam non poſſumus. Igitur cum in prælium proficiſci diſponitis, quod ipſi commemoraſtis agere, in Dei nomine non omittite: id eſt, ad Eccleſias ire, orationes peragere, &c. Nam illa, quæ commemoraſtis, id eſt diei, & horæ obſervationes, incantationes, joca, & iniqua carmina, atque auguria, pompæ, ac operationes diaboli ſunt, quibus, Deo gratias, jam in baptiſmate abrenuntiaſtis, & hæc cum veteri homine, & actibus ejus, quando novum induiſtis, omnino depoſuiſtis. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap.* 35.

CAPUT IX.

26. q. 5. c. 2. Qui divinationes, &c. 5. Non liceat. Qui auguria, auſpicia, ſomnia, divinationes ſecundum morem gentilium obſervant, aut in domos ſuas hujuſmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos ſuas luſtrent, confeſſi quinquennio pœnitentiam agant ſecundum regulas antiquitus conſtitutas. *Ancyr. cap.* 24. *G.* 23. *L. Leo IV. ad Epiſc. Britann. cap.* 4. *concil. Troſl. cap.* 15. *Mart. Brac. cap.* 71. *Raban. cap.* 23. *de pœnit. Capit. lib.* 7. *cap.* 21. *in addit. prioribus. Burch. lib.* 10. *cap.* 5. *Ivo lib.* 8. *tit.* 5. *cap.* 2. *panorm. & part.* 11. *c.* 2. *decret. & pœnit. Rom. tit.* 6. *cap.* 1. *&* 20.

CAPUT X.

Augur, aut pantomimus, ſi ad artes ſuas revertantur, projiciantur ab Eccleſia. *Eliber. c.* 62.

CAPUT XI.

26. q. 5. c. 4. Non oportet clericos, magos, vel augures, aut incantatores eſſe, aut mathematicos, aut aſtrologos, aut phylacteria facere, quæ animarum vincula ſunt. Si fecerint, ab Eccleſia ejiciantur. *Laod. cap.* 36. *Agath. cap.* 68. *ubi deeſt math. aut aſtrolog. Mart. Brac. cap.* 61. *Capit. lib.* 1. *cap.* 21. *Raban. cap.* 23. *de pœnit. Ivo lib.* 8. *tit.* 5. *cap.* 3. *panorm. & part.* 11. *cap.* 3. *decret.*

CAPUT XII.

26. q. 5. c. 11. Auguriis, vel incantatoribus ſervientem a conventu Eccleſiæ ſeparandum, ſimiliter & ſuperſtitionibus judaicis, vel feriis inhærentem. *Carth. IV. cap.* 89. *Burch. lib.* 16. *cap.* 7. *Ivo lib.* 8. *tit.* 6. *cap.* 4. *panorm. & part.* 11. *cap.* 35. *decret. Tarrac. lib.* 4. *cap.* 73.

CAPUT XIII.

Si quis aſtrologiæ, vel matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit. *Tolet. I. in fine.*

CAPUT XIV.

26. q. 5. c. 6. Aliquanti clerici, ſive laici ſtudent auguriis, & ſub nomine fictæ religionis, quas ſanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, in hoc quicumque clericus, vel laicus detectus fuerit, vel conſulere, vel docere, ab Eccleſia habeatur extraneus. *Agath. cap.* 42. *Venet. c.* 16. *Rab. cap.* 23. *de pœnit. Ivo lib.* 8. *tit.* 6. *c.* 1. *panorm. & part.* 11. *cap.* 4. *decret. Burch. lib.* 10. *c.* 27.

CAPUT XV.

Si quis clericus, vel monachus, vel ſæcularis divinationem, vel auguria crediderit obſervanda, vel ſortes, quas mentiuntur eſſe ſanctorum, cum iis, qui eis crediderint, ab Eccleſiæ communione pellantur. *Aurel. c.* 32. 26. q. 5. c. 9.

CAPUT XVI.

Si qui viri, ac mulieres divinatores, quos dicunt eſſe: *Caragios*, atque *Sorticularios*, in cujuſcumque domo Gothi, Romani, Syri, Græci, vel Judæi fuerint inventi, aut quis auſus fuerit amodo in eorum vana crimina interrogare, & non hoc voluerit annunciare; pro hoc quod præſumpſit, non ſolum ab Eccleſia ſuſpendatur, ſed etiam ſex auri uncias Comiti civitatis inferat. Illi vero, qui tali iniquitate repleti ſunt, & ſortes, & divinationes faciunt, & populum prævaricando ſeducunt, ubi inventi, vel inventæ fuerint, ſeu liberi, ſeu ſervi, vel ancillæ ſint, graviſſime publice fuſtigentur, & venundentur, & pretia ipſorum pauperibus erogentur. *Narbon. c.* 14.

CAPUT XVII.

Non liceat ad ſortilegos, vel auguria reſpicere, nec ad characteres, nec ad ſortes, quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt, aſpicere: ſed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat. *Antiſiod. cap.* 4.

CAPUT XVIII.

Si quis Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus magos, aut aruſpices, aut ariolos, augures, vel ſortilegos, vel eos qui profitentur artem magicam, aut aliquem eorum ſimilia exercentem conſuluiſſe fuerit deprehenſus, ab honore dignitatis ſuæ depoſitus monaſterii cenſuram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus ſcelus admiſſum ſacrilegii ſolvat. *Tolet. IV. cap.* 28. *Raban. c.* 23. *de pœnit. Burch. lib.* 10. *cap.* 48. *Ivo lib.* 9. *tit.* 15. *c.* 3. *& lib.* 8. *tit.* 5. *c.* 4. *panorm. & part.* 11. *c.* 5. *& c.* 73. *decret.* 26. q. 5. c. 5.

CAPUT XIX.

Dicente Apoſtolo: *adhærens Domino unus Spiritus eſt cum eo*, qui cum ejus adverſario habitat unus fit cum illo adverſario. Qui igitur dæmonia ſe habere fingunt, & ſuis moribus illos ſimulant, jubemus eos illis pœnis, & rationibus puniri, uti vere dæmonia habentes. *Trull. c.* 60. 1. Cor. 6.

CAPUT XX.

Qui ſe vatibus dedunt, vel centurionibus quibuſdam, vel his ſimilibus, ut ab eis diſcant, quæ ignorant, juxta antiquas patrum definitiones, pœniteant ſex annis. Item qui urſas ſervant, vel alia animalia ad luſum, & læſionem ſimplicium, & fortunam, & fatū, & genealogiam, & qui horum verborum multitudinem juxta erroris vanitatem fundunt. Item nebularum perſecutores, & impoſitores, & phylacterios, & vates. Qui perſeverant, neque pœnitent, & averſantur has pernicies, & paganorum curas, omnino ab Eccleſia ejici volumus, ut ſacri canones dicunt: *Quæ ſocietas luci ad tenebras*, ut ait Apoſtolus: *quæ conventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli*, 2. Cor. 6. c.

cum

Digitized by Google

cum infideli? Qui autem conſenſus templi Dei cum idolis? Trull. c. 61.

CAPUT XXI.

Epiſcopus det operam, ut populus ab auguriis, & incantationibus abhorreat. *Franc. ſyn.*

CAPUT XXII.

Extant, & alia pernicioſiſſima mala, quæ ex ritu gentilium remanſiſſe dubium non eſt, ut ſunt magi, arioli, ſortilegi, venefici, divini, incantatores, ſomniorum conjectores, quos divina lex irretractabiliter puniri jubet, de quibus in lege
Lev. 20. dicitur: *Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis ponam faciem meam contra eam*, &c. Ferunt enim ſuis maleficiis aera poſſe conturbare, & grandines immittere, futura prædicere, fructus, & lac auferre, aliiſque dare, & innumera a talibus fieri dicuntur. Qui ut fuerint hujuſmodi comperti viri, ſeu feminæ, in tantum diſciplina, & vigore Principis acrius corrigendi ſunt, in quantum manifeſtius auſu nefando, & temerario ſervire diabolo non metuunt. *Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib. 3. cap. 2.*

CAPUT XXIII.

Extant & altera diverſorum criminum mala, quæ improbat, & condemnat lex divina, &c. ut ſunt illa, quæ ex paganorum ritu adhuc ſupereſſe videntur, ſcilicet, magica, ſortes, phylacteria, veneficia, divinationes, incantationes, ſomniorum conjectationes, quæ omnia punire jubet lex divina, quia manifeſtiſſime in talibus ſervitus eſt diabolica. *Troſl. c. 15.*

CAPUT XXIV.

26. q. 5. c. 3. Non liceat. Si quis paganorum conſuetudinem ſequens divinos, & ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel luſtrationes paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant. *Mart. Brac. c. 71. Ancyr. c. 24. G. 23. L. vide ſupra c. 10. Troſl. c. 15. Raban. c. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. c. 6. Ivo part. 11. c. 34. decret.*

CAPUT XXV.

26. q. 5. c. 3. Non liceat chriſtianis tenere traditiones Gentilium, & obſervare, & colere elementa, aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo facienda, aut propter ſegetes, vel arbores plantandas, vel conjugia ſocianda. Scriptum eſt enim: *omnia, quæ facitis, aut*
Coloſſ. 3. *in verbo, aut in opere omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo. Mart. Brachar. cap. 73. Raban. cap. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 13. Ivo part. 11. cap. 40. decret.*

CAPUT XXVI.

26. q. 5. c. 3. Non liceat in herbarum collectionibus, quæ medicinales ſunt, aliquas obſervationes, aut incantationes attendere, niſi tantum cum ſymbolo divino, & oratione dominica, ut tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. *Mart. Brac. c. 75. Rab. c. 24. de pœnit. Burch. lib. 10. c. 20. Ivo part. 11. c. 47. decret.*

CAPUT XXVII.

Qui præſtigias, vel veneficium fatetur, is, homicidæ tempore confitebitur, ita diſpenſatus, ut qui in unoquoque peccato ſe ipſum convicit. *Baſil. ad Amphiloch. c. 64.*

CAPUT XXVIII.

Qui ſe vatibus, vel ejuſmodi aliis tradit, ipſe quoque homicidarum tempore punietur. *Baſil. ad Amphiloch. c. 71.*

CAPUT XXIX.

Qui vaticinantur, & gentilium conſuetudinem ſequuntur, & aliquos in ædes ſuas introducunt ad veneficiorum inventionem, & eorum expurgationem, cadant in canonem ſexennii, & poſtquam anno defleverint, & anno audierint, in tribus annis ſubſtrati, & anno cum fidelibus conſiſtentes, ſic admittantur. *Baſil. ad Amphiloch. c. 82. vide c. 52. 65. Greg. Nyſſ. c. 2. ad Latojum Ancyr. c. 24.*

CAPUT XXX.

Qui ad præſtigiatores, vel vates abierunt, vel eos, qui per dæmones ſe piacula quædam, & averſiones operaturos pollicentur, ii exacte interrogantur, & examinantur, utrum in fide in Chriſtum permanentes a neceſſitate aliqua ad illud peccatum impulſi ſunt, &c. an omnino neglecto, quod a nobis creditum eſt, teſtimonio, ad dæmonum ſocietatem ſe contulerunt. Si enim ad fidem infirmandam, & quod Deum eſſe non crederent, qui a chriſtianis creditur, & adoratur, illud fecerunt, erunt ſcilicet tranſgreſſorum judicio obnoxii. Sin autem non ferenda neceſſitas aliqua, puſillo, & abjecto eorum animo ſuperato, eo deduxit falſa aliqua ſpe deductos, ſimiliter erit & in ipſos clementia, inſtar eorum, qui tormentis in tempore confeſſionis reſiſtere non potuerunt. *Greg. Nyſſen. ep. canon. c. 3.*

CAPUT XXXI.

Sanctus Auguſtinus dixit: „ Qui prædictis malis, id eſt caragis, & divinis, & aruſpicibus, *Serm. de temp. 241.*
„ vel phylacteriis, & aliis quibuslibet auguriis
„ crediderit, etſi jejunet, & oret, etſi jugiter ad
„ eccleſias currat, etſi largas eleemoſynas faciat,
„ etſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciaverit, nihil ei proderit, quamdiu ſacrilegia
„ illa non reliquerit ". *Bonif. in epiſt. ad Zachar. in fin.*

TITULUS VI.

DE PERJURIO.

PARS PRIMA.

Quo tempore non ſervandum juſjurandum.

CAPUT I.

PRæſenti decreto ſtatuimus, ut ſemper prævaleat, & ſuum conſequatur effectum, quod a majoris, vel ſanioris parte concilii * fuerit conſtitutum. Nec conſtitutionem noſtram impediat, ſi forte aliquis ad conſervandam Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem ſe juramento dicat aſtrictum. Non enim dicenda ſunt juramenta, ſed potius perjuria, quæ contra utilitatem Eccleſiaſticam, & ſanctorum patrum veniunt inſtituta. *Alex. III. in concil. gen. Later. c. 16.* *De iis, quæ fiunt a majori parte cap. 40. Gr. IX, & in 1. coll. * capituli.*

CAPUT II.

Qui ſacramento ſe obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communione ſanguinis, & corporis Domini ſegregatus reatum ſuum eleemoſynis, ſle- *22. q. 4. c. 11.*

fletibus, & quantis potuerit jejuniis abſolvat, ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, venire feſtinet. *Ilerd. cap. 7. Troſl. c.* 1. Pet. 4. *31. pœnit. Rom. tit. 2. c. 11. Raban. c. 20. de Pœnit. Burch. lib. 11. c. 17. Ivo part. 11. c. 47. decr.*

CAPUT III.

22. q. 4. c. 1. Si publicis ſacramentorum geſtis a quibuslibet illicita, vel non bona extitiſſet conditio alligata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſſimæ virginis: nunquid non tolerabilius eſſet, ſtultæ promiſſionis rejicere vota, quam per inutilium promiſſorum cuſtodiam exhorrendam criminum implere menſuram? &c. Promiſſionis incautæ crudam, cruentamque temperare ſententiam, illa quam
Diſt. 13. c. 1. maxime compellimur cauſſa, quod hæc [duo mala, licet ſint omnino cautiſſime præcavenda, tamen ſi periculi neceſſitas ex his unum temperare compulerit, id debemus reſolvere, quod minori nexu noſcitur obligari. Quid autem ex his levius, quidve ſit gravius, pietatis acumine veſtigemus; etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, ſed nos tantummodo maculamus, cum vero noxia promiſſa complemus, & Dei juſſa ſuperbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur, &c.
22. q. 1. c. 9. [Incommutabilis eademque ſemper exiſtens Dei natura, parcens, ſua ſæpe in ſacris litteris legitur mutaſſe præmiſſa, & pro miſericordia temperare ſententiam. Unde quamlibet ſit impaſſibilis, atque immutabilis, ejuſdemque deitatis, licet ſint dicta firmiſſima, crebro tamen ejus, & juramenta leguntur, & pœnitentia, quæ ſacris extant myſteriis adoperta. Jurare namque Dei, eſt a ſeipſo nullatenus ordinata convellere: pœnitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, im-
Hier. 18. mutare: ſic enim per Hieremiam dicit: *Repente loquar adverſus gentem, & adverſum regnum, ut eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud, ſi penitentiam egerit gens illa ſuper malo ſuo, quod locutus ſum adverſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi, ut fa-*
Lib. 1. de offic. c. 50. *cerem eis*, &c. Præclarus auctor Ambroſius ſic loquitur: „ Eſt etiam contra officium nonnunquam ſolvere promiſſum, & ſacramentum cu-
Matt. 14. Marc. 6. Jud. 11. „ ſtodire: ut Herodes qui juravit, quoniam quidquid petitura eſſet, daret filiæ Herodiadis: & necem Joannis præſtitit, ne promiſſum denegaret. Nam de Jephte quid dicam, qui immolavit filiam, quæ ſibi victori primum occurrerat, quo votum impleret, quod ſpoponderat, ut quidquid ſibi primum occurriſſet, offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quam promiſſum ſolvere parricidio “. Item
Lib. 3. de offic. c. 12. 22. q. 4. c. 8. Unuſquiſque. in libro tertio: „ [Sæpe plerique conſtringunt ſe jurisjurandi ſacramento, & cum ipſi cognoverint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt, quod ſpoponderint, ſicut de Herode ſupra ſcripſimus, qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſolvit. Turpe eſt, quod regnum pro ſaltatione promittitur: crudele quod mors prophetæ pro jurisjurandi religione datur. Quanto tolerabilius tale fuiſſet perjurium ſacramento? “ &c.
Noſtri quoque ſæculi doctor egregius Iſidorus in lib. ſentent. ſecundo hæc pro tali narrat negotio: „ [Non eſt conſervandum ſacramentum, c. 31. Sent. 10. 22. q. 4. c. 13.
„ quod male, & incaute promittitur; velut ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur; tolerabilius eſt enim non implere ſacramentum, quam permanere in ſtupri flagirio “. Similiter in Synonymis: *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incaute voviſti non facias. Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Tolet. VIII. c. 2. Raban. cap. 21. de pœnit. Burch. lib. 12. cap. 10. & cap. 29. Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 8. 16. 25. 30. panorm. & part. 12. cap. 9. 16. 17. 67. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 165. Cæſar. lib. 6. cap. 8. & 13.* Job 2.

CAPUT IV.

Non poſſunt utraque ſejuncta æqua obſervantiæ lance ſervari: quia ſi promiſſa cognatis fides ſervetur, populis, quæ promiſſa ſunt, deperibunt: & iterum ſi data in populis intemerata Deo ſacramenta ſerventur, cognatis proculdubio promiſſa beneficia negabuntur; neque unius partis præſtatio, ſine alterius poteſt eſſe diſpendio. Quid ergo? nunquid ob hoc utraque juramentorum promiſſa ſolvenda ſunt, quia ſingula invicem ſine culpa agi non poſſunt? abſit. Transfundendum ergo eſt unum in alterum, & ad unam regulam redigendum, ita ut minoris partis vota potioribus ſint conjuncta, &c. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus ſocero ante juravit, principem noſtrum Egicanem Regem ſancta ſynodus abſolvendum elegit; ut aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum juſtam defenſionem aſſumat, &c. *Tolet. XV. in fine.*

CAPUT V.

In quadam homilia beati Bedæ presbyteri legimus: „ Si forte nos incautius juraſſe contigerit, quod ſcilicet obſervatum pejorem vergat in exitum, libere illud mutandum noverimus ſalubriori conſilio “. *Tribur. cap. 21. ex Beda homil. decollat. S. Joann. Bapt.*

CAPUT VI.

Illud volumus eſſe notum, quoddam juramentum, nullo modo a chriſtianis obſervandum; videlicet cum malum aliquod incaute, vel etiam ſcienter jurando promittatur; velut ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur; aut ſi quis ne ad pacem redeat, vel ut aliquod flagitium committat, ſe ſacramento conſtrinxerit. Tolerabilius eſt denique non implere ſacramentum, quam in illo, quod male ſpopondit, permanere; vel quod decrevit, perficere flagitium. *Troſl. cap. 11.*

CAPUT VII.

Quod juravi, juratus ſum: quodque pejeravi, novi: verum Dominum meum, & creatorem non abjuravi; te vero non audio. *Sophronius Hieroſolym. Epiſc. in limonario apud VII. ſynod. gener. action. 4. poſt medium.*

CAPUT VIII.

Joannes religioſiſſimus monachus dixit: „ In- 22. q. 4. c. 18. Actione.
„ di-

„ dicant verba Sophronii; quod ſcilicet præſtat „ jurantem pejerare, quam plane juramentum „ in deſtructionem venerandarum imaginum „ ſervare “. *Joannes Vicarius ſacerdotum Orientis ibid. poſt med. Cæſar. lib. 6. cap. 4.*

CAPUT IX.

Herodes bene juravit, ſed periit. Petrus autem negans Dominum cum jurejurando, deinde regreſſus, poſtquam fleviſſet, ſervatus eſt. *Tharaſ. ibid. poſt medium.*

CAPUT X.

Zach. 8. Leo Epiſcopus Phoceæ dixit: „ Scriptum eſt, „ quod falſum jusjurandum non amabitis: hujus gratia falſum noſtrum juramentum, „ veluti nullum habens robur, remittetur “. *Ibid. poſt med. Ivo part. 12. cap. 15. decret. & lib. 8. tit. 8. cap. 13. 14. 15. panorm.*

CAPUT XI.

Id quod eſt jurare Principes, quod ſubjectis male facturi ſunt, magna medicina opus habet. Medela autem eorum eſt duplex: una quidem, ut ipſi doceantur non facile jurare: altera autem, ne in malis judiciis perſiſtant. Quare, qui ſe alteri malefacturum jurare anticipavit, quod ad jurandum nimium facilis fuerit, ſe pœnitere oſtendat: non autem pietatis prætextu ſuam improbitatem confirmet, neque enim Herodi juraſſe profuit, qui ne pejeraret, prophetam occidit, &c. Quare eum, qui juravit, pœnitere, non impietatem ſtudere, confirmare oportet, ejus enim abſurditatem fuſius exquire. Si quis ſe fratris oculos effoſſurum juraverit, eine honeſtum eſt, hoc ad effectum deducere? Si quis ſe interfecturum, ſi quis omnino juraverit mandatum aliquod transgreſſurum? *Baſil. ad Amphiloch. cap. 29.*

Pars Secunda.
De pœna illius qui pejeravit.

CAPUT I.

STephanus Deo amabilis diaconus, & notarius legit Epitimium, quod definierunt ſanctiſſimi Vicarii, & tota ſancta ſynodus iis, qui contra Ignatium ſanctiſſimum Patriarcham mendaciter juraverunt, &c. Definimus, & promulgamus, eos, qui non pœnituerunt, neque annuntiaverunt, neque epitimium acceperunt, ſed permanſerunt in duritia cordis ſui, &c. per ſeptem annos epitimium habere propter manifeſtatum peccatum: in duobus annis extra eccleſiam, & in aliis duobus intra Eccleſiam audire divinas ſcripturas uſque ad catechumenos, non tamen ullo modo communicare; ſed abſtinere a carnibus & vino quatuor annis, præter Dominicos dies, & præter dominicas feſtivitates, & in aliis tribus annis ſtare cum fidelibus, & mereri divinam communionem in ſolis dominicis ſolemnitatibus cum eleemoſynis, & orationibus, atque jejuniis, ita ut tribus diebus hebdomadæ, ſecunda videlicet, quarta, & ſexta feria, abſtineant a carnibus, & vino. *Synod. VIII. gener. Conſtantinop. ſub Hadrian. II. action. 9. ante fin.*

CAPUT II.

Perjuri excommunicentur. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. incert. cap. 16.*

CAPUT III.

Si quis treguam frangere temptaverit, poſt tertiam commonitionem, ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus in eum excommunicationis ſententiam dictet, & ſcriptam Epiſcopis vicinis annuntiet. Epiſcoporum autem nullus excommunicatum in communionem ſuſcipiat, immo ſcripto ſuſceptam ſententiam confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit ordinis ſui periculo ſubjacebit. *Synod. Rom. ſub Innoc. II. cap. 9. apud Ivo poſt panorm. Alex. III. in concil. Lat. c. 21.* *cap. 1. de tregua, & pace, ap. Gr. IX. & in 1. coll.*

CAPUT IV.

Epiſcopus, presbyter, diaconus in adulterio, perjurio, furto deprehenſus deponatur, non etiam excommunicetur. *Apoſt. cap. 25. Tribur. cap. 11. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 2. cap. 189. Ivo part. 6. cap. 234. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 30. al. 29. in Rom.* *Diſt. 81. c. 12.*

CAPUT V.

Infames eſſe dicimus perjuros, raptores, maleficos, &c. *Steph. epiſt. 1. in med.* *6. q. 1. c. 17.*

CAPUT VI.

Statuimus cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, Epiſcopis, ut homicidæ, perjuri, &c. nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium, ſint admittendi, quia infames ſunt, & juſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum. *Euſeb. epiſt. 3. in princ.*

CAPUT VII.

Si quis contra ſuam profeſſionem, vel conſcriptionem venerit, ſi clericus fuerit, deponatur, ſi laicus, anathematizetur. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 57. Carth. cap. 13. G. & Carth. II. cap. ult. L. Anſelm. lib. 3. cap. 88. Capit. lib. 7. cap. 158.*

CAPUT VIII.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineat ſe a communione. *Eliber. cap. 54.*

CAPUT IX.

Qui contra ſuam profeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit. *Carth. II. cap. ult.*

CAPUT X.

Si ab Eccleſiæ atriis, vel domo Epiſcopi reus conſignatus ſit, ad Evangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omnium pœnarum genere: ſi quis ſua ſacramenta violaverit, reus perjurii, non ſolum a communione Eccleſiæ, vel omnium clericorum, verum etiam a catholicorum convivio ſeparetur. *Aurel. cap. 1. al. 3. Raban. cap. 22. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 190. Ivo part. 3. cap. 107. decret.* *17. q. 4. c. 36. Id conſtituimus.*

CAPUT XI.

Si ſervus confugiens ad Eccleſiam, Domino ſub ſacramento immunitatis reſtitutus ſit, & Dominus ſacramentum violaverit; a communione, & convivio catholicorum extraneus habeatur. *Aurel. cap. 3. al. 5. Raban. d. cap. 22. Burch. lib. 3. cap. 192. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 2. panorm. & part. 3. cap. 109. decret* *Diſt. c. 36.*

CAPUT XII.

Si quis clericus in cauſſis, quæ ſub jurejurando finiendæ ſunt, præbuerit juramenta, & poſt re-

rebus evidentibus detegitur pejeraſſe, biennii tempore a communione pellatur. *Aurel. III. c. 8.*

CAPUT XIII.

De ſervis pro qualibet cauſſa, ſi ad Eccleſiæ ſepta confugerint, id ſtatuimus obſervandum, ut ſi quid in antiquis conſtitutionibus tenetur ſcriptum pro conceſſa culpa, datis a domino ſacramentis, quiſquis ille fuerit, egrediatur de venia jam ſecurus. Enim vero ſi immemor fidei Dominus tranſcendiſſe convincitur, quod juravit, ut is, qui veniam acceperat, probetur poſtmodum pro ea culpa, qualicumque ſupplicio cruciatus; dominus ille, qui immemor fuit datæ fidei ſuſpenſus ſit ab omnium communione, &c. Quod ſi gentilis dominus fuerit, aut alterius ſectæ, qui a conventu Eccleſiæ probatur extraneus, is qui ſervum repetit, pro ſe requirat bonæ fidei chriſtianum, ut ipſe in perſona Domini pro ſervo præſtet ſacramentum, quia ipſi poſſunt ſervare, quod ſacrum eſt, qui poſt tranſgreſſionem, eccleſiæ metuunt diſciplinam. *Aurelian. V. cap. 23.*

CAPUT XIV.

22.q.5.c.7. Si quis convictus fuerit alios ad falſum teſtimonium, vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſe quidem uſque ad exitum non communicet; hi vero, qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur. *Matiſcon. cap. 17. Burch. lib. 16. cap. 8. Ivo part. 12. cap. 26. Cæſar. lib. 6. cap. 17.*

CAPUT XV.

Quicumque ex nobis, vel totius Hiſpaniæ populis qualibet conjuratione, vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ, gentiſque Gothorum ſtatu, vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, temeraverit, &c. anathema ſit in conſpectu Dei Patris, &c. *Toler. IV. cap. 74. Tolet. XVI. cap. 10.*

CAPUT XVI.

Inflexibilis Judæorum perfidia, deflexa tandem videtur pietate, & potentia ſuperna, nam excellentiſſimus, & chriſtianiſſimus Princeps, &c. non ſinit in regno ſuo degere eum, qui non eſt catholicus, &c. Quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit, hanc ſe catholicam non permiſſurum eos violare fidem, &c. Si temerator hujus promiſſi extiterit, ſit anathema maranatha in conſpectu Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, ſimilique cum eo damnatione perculſi quicumque ſacerdotum, vel quilibet chriſtianorum ejus implicati fuerint errore. *Tolet. VI. c. 3.*

CAPUT XVII.

Si quis religioſorum ab Epiſcopo uſque ad extremum ordinis clericorum, ſive monachorum * generalia juramenta in ſalutem regiam, gentiſque, aut patriæ data reperiatur violaſſe voluntate prophana, mox propria dignitate privatus, & loco, & honore habeatur excluſus, eo miſerationis obtentu tantummodo reſervato, ut an locum, an honorem, an utraque poſſideat, concedendi jus, licentiamque principalis poteſtas obtineat. *Tolet. X. cap. 2.*

* *extremi ordinis clericum, ſive monachum, al.*

CAPUT XVIII.

Eſt quorumdam ſæcularium, & quod pejus eſt ſacerdotum improbanda latis obſtinatio animarum, ut fidem ſuis principibus ſub juramento promiſſam obſervare contemnant, & verborum fuco juramenti obnubilant promiſſionem, &c. Quicumque inventus fuerit talia feciſſe, & vivente principe in alium attendiſſe regem futurum, a conventu catholicorum excommunicationis ſententia repellatur, &c. *Tolet. XVI. cap. 9. vide de reis læſæ majeſtatis, lib. ſeq.*

CAPUT XIX.

Non ſolum qui pejerant, ſed etiam qui perjuris conſentiunt, ſimili plectendi ſunt damnatione. *Turon. ſub Carolo cap. 34. Ivo part. 16. cap. 337. decret.*

CAPUT XX.

Si quiſpiam Epiſcoporum, aut quilibet ſequentis ordinis Eccleſiaſtici deinceps timore, aut cupiditate, aut qualiber ſuaſione, a domino & orthodoxo Ludovico Imperatore defecerit, aut etiam ſacramentum fidelitatis illi promiſſum violaverit, & ejus contrariis malevola intentione quolibet modo ſe copulaverit, gradum proprium canonica, atque ſynodali ſententia amittat. Quod ſi quiſquam laicus ſuperius comprehenſa facere temptaverit, ſciat ſe ab univerſo gradu anathematizandum. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part. 2. c. 12.*

CAPUT XXI.

Ut multiplex juramentorum, & perjuriorum confuſio, per quam multæ fidelium animæ in toto hoc regno perditæ cognoſcuntur, quam ſit deteſtanda, & Deo odibilis attentius omnibus annuntietur; ſicut ipſe Dominus oſtendit, dicens: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui; Ego Dominus.* Lev. 19. Tantum namque hoc malum eſt, ut ad ſanctuaria martyrum, ubi diverſorum ægritudines ſanantur, ibi perjuri, licet manifeſte interdum vexari non videantur, juſto Dei judicio a dæmonibus arripiantur, ſicut ſanctus dicit Gregorius: „ Ad horum corpora „ ægri veniunt, & ſanantur: dæmoniaci veniunt, „ & curantur: perjuri veniunt, & a dæmonio „ vexantur“. *Melden. cap. 39. Gregor. homil. 32. in Evang.*

CAPUT XXII.

Quia impia, & Deo inimica, & chriſtianæ religioni nimis contraria ex iniquiſſima, & deteſtabili conſtitutione quorundam ſæcularium legum conſuetudo invaluit, ut in forenſi judicio litigantes ex utraque parte contendentium, æqualiter juramentum dare cogantur, ubi ſine dubio duobus contra ſe jurantibus, unus perjurus efficitur: tanti ſceleris immanitatem, & animarum perditionem dolentes, ſtatuimus, ut quicumque uno juramento legitimo dato, quod ſecundum Hebr. 6. legem divinam omnis humanæ controverſiæ finis eſſe debet, alterum e contrario juramentum opponere præſumpſerit, ab ipſis liminibus Eccleſiæ, quæ ſua impietate prophanavit, excluſus omnium chriſtianorum conſortio, atque convivio reddatur ex-

extraneus, niſi ſe continuo admonitus ad agendam pœnitentiam tanti reatus humili ſatisfactione inclinaverit. *Valent. ſub Lothario, cap.* 11.

CAPUT XXIII.

Et quia ex hujuſmodi juramentorum, immo perjuriorum contentione, etiam uſque ad armorum certamina ſolet prorumpi, & crudeliſſimo ſpectaculo effunditur cruor belli in pace: Statuimus juxta antiquum Eccleſiaſticæ obſervationis morem, ut quicumque tam iniqua, & chriſtianæ paci inimica pugna alterum occiderit, ſeu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequiſſimus, & latro cruentus ab eccleſia, & omnium fidelium cœtu ſeparatus ad agendam legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. *Valent. ſub Lothar. cap.* 12.

CAPUT XXIV.

Eum, qui impie juravit, pœnitere, non impietatem ſtudere, confirmare oportet. *Baſil. ad Amphil. cap.* 29.

CAPUT XXV.

Perjurus undecim annis non erit communionis particeps, duobus annis deflens, tribus audiens, quatuor ſubſtratus, anno ſolum conſiſtens, & tunc communione dignus habebitur. *Baſil. ad Amphil. cap.* 63.

CAPUT XXVI.

De iis qui pejerarunt; ſi vi quidem, & neceſſitate ſacramenta tranſgreſſi ſunt, levioribus pœnis ſubiiciuntur; ut poſt ſex annos poſſint ſuſcipi. Qui autem ſine neceſſitate ſuam fidem prodiderunt, cum duobus annis defleverint, & duobus annis audierint, & in quinto anno in ſubſtratione luerint, & in duobus aliis ſine oblatione in orationis communionem ſuſcepti extiterint, ita tandem, condigna ſcilicet pœnitentia oſtenſa, in corporis Chriſti communionem recipientur. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 81.

CAPUT XXVII.

22. q. 1. c. ult. Prædicandum eſt, ut perjurium fideles caveant, & ab hoc ſummopere abſtineant; ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in lege, & prophetis, ſive evangelio prohibitum. Audivimus enim quoſdam parvipendere hoc ſcelus, & levem quodammodo perjuris pœnitentiæ modum imponere: qui noſſe debent, talem de perjurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, fornicatione, homicidio ſponte commiſſo, & de cæteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato timens pœnitentiam longam ad confeſſionem venire noluerit, ab eccleſia repellendus eſt. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap.* 26. *Burch. lib.* 12. *cap.* 14. *Ivo part.* 12. *cap.* 71. *decret. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 65. *al.* 71. *in Rom.*

CAPUT XXVIII.

Provocemus (*perjuros, & alios ſceleratos homines*) ad pœnitentiam, & emendationem: aut impœnitentes, & corrigi nolentes, gladio verbi bis acuto eorum corpora, & animas concidamus; & æterno illo anathemate, hoc eſt alienatione a Chriſto, & Eccleſia, tam in præſenti, quam in futuro plectamus; niſi vel modo reſipiſcant a laqueis diaboli, & convertantur ad Dominum vivum & verum per dignam correctionem. *Herveus Metropol. ad ſynod. Troſl.*

PARS TERTIA.

Varia de jurejurando, & de perjurio.

CAPUT I.

NON jurare, ne forte perjurium fiat. *Clem. ep.* 1. *ante finem. Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap.* 21.

CAPUT II.

Sacramentum hactenus a ſummis ſacerdoti- 2. q. 5. c. 1. bus, vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta, minime cognovimus: nec ſpontaneos juraſſe reperimus. Summopere ergo ſanctus Jacobus Apoſtolus probibens ſacramentum, dicit: *Ante o-* Jacob. 5. *mnia, fratres mei, nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum; ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non; ut non ſub judicium decidatis.* Et Dominus in Evangelio ait: *Audiſtis, quia* Matt. 5. *dictum eſt antiquis*, &c. quod autem his abundantius eſt, a malo eſt; id eſt ab exigente, & a jurante. Hæc ipſe Dominus probibet, id eſt, non debere jurare; hæc Apoſtoli maxime omnes, hæc ſancti viri prædeceſſores noſtri, qui huic ſanctæ univerſali Apoſtolicæ eccleſiæ præfuerunt ante nos; hæc prophetæ, & reliqui ſancti doctores per univerſum mundum diſperſi ad prædicandum, juramenta fieri vetant, &c. Quæ nos ſanctorum ſe- 2. q. 5. c. 2. quentes Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum jura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus, &c. Deus Moyſi in tabulis dedit: *Vide* Exod. 20. *ne aſſumas nomen Domini Dei tui in vanum*, &c. Nos ſacramentum Epiſcopis neſcimus oblatum, nec unquam fieri debet: quoniam præceptum eſt a Domino non jurandum neque per cælum, &c. Hæc ſunt præcepta Salvatoris, hæc pro- 2. q. 5. c. 3. phetarum, hæc ſanctorum patrum inſtituta, quæ ſi quis in vanum duxerit, hoſtis eſt animæ ſuæ; quia nemo contra prophetas, nemo contra Apoſtolum, nemo contra Evangelium facit aliquid abſque periculo. *Cornel. ep.* 2. *in princ. Burch. lib.* 1. *cap.* 193. & *lib.* 12. *cap.* 19. *Ivo part.* 5. *cap.* 308. & *part.* 12. *cap.* 77. *decret. Cæſar. lib.* 6. *cap.* 29. *Tarrac. lib.* 4. *cap.* 30.

CAPUT III.

Perhibetis, vos conſuetudinem habuiſſe, quotieſcumque aliquem jurejurando pro qualibet re diſponebatis obligare, ſpatham in medium afferre, & per eam juramentum agebatur, nunc autem per quod jurare debeatis a nobis juberi depoſcitis. Sed nos ante omnia, non ſolum per ſpatham, verum etiam per aliam omnino conditam ſpeciem jurari judicamus indignum: per quam enim quis jurat, profecto & diligit, & veneratur; ſed & fiduciam ſuam ei firma ſtabilitate commendat, quamobrem per Deum jurandum eſt, qui ab hominibus diligendus, & venerandus, & in quo omnis ſpes, & fiducia eſt locanda, & a quo præ cunctis creaturis eſt ſemper auxilium expectandum. Nam cum a Domino per cælum, terram, Matt. 5. caput, & Hieruſalem non jurare jubetur, nihil niſi ut per creaturam juretur, proculdubio inhibetur. Quod autem per Dei nomen jurare præcipiamur, ipſo jubente didicimus. Sane poſſumus

per

per eas dumtaxat creaturas jurare, quæ divinis ſunt cultibus deputatæ, ut eſt templum, & altare, in quibus qui jurat jurat, in eo, qui habitat in ipſis, & ſi qua ſunt talia. Quapropter jure per Evangelium jurandum eſt, in quo quidquid continetur, nihil niſi Dei, qui in eo ſcribitur, & legitur eſſe profecto dignoſcitur, ipſum enim eſt lex noſtra, ipſum teſtamentum noſtrum, quod legifer, & teſtator Dominus, & redemptor noſter electis ſuis diſpoſuit. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 67.*

CAPUT IV.

Cum liber homo crimine fuerit appetitus, niſi jampridem repertus eſt alicujus ſceleris reus, aut tribus teſtibus convictus pœnæ ſuccumbit: aut ſi convinci non potuerit, ad Evangelium ſacrum, quod ſibi obiicitur, minime commiſiſſe jurans, abſolvitur, & deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodum crebro dictus Apoſtolus
Hebr. 6. c. Doctor gentium atteſtatur: *Omnis*, inquiens, *controverſiæ eorum finis ad confirmationem eſt juramentum. Nicol. ad conſult. Bulgar. c. 86.*

CAPUT V.

Si quis Chriſtianus, ut eſt gentilium conſuetudo, apud cujuſcumque feræ, vel pecudis exta, invocatis inſuper nominibus paganorum, fortaſſe juraverit, ſi ſe ab hac ſuperſtitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, a conſortio fidelium, vel Eccleſiæ communione pellatur. *Aurel. IV. c. 16.*

CAPUT VI.

Multarum gentium tanta extat perfidia animorum, ut fidem ſacramento promiſſam Regibus ſuis obſervare contemnant, & ore ſimulent juramenti profeſſionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem, &c. Quæ ſpes talibus populis contra hoſtes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda? Quod fœdus non violandum? Quæ in hoſtibus jurata ſponſio ſtabilis permanebit, quando ipſis propriis regibus juratam fidem non ſervant? *Tolet. IV. c. 74. Vide Tolet. XVI. c. 9.*

CAPUT VII.

22. q. 1. c. 1. Omne, quod in pacis fœdera venit, tunc ſolidius ſubſiſtit, cum juramenti hoc interpoſitio roborat. Sed & omne, quod animos amicorum conciliat, tunc fidelius durat, cum ea ſacramenti vincula ligant. Omne etiam, quod teſtibus adſtipulatur, tunc verius conſtat, cum id adjectio jurationis affirmat. Quod ſi & teſtis deficiat, innocentis fidem ſola jurisjurandi taxatio manifeſtat. *Tolet. VIII. c. 2. Ivo part. 12. c. 2. decret. & lib. 8. tit. 8. c. 1. panorm.*

CAPUT VIII.

Eos, qui jurant juramenta paganorum canon pœnitentiis ſubiicit: nos excommunicationem definimus. *Trull. c. 95.*

CAPUT IX.

Decrevimus, ut laici homines legitime vivant, &c. & perjuriis in Eccleſiis non conſentiant. *Syn. Sueſſion. in med.*

CAPUT X.

Omnes homines admonemus, ne per ſingula verba, quaſi ad confirmationem ſuæ aſſertionis, nomen Domini in vanum aſſumant, quod ipſe Dominus interdicit faciendum, ubi ait: *Ne aſſumas nomen Dei tui in vanum.* In vanum enim *Exod. 20.* nomen Dei aſſumitur, quando aliquis ad ſingula verba, quibus vult, ut ſibi ab alio credatur, Deum omnipotentem teſtem rei, de qua ait, invocat: eumque ſibi ita eſſe adjutorem, ſicut ea vera ſunt, quæ loquitur. Nam & ipſe Dominus in Evangelio hoc modo prohibens omne genus juramenti: *Nolite*, inquit, *omnino jurare, neque* *Matt. 5.* *per cælum, neque per terram, neque per caput ſuum*, &c. *Turon. ſub Carolo c. 43.*

CAPUT XI.

Nullatenus per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium aut præmium, lex juſta in aliquo depravetur. *Magunt. ſub Raban. cap. 7. Burch. lib. 15. c. 4.*

CAPUT XII.

Nullus deinceps veritatis Epiſcopus ſolito ſuper ſacra jurare præſumat: quod myſterii cauſſa ſancti quæſierint Patriarchæ, & fecerint, non enim in hæſitatione, & malitia exigentis, ſed in charitate non ficta fides ſervatur. *Meld. c. 38.*

CAPUT XIII.

Si quis presbyter contra laicum, vel laicus con- *2. q. 5. c. 4.* tra presbyterum aliquam habet querimoniæ controverſiam, Epiſcopo præcipiente, ſine perſonarum acceptione finiatur, & laicus per juramentum, ſi neceſſe ſit, ſe expurget: presbyter vero vice juramenti, per ſanctam conſecrationem interrogetur, quia ſacerdotes ex levi cauſſa jurare non debent, manus enim per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, juramento polluetur? abſit: cum Dominus in Evangelio diſcipulis ſuis, quorum vicem nos indigne in ſancta gerimus Eccleſia, dicat: *Nolite omnino jurare, ſit autem ſer-* *Matt. 5.* *mo veſter, eſt, eſt; non, non*; quod autem his abundantius eſt, a malo eſt. *Tribur. c. 21. Burch. lib. 2. cap. 182. Ivo lib. 5. tit. 1. c. 9. panorm. & part. 6. cap. 227. decret. Cæſar. lib. 6. c. 6.*

CAPUT XIV.

Cohibeantur perjuria, non ſolum, quæ alicujus factionis fiunt commento, vel fallendi, alioſque decipiendi ſtudio, ſed & ea, quæ ex ipſa prava conſuetudine jam veluti pene per ſingula admittuntur verba ab eis, quibus æque falſa conſtat jurare, ut vera: cum ſi forte propter eos, qui pigri ſunt ad credendum, neque moventur ad fidem verbi, qui & in hoc graviter delinquunt, quod ſibi loquentes jurare cogunt, neceſſe fuerit proferre juramentum. Hos comites habere debet jusjurandum, veritatem, judicium, & juſtitiam, dicente Domino per prophetam Hieremiam: *Et* *Hier. 4.* *jurabis vivit Dominus in veritate, & judicio, & juſtitia*, ſi enim iſta defuerint, nequaquam eſt juramentum, ſed perjurium. Et vetus quidem lex jurare conceſſit, perjurare prohibuit: *Non aſſumes*, inquit, *nomen Domini Dei tui in* *Exod. 20.* *vanum, nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra*, &c. In novo autem teſtamento ipſe Dominus dicit: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis;* *Matt. 5. c.* *non perjurabis: Ego autem dico vobis non jurare omnino*, &c. Sunt quoque multi, qui aſſidue fa-

faciunt jurare, ſed & non timent perjurare per Dominum, & omnes Sanctos, quidam per corpora ſanctorum, per animam, vel ſuam, vel patris, vel matris, aut alicujus cari ſui, parvipendentes ſuæ ipſius animæ, ſuorumque ſalutem, &c. Qui vult ergo cavere crimen perjurii, non teneat uſum jurandi, dicente ſcriptura: *Jurationi non aſſueſcat os tuum*; & item: *Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non diſcedet a domo illius plaga.* Unde Iſidorus Epiſcopus dixit: „ Sicut mentiri non poteſt, qui non loquitur; ſic perjurare non poterit, qui jurare non appetit, numquam ergo juret, qui perjurare timet". Quid vero de his dicendum eſt, qui ut alios fallant, mentiuntur, vel quacumque verborum arte, ſe potius, quam alium decipiendo, pejerant: Deus namque qui teſtis eſt conſcientiæ, ita hoc accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit. Unde ſanctus Auguſtinus ait: „ Perjuri non ſunt, qui verbis non ſervatis, illud, quod ab eis cum jurarent, ſpectatum eſt, impleverunt, & perjuri ſunt, qui etiam ſervatis verbis, expectationem eorum, quibus juratum eſt deceperunt hi miſeri". Heu quantis rei tenentur criminibus, prævaricatores totius ſacræ legis veteris, & novæ, perditi, quia loquuntur mendacium, quia aſſumunt nomen Dei ſui in vanum, quia proximum dolo capiunt, inſuper & perjurant. *Troſl. c.* 11.

Eccleſ. 23. Ibidem.

CAPUT XV.

Volumus, ut ſacramenta cito non fiant; ſed ut unuſquiſque judex prius cauſſam veraciter cognoſcat, ut eum veritas latere non poſſit, ne facile ad ſacramentum veniant. *Troſl. c.* 11. *ex Capitul. lib.* 5. *c.* 349.

CAPUT XVI.

Interrogati nos de Bianore presbytero, an propter jusjurandum ſit in clerum ſuſcipiendus. Ego vero commune jam quoddam decretum de omnibus, qui ſimul juraverunt, iis, qui Antiochiæ ſunt, clericis, me edidiſſe memini, ut ipſi a publicis conventibus abſtineant, privatim autem presbyterorum munera obeant, eodem autem modo, & ad ſuum miniſterium ei poteſtatem præbere oportet: quia non eſt Antiochiæ ſacerdotium, ſed Iconii, quod ut ipſe ad nos ſcripſiſti, Antiochia ad habitationem permutavit. Eſt ergo vir ille ſuſcipiendus, a quo tua pietas poſtulatur, ut ob facilitatem jurisjurandi eum pœniteat, quod ſub infideli viro juravit, cum parvi illius periculi moleſtiam ferre non potuerit. *Baſil. ad Amphil. c.* 17.

TITULUS VII.

DE BLASPHEMIA.

CAPUT I.

12. q. 1. c. 9. Clericum per creaturas jurantem acerrime objurgandum: ſi perſtiterit in vitio, excommunicandum. *Carthag. IV. c.* 61. *L. Burch. lib.* 2. *cap.* 175. *Ivo part.* 6. *cap.* 266. *decret. Capitul. lib.* 7. *cap.* 193. *in addit. Cæſar. lib.* 4. *c.* 112. *in fin.*

CAPUT II.

Eos, qui jurant juramenta paganorum, canon pœnitentiis ſubiicit, nos eis excommunicationem definimus. *Trull. c.* 95.

CAPUT III.

Si quis accepto nomine Chriſtianiſmi, Chriſtum contumelia afficit, nulla eſt illi appellationis utilitas. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 45.

TITULUS VIII.

DE SIMONIA.

PARS PRIMA.

De eo, qui emit, aut vendit Sacramenta.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LII. Lib. VI. Tit. XLVII. & XLVIII. Lib. VII. Tit. XXIV. Lib. VIII. Tit. XXXVI. & ſeq. & in Part. II. Lib. X. Tit. XXV. Lib. XI. Tit. XIII. Lib. X. Tit. XXXI. quibus adde:

CAPUT I.

Cum in Eccleſiæ corpore omnia debeant ex charitate tractari, & quod gratis receptum eſt, gratis impendi; horribile nimis eſt, quod in quibuſdam Eccleſiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro Epiſcopis, vel Abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in ſede, ſeu introducendis presbyteris in Eccleſiam, nec non pro ſepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid exigatur, & ille, qui indiget, non poſſit iſta percipere, niſi manum implere curaverit largitoris. Putant plures ex hoc ſibi licere, quia legem mortis de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur, non ſatis, quia cupiditate cæcati ſunt, attendentes; quod tanto graviora ſunt crimina, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatam. Ne igitur hoc de cætero fiat, & vel pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu nubentibus benedicendis, ſeu etiam aliis ſacramentis aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit; portionem cum Giezi ſe noverit habiturum, cujus factum turpis muneris exactione imitatur. *Alex. III. in concil. Later. c.* 7.

De ſimon. c. 9. Greg. IX. & c. 8. ead. tit. in 4. coll.

4. Reg. 5. c.

CAPUT II.

Nullus per ambitum ad Epiſcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic exceſſus in laica converſatione culpetur, quis dubitat, quod religioſis, & Deo ſervientibus incutiat opprobrium? [Si quis Epiſcopatum deſiderat, data pecunia, potentes perſonas minime ſuffragatrices adhibeat, nec ad decretum ſibi faciendum clericos, vel cives ſubſcribere, adhibito cujuslibet generis timore compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. *Symmach. ep.* 1. *c.* 5. *Anſelm. lib.* 6. *c.* 6. & 69.

1. q. 1. c. 118.

1. q. 6. c. 1.

CAPUT III.

Confirmamus Primatum ſuper quatuor provincias Lugdunenſis Eccleſiæ tuæ, & per eam tibi, tuiſque ſucceſſoribus, his tantum, qui nullo interveniente munere electi, vel promoti fuerint, videlicet a manu, ab obſequio, & a lingua; a manu, ut nullum pretium prorſus a ſe, vel ab aliquo tribuatur; ab obſequio, ut nihil inde ſervitii faciat, ſicut, quidam intentione Eccleſiaſticæ prælationis potentibus perſonis ſolent deferre: a lingua, ut neque per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam preces effundat, ſed neque his, qui per ſæcu-

cularem poteſtatem ad hanc dignitatem pervenerint. *Greg. VII. lib. 6. reg. ep. 34.*

CAPUT IV.

Placuit conventui humilitatis noſtræ, ut ſicut ſæpe auctoritate divinarum ſcripturarum, ſcilicet beati Petri Apoſtoli in Simonem Magum damnatione, nec non & canonum ſanctione, ſed & beati Gregorii adhortatione ſancitum eſt: „ Nullus Epiſcopale miniſterium per ambitionem „ munerum attemptare præſumat “, &c. *Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. 1. c. 1.*

Act. 8. d.

Pars Secunda.

De eo qui emit, aut vendit beneficia Eccleſiaſtica.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LIII. Lib. VI. Tit. LXVIII. Lib. VIII. Tit. XXXVI. & XXXVII.

CAPUT I.

Diſt. 79. c. 10. & 8. q. 1. in princ.

SI quod abſit, tranſitus Papæ inopinatus evenerit; ut de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante decernere: Si quidem in unum totius inclinaverit Eccleſiaſtici ordinis electio; conſecretur electus Epiſcopus. Si enim, ut fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diverſa eorum, de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum, ſic tamen, ut ſacerdotio careat, qui captus promiſſione, non recto judicio de electione decreverit. *Symmach. in ſyn. Rom. l. c. 4. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 2. panorm. Anſelm. lib. 6. cap. 1. Deuſded. cap. 1. Cæſar. lib. 3. cap. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 57.*

CAPUT II.

Si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, ſeu militari tumultu, ſine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Epiſcoporum, ac deinde ſequentium ordinum religioſorum clericorum fuerit Apoſtolicæ ſedi inthronizatus, non Papa, vel Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus habeatur, liceatque Cardinalibus Epiſcopis, cum religioſis, & Deum timentibus clericis, & laicis, invaſorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & ſtudio a ſede Apoſtolica repellere, &c. *Nicol. II. in ſyn. Rom. in fin. Ivo part. 5. c. 80. decret. Anſelm. lib. 6. c. 13. Cæſar. lib. 3. c. 10. Tarrac. lib. 6. c. 23.*

CAPUT III.

Celebravit Dominus Gregorius Papa Romæ ſynodum a VI. Kal. Martii uſque ad ſecundum Kal. prædicti menſis, ubi interfuit Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & Abbatum multitudo, atque diverſi ordinis clericorum, & laicorum copia, in qua inter cætera decreta, quæ ibi geſta ſunt, quinque de familia Regis Teutonicorum, quorum conſilio Eccleſiæ venduntur, e liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſeparavit, ita ut ſi abinde uſque ad Kalendas Junias Romam non venirent, & ſatisfacerent, excommunicati haberentur. *Gregor. VII. in ſyn. Rom. anni II. ſui Pontificatus.*

CAPUT IV.

Ne aliquis clericus, vel monachus ab ipſis laicis Eccleſias recipiat dono, vel pretio, niſi ab Epiſcopo. *Gregor. VII. in concil. Rom. ann. incert. c. 1.*

CAPUT V.

Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cujuſvis poteſtatis ſæcularis Epiſcopatum, vel quamvis aliam Eccleſiaſticam dignitatem dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe aſtrictum noverit. Cum trecenti, & octo* patres in Nicæno concilio omnes hujuſmodi vendentes, & ementes excommunicaverint: cenſentes, ut qui dat, & qui recipit, anathema ſit. *Victor. III. in ſyn. Beneventana.*

* *decem, & octo.*

CAPUT VI.

Nullus ſibi præbendam emat; quod ſi quis emerit, vel parentes ejus illi emerint, in manum, & diſpoſitionem Epiſcopi ſui reddant. Hoc idem de altaribus, & de omni Eccleſiaſtico fiat. *Urban. II. in concil. Clarom. c. 4.*

CAPUT VII.

Dei, & Apoſtolorum ejus parte præcipimus, ne quis ulterius vel dato, vel promiſſo, vel pretio, vel ſervitio ea intentione impenſo, vel precibus Epiſcopalem nitatur aſſequi dignitatem: nec alius eam prætaxato tenore indulgeat. Hoc idem etiam de omni Eccleſiaſtica dignitate, vel officio Apoſtolicæ poteſtatis auctoritate præfigimus, alias, & dator, & acceptor proprii ordinis dignitate priventur, Epiſcopus omnia ſui Epiſcopatus membra, videlicet Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanias, vel aliquas Præpoſituras Eccleſiæ, ſive canonicas gratis, & abſque omni venalitate diſponat. Præbendas etiam, quæ canonicæ dicuntur, ſive venalitate diſtribuat. Quiſquis autem ea pretio dederit, quique pretio acceperit, depoſitioni ſubjaceat. *Urban. II. in ſynod. apud Melfiam, c. 1.*

CAPUT VIII.

Illud præ omnibus tibi curæ ſit, ut in hac electione (*Epiſcopi Salonitani*) nec datio quibuſcumque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia convaleſcant. *Gregor. lib. 2. ind. 11. ep. 22. Ivo part. 5. c. 129.* 8. q. 2. c. 1.

CAPUT IX.

Illud charitatem tuam ſpecialiter admonemus, ut ſi vera fuerit hujus ſuggeſtio (*loquitur de quodam presbytero, qui dicebat ſe injuſte de ſacerdotio dejectum*) atque in ſuum fuerit ordinem reſtitutus, de presbytero, qui in loco ejus ordinatus eſt, ſubtiliter, diſtricteque debeas eſſe ſollicitus. Et ſi quidem ſine datione aliqua ad eundem ordinem pervenerit, ut in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere; in alia quacumque vacante Eccleſia eum volumus cardinari. Si autem in eo quidpiam, quod avertat Dominus, fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus privetur ordine, quem non cauſſa replendæ neceſſitatis Eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe. *Gregor. lib. 3. epiſt. 13. Maximiano Epiſcopo Syracuſano.* 7. q. 5. c. 3. §. Illud.

CAPUT X.

Cum omnis avaritia idolorum ſit ſervitus, quiſquis hanc, & maxime in dandis Eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcavet, infidelitatis perditioni ſubjicitur, etiam ſi tenere fidem, quam negligit, videatur. *Greg. lib. 9. ep. 54. ad Theodoricum Regem. Anſelm. lib. 13. c. 44.* 1. q. 2. c. 10.

CA-

CAPUT XI.

Sicut ſcitis Gotefredus, vivente Guidone Archiepiſcopo Mediolanenſi, eandem Eccleſiam, quæ quondam meritis glorioſæ Virginis, & genitricis Dei Mariæ, nec non auctoritate clariſſimi doctoris beati Ambroſii, inter cæteras Lombardorum Eccleſias religione, libertate, ac ſpeciali gloria enituit, nunc quaſi vilem ancillam præſumpſit emere, ſponſam videlicet Chriſti Diabolo proſtituere, quod audiens ſancta Romana Eccleſia mater veſtra, & totius Chriſtianitatis, ſicut ſcitis, magiſtra, concilio multorum ſacerdotum, & diverſorum ordinum conſenſu, fulta beati Petri Apoſtolorum Principis auctoritate, Gotefredum fidei Catholicæ, & legis Chriſtianæ inimicum excommunicavit, & anathematis jaculo una cum omnibus ſibi conſentientibus tranſfixit. *Greg. VII. lib. 1. reg. ep. 15.*

CAPUT XII.

Neque Eccleſiæ ullatenus vendantur, aut pro manus impoſitione pretium accipiatur. *Greg. VII. lib. 2. reg. ep. 68.*

CAPUT XIII.

Alii per ambitus ſacerdotia appetunt, alii oblatis muneribus pontificatum aſſumunt, nonnulli etiam ſceleribus implicati, vel ſæculari militiæ dediti, indigni ad honorem ſummi ſacri ordinis pervenerunt, &c. Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum, neceſſario credi-
Diſt. 51. c. 3. mus inſerendum. Id eſt: [Qui in aliquo crimine detecti ſunt, qui infamiæ nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, &c. qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur. *Tolet. IV. c. 18.*

CAPUT XIV.

Si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud ſæcularem ſeniorem nulla precatione, vel aliquo xenio Eccleſiam illam obtineat. *Nannet. c. 16.*

CAPUT XV.

Ut nemo Epiſcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, præbendam, vel alios Eccleſiaſticos honores, vel in duabus eccleſiis prælationes exerceat, niſi in una tantum, & neutrum horum quiſquam per pecuniam acquirat, & quicumque tali modo jam acquiſiſſe comprobantur, omni remota occaſione deponantur. *Pictav. c. 2.*

PARS TERTIA.

De eo, qui emit, aut vendit res ſpirituales.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XXXVII. & Lib. IX. Tit. XXXIV.

CAPUT I.

16. q. 1. c. 44. Act. 20. 1. Cor. 6. PAulus ad Epheſios ait: *nullius pecuniam concupivi*, &c. Epiſcopus a ſuis Epiſcopis, clericis, vel monachis non exigat aurum, vel argentum, vel aliquam ſpeciem, ait enim Apoſtolus: *Iniuſti regnum Dei non poſſidebunt*, &c. Si quis igitur ob eas res prohibeat quem miniſterio, vel excommunicet aliquem clericum, vel claudat templum, ne fiant ſacra miniſteria Dei, &c. pari pœna puniatur, ut contraveniens mandatis Dei, & Apoſtolicis conſtitutionibus. Petrus enim Princeps Apoſtolorum ait: *Paſcite gregem Dei, qui in vobis eſt*, &c. *Nicæn. II. c. 4.* *1. Pet. 5. a.*

CAPUT II.

Audivimus de quibuſdam Epiſcopis, quod decedentibus Eccleſiarum rectoribus, ipſas interdicto ſubiiciunt, nec patiuntur aliquos in eiſdem inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſolvatur. *De ſimon. c. 41. Gr. IX. & c. 5. eod. tit. in 4. coll.* Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam, etiam ſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerunt, & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non ſolum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit ſecundum Apoſtolum abſtinendum, exactiones hujuſmodi penitus inhibemus. *1. Theſſ. 5.* Quod ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat in utilitates locorum, in quorum fuerint ſoluta diſpendium, fideliter convertenda. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 65.*

CAPUT III.

Ut nullus habitum monachi ſuſcipiat, ſpem, aut promiſſionem habens, ut Abbas fiat. *Nicol. II. in ſynod. Rom. CXIII. Epiſcoporum, cap. 7.*

CAPUT IV.

Arnulphum Cremonenſem publice coram noſtra præſentia convictum, & confitentem ſe ſimoniacum, ab omni Epiſcopali officio abſque ſpe reparationis deponimus, & uſque ad dignam ſatisfactionem anathemate percutimus. *Greg. VII. in concil. Rom. anni 5.*

CAPUT V.

Si quis Epiſcopus fornicationi presbyterorum, *Diſt. 81. c. 1.* diaconorum, ſeu ſubdiaconorum, vel crimini inceſtus in ſua parochia precibus, vel pretio interveniente conſenſerit; vel commiſſum, ſibique compertum auctoritate ſui officii non impugnaverit, ab officio ſuſpendatur. *Greg. VII. in conc. Rom. anni 6. cap. 12. Tarrac. lib. 5. cap. 56.*

CAPUT VI.

Nullus Abbas pretium exigere ab eis, qui ad *1. q. 2.* converſionem veniunt, aliqua placiti occaſione, præſumat. *Urban. II. in ſyn. apud Melfiam, c. 7.*

CAPUT VII.

Quiſquis contra ſimoniacos pro officii ſui con- *1. q. 1. c. 5.* ſideratione vehementer non exarſerit, cum eo non dubitet ſe habere portionem, a quo hoc peculiare flagitium ſumpſit exordium. *Greg. VII. lib. 9. regiſtr. epiſt. 34. ex divo Greg. lib. 9. ep. 64. & hom. 39. in Luc. Tarrac. lib. 6. cap. 161.*

CAPUT VIII.

Quia innotuiſti nobis, utrum vendere Eccle- *1. q. 3. c. 8. Salvator.* ſiaſticam rem, ſimoniacum ſit? Hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur ex hoc, quod beatus Petrus ait Simoni: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem; quia exiſtimaſti, donum Dei pecunia poſſideri.* *Act. c. 8. d.* Donum quippe Dei eſt Spiritus ſanctus, & donum Dei eſt res ipſi Eccleſiæ oblata, &c. Quiſquis igitur res Eccleſiaſticas, & Dei dona, quæ a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur: quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dare debent, propter ſua lucra vendit, vel emit; cum eodem Simone donum Dei poſſideri pecunia exiſtimat; ideo, qui eas non ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra mu-

nere linguæ, vel indebiti obſequii, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt, &c. Penſandum vero eſt, qua pœna mulctentur, qui jam Deo, & Eccleſiæ ſuæ oblata vendunt, vel emunt, ſi cum flagellis a Dei templo ejecti ſunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. *Urban. II. epiſt. ad L. præpoſit. S. Juventii.*

CAPUT IX.

Placuit, ut quotiens ab aliquo fidelium ad conſecrandas Eccleſias Epiſcopi invitantur, non quaſi ex debito munus àliquod a fundatore requirant: ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit; non reſpuatur. *Brac. II. cap. 5. Vorm. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. c. 42. decr.*

CAPUT X.

1. q. 7. c. 8. Cavendum, & ſummopere præcavendum, ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicendum & Epiſcopis, & Regibus, & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque conſenſoribus, ſeu ordinatoribus in gradu Eccleſiaſtico, ut nemo per ſimoniacam hæreſim regiminis locum obtineat quacumque factione, calliditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut datione per ſe, aut per emiſſam perſonam, cum Spiritus ſanctus inter cætera documenta Eccleſiaſtica per os ſancti di-
Lib. 7. epiſt. 110. cat Gregorii: „ Cur non perpenditur, quia bene„ dictio illi in maledictionem convertitur, quia „ ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur? " &c. *Melden. cap. 43. ex lib. 7. regiſtr. epiſt. 110.*

TITULUS IX.

DE SACRILEGIO.

PARS PRIMA.

De iis, qui rebus ſanctis non habent honorem.

Vide in Part. I. Lib. V. Tit. V.

CAPUT I.

IN noviſſimis temporibus nova pravitas, & valde reprehenſibilis apparuit adinventio; homines enim laici ad dedecus, & confuſionem Chriſti Dei noſtri, & Eccleſiæ ipſius, ac ſacerdotalis dignitatis amicti ſacerdotalibus ſtolis, & Epiſcopalibus ſuperhumeralibus, & accipientes orationem ſacerdotalem ab aliquo laico quoque patriarchalem formam habentem præſumpſerunt ſacerdotio fungi, & agere putativa, veluti digni ſacerdotes divinæ adminiſtrationis myſteria in deriſionem, & vituperationem dati a Deo principibus ſacerdotum honoris, & detractionem immaculatæ Chriſtianorum fidei, &c. Ideo juſtum duximus hos aptis, & convenientibus epitimiis ſubmittere. *Synod. VIII. gen. CP. ſub Hadrian. II. act. 9.*

CAPUT II.

Magnis ululatibus, & multis lacrymis opus a multis fidelibus ad noſtros pervenit auditus; ajunt enim fuiſſe quoſdam laicos ſub eo, qui nuper imperavit in ordine ſenatorio, qui ſecundum diverſam imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere; & gradum quaſi ſacerdotalem per quædam indicia, & veſtimenta ſacerdotalia ſumere, & ut putabatur Epiſcopos conſtituere ſuperhumeralibus, id eſt palliis circumamictos, & omnem aliam pontificalem indutos ſtolam, qui etiam proprium Patriarcham adſcribentes eum, quin adinventionibus riſum moventibus prælatus, & princeps erat, inſultabant, & illudebant quibuſque divinis, modo quidem electiones, promotiones, & conſecrationes, modo autem calumnias, damnationes, & depoſitiones Epiſcoporum, quaſi ad invicem, & per invicem miſerabiliter, & prævaricatorie agentes, & patientes. Talis autem actio nec apud gentes a ſæculo umquam audita eſt, ita ut pejores, & miſerabiliores infidelibus nationibus exhibeat, & demonſtret hos, quos nunc manifeſtos effecimus. Qua de re ſancta, & univerſalis ſynodus definivit, & promulgavit illos quidem malitiæ riſus omnino, ut ſceleſtos abominari; neminem autem fidelium, qui ex chriſtiana cenſentur appellatione, deinceps conari tale quid faciendi, vel admittendi, aut ſilentio tegendi quemquam eorum, qui hujuſmodi operantur impietatem. Si vero quiſpiam Imperatorum, vel potentum, aut magnatum taliter illudere divinis, & talem, ac tantam injuriam impie in divinum ſacerdotium facere, vel admittere temptaverit; primo quidem arguatur a Patriarcha illius temporis, & Epiſcopis, qui cum ipſo fuerint; & ſegregetur, & indignus divinis myſteriis judicetur. Deinde vero accipiat quoſdam alios in duram obſervantiam labores, & pœnas, quæ viſæ fuerint: & niſi celeriter pœniteat, etiam anathema ſit ab hac ſancta, & univerſali ſynodo, tanquam qui ſinceræ, & immaculatæ fidei myſterium dehoneſtaverit. Si vero præſumentibus quibuſdam hujuſmodi nefas operari, Patriarcha Conſtantinopolitanus & ſuffraganei, ejus Epiſcopi, quod factum fuerit cognoſcentes, neglexerint debitum adverſus eos oſtendere zelum; deponantur, & a proprio ſacerdotio, ac honore pellantur. Qui autem quoquomodo hujuſmodi miniſtraverint, vel miniſtraturi ſunt impiiſſimæ actioni, & minime confeſſi acceperint conveniens epitimium *, definimus per triennium ſequeſtratos eſſe; anno, quidem uno extra Eccleſiam flentes, alio vero anno intra Eccleſiam ſtare uſque ad catechumenos, porro tertio ſiſtere cum fidelibus, & ita dignos fieri ſanctificationibus. *Synod. VIII. gen. CP. ſub Hadrian. II. c. 16.* * convenientem pœnitentiam.

CAPUT III.

Qui palla altaris mortuum obvolverit, vel diaconus ſcapulas ſuas, diaconus triennio, & ſex menſibus a dominico altari ſit alienus, gravi perculſus anathemate. Quod ſi clericum presbyter non commonuerit, decem annis, & quinque menſibus excommunicatus ſit. Poſtea cum grandi humilitate matri reconcilietur Eccleſiæ. *Clem. ep. 2. in princ. vide Antiſiod. cap. 12. & 13.* De conſ. d. 1. c. 39. Nemo.

CAPUT IV.

Cauſſam ipſius Maximi fraternitatis veſtræ, de eo, quod excommunicatus miſſarum ſolemnia agere præſumpſerit, judicio committimus, qua debeat pœnitentia talis culpa purgari. Et ideo quidquid vobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis: nam quidquid a vobis de hac cauſſa fuerit ordinatum, nos & grate ſuſcipimus, & libenter admittimus. Hortamur tamen, ut debeatis eſſe ſollici- 1. q. 5. c. 9. Qua de cauſſa.

ti,

ti, & ita quæ ſicnda proſpicitis, temperetis, & vigoris Eccleſiaſtici genium congrua, ut oportet, diſpenſatione ſervetis. *Greg. lib. 7. epiſt. 79. Mariniano Ravennati Epiſcopo.*

CAPUT V.

Si quis ad ſepulchra martyrum adjungat corpora præcipitatorum inſanorum, ſi laici ſunt, ad pœnitentiam redigantur, ſi clerici poſt commonitionem, & cognitionem honore priventur, hoc & ſingulis conciliis ſtatutum eſt. *Carth. I. cap.* 2.

CAPUT VI.

Si quis acceptam a ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur. *Tolet. I. cap.* 14.

CAPUT VII.

Euchariſtiæ gratiam ſi quis probetur acceptam non conſumpſiſſe in Eccleſia, anathema ſit in perpetuum. *Cæſar. c.* 3.

CAPUT VIII.

Non licet mortuis euchariſtiam tradi, nec velo, vel pallis corpora eorum involvi. *Antiſiod. c.* 12.

CAPUT IX.

Non licet diacono, velo, vel palla ſcapulas ſuas involvi. *Antiſ. c.* 13.

CAPUT X.

Qui corpus Domini abſque inevitabili infirmitate projecerit, ſi fidelis eſt, perpetuo communione priveiur; ſi infidelis eſt, verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur; ſi vero quilibet exceſſum hujuſmodi digna pœnitentiæ ſatisfactione defleverit, poſt quinquennium licebit illum communioni priſtinæ reformari. *Tolet. XI. cap.* 11.

CAPUT XI.

De conſ. d. 2. c. 7. Cum omne.

Qui aliud offert, quam panem, & calicem vino, & aqua permixtum; tamdiu ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correptus, ad gradus ſui officii redeat, quod amiſit. *Brac. III. cap.* 1. *Burchard. lib.* 5. *cap.* 1. *Ivo lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 24. *panorm. & part.* 2. *c.* 11. *decret.*

CAPUT XII.

Laicus in hebdomadam excommunicetur, qui ſibi divina myſteria tradiderit, præſente Epiſcopo, presbytero, vel diacono. *Trull. c.* 58.

CAPUT XIII.

Anathematizamus eos, qui falſa martyrologia pro veris recipiunt. *Trull. cap.* 63.

CAPUT XIV.

Excommunicetur in quadraginta dies laicus, qui publice verbum Dei docere conatur. *Trull. cap.* 64.

CAPUT XV.

Non liceat libros veteris, & novi teſtamenti, & ſanctorum noſtrorum doctorum conſumere, & diſcindere, aut bibliopolis, vel unguentariis, vel aliis, ut perdantur, tradere; niſi ſi aqua, vel qua alia re, ut puta tineis, inutiles fierent. Contra faciens in annum excommunicetur. Item qui hos libros emerit, ſi non ſibi, aut alii conſervaverit, ſed corruperit, excommunicetur. *Trull. c.* 68.

CAPUT XVI.

Excommunicentur, qui in ſolo poni curant crucem. *Trull. c.* 73.

CAPUT XVII.

Non oportet in dominicis locis, vel Eccleſiis eas, quæ dicuntur agapas, id eſt, charitates facere, & intus in æde comedere, & accubitus ſternere. Qui autem hoc auſi fuerint, vel ceſſent, vel ſegregentur. *Trull. c.* 74.

CAPUT XVIII.

Qui intra ſacra ſepta tabernam, vel venditiones exerceat, excommunicetur. *Trull. c.* 76.

CAPUT XIX.

Item laicus, qui intra Eccleſiam ſine neceſſitate jumentum introducit. *Trull. c.* 88.

CAPUT XX.

Item laicus, qui cum uxore, vel alia in Eccleſia habitat, & nolit exire, excommunicetur. *Trull. c.* 97.

CAPUT XXI.

Qui dat communionem eam accipienti in vaſe aliquo, excommunicetur, & qui recipit. *Trull. cap.* 101.

CAPUT XXII.

Non alter panis in altaris domini ſacerdotali benedictione ſanctificandus proponatur, niſi integer, & nitidus, qui ex ſtudio fuerit præparatus: neque grande aliquid, ſed modica tantum oblata, &c. Quicumque hoc decretum noſtrum temerandum crediderit, animadverſioni divini judicii ſubjacebit, & anni unius ſpatio a communione alienus manebit. *Toler. XVI. c.* 6.

CAPUT XXIII.

Presbyteri nulli ſub prætextu medicinæ, vel cujuslibet rei chriſma donare præſumant, ſi fecerint, honore priventur. *Aurel. ſub Carolo c.* 18. *Magunt. c.* 27.

CAPUT XXIV.

Pari tenore excommunicatus eſt quidam homo vocabulo Theodoricus cum complicibus ſuis; quia quamdam viduam fugiendo proſtratam ſuper corpus ſancti Eventii, rapuit, & de monaſterio traxit, & in uxorem ſibi eam taliter ſociavit. *Metenſ. c.* 7.

CAPUT XXV.

Si quis temerarius atrium Eccleſiæ evaginato gladio præſumptuoſe intraverit ſacrilegium facit, & ideo ſacrilegium in atrio Domini perſolvatur. Dominus dicit in Evangelio: *Omnes enim, qui acceperint gladium gladio peribunt.* Id eſt, qui ſe ipſos vice talionis per peccatum in præſenti ulciſci deſiderant, gladiis ipſius peccati in anima moriuntur. Quanto magis is qui ſanctum * atrium, quod Dominus ſibi præ cæteris ſegregavit locis, ſuæ ſanctæ Eccleſiæ ad honorem, polluit, & temerarius irruperit, gladio peccati, & iniquitatis ſuæ mortuus jacuerit? Quapropter opus eſt pœnitentia, ut reſurgat ad vitam, qui guſtavit mortem. *Tribur. c.* 6. *Matt.* 26.

* *ſecundum.*

CAPUT XXVI.

Sacrilegium eſt ſacræ legis violatio, quod cum multarum ſpecierum dividatur, & ſit factum ſacrilegii moti altari & Domini ſacrilegium ſchiſmatis: unde pater ait beatus Auguſtinus: Apertiſſimum ſacrilegium eminet ſchiſmatis, ſi nulla fuerit cauſſa ſeparationis. Eſt etiam blaſphemi ſermonis, & cujuſque contra legem uſurpatæ actio-

actionis. Specialius tamen nunc a nobis illud ſacrilegium denotatur, quod a prædonibus de rebus Eccleſiæ agitur, &c. *Troſl. c. 4.*

CAPUT XXVII.

Conqueſtum eſt in ſancto Concilio de quibuſdam ſtultiſſimis Presbyteris, ut quando incendium videant, corporale dominico corpore conſecratum ad extinguendum incendium temeraria præſumptione in ignem proiiciant. Ideoque decretum eſt ſub anathematis interdictione, ne ulterius fiat. *Saleguuſt. cap. 6. & in fine decret. Burch. Ivo part. 15. c. 572. decret.*

Pars Secunda.

De iis, qui res ſacras, aut Eccleſiaſticas ſurripiunt.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XXII. & XXXIII. quibus adde:

CAPUT I.

12. q. 2. c. 45. NON licet clericis, poſt mortem Epiſcopi ſui, rapere ejus bona, ut antiquis canonibus prohibetur: aut de ſuis gradibus periclitentur. *Chalcedon. cap. 22. Aquiſgr. cap. 88. Vormat. cap. 75.*

CAPUT II.

Si quiſpiam invaſor comprobatus dicat pro parte Eccleſiæ ſe egiſſe de privata re ſibi pertinente; ab ipſo, ſuoque hærede ſolvatur invaſio. Sacerdos denique in tali culpa pauper inventus a proprio canonice judicetur Epiſcopo, ut non Eccleſia ſibi commiſſa damna ſuſtineat, ſed illæſam hujus invaſionis temeritate permanere ſancimus. *Eug. II. & Leo IV. in ſyn. Rom. c. 22.*

CAPUT III.

Sceleſtiſſima conſuetudo inolevit, ut abeunte ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſedis Pontifice, ipſum patriarchium deprædari ſoleat, & non ſolum in eodem ſancto patriarchio, ſed etiam per totam civitatem, & ſuburbana ejus talis bacchatur præſumptio; nec non quia & id inultum hactenus neglectum eſt, adeo ut omnia Epiſcopia eadem patiantur, uniuſcujuſque Eccleſiæ obeunte Pontifice; quod ne ulterius præſumatur; omnimodis interdicimus; quod qui facere præſumpſerit, non ſolum Eccleſiaſtica cenſura, ſed etiam Imperiali indignatione feriatur. *Ravennat. ſub Jeann. IV. c. 55.*

CAPUT IV.

Ut moriente Romano Pontifice, vel cujuſcumque civitatis, nullus præſumat facultates eorum invadere; ſed ſucceſſoribus eorum reſerventur integræ. *Nical. II. in Syn. Rom. CXIII. Epiſcoporum c. 2.*

CAPUT V.

12. q. 2. c. 4. Quicumque militum, vel cujuſcumque ordinis, vel profeſſionis perſona prædia Eccleſiaſtica a quocumque Rege, ſeu ſæculari Principe, vel ab Epiſcopis invitis, ſeu Abbatibus, aut aliquibus Eccleſiarum rectoribus ſuſceperit, vel invaſerit, vel etiã de rectorum privato, ſeu vitioſo conſenſu tenuerit, niſi eadem prædia Eccleſiæ reſtituerit, excommunicationi ſubjaceat. *Greg. VII. in ſyn. Rom. anno MLXXVIII. en lib. 6. regiſt. Tarrac. lib. 5. c. 46.*

CAPUT VI.

Ne aliquis clericus res Epiſcoporum, vel clericorum vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in uſus proprios conferat. Quod ſi quis fecerit, anathema ſit. Et dictum eſt ab omnibus, fiat. *Urban. II. in cancil. Clarem. c. 29.*

CAPUT VII.

Illud, quod in ſacro Chalcedonenſi conſtitutum eſt concilio, irrefragabiliter conſervari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Epiſcoporum a nullo omnino hominum diripiantur: ſed ad opus eccleſiæ, & ſucceſſoris ſui in libera œconomi, & clericorum permaneant poteſtate. Ceſſet igitur de cætero illa deteſtabilis, & ſæva rapacitas. Si quis autem hoc aliquo modo temptare præſumpſerit excommunicationi ſubjaceat. Qui vero morientium Presbyterorum, vel clericorum bona rapuerit, ſimili ſententiæ ſubiiciatur. *Syn. Roman. ſub Innoc. II. cap. 4. apud Iva poſt panorm.* 12. q. 2. c. 47.

CAPUT VIII.

Hæretici omnes, & ſuſpecti & excommunicati, homicidæ quoque atque malefici, fures, ſacrilegi, &c. ſeu qui ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi. ſ Nulli infami unquam, atque ſacrilego de quocumque negotio liceat adverſus religioſum Chriſtianum, quamvis humilis, ſervilisque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec da qualibet re, actione, vel inſcriptione Chriſtianum impetere. *Eutychian. epiſt. 2. ante med. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 8. panorm. & part. 6. cap. 33. decret. Anſelm. lib. 3. c. 25. Cæſar. lib. 5. cap. 35. Tarrac. lib. 2. c. 14.* 2. q. 8. c. 3. in fin. 3. q. 4. c. 11.

CAPUT IX.

Defuncto Epiſcopo inteſtato, poſt defunctionem ejus, a presbyteris, & diaconibus de rebus ipſius inventarium fideliter conſcribatur a minimo uſque ad maximum, id eſt, utenſilibus, vel omni ſupellectili. Ita tamen, ut ſi quis exinde vel ſumpſiſſe aliquid, vel occulte fuerit tuliſſe convictus, ſecundum furti tenorem reſtituat univerſa. *Tarrac. c. 2.* 12. q. 5. c. 6. Sicubi.

CAPUT X.

Clericus, qui ſede Epiſcopi ſui vacante quidpiam abſtulit, reus ſacrilegii prolixiori anathemate condemnetur; & vix quoque peregrina ei communio concedatur. *Berd. c. 56.* 12. q. 2. c. 38. Hæc.

CAPUT XI.

Placuit, ut Epiſcopo ab hoc ſæculo, jubenta Domino, accerſito, clerici ab omni omnino ſupellectili, vel quæcumque ſunt in domo eccleſiæ, vel Epiſcopi in libris, ſpeciebus, utenſilibus, vaſculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abſtineant, & nihil latronum more diripiant. *Valent. Hiſp. c. 2. Troſl. c. 14.*

CAPUT XII.

Parentibus, & propioquis decedentis Epiſcopi, ſi inteſtatus obierit, denuntietur, ut ſine Metropolitani, vel comprovincialium ſacerdotum conſcentia nihil de rebus defuncti occupare pertemptent, ne forte cum hereditariis rebus etiam aliqua ad Eccleſiam pertinentia, vel permi-

xta uſurpent, ſed uſque ad ordinationem futuri Antiſtitis expectent, &c. Si quis autem contemptor * divini timoris contra hæc ſancta ſynodica clericus quiſque, vel laicus venire improba mente temptaverit, & communione, & conſortio privetur Eccleſiæ, quia durum eſt, ut ad illam conveniat, quam expoliare non metuit. *Valent. Hiſpan. c. 3. Troſl. c. 14.*

* *immemor,*

CAPUT XIII.

De rebus Eccleſ. non alien. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll.

Qui reculam Eccleſiæ perunt a regibus, & horrende cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, & a communione Eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt excludantur. *Arvern. c. 4. Melden. c. 40. Burch. lib. 15. c. 36. Ivo part. 16. c. 37. decr.*

CAPUT XIV.

Ubi Epiſcopus obierit, nullus Epiſcopus quidquam de rebus Eccleſiæ, præter humanitatem, præſumat auferre. Si fecerit, conventus ab inſtituto Pontifice ſine dilatione ablata reſtituat; ſin minus, anno integro miſſas facere non præſumat. *Aurel. V. c. 8.*

CAPUT XV.

Si quis aliquid de xenodochio Lugdunenſi abſtulerit, ut xenodochium eſſe deſinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur. *Aurel. V. c. 15. Meld. c. 40.*

CAPUT XVI.

Teſtamenta, quæ Epiſcopi, presbyteri, ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid Eccleſiæ, aut quibuſcumque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant, &c. de quibus rebus ſi quis animæ ſuæ contemptor aliquid alienare præſumpſerit, uſque ad emendationis ſuæ, vel reſtitutionis rei ablatæ tempus a conſortio Eccleſiaſtico, vel omnium Chriſtianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. cap. 2.*

CAPUT XVII.

Epiſcopus, qui monaſterium ſpoliandum, aut convellendum, aut diſſolvendum temptaverit, anathema effectus maneat, & a regno Dei extraneus; nec proficiat ei bonum fidei, vel operis ad ſalutem, &c. & omnes Epiſcopi ejus Provinciæ congregati eundem ſacrilegum a communione ſuſpendant, & monaſterium reſtaurent. *Hiſpal. II. cap. 10.*

CAPUT XVIII.

12. q. 2. c. 48.

Non licet Metropolitano moriente Epiſcopo ejus bona, vel ejus Eccleſiæ auferre, vel alienare; ſed ſub cuſtodia cleri ſint, quoad alius promoveatur, niſi clerici ea non receperint tunc enim Metropolitanus ea cuſtodiat, Epiſcopo ordinando ea daturus. *Trullen. cap. 35.*

CAPUT XIX.

Nec violenta ablatione, nec illicitorum præceptorum confirmatione res ab Eccleſiis vobis ad tuendum, & defenſandum, ac propagandum commiſſas auferre temptate, &c. *Synod. Holonien. apud Melden. c. 11. in fine ad Carolum Regem.*

CAPUT XX.

Res Eccleſiaſticæ tempore principatus veſtri ablatæ ex integro præſentialiter reſtituantur, & reſtitutæ conſerventur, ſicut tempore avi, & patris veſtri fuerunt, & excepto ſuperpoſito, quod ad uſus poſſidentium abſumptum eſt, quomodo tunc erant, quando vos illas tuliſtis; ſine refragatione reddantur. Hinc enim in canone Aurelian. ſcriptum eſt tit. XIII. ne cui liceat res, vel facultates Eccleſiæ, &c. *Belvacen. apud concil. Meld. cap. 17. vide ſupra Aurel. V. cap. 13.*

CAPUT XXI.

Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus Eccleſiaſticis facta, a vobis ſine dilatione reſcindantur, & ut de cætero non fiant, a dignitate veſtri nominis regii caveatur. *Belvac. apud Melden. cap. 18.*

CAPUT XXII.

Admonenda eſt regia magnitudo de hoſpitalibus, quæ tempore prædeceſſorum ſuorum & ordinata, & exculta fuerunt, & modo ad nihilum ſunt redacta. Sed & hoſpitalia Scotorum, quæ ſancti homines gentis illius in hoc regno conſtruxerunt, & rebus pro ſanctitate ſua acquiſitis, ampliaverunt, ab eodem hoſpitalitatis officio funditus ſunt alienata, &c. Unde pertimeſcenda eſt canonica ſententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio, &c. „ Qui reculam (inquit) „ vel quicquid fuerit Eccleſiæ petunt a Regibus, „ & corrumpendæ pietatis inſtinctu *, egentium „ ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ „ obtinent, & a communione Eccleſiæ, cujus „ facultatem auferre cupiunt, excludantur “. *Melden. cap. 40. Arvern. c. 4. Burch. lib. 15. c. 36. Ivo part. 16. cap. 37. decret.*

De rebus Eccleſ. non alien. c. 2. ap. Greg. IX & in 1. coll.

* *horrendæ cupiditatis impulſu.*

CAPUT XXIII.

Quod res ad Eccleſiam pertinentes, & tempore principatus veſtri ablatas ita præſentialiter reſtituatis, & reſtitutas conſervetis, ſicut tempore avi, & patris veſtri fuerant, &c. *Melden. ad Carolum Calvum Regem, cap. 83.*

CAPUT XXIV.

Placuit univerſali concilio, ut Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, ſuggeratis, &c. ut facultates Eccleſiaſticas nec ipſe Deo auferat, nec aliis auferre permittat. *Tullen. in epiſt. ad quoſdam Epiſcopos.*

CAPUT XXV.

Qui agapem pauperum, & ſuſtentationem peregrinorum, & Eleemoſynas defunctorum defraudant, apud ſanctos patres, eorum necatores vocantur. *Tullen. part. 11. cap. 14.*

CAPUT XXVI.

Quia inter noſtrates hic peſſimus inolevit mos, ut defuncto Eccleſiæ Epiſcopo, mox a quibuſcumque potentioribus res pervadentur Eccleſiaſticæ, quaſi Epiſcopi fuerint propriæ; cum etiam ſi ejus juris eſſent, contra omne jus hoc fieret. Hoc tam immane ſacrilegii facinus, & jam ſæpius factum ſcientes dolemus, & ne ulterius a quolibet præſumatur, auctoritate Dei, & ſanctorum ejus, qui cum illo regnant in cælo, noſtro etiam Epiſcopali miniſterio interdicimus. *Troslejan. cap. 14.*

CAPUT XXVII.

Si quis Epiſcopus nulla Eccleſiaſticæ rationis neceſſitate compulſus in ſuo clero, aut ubi forte 10. q. 2. c. ult.

non

non eſt Preſbyter, de rebus Eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vendere: & res ipſas Eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur; & in judicio Epiſcoporum dejiciatur auditus, & tanquam furti, aut latrocinii reus ſuo privetur honore. *Mart. Brac. c. 14. vid. Carth. c. 26. G. Burch. lib. 1. c. 215. & lib. 3. c. 181. Ivo part. 3. c. 172. & 242. & part. 5. c. 329. decr. Cæſar. lib. 7. c. 73. Tarr. lib. 6. cap. 135.*

CAPUT XXVIII.

Diſt. 50. c. 22. Si quis Preſbyter, aut diaconus inventus fuerit aliquid de miniſteriis Eccleſiæ venumdediſſe, quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione Eccleſiaſtica non haberi. In judicio tamen Epiſcopi dimittendum eſt, ſive dignus ſit, ſive indignus, in ſuo recipi debeat gradu; quia multoties hoc ipſum quod de ſacro altario contaminatum eſt, in Epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt. *Mart. Brac. cap. 17. Burch. lib. 3. cap. 179. Ivo part. 3. cap. 173. & 240. decret. Cæſar. lib. 7. cap. 79.*

LIBER OCTAVUS.

De criminibus contra Proximum.

TITULUS I.

DE HOMICIDIO.

PARS PRIMA.

De iis, qui ſibi vitam eripuerunt, aut membrum aliquod abſciderunt.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XXI. quibus adde:

CAPUT I.

SI quis, cum ſit clericus, ſeipſum mutilaverit, deponatur: eſt enim ſui homicida. *Apoch. cap. 22. G. cap. 23. L.*

CAPUT II.

Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communione privetur, quia ſuæ vitæ inſidiator exiſtit. *Apoch. cap. 23. G. 24. L.*

CAPUT III.

Si ſit ſepeliendus, qui ſeipſum occidit, vel ſi ſit pro eo ſacrificium offerendum requiritis. Sepeliendus eſt quidem, ne viventium odoratui moleſtiam ingerat; non tamen eſt, ut aliis pavor incutiatur, ſolito cum obſequiis more ad ſepulchra ferendus. Sed & ſi qui ſunt, qui ejus ſepulturæ ſtudio humanitatis obſequuntur, ſibi, non illi, qui ſui extitit homicida, præſtare videntur. Sacrificium vero pro eo non eſt offerendum, qui non ſolum ad mortem uſque peccavit, ſed & mortis ſibimet interitum propinavit; quis enim magis ad
1. Joann. 5. mortem peccatum facit, pro quo Joannes Apoſtolus non dicit orandum, quam is, qui Judam imitatus ſui ipſius homicida fuiſſe, magiſtro Diabolo, comprobatur? *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 98.*

CAPUT IV.

Si quis famulorum cujuslibet conditionis, aut generis, quaſi ad exacerbandam Domini diſcretionem, ſe Diabolico repletus furore percuſſerit, ipſe tantum ſanguinis ſui reus erit, neque ad dominum ſceleris alieni invidia pertinebit. *Arelat. II. cap. 34.*

CAPUT V.

Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus, ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe. *Aurel. III. cap. 15.*

CAPUT VI.

23. q. 5. Placuit. c. 12. Qui ſibi ipſis per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo violentam ſibi inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur; multi enim ſibi hoc per ignorantiam uſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. *Bracar. I. cap. 34. Capitul. lib. 7. cap. 206. in addit. Burch. lib. 19. c. 130. Ivo part. 10. c. ult. & part. 15. c. 140. decret.*

CAPUT VII.

Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum: Qui in aliquo crimine detecti ſunt, &c. Qui ſemetipſos abſciderunt, &c. *Tolet. IV. cap. 18.*

CAPUT VIII.

Quicumque ſe propria voluntate in aquam jactaverit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblata non recipiantur. *Antiſiod. c. 17.*

CAPUT IX.

Quorundam hominum tam grave inolevit deſperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligentia, aut diſciplinæ cenſura mulctati, aut pro ſui purgatione ſceleris, ſub pœnitentiæ ſatisfactione, cuſtodiæ mancipati, incumbente deſperationis incommodo, ſe ipſos malunt aut laquei ſuſpendio necare, aut ferro, vel aliis mortiferis caſibus interimere, &c. Quicumque talibus decipulis irretitus, interemptionis evaſerit caſus, duorum menſium ſpatio, & a Catholicorum collegio, & a corpore, ac Chriſti ſanguine ſacro maneat omnimodo alienus. Quia oportet, ut per pœnitentiæ cenſuram priſtinæ reddatur ſpei, atque ſaluti, qui animam ſuam per deſperationem conabatur Diabolo ſociare. *Tolet. XVI. cap. 4.*

CAPUT X.

Ille, qui occiſus fuerit (*loquitur de ſingulari certamine*) tamquam ſui homicida, & propriæ mortis ſpontaneus appetitor a dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus; nec cadaver ejus, juxta ſanctorum canonum decretum, cum pſalmis, & orationibus ad ſepulturam deducatur, &c. *Valent. ſub Loth. c. 12.*

CAPUT XI.

Si quis cum ſui compos non eſſet, ſibi manum at-

attulerit, vel etiam ſe præcipitaverit, ſitne oblatio, an non? Reſpond. Hoc debet clericus diſcernere, an re vera hoc fecerit, cum eſſet emotæ mentis; ſæpe enim ii, qui ad eum, cui hoc accidit, attinent, volentes aſſequi oblationem, & orationem pro ipſo, mentiuntur, & dicunt, eum non fuiſſe apud ſe: nonnumquam autem propter inſultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecit, tunc autem non eſt ſuper eum facienda oblatio; eſt enim ſui homicida. *Timoth. Epiſc. Alexandr. c.* 14.

Pars Secunda.

De eo, qui patrem, filium, uxorem, aut alios hujuſmodi interficit.

Caput I.

De his, qui patrem, matrem, fratrem, aut ſororem occiderint, ut toto vitæ ſuæ tempore corpus non ſuſcipiant dominicum, niſi tempore exitus pro viatico: abſtineant à carnis comeſtione, & potu vini, donec vixerint; jejunent ſecundam, quartam, & ſextam ferias, ut ſic poſſint deflentes diluere commiſſum. *Greg. II. epiſt.* 8. *ante fin. Anſelm. lib.* 11. *c.* 51. *al.* 53. *Pœnit. Rom. tit.* 1. *c.* 13.

Caput II.

Quid parricida, id eſt, qui patrem, vel matrem occidit, vel etiam qui fratrem, aut ſororem interficit, pati debeat, leges indicant. Porro ſi ad Eccleſiam confugerit; id quod Epiſcopus loci, vel ſacerdos, qui ab illo conſtitutus eſt, providerit, agendum decernimus. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 24. *Ivo part.* 10. *c.* 180. *decret.*

Caput III.

De his, qui proximum, id eſt, conſanguineum ſuum, ut eſt frater, conſobrinus, aut nepos, trucidaverint, venerandæ leges proprium robur obtineant; ſed ſi ad Eccleſiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur, pœnitentiæ vero, quam Antiſtes loci vel presbyter conſidera-
Ezech. 18. vit, abſque dubio ſubmittantur: *Nolo*, inquit Dominus, *mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Nicol. ad conſult. Bulg. cap.* 26. *Ivo part.* 10. *c.* 180.

Caput IV.

In quibuſdam Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimunt, fornicationis avidi, neſcii pietatis, quibus, ſi tædium eſt filios numeroſius augere, prius ſe ipſos caſtigare debent a fornicatione. Nam dum cauſſa propagandæ prolis ſociantur conjugia, parricidio, & fornicatione tenentur obnoxii, qui filios necando docent, ſe non pro filiis, ſed pro libidine uxores duxiſſe. Proinde Reccaredus Rex judicibus imperavit, ut amovendum tantum facinus cum ſacerdote procurent, & adhibita ſeveritate prohibeant. Ergo & ſacerdotes eorumdem locorum idem ſcelus cum judice curioſius quærant, & ſine capitali vindicta, acriori diſciplina prohibeant. *Tolet. III. c.* 17.

Caput V.

23. q. 5. c. 22. Inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ, ſacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, quos oportet per ſæcularis potentiæ diſciplinam a tam prava conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt revocari, quorum aliquos jam excommunicavimus, &c. *Turon. ſub Carolo c.* 41. *Burchard. lib.* 7. *cap.* 29. *Ivo part.* 9. *c.* 65.

Caput VI.

Quia in modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diverſa, & variis vitiis, atque gulæ illecebris deſerviunt; melius nobis videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentia diſtricta ſemetipſos caſtigent, ſi forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiæ cingulum ſumere, & nuptiis, vel conjugiis copulari: quia ſacri canones hoc eis non conſentiunt. *Magunt. ſub Rab. c.* 20. *Burch. lib.* 6. *c.* 35.

Caput VII.

Statuimus, ut parricidæ, & fratricidæ per unius anni curriculum ante fores baſilicæ orantes Domini clementiam perſeverent. Completo autem anni curriculo introducantur in Eccleſiam; tamen inter audientes, uſque dum unius anni ſpatium finiatur flent, cum ad miſſarum ſolemnia, vel alia ſacra audire officia venerint. His ita peractis, ſi pœnitentiæ fructus in eis conſpicitur, corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti participes fiant, ut deſperantiæ non inobdurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum, & jejunent uſque ad nonam horam diei quotidie, exceptis feſtis diebus, atque dominicis. Abſtineant a vino, medone, atque cerviſia mellita tres dies per hebdomadam. Arma gerere non audeant, vel ſumere, niſi contra paganos. Et ubicumque ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, ſed pedeſtri more proficiſci ſtudeant. Tempus autem hujus pœnitentiæ in Epiſcoporum ponimus arbitrio, ut ſecundum converſationem illorum aut extendere, vel minuere valeant. Ab uxoribus, ſi habuerint, non ſeparentur. Si autem non habuerint, & ſe continere non velint legitimas accipiant in conjugio feminas, ne fornicationis voraginem incidere videantur. Et ſi finis vitæ illorum venerit, antequam duorum prædictorum annorum finiantur curricula, viaticum illis non negetur. *Vormat. c.* 30. *Ivo part.* 10. *c.* 180. Vid. 33. q. 2. cap. 15.

Caput VIII.

Si qua mulier, ut ſæpe contingit, infantem proprium prope ignem collocaverit, & alius, qui caldarium ſuper ipſum ignem pependerit, & aquam infuderit, atque aqua ipſa per ignem fervens egreditur, & infanti ſuperfunditur, & propterea mortuus agitur: mater infantis propter negligentiam judicio ſacerdotum pœniteat, & homo, qui caldarium pependit, ſecurus permaneat. Simili modo de cæteris ſimilibus, quæ ſæpe diverſe ſolent evenire, & judicamus, & eſſe volumus. *Tribur. c.* 37.

Caput IX.

Si quis filium ſuum, quod abſit, non ſponte, ſed caſu contingente occiderit, ſecundum homicidia ſponte* commiſſa pœniteat. *Tribur. c.* 53. * non ſponte.

Pars Tertia.

De iis, qui fœtus necant.

CAPUT I.

QUÆ fornicantur, & necant partus, & curant fieri abortus priori definitione ad exitum vitæ, humanius nunc agendo, decem annis per gradus pœniteant. *Ancyr. cap.* 21. *Magunt. ſub Raban. c.* 21. *Mart. Brac. c.* 78. *Rab. c.* 11. *Pœnit. Burchard. lib.* 17. *c.* 54. *Ivo part.* 8. *cap.* 314. *& part.* 10. *cap.* 181. *&* 183. *decret. Anſelm. lib.* 11. *c.* 40. *Tarrac. lib.* 5. *c.* 32. *Pœnit. Rom. tit.* 2. *c.* 28.

CAPUT II.

Nec in finem detur communio ei, quæ abſente marito conceperit, & conceptum occiderit. *Elib. c.* 63.

CAPUT III.

Catechumena, ſi per adulterium conceperit, & conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari. *Elib. c.* 68.

CAPUT IV.

Hi, qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare ſtuduerint, vel in ventribus * matrum potionibus aliquibus colliſerint, in utroque ſexu adulteris poſt ſeptem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant. Si clerici fuerint, officium eis miniſtrandi recuperare non liceat; attamen in choro pſallentium a tempore receptæ communionis interſint. Ipſis veneficiis in exitu tantum, ſi facinora ſua omni tempore vitæ ſuæ defleverint, communio tribuatur. *Ilerd. c.* 2. *Magunt. ſub Raban. cap.* 11. *Pœnit. Anſelm. lib.* 11. *cap.* 56 *al.* 58. *Burchard. lib.* 17. *cap.* 52. *& lib.* 19. *pag.* 277. *Ivo part.* 10. *c.* 182. *decret.*

* *uteris.*

CAPUT V.

Eas, quæ dant abortionem facientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena excipiunt, homicidæ pœnis ſubjicimus. *Trull. c.* 92.

CAPUT VI.

Mulieres, quæ ante temporis plenitudinem conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut homicidæ proculdubio judicandæ ſunt. Illæ vero, quæ dormiendo filios ſuffocare videntur, leviter de his judicare oportet; quia nolentes, & non conſentiendo ad hunc devolutæ ſunt caſum. *Vormat. cap.* 35.

CAPUT VII.

Si qua mulier fornicata fuerit, & infantem, qui exinde fuerit natus occiderit; & quæ ſtuduerit abortum facere, & quod conceptum eſt, necare; aut certe, ut non concipiat, elaborat, ſive ex adulterio, ſive ex legitimo conjugio; has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt: nos tamen pro miſericordia, ſive tales mulieres, ſive conſcias ſcelerum ipſorum, decem annis agere pœnitentiam judicamus. *Mart. Brac. cap.* 77. *al.* 78.

CAPUT VIII.

Quæ de induſtria fœtum corrupit, cædis pœnas luat. Formati autem, vel informis ſubtilitas a nobis non attenditur: hic enim non ſolum quod naſcendum eſt, vindicatur, ſed etiam ipſa, quæ inſidias paravit, quoniam ut plurimum ejuſmodi inceptis una quoque mulieres intereunt. Ei autem accidit fœtus quoque interitus alia cædes, eorum quidem certe, qui hoc audent, exiſtimatione. Oportet autem non uſque ad obitum eorum confeſſionem extendere, ſed decem quidem annorum menſuram admittere: definire autem non tempore, ſed modo pœnitentiæ medicinam. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 2.

CAPUT IX.

Mulier, quæ in via peperit, & ſui fœtus curam non geſſit, cædis crimine teneatur. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 33.

CAPUT X.

Quæ fœtus in via nati curam non geſſit: ſi, cum poſſet quidem, ſervare neglexerit; vel ſe ideo peccatum celare exiſtimans, vel etiam omnino belluina, & inhumana ratione utens, tamquam propter homicidium judicetur. Sin autem eum concinnare, & componere non potuit, & propter ſolitudinem, rerumque neceſſariarum inopiam fœtus interiit, matri ignoſcendum eſt. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 52.

Pars Quarta.

De his, qui Epiſcopo, presbytero, &c. mortem afferunt, aut vulnus infligunt, aut gravem aliquam injuriam faciunt.

CAPUT I.

SI quis laicorum transgrediens, & contemnens divinas, & Imperiales juſſiones, irridens vincula, & jura Eccleſiaſtica, & civilia, auſus ſit aliquem Epiſcopum verberare, aut cuſtodire, aut ſine cauſſa, aut efficta cauſſa, anathema ſit. *Syn. CP. VIII. ſub Joann. VIII. c.* 3.

De pœnit. c. 12. ap. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

CAPUT II.

In quibuſdam provinciis Eccleſiarum patroni, ſeu vicedomini, & advocati ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quod non ſolum cum vacantibus debet Eccleſiis de paſtoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de poſſeſſionibus, & aliis bonis Eccleſiaſticis pro ſua voluntate præſumunt, & quod horrendum eſt dicere, in necem prælatorum prorumpere non formidant, &c. Prohibemus expreſſe, ne patroni, vel advocati, ſeu vicedomini ſuper præmiſſis de cætero plus uſurpent, quam reperitur in jure permiſſum, & ſi contra præſumpſerint, canonica diſtrictione compeſcantur. Sacri nihilominus concilii proviſione ſtatuimus, quatenus ſi patroni, vel advocati, aut feudatarii, ſeu vicedomini, ſeu alii beneficiati alicujus Eccleſiæ rectorem, vel clericum alium ipſius Eccleſiæ per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, patroni jus patronatus, advocati advocatiam, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorſus amittant, &c. & non ſolum de præmiſſis nil perveniat ad heredes, ſed etiam uſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus aſſumantur, nec in regularibus domibus alicujus prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c.* 45.

CA-

CAPUT III.

Diſt.45.c.2. Nemo quemquam peccantem clericum cædo attingat, non presbyter, non diaconus, nec Epiſcopus clericum ad cædem perducat, ſed ſi ita cauſſa exigit clerici, triduo privetur honore, ut pœnitentes redeant ad matrem Eccleſiam. *Silv. in ſyn. Rom. CCLXXXIV. Epiſc. c. 17.*

CAPUT IV.

Univerſa ſynodus dixit: „ Epiſcopalē perſecu-
„ tionem, & Eccleſiarum abſciſſionem, vel vaſta-
„ tionē, atque ſervorum Dei inſectationem, ful-
„ ti prædicta auctoritate, & omnium ſanctorum
„ patrum prohibitione, veſtraque conſolatione,
„ communi tractatu pariter in futurum robuſte,
„ ac veraciter amputantes, ſanctorumque pa-
„ trum ſtatuta firmantes expreſſis ſententiis ſan-
„ cimus, ne unquam talia a quoquam noſtris,
3. q. 5. c. 3. Accuſatoribus. „ aut futuris temporibus præſumantur, &c. Si
„ quis hæc, quæ hodie in hac ſancta ſynodo
„ prohibita ſunt, infringere præſumpſerit, aut
„ voluntarie tranſgredi temptaverit, ſi clericus
„ eſt, gradu proprio penitus careat; ſi vero mo-
„ nachus, aut laicus fuerit, communione prive-
„ tur. Et ſi non emendaverit vitium, anathe-
„ mate feriatur. Secretas vero inſidias, vel ma-
„ nifeſtas Pontificibus a quibuſcumque illatas,
„ vel ea, quæ hujus ſanctæ ſynodi ſententia com-
„ plectitur, ſi quis ad Eccleſiæ pertulerit noti-
„ tiam, potiatur honore; & hi, qui adverſa eis
„ moliuntur, ſicut a ſanctis patribus dudum ſta-
„ tutum eſt, & hodie ſynodali, & Apoſtolica
„ auctoritate firmatur, penitus abjiciantur, &
„ exilio, ſuis omnibus ſublatis, perpetuo tra-
„ dantur". *Syn. Rom. V. ſub Symmach. in fin.*

CAPUT V.

23. q. 4. c. 30. Beliſarius mandavit, me ad ſe venire, &c. me vi retentum miſerunt in exilium, &c. Ego tamen propterea non dimiſi, nec dimitto officium meum, ſed cum Epiſcopis, quos congregare potui, eos, qui talia contra me egerunt, anathematizavi; & una cum illis Apoſtolica, & ſynodali auctoritate ſtatui, nullum unquam taliter decipiendum, ſicut deceptus ſum; & ſi aliquis deinceps ullum unquam Epiſcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum. *Silv. in ſyn. epiſt. 1. Anſelm. lib. 12. cap. 8.*

CAPUT VI.

Statuimus, ut nullus futuris temporibus Epiſcopis vim inferre, vel eos temere lacerare præſumat; quatenus, cum ad ſynodum conveniunt, libere eis tractare, & ſtatuere liceat, quæ ſanctorum patrum canonica cenſura decrevit. Nullusque eos lacerare, vel ſacris canonibus, & juſta examinatione inquietare, &c. abſque ſtatus ſui periculo pertemptet. *Ravenn. ſub Joann. IX. c. 2.*

CAPUT VII.

Violatores, ſeu corruptores ſacri tumuli Formoſi Papæ, qui ſub fœdere conſpirationis ad capiendum theſaurum, corpus illius trahentes in fluvium Tiberim jactare non timuerunt, divina auctoritate, ſynodalique noſtro conſultu, niſi reſipuerint, ſint a ſanctæ Dei Eccleſiæ liminibus ſeparati. *Ravenn. ſub Joann. IX. part. 1. cap. 9.*

CAPUT VIII.

Ubicumque presbyter, vel monachus, vel peregrinus, vel res eorum captæ fuerint, ſtatim excommunicetur receptum, unde factum, vel ad quod ductum fuerit. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. cap. 15.*

CAPUT IX.

Si quis parochianus, vel dictis, vel factis contumelias ſuo intulerit presbytero, extra Eccleſiam ſit, donec ſatisfaciat, ne nomen Dei, & ordo vileſcat. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap. 26.*

CAPUT X.

Si quis Epiſcopum ceperit, & incarceraverit, perpetuæ infamiæ ſubjaceat; ulterius arma non exerceat, & clamatum eſt ab omnibus, fiat. *Urban. II. in concil. Claromont. cap. 30.*

CAPUT XI.

Si quis ſuadente Diabolo hujus ſacrilegii reatum incurrerit, quod in clericum, vel monachum violentas manus injecerit, anathemati ſubjaceat; & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis imminente * periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c. 11. apud Ivo poſt panorm. in aliis eſt cap. 15. Eugen. III. in ſynod. Remen. cap. 13.* *17. q. 4. c. 29.* ** urgente.*

CAPUT XII.

Si clericus injuria affecerit Epiſcopum, deponatur: *Præfecto enim populi tui non maledices.* *Exod. 22. Act. 23.* *Apoch. cap. 55.* Si presbyterum, vel diaconum, excommunicentur. *Apoch. cap. 56.*

CAPUT XIII.

Qualis condemnatio, & qualis imminet maledictio his, qui in patres peccant, divina nos docet ſcriptura, ſi enim Cham filius Noe cum vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem, ſed egreſſus nunciavit eam fratribus, & illi veſtimento eum cooperuerunt; ipſe quidem Cham, & illi, qui ex eo nati ſunt, ſub maledicto facti ſunt; qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt; multo magis iſti majore, & ampliore condemnatione digni ſunt, qui patribus obviare, aut contra eos inſurgere nituntur, aut injuriam, vel contumeliam eis inferre moliuntur: quoniam qui eis reſiſtit, Deo reſiſtit; & qui eis injuriam, vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit. *Clemens epiſt. 2. poſt med. Troſlejan. cap. 5.* *2. q. 7. c. 9.* *Geneſ. 9.*

CAPUT XIV.

Si quis ſacerdotum, vel reliquorum clericorum ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei paraverit, aut contumeliam, & calumniam; & convinci potuerit; mox curiæ tradatur. Qui autem facit injuriam, recipiat hoc, quod inique geſſit. *Pius epiſt. 2. in fin.*

CAPUT XV.

Patres ſancti ſynodum congregaverunt generalem in Nicæa, &c. leges poſuerunt, quas ſacros canones appellamus, quibus multa pernéceſſaria ad ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſupplementum columnarum ejus, id eſt, Epiſcoporum, qui eam propriis humeris geſtant, ſunt decreta, & nocu-

menta eorum prohibita; ita ut qui talia agere temptaverint; aut eis nocere præſumpſerint, ſi quidem clerici fuerint, a proprio gradu decidant; ſi vero monachi, aut laici fuerint, anathematizentur. *Jul. epiſt.* 1. *ad Epiſcop. Orient. ante med.*

CAPUT XVI.

Lambertus pſeudo Epiſcopus excommunicatus eſt tum pro aliis nefariis, tum pro eo, quod quinque clericos ad Romanam ſynodum ire, & de malitia ejus querimoniam volentes facere, captione peſſima afflixit. *Greg. VII. lib.* 9. *regiſtr. epiſt.* 34.

CAPUT XVII.

3. q. 6. c. ult.
* *clericum.*
* *convictus.*

Si quis ſæcularium per calumniam Eccleſiam, aut clerum * fatigare temptaverit, & victus * fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & a Catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, arceatur. *Agath. cap.* 32. *Vormat. cap.* 24. *&* 61. *Anſelm. lib.* 3. *cap.* 116. *vel* 125. *Burch. lib.* 15. *cap.* 5. *Ivo part.* 16. *cap.* 6. *decret.*

CAPUT XVIII.

Si qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali exceſſu contumeliam protulerit, a Pontifice diſtrictius vindicetur. *Ilerd. cap.* 11.

CAPUT XIX.

Si quicumque judex clericum abſque cauſſa criminali, id eſt, homicidio, furto, aut maleficio, injuria affecerit, aut cuſtodiæ deputaverit, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur. *Matiſc. cap.* 7.

CAPUT XX.

Sæcularis judex, qui Epiſcopum de Eccleſia extrahit, & qui ei conſenſerint, uſque ad generale concilium anathemate de Eccleſia ſeparentur. *Matiſc. II. cap.* 9.

CAPUT XXI.

Omnis poteſtas Epiſcopalis modum ſuæ ponat iræ; nec pro quolibet exceſſu cuilibet ex familia Eccleſiæ aliquid corporis membrorum ſua ordinatione præſumat extirpare, aut auferre. Quod ſi talis emerſerit culpa, advocato judice ad examen ejus deducatur, quod factum fuiſſe aſſeritur: & quia omnino juſtum eſt, ut Pontifex ſæviſſimam non impendat vindictam, quidquid coram judice verius patuerit, per diſciplinæ ſeveritatem, atque turpi decalvatione maneat emendatum. *Emerit. cap.* 15.

CAPUT XXII.

Quicumque judex, aut ſæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus abſque audientia Epiſcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anno ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus. *Antiſ. cap.* 43.

CAPUT XXIII.

Diſt. 45. Cum beatus, *cap.* 8.

Presbyteri, Abbates, & Levitæ, exceptis gravioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubjacere. Si quis aliter fecerit, juxta modum verberum, quæ intulerit, excommunicationem, pariter, & exilii ſententiam ſuſtinebit. *Brac. III. cap.* 6.

CAPUT XXIV.

17. q. 4. c. 27. Qui ſubdiac.

Si quis ſubdiaconem calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convaluerit, quinque quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & ccc. ſolidos cum ſua compoſitione, & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & cccc. ſolidos cum tripla ſua compoſitione, & Epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat. *Synod. apud Theodonis villam cap.* 1. *& ibidem in edicto Imp. Caroli Magni. Burch. lib.* 6. *c.* 5. *&* 6. *Ivo lib.* 8. *tit.* 2. *cap.* 2. *panorm. & part.* 10. *cap.* 9. *& cap.* 134. *&* 135. *decret. Capitul. lib.* 3. *cap.* 25. *Longob. lib.* 1. *tit.* 9. *cap.* 27. *Cæſar. lib.* 7. *cap.* 7.

CAPUT XXV.

Si diaconum calumniatus fuerit, & convaluerit, ſex quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & quadringentos ſolidos cum compoſitione ſua, & Epiſcopalibus bannis componat, ſi autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas ſex quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & ſexcentos ſolidos cum tripla ſua compoſitione, & Epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat. *Ibid. cap.* 2. *& in edicto Imperat. Burch. & Ivo ubi ſupra.*

CAPUT XXVI.

Si quis presbyterum calumniatus fuerit, & ſpaſſaverit *, ſeptem quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & ſexcentos ſolidos cum triplici ſua compoſitione, & Epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat, ſi autem mortuus fuerit duodecim annorum pœnitentia ſecundum canones ei imponatur, & CM. ſolidos cum triplici compoſitione ſua, & Epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat. *Ibid. c.* 3. *Burch. & Ivo ubi ſupra.*

* *debilitaverit.*

CAPUT XXVII.

Si quis Epiſcopo inſidias poſuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehoneſtaverit, decem quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & presbyteri non occiſi triplicem compoſitionem componat. Si autem caſu, & non ſponte occiditur, cum comprovincialium Epiſcoporum conſilio homicida pœniteat. Si quis autem ſponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitæ ſuæ. Cingulum militare deponat, abſque ſpe conjugii in perpetuo maneat. *Syn. apud Thod. villam c. ult. Burch. & Ivo ubi ſupra.*

CAPUT XXVIII.

De Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, & monachis interfectis quærendum a Domino Imperatore eſt, cui illius homicidii pretium exolvendum ſit. *Cabilon. ſub Carolo, cap.* 24.

CAPUT XXIX.

Qui presbyterum occidit, duodecim annorum ei pœnitentia ſecundum ſtatuta priorum imponatur: aut ſi negaverit, ſi liber eſt, cum XII. juret, &c. Convictus vero noxæ uſque ad ultimum vitæ tempus militare cingulum deponat, & uxorem amittat *. *Magunt. ſub Raban. c.* 24. *Burch. lib.* 6. *cap.* 7. *Ivo part.* 10. *cap.* 136. *decret. Pœnit. Roman. tit.* 1. *cap.* 1.

17. q. 4. c. 24. *de pœnit.* 8. q. c. 2. *de purg. vulg. in* 1. *coll.*
* id eſt, *non accipiat.*

CAPUT XXX.

Nuntiatum eſt nobis, quod aliqui, qui olim di-

dixerunt, ſe fuiſſe ſacerdotes, & poſtea degradati pro ſuis peccatis, pœnitentiam agendo ſuffragia ſanctorum per diverſa loca tranſeuntes quæſierunt, trucidati ſunt. Hujuſcemodi interfectoribus omnem Eccleſiaſticam communionem denegamus, donec dignam pœnitentiam pro reatu ſuo ſecundum judicium Epiſcoporum exſolvant. *Magunt. ſub Raban. cap.* 25.

CAPUT XXXI.

Qui ſacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibere præſumat, & jejunet uſque ad veſperam exceptis feſtis diebus, atque dominicis. Arma non ſumat; & ubicumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, ſed propriis pedibus proficiſcatur; Eccleſiam per quinquennium non ingrediatur, ſed cum ſacrarum orationum officia, aut miſſarum ſolemnia celebrantur, ante fores baſilicæ perſeveret orans, ac deprecans dominum, ut tanto crimine abluatur. Poſt expletum vero quinquennii tempus ingrediatur Eccleſiam, nondum vero communicet, ſed inter audientes tantummodo ſtet, vel dum facultas conceditur, ſedeat. Et cum decimi anni curſus fuerit finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur medela: maneat autem in reliquis obſervationibus tres dies per hobdomadam, ut perfectius ad culmen purificationis pervenire mereatur. *Vorm. cap.* 26. *Magunt. ſub Arnulpho cap.* 16.

CAPUT XXXII.

Relatum eſt ſanctæ ſynodo, quod a malis Chriſtianis plurimæ vexationes ſacerdotibus Chriſti, ſeu cæteris clericis inferioris gradus ſæpiſſimæ inferantur, &c. Si quis clerico aliquam injuriam, ſeu calumniam ingeſſerit, a liminibus ſanctæ Eccleſiæ arceatur, uſque ad condignam ſatisfactionem. *Magunt. ſub Arnulpho, cap.* 7.

CAPUT XXXIII.

Ad aures ſanctæ ſynodi Arno venerabilis Vutziburgenſis Eccleſiæ ſe reclamavit, quod quidam ſceleſti quendam honorabilem presbyterum ſuum comprehendiſſent, eique nares abſcidiſſent, & capillos capitis incidiſſent, nec non & ſævis verberibus cruciatum ſemivivum reliquerant. Unde tanto ſcelere inaudito peracto, ſancta ſynodus ſtatuit, ut iidem temerarii anathematis vinculo conſtringantur, quouſque proprio Epiſcopo poſt dignam pœnitentiam abſoluti ſanctæ matri eccleſiæ ſociari mereantur. *Magunt. ſub Arnulph. cap.* 8.

CAPUT XXXIV.

Si quis presbyter, quod abſit, quia ſacerdos altiſſimi Dei eſt, vulneratus, vel quibuslibet injuriis, & contumeliis dehoneſtatus evaluerit, & ſupervixerit, tota compoſitio perſolvatur presbytero. Si autem articulo mortis præventus obierit, pretium viceregeldi * tripartita partiatur diviſione, id eſt altari, cui ordinatus fuerat, pars una; Epiſcopo, in cujus diœceſi erat, altera; tertia, parentibus, de quibus ortus fuerat. Si vero in atrio eccleſiæ aliquid ex iſtis presbytero factum fuerit, ſupradicto modo presbytero, & pro presbytero ſolvatur. Sed quia, ut Hilarius Papa omnibus Epiſcopis per diverſas provincias in epiſtula ſua ſcribit, injuria ſacerdotum, & eccleſiarum ſacrilegium eſt, ſacrilegium in atrio factum altari, & Domino ejuſdem loci perſolvatur. *Tribur. cap.* 4.

* id eſt, *multa pecunia.*

CAPUT XXXV.

Si quis ſacerdotem non coactus, ſed propria voluntate ſeductus morti tradiderit, ſecundum ſententiam Apoſtolicorum, & noſtrorum moderni temporis ſacerdotum, quinquennio pleniſſimæ caſtigationi pœnitentiæ ſubſternatur, ita ut carnem non manducet, nec vinum bibat: jejunet autem uſque ad veſperam, exceptis dominicis, & diebus feſtis. Arma non portet, & ubicumque eat, pedibus incedat; Eccleſiam non intret, ſed ante fores ſtet orans Dominum puro corde, ut abluatur tanto crimine. Expleto vero quinquennio, introducente Epiſcopo, ingrediatur Eccleſiam, nondum tamen communicans, ſed intra * audientes ſtans. Et aliud quinquennium indulgentius introeat indultum. Quo vero expleto, cum decimi anni curſus fuerit finitus gratia communicandi, & licentia concedatur ei equitandi. Maneat autem in reliquis obſervationibus tres dies per hebdomadam, ut purificationis mereatur culmen. *Tribur. cap.* 5.

* *inter*, ſ.

CAPUT XXXVI.

Si quis irreverens timorem Domini poſtponens, in ſervos ejus ſævire præſumpſerit, quos ipſe præ cæteris peculiari ſingularitate ſibi ſegregavit, & coronæ ſuæ ſimilitudinem, tradente Apoſtolorum principe, geſtare fecit, & ſervos ſuos dici, & eſſe voluit, ſortemque illorum ſe conſtituit, ſicut de eis ſcriptum eſt, loquente ipſo Domino: *Ego hæreditas eorum: Dominus hæreditas mea eſt.* Si quis, ut diximus, ullum eorum quocumque ordine conſecratum cæſis vulneribus, vel quibuſcumque injuriis anguſtaverit, jubeat eum Dominus Epiſcopus per bannum a ſe impoſitum ante ſe venire, & advocet cognitorem, & adjutorem comitem, conſtringat protervum Epiſcopus auctoritate canonica, ut eidem clerico, cui contra divinas, & humanas leges contumelias ingeſſit, juſtam, & debitam perſolvat compoſitionem, & comite agente, perſolvat bannum Regibus debitum. *Tribur. cap.* 20.

1. *Pet.* 2.

Deut. 18. *Num.* 18. *c.*

CAPUT XXXVII.

Qui ſacerdotibus injuriam, vel contumeliam, irrogant, Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto, cujus vices agunt, injurioſi, & contumelioſi exiſtunt. Et quia omnes, qui Eccleſias, ſacerdoteſque contra divinas ſanctiones vexant, ſacrilegi habentur, atque indubitanter infames ſacrilegi vocantur. Si ſacerdotes Dei non ſunt infeſtandi, non contriſtandi, non accuſandi, non a ſæcularibus arguendi, non reprehendendi, non aliqua injuria, vel contumelia afficiendi, quanto minus perſequendi, excæcandi, aut interficiendi? Si quis Epiſcopo aliquam injuriam, aut injuſtam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia, quæ habere viſus fuerit, Eccleſiæ, cui Epiſcopus eſſe dignoſcitur, integerrime ſocientur, & nobis in triplo, bannus noſter, id eſt ſolidi ſexaginta perſolvantur, aut ipſe in ſervitio fiſci noſtri ſervitурus ſemper ſocietur, uſque ſe redi-

mat

mat in triplo juxta Wirgildum ſuum, ſi potuerit. Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias, earumque res irruens, ſacerdotibus, & miniſtris, vel ipſo cultu; locoque aliquid importet injuriæ, vel inferat ad divini cultus injuriam, convictos, ſive confeſſos reos capitali ſententia noverit vindicandum; nec expectetur, ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat. Quicumque judex ſæcularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, atque de junioribus abſque audientia Epiſcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anathema ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur. *Troslejan. c. 5. ex Capitular. Caroli Imperatoris lib. 6. cap. 98. 99. & 297.*

CAPUT XXXVIII.

11. q. 1. c. 2. de foro comp. c. 2. Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 1. coll.

Nullus judex neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum, aut juniorem Eccleſiæ ſine conſcientia Pontificis per ſe diſtinguat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit ab Eccleſia, cui injuriam fecit, quam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, donec reatum ſuum cognoſcat, & emendet. *Troslejan. cap. 6. Capitul. lib. 6. cap. 154. lib. 7. cap. 139. & in addit. c. 210. Burch. lib. 16. cap. 22.*

CAPUT XXXIX.

Quoniam hoc ſcelus homicidiorum inter noſtros jam crebrius actitatur, & non ſolum quorumlibet Chriſtianorum, ſed ipſorum etiam Chriſti miniſtrorum inſuper, & ſummorum ſacerdotum temerarie ſanguis effunditur, & Dei timor, ſacræque legis veteris, & novæ obſervatio, ac ſacerdotalis reverentia, canonum quoque ſtatuta conculcantur, &c. Quid nobis agendum eſt, dum religio ſancta annullatur, dum fas, & jus confunditur? reſtat dummodo proclamare cum
Pſalm. 73. Pſalmiſta ad Dominum, & dicere: *Exurge Deus, judica cauſſam tuam; memor eſto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab inſipiente ſunt tota die.* Verumtamen, ut quos divinus non reſtringit, ſaltem humanus timor coerceat; proponantur eis edicta Imperialia; in libro Capitular. VI.
17. q. 4. c. 28. cap. 90. ita cenſetur: „ Qui occiderit monachum, aut clericum; arma relinquat, & Deo „ in monaſterio ſerviat cunctis diebus vitæ ſuæ: „ nunquam ad ſæculum reverſurus, & ſeptem „ annos publicam pœnitentiam gerat “. Ex eodem libro cap. 28. „ Si quis ſacerdotem, vel le„ vitam, aut monachum interfecerit, vel debi„ litaverit, juxta ſtatuta priorum capitulorum, „ quæ legi ſunt addita, & inſuper bannum no„ ſtrum, id eſt ſexaginta ſolidos, nobis perſol„ vat, & arma relinquat, atque in monaſterio „ diebus vitæ ſuæ ſub ardua pœnitentia Deo
* 157. „ ſerviat “, &c. Itē in lib. VII. cap. CCLV. * „ De „ homicidis ita juſſimus obſervari; ut quicumque auſu temerario alium ſine cauſſa occiderit, „ vitæ periculo experiatur; & pretio ſe redimere „ nunquam audeat: & ſi convenerit, ut ad compoſitionem quiſque deſcendat, nullus de pa„ rentibus, aut amicis eum quidquam adjuvet, „ quod ſi fecerit, ſuum Wirgildum omnino „ componat “. Cum ergo de iſtis tam diſtrictum proferatur judicium, quid cenſebitur de nece Epiſcoporum? Quod fortaſſis hic videtur omiſſum, quia poſt ſopitam perſecutionis chriſtianorum, quæ a paganis exercebatur, ſævitiam, vel fuit rariſſimum, vel nullum tam immane facinus inter chriſtianos eſt perpetratum; & idcirco quomodo pœniteri, vel puniri debeat, hac non eſt lege definitum. Hoc tantum inter cætera capitularium ſcripta libro quinto cap. 261. reperitur. Quod qui Epiſcopum occiderit, nongentis ſolidis culpabilis judicetur. Sane quo modo in talibus vindicandum ſit, quia non hominis vindicta quæritur, ſed Dei, ne, quantum ad humanum ſpectat interitum, tantum facinus videatur remanere inultum; & ſuper eos, qui Dei vindices eſſe debuerant, dum ſuas gravius, Dei vero vel levius, vel nullatenus ulciſcuntur injurias, juſtum ejus ſuperducatur judicium, videat Rex, ut recte de talibus judicando, nomen ſuum ſatis adimpleat, &c. Nos vero talibus, ſi forte tandem aliquando, vel in ultimis ſuis reſipuerint, nequaquam pœnitentiam denegari dicimus, &c. Si tamen pœnitentiam agere noluerint, ſed ut cœperunt, in ſua perſeveraverint malitia, nos quoque cum omni eccleſia Chriſti eis nec vivis, nec mortuis communicabimus. Inſuper & ſecundum poteſtatem nobis a beato Petro, & in cæteris collatam Apoſtolis, quibus dictum eſt: *Quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis*, anathematis vinculo eos innodabimus, Matt. c. 18.
ut juxta Pauli vocem, quia non amant Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quin * in uno oderunt, & perſequuntur; & illum, qui nomen * quinimmo.
ejus cum ſacra unctione geſtabat, viceſque illius agebat, Chriſtum Domini interfecerunt; ſit quiſque eorum, qui hoc nefandiſſimum ſcelus opere perpetravit, & quicumque eis quoquomodo faciendo, & communicando conſentit, anathema maranatha, id eſt condemnatus donec Dominus redeat; vel perditio, ſive, ut dictum eſt, condemnatus in die judicii, quando Dominus veniet. *Troſl. cap. 13. Ivo part. 10. cap. 10. decret. Cæſar. lib. 7. cap. 7.*

CAPUT XL.

Quidam Stephanum Epiſcopum dolo occidit; cœnobium petiit. Abbas directis litteris ad Papam Romanum conſultum expoſtulat, cui Apoſtolicus talia remandat. Impoſſibile eſt, talem ad aliquem gradum provehi, &c. Sed nec communionem ſanctam accipere poteſt. In exitu autem vitæ pro miſericordia ei viaticum detur. Nihil hic aliud, quam luctum agat, ſi illic forte miſericordiam inveniat. Ita hactenus ille vivit permaneus in pœnitentiæ luctu, non offerens, neque communicans. *Lemov. act. 2.*

CAPUT XLI.

Maras excommunicatus eſt a proprio Archidiacono, quoniam injuriam fecit presbytero. *Ibas Epiſcopus in ſyn. habita Tyri; vide apud Chalc. act. 10. ante med.*

CAPUT XLII.

„ Vox ſanguinis fratris mei Joannis clamat ad „ Deum contra te, o Imperator, ſicut quondam „ Abel juſti contra parricidam Cain, &c. Ejeci„ ſti

„ ſti e throno ſuo re non judicata magnum tot-
„ ius orbis doctorem, & una cum eo Chriſtum
„ perſecutus es, &c. Nova autem Dalila Eudo-
„ xia, quæ paulatim te erroris, ſeu ſeductionis
„ novacula totondit, execrationem ex multo-
„ rum ore ſibi ipſi induxit, grave, & quod geſta-
„ ri nequeat, peccatorum pondus colligans, at-
„ que id prioribus peccatis ſuis ſuperaddens. Ita-
„ que ego minimus, & peccator, cui thronus ma-
„ gni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego te, &
„ illam a perceptione immaculatorum myſte-
„ riorum Chriſti Dei noſtri: Epiſcopum etiam
„ omnem, aut clericum ordinis ſanctæ Dei ec-
„ cleſiæ, qui adminiſtrare, aut exhibere ea vobis
„ auſus fuerit, ab hora, qua præſentes vinculi
„ mei legeritis litteras, dignitate ſua exceditſe
„ decerno, &c. Arſacium, quem pro magno Jo-
„ anne in thronum Epiſcopalem produxiſtis, et-
„ iam poſt obitum exauctoramus, una cum o-
„ mnibus, qui conſulto cum eo communica-
„ runt, Epiſcopis; cujus etiam nomen ſacro E-
„ piſcoporum albo non inſcribatur; indignus
„ enim eo honore eſt, ut qui Epiſcopatum qua-
„ ſi adulterio polluerit, &c. Ad Theophili abro-
„ gationem addimus excommunicationem, ana-
„ thematiſmum, & abſolutam a chriſtianiſmo
„ alienationem“. *Innoc. epiſt. ad Archad. Imp. apud Niceph. lib. 13. c. 34.*

Pars Quinta.
De iis, qui ſervos occidunt.

Caput I.

Diſt. 50. c. 43.

SI qua fœmina furore zeli accenſa flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, &c. ſi voluntate occidit, poſt ſeptem annos; ſi caſu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quod ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem. *Elib. c. 5. Magunt. ſub Rab. cap. 22. Vormat. cap. 39. Raban. cap. 14. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 19. Ivo part. 10. cap. 22. & 148. decret. Anſelm. lib. 11. c. 35.*

Caput II.

Si quis ſervum proprium ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione (vel pœnitentia*) biennii reatum ſanguinis emendabit. *Agath. c. 62. Epaun. c. 34. Magunt. ſub Rab. c. 22. Vormat. c. 38. Rab. c. 14. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 18. Ivo part. 10. cap. 147. decret. Anſelm. lib. 11. c. 55.*

* *hæc verba deſunt in Epaun.*

Pars Sexta.
De variis homicidiis.

Caput I.

HOmicidæ, malefici, fures, &c. nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi. *Fœlix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 15.*

Caput II.

Si quis perpetrato homicidio manſerit in adulterio, ad perfectam pœnitentiam minime recipi debere decretum eſt. *Urban. II. in concil. Clarom. c. 22. al. 20.*

Caput III.

Si clericus in pugna quem percuſſerit, & is moriatur, deponatur, laicus excommunicetur. *Apoſt. c. 64.*

Caput IV.

Homicidas ab Epiſcoporum vexatione, & accuſatione prohibebat Petrus Apoſtolus. *Clem. epiſt. 1. poſt med.* 6. q. 1. c. 5. Beatus.

Caput V.

Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt, omnes fures, &c. homicidas, raptores, &c. *Steph. epiſt. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 173. Anſelm. lib. 3. cap. 5. Ivo part. 5. cap. 291. Cæſarauguſt. lib. 5. cap. 28.* 6. q. 1. c. 17.

Caput VI.

Hæretici omnes, & ſuſpecti, & excommunicati, homicidæ quoque, atque malefici, &c. nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi. *Eutych. epiſt. 2. in med.*

Caput VII.

Statuimus iterum cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, Epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, &c. ſimileſque eorum nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi. *Euſeb. epiſt. 3. in princ. Hadrian. ad Epiſc. Mediom. cap. 63. Burch. lib. 16. c. 4. Anſelm. lib. 3. cap. 19. Ivo part. 10. c. 37. decret.* 3. q. 5. c. 9.

Caput VIII.

Qui convivio ſolo gentilium, & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis, & manus impoſitione purgari, &c. Si autem aut idola adoravere, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos, niſi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti. *Leo epiſt. 90. in fin.*

Caput IX.

Quidam ex fidelibus ad immolandum ſua venundant mancipia, &c. Eis ſimilem homicidæ indices pœnitentiam. *Gregor. II. ep. 8. in fin.*

Caput X.

Si quos repererit tua fraternitas Epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel ſtatuta patrum exceſſiſſe, &c. ut ſi ſanguinem chriſtianorum, ſive paganorum effuderunt, &c. nulla ratione Apoſtolica auctoritate permittat ſacerdotio fungi, &c. Qui non ab hominum ſanguinis effuſione manus ſervant innoxias, quales ſe eſſe ſacerdotes exiſtimant? &c. propriis manibus chriſtianos, atque paganos homines necant, & fit, ut quibus in remiſſionem peccatorum debuerunt lavacrum regenerationis impendere, atque Chriſti ſacramentum donare, ne in æternum perirent; eorundem ſacrilegis manibus ipſi extinguantur, &c. *Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus*, &c. Iſti nec ſacerdotio fungi patiantur, neque divina contingere myſteria, commonemus. *Zachar. ep. 6. poſt princ.* Pſalm. 5.

Caput XI.

Igitur referentes qualiter divina clementia chriſtianam religionem perceperitis; qualiterque populum veſtrum baptizari omnem feceritis, qualiter autem illi poſtquam baptizati fuerunt, inſurrexerint unanimiter cum magna ferocitate contra vos dicentes, non bonam vos eis legem tra-

tradidiſſe, volentes etiam vos occidere, & regem aliu n conſtituere; & qualiter vos divina cooperante potentia adverſus eos præparati a maximo uſque ad modicum ſuperaveritis, & manibus veſtris detentos habueritis; qualiterque omnes primates eorum, atque majores, qui in culpa erant, cum omni prole ſua (*a vobis*) gladio fuerint interempti; mediocres vero, ſeu minores nihil mali pertulerint. De his noſſe deſideratis, qui vita privati ſunt, utrum ex illis peccatum habeatis. Quod utique ſine peccato evaſum non eſt; nec ſine culpa veſtra fieri potuit, ut proles, quæ in conſilio parentum non fuit; nec adverſus vos arma ſuſtuliſſe probatur, innocens cum nocentibus trucidaretur, &c. Verum quia zelo chriſtianæ religionis, & ignorantia potius, quam alio vitio deliquiſtis, pœnitentia ſubſequente per Chriſti gratiam, de his & miſericordiam conſequemini. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 17.

CAPUT XII.

Conſuetudinis eſſe patriæ veſtræ perhibetis, ſemper cuſtodes inter patriam veſtram, & aliorum juxta terminos invigilare; & ſi ſervus, aut liber per eandem cuſtodiam quocunque modo fugerit, ſine omni intermiſſione cuſtodes pro eo interimuntur. Deinde percontamini, quid nos hinc judicemus. Et de hoc in legibus eſt requirendum. Verumtamen abſit a mentibus veſtris, ut tam impie jam judicetis, qui iam pium Deum, & Dominum agnoviſtis; præſertim cum magis oporteat, ut ſicut hactenus ad mortem facile quoſque pertraxiſtis, ita deinceps non ad mortem, ſed ad vitam, quos poteſtis, nihilominus perducatis. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 25.

CAPUT XIII.

De iis, qui ſocium ſuum morti tradiderint, venerandæ leges proprium robur obtineant: ſed ſi ad eccleſiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur: pœnitentiæ vero, quam Antiſtites loci, vel presbyter conſideraverit, abſque dubio ſubmittatur. *Nicol. ad conſ. Bulg. c.* 26. *&* 27.

CAPUT XIV.

De eo, qui nolens hominem interfecerit, id ſtatuimus, quod ſacræ regulæ ſtatuunt, quas Epiſcopum veſtrum apud ſe penes vos poſitum præ manibus oportet ſemper habere. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 30.

CAPUT XV.

Circam eum, de quo ſciſcitamini, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad miſericordiam exhortamur; ſicut & Dominus ju-
Luc. 6. bet dicens: *Dimittite, & dimittetur vobis. Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 85.

CAPUT XVI.

Diſt. 50. Eos vero, c. 42. & c. Si quis, 44. Homicidæ voluntarii in exitu vitæ tantum communicent, caſuales olim ſeptennio, hodie quinquennio pœniteant. *Ancyr. c.* 22. 23. *G.* 22. *L. Tribur. c.* 52. *Magunt. ſub Rab. c.* 22. *ex concil. Neocaſ. & c.* 23. *ex Ancyr. Troſl. c.* 13. *vide Epaun. c.* 31. *Mart. Brach. c.* 79. *Rab. c.* 15. *de pœnit. Ivo part.* 10. *c.* 25. 142. 144. *&* 39. *decret. Burch. lib.* 6. *c.* 13. *&* 15.

CAPUT XVII.

Flamines, qui poſt fidem lavacri, & regenerationis ſacrificaverint, eo quod geminaverint ſcelera accedente homicidio, vel triplicaverint facinus cohærente mœchia, placuit eos, nec in fine accipere communionem. *Elib. c.* 2. *Hic nimius rigor moderatus ab eccleſia.*

CAPUT XVIII.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo, quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in finem habeat communionem. *Elib. c.* 6. *Troſl. cap.* 13.

CAPUT XIX.

Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, non niſi in finem accipiat communionem. Si levior cauſſa fuerit, intra quinquennium accipiat communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennium admittatur ad baptiſmum. *Elib. c.* 73. *Burch. lib.* 6. *c.* 27. *Ivo part.* 10. *c.* 156. *decret. Capitul. lib.* 6. *c.* 244. *& lib.* 7. *cap.* 205. *& in addit. c.* 160. 5. *q.* 6. *c.* 6.

CAPUT XX.

Homicidas, & falſos teſtes a communione Eccleſiaſtica ſubmovendos cenſuimus, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina diluerint. *Agath. c.* 37. *Venet. c.* 1. *Magunt. ſub Rab. c.* 22. *Troſl. c.* 13. *Burch. lib.* 6. *c.* 29. *Ivo part.* 10. *cap.* 38. *&* 158. *decret. Rab. c.* 13. *de pœnit.* 24. *q.* 3. *c.* 20. Itaque.

CAPUT XXI.

Homicidis penitus non communicandum, donec per confeſſionem pœnitentia ipſorum crimina diluantur. *Turon. c.* 7.

CAPUT XXII.

De pœnitentia homicidarum, qui ſæculi leges evaſerunt, hoc ſumma reverentia de eis inter nos placuit obſervari, quod Ancyrani canones decreverunt. *Epaun. c.* 31. *vide Ancyr. cap.* 22. 23. *G.* 22. *L.*

CAPUT XXIII.

De homicidis, adulteris, & furibus, ſi ad eccleſiam confugerint, id conſtituimus obſervandum, quod Eccleſiaſtici canones decreverunt, & lex Romana conſtituit; ut ab eccleſiæ atriis vel domo Epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat; ſed nec alteri conſignare; niſi ad Evangelia datis ſacramentis, de morte, & debilitate, & omnium pœnarum genere ſint ſecuri; ita ut ei, cui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conveniat. Quod ſi quis ſua ſacramenta convictus fuerit violaſſe, reus perjurii non ſolum a communione eccleſiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum convivio ſeparetur. Quid ſi is, cujus reus eſt, noluerit intentione faciente componi; & ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit, ab eccleſiæ clericis non quæratur. *Aurel. c.* 1. *al.* 3. 17. *q.* 4. *c.* 36. Id conſtituimus.

CAPUT XXIV.

Quiſquis homicidium voluntáte commiſerit; ita ut occidere audeat innocentem: ſi a principibus, aut a parentibus quacumque re ſe reddiderit abſolutum, modus pœnitentiæ diſtringendi in ſacerdotis poteſtate conſiſtat. *Aurel. IV. cap.* 27. *al* 28.

CAPUT XXV.

Plerique ſacerdotum, &c. miſſam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis

vis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud, niſi ut is, pro quo id ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis interventu mortis, ac perditionis incurrat periculum, &c. Obinde noſtra elegit unanimitas, ut ſi quis ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus a porprii deponatur ordinis gradu, & perpetuo exulet cum eo, qui eum ad id inciiavit, & in fine vitæ tantum communicet, &c. *Tolet. XVII. c. 6.*

CAPUT XXVI.

Iterum ſuppliciter admonendo veſtræ ſuggerimus ſerenitati, ut veſtro ſolertiſſimo ſtudio, veſtraque Imperiali auctoritate, tam temeraria chriſtianorum ſanguinis effuſio in regno veſtro fieri non ſinatur, ſemper illud attendentes, quod Dominus poſt diluvium dixerit famulo ſuo Noe:
Geneſ. 9. a. *De manu hominis, & de manu viri, & fratris ejus requiram animam hominis.* Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo, &c. Neſcimus qua pernoxia adinventione a nonnullis uſurpatum eſt, ut hi, qui nullo miniſterio fulciuntur, propter ſua odia, & diverſiſſimas voluntates peſſimas indebitum ſibi uſurpant in vindicandis proximis, & interficiendis hominibus vindictæ miniſtrum; & quod Rex ſaltem in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipſi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium, & putant ſibi licere ob inimicitiarum vindicatas, quod nolunt, ut rex faciat propter Dei vindictam. *Pariſ. ſub Lud. lib. 3. cap. 17.*

CAPUT XXVII.

Plurimi veſtrum homicidia crudeliſſime exercent, & creaturam diſſipant, quæ facta eſt ad imaginem Dei, ad ejus injuriam, qui creavit. Sancti Dei, qui ante nos eccleſiam rexerunt, eos, qui voluntarium homicidium fecerint, pœnitentiam, quamdiu viverent, facere ſtatuerunt: & ut nunquam acciperent ſanctam communionem, niſi in fine pro viatico decreverunt. De uno homicidio hoc ab illis eſt confirmatum. Vobis quid faciendum eſt, de quibus nunciatur, multos a ſingulis trucidatos. *Syn. Tullen. in ep. ad Rothbertum, & alios.*

CAPUT XXVIII.

1. q. 5. c. ult. Si Epiſcopo, aut presbytero cauſſa criminalis, hoc eſt, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in ſingulis miſſam celebrare, & ſecretam publice dicere, & communicare debet, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem reddere. Quod ſi non fecerit, quinquennio a liminibus eccleſiæ extraneus habeatur, ſicut antiqui canones inſtituerunt. *Vormat. cap. 10. Burch. lib. 2. c. 199. Ivo part. 6. c. 272. decret.*

CAPUT XXIX.

Qui odii meditatione, vel propter avaritiam paganum occiderit, quia non levi vitio committitur, ut homicidam convenit pœnitere: quandoquidem nec exteris gentibus, niſi oblatam pa-
Deut. 20. cem reſpuerint, bellum eſt populo antiquo penitus inferre præceptum. *Vormat. c. 27.*

CAPUT XXX.

15. q. 1. c. 12. Si quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda eſt, quam ei, qui ſana mente tale quid commiſerit. Cui quamvis pœnitentia ſit imponenda, quia ipſa infirmitas cauſſa peccati, licet fortaſſis occulta contigiſſe creditur, tanto tamen levior, quam ei, qui ſanus aliquem occiderit quantum inter inſanum, & ſanum, irrationabile, & rationabile conſtat eſſe diſcriminis. *Vormat. c. 28. Burch. lib. 6. c. 25. Ivo part. 10. c. 154. decret.*

CAPUT XXXI.

Sæpe contingit, ut dum quis opere neceſſario Diſt. 50. c. 49.
inſiſtens arborem incidat, aliquis ſubtus ipſam veniens deprimatur; & idcirco ſi voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum eſt, ut homicida pœnitentiæ debet omnino ſubmitti. Quod ſi non voto, non incuria illius, non denique ſcientia contigit, ſed dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus occurrens ſub arborem improviſus devenit, & ſua ipſa nemine valente penitus adjuvare ſuppreſſus eſt, inciſor arboris homicidæ proculdubio non eſt comparandus. *Vormat. c. 29. Burch. lib. 6. c. 21. Ivo part. 10. c. 150. decret.*

CAPUT XXXII.

Si quis clericus, quamvis nimium coactus homicidium fecerit, ſive ſit presbyter, ſive diaconus, deponatur. Legimus in canonibus Apoſtolorum, quod Epiſcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur: quanto magis is, qui hoc immane ſcelus fecerit, ab ordine ceſſare debebit? &c. Si quis clericorum præſens erit; ubi homicidium fuerit, & neque conſenſu, neque conſultu, neque in aliquo homicidi reatu pollutus eſſe convincitur, nihil ei obſit, quin conſecratus in gradu permaneat, non conſecratus, ſi alias dignus ſit, promotus accedat. *Tribur. c. 11. Apoſt. 24.*

CAPUT XXXIII.

Una cum interfectis paganis perempti fuerunt in prælio chriſtiani captivi: quia impetu belli a barbaris nequeunt diſtingui. Idcirco juſtum decernentes ſtatuimus cum interfectoribus miſericordius agendum, ita ut quadraginta diebus pœnitentiæ indulgentius tranſactis, penes Epiſcopum ſit auctoritas, & poteſtas, ut perpendat culpam, agat indulgentiam. *Tribur. c. 24.*

CAPUT XXXIV.

Si contingat duos fratres ſimul arborem ſucci- Diſt. 50. Si duo fratres, cap. 50.
dere ſive in ſylva, ſive quocumque loco; & cadente arbore alteri, fuge, vel cave, dixerit, & ipſe ſtans, ſive fugiens ſubtus ipſam arborem devenerit, & mortuus fuerit; ſuperſtes frater innocens de morte defuncti dijudicetur, &c. Hanc eandem ſtatuimus definitionem de cæteris ſimilibus ſive cognatis, ſive nulla proximitate conjunctis. *Tribur. c. 36. Burch. lib. 6. c. 22. Ivo part. 10. c. 151. decret.*

CAPUT XXXV.

Placuit nobis de homicidiis non ſponte commiſſis hic inſerere, quod in Ancyrano ſancto concilio c. 22. legitur, ubi dicitur, de homicidiis non ſponte commiſſis: „ Prior quidem definitio „ poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem „ con-

„ conſequi præcipit; ſecunda vero quinquennii „ tempus replere. Modus autem hujus pœnitentiæ in Epiſcopi ſit arbitrio; ut ſecundum converſationem pœnitentium, poſſit, & extendere tardantibus, & minuere ſtudioſe feſtinantibus". *Tribur. cap.* 52. *Magunt. ſub Raban. cap.* 23.

CAPUT XXXVI.

De his, qui voluntarie homicidium fecerint, Ancyrano ſancto concilio cap. 21. legitur: „ Ut pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant: perfectionem vero, id eſt communionis Chriſti gratiam, circa vitæ exitum conſequantur. Inſtituta canonica, & ſanctorum patrum decreta, noſtro, & omnium orthodoxorum judicio inviolabilem habeant firmitatem. Nobis autem, qui paſtores Chriſti ovium ſumus, pro moderni temporis qualitate, & hominum fragilitate bonum, & utile videtur, ut his, qui voluntarie homicidium fecerint, auctoritate ſynodali, & judicio, generali, & modum caſtigationis imponamus, & certum, ac definitum pœnitentiæ tempus præmonſtremus: ne prolixum tempus pœnitentiæ generet faſtidium negligentibus ſed curſim exercitatis accreſcat opus ſalutis". *Tribur. c.* 54.

CAPUT XXXVII.

Si quis ſponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & nihil manducet illis quadraginta diebus præter ſolum panem, & ſalem, neque bibat, niſi puram aquam, nudis pedibus incedat, lineis non induatur veſtibus, niſi tantum femoralibus, ſæcularia arma non portet, nullo vehiculo utatur, ad nullam fœminam, nec ad propriam uxorem his diebus miſceatur, nullam communionem illis quadraginta diebus cum aliis chriſtianis, nec cum alio habeat pœnitente in cibo, vel potu, aut ullis rebus. Si vero ſint aliqui vitæ ſuæ inſidiatores, ut præ illis non poſſit digne pœnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia, donec ab Epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta. Si enim aliqua corporali infirmitate detentus ſit, ut non poſſit rite jejunare, adhibeatur ei miſericordia, quouſque convaleſcat, & tunc demum pœniteat. Si vero longo tempore eadem ſit occupatus infirmitate, ad Epiſcopum pertinebit, ut prudenter pertractet, quomodo infirmum peccatorem curare diſponat, &c. *Tribur. c.* 55.

CAPUT XXXVIII.

Poſt illos quadraginta dies unum annum integrum ab introitu Eccleſiæ ſuſpendatur, & abſtineat ſe a carne, & caſeo, & a vino, & medone, ac mellita cerviſia, niſi dominicis diebus, & feſtis, qui per illum Epiſcopatum publice celebrantur apud cunctum populum, & niſi vel in hoſte, aut in aliquo magno ſit itinere, vel longe, aut diu ad dominicam curtem, vel ſi infirmitate detentus ſit. Tunc licitum ſit ei tertiam feriam, & quintam, atque ſabbatum redimere uno denario, vel pretio denarii, ſive tres pauperes pro nomine Domini paſcendo, ita dumtaxat, ut vel carne, vel vino, vel medone, id eſt, de tribus una re utatur, non omnibus veſcatur. Poſtquam autem de itinere domum revertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, ſed ſtatuto modo pœniteat. Completo vero unius, ejuſdemque anni curriculo, ita caſtigatus rite, & ordinabiliter, more pœnitentium introducatur in Eccleſiam. *Tribur. c.* 56.

CAPUT XXXIX.

Secundum vero, & tertium annum ſimili modo pœniteat, excepto quod prædictas tres ferias redimere jus habeat, ubicumque eſt, ſive in domo, ſive in itenere. Cætera per omnia obſervet, ut in primo anno faciebat. *Tribur. c.* 57.

CAPUT XL.

Quartum annum, & quintum, ſextum, & ſeptimum iſto modo obſervet. Jejunet autem his ſingulis tres quadrageſimas, unam ante paſcha Domini a caſeo, & pinguibus piſcibus, a vino, & medone, & mellita cerviſia. Alteram ante nativitatem ſancti Joannis Baptiſtæ. Si vero deſunt quadraginta dies ante nativitatē, impleantur poſt nativitatem. Tertiam quadrageſimam ante nativitatem Domini Salvatoris jejunet, & abſtineat ſe a carne, & cæteris rebus prædictis. Et in his quatuor annis tertia feria, & quinta, ac ſabbato manducet, & bibat quodcumque libeat, & ſecundam, atque quartam feriam denario, aut prædicto denarii pretio redimere jus habeat. Sextam vero feriam caute obſervet. His ſeptem annis rite expletis reconcilietur, & more pœnitentium ſacris altaribus, & ſanctæ communioni reſtituatur, atque perfectionem conſequatur. *Trib. cap.* 58.

CAPUT XLI.

Si quis voluntarie, & per inſidias hominem interfecerit, jugi ſe pœnitentiæ ſubmittat; & ſi hoc publice actum conſtat, ſi laicus eſt, a communione orationum quinquennio removeatur: poſt quinquennium tantum in orationum communionem recipiatur; non autem offerat, non corpus Domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur. *Nannet. c.* 17.

CAPUT XLII.

Si quis caſu non volens homicidium perpetraverit, quadraginta diebus in pane, & aqua pœniteat; quibus peractis biennio ab oratione fidelium ſegregetur: non communicet, nec offerat. Poſt biennium in communione orationis offerat; non tamen communicet; poſt quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abſtinentia ciborum in arbitrio ſacerdotis maneat. *Nannet. cap.* 18. *Burch. lib. 6. cap.* 16. *Ivo part.* 10. *cap.* 145. *decret.*

CAPUT XLIII.

Si quis homicidii, aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur; & in finem vitæ ſuæ communionem recipiat. *Mart. Brac. c.* 26. *Anſelm. lib. 7. cap.* 198. *Diſt. 50. c. 8.*

CAPUT XLIV.

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam eccleſiæ catholicæ ſemper ſubjaceat; & communionem in exitu vitæ ſuæ recipiat. Si autem *Diſt. 50. Si quis, c. 44.*

tem

tem non voluntarie, ſed caſu aliquo homicidium fecerit prior canon ſeptem annis agere pœnitentiam juſſit, ſecundus canon quinque mandavit. *Mart. Brac. cap. 78. vel 79. Ivo part. 10. cap. 39. decret.*

CAPUT XLV.

De iis, qui inter barbaros annumerati ſunt, & abſurda quædam in eis, qui ſunt ſui generis, fecerunt. Eos itaque, qui inter barbaros enumerati ſunt, & cum eis in captivitate invaſerunt obliti ſe eſſe Ponticos, & chriſtianos, efferati autem, barbarique redditi, ut & eos, qui ſui ſunt generis vel ligno, vel ſuffocatione interficiant: vias autem, vel domos neſcientibus barbaris oſtendant, etiam ab auditione arceri oportet; donec de iis congregatis ſanctis aliquid communiter viſum fuerit, & ante eos ſancto Spiritui. *Greg. Thaumaturg. cap. 7.*

CAPUT XLVI.

Quemadmodum non licet occidere; ſed occidere in bello adverſarios eſt & juſtum, & laude dignum: ita & magnis laudibus digni habentur, qui ſe in bello præclare, fortiterque geſſerint, & eorum columnæ excitantur, quæ recte geſta prædicent. *Athan. epiſt. ad Ammum monachum.*

CAPUT XLVII.

Maſculorum, & animalium initores, & homicidæ, &c. eadem condemnatione digni habentur. *Baſil. epiſt. ad Amphil. cap. 7.*

CAPUT XLVIII.

Qui ſecuri in ira adverſus uxorem ſuam uſus eſt, eſt homicida. Recte autem me admonuiſti; & ut tuam ſapientiam decuit, ut fuſius de iis dicerem; quoniam multæ ſunt in voluntariis, & involuntariis differentiæ. Eſt enim omnino involuntarium, & multum ab eo, qui incœpit, remotum: ut qui lapidem in canem, vel arborem jaceret, hominem aſſequeretur, &c. Involuntarium autem eſt, & ſi quis volens aliquem in melius convertere, loro, vel virga non dura eum percutiat, mortuus autem ſit, qui percuſſus eſt: propoſitum enim hic conſideratur, quod peccantem corrigere volebat, non autem interimere. Eſt illud quoque & ex involuntariis, ut quiſpiam in pugna ſe ligno, vel manu acriter defendens in præcipuas partes ictum torqueat: ut eum lædat, non ut omnino interficiat. Sed hocquidem ad voluntarium magis accedit: qui enim eo inſtrumento ad ſe defendendum uſus eſt, vel qui acriter, minimeque parcens ictum inflixit, ſatis præ ſe tulit, ſe animi perturbatione victum, homini non pepercíſſe, &c. Qui autem enſe, vel aliquo alio ejuſmodi uſus eſt, nullam habet excuſationem, & maxime qui ſecurim jaculatus eſt, neque enim manu percoſſiſſe videtur, ut in eo eſſet ictus moderatus, ſed jaculatus eſt, ut & ferri gravitate, & acie, & vehementi per magnum ſpatium motu neceſſario fieret pernicioſus ictus. Rurſus autem omnino eſt voluntarium, & quod nullam habet dubitationem, quale eſt, quod fit & a latronibus, & a bellicis incurſionibus: illi enim propter pecunias interimunt probationem fugientes, & qui bella gerunt, ad cædes faciendas accedunt, non terrere, nec caſtigare, ſed adverſarios palam, & ex profeſſo interficere ſtatuentes. At qui, & ſi propter aliquam aliam cauſſam curioſum medicamentum quis miſcuerit, & interfecerit, id inter voluntaria ponendum eſt; ut fere faciunt mulieres, quæ quibuſdam incantationibus, & amuletis ad ſuum amorem attrahere conantur: & dant eis medicamenta, quæ mentibus tenebras, & caliginem offundunt. Hæ ergo, ſi interfecerint, etiam ſi aliud volentes aliud fecerint; tamen propter curioſum, & prohibitum exercitium inter voluntarias homicidas reputabuntur. Itaque & quæ abortum cientia præbent medicamenta, ſunt & ipſæ homicidæ, ſicut & quæ fœtus necantia venena accipiunt. *Baſil. ep. ad Amphil. cap. 8. & 54.*

CAPUT XLIX.

Qui involuntariam cædem fecit in undecim annis abunde ſatisfecit. Clarum eſt enim, quod in iis, qui percuſſi ſunt, quæ voluit Moyſes, obſervavimus, ut eum quidem, qui propter plagas, quas accepit, decubuit, rurſus autem virga ſua innixus ambulavit, occiſum eſſe non reputabimus. Sin autem poſt ictus non ſurrexit, cum eum tamen nolit interficere, qui verberavit, eſt quidem homicida, ſed involuntarius propter propoſitum. *Baſil. ad Amphil. cap. 11.*

CAPUT L.

Cædes in bellis factas patres pro cædibus non reputavere; ut mihi videtur, ignoſcentes iis, qui pro pudicitia, & pietate decertant. Recte autem forte habet conſulere, ut qui ſunt manibus non puris, ſola trium annorum communione abſtineant. *Baſil. ad Amphil. cap. 13.*

CAPUT LI.

Qui mortis ictum dedit proximo, eſt homicida, ſive prior percuſſit, ſive ultus eſt. *Baſil. ad Amphil. cap. 43.*

CAPUT LII.

Qui ſua ſponte interfecit, & poſtea pœnitentia ductus eſt, viginti annis ſacramento non communicabit, viginti autem anni ſic in eo diſpenſabuntur. Debet quatuor annis deflere ſtans extra fores oratorii, & fideles ingredientes rogans, ut pro eo precentur, ſuam iniquitatem pronuncians. Poſt quatuor autem annos inter auditores recipietur; & quinque annis cum ipſis egredietur: ſeptē autem annis cū iis, qui in ſubſtratione orant, egredietur. In quatuor annis ſolum ſtabit cum fidelibus; ſed non erit oblationis particeps. His autem expletis, erit ſacramentorum particeps. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 56.*

CAPUT LIII.

Qui non voluntarie interfecit, undecim annis ſacramentis non communicabit. Undecim autem anni ſic in eo diſpenſabuntur: duos quidem annos deflebit; tres autem annos inter auditores perſeverabit; in quatuor ſubſtratus, & anno ſolum conſiſtet; & deinceps ad ſacra admittetur. *Baſil. ad Amphil. cap. 57.*

CAPUT LIV.

Eſt cædes quidem voluntaria, quæ præparato ſuſcepta eſt ab eo, qui ſe ad hoc compraverat, ut hoc facinus perpetraret. Deinde illud quoque in voluntariis exiſtimatū eſt, quando quis in congreſſu

greſſu verberans plagam per iram mortiferam intulerit; qui enim ira ſemel victus eſt, & animi appetitioni cedit, nihil eorum, quæ malum poſſent amputare, ei in mentem venit. Quare & illic quoque, qui ex concertatione profectus eſt, cædis eventus in factum voluntarium, non in caſum refertur. Involuntariæ autem habent manifeſta indicia, quando quis alicui alteri rei ſtudium applicans caſu aliquid incurabile patraverit. In his ergo cædes quidem in triplex tempus extenditur iis, qui per converſionem voluntario facinori remedium afferunt. Ter novem etiam ſunt anni novenatio annorum numero in uno quoque gradu præfinito, ut in perfecta quidem ſegregatione novem annorum tempore verſetur ab eccleſia prohibitus, alios autem tot annos in auditione permaneat, ſola doctorum, & ſcripturarum auditione dignus habitus. In tertio autem novenario cum ſubſtratis in converſione orans, ut perveniat ad communionem ſacramenti ſcilicet; & in eodem erit obſervatio ab eo qui eccleſiam adminiſtrat, & pro ratione converſionis illi quoque pœnæ extenſio reſcindetur, ut pro novem annis in uno quoque gradu, vel ſex, vel ſeptem anni ſolum fiant, ſi pœnitentiæ magnitudo tempus vincat, & ſuperet correctionis ſtudio eos, qui in longo tempore præſtituto ſuſceptas a ſe maculas ſegnitet eluunt. Involuntarium autem venia quidem dignum, ſed non laudabile judicatum eſt, &c. Quantum autem eſt expiationis tempus ob ſimplicem fornicationem, tantum etiam recte habere exiſtimatum eſt in iis, qui cædem involuntariam feciſſent: ſcilicet in iis quoque pœnitentis voluntate examinata: ut ſi ſit fide quidem digna converſio, non ſervetur annorum numerus: ſed temporis prolixitate reſecata ad Eccleſiæ reſtitutionem, & boni participationem compendio deducatur. *Greg. Nyſſenus ad Letojum cap. 5.*

CAPUT LV.

Si quis tempore non expleto a canonibus præſtituto vita excedat (*loquitur de homicida*) jubet patrum clementia, ut effectus ſacramentorum particeps non viatico vacuus ad extremam illam, & longam peregrinationem mittatur. Sin autem poſtquam ſacramenti particeps factus fuerit, rurſum ad vitam reverſus ſit, ſtatutum tempus expectet in illo gradu exiſtens, in quo erat ante communionem illi ex neceſſitate datam. *Greg. Nyſſenus ad Letojum cap. 5.*

Pars Septima.

De Bello.

CAPUT I.

De expeditione terræ ſanctæ, de indulgentiis, privilegiiſque conceſſis in eo bello commorantibus. *Innoc. III. in concil. gener. Lateran. in fin.*

CAPUT II.

Infames ſunt, qui de publicis fugiunt bellis. *Euſeb. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT III.

23. q. 4. c. 45.
Si non ex fidei merito, & chriſtianæ religionis gratia, tanta excellentiæ veſtræ bellicorum actuum proſperitas eveniret non ſummopere miranda fuerat: cum ſciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuiſſe conceſſa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali providentia, ſed magis orationibus prævenitis; ſit, ut hoc in ſtuporem veniat, quod gloria veſtra non terreno conſilio, ſed Deo deſuper largiente deſcendat. Ubi enim meritorum veſtrorum loquax non diſcurrit opinio? quæ & bella vos frequenter appetere non deſiderio fundendi ſanguinis, ſed dilatandæ cauſſa reipub. in qua Deum coli conſpicimus, loquitur: quatenus Chriſti nomen per ſubditas gentes fidei prædicatione circumquaque diſcurrat, &c. Quæcumque igitur hic illi chriſtianiſſima mente confertis, horum retributionem per ſpem in futuro judicio ſuſtinetis. *Greg. lib. 1. epiſt. 73. Gennadio Patricio. Burch. lib. 15. cap. 18. Anſelm. lib. 13. cap. 30. Ivo part. 16. cap. 19. decret.*

CAPUT IV.

Cognoſcat Abbatem, quem ad Agiulphum ante multum jam tempus tranſmiſimus, pacem cum eo, Deo propitio, quantum nobis ab excellentiſſimo Exarcho ſcriptum eſt, ordinaſſe. Et ideo quouſque pacta de confirmatione pacis ipſius conſcribantur, ne forte hoſtes noſtri in hac dilatione ad partes illas iterum velint accedere, murorum vigilias, & ſolicitudinem in locis facite omnibus adhiberi. Et confidimus in Redemptoris noſtri potentia, quia adverſariorum nobis incurſus, vel inſidiæ denuo non nocebunt, &c. *Greg. Januar. Epiſc. Caralit. lib. 7. regiſtr. indict. 2. epiſt. 2.*

CAPUT V.

Sanctitas veſtra gratiam inter civitatis ſuæ habitatores, adhibitis ſibi filiis ſuis, ſacerdotali adhortatione, ſicut eam decet, ſtudeat facere: quia in hoc maxime tempore quando de hoſte formido eſt, diviſum habere populum non debetis. Quia vero non minorem de vobis, quam de nobis ſolicitudinem gerimus, hoc quoque pariter judicandum curavimus, quod finita hac pace Agiulphus Longobardorum Rex pacem non faciet, unde neceſſe eſt, ut fraternitas veſtra, dum licet, civitatem ſuam, vel alia loca fortius muniri provideat, atque immineat, ut abundanter in eis condita procurentur; quatenus dum hoſtis illuc, Deo ſibi irato, acceſſerit, non inveniat quod lædat, ſed confuſus abſcedat, &c. *Greg. Januar. Epiſc. Caralit. lib. 7. regiſtr. indict. 2. epiſt. 5. in fin.*

CAPUT VI.

23. q. 8. c. 17.
Ut pridem expreſſimus gloriæ veſtræ, quia milites illuc erant parati venire: ſed quoniam inimicos congregatos, & huc diſcurrere epiſtula veſtra ſignificaverat; hæc eos hic cauſſa retinuit. Nunc vero utile eſt viſum, ut aliquanti illuc milites tranſmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, ut parati ſint ad laborem, ſtudeat: & occaſione inventa cum glorioſis filiis noſtris Mauritio & Vitaliano loquere, & quæcumque vobis, Deo adjutore, pro utilitate reipub. ſtatuerint, facite: & ſi huc, vel ad Ravennates partes, nec dicendum Ariulphum cognoveritis accurrere; vos a dorſo ejus, ita ſicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius in repub. Deo auxiliante,

pro-

proficiat, &c. *Greg. lib. 12. ep. 21. Veloci Magiſtro militum. Ivo part. 10. cap. 90. decret.*

CAPUT VII.

Aldio vir memorandus poſt adventum hominum veſtrorum nobis ſcripſit, quia in proximo jam Ariulphus eſſet, & timuimus, ne milites, qui ad vos diriguntur, in manus ejus inciderent. Et tamen hic, quantum Deus adjuverit, contra eum filius noſter glorioſus magiſter militum ſe paravit. Sed & gloria veſtra, ſi huc perrexerit ipſe hoſtis, quomodo conſueviſtis, cum auxilio Dei, a dorſo ejus, quod poteſtis, perficite. Speramus enim in omnipotentis Dei virtute, & in ipſius beati Petri Apoſtolorum Principis, in cujus ille natali ſanguinem effundere deſiderat, quia ipſum ſibi contrarium ſine mora inveniet. *Greg. Mauricio & Vitaliano, lib. 12. regiſtr. epiſt. 22.*

CAPUT VIII.

23. q. 8. c. 18.

Suppliciter gloriæ veſtræ per filium noſtrum Vitalianum, cum quo ut tractetis & verbo, & ſcripto mandavimus. Undecimo autem die menſis Januarii Ariulphus hanc epiſtulam, quam vobis direximus, tranſmiſit: & ideo relegentes eam videte, ſi in fide ſua Suanenſes, quam reipub. promiſerunt, perſtiterunt: obſideſque dignos, de quibus poſitis confidere, ab eis percipite, & inſuper eos ſacramentis obſtringite, reddentes eis, quod loco pignoris ſuſtuliſtis, & ſermonibus veſtris eos ſanantes. Si autem manifeſtiſſime cognoveritis, eos cum Ariulpho de ſua ſubjectione * locutos fuiſſe; vel certe obſides ei dediſſe; ſicut nos Ariulphi epiſtula, quam vobis direximus, dubios reddidit, ſalubri conſilio pertractantes, ne in aliquo anima noſtra de ſacramentis gravetur, quidquid utile reipub. judicaveritis, peragite. Sed ita faciat gloria veſtra, ut neque ſit aliquid, unde poſſimus ab adverſariis comprehendi, neque in quo utilitas reipub. quod avertat Dominus, negligatur. Præterea glorioſi filii eſtote ſolliciti, quia quantum comperi hoſtem collectum habet, & Narina dicitur reſidere, & ſi huc curſum, Deo ſibi irato, mittere voluerit, vos loca ipſius, quantum Dominus juvaverit, deprædate: aut certe ſcultas, quos mittitis, ſollicite requirant, ne dolens factum ad nos diſcurrat. *Greg. lib. 12. ep. 23. Mauricio & Vitaliano. Anſelm. lib. 13. c. 8.*

* *ſubditione.*

CAPUT IX.

Summa militiæ laus, inter alia bona merita, hæc eſt; obedientiam reipub. utilitatibus exhibere, quodque ſibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare: ſicut etiam nunc devotionem veſtram feciſſe didicimus, quæ epiſtulis noſtris, quibus magnificum virum Conſtantium Tribunum cuſtodiæ civitatis deputavimus præeſſe, paruit, & congruam militaris devotionis obedientiam demonſtravit. Unde ſcriptis vos præſentibus curavimus admonendos, uti prædicto viro magnifico Tribuno, ſicut & feciſtis, omnem debeatis pro ſereniſſimorum dominorum utilitate, vel conſervanda civitate obedientiam exhibere: quatenus quidquid a vobis hactenus bene geſtum agnoſcitur: per præſentis temporis vigilantiam, ac ſollicitudinem augmentetis. *Greg. lib. 12. ep. 24. Militibus Neapolitanis. Anſelm. lib. 3. c. 9.*

CAPUT X.

De ſigno crucis pro ſigno militari ad bellum ferendo. *Nicol. ad conſulta Bulgar. c. 33. vide lib. XVI. tit. XVI.*

CAPUT XI.

Conſulitis, ſi debeatis, quando nuntius venerit, ut ad præliandum pergatur, mox proficiſci, an ſit aliqua dies, in qua non oporteat ad præliandum exire? In quo reſpondemus, non eſt ulla dies in quibuſcumque negotiis incipiendis, vel exercendis penitus obſervanda; præter, ſi nimia non urgeat neceſſitas, ſupra memoratos dies celeberrimos, & omnibus venerabiles chriſtianis: non quo vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum non ſit in diebus ſpes noſtra ponenda, nec a diebus, ſed a Deo ſolo vivo, & vero ſalus omnis penitus expectanda. Sed quo, ſi inevitabilis neceſſitas non eſt, vacandum eſt in his ſolito ſtudioſius orationi, & tantæ feſtivitatis myſteria frequentanda. Nam cum Hebræi, quondam ſabbatum obſervantes, noluiſſent contra hoſtes ſuos die ſabbatorum arma ſuſtollere, & Deus omnipotens, quod in ſe tantum, & non in obſervantia dierum ſpes eſſet, & fortitudo locanda voluiſſet oſtendere; occiſi ſunt ex eis mille viri, ita ut ſuperſtites pœnitentia ducti invicem dicerent: *Si omnes* 1. Mach. 2. *fecerimus, ſicut fratres noſtri fecere, & non pugnaverimus adverſus gentes pro animabus noſtris, & juſtificationibus noſtris, citius diſperdent nos a terra. Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 34.*

CAPUT XII.

Referitis, quod ſoliti fueritis, quando in prælium progrediebamini, dies, & horas obſervare, & incantationes, & joca, & carmina, & nonnulla auguria exercere: & inſtrui deſideratis, quid nunc vobis agendum ſit, &c. Cum in prælium proficiſci diſponitis, quod ipſi commemoraſtis, agere in Dei nomine non omittite: id eſt, ad eccleſias ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, miſſarum ſolemniis intereſſe, oblationes offerre, confeſſionem delictorum ſacerdotibus facere, reconciliationem, & communionem percipere, carceres aperire, vincula diſſolvere, & ſervos, & præcipue confractos, & debiles, atque captivos libertati donare, ac indigentibus eleemoſynas erogare. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 35.*

CAPUT XIII.

Dicitis, quod quando in caſtris eſtis, orationem perfectam, & congruam facere nequeatis, ac per hoc exponi cupitis, quid agere debeatis? Unde nos contra ſuademus, ut quanto plus hoſtes ſæviunt, & neceſſitas, vel tribulatio incumbit, tanto inſtantius orationi operam detis, nam patres noſtri plus orando, quam pugnando victores fuere, & voti compotes plus precibus, quam præliis extiterunt. Denique *Moyſes orabat*, Exod. 17. b. *& Joſue pugnabat: ſed plus ille vincebat orando, quam iſte pugnando;* aptius ergo ab armis, quam ab oratione vacandum eſt. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 38.*

CAPUT XIV.

Conſuetudinem patriæ veſtræ perhibetis ineſſe, ut priuſquam ad pugnam progrediamini, mitta-

ta-

tatur a dominatione veſtra fideliſſimus, & prudentiſſimus vir, qui cuncta arma, & cavallos, & quæ neceſſaria pugnæ exiſtunt, conſideret, & apud quem inutiliter præparata inventa fuerint, capite punitur. Nunc autem noſſe cupitis, quid nos hinc fieri decernamus. Sed hæc nos cuncta vobis ad ſpiritalis apparatus armaturam convertere ſuademus, & tantæ ſeveritatis rigorem ad pietatis exercitium inclinare monemus: ita ut ſicut hactenus illa præparatio armorum, & equorum diligenter inquirebatur, utrum bene apta eſſet contra viſibiles hoſtes; ita nunc ſtudioſe inveſtigetur, ut arma ſpiritalia, id eſt, bona opera, ſinguli præparata poſſideant adverſus Principes, & *Epheſ. 6.* Poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitia in cæleſtibus. Porro equus animus intelligitur: quia nimirum ſicut homo portatur equo, ſic & regitur animo. Optime ergo qui arma contra hoſtes præparata *Jerem. 48.* non habet, perit; quia, ut ſcriptum eſt: *Maledictus vir, qui facit opus Dei negligenter.* De equo vero, qui imparatus eſt animo, bene per *Pſalm. 32.* Pſalmiſtam dicitur: *Falſus equus ad ſalutem, in abundantia autem virtutis ejus non erit ſalus*, niſi enim falſus eſſet, imparatus non eſſet. *Ibid.* Equo contra de præparato dicitur: *Equus paratus ad diem belli, dominus autem ſalutem tribuit.* Sic itaque quod hactenus carnaliter obſervaſtis, & arma, quæ forſitan ab inopibus hæc præparare non valentibus crudeliter exegiſtis, jam nunc ſpiritaliter veneramini: & hæc magnos, & parvos præparare pie, & indeſinenter hortamini. *Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 40.

CAPUT XV.

23. q. 8. Si nulla, c. 15. Si quadrageſimali tempore liceat, ſi neceſſitas exigit, vel ſi non exigit ulla neceſſitas, ad bella procedere, non vobis eſt neceſſarium exponendum, &c. Bellorum quippe, ac præliorum certamina, nec non omnium jurgiorum initia Diabolicæ fraude ſunt artis profecto reperta, & dilatandi regni cupidus, vel iræ, vel invidiæ, vel alius cujuſpiam vitii dilector tantum his intendere, ſeu delectari convincitur. Et ideo ſi nulla urget neceſſitas, non ſolum quadrageſimali tempore, ſed omni eſt præliis abſtinendum. Si autem inevitabilis urget opportunitas, nec quadrageſimali eſt tempore pro defenſione tam ſua, quam patriæ, ſeu legum paternarum bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum videatur homo temptare, ſi habet, quod faciat, & ſuæ, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcavet. *Joſue 6.* Porro muri Jerico, filiis Iſrael, qui ſabbatum jam obſervandum ſuſceperant, etiam ſabbato urbem circumeuntibus, & tubis clangentibus, ad terram protracti ſunt. *Nicol. ad Conſult. Bulg. c.* 46. *Ivo lib.* 8. *tit.* 4. *cap.* 33. *panorm. & part.* 10. *c.* 93. *decret. Cæſar. lib.* 7. *c.* 11.

CAPUT XVI.

Qui odii meditatione, vel propter avaritiam paganum occiderit, &c. ut homicidam convenit pœnitere; quandoquidem nex exteris gentibus, niſi oblatam pacem reſpuerint, bellum eſt populo antiquo penitus auferre præceptũ. *Vormat. c.* 27.

PARS OCTAVA.

De torneamentis, ſeu ſingulari certamine.

CAPUT I.

De torn. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. Felicis memoriæ Papæ Innocentii, & Eugenii prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, deteſtabiles nundinas, vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire ſolent; & ad oſtentationem virium ſuarum, & audaciæ temerarie congrediuntur; unde mortes hominum, & animarum pericula ſæpe proveniunt, fieri prohibemus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti venia non negetur, Eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. *Alexand. III. in concil. Later. cap.* 20. *Innoc. II. in concil. Rom. c.* 10. *Eugen. III. in concil. Remenſ. c.* 12.

CAPUT II.

Licet torneamenta ſint in diverſis conciliis ſub certa pœna generaliter interdicta: quia tamen hoc tempore crucis negotium per ea plurimum impeditur, nos illa ſub pœna excommunicationis firmiter prohibemus uſque ad triennium exerceri. *Innoc. III. in concil. general. Lateran. in fin.*

CAPUT III.

Vid. c. 2. de torn. in 1. coll. Deteſtabiles illas nundinas, vel ferias, in quibus milites ex condicto venire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum, & audaciæ temere congrediuntur; unde mortes hominum, & animarum pericula ſæpe proveniunt, omnimodo * fieri interdicimus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti pœnitentia & viaticum non negetur, Eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. *Syn. Roman. ſub Innoc. II. cap.* 10. *apud Ivon. poſt panorm. Eugen. III. in conc. Remenſ. c.* 7. *al.* 12.

* *omnino.*

CAPUT IV.

2. q. 5. c. 22. 1. Reg. 16. Monomachiam in legem aſſumi, nuſquam præceptum fuiſſe reperimus, quia licet quoſdam iniiſſe legerimus, ſicut ſanctum David & Goliath ſacra prodit hiſtoria: nuſquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina ſancit auctoritas, cum hoc, & hujuſmodi ſectantes, Deum ſolummodo temptare videantur. *Nicol. ad Carol. Regem ep. quæ incipit*: Numquam æque. *Burch. lib.* 9. *c.* 51. *Ivo part.* 8. *c.* 187. *decret. epiſt.* 68. *vel* 41. *ad Cenoman. Epiſc. &* 74. *vel* 200. *ad Guilelm. militem.*

CAPUT V.

Quia ex hujuſmodi juramentorum (*litigantium, qui in forenſi judicio contra ſe jurabant*) immo perjuriorum contentione, etiam uſque ad armorum certamina ſolet prorumpi, & crudeliſſimo ſpectaculo effunditur cruor belli in pace: ſtatuimus juxta antiquum Eccleſiaſticæ obſervationis morem, ut quicumque tam iniqua, & Chriſtianæ paci inimica pugna alterum occiderit, ſeu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequiſſimus, & latro cruentus ab Eccleſiæ, & omnium fidelium cœtu ſeparatus, ad agendam legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. *Valent. ſub Loth. c.* 12.

PARS NONA.

De illo, qui inimicitias gerit cum alio.

CA-

CAPUT I.

22. q. 4. c. 11. QUI ſacramento ſe obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat; pro perjurio uno anno a communione ſanguinis, & corporis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit 1. Pet. 4. jejuniis, abſolvat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet. *Ilerd. cap. 7. vide Troſl. c. 11. Burch. lib. 12. cap. 17. Ivo part. 12. cap. 74. Raban. c. 20. de pœnit.*

CAPUT II.

Joann. 14. Propter illud cæleſte mandatum: *Pacem meam do vobis*, &c. ſi inter conſacerdotes ex cauſſa livor emerſerit, ut pendente certamine ſibi invicem reconciliari non poſſint; electis ab utraque parte fratribus, id eſt, presbyteris, litis jacula finiant, & vota pacis acquirant, &c. Si quis tunc reconciliari neglexerit, cum ad ſynodum venerit, non ſolum reatum coram coepiſcopis ſe cognoſcat incurrere; verum etiam congruæ pœnitentiæ intelligat vindictam ſubire. *Turon. II. cap. 2.*

CAPUT III.

Diſt. 90. c. 2. Diſcordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſuimus. De perſonis tamen diſcordantium, id ſpeciali definitione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat: ſed geminato tempore per pœnitentiam compenſabunt, quod diſcordiæ ſervierunt, &c. *Tolet. XI. cap. 4.*

TITULUS II.

DE PRODITORIBUS, PERFUGIS, FUGITIVIS, ET DE IIS, QUI CONTRA SUPERIORES CONJURANT.

CAPUT I.

11. q. 1. Conjurationum, c. 22. & 24. CONjurationes, & collegia ab externis legibus prohibentur, multo magis in Eccleſia. Si clerici, vel monachi id fecerint; & contra Epiſcopum, vel clericos conſpiraverint, a gradu ſuo cadant. *Chalced. cap. 18. Trull. cap. 34. Vorm. cap. 74. Tullen. poſt epiſt. Synod. Raban. c. 19. de pœnit. Burch. lib. 10. cap. 68. Ivo part. 12. cap. 87. decret. Anſelm. lib. 8. cap. 16.*

CAPUT II.

Secretas inſidias vel manifeſtas Pontificibus a quibuſcumque illatas, ſi quis ad Eccleſiæ pertulerit notitiam, potiatur honore: & hi, qui adverſa eis moliuntur, ſicut a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt; & hodie ſynodali, & Apoſtolica auctoritate firmatur, pœnitus abiiciantur. *Syn. Roman. V. ſub Symmach. ante fin.*

CAPUT III.

Veſtræ majeſtati non manet incognitum, qualiter illicitas conjunctiones Romani, ac Longobardi, ſimul & Franci contra Apoſtolicam, & Imperialem voluntatem facere præſumpſerunt in territoriis beati Petri Apoſtolorum principis. Petimus, ut ſicut a veſtris anteceſſoribus Imperatoribus prohibitum eſt, ne quoquo modo fierent, ita amodo veſtro Auguſtali decreto omnimodis prohibeantur: & ſynodaliter, ne amodo, & deinceps fieri temptetur, in perpetuum firmiter ſtatuatur, atque firmetur. *Ravenn. ſub Joann. IX. part. ult. cap. 8.*

CAPUT IV.

Epiſcopos Longobardiæ, qui ſpreta canonica, & Apoſtolica auctoritate contra beatum Petrum Apoſtolorum principem ſacramento conſpiraverunt, auctoritate ejuſdem beati Petri ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & a communione ſanctæ Eccleſiæ ſeparamus. *Greg. VII. in ſyn. Roman. anni 3. ſui Pontificatus.*

CAPUT V.

Uſurarii, &c. & fidei proditores excommunicentur. *Greg. VII. in concil. Roman. anni incert. cap. 16.*

CAPUT VI.

Si aliquis nunc in malum oculos alicujus Principis incipit tractare, manifeſte reus majeſtatis judicatur: & infamis efficitur, aut potius capitali ſententiæ ſubjacet. *Anaclet. ep. 2. poſt princ. Alex. epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT VII.

Proditoris ne calumnia, nec vox audiatur. 3. q. 9. c. 2. *Eleuth. epiſt. unic. ante fin. Felix epiſt. 1. ante med. Nicæn. cap. 59. apud Jul. epiſt. 2. c. 24.*

CAPUT VIII.

Conſpirationum crimina veſtris in partibus 11. q. 1. c. vigere audivimus: & plebes contra Epiſcopos 23. ſuos conſpirare. Cujus criminis aſtutia non ſolum inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita: & idcirco hujus criminis reos non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi damnant leges, & non ſolum conſpirantes, ſed etiam conſentientes eis. Anteceſſores vero noſtri cum plurima turba Epiſcoporum, quicumque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore, quo utuntur, cadere præceperunt; cæteros vero communione privari, & ab Eccleſia extorres fieri juſſerunt; omneſque ſimul utriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt, & non ſolum facientes, ſed & eis conſentientes, &c. Hi vero in nullius accuſationem ſunt recipiendi, nec eorum, vel anathematum * vox ulli nocere, vel accuſare poteſt. * anathematizatorum. *Calliſt. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 20. c. 64. Ivo part. 6. cap. 346. & part. 12. cap. 85. decr.*

CAPUT IX.

Si aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, 11. q. 1. c. Statuimus, 32. aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, mox ante examinatum judicium ſubmotus a clero curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat; & infamis abſque ulla ſpe reſtitutionis permaneat. *Fabian. epiſt. 2. prope fin. Greg. VII. lib. 7. regiſtr. epiſt. 2. ante med. Deuſded. part. 4. Anſelm. lib. 7. cap. 159. Tarrac. lib. 2. cap. 23.*

CAPUT X.

Clericus, qui Epiſcopum ſuum accuſaverit; 3. q. 4. c. 8. aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus; quia infamis effectus eſt; & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi ſerviturus. *Steph. epiſt. 2. in med. Greg. VII. lib. 7. regiſtr. epiſt. 2. in med. Deuſded. part. 4.*

CA-

CAPUT XI.

Infames ſunt impugnatores Epiſcoporum, &c. & qui de publicis fugiunt præliis. *Euſeb. epiſt.* 1. *ante med.*

CAPUT XII.

Quid jure de iis faciendum ſit, qui ad occidendum Regem inſurrexerint, venerandæ leges, quas ſcripto mittemus, vos affatim edocebunt. Verumtamen hoc in arbitrio Regis manet, qui non

Matt. 18. ſemel tantum, *ſed & ſeptuagies ſepties* debet peccanti dimittere, juxta quod Dominus in

Luc. 7. Evangelio ſancto Petro mandavit, nam *cui plus dimittitur, plus diligit.* Et quemadmodum

Matt. 18. Evangelium docet, *Rex decem millia talenta*, id eſt, multa, & immania peccata ſervo dimitteret; ſi ipſe conſervo ſuo *centum denarios*, id eſt, minora dimittere voluiſſet. *Nicol. ad conſult. Bulgar. cap.* 19.

CAPUT XIII.

Quid de homine libero judicandum ſit, qui de patria ſua fuga lapſus fuerit, ſi comprehendatur? Nihil utique, niſi quod leges decernunt, &c. Nonnulli patrum noſtrorum exules per plurimos annos in terra non ſua habitaverunt. Alioquin liber non eſt, ſi de patria ſua quis non audet egredi. Porro ſi liber eſt, & jure nullius conditionis nexibus tenetur obſtrictus, non fugit, ſed exit de patria ſua; quemadmodum & Abrahæ non fuge,

Geneſ. 12. ſed *exi de terra tua*, dicitur. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap.* 20.

CAPUT XIV.

Si ſervus dominum fugiens receſſerit; ſi comprehenſus fuerit, ignoſcendum eſt ei, alias autem legum ſcita non tranſcendantur in eo, verumtamen ſemper illud Apoſtoli Pauli præ oculis ha-

Coloſſ. 4. beatur ſalubris admonitionis dicentis: *Domini, quod juſtum eſt, & æquum ſervis præſtate, ſcientes quoniam & vos Dominum habetis in cælo. Nicol. ad conſulta Bulgar. cap.* 21.

CAPUT XV.

Circa hos, qui, quando ad pugnam contra hoſtes proceditis, fugam arripiunt, ſi non miſericorditer præveniat compaſſio, ſaltem legum temperetur ſeveritas. *Nicol. ad conſulta Bulg. c.* 22. De iis, quibus juſſum eſt contra hoſtes progredi, & juſſioni parere contemnunt, eadem ſuademus. *Ibid. cap.* 23.

CAPUT XVI.

*Diſt.*46.*c.*3. Clericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur. *Carthag. IV. cap.* 56. *Burch. lib.* 2. *cap.* 176. *Ivo lib.* 3. *tit.* 15. *cap.* 7. *panorm. & part.* 6. *cap.* 267. *decret.*

CAPUT XVII.

Qui in tradendis, vel capiendis civitatibus interfuiſſe fuerint detecti, non ſolum a communione habeantur alieni: ſed ne conviviorum quidem admittantur eſſe participes. *Andegav. cap.* 6.

CAPUT XVIII.

11.*q.*1.*c.*25. Si qui clericorum rebelli auctoritate ſe in unum conjuratione intercidente collegerint; & aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, &c. cum in ſynodum ventū fuerit, in præſumptores juxta perſonarum, & ordinum qualitatem a Pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis Dominicis corde, non chartulæ conſcriptione, vel conjurationibus eſt exhibenda; ita quod ſupra ſacras admittitur ſcripturas, auctoritate, & diſtrictione Pontificali eſt reprimendum. *Aurel. III. cap.* 21.

CAPUT XIX.

Multi in perniciem animæ ſuæ ita conati ſunt, aut conantur aſſurgere, ut animas longa temporis quiete ſine ulla ſtatus ſui competitione viventes, nunc improba proditione, atque traditione aut captivaverint, aut captivare conentur. Si emendare diſtulerint, quouſque hos, quos abduxerunt in loco, in quo longum tempus quiete vixerunt, reſtaurare debeant, eccleſiæ communione priventur. *Lugdun. cap.* 3.

CAPUT XX.

Concinnabula *, vel conjurationes ſecundum concilium Nicænum non fiant clericorum, quæ ſub patrocinio ſolebant fieri laicorum. Nec unuſquiſque de inferiore gradu ſeniorem ſibi elatus aut increpet, aut injuriet. Quod ſi quis prætermiſſo tam juſtæ cenſuræ ordine, auſus fuerit facere, diſtrictione ſæviſſima corrigatur, ut ſub pœnitentiæ nomine vitio recedente, id eſt, anno uno in monaſterio ſciat abiicere ſuperbiam, unde inflatur. *Narbon. cap.* 5. * *conciliabula*, ſ.

CAPUT XXI.

Multarum gentium tanta extat perfidia animorum, ut fidem ſacramento promiſſam Regibus ſuis obſervare contemnant, &c. Non ſit in nobis, ut in quibuſdam gentibus infidelitatis ſubtilitas impia, non ſubdola mentis perfidia, non perjurii nefas, & conjurationum nefanda molimina. Nullus apud nos præſumptione regnum accipiat, nullus excitet mutuas ſeditiones civium; nemo meditetur interitus Regum: ſed defuncto in pace Principe, primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem Regni concilio communi conſtituant, &c. Quicumque ex nobis, vel totius Hiſpaniæ populis quilibet conjuratione, vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ, gentiſque Gothorum ſtatu, vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, temeraverit, aut Regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpaverit, anathema ſit, in conſpectu Dei Patris, & Angelorum *, atque ab Eccleſia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chriſtianorum alienus cum omnibus impietatis ſuæ ſociis: quia oportet ut una pœna teneat obnoxios, quos ſimilis error invenerit implicatos, &c. *Tolet. IV. cap.* 74. *Tolet. XVI. cap.* 10. * *Chriſti, & Apoſtolorum ejus.*

CAPUT XXII.

Si quiſquam quacumque argumentatione Reges odioſe moleſtare, aut lædere fuerit conatus, ſit anathema in Chriſtianorum omnium cœtu, atque ſuperno condemnetur judicio: ſit exprobrabilis omnibus Catholicis, & abominabilis ſanctis Angelis in miniſterio Dei conſtitutis. Sit hoc ſæculo perditus, & in futuro condemnatus, &c. *Tolet. V. cap.* 2.

CA-

CAPUT XXIII.

Contra reos læſæ majeſtatis. *Tolet. V. cap.* 3. 6. 7. *&* 8. *VI. concil. c.* 14. 17. 18. *& VII. cap.* 1. *& XII. cap.* 1. 3. 7.

CAPUT XXIV.

Quia & religioni inimicum, & hominibus conſtar eſſe perniccioſum, futura illicita cogitare, & caſus Principum exquirere, ac ſibi in poſterum providere, &c. Cenſemus, ut quiſquis inventus fuerit talia perquiſiſſe, & vivente Principe in alium attendiſſe pro futura Regni ſpe; aut alios in ſe propter id attraxiſſe, a conventu Catholicorum eacommunicationis ſententia expellatur. *Tolet. V. cap.* 4.

CAPUT XXV.

Pravarum audacia mentium ſæpe malitia cogitationum, aut cauſſa culparum refugium appetit hoſtium. Unde quiſquis patrator culparum extiterit talium virtutem petens defendere adverſariorum, & patriæ, vel genti ſuæ detrimenta intulerit rerum; in poteſtatem Regis, ac gentis reductus, excommunicatus, & retruſus longinquioris pœnitentiæ legibus ſubdatur. Quod ſi ipſe mali ſui prius reminiſcens ad Eccleſiam fecerit confugium, interceſſu ſacerdotum, & reverentia loci regia in eis pietas reſervetur, comitante juſtitia. *Tolet. VI. cap.* 12.

CAPUT XXVI.

Si quis clericus a maximo gradu uſque ad minimum in alienæ gentis regionem ſe contulerit, ut ex ea genti Gorbotum, vel Regi, vel regno nocere poſſit; itemque qui hujuſmodi homini conſilium, vel auxilium præbet, omni honoris ſui gradu privetur: & ſi recte pœniteat, communio ei tantum concedatur in fine vitæ. *Tolet. VII. c.* 1.

CAPUT XXVII.

Non erit ab anathematis ſententia alienus, aut divinæ animadverſionis ultione ſecurus, quiſquis contra ſalutem Regis deinceps, aut erexerit vocem, aut commoverit cædem, aut quamcumque eaquiſierit lædendi ultionem. *Tolet. XII. cap.* 1. *in fin.*

CAPUT XXVIII.

Eſt quorumdam ſæcularium, & quod pejus eſt ſacerdotum improbanda ſatis obſtinatio animorum, qui fidem ſuis principibus ſub juramento promiſſam obſervare contemnant: & verborum fuco juramenti obnubilent promiſſionem, &c. Unde quia Siſbertus Toletanæ ſedis Epiſcopus talibus machinationibus denotatus repertus eſt, pro eo, quod ſereniſſimum Dominum Egicanem Regem non tantum regno privare, ſed interimere definivit per decreti noſtri definitionẽ jã & loco, & honore privatus eaiſtit, &c. Qui inventus fuerit talia feciſſe, & vivente Principe in alium attendiſſe Regem futurum, a conventu Catholicorum excommunicationis ſententia repellatur: honore, & loco pulſus, & omnibus rebus exutus perpetuo eailio maneat relegatus, &c. *Tolet. XVI. cap.* 9. *& in decreto judicii.*

CAPUT XXIX.

Super alia ſua ſcelera (*Judæi*) non ſolum ſtatum eccleſiæ perturbare maluerunt, verum etiam auſu tyrannico inferre conati ſunt ruinam patriæ, ac populo univerſo, &c. Qua de cauſſa dum in hac ſancta ſynodo per alias cauſſarum ſemitas dirigeremus, eorumdem infidorum conſpiratio ad unionis noſtræ pervenit auditum, eo quod non ſolum contra ſuam pollicitationem ſuorum rituum obſervatione, tunicam fidei, qua eos per undam ſacri baptiſmatis induit ſancta mater eccleſia, maculaverint, ſed, & regni faſtigium per conſpirationem uſurpare maluerint, &c. Hujus decreti noſtri ſententia eos decernimus irrevocabili feriri cenſura, ſcilicet, ut ex juſſione Principis noſtri ſuis omnibus rebus nudati, & ipſæ reſculæ fiſci viribus ſociatæ, tam eorumdem perfidorum perſonæ, quam uxorum ſuarum, ac filiorum, vel reliquæ poſteritatis a locis propriis eaulatæ per cunctas Hiſpaniæ provincias perpetuæ ſervituti ſubactæ maneant uſquequaque diſperſi, &c. *Tolet. XVII. cap.* 8.

Tom. VI.

CAPUT XXX.

Si quiſpiam Epiſcoporum, aut quilibet ſequentis ordinis Eccleſiaſtici deinceps timore, aut cupiditate, aut qualibet ſuaſione a domino, & orthodoxo Ludovico Imperatore defecerit: aut etiam ſacramentum fidelitatis illi promiſſum violaverit; & ejus contrariis malevola intentione quolibet modo ſe copulaverit, gradum proprium canonica, atque ſynodali ſententia amittat. Quod ſi quiſquam laicus ſuperius comprehenſa facere temptaverit, ſciat ſe ab univerſo gradu anathematizandum. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part.* 2. *c.* 12.

CAPUT XXXI.

Statuimus, atque auctoritate Eccleſiaſtica confirmamus, eos, qui contra Regem, vel Eccleſiaſticas dignitates, ſive reipublicæ poteſtates in unoquoque ordine legitima diſpoſitione conſtitutas, conjurationes, & conſpirationes rebellionis, & repugnantiæ faciunt a communione, & conſortio Catholicorum veram pacem amantium, ſubmovendos; & niſi per pœnitentiam, & emendationem paci ſe Eccleſiaſticæ incorporaverint, ab omnibus filiis pacis ſancimus eatorres. *Megunt. ſub Rab. c.* 5.

CAPUT XXXII.

Si quis quemcumque contra nos, & contra pactam ſinceritatem aliquid mo iri manifeſte cognoverit, ſi eum convertere nequiverit, aperte prodat, atque denotet; & conſilio, atque auxilio Epiſcopalis auctoritas, & fidelium unanimitas, ut honor, & poteſtas regia inconvulſa permaneat totis niſibus decertare, & adjuvare procuret. *Carolus Rex in concil. Holon. apud Meldenſ. cap.* 2.

CAPUT XXXIII.

Si quis contra regiam dignitatem doloſe, ac callide, ac pernicioſe ſatagere comprobatus fuerit, niſi digniſſime ſatisfecerit, anathematizetur. *Meld. c.* 14.

CAPUT XXXIV.

Si quis poteſtati regiæ, quæ non eſt, juxta Apoſtolum, *niſi a Deo*, contumaci, ac inflato ſpiritu contra auctoritatem, & rationem pertinaciter contradicere præſumpſerit; & ejus juſtis, & rationabilibus imperiis ſecundam Deum, & au- *Rom.* 13.

Ooo Eto-

ctoritatem Eccleſiaſticam, ac jus civile obtemperare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur. *Meld. c.* 15.

CAPUT XXXV.

Quicumque laicorum in adverſitate propriæ gentis, aut patriæ, vel regiæ poteſtatis ad externas partes ſe conferendo noxius fuerit ultra repertus, non ſolum omni rerum ſuarum proprietate privetur, ſed & perpetua excommunicatione damnato numquam illi, præterquam in ultimo mortis ſuæ, communio tribuatur. *Vormat. cap.* 43.

CAPUT XXXVI.

De iis, qui ad hoſtes ſe conferunt, & ſuis civibus nocent. *Greg. Thaumaturg. c.* 7.

CAPUT XXXVII.

Quemcumque, aut per tumultuoſas plebes, aut per abſconſa dignitatis publicæ machinamenta adeptum eſſe conſtiterit regni faſtigia, mox idem, cum omnibus iam nefarie ſibi conſentientibus, & anathema fiat, & Chriſtianorum communionem amittat. *Tolet. VIII. in edicto Regis in fin.*

TITULUS III.

DE VENEFICIS.

CAPUT I.

HOmicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi. *Fœlix II. in ſynod. Rom. epiſt.* 1. *c.* 5.

CAPUT II.

6. q. 1. c. 17. Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia: id eſt omnes, &c. maleficos, veneficos, adulteros, &c. *Steph. epiſt.* 1. *poſt med.*

CAPUT III.

Hæretici omnes & ſuſpecti, &c. venefici, adulteri, &c. nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi. *Eutych. epiſt.* 2. *in med.*

CAPUT IV.

3. q. 5. c. 9. Statuimus, ut homicidæ, malefici, &c. adulteri, inceſtuoſi, venefici, ſuſpecti, &c. nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi. *Euſeb. epiſt.* 3. *in princ.*

CAPUT V.

Circa eſt, de quo ſciſcitamini, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad miſericordiam exhortamur, ſicut & Dominus jubet di-
Luc. 6. cens: *Dimittite, & dimittetur vobis. Nicol. ad conſult. Bulg. c.* 85.

CAPUT VI.

Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine habeat communionem. *Elib. c.* 6. *Troſl. cap.* 13.

CAPUT VII.

2. q. 2. c. ult. Si Epiſcopo, aut presbytero cauſſa criminalis, hoc eſt, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in ſingulis miſſam celebrare, &c. & communicare debet, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem reddere; quod ſi non fecerit, quinquennio a liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur. *Vormat. c.* 10. *Burch. lib.* 2. *c.* 199. *Ivo part.* 6. *c.* 272. *decret.*

CAPUT VIII.

Si quis aliquem veneno, vel herbis, aut diverſi generis maleficiis perdiderit, velut peſſimus homicida duplici mulctetur pœnitentia. *Tribur. cap.* 50.

CAPUT IX.

Maſculorum, & animalium initores, & venefici, &c. eadem condemnatione digni habeantur. *Baſil. ep. ad Amphil. c.* 7.

CAPUT X.

De pœnitentia venefici. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 64.

Vide Ancyr. c. 21. *tit. de pœnit. mulierum, quæ fœtus necant. Ilerd. c.* 2. *eod. tit. c.* Hi qui male. *Trull. c.* 92. *eod. tit. c.* Eas, quæ.

TITULUS IV.

DE INCENDIARIIS.

CAPUT I.

UT tantas impietates, pro quibus nos ad vos veniſſemus, quas etiam per territoria noſtra vidimus, in truncationibus, deprædationibus, incendiis, rapinis, ac violentiis a vobis diligentiſſime inquirantur, & prout neceſſe eſt, legaliter emendentur. *Ravenn. ſub Joann. IX. part.* 3. *c.* 4.

CAPUT II.

Peſſimam, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli omnino deteſtamur, & interdicimus, &c. Si quis poſt hujus noſtræ prohibitionis * promulgationem malo ſtudio, ſive pro vindicta ignes appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur. Et ſi mortuus fuerit incendiarius, Chriſtianorum * careat ſepultura, nec abſolvatur, niſi prius damno, cui intulit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito, juret ſe ulterius ignem non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiſcopus hoc relaxaverit, damnum reſtituat, & per annum ſe ab officio Epiſcopali abſtineat. Sane Regibus, & Principibus facultatem faciendæ juſtitiæ, conſultis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, non negamus. *Innoc. II. in ſyn. Rom. c.* 18. *poſt Ivon. panorm. Eug. III. in concil. Remenſ. cap.* 9. *Pœnit. Rom. tit.* 8. *cap.* 17.

23. q. 8. c. 32.

* conſtitutionis.

* Eccleſiaſtica.

CAPUT III.

Incendiarii Chriſtianorum villas incendunt, & plurimorum damnis, atque mortibus faciunt ſe dignos incendio ſempiterno. *Tullen. in epiſt. ad Robert. & alios.*

TITULUS V.

DE SEDITIOSIS.

CAPUT I.

PErlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrum nocere fratres velle, & ut cadant, decertare, ſimiliter in ſacramentis diſcrepare, & ob id contentiones, & æmulationes inter vos fieri: a quibus diſſenſionibus vos avertere, & in omnibus concordare, & opem ferre viciſſim mandamus. Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ ſedis,

Digitized by Google

dis, & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis. *Victor. epiſt. 2. in princ.*

CAPUT II.

Diſt. 92. c. 6. Si qui Epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa Parochia, in qua fuerint denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim Præſulibus earum inferre, ſeditiones adverſus eos excitando, hos abiici placuit. *Ancyr. c. 58. Burch. lib. 1. c. 36. Ivo part. 5. c. 147.*

CAPUT III.

Diſt. 46. c. 8. Seditionarios numquam ordinandos clericos, ſicut nec uſurarios, nec injuriarum ſuarum ultores. *Carth. IV. c. 67. L. Agath. c. 69. Burch. lib. 2. c. 57. Ivo part. 6. c. 36. decret.*

CAPUT IV.

7. q. 1. cap. 22. Conſtitutum eſt. Nulli interceſſori licitum ſit cathedram cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere; ſed dare operam, ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideat. *Carth. c. 75. G. Carth. V. c. 8. L. Afr. c. 41. L. Capitul. lib. 7. c. 120.*

CAPUT V.

*23. q. 8. c. 5. * factione.* Clerici, qui in quacumque ſeditione * arma volentes ſumpſerint, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterium contradantur pœnitentiæ. *Tolet. IV. c. 44. Anſelm. lib. 7. c. 137. Tarrac. lib. 6. cap. 3.*

CAPUT VI.

Si quis Epiſcopus ordinatus fuerit, & non vult ipſam Parochiam ſuſcipere, in qua nominatus eſt; ſed alibi vult ordinari, & vim facit, ac ſeditiones concitat contra eos, qui illum ordinaverunt, hunc ab honore oportet removeri. *Mart. Brach. cap. 12.*

TITULUS VI.

DE USURA.

CAPUT I.

14. q. 4. c. 8. & diſt. 47. c. 2. Quoniam. *Pſalm. 14. 14. q. 4. c. 4.* Si quis. QUoniam multi clerici avaritiam ſequuntur obliti ſacræ ſcripturæ, quæ ait: *pecuniam, quam non dedit ad uſuram*, ſed fœnerantur, & centeſimas exigunt. Si quis deinceps inventus fuerit accipere uſuras, aut ſpecies frumentorum ad ſeſquiplum dare, aut aliud lucrum ex re mutuo data, deponatur, & alienus ſit a clero. *Nicæn. c. 17. G. 58. L. Aquiſgranen. ſub Ludov. c. 40. Mart. Brach. c. 62. vel 63. Capitul. lib. 1. c. 5. Burch. lib. 2. c. 120. Ivo part. 13. c. 8. & part. 6. c. 196. decreti. Anſelm. lib. 7. cap. 153. in addit. Raban. cap. 32. de pœnit. Cæſar. lib. 8. cap. 77.*

CAPUT II.

*De uſur. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll. * profeſſione.* Plures clericorum, & quod mœrentes dicimus, eorum quoque, qui præſens ſæculum conditione * vocis, & habitu reliquerunt, dum communes uſuras, quaſi maniſeſtius damnatas exhorrent, commodata pecunia indigentibus poſſeſſiones eorum in pignus accipiunt ultra ſortem. Idcirco generalis concilii decernit auctoritas, ut nullus amodo conſtitutus in clero vel hoc, vel aliud uſuræ genus exercere præſumat. Et ſi quis hactenus alicujus poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie in pignus accepit, ſi ſortem ſuam deductis expenſis de fructibus jam recepit, abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet eo recepto, poſſeſſio libere ad Dominum revertatur. Quod ſi poſt hujuſmodi conſtituta in clero quiſquam extiterit, qui deteſtandis uſurarum lucris inſiſtat, Eccleſiaſtici officii periculum patiatur; niſi forte beneficium Eccleſiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur. *Alexand. III. in concil. Turon. cap. 2.*

CAPUT III.

Quia in omnibus fere locis crimen uſurarum ita inolevit, ut multi aliis negotiis prætermiſſis quaſi licite uſuras exerceant; & qualiter utriuſque tituli pagina condemnentur, nequaquam attendunt. Ideo conſtituimus, ut uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris; nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam: ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, & ea, quæ acceperit, reddere compellatur; & donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus. *Alexand. III. in concil. Later. c. 25.* *De uſur. c. 3. apud Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 1. coll.*

CAPUT IV.

Synodali decreto ſtatuimus, ut ſi de cætero quocumque prætextu judæi a Chriſtianis graves, & immoderatas uſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 67.* *De uſur. c. 18. Quanto. Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT V.

Judæos ad remittendas uſuras cruce ſignatis per ſæcularem compelli præcipimus poteſtatem. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

CAPUT VI.

Sacerdotes fœnore aliquo, aut venatione, &c. omnino non occupentur. *Eug. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. c. 12.*

CAPUT VII.

Uſurarii, & qui tenent pignus, poſtquam inde habent, quod præſtaverunt, excommunicentur. *Gregor. VII. in ſynod. Rom. ann. incert. cap. 16.*

CAPUT VIII.

Inſatiabilem fœneratorum rapacitatem damnamus, & ab omni Eccleſiaſtica conſolatione ſequeſtramus; præcipientes, ut nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, vel cujuslibet ordinis Abbas, vel quivis in ordine, & clero niſi cum ſumma cautela uſurarios recipere præſumat, ſed in tota vita infames habeantur, & niſi reſipuerint, Chriſtiana ſepultura priventur. *Innoc. II. in ſyn. Romana c. 13.*

CAPUT IX.

Epiſcopus, presbyter, diaconus uſuras a debitoribus exigens aut ceſſet, aut deponatur. *Apoſt. c. 44. Capitul. lib. 1. c. 5. Ivo lib. 3. tit. 13. c. 2. panorm. & part. 6. c. 195. & part. 13. c. 55. decret. Burch. lib. 2. c. 119.* *Diſt. 47. c. 1.*

CAPUT X.

Nec hoc prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos uſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere: quod nos, non dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed in laicos cadere, qui Chriſtia- *14. q. 4. c. 7.*

nos ſedici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint comprobati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur, Diſt. 46. c. ult. &c. Sicut non ſuo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercendum fœnus attemptet; indecens enim eſt, crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere, & exercere debemus, ut quod hic miſericorditer tribuimus, a Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura retribuet, recipere valeamus. *Leo epiſt. 1. c. 3. & 4. Aquiſgran. ſub Ludov. c. 62. & 92. Ivo part. 6. c. 65. decret. Raban. cap. 32. de pœnit. Burch. lib. 2. c. 121. & 123. Anſelm. lib. 7. c. 150. & 149. in additis. Tarracon. lib. 4. cap. 27.*

CAPUT XI.

Diſt. 47. c. 4. De Petro inſuper ad nos perveniſſe cognoſcite, quod ſolidos dedit ad uſuram; quod vos oportet cum omni ſubtilitate perquirere: & ſi ita conſtiterit, alium eligite; nam nos amatoribus uſurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero ſubtili habita inquiſitione, hoc falſum eſſe patuerit, quia perſona nobis ignota eſt, &c. cum decreto a vobis facto ad nos eum venire neceſſe eſt; ut vitam, moreſque illius ſollicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter agnoſcamus; ut ſi huic judicio aptus extiterit, veſtra in eo adjuvante Domino deſideria compleamus. *Greg. lib. 8. ep. 40. ad clerum, & cives Neapolit. Anſelm. lib. 6. cap. 9.*

CAPUT XII.

Diſt. 47. c. 5. Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari, & abſtinere. Si laicus correptus promiſerit ceſſare, venia ei tribuatur; ſi duraverit, ab Eccleſia projiciatur. *Elib. cap. 20. Ivo part. 13. cap. 12. decret. & lib. 3. tit. 23. c. 1. panorm.*

CAPUT XIII.

14. q. 4. Miniſtri, c. 2. De miniſtris, qui fœnerantur, juxta formam divinitus datam, a communione abſtineant. *Arelat. I. c. 12. Ivo part. 13. c. 10. decret.*

CAPUT XIV.

Si quis clericus pecuniam dedit ad uſuram; aut conductor alienæ rei voluit eſſe; aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exerceat, depoſitus a clero a communione alienus habeatur. *Arelat. II. c. 14.*

CAPUT XV.

Avaritiæ cupiditas omnium malorum mater abſit; nemo alienos fines transgrediatur, nec patrum fines. Nulli clerico liceat alicujus rei uſuram accipere. Quæ apertiſſime ab ſcriptura divina ſanciuntur, magis ſequenda, quam decernenda ſunt. Quod laicis vetatur, multo magis clericis prohibendum eſt. Nemo contra Prophetas, vel contra Evangelia, ſine periculo quid agat. *Carth. c. 5. G. Carth. I. c. 13. L. Aquiſg. c. 61.*

CAPUT XVI.

In noſtro concilio ſtatutum eſt, ut non liceat clericis fœnerari, &c. *Carth. I. c. 13. L.*

CAPUT XVII.

Non oportet clericos fœnerari, & uſuras, & ſextupla accipere. *Laodic. cap. 4. Aquiſgran. cap. 61.*

CAPUT XVIII.

Seditionarios numquam ordinandos clericos, Diſt. 46. c. 2. ſicut nec uſurarios, nec injuriarum ultores. *Carth. IV. c. 67. L. Agath. c. 69. Burch. lib. 11. c. 17. Ivo part. 6. c. 36. decret.*

CAPUT XIX.

Illud etiam ſecundum ſcripturarum auctoritatem, vel patrum conſtitutionem addendum credidimus; ut ne quis clericus, qui negotiandi ſtudium habere voluerit, uſuras accipiat; quia ſcriptum eſt: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad* Pſalm. 14. *uſuram*; & alio loco: *Et non defecit de plateis* Pſalm. 54. *ejus uſura, & dolus.* Manifeſtum eſt enim, beatitudinis non poſſe conſequi gloriam qui a præceptis divinis deviaverit. *Turon. c. 13.*

CAPUT XX.

Ne quis ſacerdotum, vel clericorum, more ſæ- 15. q. 2. c. unic. cularium judicum, accipiat pro impenſis patrociniis munera, niſi in Eccleſiis oblata, &c. Si acceperit, veluti exactor fœnoris, aut uſurarum poſſeſſor ſecundum ſtatuta patrum degradetur. *Tarracon. c. 10. Cæſaraug. lib. 5. c. 76.*

CAPUT XXI.

Clericus a diaconatu, & ſupra pecuniam non commodet ad uſuras, nec de præſtitis beneficiis quidquam amplius, quam datur, ſperet: nec ut in exercendis negotiis turpis lucri cupiditate verſetur, ſicut publici negotiatores, qui ad populares penſam * obſervant, aut ſub alieno nomine * menſam, f. interdicta negotia audeat exercere. Quod ſi quis adverſus hæc ſtatuta venire præſumpſerit, communione conceſſa ab ordine degradetur. *Aurelian. III. c. 26.*

CAPUT XXII.

Epiſcopus, presbyter, diaconus uſuras, vel centeſimas accipiens ceſſet, vel deponatur. *Trullenſ. c. 10.*

CAPUT XXIII.

Clerici uſuris nequaquam incumbant; neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſque cujuſquam ſtudium appetant: amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant, &c. *Magunt. ſub Carolo c. 10. en Iſidoro.*

CAPUT XXIV.

Quidam putant, uſuram tantum eſſe in pecunia, quod prævidens ſcriptura omni rei aufert ſuperabundantiam, ut non plus recipias, quam dediſti. Solet in agris frumenti, & milii, vini & olei, cæterarumque ſpecierum uſuram exigi, ſive, ut appellat ſermo divinus, ſuperabundantiam. Verbi gratia, ut hyemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt amplius quam partem mediam; qui juſtiſſimum ſe putaverit, quartam plus accipiet portionem, & ſolent argumentari, & dicere: dedi unum modium, qui ſatus fecit decem modios: nonne juſtum eſt, ut medium modium de meo plus accipiam; cum ille mea liberalitate novem, & ſemis de meo habeat? *Nolite errare*, Galat. 6. b. inquit Apoſtolus, *Deus non irridetur*, &c. Alii pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diverſi generis, & non intelligunt uſuram appellari, & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt, ſi ab eo quod dederint, plus acceperint.

Hie-

Hieron. in comm. in c. 18. Ezechiel. apud Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 53. ubi multa de uſuris.

CAPUT XXV.

1. Tim. 6. Cupiditatem tamquam radicem omnium malorum, & Apoſtolica damnat ſententia, & ab omni ordine Eccleſiaſtico canonica perturbat interdictio: ita ut ſtatuerit nullum clericum de qualibet re fœnus accipere. *Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. 1. c. 5.*

CAPUT XXVI.

Nemo laicorum presbyteros Eccleſiarum turpi villicationi, & ſecundum Apoſtolorum, ſæculari, & inhoneſtæ negotiationi implicare, nec ſecum aliorſum contra auctoritatem præſumat ducere, quo miniſterium ſibi commiſſum cogantur negligere. Quod ſi contra interdicta præſumpſerit, excommunicetur. *Melden. c. 49. Burch. lib. 2. c. 146.*

CAPUT XXVII.

Ut Epiſcopi ſe ipſos, atque miniſtros ſuos, & maxime Eccleſiaſticos, cunctoſque Chriſtianos *Nicæn. c. 18.* in ſua parochia, perpendentes ex hoc ſtatuta Nicæni concilii, & cæterorum conciliorum ab uſuris ſine excuſatione compeſcant, & quos compeſcere aliter non potuerint, canonicam in eos ſententiam proferant. *Melden. cap. 55.*

CAPUT XXVIII.

Uſurarum turpia lucra canonica ſeveritate inhibemus. *Valent. ſub Loth. cap. 10.*

CAPUT XXIX.

Inhibemus modis omnibus cum ingenti proteſtatione peſſimam lucri rabiem, uſurarum adinventionem, quam non minus clerici ſectantur, quam laici, Dominici immemores præcepti, quo *Levit. 25.* dicitur, *Pecuniam tuam non dabis ad uſuram*; & iterum: *Non accipies a fratre tuo uſuram, nec amplius, quam dediſti. Troslejan. cap. 15.*

CAPUT XXX.

cap. 2. de vita, & honeſt. cler. Greg. IX. & eod. tit. in 1. coll. Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicentur. *Pictav. cap. 10.*

CAPUT XXXI.

Qui uſuras accipit, ſi injuſtum lucrum in pauperes conſumere voluerit, & ab avaritiæ morbo deinceps liberari, eſt ad ſacerdotium admittendus. *Baſil. epiſt. ad Amphiloch. cap. 14.*

Vide Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 3. cap. 8. tit. de turpi lucro, cap. De illis. *& Cabil. ſub Carolo cap. 5. Remen. cap. 32. eod. tit.*

TITULUS VII.

NE QUISQUAM PAUPERIBUS, AUT MENSURIS INÆQUALIBUS UTATUR.

CAPUT I.

SUper omnia autem avaritiam fugire, quæ homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras pro locis quibuſque æquiſſima cuſtodite; depoſita fideliter reſtituite; judicium Dei ſemper in corde volvatis, &c. *Clem. epiſt. 1. poſt princ.*

CAPUT II.

Ut pondera, & menſuræ ubique æqualia ſint, *Levit. 17.* & juſta, ſicut ſcriptum eſt: *Æquus modius, & Prov. 20.* *æquus ſextarius.* Et iterum: *Pondus, & pondus, menſura, & menſura: utrumque abominabile eſt apud Deum. Arelat. ſub Carolo, cap. 15.*

CAPUT III.

Quod menſuræ, & pondera juſta ubique habenda ſint teſtis eſt Salomon, qui dicit, quod *ſtatera doloſa abominatio ſit apud Deum; & pondus æquum voluntas ejus.* *Prov. 11.* Et Dominus in Evangelio: *In qua menſura*, inquit, *menſi fueritis; remetietur vobis.* *Matt. 7.* Quod licet de mutua ibi dictum indulgentia intelligi poſſit; tamen non abſurde, & de hac re dictum accipi valet. *Turon. ſub Carolo cap. 45.*

CAPUT IV.

Quidam non ſolum clerici, ſed & laici Dominici præcepti tranſgreſſores effecti minorem modium atque ſextarium in vendendo, atque commodando, majoremque in recipiendo habent; ſimulque ſtateras minores, atque doloſas in mutando*, atque vendendo; majoreſque in recipiendo habentes. Et ob hoc dum ſuæ intolerabili cupiditati ſatisfacere æſtuant, heu proh dolor, miſeros quoſque paupertati addicunt, & mendicos efficiunt; quoniam his inæqualibus menſuris, & diverſis fœneratoribus adeo eos obligantes coarctant, ut ex vineolis ſuis ob mercedem laboris ſui nihil reſidui ſibi, ſuæque conjugi, & liberis nec cyathus, nec uva quidem remaneat; ſed ut omnia in cellaria ſua ex aſſe deveniant, ſagaciter elaborant, &c. Quamquam ergo conſuetudines perverſæ non facile corrigantur, hæc tamen conſuetudo inæqualium modiorum, & injuſtorum ſextariorum, atque ponderum doloſorum, neceſſe eſt, ut principali metu ocyus corrigatur; & ad præceptum divinum tanta tortitudo reflectatur: quia verendum eſt, ne inter cætera mala hoc quoque non ſolum facientibus, & conſentientibus, ſed etiam non corrigentibus, quod abſit, proveniat in damnationem. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 51.*

* *mutuando, f.*

CAPUT V.

De menſurarum inæqualitate, & modiis injuſtis, & ſextariis, quæ Domini lege haberi prohibentur, *Levit. 19.* qualiter res ad certam correctionem perduci poſſit, non ſatis perſpicue nobis patet, eo quod in diverſis provinciis diverſæ ab omnibus pene habeantur. Hoc tamen modis omnibus optamus, & monemus, ut in unaquaque Provincia Imperii noſtri juſſu, atque terrore celſitudinis veſtræ nullus duplices menſuras in ſua dominatione aut habeat, aut haberi permittat: quoniam hac occaſione multos pauperes affligi in pleriſque locis cognovimus, & ad paupertatem, miſeriamque deveniſſe. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 3. vide Magunt. ſub Carolo cap. 14. tit. de turpi lucro.*

TITULUS VIII.

DE TURPI LUCRO.

CAPUT I.

P*Aſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem glo-*

gloriæ coronam. Petrus Apoſt. ep.1. c.5. num.2.

CAPUT II.

Avaritiam, utpote ſecundam idololatriam, Paulus magnus execratur Apoſtolus, eunctos videlicet, qui Chriſtiano vocabulo, ab omni turpi lucro abſtinere volens: multo magis ergo iis, qui ſacerdotio funguntur, nefas eſt coepiſcopos, & ſuffraganeos ſuos per quemcumque modum gra-are, &c. *Synod. VIII. gener. CP. ſub Hadr. II. cap. 19.*

CAPUT III.

16.q.1.Nulli Epiſcop. cap. 62. Nulli liceat Epiſcoporum a ſubjecto ſacerdote, vel alio quolibet clerico, & piis locis dationes ultra ſtatuta patrum exigere, aut ſuperpoſita in angariis inferre: ſed cum ſit optimus proſpector, ita proſpiciat, ut univerſæ ſibi oves commiſſæ a ſe maxime alantur, atque in neceſſitatibus adjuventur, quam illicitis exactis dationibus opprimantur. *Eugen. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. c. 26. Anſelm. lib. 6. c. 566. Cæſar. lib. 4. c. 89.*

CAPUT IV.

Prava conſuetudo, prout accepimus, & deteſtabilis inolevit, quoniam monachi, & regulares canonici poſt ſuſceptum habitum, & profeſſionem factam ſpreta beatorum magiſtrorum Benedicti, & Auguſtini regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiſcunt. Avaritiæ namque flammis accenſi ſe patronos cauſſarum faciunt, &c. Ut ergo ordo monaſticus, & canonicus Deo placens in ſancto propoſito inviolabiliter conſervetur, ne hoc ulterius præſumatur auctoritate Apoſtolica interdicimus. Epiſcopi autem, Abbates, & Priores tantæ enormitati conſentientes, & non corrigentes propriis honoribus priventur, vel ab Eccleſiæ liminibus arceantur. *Innoc. II. in ſynod. Rom. cap. 6.*

CAPUT V.

De pœnit. d. 5. cap. 2. Qualitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit: quia eſt & honeſtus quæſtus, & turpis, &c. Difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non intervenire peccatum. *Leo epiſt. 90. ad Ruſticum Epiſc. Narbon. cap.* 10.

CAPUT VI.

Diſt.88.c.2. Conſequens fuit, ut illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nuntiavis,
non prætereunda putaremus: id eſt, plurimos clericorum negotiationibus inhoneſtis, & lucris
Matt. 21. turpibus imminere nullo pudore cernentes Evan-
Luc. 19. gelicam lectionem, qua ipſe Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe: nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait:
2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Pſalmiſtam quoque David ſurda diſſimu-
Pſalm. 70. lantes aure cantantem: *Quoniam non cognovi ne-*
14. q.4. Clerici, c. 1. *gotiationes, introibo in potentias Domini.* Proinde hujuſmodi aut ab indignis poſthac quæſtibus noverint abſtinendum: & ab omni cujuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum: aut in quocumque gradu ſint poſiti, mox a clericali-
Luc. 19. 8. bus officiis abſtinere cogantur: quoniam domus Dei domus orationis eſſe debet, & dici; ne officina negotiationis, & ſpelunca potius ſit latronum. *Gelaſ. epiſt. 5. cap. 57. Aquiſgr. ſub Ludov. c. 93. Ivo part. 13. cap. 28. decr. Cæſar. lib.8.c.76.*

CAPUT VII.

Si clericus pecuniam dederit, pecuniam acci- 14.q.4. Nullus, cap. 6.
piat; ſi ſpeciem, ſpeciem. *Carth. c. 56. G. Carth. III. cap. 56. L. Vorm. c. 69. Burch. lib. 2. c. 524. Ivo lib. 3. tit. 53. cap. 3. panorm. & part. 6. c. 598. & part. 53. cap. 9. decret. Anſelm. lib. 7. cap. 552.*

CAPUT VIII.

Placuit, ut Epiſcopi, & Presbyteri, & diaco- 21. q. 3. c. 3.
ni, vel clerici non ſint conductores, neque procuratores, neque ulli turpi lucro, vel inhoneſto negotio victum quærant; quia reſpicere debent,
ſcriptum eſſe: *Nemo militans Deo implicat ſe* 2. Tim. 2.
negotiis ſæcularibus. Carth. III. cap. 15. Vorm. cap. 67. Anſelm. lib. 7. cap. 555. Burch. lib. 2. cap. 555. Ivo part. 6. cap. 242.

CAPUT IX.

Canonum ſtatutis firmatum eſt, ut quicum- 14. q. 4. c. 5.
que in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius ſtudio non utatur. Certe, ſi hæc voluerit exercere, cohibeatur a clero. *Tarrac. cap. 2. Burch. lib. 2. cap. 522. Ivo part. 6. cap. 597. & part. 53. cap. 13. decret.*

CAPUT X.

Si quis clericus ſolidum in neceſſitate præſti- 14. q. 4. c. 5.
terit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi cauſſa tempore ſtatuto decretum eſt venundari. Cæterum ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam, ipſum quod dedit, ſine ullo augmento recipiat. *Tarrac. cap. 3. Ivo lib. 3. tit. 13. c. 4. panorm. & part. 6. cap. 369. & part. 53. c. 14. decret.*

CAPUT XI.

Item placuit, *ut ſobrie, & pie, caſteque* juxta Tit. 1.
Apoſtolum viventes *fugiamus turpis lucri gratiam. Forojul. cap. 3.*

CAPUT XII.

Ut juxta Apoſtoli vocem, ſacerdotes irrepre- 1. Tim. 2.
henſibiles ſint, & moribus ornati; & nequaquam turpibus lucris deſerviant, juxta illud, quod ait
ſcriptura: *Nemo militans Deo implicat ſe nego-* 1. Tim. 3.
tiis ſæcularibus; ut ei placeat, cui ſe probavit: & a turpibus lucris, & uſuris non ſolum ipſi abſtineant; verum etiam plebes ſibi ſubditas abſtinere inſtituant. *Cabilon. ſub Carolo cap. 5.*

CAPUT XIII.

Imputatur quibuſdam fratribus, eo quod avaritiæ cauſſa hominibus perſuaderant, ut abrenunciantes ſæculo res ſuas, Eccleſiæ conferant, &c.
Epiſcopi, ſive Abbates, qui non in fructum ani- 16. q. 7. c. 42. Conſtituit, & 20.
marum, ſed in avaritiam, & turpe lucrum in- q. 3. c. ult.
hiantes quoslibet homines illectos circumveniendo totonderunt; & res eorum tali perſuaſione non ſolum acceperunt, ſed potius ſubripuerunt, pœnitentiæ canonicæ, ſive regulari, ut puta turpis lucri ſectatores ſubjiceant. Hi vero, qui vanis promiſſionibus, vel quibuslibet machinationibus perſuaſi, mentis inopes effecti, rerum ſuarum domini eſſe neſcientes comam depoſuerint, in eo, quod cœperunt, perſeverare cogantur. Res namque quæ ab illectis, & negligentibus datæ, ab avaris, & cupidis non ſolum acceptæ, ſed raptæ noſcuntur, hæredibus reddantur, qui dementia parentum, & avaritia incentorum exhæredati eſſe

no-

Digitized by Google

noſcuntur. Si vero neſcientibus Epiſcopis, aut Abbatibus miniſtri eorum, quilibet videlicet in clero hoc feciſſe convincuntur: Epiſcopi, & Abbates deſidia, illi vero rapacitate, & avaritia judicentur. Hoc vero, quod quiſque Deo juſte, & rationabiliter de rebus ſuis offert, Eccleſia tenere debet. *Cabilon. ſub Carolo cap. 6. & 7. vide Magunt. cap. 23. Burch. lib. 8. cap. 93. Ivo part. 7. cap. 111. decret.*

CAPUT XIV.

Ne cler. vel mon. cap. 1. Greg. IX. & in 1. coll. Miniſtri altaris Domini, vel monachi a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt negotia ſæcularia, &c. quidquid plus juſto appetit homo; turpe lucrum, munera injuſta accipere, vel etiam dare; pro aliquo ſæculari quæſtu pretio aliquem conducere: contentiones, & lites, vel rixas amare, &c. pondera injuſta, vel menſuras habere: negotium injuſtum exercere, &c. *Magunt. ſub Carolo cap. 14. Magunt. ſub Raban. cap. 13. Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decret. Capitul. lib. 7. c. 172. in addit.*

CAPUT XV.

Ut nemo ſacerdotum, vel monachorum negotiis illicitis ſe implicet, quomodo * ſcriptum eſt: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Ut turpia lucra, & uſuras minime exerceant, ſicut ipſum habet concilium. *Remenſ. c. 30. & 32.*

** quoniam, f.*
2. Tim. 2.

CAPUT XVI.

Turpis quoque lucri appetitus, ab eo, qui Epiſcopus futurus eſt, eſſe debet alienus; ſunt enim multi docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia, qui totas domos ſubvertunt, & putant quæſtum eſſe pietatem. Melior eſt autem, juxta Salomonem, modica acceptio cum juſtitia, quam multa genimina cum iniquitate. Et magis eligendum in paupertate nomen bonum, quam in divitiis nomen peſſimum. Epiſcopus, qui imitator Apoſtoli eſſe cupit, habens victum, veſtitum, his tantum debet eſſe contentus, &c. Turpis lucri appetitio eſt, plus de præſentibus, quam de futuris cogitare. *Hieron. in ep. ad Titum apud Aquiſgran. c. 10.*

Prov. 16.
1. Tit. 6.

CAPUT XVII.

1. Reg. 12. Avaritiam in ſacerdote vitandam & Samuel docet, nihil cuiquam eripuiſſe ſe coram populo probans: & Apoſtolorum paupertas, qui refrigeria ſumptuum a fratribus accipiebant; & præter victum, atque veſtitum nihil ſe aliud nec habere, nec velle gloriabantur. Quam ad Timotheum avaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertiſſime notat. *Hieronym. in ep. ad Oceanum apud Aquiſgr. c. 11.*

1. Tim. 3. Tit. 1.

CAPUT XVIII.

Comperimus nonnullos presbyteros, & monachos deſertores ordinis ſui, quod non ſine magno animi mœrore proſequimur, adeo villicationes, & negotiationes, diverſaque turpia lucra ſpectare, ut illud videatur completum, quod dicitur: *Et erit ſicut populus, ſic Sacerdos.* Quod & leges divinæ, & jura canonica condemnant: quantumque etiam id religioni Chriſtianæ contrarium ſit, manifeſtum eſt. Quod vero ab hujuſcemodi illicito actu uterque ordo & ſacerdotalis, & monaſticus ſe cohibere debeat, ſubter breviter collecta teſtimonia declarant: ait namque Dominus in Evangelio: *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Et Paulus: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut ei placeat cui ſe probavit. Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 28.*

Iſaia 24. a. Oſea 4. b.
Luc. 9. g.
2. Tit. 2.

CAPUT XIX.

De illis presbyteris, qui contra ſtatuta canonum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra ſectantur, & diverſiſſimis modis uſuris inſerviunt, &c. obſervandum judicavimus, ut ab hinc diſtricte, ſeveriterque coerceantur, ne per eorum illicitam, & indecentem actionem & miniſterium ſacerdotale vituperetur, & quibus debuerant eſſe in exemplum, deveniant in ſcandalum. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part. 3. c. 8.*

CAPUT XX.

Auditur, quod monachi ſpreta humilitate ornamentis operam impendant; & nequaquam contenti communibus rebus, propriis, & lucris turpibus inſerviant: quod vitium, tamquam peſſimum cancer, ne ultra proſerpat, radicitus evellendum eſt. *Troſl. c. 3.*

TITULUS IX.

DE FURTO ET RAPINA, MAXIME RERUM ECCLESIÆ.

Vide in Part. I. Lib. III. tit. XXII. & XXXIII. & in Part. II. Lib. XVII. Tit. IX.

CAPUT I.

Scripſi vobis in epiſtula, ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis ſervientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri. Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujuſmodi nec cibum ſumere, &c. *Paul. 1. ad Corinth. c. 5. num. 10. Pius ep. 2. in med.*

CAPUT II.

Nolite errare, neque fornicarii, &c. *neque fures, neque avari*, &c. *neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Paul. 1. ad Corinth. c. 6. n. 9.*

CAPUT III.

Excommunicationis pœnæ ſubdantur, qui Romanos, aut alios Chriſtianos pro negotiatione, vel aliis cauſis honeſtis navigio vectos, aut capere, aut ſpoliare præſumunt. *Alexand. III. in conc. Later. c. 24.* *De rapt. c. 2. Greg. IX. & c. 1. cod. tit. in 1. coll.*

CAPUT IV.

Homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, &c. nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi. *Fœlix II. in ſyn. Rom. epiſt. 1. c. 15.*

CAPUT V.

Ubicumque presbyter, vel monachus, vel peregrinus, vel res eorum captæ fuerint, ſtatim excommunicetur receptum unde factum, vel quo ductum fuerit. *Greg. VII. in conc. Rom. anno incert. c. 15.*

CAPUT VI.

Fures, & horum ſimiles excommunicentur. *Greg.*

Greg. VII. in concil. Rom. anno incert. cap. 16.

CAPUT VII.

Ne aliquis laicus alterius ſibi hæreditates uſurpet. *Urban. II. in concil. Clarom. c.* 21.

CAPUT VIII.

Quicumque bona eorum, qui ad Hieroſolymã proficiſcuntur, diſtrahere, vel auferre, quamdiu in via illa morantur, præſumpſerint, excommunicationis ultione plectantur. *Calliſt. II. in concil. Rom. c.* 11.

CAPUT IX.

Diſt. 81. *c.* 15. Presbyter. Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, in adulterio, perjurio, furto deprehenſus deponatur, non etiam excommunicetur. *Apoſt. c.* 24. *G.* 25. *L.*

CAPUT X.

12. *q.* 1. *c.* 6. Qui abſtulerit aliquid patri, vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt, &c. Qui Chriſti pecunias, & Eccleſiæ rapit homicida eſt, atque homicida ante conſpectum 17. *q.* 4. *c.* 18. juſti judicis eſſe deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui iniquitatem operatur, &c. *Anaclet. epiſt.* 1. *ant. fin. Lucius epiſt. unic. c.* 6. *Tribur. c.* 7. *Troſl. cap.* 4. *Burch. lib.* 11. *c.* 18. *Ivo part.* 14. *c.* 88. *decret.*

CAPUT XI.

Similiter de raptoribus, vel eis, qui ſeniores impetunt, fieri cenſemus. Hos ergo ſæculi leges interficiunt: ſed nos miſericordia præeunte, ſub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. Ipſam quoque infamiam, qua ſunt aſperſi, delere non poſſumus, ſed animas eorum per pœnitentiam publicam, & Eccleſiæ ſatisfactionem ſanare cupimus: quia manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda. *Calliſt. epiſt.* 2. *in med.*

CAPUT XII.

12. *q.* 2. *c.* 7. & 10. Eſt in antiquis Eccleſiæ ſtatutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus; ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. Unde & in E- *Luc.* 19. vangelio ſcriptum eſt: *Quod ſi aliquid defraudavi, reddo quadruplum.* Et in legibus ſæculi cautum habetur: *Qui rem ſubripiat alienam, illi, cujus res direpta eſt, in decuplum, quæ ſublata* *Deut.* 27. *ſunt, reſtituat.* Et in lege divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus, Amen.* Talia ergo non præſumantur abſque ultione; nec exerceantur abſque ſua damnatione. *Euſeb. ep.* 2. *in fin. Joann. I. ep.* 1. *in med. Burch. lib.* 11. *c.* 25. & 27. *Ivo part.* 3. *c.* 149. & *part.* 5. *c.* 249. & *part.* 13. *c.* 1. & 37. *Anſelm. lib.* 5. *c.* 41.

CAPUT XIII.

3. *q.* 4. Conſtituimus, *cap.* 9. Firmantes cana patrum ſtatuta, ſtatuimus iterum cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, Epiſcopis, ſic dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, &c. nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi; quia infames ſunt, & juſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum, vocem enim funeſtam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet. *Euſeb. ep.* 3. *in princ. Hadrian. ad Epiſc. Medion. c.* 63. *Burch. lib.* 16. *c.* 4. *Anſelm. lib.* 3. *c.* 19. *Ivo part.* 10. *c.* 37. *decret.*

CAPUT XIV.

Patrocinia Eccleſiaſtica ſub tanto moderamine debetis impendere, quatenus ſi qui in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non videantur injuſte defendi; ne opinionem male agentium ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos ullo modo tranſferamus: ſed quantum decet Eccleſiam, admonendo, verbum interceſſionis adhibendo, quibus modis valetis ſuccurrite: ut & illis opinionem ſanctæ Eccleſiæ non inquinetis. *Greg. lib.* 7. *indict.* 2. *epiſt.* 24. *Rom. Defenſori.* 14. *q.* 6. *c.* 3. Hi qui.

CAPUT XV.

Circa fures animalium, ſi non miſericordia, ſaltem legum edicta ſerventur. Similiter de iis, qui virum, aut feminam rapuerint, permittimus. *Nicol. ad conſult. Bulgar. c.* 31. & 32.

CAPUT XVI.

Si quis clericus furtum, aut falſitatem admiſerit, quia capitalia etiam ipſa ſunt crimina, communione conceſſa, ab ordine degradetur. *Aurel. III. c.* 8.

CAPUT XVII.

Servis Eccleſiæ, vel ſacerdotum prædas, vel captivitates exercere non liceat: quia juſtum eſt, ut quorum domini redemptionis debent præſtare ſuffragium, per ſervorum ſuorum exceſſum diſciplina Eccleſiaſtica non maculetur. *Aurel. IV. cap.* 23.

CAPUT XVIII.

Si quicumque judex clericum abſque cauſſa criminali, id eſt, homicidio, furto, aut maleficio injuria afficere, aut cuſtodiæ deputare præſumpſerit, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur. *Matiſc. c.* 7.

CAPUT XIX.

Ex interpellatione quorundam cognovimus, quod calcatis canonibus, & legibus hos, qui lateri Regis adhærent, vel aliquos, qui potentia ſæculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut condictionibus prærogatis, miſeros non ſolum de agris, ſed etiam de domibus propriis exultare, &c. Decernimus, ut deinceps hujuſmodi licentiam quiſquam non habeat, &c. Illi autem, qui contra diſpoſitum non ſolum noſtrum, ſed etiam antiquorum patrum, & Regum venire tentaverint proceloſi anathematis ultione plectantur. *Matiſc. II. c.* 14.

CAPUT XX.

Si monachus in monaſterio adulterium commiſerit; aut peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit; & hoc Abbas per ſe non emendaverit, aut Epiſcopo, aut Archidiacono non intimaverit, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudatur. *Autiſ. c.* 23.

CAPUT XXI.

Nullus ante audientiam res quorumlibet invadere, aut auferre præſumat: quod qui fecerit, ut necator pauperum habeatur. *Cabil. c.* 6.

CAPUT XXII.

Si ſacerdotes per ſe, ſeu per quoslibet aliena diripiunt, pervaſa, vel præſumpta reſarciant; & pro exceſſu religioni contrarcio duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi ſunt. *Tolet. XI. c.* 5.

CA-

CAPUT XXIII.

Petimus tandem, ut ordo Eccleſiaſticus, in quibuſcumque ei fuerit neceſſe, rigorem ſalutis humanæ exercere, per poteſtatem veſtram, & per miniſtrorum dominationis veſtræ ſecundum antiquam conſuetudinem ſuum vigorem recipiat, &c. atque conſilio ſacerdotali veſtra ſublimitas, & quiſque in quolibet ſtatu, vel ordine de rapinis, & cætera, quæ diſcordiæ malo acciderunt præteritis erroribus, pœnitudinem gerat, & Domini reconciliationem expoſtulet, &c. *Concil. Holonienſ. c. 12. apud ſyn. Meld.*

CAPUT XXIV.

1. Cor. 6. Apoſtolus Paulus dixit, quia rapaces regnum Luc. 16. Dei non poſſidebunt. Et dives purpuratus non propterea ardet in inferno, quod Salvator eum referat crudeliter aliena rapuiſſe, ſed miſericorditer propria indigenti non tribuiſſe. Unde exiſtimate, quanta pœna cruciabitur, qui aliena diripit; ſi in inferno igne damnatur, qui petenti propria denegavit. *Synod. Tullen. in epiſt. ad Rothbert. & alios.*

CAPUT XXV.

Ut raptores, & adulteri, vel rapaces, qui ſicut 1. Cor. 6. Rom. 13. b. ait Apoſtolus, *regnum Dei non conſequentur*; cum quibus etiam, ſicut ipſe præcipit, *nec cibus ſumendus eſt*, cenſura, & ſeveritate Principum, qui non ſine cauſſa gladium portant, inſequantur, quoadusque ſacerdotum judicio publice Eccleſiaſticæ ſubdantur diſciplinæ. *Tullen. part. ult. c. ult.*

CAPUT XXVI.

Quia hactenus indiligenter eſt actum, amodo omni conamine omnes ſtudere volumus, quo penitus a noſtro regno rapina eliminetur, & pauperum voces, uſque nunc Domini Sabaoth aures pulſantes querimoniis, incipiant ſuo creatori laudes rependere pro ubique pace, & quiete conceſſa nobis a gentibus. *Synod. Ticinen. in edicto Ludov. II. Imper.*

CAPUT XXVII.

Unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia, & Miſſi in illorum miſſaticis, & Comites in illorum comitatibus cum maximo ſtudio, & ſumma diligentia curam habeant, ut quicumque raptores, & prædatores, ubi ſunt, cujuſcumque homines ſint, ad rationem deducantur; & ſecundum legem, quæ ibi malefacta habent, emendent, aut ſolvant ſecundum legale placitum, aut per indulgentiam ſibi impetrent perdonari. Et Epiſcopi ſecundum qualitatem, & quantitatem peccatorum abſque acceptione perſonarum rapacibus, & his ſimilibus vitiis nominatis, & convictis pœnitentiæ leges injungant. *Piſten. cap. 2.*

CAPUT XXVIII.

Communi placito conſtituimus, ut qui iſtas deprædationes, & alia male facta criminaliter, & publice fecerunt, ut inde apud Dominum, & apud eos, quibus malefecerunt, ſe pacificent. Et quiſquis hoc non fecerit, bannum noſtrum dupliciter componat, &c. Et qui poſt iſtud bannum per conſenſum omnium factum illa emendare, ſicut illis ſpatium dedimus, noluerint, & omnia, quæ commiſerunt, legaliter componere compellantur, & per publicam pœnitentiam ſecundum ſacros canones, Deo, & Eccleſiæ, in quam peccaverunt, ſatisfaciant, alioquin excommunicentur. *Piſten. cap. 3.*

CAPUT XXIX.

Si quis intra regnum rapinam fecerit, aut cuipiam noſtro fideli, ejuſque homini vi aliquid abſtulerit, in triplo, cui aliquid abſtulerit, legibus componat, & inſuper bannum noſtrum, ideſt, LX. ſolidos nobis perſolvat: poſtmodum vero ante nos a Comite adducatur, ut in baſtonico, vel in alio carcere truſus, uſquedum nobis placuerit, pœnas luat. Nam ſi publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, 1. Cor. 6. regnum Dei non poſſidebunt. *Piſten. c. 4. ex Capit.*

CAPUT XXX.

Si Epiſcopo, aut presbytero cauſſa criminalis, 2. q. 5. c. hoc eſt, homicidium, adulterium, furtum, & ult. maleficium imputatum fuerit, in ſingulis miſſam celebrare, & ſecretam publice dicere, & communicare debet, & de ſingulis ſibi impoſitis innocentem reddere. Quod ſi non fecerit, quinquennio a liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur. *Vormat. cap. 10. Burch. lib. 2. cap. 199. Ivo part. 6. cap. 272. decret.*

CAPUT XXXI.

Franco venerabilis Tungrenſis ſedis Epiſcopus cura paſtorali permotus ſuggeſſit, ſanctam Dei Eccleſiam a ſchiſmaticis, & raptoribus graviter vexari. Cujus ſuggeſtioni valde condolentes decrevimus, eos, qui tam pertinaci ſtimulo irretiti ſunt, ut ea mala ſanctæ matri Eccleſiæ inferrent, aut ſtatuto tempore pia conſideratione illorum ſaluti conſulentes, videlicet ut in feſtivitate S. Joannis Baptiſtæ octavo Kalend. Julii in Forojulii, quando iterum, Deo annuente, ſynodus celebranda erit, pœnitentiæ, & emendationi ſecundum priſcorum ſtatuta patrum, ſe ſubmittant: aut ſi inſtigante diabolo, cujus inſtinctu ad tam nefandum pervenerunt flagitium, hoc contempſerint; perpetuo, & irrevocabili eos anathemate feriendos eſſe decernimus. Eos vero, qui crebra admonitione, & diuturna conventi ſunt, ut reſipiſcerent, & ad pœnitentiæ remedia confugerent, more canum ad vomitum rapacitatis abſque Dei reſpectu reverſi ſunt, ſtatuimus ſine dilatione gladio anathematis eſſe puniendos. *Colonienſe ſub Carolo III. cap. 2.*

CAPUT XXXII.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet 24. q. 3. c. pauperem, aut religioſum expoliaverit, & man- 21. daverit eum ad ſe venire Epiſcopus, ut audiatur, & is contempſerit: mox invicem ſcripta percurrant per omnes provinciæ Epiſcopos, & quoſcumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet. I. cap. 11.* Talium enim ſcelerum patratoribus, ſicut in capitularibus glorioſiſſimorum Imperatorum Caroli, & Ludovici continetur, niſi poſt puram & publicam pœnitentiam, & per Eccleſiæ ſatisfactionem, & per impoſitionem manus Epiſcoporum, nec vivis, nec mortuis communicare debemus. *Colonien. ſub Carolo III. c. 3. Anſelm. lib. 7. cap. 164.*

CAPUT XXXIII.

Non ceſſemus ad Deum clamare, ipſoſque ſacrilegos monere, ut per confeſſionem, & emendationem reatus ſui dent gloriam Deo: & quo- [*Job 24. d.*] niam, ut ſanctus ait Job, *dedit eis Deus locum pœnitentiæ*; videant Epiſcopi, ne abutantur eo in ſuperbia. Ideo denique tales divina diſpenſatio in iniquitate tolerat, ut ab iniquitate compeſcat. Sed ſi accepta pœnitentia poſt tempora divertunt ad culpam, & ſecundum duritiam ſuam, & cor impenitens theſaurizant ſibi iram in die iræ, diſtrictus in ultimis judex impenſa argumenta miſericordiæ convertet ad pœnam. *Troſl. cap. 4. poſt princ.*

CAPUT XXXIV.

Eſurienti non dare panem damnabile eſt, ipſo [*Matt. 25.*] Domino in extremo judicio dicturo: *Eſurivi & non dediſtis mihi manducare*, &c. Quibus ſubjungit, *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus.* Hinc eſt colligendum, qua damnatione plectendi ſint, qui aliena diripiunt, ſi tali animadverſione feriuntur, qui ſua indiſcrete, & immiſericorditer tenuerunt. Quam multiplex autem ſit rapina, & quot modis [*Job 24. a.*] agatur, Job breviter enumerat, inquiens: *Alii terminos tranſtulerunt; diripuerunt greges; aſinos pupillorum abegerunt; abſtulerunt pro pignore bovem viduæ; ſubverterunt pauperum viam; oppreſſerunt manſuetos terræ; agrum non ſuum demetunt, & vineam ejus, quem vi oppreſſerunt, vindemiant; nudos dimittunt homines veſtimenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore*, &c. Audiant raptores, quid de eis vas electionis Paulus, qui ad tertium cæ- [*1. Cor. 6. b.*] lum raptus eſt, dicit: *Neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* Non ergo raptor, non prædo pauperum regnum Dei poſſidebit, niſi perfectam egerit pœnitentiam, & injuſte ſublata reddiderit. Sunt enim quidam, qui pœnitere quidem volunt, ſed res reddere nolunt: peſſimum quidem hominum genus, cui pœnitendi medicina omnino non prodeſt, ſi enim res rapta, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur: „ Ii „ enim, ut dicit S. Auguſtinus, ſcelus ſibi cu„ piunt relaxari, & id, propter quod ſcelus ad„ miſſum eſt poſſidere". Non ergo remittetur rapina peccati, niſi reſtituatur ablatum. Sciat ergo unuſquiſque raptor, non ſibi dimitti rapinæ peccatum, niſi cum poteſt, id quod rapuit, reſtituat: plerumque enim qui aufert, amittit, ſive alios patiendo malos, ſive ipſe male vivendo, nec habet unde reſtituat, &c. Sane ſtatuta Eccleſiæ antiquæ præcipiunt eorum, qui pauperes opprimunt, dona a ſacerdotibus eſſe refutanda: & merito, cum ſint apud Dominum abominabilia, re- [*Eccleſ. 34.*] ſtante ſuper hoc ſcriptura: *Qui offert*, inquit, *ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris.* De judicibus quoque, & potentibus, qui pauperes opprimunt, in libro VI. Capitularium, cap. 418. ſic continetur: „ Ut judices, & potentes, qui pauperes op„ primunt, ſi admoniti a Pontifice ſuo ſe non „ emendaverint, excommunicentur". Et ipſi quidem, niſi condignam de talibus geſſerint pœnitentiam, ſicut beatus teſtatur Paulus Apoſto- [*1. Cor. 6.*] lus, regnum Dei non poſſidebunt. Cæterum regalis poteſtas tales punire debet ſecundum antiquorum Regum ſanctiones de his prolatas, qui infra regnum rapinam fecerint, vel apud quem ſcelus agnoſcitur, & pars rapinæ inventa fuerit, &c. *Troſlejan. cap. 7. vid. Capitul. lib. 6. c. 354. de aliis pœnis corporalibus.*

CAPUT XXXV.

Illa cohibenda omnibus modis ſunt, quæ contra jus fiunt humanæ ſocietatis; ſicut ſunt furta, & execrabiles rapinæ, calumniæ, oppreſſiones, invaſiones, quæ prius reddenda, poſtea ſunt remedio conſcientiæ corrigenda. *Troſlejan. c. 15.*

CAPUT XXXVI.

Non ſolum prædari ſugiendum, horrendumque prædicatur; ſed plura concupiſcere, & aliena propter turpe lucrum attingere: & quicumque eſt ejuſmodi, is eſt a Dei Eccleſia abdicatus. *Greg. Thaumaturg. cap. 2.*

CAPUT XXXVII.

Eos, qui alienas domos invadere auſi fuerint, ſi accuſati quidem convicti fuerint, nec auditione dignos exiſtimare: ſin autem ſe ipſos enunciarint, & reddiderint, in eorum, qui convertuntur, ordinem ſubſterni. *Greg. Thaumat. cap. 8.*

CAPUT XXXVIII.

Eos, qui in campo aliquid invenerunt, vel in ſuis ædibus a barbaris relictum, ſi accuſati quidem convicti fuerunt, ſint ſimiliter in iis, qui ſubſternuntur. Sin autem ſeipſos enunciaverint, & reddiderint, etiam precibus digni habeantur. *Greg. Thaumaturg. cap. 9.*

CAPUT XXXIX.

Qui furatus eſt, ſi ex ſe quidem pœnitentia motus ſe ipſum accuſaverit, anno a ſola ſacramentorum communione arcebitur. Sin autem convictus fuerit, duobus annis tempus illi ad ſubſtrationem dividetur, & conſiſtentiam; & tunc communione dignus habeatur. *Baſil. ad Amphil. cap. 61.*

CAPUT XL.

Dividitur furtum in latrocinium, ſeu deprædationem, & murorum effoſſionem. Idem autem utriſque eſt inſtitutum, videlicet aliena auferre: in animo autem ipſorum magna eſt inter ſe differentia, latro enim etiam homicidium ad id, quod ſtudet aſſequi, aſſumit, ad id paratus, & armis, & copiis, & opportunitate loci: adeo ut is homicidarum judicio ſubjiciatur, ſi per pœnitentiam ad Dei Eccleſiam reverſus fuerit. Qui autem latenti ablatione ſibi alienum uſurpet, deinde per enunciationem peccatum ſuum ſacerdoti aperuerit, vitii ſtudio in contrarium mutato, ægritudinem curabit: dico autem largiendo, quæ habet, pauperibus, ut dum, quæ habet, profundit, ſe ab avaritiæ morbo liberum aperte oſtendat. Sin autem nihil aliud, præter quam ſolum corpus habeat, jubet Apoſtolus, per laborem corpora- [*Epheſ. 4.*] lem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet contextus: *Qui furatur, non amplius furetur; ſed potius laboret bonum operans, ut poſſit ei largiri, qui indiget. Greg. Nyſſen. ad Letojum, cap. 6.*

CA-

CAPUT XLI.

Sacrilegium, in antiqua quidem ſcriptura, ne cædis quidem condemnatione viſum eſt tolerabilius. Similiter enim qui cædis convictus erat, & qui res Deo dedicatas abſtulerat, lapidationis ſupplicium ſubibat. In Eccleſiaſtica autem conſuetudine de pœnæ gravitate neſcio quomodo aliquid detractum, & eo lenitatis deſcenſum eſt, ut illius morbi exiſtimetur tolerabilius piaculum, in minori enim tempore, quam adulterium, ii a patrum traditione pœnam ſuſceperunt. Ubique autem hoc in ſupplicii genere ante omnia videndum eſt, qualis ſit ejus, cui medela adhibetur, affectio; & non exiſtimare tempus ad medelam ſufficere, quænam enim fuerit ex tempore medicina, ſed ejus, qui ſibi per converſionem medetur animum, & inſtitutum. *Greg. Nyſſen. ad Letojum, cap.* 8.

TITULUS X.
DE IIS, QUI RES NAUFRAGORUM DIRIPIUNT.
CAPUT I.

De rapt. c. 3. apud Greg. IX. & in 1. coll.

ILli, qui Chriſtianos naufragium facientes, quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur damnanda cupiditate rebus ſuis ſpoliare præſumunt, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe noverint ſubjacere. *Alexand. III. in concil. Later. cap.* 24.

CAPUT II.

Quoniam Dei judicio nonnullos naufragio perire cognoſcimus, & eos quaſi legali jam jure, Diabolico immo inſtinctu ab his, quibus miſericorditer ſublevari, & conſolari deberent, deprædari conſpicimus: ſtatuimus, & ſub anathematis vinculo, ut a prædeceſſoribus noſtris ſtatutum eſt, jubemus: ut quicumque naufragum quemlibet, aut bona illius, invenerit, tam eum, quam omnia ſua dimittat. *Greg. VII. in concil. Rom. ann.* 5.

CAPUT III.

Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores, & fratrum necatores ab Eccleſiæ liminibus excludantur. *Paſchal. II. in concil. incert. c.* 9.

TITULUS XI.
DE PIRATIS.
CAPUT I.

De Judæis, & Saracen. c. 6. apud Greg. IX. & in 1. coll.

SUnt, qui pro ſua cupiditate in galeis & piraticis ſaracenorum navibus regimen, & curam gubernationis exercent. Tales igitur a communione Eccleſiæ præciſos, & excommunicationi pro ſua iniquitate ſubjectos, & rerum ſuarum per ſæculi principes Catholicos, & conſules civitatum privatione mulctari, & capientium ſervos, ſi capti fuerint, fore cenſemus. *Alexand. III. in concil. gen. Later. c.* 24.

CAPUT II.

Quia curſarii, & piratæ nimium impediunt ſubſidium terræ ſanctæ, capiendo, & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa: nos ſpeciales adjutores, & fautores eorum excommunicationis vinculo innodamus: ſub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſcienter communicet aliquo venditionis, vel emptionis contractu: & injungentes rectoribus civitatum, & locorum ſuorum, ut eos ab hac iniquitate revocent, & compeſcant; alioquin quia nolle perturbare perverſos, nihil aliud eſt, quam fovere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare, in perſonas, & terras eorum, per Eccleſiarum Prælatos ſeveritatem Eccleſiaſticam volumus, & præcipimus exerceri. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. ult.*

TITULUS XII.
DE IIS, QUI NUMMOS ADULTERANT.
CAPUT I.

QUicumque monetam falſam ſe ſciente fecerit, aut ſtudioſe expenderit; tamquam maledictus, & pauperum virorum oppreſſor, nec non & civitatis turbator a fidelium conſortio ſeparetur. *Calliſt. II. in concil. Rom. c.* 16.

TITULUS XIII.
DE EO, QUI SEPULCHRA VIOLAVIT.
CAPUT I.

CLericus in demoliendis ſepulchris deprehenſus a clericatus ordine ſubmotus, pœnitentiæ triennio deputetur. *Tolet. IV. c.* 45.

CAPUT II.

Qui ſepulchra effodit undecim annis carebit communione. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 65.

CAPUT III.

Sepulchrorum effoſſio, ipſa quoque dividitur in id, quod veniam meretur, & id, quod non meretur. Si enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, ut nec ſoli oſtendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis, qui ante ſepulchrum projecti ſunt, ad aliquod opus conſtruendum uſus eſt, ne hoc quidem eſt laudabile, ſed ut eſſet dignum venia, efficit conſuetudo, quando ad aliquid melius, & reipublicæ utilius materia traducta ſit: ſed carnis in terram redactæ pulverem perſcrutari, & oſſa movere, ſpe aliquem ex defoſſis lucrifaciendi ornatum, id eorum judicio condemnatum eſt, quo ſimplex fornicatio, quemadmodum in præcedente oratione diviſio facta eſt, conſiderante ſcilicet œconomo, ſeu diſpenſatore ex ipſa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam, ut ſpatium a canonibus præſtitutum poſſit contrahere. *Gregor. Nyſſen. ep. canonica ad Letojum, c.* 7.

TITULUS XIV.
DE CRIMINE FALSI.
CAPUT I.

MOX examinantur falſi teſtes, qui contra Ignatium juraverant, & cum præſcripta a ſynodo ſatisfactione pœnitentiæ recepti ſunt ad communionem Eccleſiæ, ſic recepti ſunt, & cæteri, qui defecerunt ad Photium deſerto legitimo Antiſtite Ignatio. *Syn. VIII. gen. ſub Hadr. II. act. IX. ante fin.*

CAPUT II.

De reſcript. c. 8. ap. Gr. IX. & in 4. coll. c. 5.

Si quis ſuper aliqua quæſtione de cætero ſine mandato ſpeciali Domini, litteras Apoſtolicas impetrare præſumpſerit, & litteræ illæ non valeant, & ipſe tamquam falſarius puniatur: niſi forte de illis perſonis extiterit, de quibus non debet exigi de jure mandatum. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 37.

CAPUT III.

Homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi. *Fœlix II. in ſynod. Rom. epiſt. 1. cap. 15.*

CAPUT IV.

Bonorum opera inter cætera ſemina, ac negotia ſunt: totis intimi cordis viſceribus Deum diligere, &c. non occidere, non adulterari, non furtum facere, non concupiſcere, non falſum teſtimonium dicere, &c. dolum corde non tenere, nec pacem falſam dare, &c. *Petrus Apoſt. apud Clem. epiſt. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 21.*

CAPUT V.

Hæretici omnes, & ſuſpecti, &c. & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi. *Eutych. epiſt. 2. in med.*

CAPUT VI.

3. q. 5. c. 9. Statuimus, &c. ut homicidæ, malefici, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi. *Euſeb. ep. 3. in princ. Hadr. ad Epiſc. Mediom. c. 63. Burch. lib. 16. cap. 4. Ivo part. 10. c. 4. & c. 37. decret.*

CAPUT VII.

4. q. 4. c. 2. Accuſatores, & judices non iidem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe judices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, unuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine, &c. De quibus omnibus vera ſemper fiat æquitas; quatenus accuſationis, & judicii, ac teſtimonii mercedem per veritatem geſtorum con-
Eccleſ. 12. ſequi valeant, ſcriptum eſt enim: *Abominatur Dominus labia mendacia, & teſtem fallacem proferentem mendacia, & ſeminantem inter fratres ſcandala, atque litigia*, &c. *Damaſ. ep. 3. ante med. Burch. lib. 16. c. 31. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 26. panorm. & part. 6. c. 337. decret.*

CAPUT VIII.

Si quis Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconem falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 58. Eliber. cap. 75.*

CAPUT IX.

Requirendum a nobis dicitis, quid de eo judicandum ſit, qui quemlibet falſo criminatus fuerit, & poſtmodum accuſator fallax apparuerit. De hoc quamvis venerandæ leges abunde, quod
Col. juſtum eſt, innuant; nos tamen potius cum Apoſtolo vos ad miſericordiæ viſcera, quam ſe Deum ſuper ſacrificium velle teſtatur, ſemper convenit exhortari. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 84.*

CAPUT X.

De crimine falſo. 1. in coll. 1. Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebit, ſi tamen non fuerit mortis, quod objecit, & ſi probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abſtinebit. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abſtinere. *Elib. c. 74. Burch. lib. 16 c. 19.*

CAPUT XI.

De iis, qui falſo accuſant fratres ſuos, placuit eos, uſque ad exitum non communicare ſed falſum teſtem juxta ſcripturam impunitum non licere eſſe. *Arel. I. c. 14.* Prov. 19.

CAPUT XII.

Niſi digna ſatisfactione pœnituerint, qui falſa fratribus capitalia * objeciſſe convicti fuerint, uſque ad exitum non communicent, ſicut magna ſynodus ante conſtituit. *Arelat. II. c. 25. Capitul. lib. 6. c. 241.* 3. q. 10. c. 1. Eos. * capitula.

CAPUT XIII.

Homicidas, & falſos teſtes a communione Eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina diluerint. *Agath. c. 37. Venet. c. 1. Maguns. ſub Raban. c. 22. Raban. c. 13. de pœnit. Burch. lib. 6. c. 29. Ivo part. 10. c. 38. & 158. decret.* 24. q. 3. c. Itaque, 20.

CAPUT XIV.

Si Epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, aut teſtimonium falſum dixerit; ab officii honore depoſitus in monaſterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. *Agath. c. 50.* Diſt. 50. c. 7.

CAPUT XV.

Si quis clericus in falſo teſtimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis cenſeatur. *Epaun. cap. 13.*

CAPUT XVI.

Si quis clericus furtum, aut falſitatem admiſerit, quia capitalia etiam ipſa ſunt crimina, communione conceſſa, ab ordine degradetur. *Aurel. II. c. 8.*

CAPUT XVII.

Si quis convictus fuerit alios ad falſum teſtimoniũ, vel perjuriũ attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe: ipſe quidem uſque ad exitum non communicet; hi vero, qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur. *Matiſc. c. 17.*

CAPUT XVIII.

Dum ſanctus Spiritus humano generi ſtatuat omnibus modis mendacium præcavere, dicente Salomone: *Noli amare mendacium adverſus fratrem tuum, neque amico ſimiliter facias*: & iterum: *Os, quod mentitur, occidit animam*, plerique ſacerdotum, qui prædicatores veritatis exiſtere debuerunt, &c. ita præpediente delicto, atque ſauciati inimicitiæ dolo, non ſolum hominibus fallaciter loqui minime pertimeſcunt; ſed & in ſanctis baſilicis ſupra altare Domini, coram Deo id nequaquam perpetrare horreſcunt. *Tolet. XVII. c. 6.* Eccleſ. 7. Sap. 1.

CAPUT XIX.

Falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicarios diaconos, & clericos de peculiis eccleſiarum abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus. *Franc. ſynod.*

CAPUT XX.

Decrevimus, ut laici homines legitime vivant, &c. & falſa teſtimonia non dicant. *Sueſſion. ſub Pipino.*

CAPUT XXI.

Ut comites, judices, ſeu reliquus populus obe-

obedientes ſint Epiſcopo, & invicem conſentiant ad juſtitias faciendas, & munera pro judicio non recipiant, nec falſos teſtes; ne per hoc pervertant judicia juſtorum, &c. *Arelat. ſub Carolo, cap.* 13.

CAPUT XXII.

Summopere admonendi ſunt comites, & judices, ne viles, & indignas perſonas coram ſe permittant ad teſtimonium accedere: quoniam multi ſunt, qui pejerare pro nihilo putant, in tantum, ut pro unius diei ſatietate, aut pro quolibet parvo pretio ad juramentum conduci poſſint, animaſque ſuas perjurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet teſtimonium admittendi ſunt. Et hoc notandum, quod non ſolum qui pejerant, ſed etiam qui perjurio conſentiunt ſimiliter * plectendi ſunt damnatione. *Turon. ſub Carolo, cap. 24. Ivo part. 16. cap. 337. decret.*

* *ſimili.*

CAPUT XXIII.

Epiſcopi conſentientes ſint comitibus, & judicibus ad juſtitias faciendas; & ut nullatenus per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium, aut per præmium lex juſta in aliquo depravetur. *Magunt. ſub Carolo, cap. 8. Magunt. ſub Rab. m. cap. 7. Burch. lib. 15. c. 4.*

CAPUT XXIV.

Sciat ſe quiſquis hoc perpetraverit (*falſi teſtimonii crimen*) aut tali pœnitentia purgandum, ut ſuperius dictum eſt de perjurio, aut tali damnatione, & excommunicatione damnandum, ſicut ſuperius inſertum eſt. Dicendumque eſt illis, ut a falſo etiam teſtimonio abſtineant, & hoc graviſſimum ſcelus eſſe, & ab ipſo Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino: *Non falſum teſtimonium dixeris*; ſive, *Teſtis falſus non erit impunitus. Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 27.*

Exod. 20. Deut. 5.

Vide lib. V. tit. XXVI. de falſis conciliis, aut veris corruptis; & de falſis, aut corruptis decretis Pontificum Romanorum.

TITULUS XV. DE DETRACTORIBUS.

CAPUT I.

D*Eponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite. Petrus epiſt. 1. cap. 2. num. 2.*

CAPUT II.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. Jacob. epiſt. 1. c. 4. num. 11. Clem. epiſt. 2. poſt med.

CAPUT III.

De pœnit. diſt. 1. c. 24.

Homicidiorum tria genera eſſe dicebat (*Petrus Apoſtolus*) & pœnam eorum parilem fore docebat: ſicut enim homicidas interfectores fratrum, ita, & detractores eorum, eoſque odientes homicidas eſſe: quia & qui occidit fratrem ſuum, & qui odit, & qui detrahit, pariter homicidæ eſſe monſtrantur. *Clem. epiſt. 1. ante fin. Burch. l. 6. cap. 28. Ivo part. 10. cap. 157.*

CAPUT IV.

Quotidiana illius (*loquitur de Petro Apoſtolo*) prædicatio erat, &c. Quantum unuſquiſque ſapit, & poteſt, totis internis cordis viſceribus Deum diligere, &c. Non eſſe ſuperbum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem: quia qui detrahit, non ſe ſolum, ſed & multos alios occidit. *Clem. ep. 1. ante fin. Theodulph. c. 21.*

CAPUT V.

Scimus, quia multum derogatio prævalet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo fratres variis detractionibus, & accuſationibus non oportet labefactari judices, & Primates eccleſiæ; ſed magis Apoſtolorum, & doctorum regulis informari, ac roborari. *Anaclet. epiſt. 1. ante fin.*

CAPUT VI.

Qui rancida, corda virorum inficit, malitiam inter homines ſpargit, & qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt. *Anaclet. epiſt. 1. ante fin.*

CAPUT VII.

Si detractores quorumcumque graviter judicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores, & detractores, atque accuſatores memoratorum Dei famulorum (*Epiſcoporum*) atque perſecutores damnantur, & in barathrum, niſi ſe correxerint, & per eorum ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. *Anaclet. epiſt. 2. ante med.*

CAPUT VIII.

Deteriores ſunt, qui doctorum vitam, moreſque corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt; ipſi enim ea, quæ extra nos, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſive qui adverſus nos armantur, proprie nos ipſos decerpunt, &c. Manifeſtum eſt, diabolum, qui ſicut leo rugiens circuit quærens, quem poſſit devorare, cordibus plebium ſuadere, ut doctores, atque paſtores ſuos detractionibus accuſent; ut plebibus langueſcentibus, vel male agentibus, non tenentibus paſtoribus fræna eorum, laſciviant, atque in ima ruant. *Anaclet. epiſt. 3. poſt med. Burch. lib. 1. cap. 138. Ivo part. 5. cap. 239. decret. Deuſded. part. 3. Anſelm. lib. 3. cap. 11.*

6. q. 1. c. 15. — *Pet. 5.*

CAPUT IX.

Parcat unuſquiſque a laceratione, vel detractione linguæ ſuæ; caveatque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id eſt, ne, aut aliis deroget, detrahatque quibuſcumque, aut alios audiat derogantes, vel detrahentes; cuſtodiatque quiſque ſermones ſuos, & ſciat, quia quicumque de aliis loquitur, ſua ſententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne derogando, quod in domo cujuſcumque agitur, alia domus per eum cognoſcat; ſed omnium Chriſtianorum domos, quaſi proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert, ſitque uniuſcujuſque ſtudium, non ſolum oculos caſtos ſervare, ſed & linguam. *Anaclet. epiſt. 3. in fin. Anter. epiſt. unic. in med. vid. D. Hieronym. epiſt. ad Nepotian. apud Aquiſgran. cap. 94.*

CAPUT X.

Obediendi, diligendi, & ſummopere veneran-

di

di ſunt (*Epiſcopi*) non detrahendi, vel lacerandi, aut ejiciendi, ſed portandi, & amandi, ipſo dicente Domino : *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Evariſt. epiſt. 2. poſt princ. Troslejan. cap. 5.* *Luc. 10.*

CAPUT XI.

1. Joann. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, qui vero diligit eum, in Deo manet, & Deus in eo, &c. Summa iniquitas eſt fratres detrahere, & accuſare; unde ſcriptum eſt : *Omnis, qui detrahit fratrem ſuum, homicida eſt, & omnis homicida non habet partem, aut hereditatem in regno Dei. Alexand. epiſt. 3. in princ.*

CAPUT XII.

De pœnit. diſt. 3. c. 21. De conſ. diſt. 5. c. 23. Pſalm. 35. Nihil prodeſt homini jejunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur : unde ait Propheta : *Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum.* Nemo enim bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult. *Pius epiſt. 1. poſt med.*

CAPUT XIII.

Non multum debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci; quoniam hoc nobis Dominus jubet per Eſaiam *Eſaia 51. c.* Prophetam dicens : *Audite me, qui ſcitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis*, &c. Non enim detrahentibus bonum eſt detrahere: aut palo, ſecundum vulgarem fabulam, excutere palum. Abſit. Non ſunt noſtra iſta ; hæc enim avertat divinitas. *Zephyr. epiſt. 2. poſt princ. Fœlix II. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT XIV.

6. q. 1. c. 13. Caveat unuſquiſque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes : id eſt, ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes : *Sedens* (inquit) *adverſus fratrem tuum loquebaris* detrahendo,) *& adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum*, &c. *Pſalm. 49.* *6. q. 1. c. 14. Ex merito.* Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos; & ſciant, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, ſua ſententia judicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii ſingulorum ſit, dilectiſſimi, non ſolum oculos caſtos ſervare, ſed & linguam. Nec quid in cujuſquam domo agatur, alia domus per vos umquam noverit, &c. Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ judicare de cæteris, & de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quippiam dicere. *11. q. 3. c. 14.* [Abſit, ut quidquam ſiniſtrum de iis loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiam chriſtiani ſumus, qui claves regni cælorum habentes, ante judicii diem judicant. *Anter. epiſt. unic. poſt med. vid. Hieronym. in epiſt. ad Nepotian. in fin. & ad Heliodor. poſt med.*

CAPUT XV.

Sacerdotes non ſunt leviter tractandi, nec lacerandi, nec temere accuſandi, aut reprehendendi, niſi a magiſtris ſuis, &c. *Vid. 2. q. 7. c. 13. Oves.* Apoſtolica auctoritate jubemus, ne paſtorem ſuum oves, quæ ei commiſſæ fuerant, niſi in fide erraverit, reprehendere audeant : quia facta præpoſitorum oris gladio ferienda non ſunt, &c. Exemplo Cham *Geneſ. 9.* filii Noe damnantur, qui patris ſui culpas in publicum producunt, aut eos accuſare, vel detrahere præſumunt, veluti Cham, qui patris ſui Noe pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtravit. *Fabian. epiſt. 2. poſt med. & in fin. Anaclet. epiſt. 3. poſt med.*

CAPUT XVI.

Monemus, ut omnes a præcipitio, in quo fratres, & Domini paſtores detrahendo, & perſequendo, verbis, & factis labuntur, laqueis, quibus poteſtis, retempteis, &c. Oportet vos, & omnes fideles diligere invicem, & non detrahere. *Fabian. epiſt. 3. ante med. Xyſt. III. epiſt. unic. in med.*

CAPUT XVII.

Detractores, qui divina auctoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum ab Epiſcopali ſemovemus accuſatione, &c. *3. q. 4. c. 10.* Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in pulverem flant, atque in oculos ſuos terram excitant? & unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis vident. *Fœlix epiſt. 1. poſt princ. & in fin. vid. Zephyr. epiſt. 1. in princ.*

CAPUT XVIII.

Detractiones, & accuſationes, atque perſecutiones inter chriſtianos vitandæ ſunt : quia ſcilicet pauci ſimus in comparatione aliorum, ſi tamen unanimes fuerimus, facilius adverſariis reſiſtemus. *Marcell. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT XIX.

Non leviter quiſquam aſſentiat in detractione, vel judicatione, vel damnatione fratrum, maximeque ſacerdotum, &c. *Damaſ. ep. 3. ante finem ad Steph. & alios Epiſcopos.*

CAPUT XX.

Detrahentibus nolite detrahere, quoniam detrahentibus detrahere non eſt bonum, &c. Non debemus timere omnino opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci. *Pelag. II. ep. 3. in fine.*

CAPUT XXI.

In cunctis, quæ in hac vita adverſa proveniunt, ſola eſt, ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrendum, ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conſcientia non accuſat. *11. q. 3. c. 52.* Quem enim conſcientia defendit, & inter accuſationes liber eſt, & liber, vel ſine accuſatione eſſe non poteſt ſi ſola, quæ interius addicit, conſcientia accuſat. De veſtra igitur ſanctitate, abſit a chriſtianorum judicio, ut ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo ſuſpicionis adduci : quia ex ſacri eloquii teſtimonio tenemus, ut majora mala cum forſitan dicuntur, niſi probata, credi non debeant; ſed probata citius ulciſci, &c. Hæc igitur dixi, ut nimiæ eſſe levitatis oſtenderem ; ſi quis mala gravia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Unde ſanctitas veſtra debet mentem ſuam a maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione disjungere, & ſola, quæ æterna ſunt, atque ad utilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

re. *Gregor. lib. 6. epiſt. 14. Conſtantio Epiſc. Mediolanen.*

CAPUT XXII.

11. q. 3. c. 55. Inter verba laudantium, ſive vituperantium ad mentem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea * de vobis. non invenitur bonum, quod de nobis * dicitur; magnam triſtitiam generare debet, & rurſum ſi in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi homines laudent, & conſcientia nos accuſet? aut quæ debet eſſe triſtitia, ſi omnes accuſent, & ſola conſcientia nos liberos 2. Cor. 1. demonſtrat? Habemus Paulum dicentem: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Job 16. Job quoque dicit: *Ecce in cælo teſtis meus.* Si ergo eſt nobis teſtis in cælo, teſtis in corde: dimittamus ſtultos foris loqui, quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in pulverem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant? ut unde plus detractionis perſlant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen ſunt ipſi, & tranquille admonendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet: ſcientes quid de Judæis Veritas di- Matt. 7. d. cit: *Ne forte ſcandalizemus eos.* Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint; habes conſolationem, quam in ſancto Evangelio conſpicias, cum Matt. 15. b. enim Domino dictum fuerit: *Scis, quia Phariſæi, audito verbo hoc ſcandalizati ſunt?* reſpon- Rom. 12. dit: *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.* Paulus quoque Apoſtolus admonet dicens: *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Dicturus quippe, cum omnibus pacem habentes: quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit; ſi fieri poteſt. Sed tamen adjunxit, quod poſſit fieri, cum dixit: *Quod ex vobis eſt.* Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſervare cupimus, etſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cum illis ſine dubio habemus. *Gregor. lib. 8. epiſt. 45. Palladio presbytero. Xyſtus III. epiſt. unic. poſt princ.*

CAPUT XXIII.

Si laudibus lætamur, & detractionibus frangimur gloriam noſtram non in nobis, ſed in aliorum ore ponimus, &c. Et ſi omnes vituperent, liber eſt tamen, quem conſcientia non accuſat: quia & ſi omnes laudent, liber eſſe non poteſt, ſi hunc conſcientia accuſat, &c. De ſtultorum vocibus excellentia veſtra turbari nullatenus debet: maxime quia in omnipotentis Dei miſericordia tunc certa fiducia eſt, quando pro bono opere adverſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, ut plena merces in æterna retributione ſervetur. Unde Matt. 5. in ſancto Evangelio Veritas dicit: *Beati eritis, cum adverſus vos omne malum dixerint homines, mentientes propter nomen meum.* Qui in conſolatione noſtra, ſua in exemplum adducere Matt. 10. opprobria dignatus eſt, dicens: *Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domeſticos ejus?* Sunt autem plurimi, qui vitam bonorum fortaſſe amplius quam debent, laudant: & ne qua elatio de laude ſurrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & objurgationem prorumpere; ut ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt ergo, quod doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur per infamiam, & bonam famam. Qui etiam dicit: *Ut ſeductores, & veraces.* 2. Cor. 6. Si ergo fuerunt qui malam famam Paulo imponerent, qui hunc ſeductorem vocarent, quis ergo chriſtianus debet indignum ducere, pro Chriſto injurias audire? *Gregor. ad Theoctiſtam Patriciam lib. 9. regiſtr. epiſt. 39. in qua multis exemplis probat detractores æquo animo eſſe ferendos.*

CAPUT XXIV.

Cavendum eſt, ne manum detractionis, aut vituperationis quidam mittant in unctum Domini, vel in prædicatores ſanctæ eccleſiæ: quia eorum vexatio, ſive detractio ad Chriſtum pertinet, cujus vice in eccleſia legatione funguntur. Unde ſummopere cavendum eſt omnibus fidelibus ne clanculo, aut publice Epiſcopum ſuum, id eſt unctum Domini detractionibus, aut vituperationibus dilanient. *Gregor. ad Felicem Epiſcopum lib. 12. epiſt. 31. al. 33.*

CAPUT XXV.

Denique ſi Cham videns patris verenda, riſit Geneſ. 9. potius, quam, ut cæteri, cooperuit; maledictionem in filio percepiſſe legitur: quanto potius, hi qui verecundiam patris, non ſolum, ſi qualibet fuit, minime cooperuerunt, ſed & riſerunt, & falſo ad ſubſannationem ſui moris homines provocaverunt, atque quod eſt deterius, patenter contra ipſum de pharetra iniquitatis ſuæ ſagittam judicii produxerunt? Non ſic e contra filii ſobrii, non ſic, ſed averſi operuerunt. Quod moraliter egregius doctor Papa Gregorius interpretatus, ait: „ Averſari dicimur, quod reprobamus. Quid eſt ergo, quod filii verecunda patris „ ſuperjecto dorſis pallio, averſi venientes operiunt; niſi quod bonis ſubditis ſic præpoſitorum ſuorum mala diſplicent, ut tamen hæc ab „ aliis occultentur? operimentum averſi deferunt, quia dijudicantes factum, & venerantes magiſterium nolunt videre, quod tegunt“. Sed hæc dicentes; nolite æſtimare nos cujuſcum- Diſt. 21. c. 5. Nolite. que proximorum noſtrorum, quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere: ſed quod ita velim filios circa ſpiritalem patrem, & diſcipulos erga magiſtrum devotos, ac ſobrios eſſe, ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam, ut non dicam dijudicandam, ſed nec ſaltem tenuiter reprehendendam proſiliant. Quoniam dicente præfato Papa in libro regulæ paſtoralis: „ Admonendi ſunt „ ſubditi, ne præpoſitorum ſuorum vitam temere „ judicent, ſi quid eos fortaſſe agere reprehenſibiliter vident; ne unde recte mala redarguunt, „ inde per elationis impulſum in profundiora „ mergantur. Admonendi ſunt, ne cum culpas „ præpoſitorum conſiderant, contra eos audaciores fiant. Sed ſic quæ valde ſunt eorum „ prava, apud ſemetipſos dijudicent, ut tamen „ divino timore conſtricti, ferre ſub eis jugum „ reverentiæ non recuſent“, &c. Facta præpoſitorum oris gladio ferienda non ſunt, etiam cum recte reprehendenda judicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur, neceſſe eſt, ut per afflictionem pœnitentiæ cor prematur, qua-

quatenus ad ſemetipſam redeat; & cum præpoſitæ poteſtati deliquerit, ejus contra ſe judicium, a quo ſibi prælata eſt, perhorreſcat; nam cum in præpoſitis delinquimus, ejus ordinationi, qui eos
Exod. 16. nobis prætulit, obviamus. Unde Moſes quoque cum contra ſe, & Aaron conqueri populum cognoviſſet, ait: *Nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum. Nicolaus epiſt. ad Michael. Imperat. ante med. Gregor. moral. lib. 25. cap. 22. & lib. paſtor. lib. 3. c. 5. poſt med. apud Aquiſgr. c. 103.*

CAPUT XXVI.

Diſt. 46. c. 5. Clericus maledicus maxime in ſacerdotibus cogatur ad poſtulandam veniam: ſi noluerit, degradetur, nec unquam ad officium abſque ſatisfactione revocetur. *Carth. IV. cap. 57. Burch. lib. 10. cap. 66. Ivo part. 11. cap. 11. & part. 13. cap. 66. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 112.*

CAPUT XXVII.

Sed & hoc pro peſtilentioſis hominum moribus ſalubri deliberatione cenſemus; ne quis in Principum maledicta congerat. Scriptum eſt
Exod. 22. enim a legislatore: *Principem populi tui ne maledixeris.* Quod ſi quis fecerit excommunicatione Eccleſiaſtica pellatur. *Tolet. V. cap. 5.*

CAPUT XXVIII.

Decernimus, ut nullus ſubjectus decedentem detrahat Epiſcopum, nullus de eo deroget, nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præſumpſerit, ſi presbyter fuerit, tribus menſibus ab Epiſcopo ſuo ſub pœnitentia relegatus maneat: ſi diaconus quinque; ſi ſubdiaconus, aut clericus, vel quilibet religioſus de majori gradu, quia conſtat ex his jam aliquos per bonam actionem eſſe venerandos, novem; ſi minimi fuerint, qui levi corde ſunt, minimæque adhuc perſonæ, quinquagenis flagellis juſſione feriantur Epiſcopi. Quod ſi laicus, quamvis ingenuus, in domo eccleſiæ tamen nutritus, & ab eccleſiæ rebus dignitatis gratia præditus, juxta quod digni-
* exegerit, f. tas ejus egerit *, pro tali exceſſu excommunicationis ſententia feriendus erit. Si vero de familia eccleſiæ fuerit quiſque, ſi major fuerit, qui dignitate polleat, ſex menſibus ab Epiſcopo ſuo excommunicatus manebit; inferior tamen, aut minima perſona diſciplinam mereatur, juxta quod Epiſcopi ſui proceſſerit ſententia. *Emerit. c. 17.*

CAPUT XXIX.

Clerici uſuris nequaquam incumbant, &c. odium, æmulationes, obtrectationem, atque invidiam fugiant. *Mogunt. ſub Carolo cap. 10. ex Hieronym. in epiſt. ad Nepotian.*

CAPUT XXX.

Cave, ne aut linguam, aut aures habeas prurientes: id eſt, ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias detrahentes: *Sedens, inquit, adverſus fratrem tuum loquebaris, & adverſus filium*
Pſalm. 49. *matris tuæ ponebas ſcandalum.* Parce a detractione linguæ, cuſtodi ſermones tuos; & ſcito, quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua ſententia judicaris: & in his ipſis forte reprehendendus eris, quæ in aliis arguebas. Neque vero illa juſta eſt excuſatio, referentibus aliis injuriam facere non poſſum: Nemo invito auditori libenter refert. *Divus Hieronymus in ep. ad Nepotian. apud Aquiſgr. cap. 94. vide Anter. epiſt. unic. poſt med. Anaclet. epiſt. 3. in fin.*

CAPUT XXXI.

David Saul ferire metuit, quia piæ ſubdito- 1. Reg. 24.
rum mentes, ab omni ſe peſte obtrectationis abſtinentes præpoſitorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt. *Gregor. in paſtor. lib. 3. c. 5. apud Aquiſgran. cap. 103.*

CAPUT XXXII.

Quamquam, quod valde dolendum eſt, multi Prælatorum ad inſtar Saul ſunt reprobi effecti; non ſunt tamen manu reprehenſionis, & detractionis tangendi; quia, ut Iſidorus in libro ſententiarum ſcribit: „Rectores a Deo ſolummodo, „non a ſubditis ſunt judicandi, & pro moribus „reprobis tolerandi magis, quam a plebe ſunt „diſtringendi“. In Eccleſiaſtica hiſtoria Conſtantinus Imperator Epiſcopis ait: „Deus vos Lib. 10. c.
„conſtituit ſacerdotes, poteſtatem vobis dedit 2. Auctore
„de nobis quoque judicandi: & ideo nos a vo- Ruffino.
„bis recte judicamur: vos autem non poteſtis ab „hominibus judicari“, &c. Cum hæc ita ſe habeant, utrinque non mediocriter delinquitur, & animarum periculum generatur; quia dum prælati exemplo ſuæ perverſitatis ſubditis detrahendi locum dant, ſe, & illos proculdubio ad perditionem pertrahunt. Subditi vero, dum præpoſitorum prava facta non compaſſionis, ſed inſultationis, ac livoris voto mordent, quantum animæ ſuæ periculum incurrant, diligenter animadvertant, & abhinc ſuæ ſaluti proſpicientes, ab hujuſmodi detractionibus ſe cohibere non negligant. *Pariſ. ſub Lud. & Lothar. lib. 1. c. 19.*

CAPUT XXXIII.

Sunt & alia deteſtanda vitia, quæ ita habentur quaſi naturaliter in uſu, ut ea perpetrantes, quanti ſint diſcriminis, non advertant: ſicut ſunt ea, quæ Apoſtolus aperte enumerat: id eſt, *ebrie-* Galat. 5. a.
tates, comeſſationes, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, detractiones, invidiæ, &c. quæ homines juxta eundem Apoſtolum a regno Dei excludunt. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 2.*

CAPUT XXXIV.

Fideles veſtri per vos admoneantur, & inſtruantur, quatenus quando aliquid nobis veſtra celſitudo de noſtra correctione, vel veſtra, nec non & illorum ſalute tractandum committit; ut non per inanem, & falſam ſuſpicionem contra nos ſcandalum ſumant, & ſine cauſa in nos detrahendo Dominum offendant: & unde ſibi ſalutem ſperare, & acquirere debuerant, culpam incurrant. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 4. c. 6.*

CAPUT XXXV.

Unuſquiſque noſtrum in clero, & populo, & ſacerdotibus, ac monaſteriis ſibi commiſſis ſollicite, & paterna pietate provideat, ne propter aliquas oppreſſiones peſtiferis murmurationibus, & querimoniis, ac detractionibus adverſus eoſdem paſtores ſuos inſerviant: quia per hæc charitatis vinculum, quod præcipue inter paſtorem & gregem Deus requirit, & quod nos ſingulariter Deo

jun-

jungit, nimis dolenter ſolvitur: & recedente Deo, qui in ſciſſura mentium habitare non poteſt, graviſſima quotidie damna, & mortes animarum fiunt, ita ut ſi hæc negligantur, non jam paſtores, ſed interfectores, quod abſit, Chriſti ovium inveniamur. *Valent. ſub Lothar. c. 14.*

TITULUS XVI.
DE LIBELLIS FAMOSIS.

CAPUT I.

5. q. 1. c. 1. QUidam maligni ſpiritus conſilio repletus contra Caſtorium notarium, & reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in civitatis loco conteſtationem poſuit in ejus crimine loquentem, mihique etiam de facienda pace callide contradicentem. Et quia quiſquis veraciter loquitur, ſemetipſum innoteſcere non debet formidare; oportet, ut publice exeat, & quæcumque loqui in conteſtatione ſua præſumpſit, oſtendat. Qui ſi non exierit, neque publice confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſit, vel conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit, ex Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſpiritu definimus, ut ſancti ejus corporis, & ſanguinis participatione privatus ſit. Si vero, quia latet, & quoniam neſcitur, teneri a diſciplina non valet, ſi tanti mali conſcius, etiam prohibitus corpus ac ſanguinem Domini percipere præſumit, anathematis ultione percuſſus ſit, & ut fallax, ac peſtifer a ſanctæ eccleſiæ corpore ſit diviſus, &c. Sin autem in eadem civitate egreſſus ad publicum potuerit docere, quæ dixit, vel certe ſciens ſe non poſſe, quæ ſcripſit, oſtendere, errorem ſuum fuerit aperte confeſſus, Dominici corporis, ac ſanguinis participatione non ſit privatus, neque a corpore ſanctæ eccleſiæ alienus exiſtat. *Gregor. clero & populo Rom. lib. 5. regiſt. ep. 30. Ivo part. 6. c. 381.*

CAPUT II.

5. q. 1. c. 2. Qui in alterius famam in publico ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta non probaverit, flagelletur: & qui ea prius invenerit, rumpat, ſi non vult auctoris facti cauſſam incurrere. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 46. Ivo part. 4. c. 156. & part. 16. cap. 235. vid. eund. part. 6. c. 404. & part. 16. c. 235. & 248. Capitul. lib. 7. c. 360.*

CAPUT III.

Si qui inventi fuerint libros famoſos legere, vel cantare, excommunicentur. *Hadrian. ad Epiſc. Mediom. c. 59. Ivo part. 4. c. 154. Anſelm. lib. 3. c. 88. Capitul. lib. 7. c. 368.*

CAPUT IV.

5. q. 1. c. ult. Si qui inventi fuerint libellos famoſos in eccleſia ponere, anathematizentur. *Elib. cap. 52. Burch. lib. 3. c. 199. Ivo part. 3. c. 251. & part. 4. c. 154. decret. Capitul. lib. 6. c. 243.*

TITULUS XVII.
DE SCANDALO.

CAPUT I.

Diſt. 93. c. 10. ILle proculdubio ſcandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui ejus ſcandalizat Epiſcopum, vel ſacerdotem. *Anaclet. ep. 1. in med. Ivo part. 6. c. 245.*

CAPUT II.

De admonendis iis, qui ſine cauſſa ſcandalizantur; & de reddenda eiſdem ratione, ne ſcandalizentur. *Xyſt. III. ep. unic. poſt princ. Greg. lib. 8. regiſt. epiſt. 45. vide ſupra tit. de detractoribus.*

CAPUT III.

Sunt quædam ſcandala, quæ omnino deſpicienda ſunt; quædam vero, cum vitari ſine culpa poſſint, deſpicienda non ſunt, ne cum culpa ſerventur. Quod ſacro Evangelio teſtante cognovimus: quia cum Veritas diceret: *Non, quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*: (Matt. 7. a. Matt. 15. g.) & diſcipuli reſponderent, dicentes: *ſcis quia Phariſæi, audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt?* protinus reſpondit: *Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus cæleſtis, eradicabitur; ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.* Et tamen cum tributum peteretur, prius rationem reddidit, per quam tributum ſolvere non deberet: atque illico ſubjunxit: *Ut autem non ſcandalizemus eos,* (Matt. 17. d.) *vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle; & aperto ore ejus, invenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te.* Quid eſt, quod de ſcandalizatis dicitur: *Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum*: & aliis, ne ſcandalizentur, a Domino tributum ſolvitur, quod etiam non debetur? Quid eſt, quod aliud ſcandalum eſſe permiſit, aliud vero venire prohibuit? niſi, ut nos doceret, & illa ſcandala, quæ nos ad peccata implicant, contemnere; & ea, quæ placare ſine peccato poſſumus, modis omnibus mitigare? *Greg. ad Theoctiſtam Patriciam lib. 9. regiſt. ep. 39. in med.*

CAPUT IV.

Prima temptamenta ſunt clericorum feminarum frequentes acceſſus. Iſte ſexus reprehenſibiles exhibet clericos. Quid tibi cum feminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te in publico cuncti, te in agro ruſtici, aratores, ac vinitores quotidie lacerabunt, ſi contra depoſitum fidei, cum feminis habitare contendis. Et quia, ut arbitror, concupiſcis irreprehenſibilis inveniri, teſtimonio bono munire. Num in choro Apoſtolorum feminæ adfuerunt? &c. Sed dicis: (Prov. 10.) *Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter.* Bene, & argute: ſed oportet, te teſtimonium habere ab iis, qui foris ſunt. Licet coram Domino incedas, tamen coram hominibus bona providenda ſunt, quia aſtutiores ſunt filii tenebrarum ſuper filios lucis. Cum a te hoc genus non amputatur, das locum reprehendentibus te. Ipſe te detrahentium morſibus tradidiſti, ſi agapetarum conſortium non dimiſeris, &c. De congregatione puellarum pulchre cenſeo, in hebdomada ſecunda viſitatione ad benedicendam congregationem convenias: ſed non ſolus, ne rumigeruli linguis te lacerantibus macerent: alienam enim cupiunt vicini diſcutere vitam, non ſuam. Propterea digne accipe noſtrorum præcepta verborum, & monita humilitatis, quæ fraterno affectu, calamo imperante expreſſimus, dulciter lege, &c. Lædit ſacerdotis opinionem in plebe, quando de proximis ejus male lo-

quitur populus. Super omnia hæc præcipit Apoſtolus, boni teſtimonii clericos fundamenta componere, ut bonorum operum teſtificatio caſto confirmetur effectu. *Hier. ad Ocean. apud concil. Aquiſgran. c. 98.*

CAPUT V.

Conſcientia tibi, fama proximo tuo eſt neceſſaria; qui fidens conſcientiæ ſuæ, negligit famam ſuam, crudelis eſt, maxime in loco iſto poſitus, de quo dicit Apoſtolus ſcribens ad diſcipulum *Ad Tit. 2.* ſuum: *Circa omnes te ipſum bonorum operum præbe exemplum. Auguſt. in ſerm. de vita & morib. cleric. apud concil. Aquiſgran. c. 112.*

CAPUT VI.

Ne laici per inanem ſuſpicionem contra Epiſcopos ſcandalum ſumant. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 4. c. 6. vid. ſupra tit. de detractoribus.*

CAPUT VII.

Contra clericos, qui feminas apud ſe habent, & dummodo cum illis caſte vivant, ſcandalum non curant. *Troſl. c. 9. Baſil. ep. ad Greg. presbyterum; vide lib. VIII. tit. Ne clerici feminas apud ſe habeant præter matrem, &c.*

TITULUS XVIII.

DE VARIIS INJURIARUM GENERIBUS.

CAPUT I.

TAraſius ait: „ Si intulerit qualiſcumque, etiam Epiſcopus verbera, aut plagas viris „ Deũ timentibus, quique perſecutionem patiuntur, indignus eſt Epiſcopatu “. Sancta ſynodus ait: *indignus eſt. VII. ſyn. act. 3. in princ.*

CAPUT II.

Si Metropolitanus ab Epiſcopo exigat jumentum, vel aliam ſpeciem, reddat quadruplum. *VII. ſyn. c. 6.*

CAPUT III.

Statutum eſt, ut in omni die monachi, & clerici, & feminæ, & qui cum eis fuerint, in pace permaneant; tribus autem diebus, ſcilicet ſecunda, tertia, & quarta injuria ab aliquo alicui illata, non reputabitur pacis infractio. Quatuor autem reliquis diebus, ſi quis alicui injuriam intulerit, infractionis ſanctæ pacis reus habeatur, & prout judicatum fuerit, puniatur. *Urban. II. in concil. Claromont. cap. 1.*

CAPUT IV.

Sunt quidam, qui vel violentia, vel favore non permittunt eccleſias regulariter ordinari: hos decernimus, ut ſacrilegos judicandos. *Paſchal. II. in concil. incert. cap. 7.*

CAPUT V.

24. q. 3. c. 23. Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria viſitantes capere, ſeu rebus, quas ferunt, ſpoliare temptaverit, donec ſatisfecerit, communione careat chriſtiana. *Calliſt. II. in conc. Rom. c. 16.*

CAPUT VI.

Præcipimus, ut in eos, qui ad eccleſiam, vel cœmeterium fugiunt, nullus omnino manum mittere audeat; quod qui fecerit, excommunicetur. *Innoc. II. in concil. Rom. c. 11. Eugen. III. in concil. Remenſ. c. 14.*

CAPUT VII.

Epiſcopus, presbyter, diaconus fideles, aut infideles etiam delinquentes verberans, ut timeatur, deponatur. Nam Chriſtus, cum percuteretur, non repercutiebat; cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. *Apoſt. cap. 27. G. 28. L. Anſelm. lib. 6. cap. 159.* *Diſt. 45. c. Epiſcopum, 7. Iſaia 53. 1. Pet. 2. d.*

CAPUT VIII.

Si clericus injuria affecerit Epiſcopum, deponatur, &c. *Apoſt. cap. 55.*

Si presbyterum, vel diaconum, excommunicetur. *Apoſt. cap. 56.*

CAPUT IX.

Si clericus, vel laicus claudum, ſurdum, cæcum, aut pedibus debilem irriſerit, excommunicetur. *Apoſt. cap. 57.*

CAPUT X.

Qui injuria affecerit Imperatorem, vel magiſtratum pœnas luat, & clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Apoſt. cap. 83.*

CAPUT XI.

Bonorum operum inter cætera ſemina, ac negotia ſunt quantum unuſquiſque ſapit, & poteſt, totis intimis cordis viſceribus Deum diligere, &c. malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, ſed factam patienter ſufferre. *Petrus Apoſt. apud Clem. ep. 1. ant. fin. Theod. ad presb. Aurel. c. 21.*

CAPUT XII.

Unicuique providendum eſt, ne aliquem injuſte perſequatur, judicet, vel puniat; ne Jeſum perſequatur, judicet, vel puniat. *Peleg. II. ep. ad Benign. in med.* *11. q. 3. c. 82.*

CAPUT XIII.

Ne unuſquiſque de inferiore gradu ſeniorem ſibi elatus aut increpet, aut injuriet. Quod ſi quis, prætermiſſo tam juſto cenſuræ ordine, auſus fuerit facere, diſtrictione ſæviſſima corrigatur. *Narbon. c. 5.*

CAPUT XIV.

Poſt vinolentiam hoc præcepit (*Paulus*) ne percuſſor ſit: quod quidem & ſimpliciter intellectum ædificat audientem, ne facile manum porrigat ad cædendum, ne in os alterius verberandum inſanus erumpat. Melius eſt autem, ut non percuſſorem illum eſſe dicamus, qui manſuetus, & patiens ſciat, quid in tempore loquendum ſit, quid tacendum, ne ſermone inutili conſcientiam percutiat infirmorum. *Hieron. in ep. ad Titum apud Aquiſgran. c. 10.*

CAPUT XV.

Percuſſorem Epiſcopum ille condemnat, qui dorſum poſuit ad flagella; & maledictus non remaledixit, ſed modeſtum. Duobus malis unum oppoſuit bonum, ut temulentia, & ira modeſtia refrænentur. Non litigioſum, non avarum; nihil enim impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati ſunt ſemper ad lites, in ſubjectum ſibi gregem tumidis ſermonibus tonant. *Hieron. in epiſt. ad Oceanum apud Aquiſgr. cap. 11.* *1. Pet. 2. d.*

LIBER NONUS.
De criminibus contra ſe.

TITULUS I.
DE ALEA.

Vide in Part I. Lib. VIII. Tit. XL. quibus adde:

CAPUT I.

SI quis fidelis alea, id eſt, tabula luſerit, placuit, eum abſtinere, & ſi emendatus ceſſaverit, poſt annum poterit communione reconciliari. *Elib. c. 79.*

TITULUS II.
DE LUDIS, ET JOCIS IMMODERATIS.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXIV. & Lib. VI. Tit. LI. & Lib. VIII. Tit. XXIV. quibus adde:

CAPUT I.

F*Ornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis*, &c. *aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Paul. ad Epheſ. cap. 5. n. 3. Anter. epiſt. unic. Marcell. ep. 2. Euſeb. ep. 3.*

CAPUT II.

Sunt quidam, & maxime mulieres, qui feſtis ac ſacris diebus, atque ſanctorum natalitiis, non pro eorum, quibus debent, delectantur deſideriis advenire, ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo, ac ducendo, ſimilitudinem paganorum peragendo advenire procurant; tales enim ſi cum minoribus veniunt ad eccleſiam peccatis, cum majoribus revertantur, &c. Qui hujus pernicioſi, & ſceleſti facti ſtudioſus inventus, admonitus a ſacerdote minime obaudierit, a communione modis omnibus ſuſpendatur. *Eug. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. c. 35. Ivo part. 11. cap. 77. decret. Cæſar. lib. 8. c. 82.*

CAPUT III.

Conſulitis ſi liceat in quadrageſimali tempore jocis vacare. Quod non ſolum in quadrageſimali, verum etiam in nullo tempore licitum eſt chriſtianis. Sed quia vobis, qui in montem nondum aſcendere tanquam infirmi poteſtis, ut inde ſublimia mandata Dei percipiatis, ſed in campeſtribus, quemadmodum filii quondam Iſrael, poſiti eſtis, ut ſaltem ibi plana, & minora quæque præcepta ſumatis, necdum poſſimus ſuadere, ut omni tempore jocis abſtineatis, vel quadrageſimæ, aç jejunii tempore, quando per amplius, & inſtantius orationi, abſtinentiæ, & omnimodæ pœnitentiæ, ſicut longe ſuperius expoſui nos, vacare debetis; non ſolum jocis, verum etiam ab omni vaniloquio, & ſcurrilitate, quæ ad rem non pertinent, &c. Nulla ergo vos voluptatum, vel jocorum, & maxime in tempore jejuniorum, vanitas ſeducere valeat, non enim lamenta cum jocis conveniunt, & fallax, ac deceptrix lætitia veraces lacrymas producere neſcit. *Nicol. ad conſult. Bulg. c. 47.*

CAPUT IV.

Si augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artibus ſuis renuntient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod ſi facere contra interdictum temptaverint, proiiciantur ab eccleſia. *Elib. c. 62.*

CAPUT V.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat. Quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur. *Elib. c. 67.*

CAPUT VI.

De agitatoribus, qui fideles ſunt, quamdiu agitant, placuit eos a communione ſeparari. *Arelat. I. c. 4.*

CAPUT VII.

De theatricis placuit ipſos, quamdiu agunt, a communione ſeparari. *Arelat. I. c. 5.*

CAPUT VIII.

Parſimoniam cum veſte humili non reprobamus; ſicut etiam ornatum propter corporis tantum curam minime ſupervacaneam, atque operoſam laudamus: diſſolutos autem, & fractos in veſtibus inceſſus non recipimus. *Gangr. in fin. Ivo part. 8. c. 321.* *Diſt. 41. c. 5.*

CAPUT IX.

De agitatoribus, ſive theatricis, qui fideles ſunt, placuit, quamdiu agitant, a communione ſeparari. *Arelat. II. c. 20.*

CAPUT X.

Quod non oporteat chriſtianos euntes ad nuptias plaudere, ſed venerabiliter cœnare, vel prandere, ſicut chriſtianos decet. *Laod. cap. 53.*

CAPUT XI.

Presbyteri, diacones, ſubdiacones, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non eſt, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia; nec iis cœtibus miſceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum choreis, & ſaltationibus efferuntur: ne auditus, & obtutus ſacris myſteriis deputati, turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur. *Agath. cap. 39. Venet. c. 11. Burch. lib. 2. cap. 132. & 134. Ivo part. 6. c. 206. & 208. decret. Tarrac. lib. 6. c. 234.* *Diſt. 34. c. 19.*

CAPUT XII.

Volumus, quod Epiſcopalis domus, quæ ad hoc Deo favente inſtituta eſt, ut ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat, canes non habeat, ne forte hi, qui in ea miſeriarum ſuarum levamen habere confidunt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimentum verſa vice ſuorum ſuſtineant corporum. Cuſtodienda eſt igitur Epiſcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morſibus venenoſis. Ubi igitur Dei eſt aſſiduitas cantilenæ, monſtrum eſt, & dedecoris nota, canes ibi, vel accipitres habitare. *Matiſc. II. c. 13.*

CAPUT XIII.

Non licet presbytero inter epulas cantare, vel ſaltare. *Antiſiod. cap. 40.*

CAPUT XIV.

Non licet clerico, vel monacho in hippodromia aſcendere, aut thymelicorum ludis intereſſe. Et ſi clericus vocetur ad nuptias, cum venerint ludi, ſurgat, & abeat ex patrum diſciplina; alias vel ceſſet, vel deponatur. *Trull. cap.* 24.

CAPUT XV.

Placuit, ut eas prorſus mundanas dignitates, quas ſæculares viri, vel principes terræ exercere ſolent, in venationibus ſcilicet, vel in canticis ſæcularibus, aut in reſoluta, vel immoderata lætitia, in lyris, & tibiis, & his ſimilibus luſibus nullus ſub Eccleſiaſtico canone conſtitutus, ob inanis lætitiæ fluxum audeat, faſtu ſuperbiæ tumidus, quandoque præſumendo abuti, niſi forte ſi in hymnis, & ſpiritalibus canticis delectatur, de ſacris videlicet ſcripturarum voluminibus digne, honeſteque compoſitis utatur. Ab his igitur non ſolum non inhibemus abſtinere, verum etiam conniventes licentiæ concedimus votum. *Forojul. cap.* 6.

CAPUT XVI.

Clericis lege patrum cavetur, ut vulgari vita ſecluſi a mundi voluptatibus ſeſe abſtineant: non ſpectaculis, non pompis interſint, convivia inhoneſta & turpia fugiant. Unde Hieronymus in epiſtula ad Nepotianum dicit: „Omnium Chriſtianorum domos quaſi proprias amare debemus, ut „ conſolatores nos in mœroribus ſuis potius, quã „ convivas in proſperis, noverint“. Item Iſidorus: „ Clerici convivia privata non tantũ pudica, ſed „ & ſobria colant, &c. Sæcularia officia, negotiaque „ abiiciant, &c. Dolos, & conjurationes caveant, „ odium, æmulationem, obtrectationem, „ atque invidiam fugiant: non vagis oculis, non „ infræni lingua, aut petulanti, tumidoque geſtu „ incedant, ſed pudorem, ac verecundiam mentis „ ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant. Obſcœnitatem „ etiam verborum, ſicut & operum, penitus „ execrentur. Viduarum, ac virginum viſitationes „ frequentiſſimas fugiant. Contubernia „ feminarum nullatenus appetant. Caſtimoniam „ quoque inviolati corporis perpetuo conſervare „ ſtudeant. Senioribus quoque debitam præbeant „ obedientiam, neque ullo jactantiæ ſtudio ſe attollant. „ Poſtremo in doctrina, & lectionibus, „ pſalmis, & hymnis, & canticis exercitio jugi „ incumbant“, &c. *Magunt. cap.* 10.

CAPUT XVII.

c. 1. ne cler. vel monach. Greg. IX. & in 1. coll. Miniſtri altaris Domini, vel monachi a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt ergo negotia ſæcularia, de his tamen pauca perſtrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non ſolum in immunditia carnis, ſed etiam in omni concupiſcentia carnali: quidquid plus juſto appetit homo, turpe lucrum, munera injuſta accipere, &c. turpis verbi, vel facti joculatorem eſſe, vel jocum ſæcularem diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens propoſito ſuo quærere, in deliciis vivere velle, &c. *Magunt. c.* 14. *& Magunt. ſub Raban. c.* 13. *Burch. lib.* 8. *c.* 90. *Ivo part.* 7. *c.* 108. *decr. Capit. lib.* 7. *c.* 172. *in addit.*

CAPUT XVIII.

Epiſcopi, & Abbates ante ſe joca turpia facere non permittant. *Remenſ. cap.* 17.

CAPUT XIX.

Viduæ non ſint in deliciis, ſed ſecundum Apoſtolum, ſub poteſtate Epiſcopi vivant, ut decet. *Remenſ. cap.* 34. *1. Tim. 5.*

CAPUT XX.

De ſcurrilitate, & ſtultiloquio, & maledictionibus, quoniam juxta Apoſtolum, *maledicentes regnum Dei non poſſidebunt*, de mendacio, de periculoſo, noxio, aſſiduoque juramento, & obſcœnis, turpibuſque canticis omnibus Chriſtianis omnino intelligendum, & obſervandum eſt, ut ſummopere ab his ſe caveant. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib.* 3. *cap.* 2. *1. Cor. 6.*

CAPUT XXI.

Monachi ante ſe joca ſæcularia, vel turpia fieri non permittant. *Magunt. ſub Raban. c.* 13. *in fin.*

CAPUT XXII.

Unuſquiſque Chriſtianus caveat ab his, quæ videntur quidem levia, ſed contra divina fiunt mandata, a ſcurrilitate, & ſtultiloquio, a fabulis otioſis, turpibuſque & obſcœnis ſermocinationibus. *Troslejan. cap.* 15. *Capit. lib.* 7. *cap.* 22. *in addit.*

Vide Carth. IV. cap. 86. *tit. ſeq. c.* Neophyti.

TITULUS III.

DE GULA, ET EBRIETATE.

Vide in Partis I. Lib. IV. Tit. XXX. & Lib. VI. Tit. XXXVI. quibus adde:

CAPUT I.

Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & superveniat in vos repentina dies illa. Chriſtus apud Luc. cap. 21. *num.* 34.

CAPUT II.

Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus: non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, &c. *Paul. epiſt. ad Roman. cap.* 13. *num.* 12.

CAPUT III.

Scripſi vobis in Epiſtula, ne commiſceamini fornicariis, &c. *Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax; cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Paul.* 1. *ad Cor. cap.* 5. *num.* 9.

CAPUT IV.

Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Paul. ad Cor. cap. 6. *num.* 9.

CAPUT V.

Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, &c. *ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi; quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Paul. ad Galat. cap.* 5. *num.* 19.

CAPUT VI.

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, &c. *Paul. ad Epheſ. cap.* 5. *num.* 18.

CA-

CAPUT VII.

(1. Cor. 10. Matt. 5. d.) *Sive comeditis, ſive bibitis, omnia in gloriam Domini facite*, inquit Apoſtolus. Chriſtus in Evangelio initium peccati abſcindi oportere (1. Cor. 6.) jubet, ut qui viderit mulierem, &c. *Omnia licent, ſed non omnia expediunt*, inquit Apoſtolus. Omnis homo neceſſario ut vivat, comedat: & qui habent uxores, & filios, & laicam converſationem, cum his comedunt, neque eſt improbandum, ſi reddant gratias datori ciborum, neque thymelicis ſatanicis, aut cithatis, & meretriciis artibus gaudeant. Adverſus quos prophetica vox (Iſaiæ 5.) eſt: *Væ qui cum cithara, & pſalterio vinum bibitis, opera Domini non videns, & opera manuum ſuarum non cognoſcunt.* Hujuſmodi homines corrigantur, vel contra eos canonice poſita inſerantur. At quibus vita eſt quieta, & ſolitaria, qui jugo Domini conjungitur, ſedeat ſolus, & cum ſilentio. Clerico autem non ſemper licet cum mulieribus comedere, niſi cum ſanctis, & piis viris, ut ipſum etiam convivium ad ſpiritualem correctionem perducat. Idem eſt ſi cum propinquis ſedeat. Sed in itinere monachus, vel clericus in pandocheo, vel in domo alicujus, ut neceſſitas coget, faciat. *Nicæn. II. cap.* 22.

CAPUT VIII.

(De vit. & honeſt. cleric. c. 14. Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.) A crapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, unde vinum ſibi temperent, & ſe vino, nec ad bibendum quiſpiam incitetur; cum ebrietas mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum abuſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus ſatisfecerit competenter, a beneficio, vel officio ſuſpendatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 15.

CAPUT IX.

Ebrietatem oppido prohibebat Petrus Apoſtolus, & ebrioſos corpore & animo mortuos eſſe prædicabat, de quibus & in exemplum ajebat: (Eſaiæ c. 5.) *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis*, &c. *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem*, &c. *Clem. epiſt.* 1. *poſt med.*

CAPUT X.

Inſtruebat Beatus Petrus verba divina libenter audire, &c. non eſſe ſuperbum, non vinolentum, nec multum edacem. *Clem. epiſt.* 1. *in fin.*

CAPUT XI.

(Diſt. 44. c. 5.) Multis ab orbe tua venientibus, frater cariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conviviis occupatum: quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuarum experimentis adprobarem, nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi invigiles, ſed ipſum quoque uſum Eccleſiaſtici ordinis ignores, hoc eſt, teſtimonium, quod eis, ſub quibus es poſitus, ſervare reverentiam neſcis, &c. *Greg. lib.* 2. *ep.* 14. *ad Natal. Epiſcop.*

CAPUT XII.

(Diſt. 45. c. 6.) Convivia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte veſtra fraternitas * in ſuis Epiſtulis laudat. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis ſæcularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quam neceſſe eſt, ſervitur corpori; ſed ſola ejus infirmitas reficitur, ut ad uſum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque ſi vos in veſtris conviviis agitis, abſtinentium, fateor, magiſtri eſtis. *Greg. lib.* 2. *epiſt.* 37 *ad eundem.*

(* ſanctitas.)

CAPUT XIII.

(De conſ. d. 5. cap. 1.) Neophyti aliquandiu a lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel conjugibus abſtineant. *Carthag. IV. cap.* 86. *Burch. lib.* 4. *cap.* 12. *Ivo part.* 1. *cap.* 207. *decret.*

CAPUT XIV.

(Diſt. 35. c. ult.) Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum ſomes, ac nutrix eſt. Quem ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum ſpatio communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio. *Agath. cap.* 41. *Venet. c.* 13. *Burch. lib.* 14. *cap.* 55. *Ivo part.* 13. *cap.* 79. *decret. Capitul. lib.* 7. *cap.* 218. & 270.

CAPUT XV.

Licet a patribus noſtris fuerit conſtitutum, ut quicumque ſacerdos, vel levita filiorum procreationi operam dare fuiſſet convictus, a communione Dominica abſtineret; nos tamen &c. decrevimus, ut ſacerdos, vel levita conjugali concupiſcentiæ inhærens, vel a filiorum procreatione non deſinens, ad altiorem gradum non conſcendat, neque ſacrificia Deo offerre, vel plebi miniſtrare præſumat; a communione tamen non efficiatur alienus. Sed ut hæc valeant obſervare *, ſomitem omnium vitiorum oportet abſcindi, Apoſtolo præcipiente: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, &c. *neque fornicatores, neque idolis ſervientes, neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.* Si quis clericus ab ebrietate ſe non abſtinet, ſecundum actus ſui ordinem, competens in eum vindicta exerceatur. *Turon. cap.* 2. (* obſervari. Epheſ. 5. 1. Cor. 6.)

CAPUT XVI.

Epiſcopum non oportere nimium profuſis incumbere conviviis, ſed parco, & moderato contentus ſit cibo, ne videatur Domini abuti ſententia dicentis: *Attendite, ne graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* (Luc. 21.) Et quamdiu convivatur, potius ſacra lectio ante menſam ejus recitetur, quam otioſa a ſuſurronibus reſonent verba. *Turon. ſub Carolo c.* 5.

CAPUT XVII.

Renuntiatur in baptiſmo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Opera ejus intelliguntur, & ſunt homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his ſimilia. *Turon. ſub Carolo c.* 58.

CAPUT XVIII.

Ebrietatem, & crapulam fideles ſectari non debere Dominus in Evangelio auctor eſt, qui ſuis

au-

Luc. 21. auditoribus ita præcipiens: *Attendite*, inquit, *ne graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* Quæ vitia modo apud homines nullius momenti eſſe putantur, ſed quanta mala de illis generari ſoleant, facile non poſſunt comprehendi; generantur enim de illis quique noxiores corporum morbi, ut phyſici teſtantur. Ad ſtatum quoque mentis evertendum, quantum noceat ebrietas, facile deprehendi poterit; quippe cum pene omnium malorum, quæ ab hominibus raptim perpetrantur, cauſſa ſit, & origo ebrietas. *Turon. ſub Carolo c.* 48.

CAPUT XIX.

Magnum malum ebrietas, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Et qui hoc cavere noluerit, excommunicandum eum eſſe decrevimus, uſque ad emendationem congruam. *Magunt. ſub Carolo cap. 46. Burch. lib. 14. c. 2. Ivo part 13. c. 70. decret. Capitul. lib. 5. c. 96. & lib. 7. c. 35. in addit.*

CAPUT XX.

1. Tim. 3. *Sobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, doctorem, pudicum*, &c. Sacerdotes, qui miniſtrant in templo Dei, prohibentur vinum, & ſiceram bibere, ne crapula, & ebrietate aggraventur corda eorum, & ut ſenſus officium exhibens Deo vigeat ſemper, & tenuis ſit. Quod autem infert, *prudentem*, excludit eos, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam ſacerdotum; niſi enim cerebrum ſanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. *Ornatum*; qui vitia non habet, irreprehenſibilis appellatur; qui virtutibus pollet, ornatus eſt. Poſſumus & aliud intelligere ex

1. de Orat. hoc verbo, juxta illud Tullii: „ Caput eſt artis, „ docere, quod facias. Sunt enim quidam ignorantes menſuram ſuam, & tantæ ſtoliditatis, „ ac vecordiæ, ut & in motu, & in inceſſu, & „ in habitu, & in ſermone communi riſum ſpectantibus tribuant *. Et quaſi intelligentes „ quid ſit ornatus comunt ſe veſtibus, & munditiis corporis, & lautioris menſæ epulas patant: „ cum omnis iſtiuſmodi ornatus, & cultus ſordibus fœdior ſit “, &c. *Non vinolentum, non percuſſorem*: virtutibus vitia oppoſuit. Didicimus, quales eſſe debeamus; diſcamus, quales non eſſe debeant ſacerdotes. Vinolentia ſcurrarum eſt, & comeſſatorum, venterque mero æſtuans cito deſpumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria

* præbeant.

1. Tim. 5. 6. voluptas, in voluptate impudicitia eſt. Qui luxuriatur, vivens mortuus eſt, ergo qui inebriatur, & mortuus eſt, & ſepultus. *Noe, &c. Gen. 9. Lothar. &c. Gen. 19. Hieron. ad Occan. apud Aquiſg. c.* 51.

CAPUT XXI.

Sunt & alia deteſtanda vitia, quæ ita habentur, quaſi naturaliter in uſu, ut ea perpetrantes, quanti ſint diſcriminis, non advertant: ſicut,

Galat. 5. ſunt ea, quæ Apoſtolus aperte enumerat: id eſt, ebrietates, comeſſationes, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, detractiones, invidiæ, inimicitiæ, quæ homines, juxta eumdem Apoſtolum, a regno Dei excludunt. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 3. c.* 2.

CAPUT XXII.

Multa ſunt negotia ſæcularia; de his tamen pauca perſtrinximus, &c. In comeſſationibus, & vinolentiis nimis incumbere, ſuperfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere, &c. *Magunt. ſub Rab. c.* 13.

CAPUT XXIII.

De collectis, vel confratriis, quas conſortia vocant, ſicut verbis monuimus, & nunc ſcriptis expreſſe præcipimus, ut tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem, & utilitatem, atque ad ſalutem animæ pertinet, &c. Paſtos autem, & comeſſationes, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes, ac inanes lætitiæ, & riſæ, ſæpe etiam, ſicut experti ſumus, uſque ad homicidia, & odia, & diſſenſiones accidere ſolent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decretum agere præſumpſerint, ſi presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur; ſi laicus eſt, aut femina ab eccleſia uſque ad ſatisfactionem ſeparetur. *Nannet. cap.* 15.

CAPUT XXIV.

Eſtirpanda ſunt illa, quæ quaſi naturaliter in uſu habentur, ſicut ſunt ebrietas, comeſſationes, contentiones, &c. & his ſimilia, quæ juxta Apoſtolum homines a regno Dei excludunt: *Quoniam*, inquit, *qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Troſl. c.* 15. Galat. 5.

CAPUT XXV.

Abſtinentia in his diebus omnium deliciarum eſſe debet, & ſobrie, & caſte vivendum. Qui vero ovis, caſeo, piſcibus, & vino abſtinere poteſt, magnæ virtutis eſt, &c. Vini enim ebrietas, & luxuria prohibitæ ſunt, non lac, & ova. Non enim ait Apoſtolus: *Nolite comedere lac, & ova; ſed nolite inebriari vino, in quo eſt omnis luxuria. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c.* 40. Epheſ. 5.

CAPUT XXVI.

Zoſimus præcepit, ut nullis clericis * poculum in publico propinaretur, niſi tantum in cellis fidelium, maxime clericorum. *Ex Pontif.*

* nullus clericus.

TITULUS IV.

DE LUXURIA.

PARS PRIMA.

De monachis, & virginibus, qui caſtitatis votum violarunt.

Vide in Part. I. Lib. VII. Tit. XXXIX. Lib. IX. Tit. XVII. & Tit. XXIII. & XXIV. quibus adde:

CAPUT I.

SI vir, & uxor divertere pro ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine conſcientia Epiſcopi fiat, ut ab eo ſingulariter proviſo conſtituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non ſolvatur. (Utraque enim pars conſentiens, & magis alter ex illis divini amoris, quam humani ardens, ut in caſtitate maneret divortium miſerit, & poſtmodum pollicitationem propriam non obſervaverit, ad diſtrictam mentiens pœnitentiam redigatur. *Syn. Rom. ſub Eugen. II. & Leone IV. cap. 36. Ivo lib. 6. tit. 5. cap. 2. panorm. & part. 8. cap. 127. decret. Cæſar. lib. 10. c.* 98. 27. q. 2. c. 22. Addit. Leon.

CA-

CAPUT II.

27. q. 1. c. 2. §. 1. & c. 9. Hæ vero, quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali, ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, ſi forte nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolvi ſine vindicta non poterit. *Innoc. ep. 2. cap. 13. Turon. II. cap. 21. Rab. cap. 5. de pœnit. Burch. lib. 8. c. 12. & 45. Ivo part. 7. cap. 18. & 63. decret.*

CAPUT III.

27. q. 1. c. 29. Et quia aliquos monachorum uſque ad tantum nefas proſiluiſſe cognovimus, ut uxores publice ſortiantur, ſub omni vigilantia eos requiras, & inventos digna coercitione in monaſteriis, quorum monachi fuerint, retranſmittas. *Greg. lib. 1. epiſt. 40. Anthemio ſubdiacono. Ivo part. 7. c. 122. decret.*

CAPUT IV.

27. q. 1. c. 28. Si quæ monacharum vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis pravam conſuetudinem ad lapſum deducta eſt, aut in futuram fuerit perducenda voraginem, hanc poſt competentis ſeveritatem vindictæ in aliud diſtrictius virginum monaſterium in pœnitentiam redigi volumus: ut illic orationibus, atque jejuniis & ſibi pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris diſciplinæ præſtet exemplum. Is autem, qui cum hujuſmodi feminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione privetur, ſi laicus eſt: ſi vero clericus, a ſuo quoque remotus officio, pro ſuis continuo lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur. *Greg. lib. 3. epiſt. 9. Januario Epiſc. Calaritano Ivo part. 7. c. 123. decret. Cæſar. lib. 10. c. 118.*

CAPUT V.

27. q. 1. c. 29. Eos, qui in prædictas mulieres, quæ egreſſæ ſunt de monaſteriis, exceſſerunt, & nunc dicuntur communione ſuſpenſi, ſi fraternitas tua de tali facinore digne pœnituiſſe prævideritt, ad ſacramentum communionis* te volumus revocare. *Greg. lib. 3. epiſt. 24. Januario Epiſc. Calaritano.*

* *ſacram communionē.*

CAPUT VI.

Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem, qui eas violaverunt, duxerint maritos, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt, vel ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem. *Elib. cap. 14.*

CAPUT VII.

Statuimus, ut poſt hanc ſynodum quiſquis ſervorum Dei, vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, ut in carcere pœnitentiam faciat in pane, & aqua. Et ſi ordinatus presbyter ſit, duos annos in carcere pœnitentiam faciat, & in carcere permaneat. Si autem clericus, vel monachus in hoc peccatum ceciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus vertentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & velatæ, vel ſanctimoniales eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis earum. *Syn. Franc. ante fin.*

PARS SECUNDA.

De Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, &c. lapſis a caſtitate.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVI. XXXVII. XLI. XLII. & Lib. VI. Tit. XXXIII. XXXIV. XXXVIII. XXXIX. & Lib. VII. Tit. XVI. XVII. quibus adde:

CAPUT I.

SI quis eorum ordinum, qui ſacris altaribus adminiſtrant, presbyter ſcilicet, diaconus, & ſubdiaconus uxorem, vel concubinam habet, niſi illis omnino dimiſſis dignam pœnitentiam agant, ſacris altaribus penitus adminiſtrare deſiſtant, nec aliquo eccleſiæ beneficio ulterius potiantur, ſive potitis fruantur. *Greg. VII. lib. 2. regiſt. epiſt. 63.*

CAPUT II.

Prædeceſſores noſtros Nicolaus, & Gregorius a miſſis ſacerdotum, quos tales (*adulteros, homicidas, ebrioſos*) revera eſſe conſtiterit, fideles abſtinere decreverunt, ut & peccandi licentiam cæteris auferrent, & hujuſmodi ad dignæ pœnitentiæ lamenta revocarent. *Urban. II. in epiſt. ad L. Præpoſitum.* *Diſt. 32. c. Præter, §. Ad hoc.*

CAPUT III.

Hi, qui altario Dei deſerviunt, ſi ſubito inflenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant; maneant in poteſtate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiori tempore ab Eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen ut ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia promoveri. Quod ſi iterato, velut canes ad vomitum reverſi fuerint, &c. non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam ſanctam communionem niſi in exitu non percipiant. *Ilerd. cap. 5. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 74. Ivo part. 15. c. 87. decr.* *Diſt. 50. c. 51. & 15. q. 8. c. 2.*

CAPUT IV.

Si quis clericorum ſuſpicionem adverſam, aut oblocutionem populi de muliere quacumque fortaſſis incurrerit, eam ſtatim, ſi intra domum habet, abiiciat. Si certe extranea, & ſui juris eſt, ita omnibus conditionibus ſtudeat obviare, ut infamia, quæ excitata eſt, abrogetur. Qui hæc vitare noluerit, pro inobedientia triennii excommunicatione mulctetur, &c. *Aurel. III. cap. 4.* *Diſt. 81. c. 10.*

CAPUT V.

Si quis clericus adulteraſſe, aut confeſſus fuerit, vel convictus, depoſitus ab officio communione conceſſa in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore trudatur. *Aurel. III. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 11. panorm. & part. 8. c. 285. decret.*

CAPUT VI.

Non ſolum caſtitatem retinendam Pontifices ſuo corpore cenſeant, ſed & presbyteris, & diaconibus miniſtrantibus Dei altaribus modis omnibus obſervandam conſtituant, ut ex his, qui caſtitatis voluerit patientiam violare, tali forte

coer-

coerceatur, ut ultimus a quo eſt gradu dejectus, Deo amplius non miniſtret, ſed ſacerdotis ſui electione ſit tali clauſtro conſeptus, ut cæteros ſuo exemplo corrigat, & ille ex pœnitentia reviviſcat. *Tolet. ſub Reccareda Rege XVI. Epiſcop. cap. 5.*

CAPUT VII.

Diſt. 81. Quidam, c. 30. Clerici religentur ad pœnitentiam, qui conſortia extranearum mulierum, & ancillarum appetunt. *Tolet. IV. cap. 42. Anſelm. lib. 7. c. 140.*

CAPUT VIII.

Si presbyter, diaconus, ſubdiaconus infantes procreaverit, aut adulterium commiſerit, & Archipresbyter hoc Epiſcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicet. *Antiſiod. cap. 20.*

CAPUT IX.

Potamius (*Epiſcopus*) clamavit ſe & vere eadem mala de ſe confiteri (*loquitur de fornicatione*) & ad hæc confitenda nulla ſe violentia prægravari; unde etiam ferme per novem menſes ſponte deſeruiſſe regimen Eccleſiæ ſuæ, & ergaſtulo quodam pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiam ſe concluſiſſe prædixit. Tunc per fidelem confeſſionem ejus eſt agnitum, quod tactu fœmineo ſorduiſſet. Licet hunc paterna antiquitas ſacris regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen non abſtulimus nomen honoris, quod ipſa ſibi ſui criminis confeſſione jam abſtolerat, ſed valida auctoritate decrevimus perpetua pœnitentia hunc inſervire officiis, & ærumnis, &c. *Tolet. X. in fine contra Potamium Epiſcopum.*

CAPUT X.

Omnem fornicandi occaſionem cupientes auferre ſancimus, ut nullus ſacerdorum, ſive quiſque de clero abſque honeſto, & competenti teſtimonio, excepta ſola matre, cum quibuslibet fœminis ſecrete ſe præſumat adjungere, & non ſolum cum extraneis mulieribus, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus, vel propinquis; nec licentia ſororum, vel propinquarum mulierum quiſquam ſolus familiarior habeatur ad perpetrandum ſcelus. Hujus præceptionis tranſgreſſor ſex menſibus ſe noverit pœnitentiæ legibus ſubjacere. *Bracar. III. cap. 4.*

CAPUT XI.

Diſt. 82. c. ult. Si presbyter fornicationem fecerit, quamquam ſecundum Apoſtolorum canones deponi debeat, juxta tamen auctoritatem B. Silveſtri Papæ, ſi in vitio non perduraverit, ſed ſua ſponte confeſſus adjecit, ut reſurgeret, decem annis in hunc modum pœniteat. Tribus ſiquidem menſibus privato loco a cæteris remotus ſolo pane, & aqua a veſpera in veſperam utatur: diebus autem dominicis, & præcipuis feſtis modico vino, & piſciculis, atque leguminibus recreetur, ſine carne, ſine ſagimine, ovis, & caſeo, ſacco indutus humo adhæreat; die, ac nocte jugiter omnipotentis Dei miſericordiam imploret. Finitis tribus continuis menſibus exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur: nec enim debet ſacerdos publice pœnitere, ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper reſumptis viribus unum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & præcipuis feſtis, in quibus vino, ſagimine, ovis, & caſeo juxta canonicam menſuram uti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & ſanguinis Domini, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat; cum fratribus pſalmos in choro ultimus canat, ad cornu altaris non accedat. Juxta B. Clementis vocem, minora gerat officia. Deinde vero uſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tempore, exceptis paſchalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane, & aqua jejunet. Expleto ſeptimi anni circulo, ſi ſui confratres, apud quos pœnituit, ejus condignam pœnitentiam collaudaverint, Epiſcopus in priſtinum honorem, juxta B. Calliſti Papæ auctoritatem, eum revocare poterit. Sane ſciendum, quia ſecundam feriam unum pſalterum canendo, aut unum denarium pauperi dando, ſi operarius eſt redimere poterit. Finitis ſeptem annis, deinde uſque ad finem decimi anni, ſextam feriam nulla interveniente redemptione obſervet in pane, & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit ſacerdoti de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ eum in depoſitionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur oneroſum ſi ſacerdos poſt lapſum digne, ut ſupra dictum eſt, pœnitens ad priſtinos redeat honores. *Syn. Hibern. ſub Leone III. vid. Apoſt. cap. 25. Silveſt. in ſynod. Rom. act. 2. Calliſt. epiſt. 2. Cæſar. lib. 15. cap. 41. Pœnit. Rom. tit. 8. cap. 6. vide Burch. lib. 17. cap. 49. Anſelm. lib. 8. cap. ult. Beda cap. 8. de remed. peccatorum.*

CAPUT XII.

Clerici, qui obſcœnis voluptatibus inhiantes, concubinas uſque ad hæc tempora publice tenuerunt, ne delictum præteritum tranſeat impunitum, eos ſub pœnitentiam duximus redigendos: ut ſi canonici fuerint, quadraginta diebus in clauſtris ſuis in quadrageſimali cibo jejunent, &c. *Concil. habitum in Germania ſub Conrado Cardin. cap. 2.*

CAPUT XIII.

De clericis ruralibus concubinariis expreſſus rigor ſuperius obſervetur. *Concilium habitum in Germania ſub Conrado Cardin. cap. 3.*

PARS TERTIA.

De inceſtu inter conſanguineos.

Vide in Part. II. Lib. XXVIII. Tit. XIII. quibus adde:

CAPUT I.

SCripſimus de gradibus cognationum, vel quomodo debeat quilibet a nodo, & deinceps legitimo conjugio copulari, &c. Gregorius junior aliquas illicitas conjunctiones anathematis vinculo damnavit, &c. *Zachar. in ſynod. Rom. cap. 15. Greg. ad interrog. Aug. cap. 6. Ivo part. 9. cap. 20. decret.*

CAPUT II.

De eo, qui ad proximam ſanguinis ſui ingreditur, quid judicandum ſit, lectis legibus reperieris, &c. Verum hujus tanti peccati lepram melius ad ſacerdotis conſiderationem, & judicium profecto dirigimus. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 28. & 29.*

CA-

CAPUT III.

Si ſponſus ſponſæ ſororem vitiet, ac ſponſam poſtea ducat, ſororque ſe occidat, rei hujus facti decennio pœniteant. *Ancyr. cap.* 25. *G.* 24. *L.*

CAPUT IV.

Si quis relictam fratris, ſororem uxoris, privignam, conſobrinamve, relictam, id eſt, patrui, vel avunculi, carnalis contagii macula crediderit violandam, & auſu ſacrilego auctoritatem divinæ legis, ac jura naturæ præruperit, & cui charitatis, ac pii affectus ſolatia exhibere debuerat, ſuorum hoſtis, ac pudicitiæ expugnator vim inferre temptaverit, Apoſtolicæ conſtitutionis ſententia feriatur; & quamdiu in tanto verſatur ſcelere, a chriſtiano cœtu, atque convivio, & Eccleſiæ communione privabitur. *Arvern. c.* 11. *Turon. II. cap.* 22.

CAPUT V.

De inceſtis conjunctionibus in ſynodo Aurelianenſi, quam invictiſſimus Rex Clodovæus fieri ſupplicavit, ſic decretum eſt: Ne ſuperſtes fratres, &c. (*Aurel. cap.* 20.) In Epaunenſibus canonibus a Papa Avito, vel reliquis Epiſcopis conſtitutum eſt: Inceſtis conjunctionibus, &c. (*Epaun. c.* 30.) In canonibus etiam Arvernenſibus a beatiſſimis patribus ſic habetur inſertum: Si quis relictam fratris, &c. (*Arvern. cap.* 11.)

1. Cor. 5. Et Apoſtolus: *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita, ut uxorem patris ſui aliquis habeat*, &c. *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu jam judicavi tradere hujuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti*, &c. *Turon. II. cap.* 22.

CAPUT VI.

Si homo inceſtus fecerit, de iſtis cauſſis, de Deo ſacrata, aut cum matre ſua, aut cum matrina ſua ſpirituali de fonte, & confirmatione Epiſcopi, aut cum matre, & filia, aut duabus ſororibus, aut cum fratris filia, aut ſororis filia, aut nepti, aut conſobrina, aut cum amita, vel matertera, de iſtis capitulis pecuniam ſuam perdet, ſi habet: & ſi emendare ſe noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. Et ſi fecerit, ſexaginta ſolidos domino Regi componat, uſque dum ſe ipſe homo correxerit. Et ſi pecuniam non habet, ſi liber eſt, mittatur in carcerem uſque ad ſatisfactionem: ſi ſervus, aut libertus eſt, vapuletur plagis multis, & ſi Dominus ſuus permiſerit eum amplius in tale ſcelus cadere, ipſos ſexaginta ſolidos domino Regi componat. De Eccleſiaſticis vero, ſi bona perſona fuerit, perdat honorem ſuum; minores vero vapulentur, aut in carcerem recludantur. *Synodo ſub Pipino, c.* 1. *&* 2.

CAPUT VII.

Quicumque clericus, aut laicus, vel fœmina inceſtum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus ſi ſe emendare noluerit, & ab Epiſcopo ſuo excommunicatus fuerit; ſi quis cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. *Vernen. cap.* 9.

CAPUT VIII.

23. q. 5. c. 22. Inceſtuoſi, parricidæ, &c. multi apud nos reperiuntur, &c. quorum aliquos jam excommunicavimus. *Turon. ſub Carolo cap.* 41. *Burchard. lib.* 7. *cap.* 29. *Ivo part.* 9. *cap.* 65.

CAPUT IX.

Dictum eſt nobis quod in quibuſdam locis Epiſcopi, & comites ab inceſtuoſis, & ab his, qui decimas non dant vadios* accipiant, &c. Conſtituimus, ut inceſtuoſi juxta canonicam ſententiam pœnitentia mulctentur, &c. *Cabilon. ſub Carolo c.* 18.

* *vades.*

CAPUT X.

Si quis uxorem viduam duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit; aut ſi qua duabus fratribus, ſeu cum patre, & filio, tales copulationes anathematizari, & disjungi præcipimus, nec umquam amplius conjugio copulari, ſed magna diſtrictione feriri. *Magunt. cap.* 56. *Magunt. ſub Rabano cap.* 29. 32. q. 7. c. 20.

CAPUT XI.

Ut Epiſcopi inceſtuoſos penitus inveſtigare ſtudeant, omnino decrevimus: qui ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quod ſi ſacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, oportet eos per ſæcularem potentiam coerceri. *Magunt. ſub Rabano c.* 28. *Magunt. ſub Carolo c.* 53. *Vormat. c.* 79.

CAPUT XII.

Obtentum eſt a devotiſſimo Principe, ut inceſti, & quilibet alii perditi examen Epiſcoporum refugientes, per judices publicos ad eorum præſentiam reducantur, ne alterius illecebram peccandi nutriat impunitas vitiorum. *Syn. Sueſſion. apud D. Medardum, c.* 8.

CAPUT XIII.

Inveniuntur quidam, qui inceſta matrimonia contraxerunt, & vel proximis ſuis, vel Deo ſacratis mulieribus copulati ſunt: quidam etiam publicæ poſſunt pœnitentiæ ſubjugari: petimus, ut comitum veſtrorum auxilio fulciantur. *Ticin. cap.* 12.

CAPUT XIV.

Si quis cum duobus ſororibus fuerit fornicatus, aut cum his perſonis, de quibus ſacra ſcriptura prohibet, ſi dignam egerit pœnitentiam, & caſtitatis non voluerit continentiam ſuſtinere, liceat ei legitimam in conjugio uxorem accipere: ſimiliter, & mulier, quæ tali fuerit ſcelere lapſa, ut fornicationis non perducatur ad chaos, perficiat. Sed hoc de laicis viris, ac mulieribus ſolummodo ſtatuimus. *Vormatien. c.* 33. 33. q. 2. c. 16.

CAPUT XV.

Si quis cum matre, & filia in adulterio manſit, neſciente matre, quod cum filia manſiſſet, ſimiliter, & filia neſcia, & poſtea ille vir ſi acceperit mulierem, dimittat eam, & uſque in diem mortis ſuæ non habeat uxorem, & illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum, & illa mater, & filia, cum quibus in adulterio manſit, ambabus neſcientibus, quod cum matre, & filia manſiſſet, habeant viros. Nam in notitiam illarum ſi venerit hoc ſcelus, dimittant maritos, & agant pœnitentiam, & illarum mariti, & illi poſteriores ac- 34. q. 1. & 2. c. 9. & 35. q. 2. & 3. c. 5.

accipiant mulieres. Similiter, & de duabus ſororibus, qui cum una in adulterio manſit, & aliam in publico accepit, non habeat mulierem uſque ad mortem: & illæ duæ ſorores neſcientes accipiant viros: & ſi in notitiam eis venerit, forma ſuperior ſervetur. Si quis cum noverca ſua dormierit, nec ille, nec illa poſſunt ad conjugium pervenire. Si quis cum filiaſtra ſua dormierit, ſimilis ſententia poteſt ſtare. Qui cum duabus ſororibus dormierit, & una ex illis antea ei uxor fuerat, nullam uxorem poſtea habeat, nec illa ſoror habeat virum. *Worm. cap. 62. al. 63. Burch. lib. 17. cap. 12. Ivo part. 9. cap. 62. decret.*

CAPUT XVI.

35. q. 2. & 3. c. 8. De inceſtis conjunctionibus, &c. ſi conventi fuerint, & ad pœnitentiæ remedia convolaverint, ſeque ſacramento conſtrinxerint, ulterius tam nefanda, & prorſus abominanda pollutione non eſſe polluendos, iterumque ad recidiva malitiæ, & vitæ priſtinæ ſordes relapſi fuerint, ab Epiſcopo civitatis comprehenſi, ſicut in concilio Toletano cap. 7. reperitur, in cujus territorio ſunt, rurſum legibus pœnitentiæ in monaſteriis ſubdantur inviti. *Colonienſe ſub Carolo III. cap. 6. Epaun. cap. 30. Turon. II. cap. 22. Arelat. ſub Carolo cap. 11. Raban. c. 2. de pœnit. Burch. lib. 7. cap. 4. Ivo part. 9. cap. 40. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 82. Capitul. lib. 7. cap. 200. in addit.*

CAPUT XVII.

Si quis de uno in alium omnino tranſmigrat Epiſcopatum, etſi, quod abſit, contingat eum filiam ſororis ſuæ, amitæ, aut materteræ, avunculi, vel patrui polluere, aut aliquod crimen admittere, Epiſcopus, in cujus tunc diœceſi commoratur, & tali ſcelere criminatur, habeat jus, & poteſtatem, ſecundum canonicam auctoritatem, & noſtram ſynodalem inſtitutionem, flagitioſum coercere, & ad pœnitendum emollire. *Tribur. cap. 42.*

CAPUT XVIII.

Vid. 34. q. 1. & 2. c. ult. Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente filius ejus, vel frater ejuſdem rei inſcius cum eadem ſe polluerit, & poſtquam ſe pollutum eſſe cognovit, confeſſus fuerit, & hoc ſe neſcire cum juramento confirmaverit, quia hoc pœnituit, & confeſſus fuit, poſt peractam congruam pœnitentiam, legitimo utatur matrimonio, ne iterum mordente crudeliſſima libidinis beſtia ſaucietur, & voraginem fornicationis incidere videatur, &c. mulier vero ulterius pœniteat, atque continens, & innupta permaneat. *Tribur. cap. 43.*

CAPUT XIX.

Secundum ſanctos canones definimus, & judicamus de eo, qui cum duabus ſororibus fuerit pollutus, ut uſque in exitum vitæ pœnitens, & continens permaneat; ſoror autem, quæ poſterior libidinis perforata aculeis, ſcienter ſe cum eodem commaculaverit, uſque in finem vitæ pœnitens, & continens perduret. Si autem improviſe contingit, condigna ſtringatur caſtigatione, & ſi velit, legitima utatur viri conjunctione. *Tribur. cap. 45.*

CAPUT XX.

Si quis non æquo gradu, ſed inceſtuoſo ordine cum his perſonis, quibus a regulis divinis prohibitum eſt, ſe conjunxerit, uſquequo pœnitentiam ſequeſtratione teſtentur, utrique communione priventur, & neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum cauſſarum licentiam habebunt, &c. Res autem eorum ad primos parentes uſque ad ſequeſtrationem perveniant, ſub ea conditione, ut antequam ſegregentur per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, niſi præfatum ſcelus ſequeſtrationis ſeparatione per pœnitentiam * fateantur. *Troslejan. cap. 8. ex Capitul. lib. 6. cap. 407.* * al. & pœnitentia.

CAPUT XXI.

Inceſti non ſint legitimi hæredes, ſed infamia ſint notati utræque perſonæ. *Troslejan. cap. 8. Capitul. lib. 6. cap. 307. ex lib. legum. Theodoſii tertio cap. 12.*

CAPUT XXII.

Cum ſorore coitus homicidæ tempore punietur. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 66.*

CAPUT XXIII.

Qui cum propria ex matre ſorore pollutus eſt, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua, & nefaria actione deſiſtat. Poſtquam autem in horrendi peccati ſenſum, & animadverſionem venerit, triennio defleat ſtans propter fores domus oratoriæ, & rogans populum ingredientem ad orationem, ut unuſquiſque pro ipſo miſericorditer ad dominum intenſas fundat preces. Poſtea autem alio triennio ad ſolam auditionem admittatur, & ſcripturam, ac doctrinam audiens ejiciatur, & nec oratione dignus habeatur. Deinde ſiquidem illam cum lacrymis exquiſivit, & Domino cum cordis contritione, & valida humiliatione ſupplex procidit, detur ei ſubſtratio in aliis tribus annis. Et ſic poſtquam pœnitentiæ fructus dignos oſtenderit, decimo anno in fidelium orationes ſuſcipiatur ſine oblatione, & cum duobus annis una cum fidelibus ad orationem ſubſtiterit, ſic dejacens dignus habeatur boni communione. Idem eſt decretum in eos quoque, qui ſuis nurus acciniunt. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 74. & 75. vid. cap. 76. & 77. tit. de adulteriis.*

CAPUT XXIV.

Ii, qui in ſuas novercas inſaniunt, ſunt eidem canoni obnoxii, cui & ii, qui in ſuas ſorores inſaniunt. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 78.*

Vide Zachar. in ſynodo Romana cap. 5. de monachis lapſis.

PARS QUARTA.

De inceſtu inter cognatos ſpirituales.

Vide in Part. II. Lib. XXII. Tit. XXIII. & Lib. XXIII. Tit. XII. quibus adde:

CAPUT I.

SI homo inceſtum commiſerit cum Deo ſacrata, &c. aut cum matrina ſua ſpirituali de fonte & confirmatione Epiſcopi, &c. pecuniam ſuam perdat, ſi habet, & ſi emendare ſe noluerit,

rit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. *Synod. ſub Pipino, cap.* 1.

CAPUT II.

35. q. 2. c. 17. Si quis cum commatre ſpirituali fuerit fornicatus uſque ad dignam pœnitentiam anathematis percutiatur ictibus: ſimiliter & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum ea, quam ante Epiſcopum tenuerit, cum ſacro chriſmate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit ſcelus; legitimam autem, ſi habuerit, non dimittat uxorem. *Vorm. cap.* 34. *Ivo part.* 1. *cap.* 138. & *part.* 9. *cap.* 36.

PARS QUINTA.

De adulterio.

Vide in Part. II. Lib. XXIX. Tit. XXI. XXII. XXVIII. & XXXIV. quibus adde:

CAPUT I.

Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei poſſidebunt. Paul. ep. 1. *ad Corinth. cap.* 6. *num.* 9.

CAPUT II.

Chriſtus Deus noſter in ſuis Evangeliis juſſit peccatorum principia reſecare. Non enim adulterium ſolum apud ipſum punitur, ſed etiam cogitationis motus ad aggrediendum adulterium
Matt. c. 5. condemnatur, ipſo dicente: *Qui adſpexerit mulierem ad concupiſcendum ipſam, eam jam in corde ſuo adulteravit. Nicæn. II. cap.* 22.

CAPUT III.

De vita & honeſt. cler. c. 13. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. Clerici qui ſecundum religionis ſuæ morem, non abdicarunt copulam conjugalem, ſi lapſi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio poſſint uti. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 14.

CAPUT IV.

Homicidæ, malefici, &c. adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium erunt admittendi. *Felix II. in ſynodo Roman. epiſt.* 1. *cap.* 15.

CAPUT V.

Nulli liceat, excepta cauſſa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere, & deinde aliam copulare, alioquin tranſgreſſorem priori convenit
27. q. 2. c. ſociari conjugio. Sin autem vir, & uxor diverte-
Si vir, & re pro ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita,
uxor, 22. nullatenus ſine conſcientia Epiſcopi fiat, ut abeo ſingulariter proviſo conſtituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non ſolvatur. *Eugen. II. in ſyn. Roman. & Leo IV. cap.* 36. *Ivo lib.* 6. *tit.* 5. *c.* 2. *panorm. & part.* 8. *cap.* 127. *decret. Cæſar. lib.* 10. *cap.* 38.

CAPUT VI.

Nulli liceat uno tempore duas habere uxores,
* *concubinam.* uxoremve, & conſobrinam *, quia cum domui non ſit lucrum, animæ ſit detrimentum. Nam ſicut Chriſtus caſtam obſervat Eccleſiam, ita vir caſtum debet cuſtodire conjugium. Contra hæc ſalubria dicta faciens, cum uxore concubinam habens, ſi perſeveraverit, & cum ſatisfactione non emendaverit, perſeverans ab Eccleſia penitus amputetur, reſipiſcens vero communionis, vel reconciliationis tempus Epiſcopus abbreviare debebit. *Eugen. II. in ſynod. Rom. & Leo IV. cap.* 37.

CAPUT VII.

Habeant Epiſcopi ſingularum urbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare, ſecundum quod canones cenſent, abſque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit ad comprimendos rebelles, & contemptores, publicum convocent; non ad præjudicandum, ſed potius ad ea, quæ Deo placita ſunt, & ſaluti animarum conveniunt, proſequendum. *Ravenn. ſub Joann. IX. part.* 2. *c.* 13.

CAPUT VIII.

Ut laicus ſimul uxorem & concubinam ha- 35. q. 2. &
bens non communicet Eccleſiæ. *Nicol. II. in ſyn.* 3. c. 17. De
Rom. CXIII. Epiſc. c. 12. conſanguinitate.

CAPUT IX.

Adulter non ordinetur. *Greg. VII. in concil. ann. incert. c.* 19.

CAPUT X.

Si quis perpetrato homicidio manſerit in adulterio, ad perfectam pœnitentiam minime recipi debere decretum eſt. *Urban. II. in concil. Claromont. c.* 22.

CAPUT XI.

Si quæ accuſatio fiat contra fidelem de fornicatione, vel adulterio, vel de alio crimine, & coarguatur, in clerum non introducatur. *Apoſt. cap.* 60.

CAPUT XII.

Quid in omnibus peccatis adulterio gravius? 32. q. 2. c.
ſecundum namque in pœnis obtinet locum, quo- 16.
niam quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, etiam ſi ſobrie vixerint, &c. valde apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cujus ſpecies ſunt quidem plures, &c. Prima ſpecies adulterii eſt, virum propria uxore ſolummodo non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantum ſervare ſe viro; ſi ergo caſtus fuerit quis, poteſt & humanus & miſericors fieri, &c. *Clem. ep.* 1. *poſt princ. vide Nicol.* 1. *ep. reg.* 49. *incip.* Optaremus, & *alias de adulterio Lotharii. Ivo lib.* 7. *tit.* 3. *cap.* 4. *panorm. & part.* 8. *cap.* 99. *decret.*

CAPUT XIII.

Adulteros ab Epiſcoporum, & presbyterorum 6. q. 1. c. 5.
accuſatione prohibebat Petrus Apoſtolus. *Clem.* Beatus.
ep. 1. *poſt med.*

CAPUT XIV.

Vult Deus unumquemque ita vivere, ut homicidium, & adulterium neſciat. *Clem. epiſt.* 4. *ante fin.*

CAPUT XV.

Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro a- 6. q. 1. c. 17.
liqua culpa notantur infamia, id eſt, omnes fures, ſacrilegos, adulteros, &c. *Steph. epiſt.* 1. *in med.*

CAPUT XVI.

Hæretici omnes, & ſuſpecti, venefici, adulteri, &c. nullatenus ſunt ad accuſationem admittendi, &c. *Eutych. ep.* 2. *in med.*

CAPUT XVII.

Statuimus, ut homicidæ, fures ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, &c. nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi. *Euſeb. ep. 3. poſt princ.*

CAPUT XVIII.

32. q. 5. c. ult. Chriſtiana.

Cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum contra uxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur? Super hoc chriſtiana religio adulterium in utroque ſexu pari ratione condemnat. Sed viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueverunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur; virorum autem latente commiſſo non facile quiſquã ex ſuſpicionibus abſtinetur; qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur. Cum ergo par cauſſa ſit, interdum, probatione ceſſante, vindictæ ratio ceſſat. *Innoc. ep. 3. c. 4. Raban. cap. 3. de pœnit.*

CAPUT XIX.

Meminit tua reveren da fraternitas, quod tribus jam vicibus ſcripſimus, ut nullus adulter, nullus fornicator ſacrum miniſterium debeat attrectare. *Zachar. ep. 4. ante med.*

CAPUT XX.

De eo, qui ad uxorem alterius comprehenſus fuerit, quid judicandum ſit, lectis legibus reperitis. Jam vero ſi ad Eccleſiam adulter confugerit, id judicandum ab Epiſcopo fore decernimus, quod ſacros conſtat definiiſſe canones, vel ſanctos apoſtolicæ ſedis præſules, clarum eſt ſtatuiſſe. *Nicol. ad con ult. Bulgar. c. 28.*

CAPUT XXI.

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, ſeptem annis pœnitentiam agat. *Ancyr. c. 20. Worm. c. 44. Mart. Brac. c. 77. Raban. c. 1. & 3. de pœnit.*

CAPUT XXII.

Diſt. 28. c. 9. Presbyter.

Si presbyter uxorem duxerit, deponatur ab ordine; ſi fornicator, vel adulter eſt, ejiciatur, & agat pœnitentiam. *Neocæſ. c. 1. refert Mogunt. ſub Arnulph. c. 17. Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 25. Mart. Brac. c. 27. Burch. lib. 2. c. 108. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 8. panorm. & part. 6. c. 185. decret.*

CAPUT XXIII.

Flamines qui poſt fidem lavacri, & regenerationis ſacrificaverint, eo quod geminaverint ſcelera accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit nec in fine accipere communionem. *Elib. c. 2.*

CAPUT XXIV.

Item Flamines, &c. ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de dominica communione videantur. *Elib. c. 3.*

CAPUT XXV.

Rigor hic uſitatus in principio, moderatus eſt poſtea ab Ec-

Si fidelis poſt lapſum mœchiæ poſt tempora conſtituta acta pœnitentia denuo fuerit fornicatus, nec in fine habeat communionem. *Eliber. cap. 7.*

CAPUT XXVI.

cleſia ut ei Innoc. epiſt. 3. ad Exuper.

Epiſcopi, presbyteri, diacones ſi in miniſterio poſiti detecti fuerint, quod ſint mœchati; & propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine communionem accipiant. *Eliber. cap. 18.*

CAPUT XXVII.

Subdiaconem ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eo quod poſtmodum per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promovendus: antea ordinati amoveantur. *Elib. c. 30.*

CAPUT XXVIII.

Adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, ad communionem admittantur. *Elib. c. 31.*

CAPUT XXIX.

Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus: quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus, rurſus fuerit mœchatus, non edat ulterius de communione pacis. *Elib. c. 47.*

CAPUT XXX.

Si qua mulier per adulterium, abſente marito, conceperit, idque poſt facinus occiderit, nec in fine dandam communionem, quod geminaverit ſcelus. *Elib. c. 63.*

CAPUT XXXI.

Si qua mulier uſque in finem vitæ ſuæ cum alieno fuerit mœchata, nec in fine dandam communionem. Si eum reliquerit poſt decem annos, recipiatur ad communionem, acta legitima pœnitentia. *Elib. c. 64.*

CAPUT XXXII.

Si clerici uxor fuerit mœchata, & ſciat maritus, neque eam ſtatim projecerit, nec in fine accipiat communionem, ne ab his, qui exemplum bonæ converſationis eſſe debent, videantur magiſteria ſcelerum procedere. *Elib. c. 65.*

CAPUT XXXIII.

Catechumena, ſi per adulterium conceperit, & conceptũ necaverit, in fine baptizetur. *Elib. 68.*

CAPUT XXXIV.

Si habens uxorem ſemel lapſus fuerit, quinquennio agat pœnitentiam, & ſic reconcilietur, niſi neceſſitas cogat ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obſervandum. *Elib. c. 69. Ivo part. 8. c. 281. decret. Pœnit. Rom. tit. 3. c. 4.*

CAPUT XXXV.

Si conſcio marito fuerit mœchata uxor, placuit nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si eam reliquerit, poſt decem annos accipiat communionem. *Elib. c. 70.*

CAPUT XXXVI.

Si quis fidelis habens uxorem cum Judæa, vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ ſociari communioni. *Elib. c. 78.*

CAPUT XXXVII.

Si quorumcumque clericorum uxores pecca- 32. q. 1. c. Placuit. io.

ve-

verint, ne forte peccandi licentiam plus habeant, accipiant mariti earum hanc poteſtatem, præter necem, cuſtodiendi, ac ligandi in domo ſua, ad jejunia ſalutaria, non mortifera, eas cogentes, ita ut invicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſervitia non habeant. Cum uxoribus autem ipſis, quæ peccaverint, nec cibos ſumant, niſi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, revertantur. *Tolet. I. c. 7.*

CAPUT XXXVIII.

Matt. 5. Eos, qui relictis uxoribus ſuis, ſicut in Evangelio dicitur, excepta cauſſa fornicationis, ſive adulterii probatione, alias duxerint, ſtatuimus a communione eſſe arcendos. *Venet. c. 2.*

CAPUT XXXIX.

Si quis lectorum, vel oſtiariorum adulteræ mulieris voluerit miſceri, vel adhærere conſortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. *Tarrac. c. 9.*

CAPUT XL.

His, qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliſerint, poſt ſeptem annorum curricula communio tribuatur. *Ilerd. c. 2. Magunt. ſub Raban. c. 21. Raban. c. 11. de pœnit. Burch. lib. 17. c. 52. & lib. 19. part. 277. Ivo part. 10. c. 182. decret.*

CAPUT XLI.

Diſt. 34. c. 8. Si quis de laicis, poſt uxorem, aliam cujuſcumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur. *Gerund. c. 8. Burch. lib. 2. c. 38. Ivo part. 6. c. 139. decret.*

CAPUT XLII.

Si de adulterii permixtione fuerit (*Antiſtes, aut clericus*) comprobatus, in regradatione honorum, priorum canonum ſtatuta ſerventur, in quibus communicationibus Metropolitanus a comprovincialibus ſuis, comprovincialis a Metropolitano cum reliquis comprovincialibus diſtringatur. *Aurel. III. c. 4.*

CAPUT XLIII.

Si quis clericus adulteraſſe aut confeſſus fuerit, vel convictus, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore trudatur. *Aurel. III. c. 7. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 11. panorm. & part. 8. c. 285. decret.*

CAPUT XLIV.

Si quæ mulieres fuerint prolapſæ in adulterium cum clericis, diſtrictione clericis adhibita, mulieres ipſæ, prout ſacerdoti viſum fuerit, diſtrictioni ſubjaceant, & a civitatibus, ut ſacerdos præceperit, repellantur. *Aurel. IV. c. 28.*

CAPUT XLV.

Si presbyter, diaconus, ſubdiaconus infantes procreaverit, aut adulterium commiſerit, & Archipresbyter hoc Epiſcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicet. *Antiſiod. c. 20.*

CAPUT XLVI.

Si monachus in monaſterio adulterium commiſerit, aut peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per ſe non emendaverit, aut Epiſcopo, aut Archidiacono non intimaverit, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudatur. *Antiſiodor. cap. 23.*

CAPUT XLVII.

Si conjugatus fuerit incontinens, ne poſtea adulterii incurrat lapſum, redeat ad priſtinum conjugium, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum. Nos idem de feminis, ut de viris cenſemus pro humana fragilitate indultum ea ratione, ut ſi is, qui pœnitente non eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quam ex conſenſu alter ad continentiam eat, unde fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo ad uxoris tranſire amplexus: ſi autem illius vita extiterit ſuperſtes, qui non accepit benedictionem pœnitentiæ, nubat, ſi ſe continere non poteſt, & alterius conſortio fruatur uxoris. Quod de utroque ſexu pari modo a nobis decretum eſt, ut in his omnibus ſacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod ætatem aptam perſpexerit, pœnitentiæ abſolutionis, vel diſtrictionis tribuat legem. *Tolet. VI. c. 8. Cæſar. lib. 15. c. 70.* *33. q. 2. c. ult.*

CAPUT XLVIII.

Si quis Epiſcoporum magnatis cujuſquam uxorem, filiam, neptem, ſeu quolibet illum gradu adhibito pertingentem quacumque fraude, vel ſubtilitate adulterina pollutione fœdaverit, & honoris proprii gradum amittat, & ſub exilii relegatione perpetuam excommunicationis ſententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus eſt. *Tolet. XI. c. 5.*

CAPUT XLIX.

Qui alterius ſponſam, vivo ſponſo, ducit, adulterii crimine ſubjaceat. *Trull. c. 99.*

CAPUT L.

Falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos, & clericos de peculiis Eccleſiarum abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus. *Franc. ſyn.*

CAPUT LI.

Provideant viri potentes, & maxime potentes fœminæ, ut in ſuis domibus adulteria, & luxuriæ concubinatic, & inceſta adulteria non vigeant, & ſuis presbyteris, qui cum eis in capellam vadunt, hujuſmodi virtutem habere faciant. *Meld. c. 74.*

CAPUT LII.

Plurimi veſtrum fornicationes, & adulteria ſine timore divino, & ſine humana verecundia faciunt. Audiant Apoſtolum Paulum dicentem: *Fornicatores, & adulteros judicabit Deus*, id eſt, *damnabit.* Audiant etiam eundem dicentem: *Horrendum*, id eſt, *timendum eſt, incidere in manus Dei viventis. Syn. Tull. in epiſt. ad Rotbertum, & alios.* *Heb. 13.* *Heb. 10.*

CAPUT LIII.

Ut raptores, & adulteri vel rapaces, qui ſicut ait Apoſtolus: *Regnum Dei non conſequentur*, cum quibus etiam, ſicut ipſe præcipit, nec cibus ſumendus eſt, cenſura, & ſeveritate principum, qui non ſine cauſſa gladium portant, inſequantur, quoadusque ſacerdotum judicio publice Eccleſiaſticæ ſubdantur diſciplinæ. *Tull. part. ult. cap. ult.* *1. Cor. 6.*

CAPUT LIV.

Si Epiſcopo, at presbytero cauſſa criminalis, *2. q. 5. c. ult.*

hoc

hoc eſt homicidium, adulterium, &c. imputatum fuerit, in ſingulis miſſam celebrare, & ſecretam publice dicere, & communicare debet, & da ſingulis ſibi imputatis innocentem reddere. Quod ſi non fecerit, quinquennio a liminibus Eccleſiæ habeatur extraneus. *Vormat. c. 10. Burch. lib. 2. c. 199. Ivo part. 6. c. 272. decret.*

CAPUT LV.

Si quis legitimam duxerit uxorem, & impediente quacumque domeſtica infirmitate, uxorium opus non valens implere cum illa, frater vero ejus, ſuadente diabolo, adamatus ab ipſa clanculo eam humiliaverit, & violatam reddiderit, omnimodo ſeparentur, & a neutro ulterius eadem mulier contingatur, &c. *Trib. c. 41.*

CAPUT LVI.

De his, qui in adulterio juncti per incentiva libidinis malæ filium, vel filiam genuerunt, canonice præjudicamus, ut quando ab Epiſcopo juſta diviſione ſeparantur, eo tenore ſejungantur, ne ultra ſpe reverſionis deludantur. Quare ſi quid inter ſe proprietatis, aut pecuniæ communi donatione tradiderunt, utique communi ſervent infanti. De reliqua vero proprietate, & pecunia nullam ulterius habeant communionem, ſed uterque ſua provideat, & ut velit, faciat. Et ut hoc verius credatur, atque firmius obſervetur, verbo Domini præcipimus, & canonica, atque ſynodali impoſitione injungimus, quatenus juramento colligentur, deinceps, & ultra ſub uno non cohabitare tecto, nec familiari ſtui colloquio, excepto in Eccleſia, & in publico; nec ullam habere communionem in proprietate, aut mancipiis, vel pecunia ſive ullis rebus, unde ſuſpicio luxurioſi facti, aut ſcandalum libidinoſi deſiderii juſte poſſit oriri. *Tribur. c. 49.*

CAPUT LVII.

Si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehenſum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem: illa vero ſeptem annis publice pœniteat. Vir vero ejus, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. Quod ſi voluerit adulteram ſibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agit, & exacta pœnitentia, poſt ſeptem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma & in muliere ſervabitur, ſi eam vir ejus adulteravit. *Nannet. c. 12.*

CAPUT LVIII.

Si vir non habens uxorem alterius uxorem adulteravit, aut ſi qua mulier non habens virum cum alterius viro, ille, qui fœdus violavit conjugii, ſeptem annis, ut ſupra dictum eſt, pœniteat; ille, qui lege conjugii non tenetur, quinque annis pœniteat. *Nannet. c 14. Burch. lib. 9. c. 70. Ivo part. 8. c. 207. decr. & Pœnit. Rom. tit. 3. c. 3.*

CAPUT LIX.

2. q. 5. c. 24. Interrogatum eſt, ſi duo in adulterio inculpati fuerint, & unus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum eſſet. Decretum eſt etiam a ſancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili judicio ſe expurget, & qui profeſſus fuerit, digne pœnitentiam agat. *Salegunſt. c. 7. poſt Burch. decret. Ivo part. 15. c. 173. decret.*

CAPUT LX.

Statuit ſancta ſynodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negaverint, & orant ſibi concedi, ut alter illorum utroſque divino purget judicio. Si unus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur. *Salegunſt. c. 14. poſt Burch. decret. Ivo part. 15. c. 180. decret.* 2. q. 5. c. 15.

CAPUT LXI.

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, ſeptem annis pœnitentiam agat. *Mart. Bracar. cap. 77. Ancyr. c. 20. Vormat. c. 44.*

CAPUT LXII.

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat: converſio autem, & fides pœnitentis compendiat tempus. *Mart. Brac. c. 18.*

CAPUT LXIII.

Maſculorum, & animalium initores, & homicidæ, & venefici, & adulteri, &c. eadem condemnatione digni habeantur. *Baſil. ep. ad Amphiloch. c. 7.*

CAPUT LXIV.

Domini dictum ſecundum ſententiæ conſequentiam ex æquo & viris, & mulieribus convenit; quod non liceat a matrimonio diſcedere præterquam propter fornicationem. Conſuetudo autem non ita habet, ſed in mulieribus quidem multum accurate, & diligenter obſervari invenimus, cum Apoſtolus quidem dicat; quod, qui 1. Cor. 6. adhæret meretrici, fit unum corpus, &c. conſuetudo vero etiam adulterantes viros, & in fornicationibus verſantes jubet a mulieribus retineri. Quare quæ cum viro dimiſſo cohabitat, neſcio an poſſit adultera appellari; crimen enim attigit mulierem, quæ dimiſit. Quamnam ob cauſſam a conjugio deceſſit? ſi enim pulſata, & verberata non ferens, pati ſatius erat, quam a conjuge ſeparari, ſive jacturam in pecuniis non ferens, nec ipſa eſt juſta excuſatio. Sin autem quod ipſe vivat in fornicatione, non habent hanc obſervantiam in Eccleſiaſtica conſtitutione, ſed etiam infidelis viri juſſa eſt mulier non ſeparari, ſed remanere propter incertitudinem eventus. Quid enim ſcis mulier, an virum ſis ſervatura? Quare quæ relinquit, eſt adultera, ſi ad alium virum acceſſit. Qui autem reliquit, eſt dignus venia, & qui ei cohabitat, non ideo condemnatur. Sed ſi vir, qui ab uxore diſceſſit, acceſſit ad aliam, eſt & ipſe adulter, quoniam fecit eam adulterari, & quæ ei cohabitat, eſt adultera, eo quod alienum virum ad ſe traduxit. *Baſil. epiſt. ad. Amphiloch. c. 9.* Quæ cum vir ſeceſſit, & non apparet, antequam de ejus morte certior facta ſit, cum alio cohabitavit, mœchatur. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 31.*

CAPUT LXV.

Adulteras mulieres, & confitentes, vel quomodocumque convictas publicare quidem patres noſtri prohibuerunt, ne convictis mortis cauſam præbeamus, eas autem ſtare ſine communione juſſerunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ. *Baſil. ep. ad Amphiloch. c. 34.*

CAPUT LXVI.

Qui, poſtquam aliena ei ablata fuerit, uxorem

rem duxit, in prima quidem adulterii accuſabitur, in ſecunda vero reus non agetur. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 37.

CAPUT LXVII.

Quæ vivit cum adultero, eſt omni tempore adultera. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 39.

CAPUT LXVIII.

Matt. 5. Quæ a marito dimiſſa eſt, mea quidem ſententia manere debet. Si Dominus autem dixit: *Si quis reliquit uxorem, præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo, quod eam adulteram nominat, excluſit eam a ſocietate cum alio.* Quomodo enim poteſt vir quidem eſſe reus, ut auctor adulterii, mulier autem nulli eſſe culpæ affinis, quæ adultera appellata eſt propter conſuetudinem cum alio viro? *Baſil. ad Amphiloch. c.* 48.

CAPUT LXIX.

Qui adulteravit, in quindecim annis ſacramentis non communicabit. In his autem annis ſic quoque diſpenſabitur: quatuor annis erit deflens, & duobus audiens, quatuor ſubſtratus, in duobus ſubſiſtens ſine communione. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 58.

CAPUT LXX.

Uno anno defleant, biennio audiant, triennio ſubſternantur, ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ita oblatione digni habeantur, ſi cum lacrymis pœnitentiam egerint, qui duas ſorores in matrimonium accipiunt, etſi diverſis temporibus. *Baſil. ad Amphil. c. 76. & 77. Trull. c.* 87.

CAPUT LXXI.

Eorum, quæ ad cupiditatem, & voluptatem fiunt peccatorum, hæc eſt diviſio, hoc enim vocatur adulterium, illud vero fornicatio. Ac nonnullis quidem eorum, qui ſunt ſubtiliores, placuit etiam fornicationis peccatum adulterium eſſe exiſtimare, quoniam una eſt legitima conjunctio & uxoris cum marito, & mariti cum uxore, quidquid ergo non eſt legitimum, eſt omnino injuſtum, & legi contrarium, & qui non

1. Theſſ. 5. habet proprium, habet omnino alienum: *Homini enim una tantum data eſt auxiliatrix; & mulieri unum appoſitum eſt caput.* Ergo, ſi quis quidem proprium vas ſuum, ut divinus Apoſtolus nominat, poſſederit, ei lex naturæ juſtum uſum concedit; ſi quis autem extra proprium converſus fuerit, erit omnino in aliena, eſt autem unicuique alienum, quidquid non eſt proprium, etiamſi id non confiteatur, qui eſt Dominus. Non longe ergo a peccato adulterii fornicatio ab iis, qui rem paulo accuratius examinant, ſuſcepta eſt, &c. Sed quia imbecilliorum fuit patribus cura gerenda, diſtinctum eſt peccatum hac generali diviſione; quod fornicatio quidem dicatur cupiditatis, ſeu libidinis expletio, quæ fit ſine alia alicujus injuria: adulterium vero, inſidiæ, & injuria, quæ alteri affertur. In eo autem & cum animalibus coitum, & pædicatum eſſe exiſtimant, quoniam hæc ſunt naturæ adulterium, in id enim, quod eſt alienum, & quod eſt præter naturam, fit injuſtitia. *Gregor. Nyſſen. epiſt. canonica cap.* 4.

CAPUT LXXII.

Quæ in adulterio, & in reliquis immunditiæ generibus fit iniquitas, eodem judicio punietur, quo & fornicationis ſcelus, ſed tempore duplicabitur. *Greg. Nyſſen. epiſt. citata ad Letojum.*

CAPUT LXXIII.

Libuit nobis inſerere ſententiam cujuſdam patris, in qua magna brevitate quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis Dominum Deum diligere, &c. deinde non occidere, non adulterari, non facere furtum. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21. ex Clem. epiſt. 1. ante fin.*

PARS SEXTA.

De raptoribus fœminarum.

CAPUT I.

QUI rapiunt mulieres prætextu conjugii, & adjutores, ac conſentientes, ſi clerici ſunt, cadant a gradu ſuo, ſi laici anathematizentur. *Chalced. cap. 27. Trull. cap. 93. Vormat. c. 77. Troslejan. cap. 8. Capitul. lib. 1. cap. 104. & lib. 7. cap. 183. Burch. lib. 9. cap. 35. Ivo part. 8. cap. 173. & 174. & 322. decret. & lib. 6. tit. 3. cap. 52. panorm. Anſelm. lib. 10. cap. 49. Cæſar. lib. 10. cap. 84.* 36. q. 2. Eos, c. 1. & c. 4. de puellis.

CAPUT II.

Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel conſentiens ei, anathema ſit. *Gregor. II. in ſyn. Rom. cap. 10. Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. cap. 51. Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 11. panorm. & part. 8. cap. 149. decret.* 36. q. 2. c. 5.

CAPUT III.

Si quis virginem, niſi deſponſaverit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, vel conſentiens ei, anathema ſit. *Gregor. II. in ſynod. Rom. cap. 11. Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. c. 12. Ivo part. 8. cap. 150. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 229.* Ibidem.

CAPUT IV.

Si quis temerario auſu præſumpſerit virginem, aut viduam furari in uxorem, præter ſi deſponſatam habuerit, anathema ſit. *Zachar. in ſynod. Roman. cap. 7.*

CAPUT V.

Qui virginem non ſponſatam violaverit, excommunicetur, nec aliam ducat, ſed eam, licet pauper ſit. *Apoſt. cap. 67.*

CAPUT VI.

Raptores viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris deteſtamur, illos vehementius perſequendo, qui ſacras virgines, vel volentes, vel invitas matrimonio ſuo ſociare temptaverint. Quos pro tam nefandiſſimi criminis atrocitate a communione ſuſpendi præcipimus. *Symmach. epiſt. 1. cap. 3. Anſelm. lib. 10. cap. 58. Tarrac. lib. 6. cap. 249.* 36. q. 2. c. 2.

CAPUT VII.

Deſponſatas puellas, & poſtea ab aliis raptas reddi placet ſponſis, etſi vis ab aliis illis illata fuerit. *Ancyr. cap. 10. Troslejan. cap. 8. Burch. lib. 9. cap. 38. Ivo lib. 6. tit. 5. cap. 17. panorm. & part. 8. cap. 176. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 8. Cæſar. lib. 10. cap. 61.* 36. q. 2. c. 45.

CAPUT VIII.

Puellæ ſponſus ejus ſororem vitiavit, & ſibi habuit, duxit poſtea ſponſatam; vitiata vero ſe interemit: decennium pœniteant per gradus, qui in hoc facto ſe miſcuerunt. *Ancyr. c. 25. G. 24. L.*

CA-

CAPUT IX.

36. q. 1. De raptoribus, cap. 3. Si ad Eccleſiam raptor cum rapta confugerit, & eam vim paſſam conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate conceſſa, aut ſerviendi conditioni ſubjectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem. Si puella patrem habeat, & puella raptori conſenſerit, poteſtati patris excuſata reddatur, & raptor patri ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur obnoxius. *Aurel. cap. 2. al. 4. Raban. cap. 22. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 191. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 1. panorm. & part. 3. cap. 108. decret. Anſelm. lib. 10. cap. 57. Cæſar. lib. 10. cap. 89. & lib. 13. cap. 68.*

CAPUT X.

36. q. 2. c. 6. Nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum, aut rapere præſumat, aut Regis beneficio æſtimet poſtulandam. Quod ſi fecerit, ſimiliter ab Eccleſiæ communione remotus, anathematis damnatione plectatur. *Pariſ. cap. 6. Ivo part. 8. cap. 25. decret.*

CAPUT XI.

De raptoribus viduarum, ac virginum dignum duximus, ut ab univerſis comitibus omni niſu inveſtigentur, & inventi condigna invectione ex auctoritate Imperiali caſtigentur, ut a tam illicita præſumptionis audacia ipſi coerceantur, & cæteri hoc admittere volentes terreantur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. ult. cap. 24.*

CAPUT XII.

Raptores virginum, & viduarum, qui etiam poſtea voluntate parentum eas quaſi deſponſantes, ſub dotalitii nomine in conjugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ ſubigantur, & poſt publicam pœnitentiam, prout præviderit Epiſcopus, peractam, ne in pejus corruant, iterum convenientes de cætero eleemoſynis, & cæteris quibuſque religioſæ, & ſalutiferæ converſationis actionibus inſervire procurent, uſquequo ab opere conjugali ex conſenſu ſe valeant abſtinere. *Melden. c. 64.*

CAPUT XIII.

36. q. 2. Si autem, c. 10. Hi, qui necdum eas, quas rapuerant, cum voluntate parentum ſub præfato deſponſionis, vel dotalitii nomine in conjugium ſumptas habent: quando omnium aures hæc in fuerit conſtitutio promulgata, ab earum conjunctione ſeparentur, & publicæ pœnitentiæ ſubigantur, raptæ autem legaliter parentibus reſtituantur, &c. *Melden. cap. 65. Burch. lib. 9. cap. 39. Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 13. panorm. & part. 8. cap. 177. decret.*

CAPUT XIV.

Qui deinceps rapere virgines, vel viduas præſumpſerint, ſecundum ſynodalem B. Gregorii definitionem, ipſi, & complices eorum anathematizentur, & raptores ſine ſpe conjugii perpetuo maneant. *Melden. cap. 66. Gregor. II. in ſynod. Roman. cap. 10. & 11. Burch. lib. 9. cap. 34. Ivo part. 8. cap. 177. decret.*

CAPUT XV.

Qui ſanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progreſſu etiam criminis in conjugium ſumunt, publicæ pœnitentiæ, juxta modum, quem præviderit Epiſcopus, ſubigantur. Ipſæ vero locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur; uterque autem ſine ulla ſpe uxoriæ copulationis perenniter maneat, &c. *Melden. c. 67. Burch. lib. 8. c. 52.*

CAPUT XVI.

De his, qui ſponſas alienas rapiunt, vel conſenſu parentum accipiunt, antiqua & ſynodalis ſententia obſervetur, &c. nullo modo ut ad maximam indulgentiam deſcendamus, alterius ſponſæ acceptor ſine publica tranſeat pœnitentia, & ſponſo legaliter mulctam componat. Quod ſi his obedire renuerit, ſine ulla refragatione anathematizetur, &c. *Melden. cap. 68. Burch. lib. 9. cap. 32. Ivo part. 8. cap. 170. decret.*

CAPUT XVII.

Pari tenore excommunicatus eſt quidam homo vocabulo Theodricus cum complicibus ſuis, quia quandam viduam fugiendo proſtratam ſuper corpus ſancti Eventii rapuit, & de monaſterio traxit, & in uxorem ſibi eam taliter ſociavit. *Meten. cap. 7.*

CAPUT XVIII.

Eſt quædam ſpecies rapinæ, vel potius ſacrilegii, quam ex ipſo actu ruſtico raptum vocant; quod quantum ſit malum, non tantum divina, ſed humana quoque auctoritate damnatum, paucis monſtrabimus verbis. Ac primo de puellis raptis, & nondum deſponſatis in concilio Chalcedonenſi ita habetur: „ Eos, qui rapiunt puellas 36. q. 2. c. 1. & 4.
„ ſub nomine ſimul cohabitandi, cooperantes,
„ & conniventes, decrevit ſancta ſynodus, ut ſi
„ qui clerici ſunt, decidant a gradu proprio, ſi
„ vero laici anathematizentur". Quibus verbis aperte datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi ſunt, quando participes, & conniventes tanto anathemate feriuntur. Et quod juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vendicare nullatenus poſſint in concilio Ancyrano cap. 10. legitur, &c. „ Statu- 37. q. 2. c. 34.
„ tum eſt, ut raptor publica pœnitentia mul-
„ ctetur; raptæ vero, ſi ſponſus eam recipere no-
„ luerit, & ipſa ejuſdem criminis conſentiens non
„ fuerit, licentia nubendi alii non negetur; quod
„ ſi & illa conſenſerit, ſimili ſententiæ ſubjaceat.
„ Quod ſi poſt hæc ei ſe jungere præſumpſerit,
„ utrique anathematizentur". Quid autem lex Imperatorum de hujuſmodi raptoribus jubeat in libro v. capitular. c. 239. ſcire volens reperiet. Item in lib. vii. c. 245. de raptoribus viduarum, vel virginum, ita decernitur: „ Sancitum eſt, ut
„ raptores viduarum, vel virginum ab Eccleſiæ
„ communione pellantur". Item de his, qui rapiunt fœminas, ut eas non habeant uxores, & quid de raptis agendum ſit, ex eodem libro cap. 395. „ Placuit, ut hi, qui rapiunt feminas, 36. q. 2. c. 11.
„ vel furantur, aut ſeducunt, ut eas nullatenus
„ habeant uxores, quamvis poſtmodum conve-
„ niat, ut eas dotaverint, vel nuptialiter cum
„ conſenſu parentum acceperint. Si quis autem
„ uxorem habere voluerit, canonice, & legali-
„ ter eam accipiat, & non rapiat. Qui vero ra-
„ puerit, aut furatus fuerit, vel ſeduxerit, num-
„ quam eam uxorem habeat, ſed propinquis ſuis
„ eam reddat, & in triplo bannum dominicum
„ componat, & inſuper canonice publicam pœ-

„ ni-

„ nitentiam gerat. Ad quod omnes clamaverunt „ dicentes. Iſta omnes tenere firmiter volumus, „ & in perpetuum ab omnibus conſervari optamus“. *Troſlejan. cap. 8. Burch. lib. 9. cap. 35. 36. Ivo part. 8. cap. 174.*

CAPUT XIX.

Eos, qui ex raptu habent mulieres, ſi aliis quidem deſponſas abripuerint, non prius oportet admittere, quam ab eis ablatæ ſint, & ſint in eorum poteſtate, quibus deſponſæ fuerant, an eas velint accipere, an deſiſtere. Si quis autem vacantem acceperit, auferre quidem oportet, & ſuis reſtituere: illorum autem ſententiæ permittere, ſive ſint parentes, ſive fratres, ſive quicumque alii præſint, & ſi ei tradere voluerint, matrimonium conſtituere; ſin autem renuerint, non cogi. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 22.*

CAPUT XX.

De his, qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, ſed propriam ſententiam proferimus; ut ipſi, & qui cum eis rapiunt, tribus annis ſint extra orationes. Quod autem non eſt violentum, nulli eſt pœnæ obnoxium, quando nec ſtuprum, nec furtum rem præceſſerit. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 30.*

CAPUT XXI.

Stupra, quæ per vim inferuntur, non ſunt accuſationi obnoxia, quare etſi ancillæ vis allata fuerit a proprio domino, ea a culpa eſt libera. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 49.*

CAPUT XXII.

De Biſte, qui in Ereba conſtitutus eſt presbyter, quærendum eſt, & ſi alicui quidem mulieri ſeparatæ vivente marito vim attulit, non ſinatur eſſe presbyter, nam nec ut laicus quidem debet communicare, cum eos, qui tales ſunt, ſeparare conſueverit Eccleſia. *Theophil. Epiſc. Alexand. in commonitorio, c. 2.*

PARS SEPTIMA.

De concubitu cum hominibus, & brutis.

CAPUT I.

De except. Prelat. Gr. IX. c. 4. & in 1. coll. de cohab. cler. cap. 12. Geneſ. 19.

QUicumque incontinentia illa, quæ contra naturam eſt, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiæ, & quinque civitates igne conſumpſit, deprehenſi fuerint laborare; ſi clerici fuerint, eiiciantur a clero, vel ad pœnitentiam agendam in monaſteriis detrudantur; ſi laici excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium fiant prorſus alieni. *Alex. III. in concil. Later. cap. 11.*

CAPUT II.

De vita, & honeſt. cler. Greg. IX. c. 13. & in 4. coll. cap. 2.

Ut clericorum mores, & actus in melius reformentur, continenter, & caſte vivere ſtudeant univerſi, præſertim in ſacris ordinibus conſtituti ab omni libidinis vitio præcaventes, maxime illo, propter quod ira Dei venit de cælo in filios diffidentiæ, quatenus in conſpectu Dei omnipotentis, puro corde, & mundo corpore valeant miniſtrare. Ne vero facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, ſtatuimus, ut qui deprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis, aut minus peccaverint, puniantur, ſecundum canonicas ſanctiones, quas efficacius & diſtrictius præcipimus obſervari, ut quos divinus timor a malo non revocat, temporalis ſaltem pœna a peccato cohibeat. Si quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus, divina celebrare præſumpſerit, non ſolum Eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro hac duplici pœna perpetuo deponatur. Prælati vero, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni. Qui autem ſecundum regionis ſuæ morem non abdicarunt copulam conjugalem, ſi lapſi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio poſſint uti. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 14.*

CAPUT III.

Qui cum brutis * ſe immiſcuerint, vel miſcent, qui ante vigeſimum annum peccaverunt quindecim annis pœniteant: communione orationum quinquennio utantur; poſtea ad oblationem admittantur. Examinetur autem vita eorum pœnitentiæ tempore, & humanitate fruantur. Qui ſæpius peccarunt, magis pœniteant. Qui majores viginti annis, & uxores habentes peccarunt, vigintiquinque annis pœniteant: quinque annis orent, poſtea admittantur ad oblationis communionem. Qui vero uxores habent, & majores quinquaginta annis ſunt, in exitu vitæ communionem accipiant. Qui eorum leproſi ſunt, aut fuerunt, hi inter furioſos orent. *Ancyr. c. 17.* [leproſos interpres intelligit, qui alios peccatores eſſe fecerunt, & furioſos intelligit energumenos. *Mart. Brac. c. 82. Rab. c. 6. de pœnit. Capitul. lib. 1. cap. 49. Burchard. lib. 17. cap. 31. Ivo part. 9. cap. 89. decret. Anſelm. lib. 11. c. 96.*

* *ut bruti.*

CAPUT IV.

Stupratoribus puerorum nec in fine dandam eſſe communionem. *Elib. c. 71.*

CAPUT V.

Ne occaſio famam laceret honeſtatis, quia aliqui laici, dum diverſa perpetrant adulteria, hoc, quod de ſe ſciunt, in aliis ſuſpicantur, ſicut ait Seneca: *Peſſimum in eo vitium eſſe, qui in id, quo inſanit, cæteros putat furere*, &c. Nullus ſacerdotum, aut monachorum colligere alium in lecto ſuo præſumat. *Turon. II. c. 15.*

CAPUT VI.

Sancimus, ut qui hujus nefariæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus ſeſe implicari permiſerint, & contra naturam maſculi in maſculos hanc turpitudinem operati fuerint, ſiquidem Epiſcopus, presbyter, aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, perpetui exilii manebit damnatione perculſus: ſi vero cujuslibet ordinis, graduſve perſonæ talibus colluvionis noxis repertæ fuerint implicatæ, illius legis, quæ de talibus eſt edita, nihilominus ferientur ſententia, atque ab omni chriſtianorum ſint alieni caterva, & inſuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decalvati, exilio mancipentur perpetuo; ita ut niſi tam eos, qui religionis cultum turpaſſe viſi fuerint, quam etiam alios, ut diximus, cujuſcumque ordinis homines digna ſatisfactio pœnitentiæ accipere corpus & ſanguinem Chriſti in fine permiſerit, aut chriſti-

colarum ſocietati reddiderit, nec in exitus ſui die, ſecundum canonum inſtituta, communionis perceptione ſe noverit relevari, nec catholicorum cœtui aggregari. *Tolet. XVI. c. 3. in legibus Wiſigothorum lib. 4.*

CAPUT VII.

Cum miſeria humana multifariis fragilitatis ſuæ exceſſibus, creatoris ſui incomparabilem dulcedinem ſæpiſſime ad amaritudinem provocet, tunc gravius, ſceleratiuſque in eum delinquit, quando contra naturam peccat, &c. Quiſquis tanti ſceleris patratorem ſe eſſe meminit, dum tempus acceptabile, dieſque ſalutis exiſtit, per confeſſionem, & pœnitentiæ ſatisfactionem ſibi conſulere non differat, &c. Patratores tam nefandiſſimi, Deoque deteſtabilis vitii, ſecundum judicium canonicum, quod in Ancyritano concilio ſub titulo ſextodecimo continetur, judicentur. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 34.*

CAPUT VIII.

Sunt ſane diverſorum malorum patratores, quos & lex divina improbat, & condemnat, pro quorum etiam diverſis ſceleribus & flagitiis populus ſame, & peſtilentia flagellatur, & Eccleſiæ ſtatus infirmatur, & regnum periclitatur, &c. ſicut ſunt diverſarum pollutionum patratores, quas cum maſculis, & pecoribus nonnulli diverſiſſimis modis admittunt, quæ incomparabilem dulcedinem piiſſimi creatoris ad amaritudinem provocantes tanto gravius delinquunt, quanto contra naturã peccant. Pro quo etiam ſcelere igne cæleſti conflagratæ, infernique hiatu quinque abſorptæ ſunt civitates, nec non & quadraginta, & eo amplius millia ſtirpis Beniaminiæ mucrone fraterno conſolla ſunt. Hæc porro judicia, & evidentes vindictæ declarant, quam execrabile, & deteſtabile apud divinam majeſtatem hoc vitium exter. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 2.*

Geneſ. 19. Jud. 19. & 20.

CAPUT IX.

Extant & alia diverſorum criminum mala, quæ improbat, & condemnat lex divina, pro quibus populus vaſtitate, & gladio, fame, & peſtilentia atteritur, & Eccleſiæ ſtatus infirmatur, regnumque periclitatur: ut ſunt nefandiſſimæ cum maſculis, aut pecoribus pollutiones, pro quibus dulcis, & benignus Deus noſter ad amaritudinem iracundiæ tanto gravius provocatur, quanto contra naturam fieri comprobantur. *Trosl. c. 15.*

CAPUT X.

Maſculorum, & animalium initores, & homicidæ, & venefici, & adulteri, & idololatræ eadem condemnatione digni habentur. *Baſil. epiſt. ad Amphiloch. c. 7.*

CAPUT XI.

Qui in brutorum concubitu ſuam impietatem profitetur, eadem ratione confitens ſervatur. (*punitur ut adulter. Balſam.*) *Baſil. ad Amphiloch. c. 62.*

CAPUT XII.

Si quis ante viginti annos in cujuslibet animalis commiſtione peccaverit, decem, & quinque annis in humilitate ſubjaceat ad Eccleſiæ januam, & poſt hoc aliis quinque annis in orationis communionem receptus pœnitentiam agat, & ſic gratiam ſuſcipiat ſacramenti. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit, & ſic communionis miſeri ordiam conſequatur. Si quis autem poſt viginti annos habens uxorem, huic peccato irruerit, vigintiquinque annis humilitati ſubjaceat, & quinque annis orationibus tantum communicans, poſtea recipiat ſacramentum. Quod ſi hanc menſuram aliquis tranſgreſſus fuerit, ſacramentum in exitu conſequatur; oportet autem tales inter dæmonioſos orare. *Mart. Brac. c. 81. al. 82. Ancyr. c. 16. & 17.*

PARS OCTAVA.

De ſtupro, & ſimplici fornicatione, aliiſque peccatis ad luxuriam pertinentibus.

CAPUT I.

Scripſi vobis in epiſtula: „Ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus „mundi, aut avaris, &c. Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri: Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, &c. cum ejuſmodi nec cibum ſumere". *Paulus ep. 1. ad Corinth. cap. 5. num. 9.*

CAPUT II.

„Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes, &c. neque rapaces regnum Dei poſſidebunt, &c. Eſca ventris, & venter eſcis: Deus autem hunc, & has deſtruet. Corpus autẽ non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori, &c. Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? abſit. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri". *Paul. 1. ad Corint. c. 6. a num. 9. ad 19.*

Geneſ. 2. a.

CAPUT III.

„Fornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, &c. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, &c. non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei". *Paul. ep. ad Epheſ. c. 5. n. 3. & 5.*

CAPUT IV.

Virginis non deſponſæ corruptor excommunicetur. *Apoſt. c. 68. al 66.*

CAPUT V.

Obſervet unuſquiſque ne menſtruatæ mulieri miſceatur: hoc enim execrabile ducit lex Dei, &c. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſervanda eſt, uti ne paſſim, & libidinis ſolius cauſſa, cum feminis coeat quis, ſed poſteritatis reparandæ gratia: quæ obſervantia, cum etiam in nonnullis pecudibus inveniatur, pudoris eſt, ſi non ab hominibus rationalibus, & Deum colentibus obſervetur. *Clem. ep. 4. in fin.*

Levit. c. 18.

CA-

CAPUT VI.

17. q. 4. c. Sicut, 12. Non gravius peccatum eſt fornicatio, quam ſacrilegium. Sed ſicut majus peccatum eſt, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, ſic gravius eſt ſacrilegium agere, quam fornicari, &c. *Pius ep. 2. ante med.*

CAPUT VII.

Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ, & voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſervatio prior durior; poſterior interveniente miſericordia inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur, &c. Sed poſtquam Dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici negantis veniam aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. *Innoc. epiſt. 3. ad Exuper. Tholoſ. Epiſc. cap. 2. Tribur. cap. 31.*

CAPUT VIII.

Qui homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos, niſi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti. *Leo epiſt. 90. cap. 18.*

CAPUT IX.

Si quis fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora pœnitentiæ, denuo fuerit fornicatus, nec in finem habeat communionem. *Elib. cap. 7.*

CAPUT X.

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius ſuum, placuit eam nec in fine accipere communionem. *Eliberit. cap. 12.*

CAPUT XI.

Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierunt, ſi eoſdem, qui eas violaverunt, duxerint *, & tenuerint maritos, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt, vel ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem. *Eliber. cap. 14.*

* *acceperint.*

CAPUT XII.

31. q. 1. c. 7. Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem habuerit maritum, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, communione reconcilietur. Si alium duxerit illo relicto, nec in fine dandam communionem. Si fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia, niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem. *Eliber. cap. 72.*

CAPUT XIII.

In quibuſdam Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimunt fornicationis avidi, pietatis alieni, &c. Sacerdotes eorumdē locorum idē ſcelus cum judice curioſius quærant, & ſine capitali vindicta acriori diſciplina prohibeant. *Tolet. III. c. 17.*

CAPUT XIV.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum mulieribus in balneo lavantur. *Trull. cap. 78.*

CAPUT XV.

Eos, qui ad animarum lapſus meretrices cogunt, & alunt, ſi ſint quidem clerici, deponi; ſi vero laici ſegregari. *Trull. cap. 86.*

CAPUT XVI.

Clerici fornicationem non faciant, &c. ſimiliter decrevimus, ut laici homines legitime vivant, & diverſas fornicationes non faciant. *Synod. Sueſſion.*

CAPUT XVII.

Canticum turpe, atque luxurioſum circa eccleſias agere omnino contradicimus, quod ubique vitandum eſt. *Magunt. cap. 48.*

CAPUT XVIII.

Provideant viri potentes, & maxime potentes feminæ, ut in ſuis domibus adulteria, & luxuriæ concubinatricæ, & inceſta adulteria non vigeant. Et ſuos presbyteros, qui cum eis in capellam vadunt, hujuſmodi virtutem habere faciant. *Melden. cap. 74.*

CAPUT XIX.

Si qua mulier non habens virum, aut vir non habens uxorem, fuerint fornicati, tribus annis pœniteant. *Namnet. cap. 13.*

CAPUT XX.

Omni fidelium ordini denuntiamus cavendos eſſe ſummopere libidinis æſtus; Domino per Evangelium præcipiente: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Luc. 12. Denique cum oporteat nos contra reliqua vitia omni virtute reſiſtere contra libidinem non tam expedit repugnare, quam fugere. Unde & Apoſtolus Paulus præcipit dicens: *Fugite fornicationem; omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt; qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* 1. Cor. 6. Et iterum: *fornicatores, & adulteros judicabit Deus*, &c. Heb. 13. luxuria per ſe ipſam eſt turpis, cujus prima tela ſunt oculorum, ſecunda verborum, &c. convaleſcit vero luxuria epulis, exardeſcit nimia ſaturitate ventris, perfodit animam pabulo ebrietatis; inter delicias namque pudicitia ſervatur difficile. Denique ſaturitas cibi, & potus mentem ad luſum, carnem movet ad luxum. Nec ideo tamen, quia delicia eſt potentum, minor debet eſſe cautela pauperum; quoniam & in ſerico, & in pannis exercet libido jus ſuæ poteſtatis, nec timet purpuram regum, nec ſpernit ſquallorem mendicantium, & cum vitam animæ perimat, & auferat, cæcitatem quoque menti ingerit, ipſum etiam corpus cito debilitat, fractumque in miſeram ſenectutem præcipitat, & niſi ſolius Dei miſerentis pietas manum benigniſſime extendens clementiæ jacentem ſublevet, & antequam mors veniat, reſipiſcere ſa[n]iat, in infernum hominem immergit, & in portas, & in pœnas tartari trahit. Væ denique illi, qui tunc habuerit terminum luxuriæ, quando, & vitæ, &c. Hoc omni gradui, omni ordini, & utrique obteſtamur ſexui putridam potius fugere luxuriam, & ſuccinctis lumbis caſtitatem tenere virtutem, ſcientes pro certo veriſſimam eſſe vocem Apoſtolicam quæ inter cætera terribiliter clamat: *Neque fornicarii, ne-* 1. Cor. 6.

que adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt. Treslejan. cap. 10.

CAPUT XXI.

Non cibi nos gravant ſancte Papa, &c. Et hoc quoque quod captivæ mulieres corruptæ fuerunt barbaris earum corporibus inſolenter abutentibus. Sed ſi prius quoque damnata vita fuerit, procul ab oculis abeuntibus, ut dicitur, fornicationibus, ut ſcriptum eſt, fornicarius ſcilicet habitus eſt, etiam tempore captivitatis. *Greg. Thaumaturgus, cap.* 1.

CAPUT XXII.

Si vir cum muliere cohabitans, poſtquam matrimonio non delectatus in fornicationem inciderit, eum fornicatorem judicamus, & eum pœnis amplius gravamus; canonem tamen non habemus, qui eum adulterii crimini ſubiiciat, ſi in ſolutam a matrimonio peccatum commiſſum ſit:
Prov. 18. d. *Nam adultera quidem*, inquit, *polluta polluetur, & ad virum ſuum non revertetur, & qui adulteram detinet, ſtultus eſt, & impius.* Qui autem fornicatus eſt, non excludetur a cohabitatione cum uxore, quemadmodum mulier maritum ſuum a fornicatione revertentem excipiet, vir autem eam, quæ polluta eſt, a ſuis ædibus amandabit. Ac eorum quidem ratio minime eſt facilis, conſuetudo autem ſic invaluit. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 21.

CAPUT XXIII.

Ei, qui mulierem vel vi, vel clam eſſe vitiatam habet, neceſſe eſt fornicationis pœnas imponere: eſt autem in quatuor annis præfinitum fornicatoribus ſupplicium. Oportet autem eos anno primo a precibus expelli, & ipſos deflere ad fores eccleſiæ. Secundo autem ad auditionem admitti. Tertio admitti ad pœnitentiam. Quarto ad congregationem cum populo abſtinentes ab oblatione. Deinde eis permitti boni communionem. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 22.

CAPUT XXIV.

Qui a ſe ſtupratam mulierem detinet, ſtupri quidem pœnam ſubibit, ei autem mulierem habere permittitur. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 25.

CAPUT XXV.

Fornicatio non eſt matrimonium, ſed nec initium matrimonii. *Baſil. ad Amphiloch. c.* 26.

CAPUT XXVI.

Puellæ, quæ præter patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt, reconciliatis parentibus, videtur res remedium accipere, ſed non protinus ad communionem reſtituuntur, ſed triennio puniuntur. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 38.

CAPUT XXVII.

Quæ præter Domini ſententiam ſe viro tradidit, fornicata eſt. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 40.

CAPUT XXVIII.

Quæ ſine iis, qui habent poteſtatem, fiunt matrimonia, ſunt fornicationes. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 42.

CAPUT XXIX.

Fornicator ſeptem annis non communicabit, duobus deflens, & duobus audiens, & in uno ſolo conſiſtens, octavo autem ad communionem admittetur. *Baſilius ad Amphilochium, cap.* 59.

CAPUT XXX.

Lector, ſi cum ſua ſponſa ante matrimonium commercium habuerit, poſtquam anno ceſſaverit, ad legendum recipietur, manens non ulterius promovendus. Quod ſi abſque deſponſatione furtim coierit, ceſſabit a miniſterio. Idem & miniſter. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 68.

CAPUT XXXI.

In iis, qui diligentiore converſione uſi fuerint (*loquitur de iis, qui in fornicationem inciderunt*) licet ei, qui diſpenſat pro eccleſiaſticæ œconomiæ utilitate tempus auditionis contrahere, & celerius ad converſionem deducere, & rurſus hoc quoque tempus contrahere, & celerius communionem reddere, ut ſua probatione, ejus, cui medela adhibetur, conſtitutionem indicet. *Greg. Nyſſen. epiſt. canonica cap.* 4.

CAPUT XXXII.

Ejus cui medela adhibetur, affectio conſiderabitur, quomodo & in iis, qui fornicationis inquinamento illaqueati ſunt; ut vel citius, vel tardius, eis ſit boni participatio. *Greg. Nyſſ. epiſt. canon. cap.* 4.

CAPUT XXXIII.

Qui in fornicatione polluti ſunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur; in tribus autem ſint ſolius auditionis participes, in tribus autem aliis, cum his, qui in converſione ſubſternuntur, precentur, & tunc ſint ſacramentorum participes. *Greg. Nyſſen. ep. canon. cap.* 4.

PARS NONA.

De illo, qui nefarias nuptias ignarus contraxit.

CAPUT I.

DE presbytero, qui per ignorantiam neſariis nuptiis implicatus eſt, definivi, quod oporteat eſſe quidem cathedræ participem, a reliquis autem actionibus abſtinere, ei enim ſufficit venia: ut is autem aliis benedicat, qui ſua debet negotia curare, non eſt conſentaneum, benedictio enim eſt ſatisfactionis communicatio, qui autem eam non habet propter ignorantiæ lapſum, quo modo aliis communicabit. Nec ergo publice, nec privatim benedicat, nec Chriſti corpus aliis impertiat, nec aliquod aliud ſacrum miniſterium obeat, ſed quod præſideat contentus, ſibi aliis, & Chriſto defleat, ut ſibi ignorantiæ peccatum condonetur. *Baſil. ad Amphil. c.* 27.

CAPUT II.

Maximus aſſeruit, ſe eccleſiæ leges ignorantem illicito matrimonio conjunctam eſſe; & quia hoc eum male habet, quod non recte, & ex ordine agat, affirmavit, quia contra leges fecit per ignorantiam, ſe ab illicita vitæ ſocietate ex conſenſu abſtenturum, illa etiam hoc volente. Si ergo probaveris, quod hoc ex conſenſu faciant, & non fallant, quia eſt tempus decennale; ſi conſideras eos debere verſari cum catechumenis, nunc eos ſic diſpenſa. Sin autem vides, quod velint decipere, & acerbitate adhuc in eos opus ſit, fac id, quod Deus tibi ſuggeſſerit, id ſemper ſequens, quod in uſu eſt, vimque obtinet. *Theophil. Epiſcop. Alexand. epiſt. ad Agathonem Epiſc.*

TI-

TITULUS V.
DE SUPERBIA.
Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXVIII.

CAPUT I.

16. q. 7. c. 33. MOnaſterium, vel oratorium canonice conſtructum a dominio conſtructoris invite non auferatur: liceatque illi id presbytero, cui voluerit, pro ſacro officio illius diœceſeos, & bonæ auctoritatis, (*& idoneos auctoritate*) cum conſenſu Epiſcopi, ne malus exiſtat, commendare, ita ut ad placita, & ad juſtam reverentiam ipſius Epiſcopi obedienter ſacerdos recurrat. *Leo.* Si vero ſuperbia elevatus, vel alio quolibet modo a proprii ſe ſubtrahere maluerit mandatis Epiſcopi, canonicis eum decernimus ultionibus ſubjacere. *Eug. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. c. 21. Anſelm. lib. 5. c. 37. Cæſaraug. lib. 8. c. 43.*

CAPUT II.

Presbyteri, qui in diverſis locis, baptiſteriis, vel quibuſcumque ſacris oratoribus ordinantur, inſtanter ac inexcuſabiliter ad concilium diœceſis Epiſcopi occurrere, ſecundũ ſanctorum ſtatuta patrum decernimus. Hi autem qui colonatus poſſeſſiones retinent, nihilominus voluimus ad Epiſcopi indifferenter convenire concilium; nam ſi per contumaciam ſe quaſi in alterius poteſtate ſubtraxerint, & proprio non ſubjiciantur Epiſcopo, canonicis correctionibus ſubjaceant. *Leo IV. in ſyn. Rom. c. 40.*

CAPUT III.

Quotidiana Petri Apoſtoli prædicatio inter cætera divina mandata, hæc erat, &c. „ dolentes „ conſolari, & ſuis bonis refovere, & a malis a- „ ctibus ſe alienum facere, non eſſe ſuperbum, „ non violentum, &c." *Petrus Apoſtolus apud Clem. epiſt. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21.*

CAPUT IV.

Poſt hæc agnoſcat (*Chriſtianus*) Deum honorare, honor autem ejus eſt, ut ita vivat, ſicut ipſe vult: vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidium, & adulterium neſciat, odium, & avaritiam fugiat; iram, ſuperbiam, jactantiam reſpuat, & execretur, &c. *Clem. epiſt. 4. ante fin.*

CAPUT V.

Virum catholicum, & præcipue Domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari; dicente quippe Scriptura ſancta: *Poſt concupiſcentias tuas non eas*, &c. (*Eccleſ. 18.*) multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, ut vere continentiæ obtineatur integritas, cujus prima eſt labes: *ſuperbia, initium tranſgreſſionis, & origo peccati.* (*Eccleſ. 10.*) Quoniam mens potentiæ avida, nec abſtinere novit a vetitis, nec gaudere conceſſis, dum inordinato, pravoque progreſſu, impunitarum tranſgreſſionum augentur exceſſus, & crebreſcunt culpæ, quæ toleratæ ſunt ſtudio fidei reparandæ, & amore concordiæ, &c. Hæc tibi ſcribens hortor, ac moneo, ut depoſito ambitionis deſiderio, ſpiritu potius ferveas charitatis, ejuſque virtutibus ſecundum doctrinam Apoſtolicam perficienter ornaris. *Leo ep. 51. in princ. & in fin.*

CAPUT VI.

Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio. *Calliſt. ep. 1. in fin. Ivo part. 5. c. 235. decret.* 15. q. 5. c. 29.

CAPUT VII.

Juſtum eſt, ut qui divina contemnunt mandata, & inobedientes patrum exiſtunt juſſionibus ſeverioribus corrigantur vindictis: quatenus ceteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti ſumant ſeveritatis, atque bonitatis exemplum; nam ſi, quod abſit, Eccleſiaſticam ſollicitudinem, vigoremque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur. *Calliſt. epiſt. 2. poſt princ. Anſelm. lib. 13. c. 13. Ivo part. 6. c. 345. decret.* 23. q. 5. c. 9.

CAPUT VIII.

Per Prophetæ vocem contra ſuperbientem animam dicitur: *Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo.* (*Ezech. 16.*) Fiduciam quippe animam in pulchritudine ſua habere, eſt in ſemetipſa juſta actione præſumere. Hinc rurſum per prophetam ſcriptum eſt: *Quo pulchrior es deſcende.* (*Ezech. 32.*) Anima etenim unde eſt pulchrior, inde deſcendit, quando ex virtutis decore, quæ ex altari apud Deum debuit, ab ejus gratia per ſuam electionem cadit. Quid ergo in his agendum eſt, niſi ut malignus ſpiritus cum nobis ad elevandam mentem reducit bona, quæ egimus, nos ſemper ad memoriam mala noſtra revocemus quatenus & noſtra cognoſcamus eſſe, quæ peccando fecimus, & ſolius omnipotentis Dei munera, cum peccata declinamus. *Greg. ep. ad Reccaredum Regem c. 4. lib. 7. reg. ep. 126.*

CAPUT IX.

Si fuerit ſuperbus miniſter, cum Zabulo computatur; ſed per illum Chriſti ſacramenta non contaminantur. *Urb. II. epiſt. ad L. Præpoſitum ex verbis D. Auguſtini.*

CAPUT X.

Si quis ſuperbæ uſus affectu conventus * abominatur, qui ad confeſſiones martyrum celebrantur, & miniſteria *, quæ in iis fiunt, ſi nil cum eorum memoriis execratur, anathema ſit. *Gangr. cap. 20.*

* communiones. *Diſt. 30. Si quos per ſuperbiam, cap. 9.* * miſſas.

CAPUT XI.

Si quis tumidus, vel contumelioſus extiterit in majorem natu, vel aliquã cauſſam habuerit, a tribus vicinis Epiſcopis, ſi diaconus eſt, arguatur: presbyter, a ſex, ſi Epiſcopus, a duodecim conſacerdotibus audiatur. Univerſi dixerunt Epiſcopi: Contemptus debet contumaciæ, & ſuperbiæ in omnibus frangi. *Carth. c. 11.* 15. q. 7. c. 3.

CAPUT XII.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur; & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia communionem fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur: ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum, dignitatemque ſuſcipiant. *Agath. cap. 2. Capitul. lib. 7. cap. 351. Ivo part. 6. cap. 366. decret.* Diſt. 50. c. 21.

CA-

CAPUT XIII.

Epiſcoporum, quorum vita non reprehenditur, poſteriorem (*presbyterum, vel clericum*) priori nullus præponat, niſi forte elatus ſuperbia, quod pro neceſſitate eccleſiæ Epiſcopus juſſerit, implere contemnat. *Agath. c.* 23.

CAPUT XIV.

Si quis ſuperbia elatus officium ſuum indignatione quacumque implere noluerit, ab ordine tamdiu depoſitus habeatur, quamdiu digna pœnitentia, & ſupplicatione ſatisfecerit præſidenti Pontifici. *Aurel. III. c.* 19.

CAPUT XV.

Si clericus ordinationem Epiſcopi ſui ſub cothurno ſuperbiæ neglexerit implere, non ſolum a ſtipendio, ſed anno uno a communione privetur. *Narbon. c.* 10.

CAPUT XVI.

Renuntiatur in baptiſmo diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus, &c. Pompæ ejus ſunt: Superbia, jactantia, elatio, vana gloria, faſtus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur. *Turonenſ. ſub Carolo cap.* 18.

CAPUT XVII.

Clerici non vagis oculis, non infræni lingua, aut petulanti, tumidoque geſtu incedant, &c. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantiæ ſtudio ſe attollant. *Magunt. c.* 10. *ex Iſidoro lib.* 2. *cap.* 2. *de Eccleſ. officiis.*

CAPUT XVIII.

Tit. 1. Cætera, quæ ſequuntur, in nobis poſita ſunt. Non protervum, id eſt non tumentem, & placentem ſibi, quod Epiſcopus ſit, ſed quaſi bonum villicum, id requirentem, quod pluribus proſit, &c. *Hieron. in epiſt. ad Titum apud Aquiſgr. cap.* 10.

CAPUT XIX.

Cave ne hominum rumuſculos aucuperis, ne in offenſam Dei populorum laudem commutes. *Galat.* 1. *b.* *Si adhuc*, inquit Apoſtolus, *hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* Deſiit placere hominibus, & ſervus factus eſt Chriſti; per bonam, & malam famam, a dextris, & a ſiniſtris Chriſti miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur. Non divitiis tumet, non contrahitur paupertate, & læta contemnit, & triſtia: *Pſalm.* 120. *b.* *Per diem ſol non uret eum, neque luna per noctem.* Nolite orare in angulis platearum, ne rectum iter precum tuarum frangat aura popularis; nolo te dilatare fimbrias, & oſtentui habere phylacteria, & conſcientia repugnante, phariſaica ambitione circumdari. Inde pendet evangelium, inde lex, & prophetæ, &c. Tot te regulæ, quot ſpecies gloriarum percurrant. Quanto melius erat, hæc non in corpore, ſed in corde geſtare; Dominum habere fautorem, non aſpectus hominum. *Hieron. ep. ad Nepotian. apud Aquiſgr. cap.* 94.

CAPUT XX.

Inter cætera mala, quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia ſpiritualia merito exaggeranda videntur: quæ quanto occultiora ſunt, tanto perniciosiora: id eſt ſuperbia, per quam Angelus diabolus effectus, de cælo ejectus eſt, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 1.

CAPUT XXI.

Pactum, quod cum Deo in baptiſmate fit, a multis ex toto, a multis ex parte tranſgreditur. Ex toto quidem tranſgreditur, quando quis poſt acceptam baptiſmatis gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad hæreſim, aut certe ad ſchiſma prolabitur. Ex parte vero, quando quis, aut ad ſuperbiam, aut ad invidiam, aut ad cætera vitia ſpiritalia, quæ ex radice ſuperbiæ prodeunt, labitur. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib.* 1. *c.* 9.

CAPUT XXII.

Opera (*diaboli*) ſunt, quæ utique operibus Salvatoris contraria exiſtunt. *Eccleſ.* 10. Primum ſuperbia, cujus ille auctor eſt, & quæ eum ex angelo dæmonem fecit, quæ eſt etiam initium omnis peccati, & cætera vitia, quæ ex radice prodeunt ſuperbiæ. Pompa diaboli hæc eſt, quæ & pompa mundi, id eſt ambitio, arrogantia, vanagloria, omniſque cujuslibet rei ſuperfluitas in humanis uſibus, unde creſcit elatio, quæ multoties honeſtati ſolet aſcribi, & cętera hujuſmodi, quę de fonte ſuperbiæ procedere noſcuntur. *Pariſienſ. ſub Ludov. & Loth. lib.* 1. *c.* 10.

CAPUT XXIII.

Quam ſit præſumptio gravis, & periculoſa, quæ ex contemptu præceptorum Dei naſcitur, ædificatio turris, & confuſio linguarum prodit. Sodoma autem, & Gomorrha, & finitimæ civitates, *Geneſ.* 11. quibus flagitiis deletæ, & quomodo æterna *Geneſ.* 19. damnatione in exemplum humani generis ſint perditæ, manifeſtum eſt, & tamen in comparatione earum Hieruſalem duplum malum feciſſe legitur, eo quod notitiam & præceptum Dei habuerit, & ſervare contempſerit, ſecuta propriam voluntatem. Nam iniquitas Sodomitica, juxta *Ezech.* 16. prophetam, fuit ſuperbia, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib.* 2. *cap.* 9.

CAPUT XXIV.

Nemo contemnat, neque tranſgrediatur bannum ab Epiſcopis ſuperpoſitum. Sciat, & abhorreat in epiſtula B. Clementis dictum contra ſe ſcriptum: „ Si vobis Epiſcopi non obedierint, 11. *q.* 3. *c.* 11. „ omnes tam majores, quam & inferioris ordinis, „ atque reliqui populi, tribus, & linguæ non ſolum infames, ſed etiam extorres a regno Dei, „ & conſortio fidelium a liminibus ſanctæ Dei „ eccleſiæ alieni erunt “. Et audiant ipſum Dominum in Evangelio dicentem: *Qui vos audit,* *Luc.* 10. *me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Tribur. cap.* 8. *Clem. epiſt.* 1. & 3.

CAPUT XXV.

Videat unuſquiſque (*ne fidei*) datorem diverſis commaculet flagitiis, inter quæ maxime hæc cavenda prævidimus, & quanto occultiora, tanto perculoſiora eſſe pro certo ſcimus, ſuperbiam ſcilicet, quæ de angelo diabolum facere, & de cælo novit præcipitare, &c. *Troſleian. cap.* 15.

TITULUS VI.

DE AVARITIA.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. LXX. & LXXI. & Lib. VI. Tit. XLIX. quibus adde:

CA-

CAPUT I.

SCripſi vobis in epiſtula : *Ne commiſceamini fornicariis*, &c. *Si is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus*, &c. *aut rapax, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Paul. epiſt. 1. ad Cor. cap. 5. num. 10.*

CAPUT II.

Nolite errare, neque fornicarii, &c. neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. *Paul. epiſt. 1. ad Cor. cap. 6. num. 10.*

CAPUT III.

Fornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos &c. Hoc enim ſcitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. *Paul. in epiſt. ad Epheſ. cap. 5. num. 5.*

CAPUT IV.

2. Cor. 12. Ab avaritia alieni mores ſint, præſentibus contenit, is, qui tertium cælum conſcendit, & arcana verba audivit, Paulus divinus Apoſtolus aperta vociferatur. *Nicæn. II. cap. 1.*

CAPUT V.

Avaritiam, utpote ſecundam idololatriam Paulus magnus execratur Apoſtolus: cunctos videlicet, qui chriſtiani vocabulo cenſentur ab omni turpi lucro abſtinere volens; multo magis ergo iis, qui ſacerdotio funguntur, nefas eſt, coepiſcopos, & ſuffraganeos ſuos per quemcumque modum gravare, &c. *Synod. VIII. gener. ſub Hadrian. II. cap. 19.*

CAPUT VI.

De ſimon. c. 8. Greg. IX. & in 2. coll. c. 7. Non ſatis utiliter in populo avaritia redarguitur, ſi ab iis, qui in clero conſtituti videntur, & præcipue qui contempto ſæculo religioſorum nomen profitentur, & regulam, modis omnibus non cavetur, &c. *Alex. III. in concil. Turon. cap. 6. poſt concil. Later. part. 2. cap. 10.*

CAPUT VII.

16. q. 1. Nulli Epiſcoporum, c. 62. Nulli liceat Epiſcoporum a ſubjecto ſacerdote, vel alio quolibet clerico, & piis locis dationes ultra ſtatuta patrum exigere, aut ſuppoſita in angariis inferre: ſed cum ſit optimus perſpector, ita proſpiciat, ut univerſæ ſibi oves commiſſæ a ſe maxime alantur, atque in neceſſitatibus adjuventur, quam * illicitis exactis dationibus opprimantur. Quia Dominus paſcere, & docere nos docuit, & omnibus miniſtrare, non terrenis lucris, vel avaritiis delectari. *Eug. II. in ſynod. Roman. & Leo IV. cap. 26. Anſelm. lib. 6. cap. 166. Cæſar. lib. 4. cap 89.*

* *potius quam, ſ. Leo.*

CAPUT VIII.

Prava conſuetudo, prout accepimus, & deteſtabilis inolevit, quoniam monachi, & regulares canonici poſt ſuſceptum habitum, & profeſſionem factam, ſpreta beatorum magiſtrorum Benedicti, & Auguſtini regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiſcunt; avaritiæ namque flammis accenſi ſe patronos cauſarum faciunt, &c. Ut ergo ordo monaſticus, & canonicus Deo placens in ſancto propoſito inviolabiliter conſervetur, ne hoc alterius præſumatur, auctoritate Apoſtolica interdicimus. Epiſcopi autem, Abbates, & Priores tantæ enormitati conſentientes, & non corrigentes, propriis honoribus priventur, vel ab Eccleſiæ liminibus arceantur. *Innoc. II. in ſynod. Rom. c. 6.*

CAPUT IX.

Super omnia avaritiam fugite (*loquitur cum presbyteris*) quæ homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. *Clem. epiſt. 1. ante med.*

CAPUT X.

Vult Deus unumquemque ita vivere, ut homicidium, & adulterium neſciat, odium, & avaritiam fugiat, &c. *Clem. epiſt. 4. ante fin.*

CAPUT XI.

Fraternitatem tuam inſtitutis Apoſtolicis convenimus, ut patrum regulis, & præceptis Dominicis inhærentes, de templo fidei avaritiam, quæ idolorum eſt ſervitus, excludamus, ut in domo Domini nihil noxium, nihilque adſit confuſum. *Gr. ad Æther. Lugd. Epiſc. lib. 7. regiſtr. ep. 100.*

CAPUT XII.

Ratio nulla permittit, ut propriis cujuſquam uſibus applicetur, quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur. *Greg. lib. 11. epiſt. 31. Anthemio Subdiacono. Anſelm. lib. 5. cap. 35.* *17. q. 4. c. 2. ap. Gr. IX. c. 3. de præb. & in 1. coll. cap. 3.*

CAPUT XIII.

Judicatum nobis eſt, Florentinum Archidiaconum eccleſiæ Ancontanæ, qui ad Epiſcopatum fuerat electus, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere; ſed ita ætatis ſenio jam confectum, ut ad regiminis officium non poſſit aſſurgere: adjicientes etiam, ita illum tenacem exiſtere, ut in domo ejus amicus ad charitatem nunquam introeat, &c. requirendum eſt, ſi hoc, quod de præfato Archidiacono dictum eſt, quia numquam amicus domum ejus ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habet; & utrum ex neceſſitate, an ex tenacitate talis ſit. *Greg. lib. 12. epiſt. 6. Joanni Epiſcopo.* *Diſt. 85. c. 1.*

CAPUT XIV.

Scriptum eſt: *Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum, dicit Dominus*; & illud Apoſtolicum: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*: id eſt, fornicationem, & immunditiam, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quibus quanto eſt pertinacior vis in malis, tanto auſterioribus convenit obviare decretis. *Tolet. VIII. cap. 5.* *Lev. 19. & 20. Coloſſ. 3.*

CAPUT XV.

Cupiditatis, & avaritiæ malum nullatenus * ſectetur, ſicut Carthag. interdicit concilium. *Romen. cap. 28.*

* *nullus.*

CAPUT XVI.

Avaritiam in ſacerdote vitandam & Samuel docet, nihil cuiquam eripuiſſe ſe coram populo probans, & Apoſtolorum paupertas, qui refrigeria ſumptuum a fratribus accipiebant; & præter victum, atque veſtitum, nihil ſe aliud nec habere, nec velle gloriabantur, quam ad Timotheum avaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertiſſime notat. *Hieronymus in epiſt. ad Oceanum apud Aquiſgran. cap. 11.* *1. Reg. 12. 1. Tim. 3. Tit. 1.*

CAPUT XVII.

Cavendum ſummopere ſacerdotibus eſt, ut *Coloſſ. 5. 0.*

ab

Digitized by Google

1. Tim. 6. ab avaritiæ peſte, quæ eſt idolorum ſervitus, & cupiditate, quæ radix omnium malorum eſt, ſuoſque ſectatores a regno Chriſti excludunt, ſe compeſcant; quoniam digne non poſſunt ſubditis prædicare, ut ab his ſe abſtineant, cum ipſi his, quod valde dedecus, immo periculoſum eſt, ſe mancipaverint. Gravius quippe, atrociuſque hæ peſtiferæ lues in illis damnantur, quam in his, qui eorum dictis, & exemplis ab eis coerceri debuerunt. Solent namque a nonnullis multifariæ occaſiones obtendi, quæ neceſſitatis nomine palliantur. Et revera dum exterius neceſſitas prætenditur, interius avaritia tegitur. Ait itaque Do- *Mat. 6.* minus in Evangelio: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra*, &c. In vita beati Ambroſii legitur: „ Ingemiſcebat vehementer, cum vi- „ delicet radicem omnium malorum avaritiam, „ quæ neque copia, neque inopia minui poteſt, „ magis, magiſque increſcere in hominibus, & „ maxime in iis, qui in poteſtatibus erant conſti- „ tuti, &c. " Et quid dicam, ſi in hujuſmodi perſonis ira rabiem ſuam exercet, qui ſolent aut filiorum, aut propinquorum cauſſas prætendere ad excuſandas excuſationes in peccatis, quandoquidem pleroſque ceperit etiam cæca labes ſacerdotes, & levitas, quibus portio Deus eſt, ut illam etiam ipſi appetant? Et væ mihi miſero, quia nec fine mundi provocamur, ut tam gravi jugo ſervitutis liberari velimus, quo demergimur ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æter- *Luc. 16. b.* na tabernacula. His ita præmiſſis oportet ſacerdotes Domini, ut ab appetitu avaritiæ, & cupiditatis ſe cohibentes, ſibi ſubjectis in omnium virtutum profectibus ſe imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus divitiis ſolus Chriſtus abundet, jux- *Philipp. 1.* ta illud Apoſtoli: *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 13.*

CAPUT XVIII.

Non ſolum rumore, ſed etiam evidentibus factis comperimus quorumdam Epiſcoporum miniſtros, non ſolum in presbyteris, ſed etiam in plebibus parochiæ ſuæ avaritiam potius exercere, quam utilitati eccleſiaſticæ dignitatis inſervire, populique ſaluti conſulere. Quam negligentiam, immo & execrabile, ac damnabile cupiditatis vitium omnibus in commune deinceps vitandum ſtatuimus, &c. At ſi forte, quod abſit, ullus Epiſcoporum deinceps ſectatores avaritiæ miniſtros in parochia ſua conſtituerit, & eorum cognitam pravitatem auctoritate paſtorali acriter ferire de- *1. Reg. 2.* trectaverit, exemplum negligentis Heli ſacerdotis imitari ſe cognoſcat, ſciatque quia quidquid pravitatis, vel avaritiæ hujuſcemodi ſubjecti in plebibus Chriſti egerint, ſi eos corrigere juxta facti qualitatem neglexerit, in eum proculdubio, a quo conſtituti ſunt, ea, quæ admiſerint, redundabunt, & ſynodali ſe correptioni modis omnibus ſubiiciendum. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 25.*

CAPUT XIX.

Quamvis auctoritas canonica ea doceat, ut quarta pars decimarum, & redituum ex oblationibus fidelium in uſus Epiſcoporum cedat: ubicumque tamen Epiſcopus ſua habet, ſuis contentus ſit, ubi autem nihil rerum eccleſiæ ſuæ habet, accipiat de memorata quarta parte ſibi, ſuiſque non quod avaritia, quod abſit, ſuaſerit, ſed potius quod neceſſitas compulerit. Cæterum ſi accipiendi nulla neceſſitas urſerit, nihil de memorata quarta parte accipiat, ſed uſibus Eccleſiarum, & pauperibus Chriſti impartiendam ſecundum ſuam diſpoſitionem relinquat. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 31.*

CAPUT XX.

Si in nobis caritas non eſt, ſed odium, & invidia, & avaritia, & diſcordia, & ſimulatio, & luxuria, & cætera mala regnant, quæ omnia a chriſtianitatis propoſito abhorrent: mirum non eſt, ſi animadverſiones divinæ nos interius, exteriuſque diverſiſſimis modis feriunt, & impetum inimicorum adverſum nos commoveant. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 2. c. 6.*

CAPUT XXI.

Epiſcopi miniſtros non ſectantes avaritiam per parochias ſuas conſtituant, &c. Si forte, quod abſit, ullus Epiſcoporum deinceps ſectatores avaritiæ miniſtros in parochia ſua conſtituerit, & eorum cognitam pravitatem auctoritate paſtorali acriter ferire detrectaverit, exemplum negligentis Heli ſacerdotis imitari ſe cognoſcat, & *1. Reg. 2.* ſynodali correptioni modis omnibus ſubiiciendum. Nam & in conſenſu communi ſtatuimus, ut unuſquiſque Epiſcoporum ſuper Archidiaconos ſuos deinceps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam, &c. multi ſcandalizantur, & miniſterium ſacerdotale vituperatur. *Aquiſgr. II. ſub Lud. part. 3. c. 4.*

CAPUT XXII.

Gravis res eſt avaritia, & plura habendi cupiditas, nec poſſunt una epiſtula proponi ſcripturæ, in quibus non ſolum prædari fugiendum, horrendumque prædicatur, ſed plura concupiſcere, & aliena propter turpe lucrum attingere, & quicumque eſt ejuſmodi, is eſt a Dei eccleſia abdicatus. In tempore autem incurſionis, in tanto luctu, tantiſque fletibus auſos eſſe aliquos, tempus, quod omnibus exitium afferebat, exiſtimare eſſe ſibi lucri tempus, eſt hominum impiorum, & Deo inviſorum, & quorum improbitati nihil poteſt adiici. Unde eis omnibus ejuſmodi interdicere viſum eſt, eoſque abdicare, ne forte ad totum populum ira veniat, & in eos primum, qui præſunt, & non inquirunt, &c. Non ecce Achan *Joſue 7.* Zare filius in eo, quod Deo dedicatum erat, peccavit, & in omnem Iſrael ſynagogam ira pervenit? &c. Nemo ſeipſum ſeducat, neque tanquam invenerit, neque enim fas eſt ei, qui invenerit, lucri facere, &c. in Exodo non ſolum ſi quis res *Exod. 23.* fratris, ſed etiam inimici invenerit, reſtitutione, inquit, reſtituas ipſa domui Domini ipſorum: ſi autem ab eo, qui in pace, & in otio delicate vitam tranſigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari, quanto magis ab eo, qui rebus adverſis premitur, & fugit, & neceſſitate coactus propria relinquit. Alii autem ſe ipſos ſeducunt, aliena, quæ invenerunt, detinentes. Ut quoniam Boradi, &

Got-

Gotthi eis hoſtilia fecerunt, ipſi ſint aliis Boradi & Gotthi. *Greg. Thaumaturg. c. 2. 3. 4. 5.*

CAPUT XXIII.

Colloſſ. Altera idololatriæ ſpecies, ſic enim divinus Apoſtolus avaritiam appellat, neſcio quo modo abſque ulla pœnæ medela a Patribus prætermiſſa ſit. Atqui hoc malum quidem videtur eſſe trium animi conſtitutionum affectio. Nam & ratio ab ejus, quod pulchrum eſt, judicio aberrans, eſſe in materia, quod pulchrum eſt, exiſtimat; non ad pulchritudinem a materia ſeparatam aſpiciens, & deſiderium ad ea, quæ ſunt inferiora inclinatur, ab eo, quod vere eſt expetendum, dilabens. Jam vero & contentioſa, animoſaque animæ affectio ex hoc peccato multas occaſiones accipit. Divinus enim Apoſtolus eam non ſolum idololatriam, *1. Tim. 6.* ſed etiam omnium malorum radicem pronuntiavit, & tamen hæc morbi ſpecies inconſiderata, & abſque ulla ejus cura prætermiſſa eſt. Quo fit, ut hic morbus valde in eccleſia redundet. *Greg. Nyſſenus ad Letojum.*

TITULUS VII.

DE INVIDIA.

CAPUT I.

MAniſeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, &c. rixæ, ſectæ, invidiæ, &c. *Paul. ad Gal. cap. 5. num. Eutychian. epiſt. 2. in med.*

CAPUT II.

Bonorum operum inter cætera ſemina, ac negotia ſunt, &c. Zelum malum non habere, invidiam non exercere, nec contentionem amare, &c. *Petrus Apoſt. apud Clem. epiſt. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 21.*

CAPUT III.

Poſt hæc agnoſcat (*Chriſtianus*) Deum honorare, honor autem ejus eſt, ut ita vivat, ſicut ipſe vult: vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidiũ, & adulterium neſciat, &c. invidiam quoque, & cætera his ſimilia penitus a ſe ducat aliena. *Clem. ep. 4. ante fin.*

CAPUT IV.

Summopere conſiderare debetis, quod ii, qui fratribus invident, eoſque damnare, aut perdere cupiunt, per ſe ſua dogmata deſtruunt, &c. *Liber. ep. 2. in fin. Pelag. II. ep. 1. poſt med.*

CAPUT V.

Diſt. 48. c. 7. Sap. 2. Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoveatur. *Carthag. IV. cap. 54. Burch. lib. 2. cap. 16. Ivo part. 6. cap. 35. decret.*

CAPUT VI.

Omnes homines, & maxime chriſtiani ſtudeant inter ſe pacem, unanimitatem, & concordiam habere, odium vero, & diſcordiam longe a ſe propellere, neque pro terreno & caduco quæſtu, quis invidiæ ſtimulis agitatus, felicitati fratris invideat, ſed potius bona, quæ ſibi optat, eadem & proximis æqualiter accipiat. *Turon. ſub Carolo cap. 32.*

CAPUT VII.

Iſidorus ait: „Clerici convivia privata non tan-
„ tum pudica, ſed & ſobria colant, &c. dolos,
„ & conjurationes caveant, odium, æmulatio-
„ nem, obtrectationem, atque invidiam fugi-
„ ant". *Magunt. cap. 10. ex Iſidoro lib. 2. cap. 2. de eccleſ. officiis.*

CAPUT VIII.

Admonendi ſunt invidi ſubjecti, ut perpendant, quantæ cæcitatis ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabeſcunt, quantæ infœlicitatis ſunt, qui per meliorationem proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienæ proſperitatis aſpiciunt, apud ſemetipſos anxie afflicti cordis ſui peſte moriuntur, quid invidis infelicius, quos dum conſpecta felicitas affligit, pœna nequiores reddit? Aliorum vero bona, quæ habere non poſſunt, ſi diligerent, ſua feciſſent. Noſtra nimirum ſunt bona aliorum, quæ etſi imitari non poſſumus, amamus in aliis, & amantium fiunt, quæque amantur in nobis. Hinc ergo penſent invidi, charitas quantæ virtutis eſt, quæ alieni laboris opera, noſtra ſine labore facit. Dum ſe invidi a labore minime cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur. De illo namque ſcriptum eſt: *Invidia Diaboli intravit mors in orbem terrarum*; quia enim ipſe cælum perdidit, condito hoc homini invidit, & *Sap. 2.* damnationem ſuam perditus, adhuc alios perdendo cumulavit. Cognoſcant invidi quantis lapſibus ſubcreſcentis ruinæ ſubjaceant, qui dum livorem a corde non projiciunt, ad apertas operum nequitias devolvuntur. Niſi enim Cain invidiſſet acceptam fratris hoſtiam, minime perveniſſet ad ejus extinguendam vitam, unde ſcriptum eſt: *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera* *Geneſ. 4. 4.* *ejus; ad Cain vero, & ad munera ejus non reſpexit. Iratuſque eſt Cain, & concidit vultus ejus.* Itaque livor ſacrificii fratricidii ſeminarium fuit; nam quem meliorem ſe eſſe doluit, ne utcumque eſſet, amputavit. Dicendum eſt invidis, quia dum ſe iſta intrinſecus peſte conſumunt, etiam quidquid in ſe aliud boni habere videntur, interimunt: unde ſcriptum eſt: *Vita carnium,* *Prov. 14.* *ſanitas cordis: putredo oſſium, invidia.* Per livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam, quæ humanis oculis fortia videntur. Oſſa quippe per invidiam putreſcere eſt, quædam etiam robuſta deperire, &c. *Greg. in paſtoral. lib. 3. cap. 11. apud Aquiſgr. c. 105. Greg. lib. 6. c. 34. Moral.*

CAPUT IX.

Inter cætera mala, quæ fidem commaculant, quatuor nobis vitia ſpiritalia merito exaggeranda videntur; quæ quanto occultiora, tanto perniocioſiora: id eſt, ſuperbia, &c. invidia, per quam diabolus hominem de paradiſo ejecit. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 1.*

CAPUT X.

Si in nobis charitas non eſt, ſed odium, & invidia, & avaritia, & diſcordia, & ſimulatio, & luxuria, & cætera mala regnant, quæ omnia a chriſtianitatis propoſito abhorrent: mirum non eſt, ſi animadverſiones divinæ nos interius, exteriuſque diverſiſſimis modis feriant, & impetum inimicorum adverſum nos commoveant. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 2. cap. 6.*

CAPUT XI.

Sunt & alia deteſtanda vitia, quæ ita haben-

tur, quaſi naturaliter in uſu, ut ea perpetrantes, quanti ſint diſcriminis, non advertant. Sicut ſunt ea, quæ Apoſtolus aperte enumerat: id eſt, ebrietas, comeſſationes, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, detractiones, invidiæ, inimicitiæ, quæ homines juxta eundem Apoſtolum a regno Dei excludunt. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 2.*

Gal. 52.

CAPUT XII.

Videat unuſquiſque, ne fidei decorem diverſis commaculet flagitiis, interque maxima hæc cavenda prævidimus: ſuperbiam ſcilicet, & invidiam a diabolo inventam ad deiiciendum de paradiſo hominem, & ad mortem in orbe terrarum introducendam: odium & diſcordiam præfatorum criminum ſequaces. *Trosleian. cap. 15.*

CAPUT XIII.

Obitu exiſtimatio augetur bonorum: quia omnis adverſus mortuos evaneſcit invidia. *Valent. & Marcianus in epiſt. ad Palladium Præt. Præfect. in Chalced. action. 3.*

TITULUS VIII.

DE NEGLIGENTIA.

CAPUT I.

De celebrat. miſſ. cap. 9. Greg. IX. & in 4. coll. c. 2. eod. tit.

DOlentes referimus, quod non ſolum quidam minores clerici, verum etiam aliqui eccleſiarum prælati circa comeſſationes ſuperfluas, & confabulationes illicitas, ut de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, tranſcurrendo undique continuata ſyncopa matutinum. Sunt & alii, qui miſſarum celebrant ſolemnia vix quater in anno, vel quod deterius eſt, intereſſe contemnunt; & ſi quando interſunt, chori ſilentium fugientes, &c. Hæc igitur & ſimilia, ſub pœna ſuſpenſionis, penitus inhibemus, diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, ut divinum officium diurnum pariter, & nocturnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter, & devote. *Innocentius III. in concil. gener. Lateran. cap. 17.*

CAPUT II.

Si Epiſcopus, vel presbyter negligat clerum, vel populum ſuum, neque eos doceat religionem, excommunicetur; ſi perſeveraverit, deponatur. *Apoſt. cap. 18.*

CAPUT III.

Bonorum operum inter cætera ſemina, ac negotia ſunt, &c. dolentes conſolari, & ſuis bonis refovere, & a malis actibus ſe alienum facere, non eſſe ſuperbum, non vinolentum, nec multum edacem, non ſomnolentum, non pigrum, non murmuratorem, &c. *Petrus Apoſtolus apud Clem. epiſt. 1. ante fin. Theodulph. ad presbyt. Aurel. cap. 21.*

CAPUT IV.

Diſt. 83. c. ult. Nihil.

Sicut artium in ſuo quoque opere invenitur mater inſtantia, ita noverca eruditionis eſt negligentia. *Anaclet. epiſt. 1. ante med. Anſelm. lib. 6. cap. 146. Tarrac. lib. 4 cap. 25.*

CAPUT V.

2. q. 7. c. 55. 23. q. 3. c. 8.

Negligere, cum poſſis, deturbare perverſos, nihil aliud eſt, quam fovere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. *Eleuth. epiſt. unic. in fin. Damaſ. epiſt. 3. cap. 8.*

CAPUT VI.

Diſt. 86. c. 1.

Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quam ad deſides ac negligentes rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam * diſſimulant adhibere medicinam. *Leo epiſt. 3. in fin. & epiſt. 84. ſive 86. in fin. Trosleian. cap. 9. Anſelm. lib. 6. cap. 147. Capitul. lib. 7. cap. 57. Tarrac. lib. 4. c. 45.*

* *auſteriorem.*

CAPUT VII.

De Paſchaſio Epiſcopo negligente, quem niſi reſipiſcat, & officio ſuo, ut par eſt, ſatisfaciat, ad ſe tranſmitti jubet. *Greg. lib. 11. epiſt. 29. Anthem. ſubdiacono Campaniæ.*

CAPUT VIII.

Diſt. 84. c. 2.

Nuntiatum eſt nobis, Campaniæ Epiſcopos ita negligentes exiſtere, ut immemores honoris ſui, neque erga Eccleſias, neque erga filios ſuæ paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monaſteriorum ſollicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum, & pauperum ſe tuitionem impendant. Id ea hoc tibi auctoritate præcipimus, ut eis ad te convocatis, ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas, quatenus deſides ulterius eſſe non debeant: ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſollicitudinem opere doceant, atque in his, quæ eos juſte ſecundum Deum agere convenit, vigilantes exiſtant, ut nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem vero eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoveris, ad nos eum ſine aliqua excuſatione tranſmitte, ut quam ſit grave, nolle ab his, quæ reprehenſibilia, & valde vituperanda ſunt, corrigi, regulari in ſe valeat diſtrictione ſentire. *Greg. eidem lib. 11. epiſt. 33.*

CAPUT IX.

Mulier intra monaſterium nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpoſitus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim ejecerit, excommunicetur. *Turon. II. c. 17.*

CAPUT X.

De Epiſcopis quibuſdam negligentibus, qui officium ſuum exequi diligenter jubentur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 21. Aquiſgran. II. ſub Ludov. part. 1. cap. 1.*

CAPUT XI.

Didicimus ſane nonnullos Epiſcopos in gubernandis congregationibus ſibi ſubjectis, canonicis videlicet, & monachis, & ſanctimonialibus hactenus valde negligentes extitiſſe, & ob id multos in ſui detractionem, & contemptum provocaſſe, ita ut nonnulli alii Prælati in eorum parochiis conſtituti, eorum prava exempla ſecuti, ſuas ſimiliter congregationes neglexerint. Quos, & fraterno, & ſynodali conventu admonendos eſſe neceſſario duximus, ut ab hac negligentia deinceps ſe cohibeant; & cæteris ſe imitabiles præbeant, ne forte propter illorum incuriam, & divinæ ſervitutis contemptus, & pericula promoveantur animarum, & auribus excellentiæ veſtræ moleſtia ingeratur, & noſtræ mediocritati in ſacris conventibus tædium, & opprobrium inferatur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 1. cap. 11.*

CA-

CAPUT XII.

Danda eſt opera, ut presbyteri a luxuriæ præcipitatione revocentur, & nos de diſſoluta 1. Reg. 3. correptione non dijudicemur; ſicut Heli ſacerdos damnatus eſt, quia filios ſuos ſegnius, ac lenius, quam debuerit, corripuerat, & ipſe, & filii ejus perierunt: quia ut Leo dicit: *Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quam ad deſides, negligenteſque rectores*, &c. & S. Gregorius dicit: *Qui non corripit, reſecanda committit. Troſleian. cap. 9.*

TITULUS IX.
DE MENDACIO.

CAPUT I.

INſtituebat D. Petrus os a multo, vel pravo colloquio cuſtodire, & verba vana, aut mendacia non loqui: quia *os, quod mentitur, occidit animam. Clem. epiſt. 1. ante fin.* Sapien. 1.

CAPUT II.

Chriſtiano genus omne mendacii ſummopere declinandum eſt, propter illud, quod a Deo dicitur: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*; & iterum: *Os, quod mentitur, occidit animam*; & Apoſtolus: *Nolite, ait, mentiri invicem. Nicol. ad conſult. Bulgar. cap. 81.* Pſalm. 5. Sapien. 1. Coloſſ. 3.

CAPUT III.

Diſt. 41. c. 6. Sæpe ſe vitia eſſe virtutes mentiuntur: ut tenacitas, parſimonia, effuſio, largitas, crudelitas, zelus juſtitiæ, remiſſio, pietas velit videri. *Greg. Joann. CP. & aliis Epiſcop. lib. 1. epiſt. 24.*

CAPUT IV.

Cum Deo inſpirante veſtra pietas de Eccleſiaſtica, & communi utilitate, aliquid nobis tractare præcipit, non eſt nobis fas mentiri; quia aliquando veritatem ſine gravi periculo ad tempus reticere, nunquam tamen interrogati de ipſa veritate ſine gravi diſcrimine poſſumus mentiri. Sed quia veritas ſæpe odium generat, & ſermo Dei adverſarius a Domino noſtris carnalibus voluptatibus deſcribitur, tamen ei in via, id eſt, in præſenti vita, conſentiendum eſt. Sic etiam erga nos agendum eſt, ut quotieſcumque interrogati veritatem proferimus, quamquam nonnulli infirmi ſine cauſſa ſcandalizentur, nobis tamen conſentiendum eſt propter ipſam veritatem. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 3. cap. 10. Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 4. cap. 6.*

CAPUT V.

Cum octo ſint genera mendacii, ut pater B. Auguſtinus dicit, nullo eorum a perfectis viris mentiendum eſt; unde Iſidorus: „ Summopere 22. q. 2. c. 16. „ cavendum eſt omne mendacium“. Et item: „ Omne genus mendacii ſummopere fuge: o„ mne enim quod a veritate diſcordat, iniquitas „ eſt; eſto in verbo verax, neminem mentiendo „ fallas, non aliud loquaris, & aliud facias, non „ aliud dicas, & aliud in animo teneas“. Et in epiſtula Calliſti Papæ: „ Nihil mali vult, qui fi„ delis eſt, ſi quis fidelis eſt, videat ne falſa lo„ quatur, aut cuiquam inſidias ponat, dicit pſal„ mus: *Perdes omnes, qui loquuntur menda„ cium*“. Pſalm. 5. *Troſleian. cap. 13. Calliſt. epiſt. 1. in med. Auguſt. lib. de mendacio cap. 14. Iſidor. lib. 2. de ſynonymis, cap. 10.*

TITULUS X.
DE VARIIS PROHIBITIS.

CAPUT I.

„ MOrtificate membra veſtra, quæ ſunt ſu„ per terram, id eſt, fornicationem, „ & immunditiam, concupiſcentiam malam, & „ avaritiam“, &c. *Paul. ad Coloſſ. cap. 3. num. 5. Tolet. VIII. cap. 5.*

CAPUT II.

Cum anima ſit multo pretioſior corpore, ſub De pœnit. & remiſſ. c. 13. ap. Gr. IX. & in 4. coll. cap. 4. interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 22.*

CAPUT III.

Artem illam mortiferam, Deo odibilem, baliſtariorum, & ſagittariorum adverſus Chriſtianos catholicos exerceri de cætero ſub anathemate prohibemus. *Innoc. II. in ſynod. Roman. cap. 12. poſt Ivo panorm.* De ſagittar. cap. unic. ap. Greg. IX & in 1. coll.

CAPUT IV.

Bonorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem a nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus. *Greg. lib. 7. epiſt. 110. al. 108.* Diſt. 47. c. 7.

CAPUT V.

Græcos prohibere vos aſſeritis, cum ligatura lintei, quam in capite geſtatis, Eccleſiam intrare: quod nos quoque ſimiliter non abs re forſitan inhibemus, non ſæpe memoratus ac ſemper memorandus Apoſtolus Paulus ait: *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput ſuum*; & iterum: *Vir quidem non debet velare caput, quoniam imago, & gloria eſt Dei.* Quod enim de velamine dicitur, etiam de ligaturæ volumine debet, credimus, obſervari. *Nicol. ad conſulta Bulgar. cap. 66.* 1. Cor. 11.

CAPUT VI.

Qui arma proiiciunt in pace *, placuit abſtinere eos a communione. *Arelat. cap. 3.*

* *bello*, al.

CAPUT VII.

Nullus clericorum ſine permiſſione Epiſcopi ſui cum ſæcularibus habitare præſumat: quod ſi fecerit, ab omni officii communione pellatur. *Aurel. II. cap. 9.*

LIBER DECIMUS.

De excommunicatione.

TITULUS I.

UT QUIS JUSTE EXCOMMUNICETUR A JUDICE, NECESSARIA EST CAUSSA JUSTA, ET ADMONITIO.

CAPUT I.

11. q. 3. c. 73. Servetur.

DE iis, qui communione privantur, ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine ab Epiſcopis per quamcumque provinciam, ſententia regularis obtineat, ut hi, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Epiſcopi vitio videatur a congregatione ſecluſus. *Nicæn. cap. 5. Aquiſgran. cap. 42. vide Tribur. cap. 2. Anſelm. lib. 12. cap. 13. in addit. Burch. lib. 11. cap. 36. Ivo part. 14. cap.* 100. *decret. vide Capitul. lib. 1. cap. 1.*

CAPUT II.

De appell. c. 26. Reprehenſibilis. Greg. IX. & in 1. coll. c. 42. eod. tit.

Statuimus, ut nec Prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos, niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſui excommunicationis pœnam inducat: nec ſubjecti contra diſciplinam Eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſſæ in vocem appellationis prorumpant. *Alex. III. in concil. Later. cap. 6.*

CAPUT III.

De ſent. excomm. c. 48. Greg. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

Sacro approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio, promulgare præſumat. Quod ſi contra præſumpſerit, etiam ſi juſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per menſem unum ſibi noverit interdictum: alia nihilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire. Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cujuſquam abſque manifeſta, & rationabili cauſſa procedat, ad quam ſi forte taliter proceſſerit, & requiſitus humiliter, proceſſum hujuſmodi non curaverit abſque gravamine revocare, gravatus apud ſuperiorem deponat de injuſta excommunicatione querelam. Quod ſi abſque periculo moræ poteſt, ad excommunicatorem illum cum ſuo mandato remittat infra competentem terminum abſolvendum: alioquin ipſe per ſe, vel per alium, prout viderit expedire, ſufficienti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat. Cumque adverſus excommunicatorem de injuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad intereſſe; alias nihilominus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit, ſuperioris arbitrio puniendus; cum non levis ſit culpa, tantam infligere pœnam inſonti, niſi forſan erraverit ex cauſſa probabili; maxime ſi laudabilis opinionis exiſtat. Verum ſi contra excommunicationis ſententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatum, & idem ſuper injuſta conqueſtionis moleſtia per pœnam ad intereſſe, vel alias ſecundum ſuperioris arbitrium condemnetur, niſi forſan & ipſum probabilis error excuſet, & ſuper eo, pro quo juſta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptam ſatisfacere compellatur, vel in priſtinam reducatur ſententiam uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervandam. Si vero judex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talem revocare ſententiam, & is, pro quo lata fuerit, ne abſque ſatisfactione revocet illam, appellet, appellationi non deferat in hac parte, niſi talis ſit error, de quo merito poſſint dubitari, & tunc ſufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatum, vel delegato ab ipſo juri parebit, excommunicatum abſolvat. Sicque pœnæ præſcriptæ minime ſubjacebit. Cavens omnino, ne voluntate perverſa in alterius præjudicium mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicæ vult effugere diſciplinam. *Innoc. III. in concil. Later. cap.* 47.

CAPUT IV.

Cum ſpeciali ſit prohibitione proviſum, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, promulgare præſumat: volentes etiam providere, ne forte commonitus fruſtratoriæ recuſationis, vel appellationis objectu monentis declinare poſſit examen, ſtatuimus, quod ſi allegaverit, ſe judicem habere ſuſpectum, coram eodem, cauſſam juſtæ ſuſpicionis aſſignet, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c.* 48.

De appell. c. 61. Greg. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

CAPUT V.

Sub interminatione divini judicii penitus interdicimus, ut cauſſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel abſolvere innodatum, in illis maxime regionibus, in quibus ex conſuetudine, cum excommunicatus abſolvitur, pecuniaria pœna mulctatur, ſtatuentes, ut cum excommunicationis ſententiam injuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam per cenſuram Eccleſiaſticam compellatur. Et niſi probabili fuerit errore deceptus, tantumdem injuriam paſſo perſolvat. Et ſi forte ſolvendo non fuerit, animadverſione alia caſtigetur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 49.*

cap. 6. de ſentent. excomm. in 4. coll.

CAPUT VI.

Sancimus, ut quicumque res Eccleſiæ delegatas, & Domino oblatas abſque Epiſcopi juſſu poſſidens præſumpſerit deinceps tenere, liminibus Eccleſiæ arceatur. ¶ Debet tamen eſſe proviſio, ut vindictam admonitio manifeſta procedat. *Syn. Rom. VI. ſub Symmach. poſt princ.*

12. q. 1. c. 21. Indigne, §. Debet.

CAPUT VII.

Poſt tertiam admonitionem Epiſcopi excommunicantur laici, & deponuntur clerici, qui adhærent presbytero, qui ſeparatim altare erexit,

Epi-

Epiſcopo contempto. *Apoſt. c. 35. G. 32. L. vid. Antioch. c. 5.*

CAPUT VIII.

Nulli Chriſtianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium ſacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, & dolens quodammodo debet inferre animus vindicantis. Cognovimus enim pro commiſſis, & levibus verbis quoſdam a gratia communionis excluſos, & animam, pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſævi ſupplicii ſauciatam, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine Diabolicis incurſibus, ut facile caperetur, objectam. Certe, ſi quando cauſſa talis emerſerit, ut pro commiſſi criminis qualitate aliquem juſte faciat communione privari, is tantum pœnæ ſubdendus eſt, quem reatus involvit: nec particeps debet eſſe ſupplicii, qui conſors non docetur commiſſi. *Leo epiſt. 87. ante fin. ad Epiſc. Vienn. prov.*

CAPUT IX.

23. q. 4. c. 27. Inter querelas multiplices, Iſidorus vir clariſſimus a fraternitate tua ſe excommunicatum, anathematizatumque conqueſtus eſt. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſſa, niſi pro eo, quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod ſi ita eſt, nihil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, ſed terrenam te converſationem habere ſignificas, dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexiſti. Unde de cætero omnino eſto circumſpectus, atque ſollicitus, & talia cuiquam pro defenſione propriæ injuriæ tuæ inferre denuo non præſumas, nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum. *Greg. lib. 2. indict. 9. ep. 34. Januario Epiſc. Anſelm. lib. 12. c. 23. Ivo part. 5. c. 351. decret. Cæſarauguſt. lib. 14. c. 23. Tarrac. lib. 4. c. 58.*

CAPUT X.

24. q. 3. c. 2. Comperimus, quod Laurentius quondam frater, & Coepiſcopus noſter nullis te culpis extantibus communione privaverit. Ideoque hujus præcepti noſtri auctoritate munitus officium tuum ſecurus perage, & communionem ſine aliqua ſume formidine. *Greg. lib. 2. indict. 10. ep. 24. Magno presbyt. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 6. panorm. & part. 14. c. 17. decret.*

CAPUT XI.

24. q. 3. c. 25. De excommunicationis articulo, quæ tamen interpoſita conditione gradu ſecundo, vel tertio jam, ut ita dicam, ex neceſſitate ſubjuncta eſt, beatitudo veſtra immerito queritur; cum Paulus
2. Cor. 10. Apoſtolus dicat: *In promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam. Greg. lib. 2. indict. 10. epiſt. 37. Natali Epiſcopo. Tarracon. lib. 6. cap. 208.*

CAPUT XII.

11. q. 3. c. 8. Epiſcopi, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita, innocentes aut minimis cauſſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam feſtinantes recipere fortaſſe noluerint, a vicinis Epiſcopis cujuslibet Provinciæ litteris moneantur; & ſi parere noluerint, communio illis uſque ad tempus ſynodi a reliquis Epiſcopis non denegetur, ne fortaſſe propter excommunicatoris peccatum, excommunicati longo tempore morte præveniantur. *Agath. c. 3. Vormat. c. 14. Burch. lib. 11. c. 11. Ivo part. 14. c. 16. & 81. decret. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 5. panorm. Cæſaraug. lib. 5. cap. 86.*

CAPUT XIII.

Si quis ab Epiſcopo ſuo, vel de Eccleſia, vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum; 2. q. 7. c. 20.
ſi nihil convicii, aut criminationis objecerit, eum pro ſola contentione * a communione eccleſiæ non liceat ſubmoveri. *Aurel. c. 8.*

* *conventione.*

CAPUT XIV.

Si is, qui rem eccleſiaſticam tenet, admonitus judicium declinarit, quouſque aut ad diſcuſſionem veniat, aut rem eccleſiaſticam reſtituat, communione privetur. *Aurelian. III. c. 12.*

CAPUT XV.

Nullus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis, & levibus cauſſis a communione ſuſpendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres ab eccleſia arceri juſſerunt committentes. *Aurelian. V. c. 2. Vorm. c. 13.* 11. q. 3. c. 42.

CAPUT XVI.

Ut nemo Epiſcoporum quemlibet ſine certa, & manifeſta peccati cauſſa communione privet Eccleſiaſtica. Anathema autem ſine conſenſu Archiepiſcopi, aut Coepiſcoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat, niſi unde canonica docet auctoritas, quia anathema æternæ eſt mortis damnatio, & nonniſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi. *Meld. c. 56. Burch lib. 11. c. 10. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 13. panorm. & part. 14. c. 80. decret.* 11. q. 3. c. 41. Nemo.

CAPUT XVII.

Cauſſæ penſandæ ſunt, & tunc ligandi, atque ſolvendi poteſtas exercenda. Videndum eſt, quæ culpa, aut quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſolvat. Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni arbitrium ſequitur judicis, &c. Sub magno ergo moderamine paſtores Eccleſiæ vel ſolvere ſtudeant, vel ligare, ſed utrùm juſte, vel injuſte obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt, ne is, qui ſubeſt, & cum injuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor itaque quiſque vel abſolvere indiſcrete timeat, vel ligare: is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat, vel injuſte, nec paſtoris ſui judicium temere reprehendat; ne etſi injuſte ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat. *Gregor. homil. 26. ſuper Evang. Joann. 20. Cum ſero eſſet: apud Aquiſgr. c. 37.*

CAPUT XVIII.

Epiſcopi eſt de notis cauſſis excommunicare, ne Epiſcopi vileſcat poteſtas. *Lemovicen. act. 2.*

CAPUT XIX.

Quantæ temeritatis, & præſumptionis exiſtat, quod qui ſervare debent canonicas ſanctiones, in qui-

quibus aperte continetur, quod nullus aliquem ſine rationabili cauſſa excommunicare præſumat, eas frangere non formidant, plures non amore juſtitiæ, ſed livore odii; vel favore adverſariorum excommunicationis vinculo innodantes, nullus prorſus ignorat. Quare firmiter prohibemus, ne in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari admonitio, promulgare præſumat. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Card. cap.* 4.

CAPUT XX.

Ne Archidiaconi, vel eorum officiales ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti in aliquem audeant promulgare, ubi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmiſſa excommunicationis ſententiam tulerit in quemcumque, pœnæ ſubjaceat in Lateranenſi concilio (*ſub Innocentio III.*) promulgatæ. Pro ſuſpenſione vero, vel interdicto ſuperioris arbitrio puniatur. Quod & ſuperiores prælati obſervent. *Oxonien. cap.* 20. *in* 2. *part.*

TITULUS II.

NE QUISQUAM COMMUNICET CUM EXCOMMUNICATO, ET QUI COMMUNICAT, LUAT PŒNAS.

CAPUT I.

11. q. 3. c. 73. Servetur. DE his, qui communione privantur, ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine ab Epiſcopis per unamquamque provinciam ſententia regularis obtineat, ut ii, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Epiſcopi vitio videatur a congregatione ſecluſus. Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis ſingulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter ſimul omnibus Epiſcopis congregatis provinciæ diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones. Et ſic qui ſuo peccaverunt Epiſcopo evidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur, uſquequo, vel in communi, vel Epiſcopo ſuo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam. *Nicæn. cap.* 5. *Aquiſgr. cap.* 42. *Tribur. cap.* 2. *Burch. lib.* 11. *cap.* 36. *Ivo part.* 14. *cap.* 100. *decret.*

CAPUT II.

Adhuc (*Dioſcorum damnamus: quia*) quoſdam a diverſis conciliis rite damnatos in communionem propria auctoritate ſuſcepit. Sanctis regulis præcipientibus, excommunicatos ab aliis in communionem alios non debere ſuſcipere, &c. *Chalced. in epiſt. ad Valentinian. & Martian. Imperatores in princ.*

CAPUT III.

c. 1. de treug. & pace, Gr. IX. & c. 1. eod. tit. in 1. coll. Si quis treugam* frangere temptaverit, poſt tertiam commonitionem, ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus ſententiam excommunicationis dictet, & ſcriptam vicinis ſuis annunciet. Epiſcopus autem nullus excommunicatum in communionem ſuſcipiat; immo ſcriptam ſuſceptam ſententiam quiſque confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubjaceat. *Alex. III. in concil. Later. cap.* 21. *Innoc. II. in Synod. Roman. cap.* 9.

CAPUT IV.

Epiſcoporum nullus excommunicatum in communionem ſuſcipiat: immo ſcripto ſuſceptam ſententiam quiſque confirmet. *Innoc. II. in ſynod. Roman. cap.* 9.

CAPUT V.

Leonem Paſchalem, & Joannem dudum diaconos ſanctæ Romanæ eccleſiæ, juſte, & canonice damnatos, & a gremio ſanctæ Dei eccleſiæ ſequeſtratos ſi aliquis homo ſacratiſſimis auctoritatibus fractis illos inter eccleſiaſticos viros nobis inconſultis habere voluerit, aut in ipſos gradus, quibus canonica auctoritate privati ſunt, reducere quoquo modo aliquando maluerit, ſive eos ſacerdotes vocare, aut habere temptaverit, & nobiſcum cuncta non ſenſerit, vel minime obſervaverit, ſciat ſe fore anathemate perculſum a Patre, & Filio, ſanctoque Spiritu tamquam qui ſanctorum canonum violator extiterit. *Syn. Ravenn. ſub Joann. IX. c.* 8.

CAPUT VI.

Agathenſem Epiſcopum Berengarium, qui Narbonenſi Epiſcopo excommunicato communicavit, & vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicamus. Deſiderium, & Romanenſis eccleſiæ clericos, qui regulares noſtros ab ea expulerunt & excommunicatis communicaverunt, inde, donec ſatisfaciant, excommunicamus. *Greg. VII. in ſyn. Rom. anni* 3. *lib.* 3. *reg. poſt ep.* 10.

CAPUT VII.

Quicumque ſeu Epiſcopus, ſive presbyter Nortmannis, donec excommunicati fuerint, divinum officium fecerit, a ſacerdotali officio perpetuo ſubmovemus. *Greg. VII. in concil. Rom. ann.* 5.

CAPUT VIII.

Nullus clericus excommunicatum alterius recipiat. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap.* 8.

CAPUT IX.

Si quis clericus, vel monachus receperit ſciens excommunicatũ, quod peccaverat excommunicatus, emendabit, qui recepit, ſi aliter non poterit recipi, & periculo ſubjacebit. *Greg. VII. in concil. Rom. anni incert. c.* 18.

CAPUT X.

A ſuis Epiſcopis excommunicatos ab aliis, recipi magnopere prohibemus. *Urban. II. in ſyn. apud Melfiam c.* 15.

CAPUT XI.

A ſuis Epiſcopis excommunicatos ab aliis, Epiſcopis, Abbatibus, & clericis in communionem recipi proculdubio prohibemus. *Calliſt. II. in concil. Rom. c.* 8. *al.* 9.

CAPUT XII.

A ſuis Epiſcopis excommunicatos, ab aliis ſuſcipi modis omnibus prohibemus. Qui autem excommunicato, antequam ab eo, qui eum excommunicaverit, abſolvatur, communicare præſumpſerit, pari ſententia teneatur obnoxius. *Synod. Rom. ſub Innoc. II. cap.* 2. *apud Ivon. poſt panorm.*

CA-

CAPUT XIII.

Qui ab Epiſcopis ſuis anathematis ſententia condemnantur, quoniam a communione Eccleſiaſtica removentur, Diabolicæ dignoſcuntur ſubjecti poteſtati: non enim eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc miniſtris ſuis tribuit poteſtatem. Ideoque a ſuis Epiſcopis excommunicatos ab aliis ſuſcipi modis omnibus prohibemus. Epiſcopus autem, qui ſententiam promulgaverit, eam Epiſcopis vicinis enuntiet. Qui vero excommunicato, donec ab eo, qui eum excommunicaverat, vel ab alio auctoritate ſedis Apoſtolicæ abſolvatur, ſcienter communicare præſumpſerit, eadem excommunicationis ſententia ipſum teneri cenſemus. *Remenſ. ſub Eugen. III. cap.* 1.

CAPUT XIV.

11. q. 3. c. 16. Sicut. Qui cum excommunicato etiam domi orat, excommunicetur. *Apoſt. c.* 10. *G.* 15. *L. Tribur. c.* 2. *Ivo part.* 14. *c.* 40. *&* 99. *decr. Anſelm. lib.* 12. *c.* 17. *Burch. lib.* 11. *c.* 35.

CAPUT XV.

Si clericus, vel laicus excommunicatus, vel non ſuſcipiendus in alia urbe ſine litteris commendatitiis ſuſcipiatur, & ſuſcipiens, & ſuſceptus excommunicentur. Sed & excommunicatio ſuſcepti proteletur, quod mentitus eſt, & decepit Eccleſiam Dei. *Apoſt. c.* 12. *G.* 13. *L.*

CAPUT XVI.

Si presbyter, vel diaconus ab Epiſcopo excommunicetur, non ſuſcipiatur ab alio, niſi mortuo eodem Epiſcopo. *Apoſt. c.* 32. *G.* 33. *L.*

CAPUT XVII.

Quædam ex vobis ipſis intelligere debetis: Si qua ſunt, quæ ipſe (*Clemens*) propter inſidias hominum malorum non poteſt evidentius & mani-
Diſt. 93. c. 1. & 11. q. 3. cap. 15. feſtius proloqui, verbi gratia: [Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis; vos nolite expectare, ut ipſe vobis dicat, cum illo nolite amici eſſe; ſed prudenter obſervare debetis, & voluntati ejus, abſque commonitione obſecundare, & avertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis averſum. Sed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur; ut unuſquiſque, qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias reparare, feſtinet citius reconciliari ei, qui omnibus præeſt, ut per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit iis, quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit iis, quibus ipſe non loquitur, unus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare volunt Eccleſiam Dei, &c. *Clem. epiſt.* 1. *ante med. refertur ab Anaclet. epiſt.* 3. *in fin. Alex. ep.* 5. *ante med. Fab. ep.* 1. *Vaſen. cap.* 6. *vid. Meten. c.* 8. *Capitul. lib.* 7. *c.* 461. *Anſelm. lib.* 1. *c.* 6. *Ivo part.* 14. *c.* 22. *decret. Cæſar. lib.* 4. *c.* 95. *Tarrac. lib.* 6. *c.* 61.

CAPUT XVIII.

Si quis hæc præcepta non obſervaverit, (*loquitur de eo, qui communicat cum excommunicato*) hoſtis eſt animæ ſuæ, & non tantum infamis, ſed & excommunicatus, atque alienus ab Eccleſia efficitur: quoniam neceſſe eſt, ea vitia ferro abſcindere, quæ aliis medicaminibus non ſanantur. *Anaclet. ep.* 3. *ante fin.*

CAPUT XIX.

Excommunicatos quoque a ſacerdotibus nullus recipiat ante utriuſque partis juſtam examinationem; nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec *Ave* eis dicat. Quia quicumque in his, vel aliis prohibitis ſcienter excommunicatis communicaverit, juxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubjacebit. Ab his ergo clerici, & laici ſe abſtineant, qui eadem pati noluerint. *Calliſt. ep.* 2. *in princ. Tribur. cap.* 2. *Ivo part.* 14. *c.* 23. *&* 102. *decret. & lib.* 5. *tit.* 3. *c.* 14. *panorm. Burch. lib.* 11. *c.* 38. *Anſelm. lib.* 12. *c.* 14. *Cæſar. lib.* 14. *c.* 18. 11. q. 3. c. 17.

CAPUT XX.

Quibus Epiſcopi non communicant, non communicetis; & quos ejecerint, non recipiatis; valde enim timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet injuſte liget aliquem, quod tamen ſummopere providere debet. *Urb. ep. unic. ante fin. Burch. lib.* 11. *c.* 1. *Ivo part.* 14. *c.* 74. *decret. Anſelm. lib.* 6. *c.* 145. *& lib.* 12. *c.* 25. 11. q. 3. c. 27.

CAPUT XXI.

Ab iis, quos ſanctorum Patrum ſtatuta anathematizant, vos ſeparate. Similiter & ab [omnibus, quos Apoſtolus commemorat, dicens: 6. q. 1. c. 4. Omnes.
cum eis nec cibum ſumere, quia & illi, ſicut & 1. Cor. 5.
iſti ſunt repellendi, & ante ſatisfactionem Eccleſiæ non ſunt ſuſcipiendi: quoniam illi, cum quibus cibum ſumere non licet, manifeſte apparent ſequeſtrati uſque ad ſatisfactionem a reliquis fratribus: quamobrem non debent, nec poſſunt in accuſationem fidelium ſuſcipi, ſed etiam ab eorum conſortio uſque ad jam dictam ſatisfactionem repelli, ne ſimiles eis efficiantur, aut eorum excommunicationi ſubjaceant. Quoniam ſic Apoſtoli ſtatuerunt, dicentes: *Cum excommunicatis non eſt communicandum.* Et ſi quis cum 11. q. 3. c. Sicut, 16.
excommunicatis avertendo regulas ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus fuerit, aut oraverit, ille communione privetur. Tales ergo in Rom. 1.
omnibus ſunt cavendi, & non ſuſcipiendi, quia juxta Apoſtolum, non ſolum qui faciunt, damnantur, ſed qui conſentiunt facientibus. Unde & beatus Apoſtolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis ait: „ Si inimicus eſt iſte Cle„ mens alicui, &c“. *Fabian. epiſt.* 1. *in med. vid. Apoſt. cap.* 10. *G.* 11. *L. &* 12. *G.* 13. *L. &* 32. *G.* 33. *L. Clem. epiſt.* 1. *Fabian. epiſt.* 2. *Ivo lib.* 5. *tit.* 4. *c.* 15. *panorm. & part.* 14. *cap.* 24. *decret. Anſelm. lib.* 1. *cap.* 6.

CAPUT XXII.

Similiter & illi (*valde cavendi ſunt*) de quibus Apoſtolus ait: *cum hujuſcemodi hominibus* 6. q. 1. c. 9. Illi. 1. Cor. 5.
nec cibum ſumere, quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ redintegrentur; quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. Manifeſtum eſt enim, quod hi extra nos ſunt, & a nobis diſcreti eſſe debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum ſumere licet. *Fabian. epiſt.* 2. *poſt med. Anſelm. lib.* 12. *c.* 32.

CAPUT XXIII.

Quibus viventibus non communicamus, mor- 24. q. 2. c. 1. De communione.

tuis

tuis communicare non poſſumus. *Leo epiſt. 90. al. 92. cap. 6. al. 7. refert. Meten. cap. 8. Ivo lib. 5. tit. 4. cap. 4. panorm. & part. 14. cap. 60. decret. Caiar. lib. 5. cap. 90.*

CAPUT XXIV.

Deceſſores mei ſacerdotes, qui prævaricatoribus ſe communicaſſe propria voca confeſſi ſunt, a communione eos Apoſtolica ſubmoverunt, &c. *Gelaſ. in commonitorio ad Fauſtum in princ.*

CAPUT XXV.

24. q. 1. c. 1. & 3. Acacius non fuit novi, vel proprii inventor erroris, ut in eum nova icita prodirent, ſed alieno * facinori ſuam communionem miſcuit. Itaque neceſſe eſt, ut illam recideret juſta lance ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus per connivantiam ſynodalem ſuſceperat auctor erroris. *Gelaſ. ad Fauſtum poſt princ. Tarrac. lib. 1. c. 69.*

* *alienum.*

CAPUT XXVI.

24. q. 5. c. Cum quibus, 36. in fin. Nobis nullum fas eſt inire certamen cum hominibus communionis alienæ, divina ſcriptura prædicante: *Hominem hæreticum poſt primam, & ſecundam correptionem devita; ſciens, quod hujuſmodi delinquat proprio judicio condemnatus.* *Gelaſ. in commonit. ad Fauſt. poſt med.*

Ad Tit. 3. c.

CAPUT XXVII.

Acacius profitetur ſe Alexandrino Petro, quem expetita Apoſtolicæ ſedis auctoritate, executor ipſe quoqua damnaverat, abſque ſedis Apoſtolicæ notitia communione permiſtum. Beati autem Petri ſedes, quæ Alexandrinum Petrum ſe tantummodo damnaſſe, non etiam ſolviſſe * noverat, non recepit. Atque ideo ne per Acacium in Petri conſortium duceretur, ipſum quoque a ſua communione ſubmovit, & multis modis tranſgreſſorem a ſua ſocietate fecit alienum. *Gelaſ. epiſt. 6. ad Epiſcopos Dardaniæ poſt princ.*

* *abſolviſſe, ſ.*

CAPUT XXVIII.

Joannes frater, & Coepiſcopus noſter conſulit, quo ordine ex clero Græcorum venientibus tribui deberet ſancta communio, propter cauſſam ſcilicet Acacii a prædeceſſoribus noſtris pro hæreticorum communione damnati, in qua, qui ſe ab ejus contagione non dividunt, a noſtra communione habeantur excepti. *Hormiſda in Epiſcopos Hiſpaniæ 2. in princ.*

CAPUT XXIX.

Ad hoc nequitia veſtra pervenit, ut excommunicatis communicare contra canones ſuperbo præſumpſeritis ſpiritu. *Vigil. in epiſt. ad Sebaſtianum, & Ruſticum poſt med. quæ lecta fuit in ſynod. V. gener. act. 7.*

CAPUT XXX.

Diſt. 93. c. 2.

„ Miratus valde ſum, qui in tanto Salonitanæ
„ Eccleſiæ clero, vel populo, vix duo ex ſacris
„ ordinibus inventi ſunt, frater ſcilicet, & Coe-
„ piſcopus noſter Paulinus, & dilectiſſimus filius
„ meus honoratus Archidiaconus ejuſdem Ec-
„ cleſiæ, qui communicare Maximo ſacerdotium
„ rapienti minime conſentirent, & ſe Chriſtia-
„ nos eſſe cognoſcerent. Debuiſtis enim, filii
„ chariſſimi, penſare ordines veſtros, & quem
„ ſedes Apoſtolica repellebat, repulſum cogno-
„ ſcere, ut prius, ſi poſſet, ab illatis criminibus
„ mundaretur; & tunc ei veſtra dilectio com-
„ municaret, ne particeps obligationis ejus exi-
„ ſteret". *Greg. clero, & nobilibus Salonæ lib. 3. reg. epiſt. 26. Anſelm. lib. 12. cap. 55.*

CAPUT XXXI.

„ Rogo, hortor, & moneo, ut prohibitæ vos 11. q. 3. c. 25.
„ communionis conſortio per omnia ſuſpenda-
„ tis: Ne cuiquam ſacerdoti, ſuperſcripto Ma-
„ ximo, communicanti contra animam ſuam
„ quiſquam communicare præſumat". *Greg. clero, & populo Jaderæ lib. 5. regiſtr. epiſt. 48.*

CAPUT XXXII.

Suggeſſit ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus, 11. q. 3. c. 105. [quod prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius hujus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Præſul, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam ante voluit eſſe munitam *, ita ut Orthodoxos Epiſcopos, presbyteros, vel quoſcumque reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares, quod & factum eſt. Si quos vero ſeductores Epiſcopos, aut pſeudopresbyteros, vel quoſcumque a recto fidei tramite diſcedentes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communio. Quod te, Deo ſolatiante, uſque ad præſens ſpiritaliter ſervaſſe confeſſus es, vel ſi omnino propter principalem, & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes corporaliter, abſtinere non valuiſti, cogente neceſſitate Eccleſiarum Dei; tamen in eorum concilio, & conſenſu communionis anima tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum eis converſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo: te enim prædicante, ſi obedirent, ſalvi eſſent. *Zachar. epiſt. 5. ad Bonifac. poſt princ.*

* *munitam.*

CAPUT XXXIII.

Miramur, quomodo excommunicati ad judicandum recepti ſunt: cum ſecundum Apoſtolicos canones ſine commendatitiis litteris in communione ſola recipi prohibeantur. *Nicol. in ep. ad Michael. Imper. ante med.*

CAPUT XXXIV.

Epiſcoporum, qui excommunicato Regi communicare præſumunt, ordinatio, & conſecratio apud Deum, teſte beato Gregorio, fit execratio. *Greg. VII. lib. 4. reg. epiſt. 2.*

CAPUT XXXV.

Epiſcopus ab eo, qui non communicat, munera non accipiat. *Elib. cap. 28.*

CAPUT XXXVI.

Ab eo Epiſcopo quis recipiat communionem, a quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Si quis Epiſcopus præſumpſerit eum admittere ſine illius voluntate, qui communione privavit, ſciat ſe hujuſmodi cauſſas inter fratres eſſe cum ſtatus ſui periculo præſtaturum. *Elib. cap. 53.*

CAPUT XXXVII.

Si quis excommunicatum alterius, ſive clericum, ſive ſæcularem recipere poſt interdictum præſumpſerit, noverit ſe reum fraternitatis factum, cauſſam in concilio redditurum. *Aurel II. cap. 8. vid. Nicæn. cap. 5.*

CA-

CAPUT XXXVIII.

Secundum inſtituta ſeniorum, ſi a communione ſacerdotali fuerit auctoritate ſuſpenſus Epiſcopus, hunc non ſolum a clericorum ſed etiam a totius populi colloquio, atque convivio placuit excludi, donec reſipiſcens ad ſanitatem redire feſtinet. *Aurel. II. cap.* 30.

CAPUT XXXIX.

Cum excommunicatis non licet communicare, nec cum iis, qui per domos conveniunt devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt, &c. Si quis autem de Epiſcopis, aut presbyteris, vel diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte privetur communione, tanquam qui regulas confundat Eccleſiæ. *Antioch. cap.* 2. *Triburien. cap.* 2. *Capitul. lib.* 1. *cap.* 1. *Burch. lib.* 11. *cap.* 34. *Ivo part.* 14. *cap.* 98. *decret.*

CAPUT XL.

11. q. 3. c. 2. Si quis a ſuo Epiſcopo excommunicetur, non ante ab aliis ſuſcipiatur, niſi a ſuo Epiſcopo ſuſceptus ſit, aut ſynodo facta comparens reſpondeat; & perſuadens ſynodo, ab ea aliam ſententiam accipiat. Idem in laicis, & presbyteris, diaconis, & clericis ſervetur. *Antioch. cap.* 6. *vid. Nicæn. cap.* 5. *Aquiſgr. c.* 72. *Mart. Brac. cap.* 36. *Burch. lib.* 11. *cap.* 37. *Ivo part.* 14. *c.* 27. *&* 101. *decret. & lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 21. *panorm. Deuſded. part.* 4.

CAPUT XLI.

Presbyter, diaconus, clericus excommunicatus, ſi confugit ad alium Epiſcopum, qui norit eum eſſe a ſuo Epiſcopo communione privatum, non liceat Epiſcopo ei communionem præbere. Si fecerit, coram Epiſcopis convenientibus cauſſam dicat. *Sardicen. cap.* 13. *G.* 16. *L. Aquiſgr. ſub Ludov. cap.* 53.

CAPUT XLII.

11. q. 3. c. 4. Si Epiſcopus iracundus, quod eſſe non debet, celeriter contra presbyterum, vel diaconum motus eiicere eum ab Eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocentem condemnet, vel communione privet. Ejectus poteſt adire Metropolitanum, vel ſi is abeſt, adire proximos* Epiſcopos, qui de cauſſa diligenter cognoſcant*. Ejecto porro, antequam pronuntietur, non eſt communio præſtanda. *Sardic. cap.* 14. *G. cap.* 17. *L. vide Nicæn. apud Carth. VI. cap.* 6. *L. Afric. c.* 101. *L. & in epiſt. ad Bonif. L. ante canones. Carth. G. Capitul. lib.* 1. *cap.* 1. *Ivo lib.* 5. *tit.* 5. *cap.* 4. *panorm. & part.* 14. *cap.* 15. *decret. Anſelm. lib.* 2. *cap.* 68. *Cæſaraug. lib.* 5. *c.* 48.

* vicinum, G.

* cognoſcet, G.

CAPUT XLIII.

11. q. 3. c. 20. Qui merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo Epiſcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communione ſuſcepti, refugientes ſui Epiſcopi regulare judicium, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius. *Carthag. cap.* 9. *G. Carth. II. cap.* 7. *Tullen. poſt epiſt. ſynod. Capitul. lib.* 1. *cap.* 36. *Burch. lib.* 11. *cap.* 43. *Ivo lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 18. *panorm. & part.* 14. *cap.* 28. *&* 107. *decret.*

CAPUT XLIV.

11. q. 3. c. 19. Qui communicaverit, vel oraverit cum excommunicato ſive clericus, ſive laicus, excommunicetur. *Carth. IV. c.* 73. *Burch. lib.* 11. *cap.* 44. *Ivo lib.* 5. *tit.* 3. *c.* 19. *panorm. & Ivo part.* 14. *c.* 28. *al.* 29. *&* 108. *decr. Anſelm. lib.* 12. *cap.* 18.

CAPUT XLV.

Nullus clericus diſcedat ab Epiſcopo ſuo, & alteri Epiſcopo communicet, niſi cum de hæreticorum ſchiſmate diſcedit ad fidem Catholicam. Si qui autem de Catholicis diſcedunt, & in communione eorum vel palam, vel occulte cum eis, qui vel excommunicati ſunt, vel per ſententiam jam notati fuerint inventi, habeant illorum, ad quos ire voluerint, etiam in damnatione conſortium. *Tolet. I. c.* 12.

CAPUT XLVI.

Si quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum ejus nullus clericorum, vel religioſorum accedat. Similiter & clericus ſi abſtinetur, a clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur: ſed hoc pertineat ad eos clericos qui ejus ſunt Epiſcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo, qui abſtinetur, clerico, vel laico. *Tolet. I. cap.* 15. *Ivo parte* 14. *c.* 30. *decret. Capitul. lib.* 7. *cap.* 295. 11. q. 3. c. 26.

CAPUT XLVII.

Placuit in reatum venire Epiſcopum, qui admonitus de excommunicatione cujuſque ſine reconciliatione ejus, qui eum excommunicavit, ei communicare præſumpſerit; ut integra omnia, ſi reconciliatio interceſſerit, de injuſtitia, vel iniquitate excommunicationis proximæ ſynodo reſervetur. *Arauſ. cap.* 11.

CAPUT XLVIII.

Qui per diſciplinam, aut ſententiam Epiſcopi ab Eccleſia fuerint ſeparati, ab aliis Epiſcopis non ſunt recipiendi. Quod ſi ſcientes fecerint, non habeant communionem. *Cæſaraugu ſt. c.* 5.

CAPUT XLIX.

Quicumque Epiſcopus illum, quem alter Epiſcopus excommunicatum habet, poſtquam fuerit de ipſius excommunicatione commonitus, communicare præſumpſerit, uſque ad ſynodum excommunicatus habeatur. *Turon. II. c.* 8.

CAPUT L.

Univerſis ſacerdotibus ita convenit, ut ſi quis de eis pro contemptu canonum, aut pervaſione rerum Eccleſiaſticarum a communione Eccleſiæ aliquem fortaſſe ſuſpenderit, a nullo penitus Epiſcopo recipi præſumatur. Quod ſi factum fuerit, is, qui eum contra interdicta receperit, & a fratrum ſuorum erit concordia ſeparatus, & æterni judicis in futurum, ut confidimus, iracundiam ſuſtinebit. *Pariſ. c.* 7.

CAPUT LI.

Illud, quod ſancti Patres ſalubriter ordinarunt, placuit iterari: ut ſi quicumque Epiſcopus pro reatu aliquo quemquam a communione ſuſpenderit, apud omnes ſacerdotes eatenus a communione habeatur alienus, uſquequo ejus judicio debeat recipi, a quo meruerat pro reatu ſuo a charitate Eccleſiaſtica ſequeſtrari. *Lugdun. c.* 4. *Antioch. c.* 6.

CAPUT LII.

Item placuit, ut qui pro hæreſi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præſumat, ſicut & antiqua canonum continent ſtatuta. Quæ ſi quis ſpernit voluntarie, ſe ipſum alienum a communione facit. *Brac. cap.* 33.

CAPUT LIII.

Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum ſumere. *Antiſ. c.* 38.

CAPUT LIV.

Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum abſque voluntate ipſius, qui eum excommunicavit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducaverit, vel colloquium habere decreverit, ſimili ſententiæ ſubjacebit. *Antiſ. c.* 39.

CAPUT LV.

De cleric. excomm. miniſt. c. 2. ap. Greg. IX. & in 1. coll.

Si quis presbyter ab Epiſcopo ſuo degradatus fuerit, & ipſe per contemptum poſtea aliquid de ſuo officio ſine commeatu facere præſumpſerit, & poſtea ab Epiſcopo ſuo correptus, & excommunicatus fuerit, qui cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. Similiter quicumque clericus, aut laicus, vel femina inceſtum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus, ſi ſe emendare noluerit, & ab Epiſcopo ſuo excommunicatus fuerit, ſi quis cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum, &c. *concil. apud Palatium Vernis c.* 9.

CAPUT LVI.

Qui cum ſenioribus ſuis de aliis provinciis ad noſtras parochias veniunt, &c. inſtruantur, quam religioſe, atque ſtudioſe ſacrum miniſterium peragant, &c. & ut excommunicatis nequaquam communicent. *Meld. c.* 51.

CAPUT LVII.

Scriptum eſt in canonibus, ut qui excommunicato communicaverint, omnes ab Eccleſia reſpui, maxime eos, qui ſciebant eum eſſe dejectum. *Synod. apud S. Medardum in cauſſa Hincmari in fin.*

CAPUT LVIII.

Qui ab una Eccleſia fuerint excommunicati, in nulla alia falſo, & furtive communicandi inveniant facultatem. *Valent. ſub Loth. c.* 13.

CAPUT LIX.

Ad Epiſcopos Brittonum, qui contra auctoritatem a Metropoli ſua moliuntur diſcindere, ſynodus litteras ſecundum auctoritatem ſacram direxit, quatenus ad ſuam Metropolim redeant, eique debito jure ſe ſubdant, ne a canonica, & Epiſcopali communione ſe ſegregent; excommunicatis etiam, ſicut ſacræ decernunt regulæ, Brittones communicantes ipſi ſe ſacra communione non privent. *Tull. c.* 9.

CAPUT LX.

Movet nos, quod iis, quos veſter Metropolitanus cum aliis Epiſcopis propter diverſa crimina excommunicavit, indifferenter vos communicare comperit. In canonibus autem divinitus inſtitutis ſocii excommunicatorum eorumdem ſententia feriuntur. Proinde monemus ſanctam, nobiſque amabilem fraternitatem veſtram, ut ab his exceſſibus ulterius temperetis, &c. Pro diverſis criminibus excommunicatos ne recipiat (*Salomon Brittonum princeps*) ſuadete, oſtendentes divino judicio, ſi id præſumpſit, aut præſumpſerit, pari eum vindicta conſtringi. *Tull. in ep. ad Epiſc. Britton.*

CAPUT LXI.

Quæſitum eſt a ſancta ſynodo, quid de iis ſacra fieri auctoritas juberet, qui cum prædictis excommunicatis communionem habeant, nam non tantum laici, verum etiam presbyteri in celebratione Miſſæ excommunicatos recipiunt, & quid de iis, qui in eadem excommunicatione mortui fuerint. Verum ad hæc tanta auctoritas prolata eſt. Sanctus Petrus Apoſtolus in ordinatione ſancti Clementis ita plebes alloquitur: „ [Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos cum illo nolite amici eſſe, & prudenter obſervare debetis, avertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis adverſum; ſed neque loqui iis, quibus ipſe non loquitur“. Iſtius tranſgreſſores Sanctus Petrus, & omnis auctoritas excommunicat. *Meten. cap. 8. vide Clem. epiſt. 1. Anaclet. epiſt. 3. in fin. Alex. epiſt. 1. ante med. Fabian. epiſt. 1. Vaſen. c. 6. Capitul. lib. 7. c. 461. Anſelm. lib. 1. c. 6. Cæſar. lib. 4. c. 95. Tarrac. lib. 6. c. 61.* *Diſt. 93. c. 1. 11. q. 3. c. 15.*

CAPUT LXII.

Qui excommunicatum neſciens ſuſceperit, & poſt probaverit, ad pœnitentiam recurrat; qui autem ſcienter id egerit, presbyter deponatur; qui presbyter non eſt, communione euchariſtiæ, & audientia Miſſæ privetur, uſque ad reconciliationem Epiſcopi. *Lemovicenſe action.* 2.

CAPUT LXIII.

Sunt nonnulli, qui craſſam pretendentes ignorantiam, quæ cum non excuſet a culpa, nec eos a pœna poterit excuſare, coram iis divina celebrare præſumunt, qui excommunicationis vinculo ſunt innodati; dicentes, quod eis excommunicatio nec per litteras, nec per nuntios fuerit renuntiata, cum ipſi excommunicati impediant ſæpe, ne poſſit ad eos denuntiatio, vel citatio pervenire, vel malitioſe ſe occultant: & cum talis ſit merito coni[?]um ex cenſendus, ſtatuimus, ut poſtquam tales excommunicati fuerint, & in vicinis locis publice denuntiati, ſacerdos, qui coram eis celebravit, ſimili pœna puniatur. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Card. c.* 7.

CAPUT LXIV.

Si Epiſcopus aliquem excommunicaverit certa de cauſſa, denuntiet vicinis Epiſcopis per ſuas patentes litteras, ut excommunicatum denuntiari faciant, & devitari, & tunc ſine difficultate aliqua vicini Epiſcopi excommunicatum faciant publice denuntiari, & in diœceſibus ſuis arctius evitari. Si vero Epiſcopi fuerint negligentes, & excommunicatis ſcienter communicaverint, tamdiu cathedralium Eccleſiarum canonici eis non communicent, quamdiu huic ſalubri ſanctioni contempſerint obedire. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Card. cap.* 8.

CAPUT LXV.

Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introeuntes orare cum eis;

eis; neque liceat cum eis in alia Eccleſia ſegregari. Si quis autem Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet Eccleſiaſticus excommunicato communicaverit, quaſi perturbans omnem diſciplinam Eccleſiaſticam, excommunicetur. *Mart. Brac. cap. 85. Antioch. cap. 2.*

CAPUT LXVI.

Timotheum, qui jam damnatus oſtenditur, & etiam eos, qui cum ſcirent eum fuiſſe damnatum, communicare illi ſine periculo crediderunt, extraneos eos eſſe a Dei Eccleſia judicamus, &c. nulla eis venia, nec ſpe reſtitutionis ullo modo remanente. *Pergamius, & alii Epiſcopi epiſt. ad Leonem Imper. quæ adjuncta eſt concilio Chalcedon.*

CAPUT LXVII.

Quiſnam ſermo ſufficiet ad enumerationem eorum, in quibus ille (*Servus hæreticus*) peccavit contra divinos canones, & Eccleſiaſticum ordinem? &c. Quid autem, quod præſumpſit alienos clericos canonice ligatos a propriis Epiſcopis, ad ipſum confluentes per prædicationem animæ corruptivam ab ipſo ſubornatos, & ad ſuam communionem aſſumptos ſine permiſſione ejus, qui ligaverat, permittere in Eccleſiaſticis miniſteriis miniſtrare? *Epiphan. Epiſcopus Tyri, & alii in epiſt. ad Theophil. & alios apud ſynod. V. gener. action. 1.*

CAPUT LXVIII.

Anathematizamus Acacium quondam Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopum, complicem eorum (*Timothei Æluri, & Petri Alexandrini*) & ſequacem factum, nec non & perſeverantem in eorum communione, & participatione; quorum enim quis communionem amplectitur, eorum ſimilem adjudicationem in condemnatione conſequitur. *Joann. CP. in epiſt. ad Hormiſdam.*

TITULUS III.

DE QUIBUSDAM, QUI POSSUNT COMMUNICARE CUM EXCOMMUNICATIS.

CAPUT I.

11. q. 3. c. 100. Quoniam multos, peccatis noſtris exigentibus, pro cauſſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia ſimplicitate, partim timore, partim etiam neceſſitate, devicti miſericordia, anathematis ſententiam, ad tempus, prout poſſumus, opportune temperamus. Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus: videlicet uxores, liberos, ſervos, ancillas, ſeu mancipia, nec non ruſticos, ſervientes, & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, ut eorum conſilio ſcelera perpetrentur, & illos, qui ignoranter excommunicatis communicant, ſeu illos, qui communicant cum eis, qui communicant excommunicatis. Quicumque autem aut orator, ſive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non habeat, unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et ſi quis excommunicatis non in ſuſtentationem * ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſſa, aliquid dare voluerit, non prohibemus. *Greg. VII. in ſynod. Roman. cap. 1. Ivo part. 14. cap. 43. decret. Cæſar. lib. 14. cap. 32.*

* pro ſuſtentatione.

CAPUT II.

Quoſdam veſtrum minus ſecundum conſcientiam Dei zelum habere audivimus, &c. dum & excommunicatos propriæ voluntatis merito, excommunicatiſque communicantes reos æqualiter arbitrantur, &c. Qui hujuſmodi excommunicatis omnino inviti, vel ſervitio, vel cohabitatione junguntur, non omnino vitandi ſunt, &c. Hinc eſt, quod prædeceſſor noſter ſanctæ memoriæ Gregorius VII. Papa excommunicatorum uxores, ſervos, filios, ruſticos, quorum conſilio, vel voluntate excommunicationis meritum non perpetratur, viatores quoque ob itineris neceſſitatem invitos, communicantes neceſſitate, excommunicationis vinculo non teneri conſtituit, ſicut beatus Auguſtinus ad Auximum ſcribens evidenter oſtendit: „ Dicant * igitur fratres „ noſtri in omnibus regiam tenere viam, & in „ medio nationis pravæ, & perverſæ, tanquam „ luminaria lucere ſtudeant “. *Paſchal. II. epiſt. ad Gebeardum, & alios.*

* Diſcant, ſ.

TITULUS IV.

DE EXCOMMUNICATIS, QUI EXCOMMUNICATIONEM, AUT ALIAS CENSURAS CONTEMNUNT.

CAPUT I.

Definiunt canones: „ Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit “. 11. q. 3. c. 9. Item placuit univerſo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu, ſive Epiſcopus, ſive quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam. *Vigil. in epiſtola ad Ruſticum, & Sebaſtian. apud ſynod. V. gener. CP. action. 7. poſt med. Carthag. cap. 29. G. Aquiſgran. cap. 54.*

CAPUT II.

De presbytero depoſito, qui auſus fuit offerre Diſt. 50. c. 10. ſacrificium: qui privatur perceptione Euchariſtiæ, præter quam in obitu, niſi Epiſcopus, inſpecta illius pœnitentia, aliud indicarit. *Greg. lib. 4. regiſtr. epiſt. 5.*

CAPUT III.

Hoc inquiſiſti, quid faciendum ſit de excommunicato Epiſcopo, & Apoſtolicam auctoritatem negligente. Hic deteſtabilis eſt coram Deo, & hominibus, cui condemnato incondemnatus non communicabit. *Zachar. epiſt. 5. in fin.*

CAPUT IV.

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus depoſitus c. 1. de cler. excommun. Greg. IX. & in 1. coll. juſte ob manifeſta facinora auſus ſit miniſtrare, ab Eccleſia abſcindatur. *Apoſt. cap. 28. G. 29. L. Raban. cap. 1. de pœnitent.*

CAPUT V.

Si quis Epiſcopus depoſitus a ſynodo, vel pres- 11. q. 3. c. 6. c. 2. de cler. excommun. Greg. IX. & in 1. coll. byter, aut diaconus a ſuo Epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſive Epiſcopus, juxta præcedentem conſuetudinem, ſive presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes ei

omnes abiici de Eccleſia, & maxime, ſi poſtea quam didicerint, adverſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eidem communicare tentaverint. *Antiſ. cap. 4. refertur V. ſynod. action. 1. Nicol. epiſt. ad Mich. Imper. Apoſt. cap. 28. Aquiſgran. cap. 47. Mart. Brac. cap. 37. Capit. lib. 1. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 199. Ivo part. 5. cap. 362. decret. Anſelm. lib. 12. cap. 26. Raban. cap. 1. de pœnit. Cæſaraug. lib. 14. cap. 27.*

CAPUT VI.

11. q. 3. c. Placuit, 9. Ob negligentiam ſuam excommunicatus Epiſcopus, vel clericus, ſi antequam audiatur, communicaverit, ipſe contra ſe ſententiam fert. *Carthag. cap. 29. G. Aquiſgran. cap. 54. Burch. lib. 1. cap. 200. Ivo part. 5. cap. 314. & part. 14. cap. 39. decret. & lib. 5. tit. 3. c. 22. panorm. Anſelm. lib. 12. cap. 27. Capitul. lib. 5. cap. 28. Cæſar. lib. 14. cap. 28.*

CAPUT VII.

Placuit, ut quicumque non communicat in provincia propria, & in aliis provinciis, vel tranſmarinis partibus ad communicandum obrepſerit, jacturam communionis, vel clericatus excipiat. *Carthag. cap. 108. G. Milevit. cap. 18. L. Afric. cap. 72.*

CAPUT VIII.

Diſt. 55. c. 11. Nullus. Si quis pœnitentem, digamum, vel viduarum maritos ordinaverit, anno integro miſſas facere non præſumat: ſi fecerit, ab omnium fidelium charitate noverit ſe alienum. *Arelat. III. cap. 3.*

CAPUT IX.

11. q. 3. c. 39. Qui jubente ſacerdote pro quacumque culpa Eccleſiam exire contempſerit, pro noxa contumaciæ tardius recipiatur ad veniam. *Ilerdenſ. cap. 10.*

CAPUT X.

Epiſcopus pro ordinationis temeritate (*loquitur de eo, qui quempiam ante legitimam ætatem, aut digamum, aut pœnitentem, aut eum, qui publice aliquando arreptus eſt, ordinaverat*) ſex menſibus a celebrandis officiis ſequeſtretur. Quod ſi miſſas intra ſtatutum tempus facere præſumpſerit, anno integro omnium fratrum charitate privetur. *Aurel. III. cap. 6.*

CAPUT XI.

Qui contra canones ordinaverit bigamum, vel internuptæ maritum, unius anni ſpatio ſe ſciat eſſe ſuſpenſum ab omni officio ſacerdotii, ſi contempſerit, a communione ejus uſque in aliam ſynodum ſe fraternitas univerſa ſuſpendat. *Aurel. IV. cap. 10.*

CAPUT XII.

Excommunicatus in Eccleſiam non debet intrare, nec cum ullo Chriſtiano cibum, vel potum ſumere, &c. Quod ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus emendare minime potuerit, regis judicio exilio condemnetur. *Concilium apud palatium Vern. cap. 9.*

CAPUT XIII.

23. q. 5. c. 22. Inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos, heu proh dolor, reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, quos oportet per ſæcularis potentiæ diſciplinam a tam prava conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt revocari, quorum aliquos jam excommunicamus; ſed illi hoc parvipendentes, in eiſdem perdurarunt criminibus. Quam ob rem veſtra decernat manſuetudo, quid de talibus deinceps agendum ſit. *Turon. ſub Carol. cap. 41. Capitul. lib. 2. c. 43. & lib. 7. cap. 93. in addit. Burch. lib. 7. cap. 29. Ivo part. 9. cap. 65. decret.*

CAPUT XIV.

Multi nomine ſacerdotes, cenſuram Eccleſiaſticam contemnentes, excommunicati a Prælatis ipſorum, exigentibus culpis ſuis, & immemores, quæ Epiſcopis & Prælatis clavium regni cæleſtis collata ſit poteſtas, attrectare ſibi divina myſteria non verentur, &c. Statuimus igitur, ut tales ſine ſpe reſtitutionis, ab officiis, & beneficiis deponantur, & infames, & inteſtabiles ſint, & de cætero ad beneficia Eccleſiaſtica nullatenus admittantur, niſi per pœnitentiam approbatam, & converſionem * laudabilem Sedis Apoſtolicæ gratiam meruerint obtinere. *Conc. habit. in Germania ſub Conrado Card. cap. 6.* * *converſationem.*

CAPUT XV.

Si quis Epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit, ſive presbyter, aut diaconus a ſuo Epiſcopo, & poſt excommunicationem præſumpſerit facere oblationem, vel matutinum, aut veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere, ſicut prius, non liceat ei, nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec ultra reconciliari: ſed etiam eos, qui communicaverint, omnes ab Eccleſia reſpui, maxime eos qui ſciebant eum eſſe dejectum. Si autem permanſerit turbans, & concitans Eccleſiam, per foraſticam poteſtatem oportet eum, ſicut ſeditionarium ab omni plebe expelli. *Mart. Brac. cap. 37. Antioch. cap. 4. & 5. Nicol. in epiſt. ad Michael. Imperat.* 11. q. 3. c. 7.

CAPUT XVI.

Præcipimus, & auctoritate noſtra injungimus omnibus regni noſtri Comitibus, poſtquam ab Epiſcopis anathemate excommunicationis (*aliqui*) percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ut ab ipſis comprehendantur, & ante nos perferantur: ut qui divina judicia non verentur, humana ſententia feriantur, &c. Si enim tam rebelles extiterint, ut comprehendentibus repugnare ſtuduerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, judicio Epiſcoporum interfectoribus nulla imponatur pœnitentia, & præcepto noſtro weregeldi * nulla ab eis extorqueatur compoſitio. Conſtringanturque proximi, & eorum cognati cum juramento, ne in illis eos vindicent, ſed pacem ad eos, & concordiam ſervent. *Arnulph. Imperat. in concil. Triburien. cap. 3.* * hoc eſt *multæ.*

TITULUS V.

QUIBUS REBUS PRIVANTUR EXCOMMUNICATI.

CAPUT I.

Excommunicati non poſſunt accuſare Epiſcopos. *CP. cap. 6. G. Nicol. epiſt. ad Mich. Imper. ante med. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 20. panorm. & part. 14. cap. 70. decret.* 4. q. 1. c. 1.

CA-

CAPUT II.

Significamus veſtræ ſanctitati, ac dilectioni, quod ſi quidem Metropolitanus provinciæ defecit a ſancto generali concilio, & adjunxit ſe apoſtatarum cœtui, vel in poſterum ſe adjunxerit, aut cum Cæleſtio ſenſit, aut in illius ſententiam tranſierit, is contra Epiſcopos Provinciæ nullo modo aliquid agere, efficereve poterit, cum jam dehinc ex omni Eccleſiaſtica communione concilium eum ejecerit, & ob id nullam poteſtatem, aut jus agendi quidquam habeat. Quin etiam ipſis provincialibus Epiſcopis, item finitimis, & undique vicinis Metropolitanis, qui recte ſentientis Eccleſiæ patres ſequuntur, obnoxius erit, &c. Porro ſi quibus clericis cujuſque vel provinciæ, vel civitatis, idcirco, quod recte ſaperent, a Neſtorio, ejuſque ſociis ſacerdotium abrogatum eſt, juſtum, & æquum eſſe cenſuimus, ut his etiam ſuus gradus reſtituatur. Communiter autem, & in genere jubemus, ut ii, qui cum orthodoxo, & generali concilio clerici ſentiunt, nullo modo prorſus iis, qui defecerunt, vel deficiunt Epiſcopis obnoxii, & ſubditi ſint. *Epheſ. cap. 1. & 3.*

CAPUT III.

15. q. 6. c. 4. Nos ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos, qui excommunicatis, fidelitate, aut ſacramento conſtricti ſunt, Apoſtolica auctoritate a juramento* abſolvimus, & ne ſibi fidelitatem obſervent, omnibus modis prohibemus. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann. 5. c. 2. Tarrac. lib. 6. c. 44.*

** ſacramento.*

CAPUT IV.

9. q. 1. c. 5. Ordinationes, quæ ab hæreſiarchis nominatim excommunicatis (*loquitur de Guiberto quodam*) factæ ſunt, & ab eis, qui Catholicorum adhuc viventium Epiſcoporum ſedes invaſerunt, irritas eſſe judicamus. *Synod. Placent. ſub Urban. II. cap. 9.*

CAPUT V.

3. q. 4. c. 7. Omnes, quos ſanctorum Patrum ſtatuta, tam præteritis, quam futuris temporibus anathematizant, ſubmovemus, & ab omni accuſatione fidelium alienamus. *Fabian. ep. 1. in med. Anſelm. lib. 3. c. 17.*

CAPUT VI.

6. q. 1. c. 3. Illi, qui illa peccata perpetrant, de quibus *Galat. 5. d.* Apoſtolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur*; valde cavendi ſunt, &c. *1. Cor. 5.* Similiter & illi, de quibus ipſe ait: *Cum hujuſcemodi hominibus, nec cibum ſumere*, quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris Eccleſię redintegrentur quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. *Fabian. epiſt. 2. poſt med.*

CAPUT VII.

6. q. 1. c. 17. Omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos, infames eſſe dicimus. *Steph. ep. 1. poſt med. Burch. lib. 1. c. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 24. panorm. & part. 5. c. 291. decret. Anſelm. lib. 3. c. 5.*

CAPUT VIII.

3. q. 4. c. 6. Nullus anathema ſuſcipiatur (*in accuſatione*) nec a quoquam credatur, quæ ab eis, vel dicuntur, vel conſcribuntur. *Steph. epiſt. 2. cap. 3. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 18. panorm. & part. 6. c. 327. decret.*

CAPUT IX.

2. q. 7. c. 4. Eſt a ſanctis prædeceſſoribus noſtris plerumque jam ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione. *Xyſt. II. ep. 2. in fin. Jul. ep. 2. in fin.*

CAPUT X.

Quibus regnum Dei excluditur, proculdubio & Eccleſia denegatur, de quibus Dominus in Evangelio poteſtatem Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum annuntians, ait: *Quorum dimiſeritis peccata, dimittuntur eis, & quorum alligaveritis, alligata erunt*: id eſt, quibus Eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis & janua regni cæleſtis clauſa erit. *Eutychian. ep. 2. ante med.* *Matt. 18. Joann. 20.*

CAPUT XI.

Excommunicati accuſare non poſſunt. *Eutychian. ep. 2. in med. Fœlix II. epiſt. 1. c. 15. Ivo part. 6. c. 333. decret.*

CAPUT XII.

2. q. 7. c. 4. Eſt inſuper in prædicta ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione. *Jul. ep. 2. in fin.*

CAPUT XIII.

24. q. 1. c. 37. Miramur quomodo excommunicati ad judicandum recepti ſint, cum ſecundum Apoſtolicos canones, ſine commendatitiis litteris in communione ſola recipi prohibeantur. Abſurdum etenim eſt, ut cui non licet communicare, juxta ſacras regulas communicare, liceat penes vos etiam de majoribus judicare. *Nicol. ep. ad Michael. Imp. ante med.*

CAPUT XIV.

Quod cum excommunicatis ab illo (*Pontifice Maximo*) inter cætera nec in eadem domo debeamus manere. *Gr. VII. lib. 2. regiſtr. in dictato.*

CAPUT XV.

Secundum inſtituta ſeniorum, ſi a communione, ſacerdotali fuerit auctoritate ſuſpenſus Epiſcopus, hunc non ſolum a clericorum, ſed etiam a totius populi colloquio, atque convivio placuit excludi, donec reſipiſcens ad ſanitatem redire feſtinet. *Arelat. II. c. 30.*

CAPUT XVI.

4. q. 1. c. 1. Definimus. Excommunicatus ad accuſandum non recipiatur, ſive clericus, ſive laicus ſit. *Carth. c. 129. G. Carth. VII. c. 1. L. Afric. c. 95. vide CP. c. 6. & concil. apud S. Medard. in accuſatione Hincmari. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 19. panorm. & part. 14. c. 69. decret. Anſelm. lib. 3. c. 118.*

CAPUT XVII.

In Eccleſiam non debet (*excommunicatus*) intrare, nec cum illo Chriſtianus cibum, vel potum ſumere, nec ejus munera accipere debet, vel oſculum porrigere, nec in oratione ſe jungere, nec ſalutare, antequam ab Epiſcopo ſuo fuerit reconciliatus, &c. *Vern. c. 9.*

CAPUT XVIII.

Poſtquam tales excommunicati fuerint, & in vicinis locis publice denuntiati, ſacerdos, qui coram eis celebraverit, ſimili pœna puniatur. *Concil.*

cil. German. coram Conrado Card. c. 7. in fin.

TITULUS VI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA APOSTATAS, ET CONTRA EOS, QUI IDOLOLATRARUM CERIMONIAS SERVANT, AUT ILLIS FAVENT.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. IV. & Lib. XI. Tit. III. & in Part. II. Lib. XVII. Tit. II. quibus adde:

CAPUT I.

* *brumam, ſ. vel brumaſia.* 16. *q.* 7. *c.* 14.

SI quis Calendas Januarias, & broma * colere præſumpſerit, aut menſas cum dapibus in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantationes & choros ducere, anathema ſit. *Zachar. in ſyn. Rom. c. 9. Burch. lib. 10. c. 16. Ivo part. 11. c. 43. decret.*

CAPUT II.

Si qui ſacerdotibus idolorum filias junxerint, nec in finem accipiant communionem. *Eliber. cap. 17.*

CAPUT III.

Puellæ fideles, quæ gentilibus junguntur, aliquanto tempore a communione ſeparentur. *Arelat. I. c. 11.*

CAPUT IV.

Eos ab Eccleſia ſancta repellant paſtores, atque presbyteri, nec participare ſancto altario permittant, qui gentilium obſervationes cuſtodiunt. *Turon. II. c. 23.*

TITULUS VII.

ANATHEMATA CONTRA HÆRETICOS.

Vide in Part. I. Lib. XI. a Tit. XXIV. ad LII. & maxime Tit. LIII.

TITULUS VIII.

DE HÆRETICIS ETIAM POST MORTEM ANATHEMATIZANDIS.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. XI.

TITULUS IX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI HÆRETICIS ALIQUO MODO FAVENT.

CAPUT I.

* *Allegeſio, al.*
De hæret. c. 8. apud Greg. IX. & c. 6. eod. tit. in 1. coll.
* *Patarenos.*

QUia in Gaſconia, Albigeſio *, & partibus Toloſanis, & aliis locis, ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patrinos *, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perverſitas, ut jam non in occulto, ſicut aliqui, nequitiam ſuam exerceant, ſed ſuum errorem publice manifeſtent, & ad ſuum conſenſum ſimplices attrahant, & infirmos: eos, & defenſores eorum, & receptores anathemati decernimus ſubjacere, & ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra ſua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub alia quacumque occaſione aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam. De Brebantionibus, & Arrogenum * Navarris, Vaſculis, Coterellis, & Triaverdinis, qui tantam in Chriſtianos inhumanitatem exercent, ut nec Eccleſiis, nec monaſteriis

c. 7. in 1. coll de hæret.
* *Aragonenſibus, al.*

deferant, &c. conſtituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint, per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis ſolemnibus diebus excommunicati per Eccleſias publice denuntientur, & eadem omnino ſententia, & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti, nec ad communionem recipiantur Eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abjuratis. Relaxatos autem ſe noverint a debito fidelitatis, & hominii, ac totius obſequii, quicumque illis aliquo peccato * tenentur obnoxii, &c. illis autem, qui admonitioni Epiſcoporum in hujuſmodi parte parere contempſerint, a perceptione corporis & ſanguinis Domini jubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore ad eos expugnandum laborem juſtum aſſumpſerint, ſub Eccleſiæ defenſione recipimus, &c. Si quiſpiam præſumpſerit eos moleſtare, per Epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur, & tamdiu ſententia ſervetur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congrue iterum ſatisfaciat. *Alex. III. in concil. Later. c. 27.*

* *pacto.*

CAPUT II.

De hæret. c. 13. Excommunicamus, apud Greg. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Si dominus temporalis requiſitus, & monitus ab Eccleſia terram ſuam purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per Metropolitanum, & cæteros comprovinciales Epiſcopos, excommunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo Pontifici, ut ex tunc ipſe vaſſallos ab ejus fidelitate denuntiet abſolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, &c. Credentes vero, præterea receptores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubjacere, firmiter ſtatuentes, ut ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo jure ſit factus infamis, &c. Si qui autem tales, poſtquam ab Eccleſia denotati fuerint, evitare contempſerint, excommunicationis ſententia, uſque ad ſatisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant hujuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas, aut oblationes eorum accipiant, alioquin ſuo priventur officio, ad quod numquam reſtituantur abſque indulto Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 3.*

CAPUT III.

Si quis ſecundũ ſceleroſos hæreticos, quocumque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos removens illicite, quos poſuerunt firmius ſancti catholicæ eccleſiæ Patres, id eſt, ſanctæ, & univerſales quinque ſynodi, novitates temere exquire, & fidei alterius expoſitiones, aut typos, vel leges, aut definitiones, aut libellos, vel epiſtulas, aut conſcripta, &c. & compendioſe, ſi quid aliud impiiſſimis hæreticis conſuetum eſt agere, per diabolicam operationem tortuoſe, & callide agit contra pias orthodoxorum catholicæ eccleſiæ, hoc eſt dicere, paternas ejus, & ſynodales prædicationes, ad everſionem ſinceriſſimæ in Dominum Deum noſtrum confeſſionis, & uſque in finem ſine pœnitentia permanet; hæc impie

agens

agens hujuſmodi in ſæcula ſæculorum condemnatus ſit. *Lateran. ſub Martino cap.* 20.

CAPUT IV.

De multis Epiſcopis Orientis, qui communione fuerunt privati, quia cum hæreticis communicarunt. *Gelaſ. ad Epiſcopos Orientis, ubi multa de hac re.*

CAPUT V.

Aſſume medelam medicinæ, ſimul accingere auctoritate juſtitiæ: & ſic circa ſimplices humanitate mollire, ut in hæreticorum contagione perdurantes, aut eos, qui innocentiam ſimulant, & cum noſtris ſola voce conſentiunt, ab iis, quibus pro Eccleſiæ redintegratione conſulitur, & providetur, excludantur. Nec enim expedit circa eos Eccleſiaſticam temperare cenſuram. *Hormiſda epiſt. 6. ad Epiphanium Epiſcopum CP. in med.*

CAPUT VI.

Petri Abaelardi perverſa dogmata ſanctorum canonum auctoritate, cum ſuo auctore damnamus, &c. Univerſos quoque erroris ſui ſectatores, & defenſores a fidelium conſortio ſequeſtrandos, & excommunicationis vinculo innodandos eſſe cenſemus. *Innoc. II. in epiſt. ad Sampſonem Archiepiſcopum Remen. & ad alios.*

CAPUT VII.

Qui filias hæreticis, vel Judæis tradunt, abſtineant per quinquennium. *Elib. cap.* 16.

CAPUT VIII.

Excommunicentur ad tempus clerici, qui adeunt cœmeteria, & martyria hæreticorum orationis, & ſanctitatis cauſſa. Sed pœnitentes, & confeſſi recipiantur. *Laod. cap.* 9.

CAPUT IX.

Qui relictis martyribus Chriſti, accedit ad pſeudomartyres hæreticorum anathema ſit. *Laod. cap.* 34.

CAPUT X.

De hæret. c. 5. Greg. IX. c. 8. eod. tit. in 1. coll.

Anathema Epiſcopo dicatur, etiam mortuo, & nomen ejus a ſacerdotibus non ſuſcipiatur, qui reliquit hæredes etiam propinquos hæreticos, vel gentiles, etiam ab inteſtato. *Carth. cap.* 82. *G. Afric. cap.* 48. *L.*

CAPUT XI.

Admonitus Epiſcopus, ut ſuæ matricis curam habeat contra hæreticos, niſi intra ſex menſes reſipuerit, communione privetur, donec faciat. *Carthag. c.* 124. *G. Milev. c.* 25. *L. Afric. c.* 90. *L.*

CAPUT XII.

Excommunicantur ii, qui cum Priſcillianiſtis communicant, eiſque non obſiſtunt. *Bracar. I. in fin.*

CAPUT XIII.

Excommunicetur orthodoxus, qui hæreticam duxerit; & orthodoxa, quæ hæretico nupſerit. *Trull. cap.* 72.

TITULUS X.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NOVUM SYMBOLUM COMPONUNT.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. I.

TITULUS XI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI SERVANT CEREMONIAS JUDÆORUM AUT CUM EIS CONJUNCTISSIME VIVUNT, AUT QUOMODOCUMQUE EIS FAVENT IN REBUS PROHIBITIS.

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. VII. IX. & XI. & Lib. VIII. Tit. V. quibus adde:

CAPUT I.

De Judæis, c. 5. Gr. IX. eod. tit. De teſtib. c. 26. ap. Greg. IX.

EXcommunicentur, qui cum Judæis, aut Saracenis præſumpſerint habitare. Teſtimonium quoque Chriſtianorum adverſus Judæos, &c. recipiendum eſſe cenſemus, & anathemate decernimus feriendos, quicumque Judæos chriſtianis voluerint in hac parte præferre, &c. Si qui convertuntur ad fidem, &c. principibus, vel poteſtatibus eorum locorum ſub pœna excommunicationis injungimus, ut portionem hæreditatis & bonorum ſuorum, ex integro eis faciant exhiberi. *Alex. III. in concil. Lateran. cap.* 26.

CAPUT II.

De uſur. c. 18. Quanto, ap. Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.

Chriſtiani, ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur, a Judæorum, qui graves, & immoderatas uſuras extorquent, commerciis abſtinere. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 67.

CAPUT III.

Judæi, donec uſuras cruce ſignatorum remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino commercio denegetur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

CAPUT IV.

Si quis chriſtianus filiam ſuam Judæo in conjugio copulare præſumpſerit, niſi perfecte crediderit Chriſto, & baptizatus fuerit; vel ſervum, aut ancillam eidem Judæo chriſtianus venundare præſumpſerit; & ſi vidua Chriſtiana Judæum duxerit virum, vel conſentientibus ei, anathema ſit. *Zachar. in ſynod. Roman. cap.* 10.

CAPUT V.

17. q. 4. c. Conſtituit. 3.

Judices provinciarum cum ſacerdotibus, Judæorum ſubreptiones fraudulenter relictas ſuſpendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hoc permiſerit, velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur. *Tolet. IV. cap.* 64. *Ivo part.* 13. *cap.* 97. *decret.*

CAPUT VI.

Excommunicetur, qui carnem ad altare offert judaico more ſacerdoti, &c. *Tullen. cap.* 100.

CAPUT VII.

Si ſeu Chriſtiano Judæa, ſive Judæo Chriſtiana mulier carnali conſortio miſceatur; quique horum tantum nefas admiſiſſe noſcuntur, a Chriſtiano cœtu, atque convivio, & a communione Eccleſiæ protinus ſegregentur. *Melden. cap.* 73. *ubi multa de hac re ex aliis conciliis.*

TITULUS XII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI FAVENT SARACENIS, AUT PIRATIS.

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. XXI. & Lib. IX. Cap. XI.

TI-

TITULUS XIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA SCHISMATICOS, ET CONTRA EOS, QUI PONTIFICI MAXIMO, ET ALIIS EPISCOPIS SUPERBE RESISTUNT.

Vide in Part. I. Lib. XI. Tit. LIV. quibus adde:

CAPUT I.

QUoniam apparuit Photium poſt prolatam contra ſe juſtiſſimam ſententiam, accuſationes, & crimina contra beatiſſimum Papam Nicolaum commoviſſe, & anathema procaciter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei ſæpe promulgaſſe, &c. Anathematizamus quidem primitus prædictum Photium propter hujuſmodi cauſſam, &c. *Synod. Gener. VIII. ſub Hadrian. II. cap. 6. vid. epiſt. encyclicam action.* 10.

CAPUT II.

Eccleſ. 11. 2. Joann. 8. Divina manifeſte clamante ſcriptura: *ante examinationem ne vituperes: & intellige primum, & tunc increpa:* & numquid lex noſtra judicat hominem, niſi prius audierit ab eo, & cognoverit, quid faciat? juſte, ac congruenter, & hæc ſancta, & univerſalis ſynodus definivit, & ſtatuit, quod nullus laicorum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum ante diligentem examinationem, & ſynodicam ſententiam a communione ſe ſeparet proprii Patriarchæ, licet criminalem quamlibet cauſſam ejus ſe noſſe prætendat: ſed neque recuſet nomen ipſius referre inter divina myſteria, vel officia. Similiter autem Epiſcopos, & presbyteros, qui in terris, civitatibus, & regionibus ſunt erga proprios Metropolitas effectare * mandamus, quod etiam circa Patriarcham ſuum facere Metropolitas oportet. Si vero quis adverſus hanc ſanctam ſynodum deprehenſus fuerit agere, ſi quidem Epiſcopus, aut clericus eſt, ab omni ſacerdotali operatione decidat, & honore; monachus autem, aut laicus ſegregetur ab omni Eccleſiaſtica communione, atque collegio, quouſque converſus per pœnitentiam recipiatur. *Synod. Gener. VIII. ſub Hadrian. II. cap.* 10.

** effectuare, ſ.*

CAPUT III.

Vid. diſt. 22. cap. ult. Si quis aliqua poteſtate fruens, vel potens pellere temptaverit Apoſtolicæ cathedræ Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam anathema ſit. *Synod. VIII. gener. ſub Hadrian. II. cap.* 21. *Anſelm. lib.* 2. *cap.* 72.

CAPUT IV.

Photium, qui licet ſit a deceſſore meo, & a nobis pro criminibus ante patratis jure damnatus, & anathematizatus: nunc tamen quia recentioribus exceſſibus priores iniquitates tranſcendit, & ponens in cælum os ſuum adverſus veneranda ſedis Apoſtolicæ privilegia nova temeritate prorupit, cui reſiſtere minime formidavit; Apoſtolicæ auctoritatis cenſura iterato damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viva voce, ac propria Apoſtolicæ ſedi in omnibus obedire ſpoponderit, & profanum conciliabulum a ſe Conſtantinopoli celebratum damnaverit, laicæ communionis gratiam non negamus. *Hadrian. II. in ſynod. Roman. cap. 2. apud ſynod. gener. VIII. ſub eodem Hadrian. act.* 2.

CAPUT V.

Si presbyter, diaconus, clericus relinquat ſine licentia ſui Epiſcopi ſuam parœciam, in alia non miniſtret *. Si ab Epiſcopo revocetur, & contempſerit, ut laicus communicet. *Apoſt. cap.* 15. Si ab ullo Epiſcopo neglecta hac pœna contumaciæ, ut clericus accipiatur; Epiſcopus excommunicetur, uti magiſter inobedientiæ. *Apoſt. cap. 16. vide Antioch. cap.* 3.

** celebret.*

CAPUT VI.

Si quis legationem veſtram impedit, non unius; ſed multorum profectum avertit, &c. Et quia Dei cauſſam impedit, & ſtatum conturbat eccleſiæ, ideo ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis eſt cavendus, & non in communione fidelium uſque ad ſatisfactionem recipiendus. Eſt enim ſtatutum olim, ut qui ſtatum conturbat eccleſiæ, ab ejus liminibus arceatur, ne cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. *Alex. epiſt. 2. in princ. Tribur. cap. 9. Burch. lib. 15. cap. 37. Ivo part. 16. c. 38. decr.* *Diſt. 94. c. 2.*

CAPUT VII.

In ipſis epiſtulis, vel libellis anathematis vinculo ſe, & ſucceſſores (*Epiſcopi Conſtantinopolitani*) conſtrinxerunt, ſi unquam aliquid contra (*Pontifices Romanos*) præſumpſiſſent; aut contra Apoſtolicam, vel ullius alterius Epiſcopi ſedem quidquam adverſi quoquomodo eſſent moliti; idcirco eos, non eſt neceſſe excommunicare, aut anathematizare, quia ipſi anathematis vinculo propriis manibus profeſſiones ſuas, ſuaque ſcripta roborando conſtrinxerunt. Sciat ſe tamen & ipſe Joannes, niſi errorem ſuum cito correxerit, a nobis excommunicandum fore, & Apoſtolicæ ſedis, atque omnium ſanctorum Epiſcoporum communione carere. Univerſalitatis quoque nomen, quod ſibi illicite uſurpavit, nolite attendere, nec vocatione ejus ad ſynodum, abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ unquam venire, ſi Apoſtolicæ ſedis, & cæterorum Epiſcoporum communione vultis frui. *Pelag. II. epiſt. 2. poſt princ.*

CAPUT VIII.

Nam & hoc inquiſiſti, quid faciendum ſit de excommunicato Epiſcopo, & Apoſtolicam auctoritatem negligente. Hic deteſtabilis eſt coram Deo, & hominibus, cui condemnato incondemnatus non communicabit, ipſi enim condemnabuntur, &c. *Zachar. ep. 1. in fin.*

CAPUT IX.

Si quis presbyter damnatus ſit, ad vicinos Epiſcopos erat, ut ipſi de cauſſa cognoſcant, & per eos ſuo Epiſcopo reconcilietur. Si id nolit facere, ſed ſe ſuperbe ab Epiſcopi communione ſeparet, & ſchiſma cum aliquibus faciat, & ſacra miniſtret, anathema habeatur, & ſuum locum perdat. Sed videatur, ne contra Epiſcopum juſtam querelam habeat. *Carth. cap. 10. 11. G. Carth. II. cap. 8. L. Vorm. c. 65. Capitul. lib. 1. c. 37. Burch. lib. 2. c. 194. Ivo part. 6. cap. 239. decret. Anſelm. lib. 12. c.* 33. *11. q. 3. c. 5.*

CAPUT X.

2. q. 6. c. 19. Quiſquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet, donec obtemperet. *Milevit. c. 24. Afric. c. 89. Carth. G. c. 123. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 8. panorm. & part. 6. c. 365. decret.*

TITULUS XIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA AUGURES, ET ARIOLOS, ET CONTRA EOS, QUI HUJUSMODI HOMINES CONSULUNT.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. IV. & V.

TITULUS XV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI REBAPTIZANT, AUT REBAPTIZANDI OPUS BONUM ESSE CREDUNT, AUT EXTRA TEMPORA CONSTITUTA BAPTIZANT.

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. XXVII. quibus adde:

CAPUT I.

De bapt. c. ult. ap. Greg. IX. c. 1. eod. tit. in 2. coll. POſtquam Græcorum eccleſia cum quibuſdam complicibus, & fautoribus ſuis ab obedientia ſedis Apoſtolicæ ſe ſubtraxit, in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum, impie committebant, ſi quando ſacerdotes latini ſuper eorum celebraſſent altaria, non prius ipſi ſacrificabant in ipſis, quam ea, tanquam per hoc inquinata, laviſſent. Baptizatos etiam a Latinis ipſi Græci rebaptizare auſu temerario præſumebant, &c. Si quis tale quid præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus ab omni officio, & beneficio eccleſiaſtico deponatur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 4.*

CAPUT II.

Cum rebaptizatis fideles religioſi, nec in cibo participent. *Ilerd. c. 14.*

CAPUT III.

Non licet abſque paſchæ ſolemnitate ullo tempore baptizare, niſi illos, quibus mors vicina eſt, quos grabatarios dicunt. Quod ſi quis in alio pago, contumacia faciente, poſt interdictum hoc, infantes ſuos ad baptiſmum detulerit in eccleſias noſtras, non recipiantur. Et quicumque presbyter ipſos extra noſtrum permiſſum recipere præſumpſerit, tribus menſibus a communione eccleſiæ ſequeſtratus ſit. *Antiſiod. c. 18.*

TITULUS XVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI IN REBUS AD MISSÆ, VEL ALIORUM DIVINORUM OFFICIORUM CELEBRATIONEM PERTINENTIBUS GRAVITER PECCANT.

Vide in Part. I. Lib. XII. pars poſt. Tit. IV. & XIX. & Lib. VII. Tit. IX. quibus adde:

CAPUT I.

De conſ. diſt. 1. c. Nullus, 57. EPiſcopus, aut presbyter, dum ingreſſus fuerit ad miſſarum ſolemnia celebranda, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab alio Epiſcopo, aut presbytero ſuppleantur miſſarum ſolemnia; ſed qui initium ponit, ſuppleat uſque ad finem, &c. Si quis vero præſumpſerit, præter quod poſuimus, agere, a ſacro corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit ſuſpenſus. *Zachar. in ſyn. Rom. c. 14. Burch. lib. 3. cap. 230. Ivo part. 3. c. 271. decret.*

CAPUT II.

Si quis acceptam a ſacerdote Euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur. *Tolet. I. cap. 14.*

CAPUT III.

Sacerdote verbum faciente in eccleſia, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. *Carthag. IV. cap. 24. L. Burchard. lib. 2. cap. 66. Ivo part. 6. cap. 162. decret. Capitul. lib. 7. c. 186. in addit.* *De conſ. diſt. 1. cap. 62.*

CAPUT IV.

Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis privatus excommunicetur. *Carth. IV. c. 49. Cæſar. lib. 4. c. 112.* *Diſt. 91. c. 3.*

CAPUT V.

Clerici, ſi qui in feſtivitatibus quæ maximæ habentur in oratoriis, niſi jubente, aut permittente Epiſcopo, miſſas facere, aut tenere voluerint, a communione pellantur. *Agath. cap. 21. Ivo part. 4. c. 9. decr.* *De conſ. diſt. 1. c. Si quis, 34.*

CAPUT VI.

Omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur, tam panis, quam vini, &c. Qui per inobedientiam evacuare contendunt, anathemate percellantur. *Matiſc. II. c. 4. Burch. lib. 5. c. 24. Ivo part. 2. c. 34. decret.*

CAPUT VII.

Clericus, quem intra muros civitatis ſuæ manere conſtiterit, & matutinis hymnis ſine probabili excuſatione ægritudinis inventus fuerit defuiſſe, ſeptem diebus a communione habeatur extraneus. *Venet. c. 14.*

CAPUT VIII.

Excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint auſi. *Tolet. IV. c. 12.*

CAPUT IX.

Si quis poſt cibum, vel potum miſſas fecerit, vel non perfecerit, ſine magna moleſtia, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit. *Tolet. VII. cap. 2. Burch. lib. 3. c. 70. Ivo part. 3. cap. 124. decret.* *7. q. 1. c. Nihil, 16.*

CAPUT X.

Sicut in aliis eccleſiis veſpertino tempore poſt lumen oblatum primus dicitur veſpertinum, quam ſonum in diebus feſtis, ita & a nobis cuſtodiatur in eccleſiis noſtris. Si quis hunc ordinem minime cuſtodierit in ſua eccleſia, cunctoſque ad ſe pertinentes non inſtruxerit, ut bonum hujus operis agant, dum talis ad Metropolitani pervenerit aures, & res fuerit convicta, excommunicationis ſe noverit feriri ſententia. *Emerit. c. 2.*

CAPUT XI.

Salubri deliberatione cenſemus, ut per ſingulas quaſque eccleſias, in quibus presbyter juſſus fuerit per ſui Epiſcopi ordinationem præeſſe, per ſingulos dies dominicos ſacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis eccleſiis videntur, aut viſi ſunt contuliſſe,

liſſe, ſi viventes in corpore ſunt, ante altare recitentur tempore miſſæ, quod ſi ab hac diſceſſerunt, aut diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine. Si quis hanc inſtitutionem presbyter implere neglexerit, dum talis cauſſa per quemlibet ad aures ſui Epiſcopi pervenerit, presbyter ille excommunicationis ſententia feriendus erit. *Emerit. cap.* 19.

CAPUT XII.

Pontifices uniuſcujuſque provinciæ, rectoreſque eundem in pſallendo teneant modum, quem in metropolitana ſede cognoverint inſtitutum, &c. Quiſquis horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus communione privatus apud Metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura permaneat corrigendus. *Tolet. XI. c.* 3.

CAPUT XIII.

Diſt. 23. *c.* Eccleſiaſtica, 9. Presbyter in miſſa utitur orario ſuper utrumque humerum, &c. Si quis aliter egerit, excommunicationi debitæ ſubjaceat. *Brach. III. c.* 13.

CAPUT XIV.

26. *q.* 5. *c.* Quicumque, 13. Plerique ſacerdotum miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud niſi ut is, pro quo ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis interventu, mortis, ac perditionis incurrat periculum, &c. Obinde noſtræ elegit unanimitatis conventus, ut ſi quis ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, a proprio deponatur gradu, & tam ipſe ſacerdos, quam etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilii perpetui ergaſtulo religati, excepto in ſupremo vitæ curriculo, cunctis vitæ ſuæ diebus ſacræ communionis eis denegetur perceptio. *Tolet. XVII. c.* 5.

TITULUS XVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NON VENERANTUR RES SANCTAS, UT OPORTET.

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. V. & Lib. XI. Tit. IX. part. I.

CAPUT I.

COmmunio corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſi negligenter erogetur, & presbyter miniſtra non curat admonere officia, gravi anathemate, & digna humiliationis plaga puniatur, &c. *Clem. epiſt.* 2. *in princ. vide Antiſiod. cap.* 12. *&* 13.

CAPUT II.

Cuſtodite diem dominicum, &c. Si quis veſtrum hanc ſalubrem exhortationem parvipenderit, &c. ſi cauſſidicus fuerit, irreparabiliter cauſſam amittet, &c. ſi clericus, aut monachus, menſibus ſex a conſortio ſuſpendatur fratrum. *Matiſc. II. c.* 1.

CAPUT III.

Si in eccleſia, vel intra atrium ipſius aliquod ſcandalum, vel cædes ſequatur, vel aliquis cum armis ingrediatur, ab Epiſcopo juxta ſtatuta canonum, communione privetur. *Cabil. c.* 17.

CAPUT IV.

Fœminæ, quæ in dedicatione baſilicarum, vel in feſtivitatibus martyrum turpia cantant, excommunicari debent. *Cabil. c.* 19.

CAPUT V.

Nullo pacto in oratoria domo intra ædes (*privatas*) baptiſma præſtetur; ſed in eccleſia. Quis contra fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c.* 59.

CAPUT VI.

Qui intra ſacra ſepta tabernam, vel venditiones exercet, excommunicetur. *Trull. cap.* 77.

CAPUT VII.

Si quis poſt ſanctæ Chriſti nativitatis diem ſimilam coxerit, honoris ſcilicet prætextu ſecundinarum impollutæ Virginis Matris; ſi ſit quidem clericus deponatur, ſi vero laicus, excommunicetur. *Trull. cap.* 80.

CAPUT VIII.

Sacerdos, qui non ſentienti, neque pœnitenti auſu temerario pœnitentiam dederit, neque ſe exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, vel manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus ſignificationibus invitatum fuiſſe probaverit, unius anni excommunicationis ſententiæ ſubjacebit. *Tolet. XII. cap.* 2.

CAPUT IX.

Non tantum de ſacris miniſteriis, ſed etiam de univerſis eccleſiæ ornamentis nihil unuſquiſque ſacerdotum pro ſuis uſibus, vel voluptatibus confringere, vendere, aut naufragare pertemptet. Si quis vero ſacerdotum hoc noſtrum violare attemptaverit inſtitutum, ſecundum priſca canonum inſtituta, honoris proprii ordinem amittat, & ut ſacrilegus perenni infamia denotatus a ſacræ communionis perceptione, excepto in ſupremo temporis curſu, omnibus diebus vitæ ſuæ maneat alienus. *Tolet. XVII. cap.* 4.

CAPUT X.

Dies quoque octo ſacroſanctæ paſchalis feſtivitatis omnibus chriſtianis feriatos eſſe decernimus ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynæcio, cœmentario, pictorio, &c. quatenus eiſdem diebus tanto licentius quanto liberius omnibus chriſtianis ſanctæ reſurrectionis laudibus, & ſacroſanctæ prædicationi jugiter inſiſtere liceat. Quod ſi quis temerare præſumpſerit, excommunicetur. *Malden. cap.* 77.

TITULUS XVIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI ORDINES CONFERUNT, AUT SUSCIPIUNT, CONTRA ECCLESIÆ DECRETA.

CAPUT I.

VOlumus ſynodum congregare, atque in ea omnia, quæ ſanctis canonibus ſunt adverſa, diſtricte ſub anathematis interpoſitione damnentur: id eſt, ut neque ex laico habitu quiſquam repente ad locum ſacri regiminis pervenire præſumat, &c. *Gregor. ad Ætherium Lugdun. Epiſcop. lib.* 7. *regiſtr. epiſt.* 550. *cap.* 4. *al. epiſt.* 108.

CAPUT II.

Synodum fieri veſtra juſſio conſtituat ubi præſente dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco Abbate ſub diſtrictis anathematis interpoſitione debeat in-

Digitized by Google

interdici, ne ullos ex laico habitu ſubito ad Epiſcopatus gradum audeat accedere. *Greg. ad Brunichild. Regin. lib. 7. regiſtr. epiſt. 113. cap. 3.*

CAPUT III.

Si quis cognitis geſtis Nicæni concilii (*de ordinandis clericis*) aliud, quam ſtatutum eſt, facere præſumpſerit, & non in eo perſeverandum putaverit, hic excommunicatus habeatur; niſi per correptionem fratrum emendaverit errorem. *Tolet. I. in princ.*

TITULUS XIX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA PERJUROS, BLASPHEMOS, ET CONTRA EOS, QUI ALIOS AD PERJURIUM COHORTANTUR.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VI. part. II. potiſſimum, & Tit. VII. quibus adde:

CAPUT I.

EST quorumdam ſæcularium, & quod pejus eſt, ſacerdotum improbanda ſatis obſtinatio, ut fidem ſuis principibus ſub juramento promiſſam obſervare contemnant, & verborum fuco, juramenti obnubilant promiſſionem. Unde quia Sisbertus Toletanæ ſedis Epiſcopus talibus machinationibus denotatus repertus eſt, pro eo quod ſereniſſimum Dominum noſtrum Egicanem Regem non tantum regno privare, ſed interimere definivit; per decreti noſtri definitionem jam eo loco, & honore privatus exiſtit, &c. Qui inventus fuerit talia feciſſe, & vivente Principe in alium intendiſſe Regem futurum, a conventu catholicorum excommunicationis ſententia repellatur; honore, & loco pulſus, & omnibus rebus exutus perpetuo exilio maneat religatus; in finem vitæ tantum accipiat communionem; niſi prius indulgentiam Regis mereatur. *Tolet. XVI. cap. 9. & in decreto judicii.*

CAPUT II.

22. q. 1. c. ult. Si quis perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato timens pœnitentiam longam, ad confeſſionem venire noluerit; ab eccleſia repellendus eſt, ſive a communione, & conſortio fidelium: ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo ſua eum recipiat. *Theodulph. ad presbyter. Aurel. cap. 26. Burch. lib. 12. cap. 24. Ivo part. 12. cap. 71. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 65.*

TITULUS XX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA SIMONIACOS.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VIII. quibus adde:

CAPUT I.

16. q. 1. c. 64. Prædicator. EPiſcopus a ſuis Epiſcopis, clericis, vel monachis non exigat aurum, vel argentum, vel aliquam ſpeciem, &c. Si quis igitur ob eas res prohibeat quem miniſterio, vel excommunicet aliquem clericum, vel claudat templum, ne fiant ibi ſacra myſteria Dei, pari pœna puniatur, ut contraveniens mandatis Dei. *VII. ſynod. gener. Nicæn. II. cap. 4.*

CAPUT II.

Arnulphum Cremonenſem, publice coram noſtra præſentia convictum, & confitentem ſe ſimoniacum ab omni Epiſcopali officio abſque ſpe reparationis deponimus, & uſque ad dignam ſatisfactionem anathemate percutimus. *Greg. VII. in concil. Roman. anni 5.*

TITULUS XXI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI RES SACRAS, AUT ECCLESIASTICAS SURRIPIUNT.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XXII. & XXXIII. Lib. XVII. Tit. IX. maxime part. II. quibus adde:

CAPUT I.

SInt omnia in poteſtate Præſulis eccleſiæ, quæcumque intra triginta annorum ſpatium ab 16. q. 3. c. Placuit, 9.
eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ſæcularium contra præſentem definitionem egerit, tanquam ſacrilegus judicetur, & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria privilegia, ſeu res reſtituerit, & reſervaverit, anathema ſit. *Synod. VIII. gener. CP. ſub Hadrian. II. cap. 18. Anſelm. lib. 4. cap. 30. Ivo epiſt. 71. ad Belvacen. Decanum.*

CAPUT II.

Quicumque oblitus Dei, & decreti hujus immemor, cujus Romanæ civitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus devinciri, in conſtitutum præſens committens, quidquam de jure titulorum, vel eccleſiæ ſuperius præfatæ quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas; veſtes quoque, ſi ſunt, vel ſi acceſſerint, aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat ſub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione mulctetur. Præterea, qui petierit, aut acceperit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, ſeu defenſorum danti ſubſcripſerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur. *Synod. Roman. III. ſub Symmach. cap. 6. & 7.* 17. q. 4. c. 1.

CAPUT III.

Eccleſias cum bonis ſuis, tam perſonis, quam poſſeſſionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque converſos, oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & poſtquam facinus ſuum recognoverit, infra triginta dierum ſpatium competenter non emendaverit, a liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur. *Urban. II. in concil. incert. cap. 1. Calliſt. II. in concil. Roman. cap. 19.* 24. q. 3. c. Paternarū, 24.

CAPUT IV.

Ad hoc ſanctæ Romanæ eccleſiæ poſſeſſiones quietas ſervare per Dei gratiam cupientes præcipimus, & ſub diſtrictione anathematis interdicimus, ne aliqua militaris perſona Beneventanam beati Petri civitatem præſumat invadere, aut violenter tenere. Si quis aliter præſumpſerit, anathematis vinculo teneatur. *Calliſt. II. in ſynod. Roman. cap. 8.*

CAPUT V.

Si presbyteri, vel clerici rem eccleſiæ vendere, aut donare præſumpſerint, venditio non valet, & de facultatibus ſuis indemnem eccleſiam red-

reddent, & communione priventur. *Agath. c.* 22.

CAPUT VI.

18. q. 2. c. 1. Hoc tantum. Si Epiſcopi uſurpare quidpiam de monaſterii rebus tentaverint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis, qui ſe deinceps nequaquam ſuſtulerint ab illicitis. *Tolet. IV. cap.* 50.

CAPUT VII.

Ut pervaſores rerum eccleſiaſticarum, qui eaſdem res, vel contra auctoritatem non ſolum retinere, verum & crudeliter populari noſcuntur; quidam etiam & facultates eccleſiæ in diverſa collaboratione, & redditibus eas expoliant; ſed & pauperes, atque vicinos, & circummanentes immiſericorditer expoliant, devaſtant, & opprimunt, ut rapaces, qui ſecundum Apoſtolum a regno Dei excluduntur, ex criminali, & publico peccato, publica pœnitentia ſatisfaciant. Quod ſi hoc agere noluerint, & poteſtate regia ad hoc exhortati, vel coacti non fuerint, proferatur contra eos Apoſtolica terribilis ſententia, qua dicitur: *Si quis frater nominatur, & eſt rapax, cum hujuſmodi nec cibum quiſquam præſumat ſumere*, &c. Quapropter ſecundum ſtatuta canonum, ab omni eccleſiaſtica communione, ut ſacrilegus debet arceri, donec ſtudeat digna ſatisfactione, quod admiſit, corrigere. *Melden. c.* 61. *Burch. lib.* 11. *cap.* 16.

1. Cor. 6.
1. Cor. 5.

TITULUS XXII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI INJUSSU EPISCOPI OBLATIONES ECCLESIÆ ACCIPIANT, AUT DISTRIBUANT.

Vide in Part. I. Lib. III. Tit. XXI. quibus adde:

CAPUT I.

16. q. 7. c. 11. Nullus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, ſive Præpoſitus, vel Decanus animarum curam, vel præbendas eccleſiæ ſine judicio, vel conſenſu Epiſcopi alicui tribuat; immo ſicut ſanctis canonibus conſtitutum eſt, animarum cura, & pecuniarum eccleſiaſticarum diſpenſatio in Epiſcopi judicio, & poteſtate permaneat. Si quis vero contra hæc facere, aut poteſtatem, quæ ad Epiſcopum pertinet, ſibi vendicare præſumpſerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur. *Calliſt. II. in concil. Roman. cap.* 7.

TITULUS XXIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI DECIMAS NON SOLVUNT, ET CONTRA CLERICOS QUI EAS LAICIS CONCEDUNT.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. IX. Lib. XV. Tit. XVI. quibus adde:

CAPUT I.

Ut ſecundum canonicam auctoritatem, & conſtitutionem Domini Imperatoris Ludovici, de agro eccleſiaſtico, & manſo, ac mancipiis, quæ ipſe ſuis capitulis conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus eccleſiæ fuerit neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem cenſum perſolvere cogat, nec quiſquam cujuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam ſubtrahat, aut retributionem quamcumque exigat temporalem. Quod ſi fecerit communione uſque ad ſatisfactionem privetur. *Meld. c.* 63. *Burch. lib.* 3. *c.* 53. *Ivo part.* 3. *c.* 56. *decret.*

CAPUT II.

Dignum erat, ut capellas villarum veſtrarum laicis non committeretis: ſed potius illis, qui & eadem ſacrata loca religioſius tractarent, & vobis exinde adjuti obſequium debitum impenderent, ſed quia aliter cauſis intervenientibus res ſe habere dignoſcitur, monemus, & hortamur, ut ſecundum canonicam auctoritatem faciatis, ne quod abſit, periculum interdicti anathematis ex decimis præſumptis incurratis. *Meld. c.* 75.

TITULUS XXIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI RES ECCLESIÆ DISPENSANT, AUT BENEFICIA CONFERUNT, ET CONTRA CLERICOS, QUI AB IPSIS ACCIPIUNT.

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. X. & XI. & Lib. III. Tit. VI. quibus adde:

CAPUT I.

Nullus laicorum eccleſias, vel eccleſiarum bona occupet, vel diſponat. Qui vero ſecus egerit, juxta B. Alexandri capitulum ab eccleſiæ liminibus arceatur. *Paſchal. II. in concil. incert. c.* 4. 16. q. 7. c. 18.

CAPUT II.

Ut nullus laicus, quamvis religioſus præſumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel eccleſiæ facultatibus, id eſt, nec dandi baſilicas, nec auferendi, ſine conſenſu Epiſcopi, habeat poteſtatem: neque ex dote eccleſiæ, id eſt, ex uno manſo, & quatuor mancipiis cenſus exigatur: ſed juxta Concilium Aurelianenſe primum cap. 19. Omnes baſilicæ, quæ per diverſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundum priorum canonum regulam, ut in ejus ordinatione, & poteſtate perſiſtant, in cujus territorio poſitæ ſunt. Si quis vero contra hæc venire præſumpſerit, anathemate feriatur. *Colon. ſub Carolo III. cap.* 4.

TITULUS XXV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI FRATRIBUS, AUT ALIIS COGNATIS RES ECCLESIASTICAS LARGIANTUR.

CAPUT I.

Si Epiſcopus fratrem, filium, vel propinquum, ut ſucceſſorem ſibi in Epiſcopū ordinaverit, ordinatio non valeat, & ipſe excommunicatione puniatur; quod humano affectu res Dei tractet, & injuſtum ſit, ut Epiſcopatus hereditate transeat. *Apoſt. cap.* 76.

CAPUT II.

Quiſquis Pontificum aut ſanguine propinquis, aut favore perſonis quibuſcumque ſibi devinctis talia commendare lucra (*Eccleſiarum, & Monaſteriorum*) temptaverit; quod fecerit, devocetur in irritum, & qui ordinavit, annuæ excommunicationi ſubjaceat, ablata ab eo, qui tulit, reddantur in duplum. *Tolet. X. cap.* 3. Diſt. 89. Decenter, c. 6.

CAPUT III.

Sub anathemate prohibemus, ne de cætero clerici, gratia teſtandi abutentes, cum de rebus ec-

eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum, fructus beneficiorum eccleſiaſticorum ſpuriis ſuis, vel concubinis ſuis dimittant. Qui vero contra hanc inhibitionem venire præſumpſerint, in ſignum ſuæ perditionis, eccleſiaſtica careant ſepultura; & quibus tales fructus legantur, eis careant ipſo jure. Qui autem teſtamentum tale manu tenere voluerint, & per quorum manus perſonis illis fructus præbendæ fuerint miniſtrati, ipſo facto ſciant ſe excommunicationis vinculo innodatos, & quandiu fructus hujuſmodi contra hanc inſtitutionem ipſis miniſtrati fuerint, eccleſia ipſa ſit ſub interdicto poſita. *Concil. habitum in Germania ſub Conrad. Cardin. cap. 5.*

TITULUS XXVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI ECCLESIAS, ET CLERICORUM IMMUNITATEM VIOLANT.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XXXV. & Lib. X. Tit. XI. & in Part. II. Lib. XIII. Tit. XVII. & XVIII. & Lib. XIV. Tit. X. quibus adde:

CAPUT I.

23. q. 4. c. Beliſarius, 30. BEliſarius mandavit me ad ſe venire, &c. me vi retentum miſit in exilium. Ego tamen propterea non dimiſi, nec dimitto officium meum, ſed cum Epiſcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizavi, & una cum illis Apoſtolica, & ſynodali auctoritate ſtatui, nullum unquam taliter decipiendum, ſicut deceptus ſum: & ſi aliquis deinceps ullum unquam Epiſcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conſpectu Dei, & ſanctorum angelorum. *Silver. in ſynod. epiſt. 1. Anſelm. lib. 12. cap. 8.*

CAPUT II.

Quiſquis faſtu ſuperbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & poſſeſſiones Deo conſecratas, atque ad honorem Dei ſub Regiæ immunitatis defenſione conſtitutas inhoneſte tractaverit, vel infringere præſumpſerit, quaſi invaſor, & violator domus Dei excommunicetur. *Magunt. ſub Rabano cap. 6. Burch. lib. 11. c. 23.*

CAPUT III.

Ut nemo laicorum presbyteros eccleſiarum
2. Tim. 2. ſuarum turpi villicationis, & ſecundum Apoſtolum, ſæculari, & inhoneſtæ negotiationi implicare, nec ſecum alioſum contra auctoritatem præſumat ducere, quo miniſterium ſibi commiſſum cogantur negligere; quod ſi contra interdicta præſumpſerit, excommunicetur. *Melden. c. 49. Burch. lib. 2. cap. 146. Ivo part. 6. cap. 219. decret.*

TITULUS XXVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI TRADITIONES, ET LEGES ECCLESIASTICAS DE INDUSTRIA, ET MALITIOSE VIOLANT.

CAPUT I.

EPiſcopi, aut clerici deponantur; monachi, aut laici communione priventur, qui eccleſiaſticas traditiones contaminant. *Synod. VII. gener. action. 7. in definit. in fine.*

CAPUT II.

Omnes legum divinarum libenter violatores, & ſacrarum inſtitutionum voluntarie perturbatores, eccleſiaſtica indignos regula, & ſancta communione (*Petrus Apoſtolus*) judicabat. *Clem. epiſt. 1. poſt med.*

CAPUT III.

Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici honore priventur. *Carth. I. c. 14. Hadrian. cap. 44. ad Epiſcop. Mediom. Burch. lib. 15. cap. 6. Ivo part. 16. cap. 7. decret.*

CAPUT IV.

Laici, qui contra Nicænum concilium paſcha celebrant, excommunicati ſint, & abjecti ab eccleſia, ſi contenderint, & pertinaciter contradixerint ei decreto. *Antioch. cap. 1.*

CAPUT V.

Decernimus, ut dum in qualibet provincia concilium agitatur, unuſquiſque Epiſcoporum infra ſex menſium ſpatia omnes Abbates, presbyteros, &c. necnon & cunctam diœceſis ſuæ plebem aggregare nequaquam moretur; quatenus coram eis publice omnia reſerata, de iis, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, pleniſſime notiores efficiantur. Quod ſi quiſpiam ea pendenda * crediderit, aut contemnenda delegerit, &c. ſententia excommunicationis duorum menſium curriculo perſiſtet uſquequaque mulctatus. *Tolet. XVI. cap. 7.* *Diſt. 18. c. ult.*

** parvipendenda.*

CAPUT VI.

Si quis publicus divinæ legis prævaricator, vel pro manifeſtis criminibus erga eccleſiaſtica juſta, & rationabilia judicia contemptor repertus fuerit, vel inflatus, ac tumidus, monitis eccleſiaſticis, ac ſanctorum patrum conſtitutionibus contradictor, vel ſubſannator comprobatus fuerit, ſi monitionibus Epiſcopalibus obtemperare diſtulerit, anathematizetur. *Melden. cap. 13.*

TITULUS XXVIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA SUPERSTITIOSOS, ET CONTRA EOS, QUI DIE DOMINICO JEJUNANT.

Vide in Part. I. Lib. VIII. Tit. XIII. & in Part. II. Lib. XVII. Tit. IV.

CAPUT I.

SI clericus dominicam diem jejunet, deponatur, laicus excommunicetur. *Apoſt. cap. 64. Trull. cap. 55. vide Laod. c. 49. Trull. c. 52.*

CAPUT II.

Ne quis jejunet die dominica cauſſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis. Nec quadragesimæ diebus ab eccleſiis fideles deſint; nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in ſuſpicionibus perſeverant: ſed exemplum, & præceptum cuſtodiant ſacerdotum; & ad alienas villas agendorum conventuum cauſſa non conveniant. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Anathema ſit, qui hæc commiſerit. *Cæſaraug. c. 2.* *De conſ. diſt. 3. cap. 15.*

CAPUT III.

Si quis natalem Chriſti ſecundum carnem non vere honorat, ſed honorare ſimulat ſe, jejunans in eodem die, vel in dominico, quia Chriſtum in hominis vera natura eſſe non credit, ſicut Cerdon,

Digitized by Google

don, Marcion, Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. *Bracar. cap.* 4.

CAPUT IV.

Servetur canon jubens, ut ſi clericus inveniatur dominica jejunare, &c. deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c.* 55.

TITULUS XXIX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NON JEJUNANT DIEBUS AB ECCLESIA PRÆSTITUTIS.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. II. & IX.

TITULUS XXX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI CIBIS PROHIBITIS VESCUNTUR.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XVI. quibus adde:

CAPUT I.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali catalogo comederit carnes in ſanguine animæ ipſorum, vel quod a feris captum, vel morticinum, deponatur; ſi autem ſit laicus, ſegregetur. *Apoſt. c.* 63.

CAPUT II.

Diſt. 30. *c.* 13. Si quis carnem edentem præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione, & fide contemnat, velut ſpem propter hujuſmodi perceptionem non habentem, anathema ſit. *Gangr. c.* 2. *Ivo part.* 4. *c.* 30. *decret.*

CAPUT III.

Qui cibis idolorum cultibus immolatis, guſtu illicitæ præſumptionis utuntur, ab eccleſiæ cœtibus arceantur. Similiter & hi, qui beſtiarum morſibus extincto, vel quolibet morbo, aut caſu ſuffocato veſcuntur. *Aurel.* 2. *c.* 20.

TITULUS XXXI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NON COMMUNICANT TEMPORIBUS CONSTITUTIS.

Vide in Part. I. Lib. XII. Tit. VII.

TITULUS XXXII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI DIU ABSUNT AB ECCLESIA, ET PRÆSERTIM DIEBUS SOLEMNIORIBUS, ET TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

Vide in Part. I. Lib. X. Tit. XIV. & Lib. V. Tit. XIV. quibus adde:

CAPUT I.

Qui die ſolemni, prætermiſſo ſolemni eccleſiæ conventu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur. *Carthag. IV. cap.* 88. *Ivo part.* 4. *c.* 8. *decret.*

CAPUT II.

De conſ. diſt. 3. *cap.* 15. Ne quadrageſimæ diebus ab eccleſiis fideles deſint: nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in ſuſpicionibus perſeverant, ſed exemplum, & præceptum cuſtodiant ſacerdotum, & ad alienas villas agendorum conventuum cauſſa non conveniant. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Anathema ſit, qui hæc commiſerit. *Cæſaraug. c.* 2.

CAPUT III.

Ut presbyteri, & cives, qui in præcipuis feſtivitatibus cum Epiſcopo non fuerint, ſed in villis eiſdem feſtivitatibus communione pellantur. *Arv. c.* 14.

TITULUS XXXIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA APOSTATAS, QUI A RELIGIONE DISCEDUNT, AUT PŒNITENTIAM SUSCEPTAM IMPLERE NOLUNT.

Vide in Part. I. Lib. IX. Tit. XXXI. & Lib. XII. Tit. XX. quibus adde:

CAPUT I.

De præſentis concilii aſſenſu ſtatuimus, ut nullus omnino poſt votum religionis, poſt factam in aliquo religioſo loco profeſſionem, ad phyſicam, legesve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierit, & ad clauſtrum ſuum infra duorum menſium ſpatium non redierit, ſicut excommunicatus ab omnibus evitetur, & in nulla cauſſa, ſi patrocinium præſtare temptaverit*, audiatur. Reverſus vero in choro, in capitulo, in menſa, & cæteris ultimus fratrum ſemper exiſtat, &c. *Alex. III. in concil. Turon. cap.* 3. *Ne cler. vel Mon. c.* 3. *Greg. IX. & c.* 2. *eod. tit. in* 1. *coll.* * *voluerit.*

CAPUT II.

Eos, qui pro Hieroſolymitano, vel pro Hiſpanico itinere cruces ſibi in veſtibus poſuiſſe noſcuntur, & viam poſtea dimiſiſſe, cruces iterato aſſumere, & viam ab inſtanti Paſcha, uſque ad proximum ſequens Paſcha perficere, Apoſtolica auctoritate præcipimus, alioquin ex tunc eos ab introitu eccleſiæ ſequeſtramus. *Calliſt. II. in concil. Rom. c.* 11.

CAPUT III.

Monachi, qui cœptam obſervationis viam relinquunt, & abſque epiſtulis, & abſque certis negotiis, vel neceſſitatibus per regiones vagantur alienas, cognita diſtrictione, ſi ſe non emendaverint, ab Abbatibus ſuis, vel a ſacerdotibus ad communionem non recipiantur. *Andegaven. cap.* 9.

CAPUT IV.

Quæcumque puellæ, ſeu propria voluntate monaſterium expetunt, ſeu a parentibus offeruntur, annum in ipſa, qua intraverint, veſte permaneant. In his vero monaſteriis, ubi non perpetuo tenentur incluſæ, triennium in ea qua intraverint, veſte permaneant. Et poſtmodum ſecundum ſtatuta monaſterii ipſius, in loco, quo elegerint permanere, veſtimenta Religionis accipiant. Quæ ſi deinceps ſacra relinquentes loca, propoſitum ſanctum ſæculi ambitione tranſcenderint, illæ, quæ in domibus propriis, tam puellæ, quam viduæ commutatis veſtibus convertuntur, cum iis, quibus conjugio copulantur, eccleſiæ communione priventur. Sane ſi culpam ſequeſtratione ſanaverint, ad communionis gratiam revocentur. *Aurel. V. c.* 19.

CAPUT V.

Si quis a pœnitentiæ ſtatu deficiens, nuptias contraxerit, ſit anathema. *Barc. II. c.* 4.

CAPUT VI.

De illis hominibus, qui dicunt, quod ſe propter Deum tonſuraſſent, & modo res eorum vel pecunias habent, & nec ſub manu Epiſcopi ſunt, nec in monaſterio regulariter vivunt, placuit, ut

ut in monaſterio ſint ſub ordine regulari, aut ſub manu Epiſcopi ſub ordine canonico, & ſi aliter fecerint, & correpti ab Epiſcopo ſuo ſe emendare noluerint, excommunicentur, & de ancillis Dei eadem forma ſervetur. *Syn. apud Palat. Vernis c. 2.*

TITULUS XXXIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA MONACHOS, ET VIRGINES, QUI VOTUM CASTITATIS VIOLARUNT, ET CONTRA EOS, QUI ILLAS AD STUPRUM SOLLICITARUNT.

Vide in Part. I. Lib. VII. Tit. XXXIX. & Lib. X. Tit. XVII. & XXIII. & Lib. XI. Tit. IV. part. I. quibus adde:

CAPUT I.

SI quis presbyteram duxerit in conjugium, anathema ſit. *Synod. Rom. ſub Gregor. II. c. 1. Troſl. c. 8.*

CAPUT II.

Si quis diaconam in conjugium duxerit, anathema ſit. *Synod. Rom. ſub Greg. II. c. 2. Troſl. cap. 8.*

CAPUT III.

Hadrianus filius Exhilarati, qui poſt præſtitum ſacramentum in Apoſtolica confeſſione Epiphaniam diaconam illicito auſu in uxorem habet, anathema ſit. Epiphania diacona, quæ poſt præſtitum ſacramentum cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapſa eſt in uxorem, anathema ſit. Si quis ei in tam crudeli actu conſenſum præbuit, anathema ſit. *Synod. Rom. ſub Greg. II. c. 15. & 16.*

CAPUT IV.

Qui noluerint (*loquitur de virginibus ſacris, & de iis, qui eas duxerunt uxores*) ſe de vetito conjugio ſeparare, perenni excommunicatione damnentur, & quicumque Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, eos communicare præſumpſerit, ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur, &c. Quicumque de laicis ingenuie cum talibus excommunicatis participare præſumpſerit, excommunicatum ſe eſſe cognoſcat. *Turon. II. c. 21.*

TITULUS XXXV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, SACRIS INITIATOS, QUI VOTUM CASTITATIS VIOLARUNT, ET QUI ILLIS ALIQUO MODO FAVENT.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XLI. & Lib. VI. Tit. XXVIII. & XXXIII. & Lib. VII. Tit. XVI. & Lib. XI. Tit. IV. part. II. quibus adde:

CAPUT I.

CLerici, qui volentes abſque ulla reclamatione in ætate fuerunt legitima ordinati, cum mulieribus, quas acceperunt, excommunicatione percellantur. *Aurel. III. c. 7.*

CAPUT II.

Si quis clericorum deinceps fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publice concubinam, niſi poſt admonitionem canonicam illam a ſe prorſus expulerit, ex tunc tam beneficio, quam & officio ſpolietur. Si vero nec ſic fœtorem ſuæ libidinis curaverit evitare, quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, anathematis ſententia feriatur. Qui vero obſcœnis voluptatibus inhiantes, concubinas uſque ad hæc tempora publice tenuerunt, ſub pœnitentia duximus redigendos, ut ſi canonici fuerint, quadraginta diebus in clauſtris ſuis in quadrageſimali cibo jejunent. Si autem hæc agere contempſerint, Præpoſitis, & Decanis, & capitulis eccleſiarum ſub anathemate prohibemus, ne præbendarum fructus eis miniſtrent, nec ad chorum, vel ad conſortium capituli eos admittant, niſi incœpta dicta pœnitentia, & peracta, & præſtito juramento, quod eas ulterius non reſumant. Qui vero remotas reſumere præſumpſerint, decernimus eos beneficiis eſſe privatos, &c. Si vero decani, vel alii eorum confratres exceſſum eorum ſcientes diſſimulare præſumpſerint, eos denuntiamus excommunicationis vinculo ſubjacere. *Concil. habitum in Germania ſub Conrado Card. c. 2.*

TITULUS XXXVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, ET MONACHOS, QUI CUM FEMINIS HABITANT, AUT CUM EIS FAMILIARITER, VEL SECRETO LOQUUNTUR.

Vide in Part. I. Lib. IV. Tit. XXXVIII. Lib. VI. Tit. XXX. Lib. VII. Tit. XVIII. & XIX. quibus adde:

CAPUT I.

SAnctimoniæ, & virginitati deſervientes in una domo cum extraneis non commorentur, &c. Si laici ſunt poſt commonitionem, ſi contempſerint, a communione ſeparentur. *Carthag. I. cap. 3.*

CAPUT II.

Item ſi cum viduis commorentur nulla germanitate conjunctis. *Ibid. c. 4.*

CAPUT III.

Quia nullum Diabolo locum dari oportet, nullam clerici cum extraneis feminis habeant familiaritatem, &c. Si quis clericus, poſt interdictum Epiſcopi ſui, illicitis familiaritatibus extranearum fœminarum voluerit inhærere, a communione habeatur alienus. *Turon. cap. 3.*

CAPUT IV.

Si quis clericorum a gradu ſubdiaconatus, & ſupra in conſortio familiaritatis habuerit mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, noverit ſe, non ſolum a clericatus officio retrahi, vel Eccleſiæ foribus expelli, ſed etiam omnium Catholicorum clericorum, vel laicorum communione privari, nulla prorſus vel colloquii conſolatione relicta. *Tolet. II. cap. 3.*

CAPUT V.

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus cum extranea habitat, ſciat ſe auctoritate canonica communionis ſine dubio jacturam ſubire. Si Antiſtes eum diſtringere noluerit, ipſe ſeveritate ſententiæ feriatur. *Arvern. c. 16.*

CAPUT VI.

Epiſcopus negligens id exequi (*excommunicare clericos cum mulieribus extraneis habitantes*) ſententiam prædeceſſorum canonum ſe incurrere omnino cognoſcat. *Turon. II. c. 12.*

CA-

CAPUT VII.

Mulier intra ſepta monaſterii nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpoſitus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim ejecerit, excommunicetur. *Turon. II. c. 17.*

CAPUT VIII.

Si quis clericorum præter matrem, aut germanam, vel etiam, quæ proxima conſanguinitate junguntur, alias aliquas quaſi adoptivas feminas ſecum retinent, & cum ipſis habitant, ſicut Priſcilliani ſecta docuit, anathema ſit. *Brac. c. 15.*

CAPUT IX.

Monaſteria virginum in provincia Bætica monachorum adminiſtratione, ac præſidio gubernentur, &c. remote tamen ab earum familiaritate, nec uſque ad veſtibulum habeant accedendi licentiam. Sed neque Abbatem, vel eum, qui præficitur, extra eam, quæ præeſt, loqui virginibus Chriſti aliquid, quod ad inſtitutionem morum non pertineat, licebit, neque cum ea ſola frequenter, ſed ſub teſtimonio duarum, vel trium ſororum, ita ut rara ſit acceſſio, & brevis omnino locutio, &c. Si qui autem monachorum hanc ordinationem contempſerint, aut qualibet inertiæ diſſolutione neglexerint, ſciant, quod eorum temeritas, atque ſuperbia excommunicationis ſit plectenda cenſura. *Hiſpal. II. c. 11.*

CAPUT X.

Nemo clericus ſuſpectam mulierem, vel ancillam habeat. Hoc ipſum eunuchi ſervent. Sin minus, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 5. vide Nicæn. c. 3.*

CAPUT XI.

Neque mulier in virorum monaſterio, neque vir in mulierum dormiat, &c. Si quis autem hoc fecerit, ſive ſit clericus, ſive laicus, ſegregetur. *Trull. c. 47.*

CAPUT XII.

Monaſteria puellarum, quæ ſub diſciplinæ regula degunt, obſtructius munitis clauſtris, nullo pateant, niſi forte ſumma impellente neceſſitate, aditu virorum. Sed neque presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, vel etiam archimandritis, quaſi viſitationis, vel prædicationis cauſſa, ſine permiſſu Epiſcopi civitatis, ſibi licentiam tribuat ineundi. Quin etiam neque Epiſcopus abſque ſacerdotibus, vel clericis ſuis, ut decet, & honeſte convenit, adire illuc licentius ſe exiſtimet, &c. Si quis poſt hanc definitionem hujus reverendi concilii de his, quæ conſona voce, ſalubriterque, ſtatuta ſunt, temerario auſu violare temptaverit, canonicis coerceatur vindictis, ſcilicet, aut juxta modum, & qualitatem culpæ excommunicatione mulctetur, aut anathematis vinculo penitus vinciatur, aut certe honoris proprii amiſſione nudatus; reus ab Eccleſiæ gremio evellatur. *Forojul. c. 12.*

CAPUT XIII.

Comperimus quoſdam canonicos, & monachos, poſthabito religionis ſuæ pudore, monaſteria ſanctimonialium, tam monacharum, quam canonicarum, inconſulto Epiſcopo ſuo, imprudenter, atque irreverenter adire, qui obtendere ſolent, ſe non ob aliud illuc accedere, niſi aut propinquitatis, aut familiaritatis, aut certe neſcio cujus collocutionis gratia, &c. Epiſcopis ſane ſummopere providendum eſt, ne canonicorum, aut monachorum acceſſus indiſcretus in monaſteriis puellaribus paſſim fiat, quia perſæpe hac occaſione multos utriuſque ordinis, canonici videlicet, & monaſtici viros, muſcipulam diaboli incurriſſe cognovimus, &c. His ita ex canonica auctoritate præmiſſis, oportet, ut canonici, & monachi ſe ab hoc illicito facto cohibeant, ne contingat eos canonica cenſura percelli. Traſgredientem vero hanc definitionem noſtram, excommunicatum eſſe decrevimus, ne nomen Domini blaſphemetur. *Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. cap. 46.*

CAPUT XIV.

Si quicumque presbyter non ſolum in noſtra parochia, ſed in noſtra diœceſi confeſſus, vel legali, ac regulari judicio fuerit convictus de cohabitatione, vel frequentatione, ſive acceſſu cum feminis contra canones, &c. modis omnibus ſecundum decreta B. Gregorii, ſine gradus ſui reſtitutione deponatur, juxta capitulum magni Leonis Papæ, quo dicit: „ Hoc itaque admonitio noſtra denuntiat, quod ſi quis fratrum contra hæc conſtituta venire temptaverit, & prohibita fuerit auſus admittere, a ſuo ſe noverit officio ſubmovendum, nec communionis noſtræ futurum eſſe conſortem, qui ſocius noluit eſſe diſciplinæ". *Troſl. c. 9. Greg. ad Æther. Lugd. Epiſc. lib. 7. ep. 110.*

CAPUT XV.

Presbyter, qui apud ſe feminam habebat, niſi illam ſtatim ejecerit, excommunicatur. *Baſil. ad Greg. presbyt.*

TITULUS XXXVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA INCESTUOSOS.

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. XXIII. & Lib. XI. Tit. XII. Lib. XII. Tit. XIII. & Lib. XIII. Tit. IV. Part. IV.

TITULUS XXXVIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA RAPTORES FEMINARUM.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. IV. Part. V.

TITULUS XXXIX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA ADULTEROS.

Vide in Part. II. Lib. XIV. Tit. XXXIV. & Lib. XIII. Tit. IV. Part. VI.

TITULUS XL.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI CUM MARIBUS CONCUMBUNT.

Vide in Part. II. Tit. IV. Part. VII.

TITULUS XLI.

EXCOMMUNICATIONEM CONTRA EOS, QUI STUPRUM, AUT SIMPLICEM FORNICATIONEM, AUT QUODCUMQUE ALIUD FLAGITIUM PERTINENS AD LIBIDINEM COMMITTUNT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. IV. Part. VIII. quibus adde:

CA-

CAPUT I.

PŒnitentes, quæ defuncto viro, aliis nubere præſumpſerint, vel ſuſpecta, vel interdicta familiaritate ſe cum extraneo junxerint, cum eodem ab Eccleſiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in pœnitentia poſito placuit obſervari. *Arelat. II. c.* 21.

CAPUT II.

Quæ de virginitate crimine proprio deciderunt, non ſolum a communione habeantur alienæ, ſed ne conviviorum quidem admittantur eſſe participes. *Andeg. c.* 6.

CAPUT III.

Quæcumque mancipia ſub ſpecie conjugii ad Eccleſiæ confugerint ſepta, ut per hoc credant poſſe fieri conjugium, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a clericis defenſetur, quia probatum eſt, ut ſine legitima traditione conjuncti, pro religionis ordine, ſtatuto tempore ab Eccleſiæ communione ſuſpendantur, ne in ſacris locis turpi concubitu miſceantur. *Aurel. IV. c.* 23. *al.* 24.

TITULUS XLII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI UXORES SINE CAUSSA DIMITTUNT, AUT EIS DIMISSIS ALIAS DUCUNT.

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. XXVI. & XXVII. quibus adde:

CAPUT I.

SI conjugatus vult monachus fieri, ex conſenſu mulieris fiat, ita ut illa fiat monacha, vel profiteatur caſtitatem, quia eo vivente monacho, nunquam habebit alium, ſimiliter de muliere. Si quis iſtorum prævaricator fuerit mandatorum, excommunicationi ſubjaceat. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann. incert. c.* 20.

CAPUT II.

Vid. diſt. 28. c. Si quis, 14. diſt. 31. c. Quicumque, in fin. 9. Epiſcopus, presbyter, diaconus ſi uxorem religionis prætextu ejecerit, excommunicetur; ſi perſeverat, deponatur. *Apoſt. cap.* 5. *G.* 6. *L. Trull. cap.* 13. *Burch. lib.* 1. *cap.* 78. *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. *cap.* 30. *panorm. & part.* 5. *cap.* 184. *decret.*

Uxorem habitam ante ordinationem præcipitur etiam alere clericus poſt eam: ideo punitur qui eam eiicit.

TITULUS XLIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI UXORES DUCUNT INVITIS ILLARUM PARENTIBUS.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. III.

TITULUS XLIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA HOMICIDAS.

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. I. quibus adde:

CAPUT I.

Diſt. 50. c. 36. DE iis clericis, qui in obſidionibus neceſſitate poſiti fuerint, qui altario miniſtrant, &c. ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant. Si in hoc inciderint, duobus annis tam officio, quam communione priventur, &c. *Ilerd. cap.* 1.

CAPUT II.

Inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos, heu proh dolor, reperiuntur, &c. quorum aliquos jam excommunicavimus: ſed illi hoc parvipendentes in eiſdem perdurarunt criminibus, &c. *Turon. ſub Carolo c.* 41. *Burch. lib.* 7. *c.* 29. *Ivo part.* 9. *c.* 65. *decret.* *25. q. 5. c. 12.*

TITULUS XLV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA REOS LÆSÆ MAJESTATIS, ET PERFUGAS, ET PRODITORES.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. II.

TITULUS XLVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI PACEM, AUT TREUGUAM NON SERVANT.

CAPUT I.

PAX Dei ab omnibus teneatur; & quicumque in pace prædam fecerint, vel aliter infregerint receptum, unde præda facta, vel ad quod conducta fuerit, excommunicentur, & factores, & emptores. *Greg. VII. in concil. Roman. ann. incert. cap.* 141

CAPUT II.

Sub pœna excommunicationis firmiter præcipimus treuguam Dei, ſicut in Lateranenſi concilio conſtitutum eſt, ſtudioſe obſervari: videlicet a ſeptuageſima uſque ad octavas Paſchæ, & ab Adventu Domini uſque ad octavas Epiphaniæ. *Urban. II. in concil. Claromont. c.* 4. *al.* 5.

CAPUT III.

Si quis treuguam diffregerit, uſque tertio ad ſatisfactionem ab Epiſcopo admoneatur. Quod ſi nec tertio ſatisfacere contempſerit, Epiſcopus, vel cum Metropolitani conſilio, aut cum duobus, aut uno vicinorum Epiſcoporum, in rebellem anathematis ſententiam dictet, & per ſcripturam Epiſcopis circumquaque denunciet. *Calliſt. II. in concil. Roman. cap.* 13.

Vide Alex. III. in concil. Later. cap. 21. *tit. Ne quiſquam communicet cum excommunicatis, cap.* Si quis treuguam.

TITULUS XLVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA FALSOS TESTES.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XIV.

TITULUS XLVIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA INCENDIARIOS.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. V.

TITULUS XLIX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA FURES, ET RAPTORES.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. IX.

TITULUS L.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI RES NAUFRAGORUM DIRIPIUNT.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. X.

TITULUS LI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA FŒNERATORES.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. VI.

TITULUS LII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NOVA TRIBUTA IMPONUNT, SINE AUCTORITATE PRINCIPIS, AUT QUÆ JAM NON DEBENTUR, PETUNT.

CAPUT I.

De cenſib. c. Innovamus, 10. *Gr. IX. de treug. & pace, cap.* 2. *in* 1. *coll.*

NEC quiſquam alicubi novas pedagiorum exactiones ſine auctoritate Regum, & Principum conſenſu ſtatuere, aut ſtatutas de novo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo temere præſumat. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus non deſtiterit, donec ſatisfaciat, communione careat chriſtiana. *Alexand. III. in concil. Later. cap.* 22.

CAPUT II.

24. *q.* 3. *c.* 23.

Si quis mercatores novis teloneorum, & pedaticorum exactionibus moleſtare temptaverit, donec ſatisfecerit, communione careat chriſtiana. *Calliſt. II. in concil. Roman. cap.* 5.

CAPUT III.

Religioſi Principis noſtri Ervigii Regis affectus decrevit, ut omne tributum præteritorum annorum uſque in anno primo regni ſui abſolutionis perpetuæ debeat ſanctione laxari.† Ea tantum de ipſis tributis præcipiens theuſaris publicis exhiberi, quæ exacta, & non illata fuiſſe conſtiterint. Quod pietatis beneficium admirantes, non ſolum vigorem glorioſæ definitioni apponimus, ſed perpetuæ excommunicationi eum, qui contravenerit, ſubiiciendum eſſe ſancimus. *Tolet. XIII. cap.* 3.

TITULUS LIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NUMMOS ADULTERANT.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XII.

TITULUS LIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA DETRACTORES.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XV.

TITULUS LV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI LIBELLOS FAMOSOS IN PUBLICO PROPONUNT, AUT LEGUNT.

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. XVI.

TITULUS LVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI INIMICITIAS GERUNT, ET QUI NON CONANTUR CONSTITUERE CONTROVERSIAS, ANTEQUAM LITEM INTENDANT.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. VI. & Lib. XIII. Tit. II. & Lib. XVII. Tit. I. Part. IX. quibus adde:

CAPUT I.

2. *q.* 7. *c.* 15. Accuſatio.

SI qui lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint columnas Eccleſiæ, antequam eos familiariter admonuerint, excommunicentur, & minime abſolvantur, antequam per ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam. *Anaclet. epiſt.* 2. *ante med. Troslejan. cap.* 5. *Ivo part.* 5. *cap.* 238. *decret.*

CAPUT II.

Si viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ ſedis, & totius Eccleſiæ communione, vos pelli non dubitetis. *Victor. ep.* 2. *poſt princ.*

CAPUT III.

Hi, qui publicis inter ſe odiis exardeſcunt, ab Eccleſiaſticis conventibus ſunt removendi, donec ad pacem recurrant. *Arel. II. cap.* 3.

CAPUT IV.

Quicumque odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem revocari diutina intentione nequiverint, a ſacerdotibus civitatis primitus arguantur, qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellantur. *Agath. cap.* 31. *Vorm. cap.* 41. *Troslejan. c.* 12. *Burch. lib.* 10. *cap.* 61. *Ivo part.* 13. *cap.* 62. *decret.*

CAPUT V.

Relatum eſt nobis quorumdam ſacerdotum perſonas, non ſolum occaſum ſolis ab ira non revocare, ſed quod nec annoſa tranſactio temporum ad bonum charitatis reclinet: quippe in quorum cordibus ſol juſtitiæ Chriſtus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix poſſint. Horum ergo diſcordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſuimus, atque præcipimus eis, ut antequam eos reconciliatio vera inneſtat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat. *Tolet. XI. cap.* 4. *vide Carth. IV. cap.* 93. *Troslejan. cap.* 12. *Burch. lib.* 1. *cap.* 131. *& lib.* 5. *c.* 38. *Ivo part.* 2. *c.* 47. *& part.* 5. *cap.* 231.

TITULUS LVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI FALSO ACCUSANT, AUT CONTRA JURIS ORDINEM, AUT NON PROBANT, QUOD OBIICIUNT.

CAPUT I.

EUphemius, dum probaſſet omnia, quæ teſtificabatur (*contra Polychronium Pontificem ſuum* prima pollicitatione damnatus eſt, & accepit anathema, dum docuiſſet omnia: & ſuperſcripſerunt omnes Epiſcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: „ Ex „ te enim damnaberis, quoniam Pontificem, „ qui te conſecravit Coepiſcopum condemnabas, & accuſabas “. Cecidit autem in terram ante omne concilium Epiſcoporum, & ibi confitebatur ſe peccaſſe. *Synod. Roman. ſub Xyſt. III. Nicol. in epiſt. ad Michael. Imp. ante med.*

CAPUT II.

Decernimus omnes, qui ſanctos Patres perſequuntur, aut amovere, vel dilacerare manifeſte nituntur, infames eſſe, & alienos a liminibus Eccleſiæ uſque ad ſatisfactionem fieri. *Alex. ep.* 1. *ante med.*

CAPUT III.

Si quis contra hujuſmodi perſonas (*loquitur de Epiſcopis, presbyteris, & reliquis clericis*) non probanda detulerit, intelligat ſe jacturam infamiæ ſuſtinere: & ſub magna excommunicatione exilio deportari. *Xyſt. III. epiſt. unic. ante med. Hadrian. Papa cap.* 22. *ad Epiſcopum Mediomatr. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 45. *Capitul. lib.* 7. *cap.* 438.

CA-

CAPUT IV.

2. q. 3. c. 4. Si quis Epiſcopum, ant presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetient, & probarn non potuerit, niſi in fine dandam ei non eſſe communionem. *Hadrian. ad Epiſcop. Mediomat. cap.* 58. *Elib. cap.* 75. *vid. concil. apud S. Medard. Burch. lib.* 2. *cap.* 195. *Ivo part.* 6. *cap.* 240. *decret.*

CAPUT V.

5. q. 6. c. 6. Delator. Delatore fideli, ſi quis fuerit proſcriptus, vel interfectus, nec in finem accipiat communionem. Si leviot cauſſa fuerit, intra quinquennium. *Elib. cap.* 73. *Burch. lib.* 6. *cap.* 27. *Ivo part.* 10. *cap.* 156. *decret. Capit. lib.* 6. *cap.* 244. *& lib.* 7. *c.* 205. *& in addit. cap.* 160.

CAPUT VI.

Qui falſo acculant fratres ſuos, uſque ad exitum non communicent. *Arel. I. cap.* 14.

CAPUT VII.

3. q. 10. c. 2. Eos, qui falſa fratribus capitalia objeciſſe convicti fuerint, placnit eos uſque ad exitum non communicare, ſicut magna ſynodus ante conſtituit, niſi digna ſatisfactione pœnituerint. *Arelat. II. cap.* 24. *Capitul. lib.* 6. *cap.* 241.

CAPUT VIII.

Diſt. 46. c. Accuſatores. Epiſcopus accuſatores fratrum excommunicet, & ſi emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. *Carth. IV. cap.* 55. *Cæſar. lib.* 4. *cap.* 112.

CAPUT IX.

5. q. 6. c. ult. * clericum. Si quis ſæcularium per calumniam Eccleſiam, aut clerum * fatigare temptaverit, & convictus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & a catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur. *Agath. c.* 32. *Vorm. c.* 24. *& c.* 61. *Burch. lib.* 15. *cap.* 5. *Ivo part.* 16. *cap.* 6. *decret. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 116.

CAPUT X.

2. q. 4. c. 1. Excommunicationem accuſati accuſator fornicationis clerici accipiat, qui non potuit probare, quod dixit. *Brac. II. cap.* 8. *Burch. lib.* 2. *c.* 202. *Ivo lib.* 4. *tit.* 8. *c.* 13. *panorm. & part.* 6. *c.* 276. *decret. Capitul. lib.* 5. *c.* 240.

CAPUT XI.

Qui innocentes, aut coram Principe, aut judicibus accuſare convicti fuerint. Si clericus honoratior fuerit, ab officii ſui ordine degradetur: ſi vero ſæcularis, communione privetur. *Matiſcon. cap.* 18.

CAPUT XII.

Rodoldus Fredebertus, & ſocii, qui falſo Hincmarum Archiepiſcopum Remenſem accuſarunt, quia gradus Eccleſiaſticos, quibus privarentur, non habebant, juſſi ſunt communione privari. *Synod. apud S. Medard. in fin.*

TITULUS LVIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI ALIIS INJURIAM FACIUNT, PRÆSERTIM EPISCOPIS, PRESBYTERIS, ET RELIQUIS CLERICIS.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. XVIII. quibus adde:

CAPUT I.

De excommunicatis clericis, vel laicis in ſingulis provinciis a ſingulis Epiſcopis, ſervetur ſententia canonis prohibentis ab alteris ejectos, ab alteris recipi. Inquiratur autem, an puſillanimitate, aut contentione, aut aliqua alia commotione Epiſcopi, excommunicati ſunt. Hæc inquiſitio fiat in ſynodo, quæ bis ſingulis annis conveniat in ſingulis provinciis, ab omnibus Epiſcopis ejus provinciæ ad hæc, & ſimilia tractanda. Atque ita qui manifeſte Epiſcopum offenderunt, ab omnibus excommunicati habeantur, quoad in communione Epiſcopis videatur humaniorem ſententiam ferre. Fiant vero ſynodi altera ante quadrageſimam, ut omni ſimultate ſublata mundum Deo donum offeramus: altera autumni tempore. *Nicæn. c.* 5. *vid. Ap. c.* 12. 13. *G.* 13. *L.* 32. *G.* 33. *L. &* 37. *G.* 38. *L. vide Carth.* 138. *G. Carth. VI. in fin. L. Arelat. II. cap.* 8. *Aquiſgran. ſub Ludov. Pioc.* 42. *Anſelm. lib.* 12. *cap.* 13. *in addit. Burch. lib.* 11. *cap.* 36. *Ivo part.* 14. *c.* 100. *decret.* 11. q. 3. c. 73. Servetur. Diſt. 18. c. Habeatur, 3.

CAPUT II.

Laici, vel monachi ſint excommunicati, clerici canonum pœnis punientur, qui conantur, ut clerici ptochiorum, monaſteriorum, vel martyriorum non ſubſint ſuis Epiſcopis. *Chalc. cap.* 8. 18. q. 2. c. 10. Quidam, §. 1.

CAPUT III.

Si quis laicorum tranſgrediens, & contemnens divinas, & imperiales juſſiones irridens vincula, & iura Eccleſiaſtica, & civilia, auſus ſit aliquem Epiſcopum verberare, aut cuſtodire, aut ſine cauſa, aut efficta cauſſa, anathema ſit. *Synod. VIII. CP. ſub Joann. VIII. c.* 3.

CAPUT IV.

Univerſa ſynodus dixit: „ Epiſcopalem perſecutionem, & Eccleſiarum abſciſſionem, vel „ vaſtationem, atque ſervorum Dei infeſtatio- „ nem, fulti prædicta auctoritate, & omnium „ ſanctorum patrum prohibitione, veſtraque „ conſolatione, communi tractata pariter in fu- „ turum robuſte, ac veraciter amputantes, ſan- „ ctorum patrum ſtatuta firmantes, expreſſis „ ſententiis ſancimus, ne unquam talia a quo- „ quam noſtris, aut futuris temporibus præſu- „ mantur“. Et ſilentio facto, Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ dixit: „ Quod ſi aliqui hæc tranſgreſſi fuerint, & talia „ præſumpſerint, quid ſuper his vobis videtur, „ pari adunatione manifeſtate“. Cumque ſurrexiſſent, & paulo poſt iterum conſediſſent, una voce dixerunt: „ Si quis hæc, quæ hodie in hac 2. q. 5. c. 3.
„ ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere præ- „ ſumpſerit, aut voluntarie tranſgredi temptaverit, ſi clericus eſt gradu proprio penitus ca- „ reat, ſi vero monachus, aut laicus fuerit com- „ munione privetur, & ſi non emendaverit vi- „ tium, anathemate feriatur. Secretas vero in- „ ſidias, vel manifeſtas Pontificibus a quibuſ- „ cumque illatas, vel ea, quæ hujus ſanctæ ſy- „ nodi ſententia complectitur, ſi quis ad Eccle- „ ſiæ pertulerit notitiam, potiatur honore; hi, „ qui adverſa eis moliuntur, ſicut a ſanctis pa-

„ tribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali, „ & Apoſtolica auctoritate firmatur, penitus „ abjiciantur, & exilio, ſuis omnibus ſublatis, „ perpetuo tradantur". *Synodo Rom. V. ſub Symmach. in fin.*

CAPUT V.

Laici, qui alterius diœceſis presbyterum Eccleſiæ cujuſcumque ſua poteſtate inſtituerint, non præbente conſenſum Epiſcopo, cujus parochia videtur exiſtere, a fidelium communione ſeparentur. *Leo IV. in Synodo Rom. c. 41.*

CAPUT VI.

Violatores, ſeu corruptores ſacri tumuli Formoſi Papæ, qui ſub fœdere conſpirationis ad capiendum theſaurum, corpus illius trahentes in fluvium Tyberim jactare non timuerunt, divina auctoritate, ſynodalique noſtro conſultu, niſi reſipuerint, ſint a ſanctæ Dei Eccleſiæ liminibus ſeparati. *Ravenn. ſub Joann. IX. part. 5. cap. 9.*

CAPUT VII.

Si quis parochianus, vel dictis, vel factis contumelias ſuo intulerit presbytero extra Eccleſiam fiat, donec ſatisfaciat, ne nomen Dei, & ordo vileſcat. *Gregor. VII. in concil. Rom. anni incert. cap. 26.*

CAPUT VIII.

17. q. 4. c. 29. Si quis ſuadente Diabolo, hujus ſacrilegii reatum incurrit, quod in clericum, vel monachum violentas manus injecerit, anathemati ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat. *Syn. Rom. ſub Innoc. I. c. 11. Eugen. III. in ſyn. Rem. c. 13.*

CAPUT IX.

11. q. 3. c. 11. Si autem. Omnes, qui (*Epiſcopis*) contraveniunt, ita damnatos, & infames uſque ad ſatisfactionem (*Petrus Apoſtolus*) monſtrabat, & niſi converterentur, a liminibus Eccleſiæ alienos eſſe præcipiebat. *Clem. epiſt. 1. ante med. & epiſt. 3. in princ. vid. Tribur. c. 8. Burch. lib. 1. cap. 124. Ivo lib. 5. c. 224. decret.*

CAPUT X.

Diſt. 94. c. 2. Si quis legationem veſtram impedit (*loquitur de iis, qui inſequuntur Epiſcopos*) non unius, ſed multorum profectum avertit. Et ſicut multis nocet, ita a multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate arcendus. Et quia Dei cauſſã impedit, & ſtatũ conturbat Eccleſiæ, ideoque ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis eſt cavendus, & non in communionem fidelium uſque ad ſatisfactionem recipiendus. Eſt enim ſtatutum olim, ut qui ſtatum conturbat Eccleſiæ, ab ejus liminibus arceatur, nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. *Alex. ep. 2. poſt princ. ad Epiſcopos refertur in concil. Tribur. c. 9. & in concil. Trosl. c. 5. Burch. lib. 15. cap. 37. Ivo part. 16. c. 38. decret.*

CAPUT XI.

Clerici a proprio gradu decidant, laici aut monachi anathematizentur, ſi quid adverſus Epiſcopos facere tentaverint. *Julius ep. 1. ante med. contra Orientales ex Nicæn. ſyn.*

CAPUT XII.

De quodam, qui crimen, quod objecit, non 3. q. 6. c. 4.
probavit, perceptione Euchariſtiæ privato. *Greg. lib. 3. c. 24.*

CAPUT XIII.

Qui Apoſtolicæ ſedi obedire contemnit, ſcelus idololatriæ incurrit, & B. Gregorius doctor ſanctus, & humillimus Reges decrevit a ſuis dignitatibus cadere, & participatione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti carere, ſi præſumerent Apoſtolicæ ſedis decreta contemnere. *Greg. VII. lib. IV. regiſt. ep. 24.*

CAPUT XIV.

Si monita noſtra, immo Dei verba, quod abſit, audire contemnens ab illicita, & interdicta invaſione ſupradictæ Eccleſiæ te cohibere nolueris, excommunicationem, quam in te pro ipſa Eccleſia legatus noſter Hugo Dienſis Epiſcopus in concilio Pictavienſi jaculatus eſt, auctoritate Apoſtolica confirmamus. *Greg. VII. lib. 6. reg. epiſt. 40.*

CAPUT XV.

Lambertus pſeudoepiſcopus excommunicatus eſt tum pro aliis nefariis, tum pro eo, quod quinque clericos ad Romanam ſynodum ire, & de malitia ejus querimoniam volentes facere, captione peſſima afflixit. *Gregor. VII. lib. 9. reg. epiſt. 34.*

CAPUT XVI.

Si clericus regulam diſciplinæ Eccleſiaſticæ 21. q. 5. c. Si
ſubterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum forte, 4.
ſuſceperit, & pontifici ſuo non reconciliaverit, ſed magis defenſare præſumpſerit, Eccleſiæ communione privetur. *Arelaten. III. c. 4.*

CAPUT XVII.

Si quis ſæcularium per calumniam Eccleſiam, 5. q. 6. c.
aut clericos fatigare tentaverit, & convictus ult.
fuerit, ab eccleſiæ liminibus, & a catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur. *Agath. c. 32. Vorm. c. 24. & 61. Anſelm. lib. 3. c. 116. vel 125. Burch. lib. 15. cap. 5. Ivo part. 16. c. 6. decret.*

CAPUT XVIII.

Qui aliquos injuſte in ſervitutem adduxerint, donec ſatisfecerint, communione priventur. *Lugdun. cap. 3.*

CAPUT XIX.

Si quicumque judex clericum abſque cauſſa criminali, id eſt, homicidio, furto, maleficio injuria afficere, aut cuſtodiæ deputare præſumpſerit, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur. *Matiſcon. c. 7.*

CAPUT XX.

Qui clericos honoratos non honore proſequitur, ab Eccleſia, quam in ſuis miniſtris dehonorat, quamdiu Epiſcopus illius Eccleſiæ voluerit, ſuſpendatur. *Matiſcon. II. c. 15.*

CAPUT XXI.

Quicumque judex, aut ſæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus abſque audientia Epiſcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anno ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus. *Antiſ. c. 43. Trosl. c. 5.*

CA-

CAPUT XXII.

Si quis ex ſæcularibus inſtitutionem, aut commotionem Archipresbyteri ſui, contumacia faciente, audire diſtulerit, a liminibus ſanctæ Eccleſiæ habeatur extraneus, &c. *Antiſ. c.* 44.

CAPUT XXIII.

Diſt. 45. Cum beatus, c. 8. Presbyteri, Abbates, & levitæ exceptis gravioribus, & mortalibus, nullis debent verberibus ſubjacere, &c. Si quis aliter fecerit, juxta modum verberum, quem intulerit, excommunicationem pariter, & exilii ſententiam ſuſtinebit. *Brac. III. c. 6.*

CAPUT XXIV.

Relatum eſt ſanctæ ſynodo, quod a malis Chriſtianis plurimæ vexationes ſacerdotibus Chriſti, ſeu cæteris clericis inferioris gradus ſæpiſſime inferuntur, &c. Si quis clerico aliquam injuriam, ſeu calumniam ingeſſerit, a liminibus ſanctæ Eccleſiæ arceatur, uſque ad condignam ſatisfactionem. *Mogunt. ſub Arnulph. c. 7.*

CAPUT XXV.

Ad aures ſanctæ ſynodi Arno venerabilis Wiziburgen. Eccleſiæ ſe reclamavit, quod quidam ſceleſti quemdam honorabilem presbyterum ſuum comprehendiſſent, eique nares abſcidiſſent, & capillos capitis incidiſſent, necnon & ſævis verberibus cruciatum, ſemivivum reliquerant. Unde tanto ſcelere inaudito peracto, ſancta ſynodus ſtatuit, ut iidem temerarii anathematis vinculo conſtringantur, quouſque a proprio Epiſcopo, poſt dignam pœnitentiam abſoluti, ſanctæ matri Eccleſiæ ſociari mereantur. *Mogunt. ſub Arnulph. c. 9.*

CAPUT XXVI.

Quicumque judex ſæcularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero abſque audientia Epiſcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anathema ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur. *Troſl. c. 5. ex Capitul. Caroli Imp.*

CAPUT XXVII.

11. q. 1. c. 2. de foro compet. c. 2. Gr. IX. c. 3. in 1. coll. Nullus judex, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum, ſeu juniorem Eccleſiæ ſine conſcientia Pontificis per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab Eccleſia, cui injuriam fecit, quam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, donec reatum ſuum cognoſcat, & emendet. *Troſl. c. 6. Capitul. lib. 7. cap. 139.*

CAPUT XXVIII.

Maras excommunicatus eſt a proprio Archidiacono, quoniam injuriam fecit presbytero. *Ibas Epiſcopus Edeſſæ in ſyn. Beryt. apud ſyn. Chalcedon. act. 10. ante med.*

CAPUT XXIX.

Geneſ. 4. Vox ſanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, ſicut quondam Abel juſti contra parricidam Cain, &c. Ejeciſti e throno ſuo, re non judicata, magnum totius orbis doctorem, & una cum eo Chriſtum perſecutus es, &c. Nova autem Dalila, Eudoxia, quæ paulatim te erroris, ſeu ſedutionis novacula totondit, execrationē ex multorū ore ſibi ipſi induxit, grave, & quod geſtari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis ſuis ſuperaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego te, & illam a perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei noſtri. Epiſcopum etiam omnem, aut clericum ordinis ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare, aut exhibere ea a vobis auſus fuerit, ab ea hora, qua præſentes vinculi mei legeritis litteras, dignitate ſua excidiſſe decerno. *Innoc. ep. ad Arcadium Imp. in fin. apud Nicephorum lib. 13. c. 34.*

CAPUT XXX.

Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematiſmum, & abſolutam a Chriſto alienationem (*Hic Theophilus princeps fuerat eorum qui Joann. Chryſoſtomum damnarunt.*) *Innoc. apud Niceph. loco citato in ep. in fin.*

TITULUS LIX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPISCOPOS, ET CHOREPISCOPOS, QUI ALIORUM JURISDICTIONEM, ET MUNERA SIBI ARROGANT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LIV. & Lib. VI. Tit. I. quibus adde:

CAPUT I.

QUI Epiſcopum Britannum, vel Romanum in Armorico ſine Metropolitani, aut comprovincialium voluntate, vel litteris ordinaverit, ſententiam in anterioribus canonibus obſervet, & a charitate, uſque ad majorem ſynodum, ſe cognoſcat eſſe remotum, quia merito a charitate noſtra, vel noſtris Eccleſiis ſegregantur, qui patrum ſtatuta contemnunt. *Turon. II. c. 9.*

TITULUS LX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPISCOPUM, QUI NON SUSCIPIT CURAM SUI EPISCOPATUS.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. XXV.

TITULUS LXI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPISCOPOS, QUI NON HABENT RATIONEM SUÆ DIGNITATIS.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. LXXXVII.

TITULUS LXII.

EXCOMMUNICANTUR EPISCOPI, QUI NON VENIUNT AD SYNODUM VEL VOCATI A METROPOLITANO NON PARENT.

Vide in Part. II. Lib. II. Tit. XX. & Lib. IV. Tit. LXV. quibus adde:

CAPUT I.

COmmunione privatur Quodvultdeus Epiſcopus, donec cauſſa terminetur, quod noluit judicium, & receſſit a ſynodo, non etiam Epiſcopatu privatur. *Carth. c. 88. G. Afric. cap. 54. L. Burch. lib. 1. c. 181. Ivo part. 5. cap. 297. decret.* *De jud. c. 1. apud Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT II.

Dum quiſque comprovincialis Epiſcopus Metropolitani ſui admonitionem acceperit, pro diebus feſtis Nativitatis Domini, & Paſchæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excuſationem. Quod ſi contigerit, eum ab ægritudine

eſſe

eſſe detentum, &c. epiſtulam manu ſua ſubſcriptam dirigere debebit, in qua hujus rei cauſſam veriſſime noteſcat. Quod ſi ſanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire diſtulerit, abſque excommunicatione dimittendus non erit. *Emerit. c. 6.*

CAPUT III.

Si quis Epiſcoporũ a Principe, vel Metropolitano ſuo admonitus, deſignato ſibi dierum rationabili ad veniendum ſpatio, ſive pro feſtivitatibus ſummis, Paſcha ſcilicet, & Pentecoſte, & Nativitate Domini celebrandis, ſive pro cauſſarum negotiis, ſeu pro Pontificibus conſecrandis, vel quibuslibet ordinationibus Principis, excepta inevitabili neceſſitate infirmitatis, quæ teſtibus poſſit comprobari idoneis, ad conſtitutum diem venire diſtulerit, contemptorum ſe noverit excommunicatione multari. *Toletan. XIII. cap.* 8.

TITULUS LXIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI VOCATI A SYNODO NON VENIUNT.

CAPUT I.

QUædam femina nomine Ava, cum ſui fratris conſilio, & auxilio, qui vocatur Folerius, & cum aliis conſanguineis ſuis, ſuum maritum dimiſit, & ad eum redire noluit. Unde illorum ſacerdos ſervus Dei vocabulo Folcardus, ad ſuam dominam, & ad ejus fratrem veniens, ut eos a tanto ſcelere traheret, confeſtim ab eodem, & ſuis complicibus caſtratus eſt. Pro his omnibus ad ſynodum vocati venire noluerunt, & idcirco uſque ad ſatisfactionem excommunicati ſunt, &c. Viri peſtilentes vaſtabant miſerabiliter iſtam provinciam, pro quo ſcelere ad ſynodum vocati,
Pſalm. 34. ſicut ſcriptum eſt: *Eripite pauperem, & egenum*, alii venerunt, alii venire noluerunt. Illi, qui adfuerunt, ſynodo ſatisfecerunt, cæteri autem canonice excommunicati ſunt. *Metenſ. cap. 7.*

TITULUS LXIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI IN CONCILIO NON SERVANT MODESTIAM.

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. V.

TITULUS LXV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI CRIMINA CAPITALIA COMMITTUNT.

Vide in Part. II. Lib. VII. Tit. XXX.

TITULUS LXVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI ALEA LUDUNT.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XL. & Lib. XVII. Tit. I.

TITULUS LXVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI TORNEAMENTIS, ET ALIIS LUDIS PROHIBITIS DANT OPERAM.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. I. Part. VIII. & Lib. XIV. Tit. II.

TITULUS LXVIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS GULÆ, ET EBRIETATI DEDITOS, ET QUI IN TABERNAS INGREDIUNTUR.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit XXX. & Lib. VI. Tit. XXXVI. & Lib. VIII. Tit. XLIV. & XLV. & Lib. XVII. Tit. III.

TITULUS LXIX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, ET MONACHOS, QUI NEGOTIIS SÆCULARIBUS DANT OPERAM, ET LAICORUM VESTITUM, ET MORES IMITANTUR.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXXIX. & Lib. IX. Tit. XXXIII. quibus adde:

CAPUT I.

EPiſcopus, presbyter, & diaconus ſæculari indumento minime utantur, niſi ut condecet, tunica ſacerdotali, ſed neque dum ambulaverit in civitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento præſumat ambulare, præter ſi in itinere longo ambulaverit, &c. Si temere præſumpſerit contra ſtatuta agere, communione privetur, donec, quæ ſtatuta ſunt, adimplere maturet. *Zachar. in ſyn. Rom. c. 3.*

CAPUT II.

Quoniam monachi, & regulares canonici, poſt 21. q. 4. c. 3.
ſuſceptum habitum, & profeſſionem factam, ſpreta beatorum magiſtrorum Benedicti, & Auguſtini regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiſcunt, &c. Ne hoc ulterius præſumatur, auctoritate Apoſtolica interdicimus; Epiſcopi autem, Abbates, & Priores tantæ enormitati conſentientes, & non corrigentes propriis honoribus ſpolientur, & ab eccleſiæ liminibus arceantur. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c. 6. apud Ivon. poſt panorm.*

CAPUT III.

Perniciosam, & deteſtabilem conſuetudinem 18. q. 2. c.
quarumdam mulierum, quæ licet neque ſecun- 25.
dum regulam beati Benedicti, neque Baſilii, aut Auguſtini vivunt, ſanctimoniales tamen vulgo cenſeri deſiderant, aboleri decernimus: cum juxta regulam degentes in cœnobiis, tam in eccleſia, quam in refectorio communiter eſſe debeant, propria ſibi ædificant receptacula, & privata domicilia, in quibus ſub hoſpitalitatis velamine paſſim hoſpites minus religioſos contra ſacros, & bonos mores ſuſcipere nullatenus erubeſcunt, &c. Hoc tam inhoneſtum, deteſtandumque flagitium, ne ulterius fiat, omnimodis prohibemus: & ſub pœna anathematis interdicimus. *Synod. Roman. ſub Innoc. II. cap. 20. al. 26. vide Eugen. III. in concil. Remen. cap. 3.*

CAPUT IV.

Sanctimoniales, & canonicæ, niſi emendent vitam ſuam, atque ſuperfluitatem veſtium deſerant, priventur chriſtianorum ſepultura. *Eugen. III. in concil. Remen. cap. 4.*

CAPUT V.

Clericum inter epulas cantantem objurgan- 22. q. 2. c.
dum, ſi perſtiterit in vitio, excommunicandum. 9.
Carth. IV. cap. 62. Capitul. lib. 7. cap. 192. in ad-

Digitized by Google

addit. Burch. lib. 2. cap. 170. Ivo part. 6. cap. 261. decret.

CAPUT VI.

Diſt. 34. c. 2. Epiſcopum, *c. 1. de cler. ven. Greg. IX. & in 1. coll.* Epiſcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Si Epiſcopus eſt, tribus menſibus ſe ſuſpendat a communione: presbyter duobus menſibus ſe abſtineat; diaconus vero * ab omni officio, & communione ceſſabit. *Agath. cap. 55. Epaun. cap. 3. Vorm. cap. 17. Burch. lib. 2. cap. 213. Ivo lib. 3. tit. 15. cap. 1. panorm. & part. 5. cap. 366. & part. 6. cap. 288. & part. 13. cap. 30. decr.*

* *uno.*

CAPUT VII.

Si quis clericus laicam voluerit agere vitam, vel ſe militiæ tradiderit, excommunicationis pœna feriatur. *Turon. c. 5.*

CAPUT VIII.

Si clericus ſine permiſſione Epiſcopi ſui cum ſæcularibus habitat, ab officii communione pellatur. *Aurel. II. cap. 9.*

CAPUT IX.

Nullus clericus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter in plateis reſideat, nec fabulis diverſis commiſceatur. Quod ſi fecerit, & non emendaverit, a communione, & ab officio privetur. *Narb. c. 3.*

CAPUT X.

Id per omnia ſervandum inſtituimus, ut nulli presbytero, vel diacono, ſine voluntate Epiſcopi ſui licentia ſit ſæculares peragere cauſſas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli tranſcendere voluerit, excommunicationis ſententia feriendum ſe noverit. *Emerit. cap. 11.*

CAPUT XI.

21. q. 4. c. 1. Nullus. Clericus non alia veſte, quam ſtolis clericis competentibus extra domum in urbe, vel via utatur: ſi fecerit, hebdomada una excommunicetur. *Trull. cap. 27.*

CAPUT XII.

Si presbyteri amiſſo gradu ſæculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſiæ communione ſeparentur. *Cabil. ſub Carolo cap. 40.*

CAPUT XIII.

Nemo laicorum presbyteros eccleſiarum ſuarum turpi villicatione, & ſecundum Apoſtolum (*2. Tim. 2.*) ſæculari, & inhoneſtæ negotiationi implicare, nec ſecum alicrſum contra auctoritatem præſumat ducere, quo miniſterium ſibi commiſſum cogatur negligere. Quod ſi contra interdicta præſumpſerit, excommunicetur. *Melden. c. 49. Burch. lib. 2. cap. 146. Ivo part. 6. cap. 219. decret.*

CAPUT XIV.

c. 2. de vita & honeſt. Gr. IX. & in 1. coll. Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicentur. *Pictav. cap. 10.*

TITULUS LXX.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI NON DEFERUNT TONSURAM.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XI.

TITULUS LXXI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET ABBATES NEGLIGENTES.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VIII. quibus adde:

CAPUT I.

QUotieſcumque Archipresbyter, ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulaverit, unus lectorum, aut canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero clericorum una cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro teſtimonio. Septem tamen inter ſubdiaconos, & lectores, vel laicos habeat conceſſos, qui viciſſim ſeptimanas ſuas cum illo facere omnino procurent, & qui diſtulerit, fuſtigetur. Et ſi in hoc presbyter negligens inventus fuerit, quod non hoc ſic implere contendat, triginta diebus communione privetur. *Turon. II. cap. 20.*

TITULUS LXXII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI SUAS ECCLESIAS RELINQUUNT, ET IN ALIIS COMMORANTUR, AUT VAGANTUR, ET NON RESIDENT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXXVII. & Lib. VI. Tit. XVIII. & XLIV. & Lib. VIII. Tit. XXXI. quibus adde:

CAPUT I.

CLericos in Eccleſia miniſtrantes, ſicut jam conſtituimus, in alterius civitatis Eccleſia ſtatutos fieri non oportet: ſed contentos eſſe, in quibus ab initio miniſtrare meruerunt, &c. Si quis Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit clericum ad alium Epiſcopum pertinentem, placuit, & ſuſceptum, & ſuſcipientem communione privari, donec is, qui migraverit clericus, ad propriam fuerit regreſſus Eccleſiam. *Chalced. cap. 20. Vernen. cap. 12. Tribur. cap. 28. Ivo part. 6. cap. 361. decret. Anſelm. lib. 7. c. 97. Cæſar. lib. 4. cap. 100.* *Diſt. 71. c. 4.*

CAPUT II.

Quia neceſſitatis cauſſa de Portuenſi Eccleſia Formoſus pro vitæ merito ad Apoſtolicam ſedem provectus eſt, ſtatuimus, & omnino decernimus, ut id in exemplum nullus aſſumat, præſertim cum ſacri canones hoc penitus interdicant, &c. Sed neque de gradu Eccleſiaſtico ſynodice ejectum, & non canonice reſtitutum ad altiora provehere ullus præſumat, &c. Si vero cujuſcumque ſit ordinis, vel poteſtatis, contempto Deo, & calcatis ſanctiſſimorum patrum ſtatutis, id quoquo modo tempraverit, non ſolum Apoſtolico Eccleſiaſtico anathemate feriatur, ſed etiam Imperialem indignationem experiatur. *Synod. Ravenn. ſub Joann. IX. cap. 3.*

CAPUT III.

Nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in ſubſequenti officio clericorum ab Eccleſia ad Eccleſiam cuiquam tranſire ſit liberum, &c. Si quis ſua quærens, non quæ Jeſu Chriſti, ad plebem, & Eccleſiam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. *Leo epiſt. 84. ad Nicetam Aquilejen. Epiſcopum in fin.*

CAPUT IV.

Theodorum Epiſcopum, qui diu a ſua Eccleſia abſuerat, & alia crimina admiſerat, Vigilius Ro-

Romanus Pontifex excommunicat, & deponit. *poſt epiſt. 1. vel 6.*

CAPUT V.

Diſt. 92. Si qui, c. 6. Epiſcopus ordinatus, ſi non recipiatur in ſua parochia, & alienam invadat, eiiciatque alium, & tumultum concitet, excommunicetur. Si velit manere ut presbyter, ubi ordinatus presbyter fuit, maneat, ſed ſi contra Epiſcopum ibi moveat ſeditionem, deponatur a presbyteratu. *Ancyr. cap. 18. Mart. Bracar. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 36. Ivo part. 5. cap. 147. decret.*

CAPUT VI.

Niſi Julianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eumdem clericum, quem fuerat auſus ordinare, revocaverit tuæ plebi, contra ſtatuta concilii faciens, contumaciæ ſuæ ſeparatus a nobis, excipiet judicium. *Carth. c. 94. C. Afric. cap. 21. Carth. III. cap. 44. L. Burch. lib. 2. cap. 41. Ivo part. 6. cap. 142. decret.*

CAPUT VII.

Si quis ex presbyteris, aut diaconis, qui neque in civitate, neque in parochiis canonicus eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in oratorio ſancto deſerviens, celebret divina myſteria, feſtivitates præcipuas, Domini Natale, Paſcha, Pentecoſten, & ſi quæ principales ſunt feſtivitates reliquæ, nullatenus alibi, niſi cum Epiſcopo ſuo in civitate teneat. Quicumque ſunt etiam cives natu majores pari modo in urbibus ad Pontifices ſuos in prædictis feſtivitatibus veniant. Quod ſi qui improba temeritate contempſerint, eiſdem feſtivitatibus, quibus in civitatibus adeſſe deſpiciunt, communione pellantur. *Arvern. cap. 14. vide Aurel. IV. cap. 3. Burch. lib. 2. cap. 231. Ivo part. 6. cap. 306. decret.*

CAPUT VIII.

Qui occaſione barbaricæ perſecutionis clerici fiunt, vel ex aliqua alia cauſſa, & ceſſante perſecutione, vel cauſſa ſecedunt, ad ſuas Eccleſias revertantur, & eas non derelinquant. Qui non fecerit, excommunicetur, donec revertatur: item Epiſcopus, qui eum retinet. *Trull. cap. 18.*

CAPUT IX.

De Epiſcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec ſcimus de ordinatione eorum, qualiter fuerit, placuit juxta inſtituta ſanctorum patrum, ut in alterius parochia miniſtrare, nec ullam ordinationem facere debeant ſine juſſione Epiſcopi, cujus parochia eſt, &c. Et ſi ullus clericus, aut laicus talem Epiſcopum, aut presbyterum defenſaverit ſine commeatu Epiſcopi, in cujus parochia eſt, excommunicetur uſque ad emendationem. *Concilium apud Palatium Vernis, cap. 13. Verm. cap. 61.*

CAPUT X.

De clericis vagis, ſeu de acephalis, id eſt, de his, qui ſunt ſine capite, neque ſub Epiſcopo, neque ſub Abbate, ſed ſine canonica, vel regulari vita degentes, &c. præcipimus, ut Epiſcopi ſine ulla mora eos ſub cuſtodia conſtringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos ſecundum deſideria voluptatum ſuarum vivere permittant. Sin autem Epiſcopis ſuis canonice obedire noluerint, excommunicentur uſque ad judicium Archiepiſcopi regionis illius. *Mogunt. cap. 22.*

CAPUT XI.

Ut monachi, quibus monaſteriorum cura commiſſa non eſt, paſſim, & ſine auctoritate palatium non adeant, nec in eo immorentur, vel ubi & ubi diſcurrere, ac pervagari præſumant. Sed ſi tales quilibet fuerint, ut utiles, & neceſſarii Eccleſiæ, ac Principi reperiantur, cum auctoritate Epiſcopi canonice, ac religioſe pergant, &c. Nec ſub prætextu obedientiæ diutius villicationibus inſerviant, &c. Hæc autem tranſgredientes ſive prælati in faciendo, ſive ſubditi in obtinendo, excommunicentur. *Meld. c. 57.*

TITULUS LXXIII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI SINE LITTERIS EPISCOPI DISCEDUNT, ET CONTRA EOS, QUI RECIPIUNT CLERICOS FUGITIVOS, AUT EIS FAVENT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. LVIII. & Lib. VIII. Tit. XXX. quibus adde:

CAPUT I.

QUI Epiſcoporum, aut laicorum, poſt hoc conſtitutum, alterius Eccleſiæ clericum *Diſt. 71. c. 4. Clericos.* ſuſceperit, niſi ad excuſandum rationabiliter, placuit a communione ſuſpendi, & eum, qui ſuſcepit, & qui ſuſceptus eſt, quouſque clericum, qui translatus eſt, fecerit ad ſuam reverti Eccleſiam. *Chalcedon. c. 20. Concil. Vernen. cap. 12. Aquiſgran. c. 87. Tribur. c. 28. vide Nicæn. c. 16. Chalced. cap. 5. & 10. Nicæn. II. c. 15. Ivo part. 6. c. 361. decret. Anſelm. lib. 7. c. 97. Cæſar. lib. 4. cap. 100.*

CAPUT II.

Si Epiſcopus, apud quem fugitivus moratur, eum ut clericum tractet, excommunicetur. *Ap. c. 16. vide Antioch. c. 3.*

CAPUT III.

Qui ab Eccleſiis ad Eccleſias migraverint, *7. q. 1. c. 41.* tamdiu a noſtra communione alienos habemus, donec ad eas redierint civitates, in quibus primitus ſunt ordinati. *Damaſ. in ep. ad Paulinum, apud Theodoret. lib. 5. cap. 11. & in Tripart. lib. 9. cap. 16.*

TITULUS LXXIV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA CLERICOS, QUI AD JUDICES SÆCULARES SE CONFERUNT.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. X. & Lib. XIII. Tit. V. quibus adde:

CAPUT I.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introiverit, anathema ſuſcipiat *Syn. Rom. apud Silveſtrum CCLXVII. Epiſcoporum.*

CAPUT II.

Clericus, niſi ex permiſſu Epiſcopi, qui ſæcularia judicia adierit, a communione alienus habeatur. *Venet. c. 9.*

TITULUS LXXV.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA EOS, QUI NON DEFERUNT HONOREM, ET OBSERVANTIAM, QUAM DEBENT SUIS SUPERIORIBUS.

CA-

CAPUT I.

Vid. diſt. 74. cap. 8. PRivatur perceptione corporis Chriſti Natalis Epiſcopus Salonitanus, ſi non reſtituit in ſuam priſtinam dignitatem Honoratum Archidiaconum, de qua re ſæpe admonitus, parere noluerat. *Gregor. lib. 2. regiſt. epiſt. 16. ad Antoninum Subdiaconum; vide ep. 14. & 15.*

CAPUT II.

2. q. 6. c. 19. Quiſquis. Qui nolit judicibus obedire, primæ ſedis Epiſcopus det literas, ut nullus Epiſcopus eum communicet, donec obediat. *Carth. c. 123. G. Milev. c. 24. L. Ivo part. 6. c. 365. decret. & lib. 4. tit. 12. c. 8. panorm.*

TITULUS LXXVI.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA JUDICES, QUI NON PRÆSTANT MUNUS SUUM.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. VII. quibus adde:

CAPUT I.

De judic. c. 5. Greg. IX. & in 1. coll. SI qui Judæi ſe ad fidem converterint Chriſtianam, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur, &c. ſi autem ſecus factum fuerit, principibus, vel poteſtatibus eorumdem locorum ſub pœna excommunicationis injungimus, ut portionem hæreditatis, & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi. *Alexand. III. in concil. Later. cap. 26.*

CAPUT II.

De præſidibus, qui fideles ad præſidatum proſiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas accipiant Eccleſiaſticas communicatorias: ita tamen, ut quibuſcumque locis geſſerint, ab Epiſcopo ejuſdem loci cura de illis agatur, ut cum cœperint contra diſciplinam publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter, & de his fiat, qui rempublicam agere volunt. *Arelat. I. c. 7.*

CAPUT III.

Judices, aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi commoniti a Pontifice ſuo ſe non emendaverint, excommunicentur. *Turon. II. cap. 27. Troſl. c. 7. ex Capitul. lib. 6. c. 418.*

CAPUT IV.

Judices oppreſſores viduarum, & pupillorum a communione ſuſpendantur. *Matiſcon. c. 12.*

CAPUT V.

Quicumque judex ſæcularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, atque de junioribus abſque audientia Epiſcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anathema ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur. *Troſl. c. 5. Ex Capitul. Caroli Imperat.*

TITULUS LXXVII.

EXCOMMUNICATIONES CONTRA LAICOS, QUI CLERICORUM MUNERA IMPEDIUNT.

CAPUT I.

SI Magiſtratus ſynodum fieri prohibeat, excommunicetur. *Nicæn. II. c. 6. Ivo part. 5. c. 573. decret.*

CAPUT II.

Si quis adverſando ejus præpedire conatus fuerit laborem (*loquitur de Bonifacio, qui prædicandi Evangelii cauſſa miſſus fuerat in Germaniam*) aut contrarius extiterit miniſterio ſibi credito, ſucceſſorumque ejus eumdem laborem intrantium, ex ſententia divina anathematis vinculo percellatur, & perpetuæ damnationi ſubjaceat. *Greg. II. ep. 2. in fin.*

CAPUT III.

Si quæ parochiæ in potentatuum domibus conſtitutæ ſunt, & ab agentibus potentum, vel ab ipſis rei dominis ab agendo officio Eccleſiæ clerici prohibentur, auctores nequitiæ a ſacris ceremoniis arceantur, donec ſubſecuta emendatione in pace Eccleſiaſtica revocentur. *Aurelian. IV. cap. 26.*

CAPUT IV.

Si quis contradixerit Epiſcopo, ne oratoria villarum diſponat, communione privetur. *Cabilon. cap. 14.*

TITULUS LXXVIII.

VARIÆ EXCOMMUNICATIONES.

CAPUT I.

SErvos ſine voluntate dominorum monachi non recipiant. Si contra hæc venerit, excommunicatus ſit. *Chalc. c. 4. Ivo part. 7. c. 1. & part. 16. c. 46. decret. & lib. 3. tit. 16. c. 1. panorm. Anſelm. lib. 5. c. 54.* *16. q. 1. c. 12. Qui vere, in fin.*

CAPUT II.

Definivit ſancta hæc, & univerſalis ſynodus, nullum Archiepiſcoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & poteſtate propria in inferiores abuti, & conſumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad Eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum, ac per hoc aggravare avaritiæ modo conſcientias patrum, & comminiſtrorum ſuorum, &c. Quiſquis Metropolitanorum poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere tentaverit, pœnam a Patriarcha ſubeat, qui per tempora fuerit, ſecundum congruentiam injuſtitiæ, ac avaritiæ ſuæ, & deponatur, & ſequeſtretur ut ſacrilegus, & ut idololatra factus, juxta magnum Apoſtolum. *Syn. VIII. gen. CP. ſub Hadr. II. c. 19.* *Ephes. 5. a.*

CAPUT III.

Si aliquis conſuetudines, quæ ratione juvantur, & ſacris congruunt inſtitutis, irritare præſumpſerit, donec congruam egerit pœnitentiam, a Dominici corporis perceptione fiat alienus. *Alex. III. in concil. Later III. c. 16.* *cap. 1. de iis, quæ fiunt a majori parte capit. Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT IV.

Prohibemus omnino, ne una, eademque civitas, ſive diœceſis diverſos Pontifices habeat, &c. Sed ſi propter prædictas cauſſas (*loquitur de diœceſi, in qua ſunt populi permiſti diverſarum linguarum*) urgens neceſſitas poſtulaverit, Pontifex loci Catholicum Præſulem nationibus illis conformem provida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens & ſubjectus. Unde ſi quis aliter ſe geſſerit, excommunicationis ſe noverit mucrone percuſſum, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 9.* *De offic. jud. ordin. c. 14. Quoniam. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT V.

Diſtricte præcipimus medicis corporum, ut

cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, quod medicos advocent animarum, &c. Si quis medicorum hujus noſtræ conſtitutionis, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter, &c. Sub interminatione anathematis prohibemus, nequis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 22.

De pœnit. & remiſſ. c. 13. *Cum infirmitas. Greg. IX. eod. tit. in* 4. *coll. c.* 1.

CAPUT VI.

Diſt. 79. *c.* 2.

Si quis clericus Pontifice Romano incolumi cuipiam ad Pontificatum adſpiranti adjutor venerit, communione privetur. *Symm. in ſyn. Rom. I. cap.* 3.

CAPUT VII.

Diſt. 15. *c. Sancta. §. Item epiſt.*

Item epiſtulam Leonis Papæ ad Flavianum CP. Epiſcopum deſtinatam (*recipiendam mandamus*) cujus textum quiſpiam ſi uſque ad unum jota diſputaverit, anathema ſit. *Gelaſ. & LXX. Epiſcopi in ſyn. Burch. lib.* 3. *c.* 220. *Ivo part.* 4. *c.* 64.

CAPUT VIII.

Diſt. 92. *c.* 2.

Præſenti decreto conſtituto, ut in ſede hac ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque Evangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolemnia exſolvant. Pſalmos vero, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas fuerit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum venire temptaverit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes, Anathema ſit. *Greg. in concil. Rom. cap.* 1. *lib.* 4. *regiſt. ep.* 44. *vel c.* 88. *Anſelm. lib.* 7. *cap.* 65. *Tarrac. lib.* 4. *c.* 22.

CAPUT IX.

Præſenti decreto conſtituo, ut ſi quis Eccleſiaſticorum unquam titulos ponere, ſive in ruſtico, ſive in urbano prædio ſua ſponte præſumpſerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. Is autem, qui Eccleſiæ præeſt, ſi hoc vel ipſe fieri præcipit, vel ſine ſua præceptione factum digna punire animadverſione neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. *Greg. in concil. Roman. cap.* 3. *ubi ſupra.*

CAPUT X.

Præſenti decreto conſtituo, ut feretrum, quo Romani Pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur, quam decreti mei curam gerere ſedis hujus presbyteros, ac diacones cenſeo. Si quis vero ex eorum ordine hæc curare neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. *Greg. in concil. Rom. c.* 4. *ubi ſupra. Tarrac. lib.* 4. *c.* 23.

CAPUT XI.

18. *q.* 2. *c.* 25. *Perniciosam.*

Moniales, qui privata ſibi ædificant receptacula, hoſpiteſque minus religioſos excipiunt ſi non ceſſant, excommunicentur. *Innoc. II. in ſyn. Rom. c.* 20. *al.* 26.

CAPUT XII.

Diſt. 63. *c.* 35.

Obeuntibus ſane Epiſcopis, quoniam ultra tres menſes vacare Eccleſias ſanctorum Patrum prohibent ſanctiones, ſub anathemate interdicimus, ne canonici de ſede Epiſcopali ab electione Epiſcoporum excludant religioſos viros, ſed eorum conſilio honeſta, & idonea perſona in Epiſcopum eligatur. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c.* 22.

CAPUT XIII.

c. unic. de ſagittar. Greg. IX. & in 1. *coll.*

Artem illam mortiferam, Deo odibilem, baliſtariorum, & ſagittariorum adverſus Chriſtianos Catholicos exerceri, de cætero ſub anathemate prohibemus. *Synod. Roman. ſub Innoc. II. cap.* 23.

CAPUT XIV.

Si laicus ſe abſciderit, in annos tres excommunicetur, ut ſuæ vitæ hoſtis. *Apoſt. cap.* 23. *G.* 24. *L.*

CAPUT XV.

Si Epiſcopus, vel presbyter clerico indigenti non præbeat neceſſaria, excommunicetur; ſi perſeverat, deponatur, uti homicida fratris. *Apoſt. cap.* 59.

CAPUT XVI.

24. *q.* 3. *c.* 14.

Tam ſacerdotes, quam reliqui fideles omnes ſummam curam habere debent de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab Eccleſia ſeparentur. *Anaclet. epiſt.* 3. *ante fin. Burch. lib.* 1. *c.* 136. *Ivo part.* 5. *cap.* 250. *decret.*

CAPUT XVII.

Sponſa Epiſcopi (*quæ eſt Eccleſia*) illo vivente ei eſt alligata, eo vero defuncto ſoluta eſt, &c. Si eo vivente alteri nupſerit, adultera judicabitur, ſimiliter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, adulter æſtimabitur & communione privabitur. *Calliſt. ep.* 2. *ante med.*

CAPUT XVIII.

Munera propria Epiſcoporum nullus deinceps Chorepiſcopus uſurpet, qui noluerit a noſtro ſacerdotali collegio ſeparari. *Damaſ. epiſt.* 4. *poſt med.*

CAPUT XIX.

Ne presbyteri addubitent, ſi quidquam ad Epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinens, ſuo motu putaverint exequendum, continuo ſe presbyterii dignitate, & ſacra communione privari. *Gelaſ. ep.* 1. *c.* 8.

CAPUT XX.

Vid. diſt. 54. *c.* 12. *Generalis.*

Si Epiſcopus ſervum invito domino retinuerit, aut Abbas intra monaſterium receperit, communione privetur. *Gelaſ. epiſt.* 1. *cap.* 16. *Ivo part.* 6. *cap.* 100. & *part.* 16. *cap.* 47. *decret. Anſelm. lib.* 7. *cap.* 196. *in Rom. Cæſar. lib.* 9. *cap.* 18.

CAPUT XXI.

7. *q.* 1. *c.* 40.

Eum, qui contra juſtitiæ regulam in Archidiaconatum alterius ſe provehi conſenſit, ab ejuſdem Archidiaconatus honore deponimus. Qui ſi ulterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit, ſe participatione communionis ſacræ noverit eſſe privatum. *Greg. lib.* 2. *indict.* 10. *ep.* 14. *Catal. Epiſc. Salonit. vide ep.* 15. & 16. *Ivo part.* 6. *c.* 342. *decret.*

CAPUT XXII.

Si quis contra ſuam profeſſionem, vel conſcriptio-

ptionem venerit, ſi clericus fuerit, deponatur, ſi laicus anathematizetur. *Hadr. ad Epiſc. Med. cap.* 57. *Anſelm. lib.* 3. *cap.* 88. *Capitul. lib.* 7. *cap.* 158.

CAPUT XXIII.

Nullus audeat contra eandem veſtram venire ordinationem, quæ dignante Deo ex noſtra præceptione in vobis facta eſt, & hoc interdicentes, ut nullus audeat juxta ſanctorum canonum traditionem, ex alio Epiſcopato ibidem translatare, aut ordinare Epiſcopum (*loquitur de quibuſdam diœceſibus, quæ tunc in Germania fuerunt conſtitutæ*) poſt veſtram de hoc ſæculo evocationem, niſi is, qui Apoſtolicæ noſtræ ſedis in illis partibus præſentaverit vicem. Sed nec unus alterius parochias invadere, aut Eccleſias ſubtrahere præſumat, nam, quod non credimus, ſi quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire temptaverit, ſciat ſe æterno Dei judicio anathematis vinculo eſſe innodatum. *Zachar. ep.* 1. *in med.*

CAPUT XXIV.

Magiſtratum anno, quo agit Duumviratum, prohibere placet, ut ſe ab Eccleſia cohibeat. *Elib. c.* 56.

CAPUT XXV.

Matronæ, vel earum mariti veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam non dent. Et ſi fecerint, triennii tempore abſtineant. *Elib. c.* 57.

CAPUT XXVI.

* *bello*, al. Qui arma projiciunt in pace *, placuit abſtinere eos a communione. *Arelat. I. c.* 3.

CAPUT XXVII.

Qui contra ſuam poſſeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit. *Carth. II. c.* 13. *L.*

CAPUT XXVIII.

2. *q.* 6. *c.* 32. Catholicus. Qui cauſſam ſuam Catholicus ſive juſtam, ſive injuſtam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur. *Carthag. IV. c.* 87. *L.*

CAPUT XXIX.

* *oblationibus.* De obligationibus *, vel agris, quos D. N. Rex Eccleſiæ ſuo munere conferre dignatus eſt, vel Deo inſpirante contulerit, ipſorum agrorum, vel clericorum immunitate conceſſa, definimus, ut in reparationibus Eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adjutorium Eccleſiaſtici operis conſtringantur. Quod ſi aliquis ſacerdotum, ſeu minoris officii ad hanc curam minus ſollicitus fuerit, ac devotus extiterit, publice a comprovincialibus Epiſcopis confundatur. Si non ſe correxerit, donec emendet errorem, communione fratrum habeatur indignus; minores vero, ut dignum eſt, diſtringantur. *Aurel. c.* 7. *vel* 5.

CAPUT XXX.

Sine diſcuſſione, vel commendatione Epiſcoporum pro petendis beneficiis ad dominos nemini venire liceat. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, excommunicetur. *Aurel. c.* 9. *alias* 7.

CAPUT XXXI.

Ut mulieres omnes Eccleſiæ Catholicæ fideles a virorum alienorum lectione, & cœtibus ſeparentur, nec ad ipſas legentes alii ſtudio vel docendi, vel diſcendi conveniant, quoniam & hoc Apoſtolus jubet. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt, 1. *Cor.* 14.
anathema futuros, qui hanc concilii ſententiam 1. *Tim.* 2.
non obſervaverint. *Cæſar. c.* 1.

CAPUT XXXII.

Qui Epiſcopatum indebite ſurripit, Eccleſiæ, cui indignus præeſſe cupit, communione privabitur. *Arvern. c.* 2.

CAPUT XXXIII.

Tribus menſibus ſe a charitate fratrum noverit eſſe ſequeſtratum Epiſcopus, qui ſynodi judicium refugit. *Lugd. c.* 1.

CAPUT XXXIV.

Si quis Apocalypſim deinceps non receperit, excommunicationis ſententiam habebit. *Tolet. IV. c.* 16.

CAPUT XXXV.

Si Epiſcopi aliquid in monachos canonibus in- 18. *q.* 2. *c.* 1.
terdictum præſumpſerint, aut uſurpare quippiam Hoc tum.
de monaſterii rebus temptaverint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis, qui ſe deinceps nequaquam ſuſtulerint ab illicitis. *Tolet. IV. c.* 50.

CAPUT XXXVI.

Placuit huic ſancto concilio, ut ſi Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ, in qua præſidet, de rebus ſuis inventus fuerit plurima contuliſſe, quidquid amicis, &c. de Eccleſiæ ſuæ rebus compertus fuerit donaſſe, ſi triplum, aut multo plus patuerit eſſe, quod conſcripſit in nomine Eccleſiæ, firmum teneat, quod diſtribuit, nec liceat ſuccedenti Epiſcopo prioris ſui irrumpere voluntatem. His etiam ſi cauſſæ Eccleſiaſticæ fuerint commiſſæ, & fideliter proſequentibus in rebus Eccleſiæ profectum viſi fuerint facere, laboris ſui conſequantur mercedem, &c. Si quis Epiſcoporum contra hujus ſententiæ ordinem agens irrumpere voluerit, quod prior ejus fecit, & vocem amittat, & ſcripturæ, quæ facta eſt, pœnam adimpleat, inſuper & a cœtu fraterno excommunicatus maneat, ut exceſſus ſui emendet cauſſam. *Emerit. c.* 21.

CAPUT XXXVII.

Nemo canat in ambone, qui non corona utatur, & benedictionem a ſuo paſtore acceperit: contra faciens excommunicatur. *Trull. c.* 33.

CAPUT XXXVIII.

Eos, qui diſcunt leges civiles, gentilium moribus uti non oportere, & neque in theatrum venire, aut quæ volutabra dicuntur celebrare, neque præter uſum communem ſibi veſtem induere aliquo tempore, aut cum ad finem ejus diſciplinæ perveniunt. Quod ſi quis poſthac facere audebit, excommunicetur. *Trull. c.* 71.

CAPUT XXXIX.

Excommunicentur, qui capillos ornant delicate, &c. *Trull. c.* 97.

CAPUT XL.

Si quis pinxerit picturas ad crimina commoventes, excommunicetur. *Trull. c.* 101.

CAPUT XLI.

Eccleſiæ dirutæ reparentur ex tertiis, quas an- 10. *q.* 3. *c.* 3.
tiqui canones de parochiis ſuis habendas Epiſcopis cenſuerunt. Ne plures Eccleſiæ uni presbyte-

ro dentur. Epiſcopus tranſgreſſor duorum menſium ſpatio ſe noverit excommunicatione multari. *Tolet. XVI. c. 5.*

CAPUT XLII.

Illud cunctis volentibus confirmatum eſt, ut qui diſciplina Eccleſiaſtica noxii, ſive ingenui, ſive ſervi coercentur, nulli audeant eos tueri, & vindictam eorum in quoslibet ad poteſtatem Epiſcoporum pertinentium retorquere. Quod ſi qui deinceps præſumpſerint, & excommunicationem Eccleſiaſticam, & motum indignationis regiæ perpeſſuros. *Syn. apud D. Medardum in ſuburbio Sueſſionenſi c. 7.*

CAPUT XLIII.

Illud ſub anathemate præceptum eſt, ut nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carnam * dividere præſumat, ſi infirmitas non intervenerit. *Salegunſt. cap. 17. Ivo part. 15. c. 183. decret.*

* *hoc eſt quadrageſimam.*

CAPUT XLIV.

Qui ſe latronibus adverſos obiiciunt, ſi ſint quidem extra Eccleſiam, a boni communione arceantur. Si ſint autem clerici, a gradu deponuntur. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 55.*

TITULUS LXXIX.

EXCOMMUNICATIONES QUÆDAM IN QUIBUS EXCOMMUNICATIS FIT POTESTAS COMMUNICANDI CUM ALIQUIBUS.

CAPUT I.

Diſt. 18. c. Placuit, 10. Communione ſuæ Eccleſiæ contenti ſint, qui non veniunt ad ſynodum, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderint, &c. *Carth. cap. 77. G. Carth. V. cap. 10. L. Afric. cap. 43.*

CAPUT II.

Diſt. 18. c. Si quis. Epiſcopus, qui alienum monachum clericum, vel Abbatem facit, ab aliorum communione ſeparatus, ſui populi communione contentus ſit; & ille neque clericus, neque Abbas ſit. *Carth. cap. 81. G. Carth. V. cap. 13. L. Afric. cap. 47. Cæſar. lib. 9. cap. 15.*

CAPUT III.

Epiſcopi, qui hactenus tantam ſilentio conſenſerunt præſumptionis perniciem (*loquitur de Epiſcopis, qui laicos permittebant res omnes monaſteriorum, ut Abbates adminiſtrare*) durius arguantur, & ſi deinceps iſtud ſine vindicta dimiſerint, aut agere in ſuis parochiis conſenſerint, tribus menſibus hoc ſynodali judicio a miſſarum ſolemniis ſe abſtineant, & ſuæ tantum Eccleſiæ communione contenti fiant. *Melden. cap. 10. ex concilio Halonien.*

TITULUS LXXX.

DE MODO PRIVANDI COMMUNIONE JUDÆOS, ET PAGANOS.

CAPUT I.

De uſur. c. 18. Quanto, ap. Gr. IX. & c. 3. eod. tit. in 4. coll. Statuimus, ut ſi de cætero quocumque prætextu Judæi a Chriſtianis graves, & immoderatas uſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato gravamine ſatisfecerint competenter. Chriſtiani quoque ſi opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur ab eorum commerciis abſtinere, &c. Hac eadem pœna Judæos decernimus compellendos ad ſatisfaciendum eccleſiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas a chriſtianis de domibus, & poſſeſſionibus aliis percipere conſueverunt, antequam ad Judæos quocumque titulo deveniſſent; ut ſic eccleſiæ conſerventur indemnes. *Innoc. III. in conc. gener. Later. cap. 67.*

CAPUT II.

De Judæis, c. 16. ap. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. Si quis officium publicum Judæis commiſerit, diſtrictione, qua convenit, compeſcatur. Officiali vero hujuſmodi tamdiu Chriſtianorum communio in commerciis, & aliis denegetur, donec in uſus pauperum chriſtianorum, ſecundum providentiam diœceſani Epiſcopi convertatur, quidquid fuerit adeptus a chriſtianis occaſione officii ſic ſuſcepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad paganos. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 69.*

CAPUT III.

Donec Judæi uſuras cruce ſignatorum remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. ult.*

TITULUS LXXXI.

DE ORDINATIS AB EXCOMMUNICATIS.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. XX. & Lib. X. Tit. XXXV.

TITULUS LXXXII.

COMMUNIA DE EXCOMMUNICATIONE.

CAPUT I.

Nemo Pontificum deinceps aliquem Epiſcopum ſuis ſpoliatum rebus, aut a ſede pulſum excommunicare, aut judicare præſumat: quia non eſt privilegium, quo poſſit ſpoliari jam nudatus. *Nicæn. cap. 28. apud Julium epiſt. 2. ante finem. Xyſt. II. epiſt. 11. in med. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret.* *2. q. 2. c. 5. Nullus.*

CAPUT II.

Certum eſt, quod qui impius demonſtratus eſt, omnimodo ſeparatus eſt a Deo, ſicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius ſeparatus eſt. Nihil aliud ſignificat anathema, niſi Dei ſeparationem. *Synod. V. CP. action. 5. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 9. vel 89. panorm. & part. 14. cap. 49. decret.* *24. q. 2. c. 6.*

CAPUT III.

Prohibemus omnibus chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, ne in terris Saracenorum, qui partes Orientales habitant uſque ad quadriennium tranſmittant, aut tranſeant naves ſuas. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. ult.*

CAPUT IV.

Ferro abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomenta non ſentiunt. Similiter, & illi extorres debent fieri ab Eccleſia, qui ſacerdotali admonitione non corriguntur, &c. *Syn. Rom. VI. ſub Symmach. in fine.* *16. q. 1. c. In canonibus, in fin. 57.*

CAPUT V.

Presbyteri, vel quicumque ordinati caſte, & prudenter ſe habeant, ut libere, & aperta fronte poſſint reprehendere errantem populum ſibi commiſſum, & juxta Apoſtolum illos tradere Sa- *1. Cor. 5.*

Satanæ: excommunicare ſcilicet, & a liminibus Eccleſiæ ſanctæ ſeparare, qui vincula Chriſti diſrumpunt, jugum ſcilicet diſciplinæ abiiciunt, & prævaricatores legis exiſtunt: pacis videlicet violatores, fures, adulteros, inceſtos, fornicatores, raptores, perjuros, fidei proditores, ſacrilegos, qui cœmeteria, & Eccleſias, earumque miniſtros, reſque Deo, & eis dicatas violant, vel auferunt, falſos teſtes, ſortilegos, haruſpices, uſurarios, &c. donec reſipiſcant, & de his Deo, & ſanctæ Eccleſiæ, & quibus nocuerunt, ſatisfaciant. *Greg. VII. in concil. Roman. ann. incert. cap.* 25.

CAPUT VI.

3. q. 8. c. 1. 3. q. 4. c. 2. Non prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur Epiſcopus, quam duodecim judices eligantur, &c. *Zephyrin. epiſt.* 1. *ante med. Ivo part.* 5. *cap.* 245. *decret. Anſelm. lib.* 3. *cap.* 41. *Cæſar. lib.* 5. *cap.* 41. *Tarrac. lib.* 2. *cap.* 52.

CAPUT VII.

9. q. 3. c. Nullus, 1. Nemo alterius terminos uſurpet: nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præſumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit,
9. q. 4. c. 7. nec vires ullas habebit, &c. Nullus autem Primas, vel Metropolitanus diœceſani Eccleſiam, vel parochianum, aut aliquem de ejus parochia præſumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere abſque ejus conſilio, vel judicio. Sed hoc obſervet, quod ab Apoſtolis, ac patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & a nobis confirmatum, &c. *Calliſt. epiſt.* 2. *poſt princ. Burch. lib.* 1. *cap.* 66. *& lib.* 2. *cap.* 39. *Ivo lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 2. *panorm. & part.* 5. *cap.* 100 *& part.* 14. *cap.* 72. *decret. Cæſar. lib.* 5. *cap.* 18.

CAPUT VIII.

6. q. 1. c. 17. Omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos infames eſſe dicimus. *Stephan. epiſt.* 1. *poſt med. Burch. lib.* 1. *cap.* 173. *Ivo lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 14. *panorm. & part.* 5. *c.* 291. *decret. Deuſded. cap.* 3. *Anſelm. lib.* 3. *c.* 5.

CAPUT IX.

2. q. 6. Ad Romanam, cap. 6. Abſque ulla cuſtodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel ſpoliatione libere ire concedatur Epiſcopis ad Apoſtolicam ſedem. *Marcellus epiſt.* 1. *in princ. Anſelm. lib.* 2. *cap.* 3.

CAPUT X.

Non ſolum Præſuli Apoſtolico facere licet, ſed cuicumque Pontifici, aut quolibet, & quemlibet locum, ſecundum regulam hæreſeos ipſius ante damnatæ, a catholica communione diſcernaut. *Gelaſ. in commonitorio ad Fauſtum.*

CAPUT XI.

De excommunicatione lata contra eos, qui malum dederunt conſilium cuidam Epiſcopo. *Greg. lib.* 7. *regiſtr. indict.* 2. *epiſt.* 1.

CAPUT XII.

Veſtra excellentia poteſt pravorum hominum ſcandala cum maxima tranquillitate declinare: prius enim a vobis ſecreto vocandi ſunt, ac ipſis ratio reddenda, & perverſa quædam capitula, quæ tenere vos exiſtimant, coram ipſis anathematizanda. Quod ſi etiam dari anathema ficte ſuſpicantur, etiam jurejurando firmandum eſt, vos eadem capitula nunquam tenere, nunquam tenuiſſe, &c. *Greg. ad Theoctiſtam in med. in regiſtr. lib.* 9. *epiſt.* 39.

CAPUT XIII.

Mali ſegregandi ſunt a bonis, & iniqui a juſtis, ut ſaltem rubore ſuo conſcientias ſuas recognoſcant, & convertantur a pravitatibus ſuis. Et ſi incorrigibiles apparuerint, ſegregentur a fidelibus uſque ad ſatisfactionem, juxta Domini Salvatoris ſententiam, qua inter cætera de peccante in ſe fratre præcipiendo ait: *Si peccaverit in te* Luc. 17.
frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſo- Matt. 18.
lum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos; ut in ore duorum, aut trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. His ergo, & aliis multis ſanctorum patrum auctoritatibus, ſegregandi ſunt mali a bonis, ne pereant juſti pro injuſtis, ſicut ſcriptum eſt: Perit juſtus pro impio. *Greg. epiſt.* 32. *Fœlici Epiſcopo lib.* 12. *regiſtr. cap.* 31.

CAPUT XIV.

Ait Cæleſtinus Papa Epiſcopis Orientalibus 24. q. 1. c.
ſcribens: „Si quis aut ab Epiſcopo Neſtorio, aut 35.
„ ab aliis, qui eum ſequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus eſt, ſeu antiſtitis, ſeu clerici dignitate, hunc in noſtra communione, & duraſſe, & durare manifeſtum eſt: nec judicamus eum remotum; quia non poterat quemquam ejus removere ſententia, qui ſe jam præbuerat ipſe removendum". Item idem ad clerum Con-
ſtantinopolitanum: „Aperte (*inquit*) ſedis no- c. 36. q. 2.
„ ſtræ ſanxit auctoritas, nullum ſive Epiſcopum, ſive clericum, ſeu profeſſione aliqua Chriſtianum, qui a Neſtorio vel ejus ſimilibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco ſuo, vel communione dejecti ſunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri: ſed hi omnes in noſtra communione & fuerunt, & hucuſque perdurant; quia neminem vel deiicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat". *Cæleſtin. apud Nicolaum in epiſt. ad Michael. Imperat. cuius initium eſt:* Propoſueramus, *ante med. Caleſt. cap.* 11. *&* 12. *Græce cap.* 6. *&* 7. *L. in concil. Epheſ. Ivo lib.* 5. *tit.* 5. *cap.* 11. *&* 12. *panorm. & part.* 14. *cap.* 58. *&* 59. *decret.*

CAPUT XV.

Epiſcopum, placuit ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere. *Elib. c.* 28.

CAPUT XVI.

Qui pro delicto ſuo a communione ſeparantur, quibuſcumque locis fuerant excluſi, eodem loco communionem conſequantur. *Arelat. I. cap.* 16.

CAPUT XVII.

Si Epiſcopus quis iracundus (*quod eſſe non de-* 11. q. 3. c. 4.
bet) cito aut aſpere commoveatur adverſus presbyterum, ſive diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit, &c. ille Epiſcopus, qui aut juſte, aut injuſte eum rejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut aut probetur

ejus,

Digitized by Google

ejus, aut emendetur ſententia. *Sardic. c. 17. Afric. concil. in ep. ad Bonif. Papam. Carth. VI. cap. 6. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 4. panorm. & part. 14. cap. 15. decret. Anſelm. lib. 3. c. 68. Cæſar. lib. 5. c. 48.*

CAPUT XVIII.

9. q. 3. c. 11. Fuit ſemper veſtræ ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedi licentia, injuſte damnatos, vel excommunicatos poteſtative, ſua auctoritate reſtituere, & ſuis ea omnia reddere, & illos, qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, Apoſtolico punire privilegio, ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognovimus actum temporibus. *Athanaſ. & alii ad Felicem II. in med. Ivo part. 5. cap. 15. decret.*

CAPUT XIX.

4. q. 5. c. ult. Quando communione privetur accuſatus, vel accuſans, & cum prohibetur Epiſcopus accuſatus communione, ne in ſua plebe communicet. *Carth. c. 19. G. Carth. VIII. c. 7. L. Tull. poſt ep. ſynod.*

CAPUT XX.

11. q. 3. c. 36. Rurſus. Intra annum excommunicationis audiuntur convicti, & condemnati clerici de aliquo crimine, non poſt annum. *Carth. cap. 80. G. Carth. V. cap. 12. L. Afric. cap. 46. Vormat. cap. 71. Anſelm. lib. 12. c. 28. Burch. lib. 2. c. 187. Ivo part. 6. c. 232. decret.*

CAPUT XXI.

6. q. 2. c. Placuit, 3. Si Epiſcopus noluit communicare alicui, quod dicat ſibi confeſſum fuiſſe crimen, & ille neget, ab aliis Epiſcopis ipſi Epiſcopo non communicetur. *Carth. c. 113. 134. G. Carth. VII. cap. 5. L. Afric. c. 98. Ivo part. 5. c. 363. decret. & epiſt. 151. ad Olricum fratrem.*

CAPUT XXII.

Si Epiſcopus aliquem judicat abſtinendum pro humiliatione, & correctione fratris, & aſſurgitur exorari a cæteris; acquieſcat fratri, de quo agitur, correptione, & comminatione adhibita, &c. *Vaſenſ. c. 7.*

CAPUT XXIII.

6. q. 2. Si tantum, c. 2. Quamdiu probari nihil poteſt, reus in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permaneat. *Vaſenſ. c. 8. Ivo part. 5. c. 364. decret. & ad Olricum ep. 151.*

CAPUT XXIV.

2. q. 7. c. 20. Si quis ab Epiſcopo ſuo, vel de eccleſia, vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, ſi nihil convitii aut criminationis objecerit, eum pro ſola conventione, a communione eccleſiæ non liceat ſubmoveri. *Aurel. c. 6. vel 8.*

CAPUT XXV.

Si quicumque Epiſcopus pro reatu aliquo quemquam a communione ſuſpenderit apud omnes ſacerdotes eatenus a communione habeatur alienus, uſquequo ejus judicio debeat recipi, a quo meruerat pro reatu ſuo a charitate eccleſiaſtica ſequeſtrari. *Lugd. c. 4.*

CAPUT XXVI.

Anathema maranatha. *Vide Tolet. IV. cap. 74. Tolet. VI. c. 5.*

CAPUT XXVII.

Vidimus quoſdam, & flevimus, ex numero culpatorum receptos in gratiam principum, extorres extitiſſe a collegio ſacerdotum, quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis, in quo ſe ſolvi licentius curat, ibi alios alligat, & quos in ſuam communionem videtur ſuſcipere, a communione, & pace eccleſiæ eligit ſeparare, ut qui cum illo conveſcuntur, ſacerdotum communione ſola priventur. Et ideo quia remiſſio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum in poteſtate ſolum regia ponitur, cui & peccaſſe noſcuntur, ab eis nulla ſe deinceps abſtinebit ſacerdotum communio, ſed quos regia poteſtas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſæ ſuæ effecerit, hos etiam ſacerdotum & populorum conventus ſuſcipere in eccleſiaſticam communionem debebit, ut quod jam principalis pietas habet acceptum, nec a ſacerdotibus Dei habeatur extraneum. *Toletan. XII. cap. 3.*

CAPUT XXVIII.

Quicumque ex clericis, vel monachis cauſſam contra proprium Epiſcopum habens, ad Metropolitanum acceſſerit, non debet a ſuo Epiſcopo damnari, antequam per judicium Metropolitani utrum dignus excommunicatione habeatur, poſſit agnoſci, alioquin in ſe illam noverit eſſe ſententiam. Idem eſt, ſi a Metropolitano gravatus ad vicinam accedat, vel ſi de duobus conqueritur, & venit ad Regem. Sed ſi prius excommunicatus fuit, maneat ita etiam coram Metropolitano. *Tolet. XIII. c. 12.*

CAPUT XXIX.

Pœnitentiam agere juxta antiquam canonum conſtitutionem, in pleriſque locis ab uſu receſſit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo ſervatur, ut a Domino Imperatore impetretur adjutorium, qualiter, ſi quis publice peccat, publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem canonum, pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur. *Cabilon. ſub Carolo c. 25.*

CAPUT XXX.

Nonnulli Præſules gregis quoſdam pro peccato a communione eiiciunt, ut pœniteant, ſed quali forte vivere debeant, ad melius exhortando non viſitant, quibus congrue increpans ſermo divinus comminatur: *Paſtores, qui paſcunt populum meum, vos diſperſiſtis gregem meum, eieciſtis, & non viſitaſtis eum: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum.* Hier. 23. *Iſid. lib. 3. de ſummo bono cap. 46. apud Aquiſgr. cap. 36.*

CAPUT XXXI.

Qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus, per ſcripturam accuſari, vel reconciliatus commendari jubetur. *Syn. apud S. Medardum in cauſſa Hincmari in princ. Burch. lib. 2. c. 197. Ivo part. 6. c. 269. decret.*

CAPUT XXXII.

Ad memoratos excommunicatos ſancta ſynodus litteras direxit, eiſque uſque ad proximã futuram ſynodum corrigendi ſpatium tribuit, monens eccleſiaſtica pietate, ut convertantur, & vivant,

quia

quia niſi ſe correxerint ad futuram ſynodum generali unanimitate anathemate terribili ferientur. *Tull. c.* 10.

CAPUT XXXIII.

Pro criminibus (*homicidio*, *adulterio*, *&c.*) quæ ſuperius expoſita ſunt, vos excommunicatos a quibuſdam Epiſcopis comperimus, ſed ipſis intercedentibus damus ſpatium, ut ad noſtram piam admonitionem deponatis mortiferam ſocietatem, & peccatorum conſuetudinem, ne forte ſi in veſtra contumacia perſtiteritis, cogamur vos anathemate generali contra noſtram voluntatem propter miniſterii neceſſitatem ferire. *Syn. Tull. in ep. ad Rotbertum, & alios in fin.*

CAPUT XXXIV.

Quando Epiſcopus aliquem excommunicaverit, eat publice ad oſtium eccleſiæ, & oſtium pro eo claudat. *Lemovicen. action.* 2. *poſt medium.*

CAPUT XXXV.

11. q. 3. c. 2. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus excommunicatus in concilio injuſte ſe queritur condemnatum, ad majorum Epiſcoporum concilium revertatur, ut eorum inquiſitionem, & judicium expectans, ſi quas juſtas cauſſas habere putat, illis exponat. Si autem contempſerit, & importunus palatio aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque ſpem futuræ reconciliationis habebit. *Mart. Brac. cap.* 35. *Antioch. cap.* 12. *In Antiochen. eſt mentio de depoſito, & non de excommunicato.*

CAPUT XXXVI.

Si horribilis eſt Deo ille, qui impie agit, certe ſeparatus eſt talis a Deo, & anathemati juſte ſubjicitur, anathema enim nihil aliud ſignificat, niſi a Deo ſeparationem, ſicut in veteri, & novo teſtamento judicium de anathemate ſignificat. *Juſtinian. ad Joann. II. ante fin.*

TITULUS LXXXIII.

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICATIONE.

CAPUT I.

COmmunio ſuſpenſa reſtituitur demonſtranti cauſſas, quibus id acciderat, jam eſſe deterſas, & profitenti pacis conditiones impletas. *Innoc. ep.* 16. *in princ.*

CAPUT II.

Pelagiani, ſi aliquando in ſe Dei adjutorium quod hucuſque negaverunt, provocaverint, & opus ſibi ejus auxilium eſſe cognoverint, &c. damnent hæc, quæ hucuſque ſenſerunt, & aliquando animum rectis diſputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti veris ſe ſanandos conſiliis tribuant, atque ſubmittant. Quod ſi fecerint, erit in poteſtate Pontificum, iſtis aliquatenus ſubvenire, & talibus aliquam curam præſtare vulneribus, quam ſolet lapſis, cum reſipuerint, eccleſia non negare; ut a ſuis revocati præcipitiis intra ovile Domini redigantur, ne foris poſiti, & tanto præſidio a fide munitionis excluſi, periculis omnibus exponantur, devorandi luporum dentibus, atque vexandi, quibus obſiſtere, hac, qua illos in ſe irritaverant, doctrinæ perverſitate non poſſunt. *Inn. ep.* 25. *in fin.*

CAPUT III.

Jubemus ſane, &c. ut ſi unquam ad ſanum, depoſito pravi dogmatis errore (*Pelagiani*) reſipuerint, damnaverintque ea, quorum ſe ipſi * * ipſas. prævaricatione damnaverunt, eis medicinam ſolitam, id eſt, receptaculum ſuum ab eccleſia non negari, ne dum eos redeuntes forſitan prohibemus, vere extra ovile remanentes, expectantis hoſtis rapidis faucibus gluttiantur, quos in ſemetipſos ſpiculis malæ diſputationis armarunt. *Innoc. epiſt.* 26. *in fin.*

CAPUT IV.

Qui propter aliquod peccatum excommunicatur, & in eodem peccato ad mortem uſque perſeverat, non poteſt poſt mortem abſolvi. *Gelaſ. in tom. de anathemate.*

CAPUT V.

Id oſtendant, qui nobis canones nituntur opponere, 24. q. 2. c. 2. Legatur. quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, ſive a majoribus noſtris, ſive ab ipſis Apoſtolis, quos potiores merito fuiſſe non dubium eſt, ſeu ab ipſo Domino Salvatore, qui judicaturus creditur vivos, & mortuos, ſive factum eſt unquam, vel faciendum eſſe mandatur. Mortuos ſuſcitaſſe legimus Chriſtum, Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8. Joann. 11. in errore mortuos abſolviſſe non legimus. Et qui certe hoc faciendi ſolus habuit poteſtatem, beato principaliter mandat Apoſtolo: Matt. 16. g. *Quæ ligaveris ſuper terram, ligata erunt & in cælis, & quæ ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta, & in cælis.* Super terram, inquit, nam in hac ligatione defunctum, nunquam dixit, abſolvi. Quod ergo nunquam factum eſt, vel mente concipere formidamus, ſcientes in divino judicio non poſſe penitus excuſari. *Gelaſ. in commonitorio ad Fauſtum.*

CAPUT VI.

Statuit quoque de Exuperantio presbytero ſancta ſynodus, qui ad injuriam ſancti Epiſcopi ſui Triferii, gravia, & multa congeſſerat, &c. propter quam cauſſam ab eo fuerat dominica communione privatus, ut in ejus ſit arbitrio reſtitutio ipſius, in cujus poteſtate, ejus fuit abjectio: hoc eſt, ut quando idem Exuperantius ſatisfecerit, vel Epiſcopo Triferio viſum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat. *Taurinen. cap.* 5. *vide cap.* 3.

CAPUT VII.

Si Epiſcopus ante damnati abſolutionem obitu rapiatur, 11. q. 3. c. 40. correctum, aut pœnitentem ſucceſſori licebit abſolvere. *Epaun. cap.* 28. *Burch. lib.* 11. *cap.* 50. *Ivo lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 7. *panorm. & part.* 14. *cap.* 114 *decret.*

CAPUT VIII.

Archiepiſcopus (*domus Antiochiæ*) propter feſtivitatem ab excommunicatione (*Samuelem, Cyrum, & alios*) abſolvit, ſub ea tamen definitione, ut non excederent Antiochiam, donec ſententiam cauſſa perciperet. Si autem exirent, antequam finem cauſſa perciperet, majori pœnæ eſſent damnationis obnoxii. *Synod. Antioch. lecta inter acta concil. Beriten. in concil. Chalc. action.* 10. *poſt princ.*

CA-

CAPUT IX.

Interrogatum eſt de his, qui Ebboni (*excommunicato*) oratione, vel oblatione communicaverant, &c. Surrexerit Erpuinus, & porrexit rotulam canonicam, & Apoſtolicam auctoritatem continentem, qualiter libellari ſatisfactione ſanari valeant, & debeant exorbitantes: unde, & in geſtis Pontificum, & in decretalibus Apoſtolicis Papæ Leonis, & in libro epiſtularum Domini Gregorii, qui dicitur ex regiſtro, & in eccleſiaſticis hiſtoriis, & in decretis multorum Pontificum ſufficienter eſt exemplis manifeſtiſſimis demonſtratum, per quorum doctrinam libellari ſatisfactione, & decreto canonico manibus omnium roborato in electione canonica venerabilis Archiepiſcopi Hincmari omnes Rhemorum eccleſiæ indicta ſibi pœnitentia, largita indulgentia, benedictione ſuper effuſa, communione ſacra tributa purificata eſſe noſcitur, & ſanata, &c. *Syn. apud S. Medardum in cauſſa Hincmari, in fin.*

CAPUT X.

Si quis ab Epiſcopo ſuo excommunicatus interfectus, aut obitu proprio mortuus abſque reconciliatione fuerit, nullatenus chriſtianorum ſepultura ſepeliatur, niſi Epiſcopus, ſatisfacientibus pro eo amicis, vel parentibus, abſolutionem & licentiam ex hoc conceſſerit, ſed neque pro eo oretur, nec facultas ejus in eleemoſynam ſuſcipiatur, quouſque ab Epiſcopo abſolvatur. Simili modo ſi vulneratus ad mortem quilibet de excommunicatis fuerit, vel infirmitate ad exitum correptus, pœnitentiam ex corde petierit, vel eſſe monachus quæſierit, pœnitentia ejus ſuſcipiatur quidem, & viaticum ei pro miſericordia tribuatur, nullatenus tamen ſepeliatur, neque poſt mortem pro eo oretur, donec ab Epiſcopo abſolvatur ſuo, dicente B. Gregorio in dialogorum lib. II. „ Tantam eccleſiæ Chriſtus largitus „ eſt virtutem, ut etiam, qui in hac carne ad- „ huc vivunt, jam carne ſolutos abſolvere vale- „ ant, quos vivos ligaverant". *Lemovic. act. II. in med.*

CAPUT XI.

Dum Epiſcopus aliquem, abſolverit, ambulet cum eo uſque ad portas eccleſiæ, & aperiat ei, ut ingrediatur, aliter autem nullus excommunicatus eccleſiam ingrediatur: quia nefarium, & illicitum eſt. *Lemov. act. II. poſt med.*

CAPUT XII.

Rem juſtam fecerunt presbyteri in Gemino pago, ſi verum dicit, quæ defert litteras Euſtathii. Dicit enim, quod Curadium facientem injuriam, nec ab ea deſiſtere valentem a communione ſeparaverunt: „ Quia ergo inveni, quod ſuo „ malo curam adhibens vult communicare, fac, „ ita ſe comparet, ut injuriam primum deponat, „ & pœnitentiam agere in animum inducat, ut „ ſi ſic intellexeris, quod lege Dei accedit ſyna- „ xim deſiderans, permittas, ei ut cum populis „ communicet". *Theoph. Epiſc. Alexand. ep. ad Menam Epiſc.*

TITULUS LXXXIV.

VARIÆ EXCOMMUNICATIONES.

CAPUT I.

SI euntes ad comitatum Romam venerint, & ſine formata Epiſcopi Romani ad comitatum venerint, communione priventur. *Carth. c. 109. G. Milev. c. 20. L. Afric. c. 73. L.*

Vid. 23. q. 8. c. 26. Quo auſu.

CAPUT II.

Clerici, vel monachi ſine commendatitiis Epiſcopi vagantes, a communione habeantur alieni. *Venet. c. 5. & 6. Agath. c. 38. Burch. lib. 2. c. 141. & 142. Ivo part. 6. c. 214. & 215. decret. & lib. 3. tit. 5. c. 26. panorm.*

Vid. 20. q. 4. c. 3. §. 1.

CAPUT III.

Si quis clericus abſque Epiſcopi ſui permiſſu derelicta eccleſia ſua ad alium ſe transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur. *Turon. c. 11.*

CAPUT IV.

Qui ſuſcipit alienum clericum, quamdiu non reſtituit, communione ſe privatum agnoſcat. *Hiſpal. II. c. 3.*

Vid. 21. q. 1. cap. 2.

CAPUT V.

Sancimus, ut omnes nos Epiſcopi infra noſtram provinciam conſtituti, ſinguli noſtrum Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primicerium habere debeamus. Sanctus quippe eſt ordo, & a nobis per omnia obſervandus. Ideoque placuit huic magnæ ſynodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit, humilitatem Pontifici ſuo, & reverentiam præbeat, &c. Si quis ex his ſui gradus ordinem non cuſtodierit, & quæ illi pro tali officio a ſuo Epiſcopo imperata fuerint, adimplere diſtulerit, pro ut cauſſa patuerit, excommunicationis damno mulctandum ſe noverit. *Emerit. c. 10.*

CAPUT VI.

Placuit huic ſancto concilio, ut tam a presbyteris, quam ab Abbatibus, ſive etiam diaconibus Epiſcopo honor debitus impendatur: & quandocumque contigerit eum juxta canonicam ſententiam viſitandi * ſuam parochiam, & digne eum ſuſcipiant, & pro ut habuerint, aut ratio permiſerit, illi præparent, quæ fuerint neceſſaria. Id ergo per omnia ſervandum inſtituimus, ut nulli presbytero, vel diacono ſine voluntate Epiſcopi ſui, licentia ſit ſæculares peragere cauſſas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinẽ capituli tranſcendere voluerit, excommunicationis ſententia feriendũ ſe noverit. *Emer. c. 11.*

* *viſitare, ſ.*

CAPUT VII.

Nullus audeat clericorum ordinationem ſui Epiſcopi contemnere, ſed ubi ordinatus fuerit ambulare debet cum gratia, & obedientia, quæ injuncta fuerint, agere. Quod ſi ſub cothurno ſuperbiæ neglexerit implere, non ſolum a ſtipendio, ſed anno uno a communione privetur. *Narbon. c. 10.*

CAPUT VIII.

Et honoris ſui, & communionis ſacræ lugeat amiſſione mulctatus, conciliis inobediens. Si pauciores in ſynodo diſſentiant, aut commoniti plurimorum ſententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confuſionis abſcedant aut excommunicationis annuæ ſententiam luant. *Toletan. VIII. c. 11.*

CA-

CAPUT IX.

Si Epiſcopus per deſidiam, aut neglectum conſtituti temporis metas exceſſerit, quibus nequeat Metropolitani ſui obtutibus præſentari, excommunicatum ſe per omnia noverit, excepto ſi regia juſſione impeditum ſe eſſe probaverit. *Tolet. XII. c. 6.*

CAPUT X.

Illi ex Pontificibus ſententiam excommunicationis merebuntur excipere, qui exortos contra ſe clamores negotiorum admoniti a Metropolitano diſtulerint emendare, atque compeſcere; aut ſi admoniti, ut in judicium primæ ſedis accedant, aut per ſe noluerint properare, aut vades ſuos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Tolet. XIII. cap. 8.*

CAPUT XI.

Alterius clericum nemo ſollicitet, neque fugientem recipiat, nemo celet, nemo ordinet. Idem in monachis. Si quis tempore conſtituto fugitivum non indicaverit, tamdiu excommunicatus ſit ipſe receptor Epiſcopus, quamdiu fugitivum apud ſe habeat. Qui confugiunt ad Metropolitanum ob querelas inferiorum Epiſcoporum, immunes ſunt. *Tolet. XIII. c. 11.*

CAPUT XII.

Presbyteri, vel quilibet clerici ſine formata non ſuſcipiantur. Criminati autem ab omnibus excludantur, & reiiciantur a parochiis, in quibus cupiunt immorari. *Meld. c. 50.*

CAPUT XIII.

Placuit, ut ſive in miniſterio diaconii, vel presbyterii officio aliquis conſtitutus exiſtat, ſi Epiſcopi, a quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi eccleſia officium dependat aſſiduum, quouſque in vitio permanſerit, & communione, & honore privetur. *Format. cap. 19.*

CAPUT XIV.

Qui epiſcopum, aut presbyterum, ſine formata venientem defendit, excommunicetur. *Format. c. 92.*

LIBER UNDECIMUS.

De Ejectione, & Interdicto.

TITULUS I.

EJECTIONES CONTRA HÆRETICOS, ET ILLORUM FAUTORES.

CAPUT I.

Eos, qui religioſitatis ſpeciem ſimulantes, Dominici corporis, & ſanguinis ſacramentum, baptiſma puerorum, ſacerdotium, & cæteros eccleſiaſticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, tamquam hæreticos ab eccleſia Dei pellimus, & damnamus, &c. Defenſores quoque ipſorum ejuſdem damnationis vinculo innodamus. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c. 17. al. 14.*

CAPUT II.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui nuptiis, carne, & vino, non continentiæ, ſed abominationis cauſſa abſtinent, reſipiſcant, aut deponantur, & ab eccleſia abiiciantur, &c. *Apoſt. c. 51.*

CAPUT III.

Si clericus ob metum Judæi, Græci, vel hæretici negaverit nomen Chriſti, eiiciatur. *Apoſt. cap. 62.*

CAPUT IV.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſed in una perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, proiiciatur de eccleſia Dei. *Vigil. ep. 1. c. 6.*

CAPUT V.

Euſtathius, & ſocii, qui hæreticas quaſdam opiniones tuebantur, ſi non reſipuerint, tanquam hæretici, & anathematizati, & damnati abiiciantur. *Gangr. in princ.*

CAPUT VI.

Anathema ſint, & eiiciantur tanquam alieni a Chriſtiano catalogo, hæretici a ſex ſynodis œcumenicis condemnati. *Trullan. cap. 2. vide Bracar. I. c. 40. lib. præced. tit. IX. c.* Si quis.

TITULUS II.

CONTRA AUGURES, ET MALEFICOS, ET QUI IDOLA COLUNT.

CAPUT I.

Ne idola in domibus ſuis habeant: ſi vim ſervorum metuunt, vel ſe ipſos puros conſervent: ſi non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur. *Eliber. c. 41.*

CAPUT II.

Eiiciantur ab eccleſia clerici, qui magi ſunt, aut augures *, aut mathematici, aut aſtrologi, aut qui faciant phylacteria, quæ vincula ſunt animarum. *Laodic. c. 36. Agathen. c. 68. Mart. Brach. c. 60. Capitul. lib. 1. c. 21. Rab. 11. c. 23. de pœnit. Ivo lib. 8. tit. 5. c. 3. panorm. & part. 11. c. 3. decret.* 26. q. 5. c. 4. Non oportet. * incantatores.

CAPUT III.

Omnibus annuntietur, quantum ſcelus ſit idololatria, & qui hæc (*lapides, & arbores*) veneratur, & colit, quaſi Deum ſuum negat, & chriſtianitati abrenuntiat, & talem pœnitentiam inde debet ſuſcipere, quaſi idola adoraſſet, omnibuſque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad eccleſiam Domino Deo ſuo. Scriptum eſt enim: *Vovete, & reddite Domino Deo veſtro.* Pſalm. 75. Novimus ſiquidem, quanta Dominus antiquo populo per prophetas ſuos interminatus eſt, qui in lucis ſacrificabant, & in excelſis immolabant. Si quis hoc tranſgreſſus fue-

1. Tim. 5. rit, *fidem perdidit, & eſt infideli deterior*; & idcirco omnimodo a ſanctæ eccleſiæ conſortio abſcindatur, & non, niſi digne pœniteat, recipiatur. *Nannet. c. 20. Burch. lib. 10. c. 10.*

CAPUT IV.

Qui ſine magna neceſſitate fidem in Chriſtum prodiderunt, & dæmoniorum menſam attigerunt, & græca ſacramenta jurarunt, tribus quidem annis ejiciantur, &c. *Baſil. ad Amphil. c. 80.*

CAPUT V.

Non liceat clericos incantatores eſſe, & ligaturas facere, quod eſt colligatio animarum. Si quis hæc fecerit, de eccleſia projiciatur. *Mart. Bracar. c. 60.*

Vide Lib. XVII. Tit. V. Elib. c. 6. c. Augur. *Carth. IV. c. 89. c.* Auguriis. *Agath. c. 42. c.* Auguriis, vel divinat. *Trull. cap. 61. cap.* Qui ſe vatibus.

TITULUS III.

CONTRA EOS, QUI JUDÆIS FAVENT.

CAPUT I.

SI quis patiatur fructus ſuos a Judæis benedici, penitus ab eccleſia ejiciatur. *Eliber. c. 49.*

CAPUT II.

Quicumque deinceps Epiſcopus, clericus, laicus Judæis contra fidem Chriſtianam ſuffragium, vel munere, vel favore præſtiterit, ut profanus, & ſacrilegus, anathema effectus ab eccleſia catholica, & regno Dei habeatur extraneus, &c. *Tolet. IV. c. 57. Meldenſ. c. 73. in fin.*

CAPUT III.

Quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum ſacramenta *, pollicitus fuerit, hanc ſe catholicam non permiſſurum Judæos violare fidem, &c. Si ipſe temerator hujus promiſſi extiterit, ſit anathema maranatha in conſpectu Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni. Similique cum eo damnatione perculſi, quicumque ſacerdotum, vel chriſtianorum ejus implicati fuerint errore. *Tolet. VI. cap. 3.*

* *reliquas conditiones ſacramento.*

TITULUS IV.

CONTRA EOS, QUI SUMPTIONEM EUCHARISTIÆ AVERSANTUR.

CAPUT I.

De conſ. diſt. 2. cap. Si quis, 18. QUI ingrediuntur eccleſiam Dei, & audiunt ſacras ſcripturas, non vero communicant oratione cum populo, aut averſantur ſumptionem euchariſtiæ ob aliquam diſcordiam, ejecti ſint ab eccleſia, quoad confiteantur, & oſtendant fructus pœnitentiæ, & ſupplicent, ut poſſint veniam conſequi. *Antiochen. cap. 2. Aquiſgran. c. 70. Mart. Brac. cap. 84. Capitul. lib. 7. c. 176. in addit.*

CAPUT II.

Si quis ſuſceptam a ſacerdote euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur. *Tolet. I. c. 14.*

TITULUS V.

CONTRA EOS, QUI ECCLESIÆ CENSURAS CONTEMNUNT, ET QUI CUM EJECTIS, AUT DEPOSITIS COMMUNICANT.

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. IV. quibus adde:

CAPUT I.

VEteri quidem lege habetur, quicumque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur a populo, aut gladio cervice ſubjecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens ſpirituali animadverſione truncatur, & ejectus ab eccleſia rabido dæmonum ore decerpitur. *Anter. ep. 1. ante fin. vide Hieronym. ad Heliodor. ep. 1.* Deut. 17. 11. q. 3. c. 14. Abſit.

CAPUT II.

Qui merito ob crimina ab eccleſia ejectus eſt, ſi ab Epiſcopo, vel presbytero receptus fuerit in communionem, eodem crimine eſt obnoxius ſuſcipiens, & ſuſceptus. *Carth. c. 9. G. Carth. II. c. 7. L. Tull. poſt ep. ſyn. Burch. lib. 11. c. 43. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 18. panorm. & part. 14. c. 28. & 107. decret. Capitul. lib. 1. c. 36.* 11. q. 3. c. 39.

CAPUT III.

Scriptum eſt in canonibus, ut qui excommunicato communicaverint, omnes ab eccleſia reſpui, maxime eos, qui ſciebant eum eſſe dejectum. *Syn. apud S. Medard. in fin.*

TITULUS VI.

CONTRA SIMONIACOS, ET USURARIOS.

CAPUT I.

CLericus uſuras accipiens degradetur, & abſtineat. Laicus, ſi non ceſſaverit, cum correptus fuerit, ab eccleſia ſciat ſe projiciendum. *Elib. c. 20. Ivo lib. 3. tit. 13. c. 1. panorm. & part. 13. c. 12. decret.* Diſt. 47. c. 5. Si quis.

CAPUT II.

Si quis ſacerdotium per pecuniæ nundinum execrabili ambitione quæſierit, abjiciatur ut reprobus. *Aurel. II. c. 4.*

TITULUS VII.

CONTRA EOS, QUI NON RESTITUUNT RES ECCLESIÆ RELICTAS, ET QUI ECCLESIÆ NON HABENT HONOREM.

CAPUT I.

CLerici vel ſæculares, qui oblationes parentum donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverunt eccleſiis, vel monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut ſynodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum quouſque reddant ab eccleſiis excludantur. *Agath. cap. 4. Burchard. lib. 3. cap. 140. Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 5. panorm. & part. 3. c. 206. decret.* 13. q. 2. c. 11.

CAPUT II.

Si quis ſæcularium per calumniam eccleſiam, aut clerum fatigare tentaverit, & victus fuerit, ab eccleſiæ liminibus, & a catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur. *Agath. cap. 32. Vormat. cap. 24. & 61. Burchard. lib. 15. cap. 5. Ivo part. 16. cap. 6. decret. Anſelm. lib. 3. c. 116.* 5. q. 6. c. ult.

CAPUT III.

Qui oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, ut infideles ſunt ab eccleſia abjiciendi. *Vaſen. c. 4. vide Carth. IV. c. 95. Ivo part. 3. c. 155. decret. Deuſded. cap. 4. Cæſar. lib. 7. c. 2.* 13. q. 2. c. 10.

CA-

CAPUT IV.

17. q. 1. c. 19. Nullus clericorum ſervum, aut diſcipulum ſuum ad eccleſiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præſumat. Quod ſi fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem non dedit, ſegregetur. *Ilerd. c. 8. Ivo lib. 2. tit. 7. c. 5. panorm. & part. 3. c. 117. & part. 6. cap. 370. decret. Cæſar. lib. 7. c. 5.*

CAPUT V.

Quicumque clericorum, a maximo uſque ad infra, contra ſanctæ eccleſiæ utilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus, merito deiiciatur, qui fidem ſervare minime cognoſcitur. *Narbon. c. 7.*

TITULUS VIII.

CONTRA CONTUMACES, ET QUI LEGIBUS ECCLESIASTICIS, IN REBUS GRAVIBUS PARERE NOLUNT.

CAPUT I.

23. q. 8. c. 27. Si quis. Eiiciatur non ſolum a communione, ſed etiam a dignitate, quam obtinet, Epiſcopus, presbyter, clericus, qui ſine voluntate, & litteris Epiſcoporum provinciæ, & præſertim Metropolitani ad Imperatorem venerit. *Antioch. cap. 11. Aquiſgr. c. 73. Capitul. lib. 1. c. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo part. 6. cap. 268. decret. Anſelm. lib. 6. c. 115.*

CAPUT II.

Eiiciantur a ſua parœcia, & eccleſia Epiſcopi, qui uſurpantes alienas eccleſias, nolunt ſæpius vocati ad ſynodum venire. *Carth. c. 54. G. Carth. III. c. 43. L. Afric. c. 20. L.*

Vide Lib. XVII. Tit. XXVII. Antiochen. cap. 8. Laici.

TITULUS IX.

CONTRA EPISCOPUM, QUI INJUSSU SYNODI ECCLESIAM VACANTEM SURRIPIT.

CAPUT I.

Diſt. 92. c. 8. Si quis. Si Epiſcopus vacans eccleſiam vacantem ſurripiat ſine perfecta ſynodo, in qua Metropolitanus interſit, eiiciatur, et ſi a plebe recipiatur. *Antioch. cap. 16. Mart. Brac. cap. 9. Chalced. action. 11. L. 12. G. Burchard. lib. 1. c. 39. Ivo part. 5. c. 150. decret. Cæſar. lib. 4. c. 88. Tarrac. lib. 6. c. 67.*

TITULUS X.

CONTRA EOS, QUI PONTIFICIBUS INSIDIAS TENDUNT.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. II.

TITULUS XI.

CONTRA EOS, QUI NOLUNT IN GRATIAM REDIRE CUM INIMICIS.

CAPUT I.

Dominicis, & feſtis diebus presbyteri, antequam miſſas celebrent, interrogent, ſi aliqui diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implacabilem habeant, & ſi inventi fuerint, ſtatim reconcilientur. Quod ſi renuerint pacem ſuſcipere, ab eccleſia eiiciantur, uſque quo ad charitatem redeant. *Nannet. c. 1.*

TITULUS XII.

CONTRA REGEM, QUI POTESTATE REGIA ABUTITUR.

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. VI. maxime cap. 11.

TITULUS XIII.

CONTRA INCONTINENTES.

CAPUT I.

Qui peccant contra naturam, &c. clerici eiiciantur a clero, &c. laici excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium ſint prorſus alieni. *Alex. III. in concil. Later. c. 11.* *De exceſſ. prælat. c. 4. Greg. IX. de cohabit. cler. c. ult. in 1. coll.*

CAPUT II.

Cum uxore concubinam habens ſi perſeveraverit, & cum emendatione non emendaverit, perſeverans ab eccleſia penitus amputetur. *Eugen. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. c. 37.*

CAPUT III.

Si presbyter duxerit uxorem, ab ordine amoveatur: ſi fornicetur, vel adulter ſit, eiiciatur, & ad pœnitentiam reducatur. *Neocæſ. c. 1. Pariſ. ſub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 35. Mogunt. ſub Arnulph. cap. 19. Mart. Brac. cap. 27. Burch. lib. 2. c. 108. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 8. panorm. & part. 6. c. 185. decret.* *Diſt. 28. c. 9. Presbyter.*

CAPUT IV.

Quæ duobus fratribus nupſerit, eiiciatur uſque ad mortem. *Neocæſ. c. 2. Mart. Brac. c. 80. Tribur. c. 44. Burch. lib. 17. c. 1. Ivo part. 9. c. 67. decret. Anſelm. lib. 11. c. 95.*

CAPUT V.

Pœnitentes, quæ defuncto viro, aliis nubere præſumpſerint, vel ſuſpecta, vel interdicta familiaritate, ſe cum extraneo junxerint, cum eodem ab eccleſiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in pœnitentia poſito placuit obſervari. *Arelat. II. c. 21.*

CAPUT VI.

Unica, vel uxore, vel concubina non contentus, abiiciatur, donec deſinat, & ad pœnitentiam revertatur. *Tolet. c. 17. Raban. c. 10. de pœnit. Ivo lib. 6. tit. 3. c. 6. panorm. & part. 8. c. 64. decret.* *Diſt. 34. c. 4. Is cui Concubina erat vera uxor, ritu tamen non ſolemni introducta.*

CAPUT VII.

Si clericus relabitur ad conjugium, moreſque ſæculi, mox omni eccleſiaſtici ordinis dignitate privetur, & ut apoſtata a ſanctæ eccleſiæ liminibus, & ſocietate fidelium habeatur prorſus excluſus, monaſterii clauſtris, donec vixerit, ſub pœnitentia retrudendus. *Tolet. VIII. c. 7. in fin.*

CAPUT VIII.

Monaſteria puellarum, quæ ſub diſciplina regulæ degunt, obſtructius muniris clauſtris, nullo pateant, niſi forte ſumma compellente neceſſitate, aditum virorum. Sed neque presbyteri, vel diacones, &c. ſine permiſſu Epiſcopi civitatis, ſibi licentiam tribuant ineundi, &c. Si quis poſt hanc definitionem hujus reverendi concilii de his, quæ conſona voce, ſalubriterque ſtatuta ſunt, temerario auſu violare tentaverit, canonicis coerceatur vindictis, ſcilicet, aut juxta modum culpæ, excommunicatione mulctetur, aut anathematis vinculo penitus vinciatur, aut certe honoris proprii amiſſione nudatus, reus ab eccleſiæ gremio evellatur. *Forojul. c. 12.*

CAPUT IX.

Epiſcopi inceſtuoſos penitus inveſtigare ſtudeant,

ant, qui ſi pœnitere noluerint, de eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. *Magunt. ſub Rab. c.* 28.

CAPUT X.

Si quis presbyter, aut diaconus fuerit fornicatus, aut mœchatus, projiciatur, & agat pœnitentiam. *Mart. Brach. c.* 27.

CAPUT XI.

De Jacob quærere oportet, ſi enim lector erat, & criminis fornicationis fuiſſe eum obnoxium, & a presbyteris ejectum fuiſſe oſtenſum ſit, deinde is ordinatus eſt, eiiciatur accurata examinatione facta, non autem ex ſuſurris, vel maledictis orta ſuſpicione. *Theophil. Episc. Alex. in commonitorio capite* 5.

CAPUT XII.

Si clericus fornicationis accuſatur ab accuſatore fide digno, & crimen probatur productis fide dignis teſtibus, eiiciatur eccleſia. *Theophil. Epiſcop. Alex. in commonitorio c.* 8.

TITULUS XIV.

VARIÆ EJECTIONES.

CAPUT I.

3. q. 5. c. 3. *in fin.*

HI, qui adverſa eis (*loquitur de Epiſcopis*) moliuntur, ſicut a ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali, & Apoſtolica auctoritate firmatur, penitus abiiciantur, & exilio, ſuis omnibus ſublatis, perpetuo tradantur. *Syn. Rom. ſub Symmach. in fin.*

CAPUT II.

Qui ſub obſervatione clericali cæleſti probatur ſervire officio, ex clero abiiciendum ſe norit, ſi prætermiſſo ſacerdotum judicio ſæcularem adierit poteſtatem. *Leo epiſt.* 94. *ad Epiſc. per Thraciam, in fin.*

CAPUT III.

Catechumenus ingrediens templum in ordine aliorum ſtet, ſi peccet, genuflectens audiat, ſi audiens peccet, eiiciatur. *Neocæſ. c.* 5.

CAPUT IV.

Magiſtratus, quo anno agit Duumviratum, ſe ab eccleſia cohibeat. *Elib. c.* 56.

CAPUT V.

Hi, qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſæculum redeunt, & poſt modum pœnitentiæ remedia non requirunt, ſine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille ſit, poſt pœnitentiam, ſæcularem habitum non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, ab eccleſia alienus habeatur. *Arelat. II. c.* 25.

CAPUT VI.

Diſt. 87. c. 7. Libertos.

Libertos legitime a Dominis ſuis factos eccleſia, ſi neceſſitas exigerit, tueatur, quos ſi quis ante audientiam pervadere, aut ſpoliare præſumpſerit, ab eccleſia repellatur. *Agath. c.* 29. *Ivo lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 1. *panorm. & part.* 3. *c.* 159. *& part.* 16. *c.* 51. *decret. Tarrac. lib.* 6. *c.* 254.

CAPUT VII.

Si clericus propter luxum, vanitatiſque præſumptum, de officio ſponte diſceſſerit, & monachum ſe videri malit, quam clericum, ita de eccleſia repellendum, ut niſi rogando, atque obſecrando plurimis temporibus ſatisfecerit, non recipiatur. *Cæſaraug. c.* 6.

CAPUT VIII.

Diſt. 23. c. 13. Ex epiſtula, & c. 14. Quorundam.

Si Epiſcopus oculorum dolore detentus, manum ſuam ſuper presbyteros, & levitas poſuit, & presbyter quidam illis benedictionem dedit, a gradu ſacerdotali, vel levitici ordinis depoſiti æquo judicio abiiciantur. *Hiſpalenſ. II. cap.* 5. *Burch. lib.* 1. *c.* 3. *Ivo part.* 5. *c.* 212. *&* 213. *& part.* 6. *c.* 102. *decret.*

CAPUT IX.

Deſperatione vitæ correpti, ſi evaſerint laqueum, aut aliud mortis genus, duobus menſibus a catholicorum cœtu, & a corpore, & ſanguine Chriſti maneant omnimodo alieni. *Tolet. XVI. cap.* 4.

CAPUT X.

10. q. 2. c. *ult.*

Si quis Epiſcoporum ſine neceſſitate res eccleſiæ vendiderit, in judicio Epiſcoporum deiiciatur auditus. *Mart. Brac. c.* 14. *Burch. lib.* 1. *c.* 215. *& lib.* 3. *c.* 181. *Ivo part.* 3. *c.* 172. *&* 242. *& part.* 5. *c.* 329. *decret. Cæſar. lib.* 7. *c.* 73. *Tarrac. lib.* 6. *c.* 135.

TITULUS XV.

COMMUNIA DE EJECTIONE.

CAPUT I.

11. q. 3. c. 73. Servatur.

DE iis, qui communione privantur, ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine ab Epiſcopis, per unamquamque provinciam ſententia regularis obtineat, ut ii, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. *Nicæn. c.* 5. *Aquiſgr. c.* 42. *Tribur. c.* 2. *Burch. lib.* 11. *c.* 36. *Ivo part.* 14. *c.* 100. *decret. Anſelm. lib.* 6. *c.* 168. *in addit.*

CAPUT II.

4. q. 1. c. 1. Quod autem.

Accuſare non poſſunt Epiſcopos, qui ſunt ob aliquas cauſſas ejecti, vel excommunicati, ſive clerici, ſive laici ſint. *CP. cap.* 5. *G. Nicol. in epiſt. ad Michael Imperat. ante med. Ivo lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. *panorm. & part.* 14. *c.* 70. *decr.*

CAPUT III.

Abjectum clericum alia Eccleſia non admittat. *Syric. in ſynod. Rom. epiſt.* 4. *cap.* 7. *apud concil. Telen.*

CAPUT IV.

Hoc etiam ſtatuit ſynodus Nicæna, ut abjectum ab altero clericum altera Eccleſia non recipiat. *Innoc. ep.* 2. *c.* 7. *vide Nicæn. c.* 16.

CAPUT V.

11. q. 3. c. 4. Si Epiſcopus.

Si quis Epiſcopus iracundus, quod eſſe non debet, presbyterum, vel diaconum ab Eccleſia eiicere velit, videndum eſt, ne innocens damnetur, neve communione privetur, &c. Ejectus poteſt ad Metropolitanum confugere: ſi is abeſt, ad proximum *, qui diligenter cauſſam examinet. Is vero Epiſcopus, qui eum juſte vel injuſte dejecit, ferat patienter cauſſæ cognitionem, & ut confirmetur, vel mutetur ſententia, &c. *Sardic. c.* 14. *G.* 17. *L. vide Nicæn. apud Carth. VI. cap.* 6. *& Afric. c.* 101. *Capitul. lib.* 1. *c.* 1. *Ivo lib.* 5. *tit.* 5. *c.* 4. *panorm. & part.* 14. *c.* 15. *decret. Anſelm. lib.* 3. *c.* 68. *Cæſar. lib.* 5. *c.* 48.

* *proximos Epiſcopos.*

CAPUT VI.

Abjectum nemo recipiat ad communionem. *Taurin. c.* 6.

CA-

CAPUT VII.

15. q. 7. c. 1. & ult. Comperimus Tragitanum Cordubenſis Eccleſiæ presbyterum a Pontifice ſuo injuſte olim dejectum, & innocentem exilio condemnatum, quem rurſus ordini ſuo reſtituentes, id denuo adverſus præſumptionem novam decrevimus, ut, juxta priſcorum patrum ſynodalem ſententiam, nullus noſtrum ſine concilii examine deiicere quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat, &c. *Hiſpalen. II. c. 6. Hadrian. c. 25. ad Epiſc. Mediom. Capitul. lib. 7. c. 310.*

TITULUS XVI.
DE INTERDICTO.

CAPUT I.

De privil. c. 3. Greg. IX. & in 1. coll. Fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum conqueſtione comperimus, quod fratres templi, & hoſpitalis, alii quoque religioſi contra Epiſcopalem auctoritatem multa præſumunt, &c. Proponunt enim, quod Eccleſias recipiunt de manibus laicorum, excommunicatos, & interdictos ad Eccleſiaſtica ſacramenta, & ſepulturam admittant, &c. plures ex eis de una, ſive diverſis domibus ad locum interdictum ſæpius accedentes, indulgentia privilegiorum in celebrandis officiis abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas Eccleſias ſepelire præſumunt, &c. excommunicatos, & nominatim interdictos tam ab illis, quam ab omnibus aliis, juxta Epiſcoporum ſententiam ſtatuimus evitandos, &c. Si vero templarii, ſeu hoſpitalarii ad Eccleſiaſticum interdictum venerint, non niſi ſemel in anno ad Eccleſiaſticum admittantur officium: nec tunc ibi corpora ſepeliant defunctorum, &c. Si autem contra hoc inſtitutum venerint, & Eccleſiæ, in quibus iſta præſumpſerint, ſubjaceant interdicto, & quod egerint irritum habeatur. *Alexand. III. in concil. Later. c. 9.*

CAPUT II.

De ſentent. excomm. c. 48. Gr. IX. cap. 1. eod. tit. in 1. coll. Qui ſine commonitione ſententiam excommunicationis promulgaverit, etiam ſi juſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per menſem unum ſibi noverit interdictum, &c. *Innocent. III. in concil. gener. Later. cap. 47.*

CAPUT III.

De privil. c. 24. Gr. IX. eod. tit. c. 7. in 4. coll. Sane quibuſdam regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, ut iis, qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan Eccleſiæ, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis interdictæ, ipſoſque mori contingat, ſepultura Eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, ſuoſque confratres, quos Eccleſiarum Prælati apud Eccleſias ſuas non permiſerint ſepeliri, ipſi ad Eccleſias ſuas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſæculo eorum ordini ſunt oblati mutato habitu ſæculari, vel qui eis inter vivos ſua bona dederint, retento ſibi, quamdiu in ſæculo vixerint, uſufructu, qui tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium, vel aliorum non interdictas Eccleſias, in quibus elegerint ſepulturam. Eiſdem eſt indultum, ſi qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerint ad recipiendas fraternitates, ſive collectas, in quamlibet civitatem, caſtellum, vel vicum advenerint, ſi forte locus ille a divinis ſit officiis interdictus, in eorum jucundo adventu ſemel in anno aperiantur Eccleſiæ, ut excluſis excommunicatis divina ibi officia celebrentur. Sic intelligi volumus, ut in eodem loco una tantum Eccleſia eis ſemel aperiatur in anno, &c. ne ſi hoc modo ſingulas ejuſdem loci Eccleſias viſitarent, nimium vilipendi contingeret ſententiam interdicti, &c. *Innocent. III. in concil. gener. Lateran. c. 57.*

CAPUT IV.

Quod nonnullis eſt religioſis indultum, in favorem pontificalis officii ad Epiſcopos extendentes concedimus, ut cum commune terræ fuerit interdictum, excommunicatis, & interdictis excluſis, poſſint quandoque januis clauſis, & ſuppreſſa voce, non pulſatis campanis celebrare officia divina niſi hoc ipſum eis expreſſe fuerit interdictum. Verum hoc illis concedimus, qui cauſſam aliquam non præſtiterint interdicto, nec quidquam doli, vel fraudis ingeſſerint, tale compendium ad iniquum diſpendium pertrahentes. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 58.* *De privil. c. 25. Gr. IX. c. 8. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT V.

In Lateranenſi concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares Eccleſias, ſeu decimas ſine conſenſu Epiſcoporum de manu præſumat recipere laicali, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad divina, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 61. Alex. III. in concil. Later. c. 9.* *De præb. c. 31. Gr. IX. c. 7. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT VI.

Audivimus de quibuſdam Epiſcopis, quod decedentibus Eccleſiarum rectoribus, ipſas interdicto ſubiiciunt, nec patiuntur aliquos in eiſdem inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſolvatur, &c. Cum igitur non ſolum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit ſecundum Apoſtolum abſtinendum, exactiones hujuſmodi penitus inhibemus. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 65.* *De ſimon. c. 41. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.*

CAPUT VII.

Univerſis Eccleſiarum Prælatis diſtricte præcipimus, ut cruce ſignatos ad reddendum vota ſua Domino diligenter moneant, & inducant, & ſi neceſſe fuerit, per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras eorum, omni tergiverſatione ceſſante, compellant, &c. Qui acquieſcere pacı per quadriennium contempſerint per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terris arctiſſime compellantur, &c. Quod ſi forte cenſuram Eccleſiaſticam vilipenderint, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem Eccleſiæ circa eos, tamquam perturbatores negotii Crucifixi, ſæcularis potentia inducatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. ultimo.*

CAPUT VIII.

In caſtellis, vel villis, in quibus ſunt monachorum monaſteria, poſtquam presbyteri a divino ceſſabunt officio propter excommunicatos, monachi portas Eccleſiæ omnes claudant, niſi unam ex parte clauſtri, per quam ipſi intrent, &c. & ſigna non ſoneat: ne forte eis divinum

ce-

celebrantibus officium aliquis excommunicationis macula aſpertus ſe infecat. *Gregor. VII. in concil. Rom. anni incert. c. 17.*

CAPUT IX.

Eos qui pro Hieroſolymitano, vel pro Hiſpanico itinere cruces ſibi in veſtibus poſuiſſe noscuntur, & viam poſtea dimiſiſſe, cruces iterato aſſumere, & viam ab inſtanti paſcha uſque ad proximum ſequens paſcha perficere, Apoſtolica auctoritate præcipimus, alioquin ea tunc eos ab introitu Eccleſiæ ſequeſtramus, & in omnibus terris eorum divina officia, præter infantibus baptiſmum, & morientibus pœnitentiam, interdicimus. *Calliſt. II. concil. Rom. c. 55.*

CAPUT X.

Sanctimoniales, & mulieres, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter vivunt, juxta beatorum Benedicti, & Auguſtini regulam, vitam ſuam in melius corrigant, & emendent; ſuperfluitatem, & inhoneſtatem veſtium deſerant, & in clauſtro aſſidue permanentes, refectorio, & dormitorio ſint contentæ, & relictis præbendis, & aliis propriis, earum neceſſitatibus de communi provideatur. Quod ſi uſque ad proximum Apoſtolorum feſtum non adimpleverint, ea tunc in earum Eccleſiis, donec hoc noſtrum mandatum adimpleant, divina prohibemus officia celebrari. *Eugen. III. in concil. Remen. c. 4.*

CAPUT XI.

Si quis hæreſiarchas, & eorum ſequaces qui in partibus Guaſconiæ, ac Provinciæ, vel alibi commorantur, de cætero retinere, vel ad alias partes proficiſcentes eorum errori conſentiens recipere forte præſumpſerit; quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, & in terris eorum, donec condigne ſatisfaciant, divina celebrare officia interdicimus. *Eugen. III. in ſyn. Remen. c. 17.*

CAPUT XII.

De ſponſalib. c. 11. ap. Greg. IX. c. 13. in 1. coll. Regem Angelorum ſtudioſe ſatis, & attente monuimus, eique dedimus in mandatis, &c. ut uxores filiorum infra quadraginta dies poſt litterarum noſtrarũ ſuſceptionem reſtituere non poſtponat. Si vero eas poſt prædictum terminum viris ſuis non reſtituerit, Apoſtolica auctoritate præcepimus, ut tota provincia, infra quam detinentur, & ad quam transferuntur, quamdiu ibi fuerint, donec viris ſuis non reſtituantur, ab omnibus divinis officiis, præter baptiſmata parvulorum, & pœnitentias morientium ceſſent, &c. *Alexand. III. Epiſcopis, Abbatibus, & clericis in Anglia.*

CAPUT XIII.

De offic. & pot. judic. deleg. c. 11. ap. Gr. IX. & 1. coll. eod. tit. c. 16. Judex (*delegatur*) ſecundum negotii qualitatem temperate procedens Epiſcopo (*contumaci*) vel ingreſſum Eccleſiarum, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad juriſdictionem ſuam pertinet, ſpecialiter interdicto ſupponat. *Alex III. Carnoten. Epiſcopo.*

CAPUT XIV.

De iis, quæ fiunt a major. part. capituli, c. 2. ap. Greg. IX. & in 1. coll. Quæſivit a nobis tuæ diligentia probitatis, quid obſervare debeas, & Apoſtolicæ reſponſionis auctoritate ſtatuere, ſuper eo, quod Eccleſiam tuam quidam ex canonicis, vel etiam minimus qualibet occaſione aſſumpta, vel quia penſio Eccleſiæ debita, ſicut ſolitum eſt, non redditur, vel quia nonnumquam clericus aliquis, vel parochianus delinquit, ſine tuo, & aliorum canonicorũ aſſenſu, interdicto ſupponit per quod ipſius Eccleſiæ ſervitium deperit, & in populo ſcandalum non modicum generatur. Super hoc ſic duximus reſpondendum, &c. ut videlicet interdictum in aliqua Eccleſia per aliquem, vel ſuper aliquos ex canonicis, ſine tuo, & aliorum tuorum fratrum aſſenſu poſitum nullatenus debeas obſervare; niſi talis exceſſus, & tam gravis extiterit, propter quod merito Eccleſia ſilere * debeat. Nec ſuſtineas, ut prætextu occaſionis hujuſmodi ab aliis interdictum obſervetur, niſi tuus, & aliorum conſenſus canonicorum acceſſerit, &c. *Caleſt. III. Gilberto Claromont. Epiſc.* * *ſimile.*

CAPUT XV.

Cum in partibus veſtris, peccatis exigentibus, ſæpe contingat diverſa loca interdicto ſupponi; quando generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari: cum illi, qui ab Eccleſia Romana decorari privilegio meruerint, videlicet: ut cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis clauſis januis, non pulſatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, interdicto particulari ſe aſſerant non arctari; aſſerentes illud interdictum generale dumtaxat, quando regnum, vel ſaltem provincia tota ſubiicitur interdicto: propter quod, & juſtitia ſæpius deperit, & prælatorum ſententiæ contemnuntur: cum in aliis provinciis interdictis divina celebrent, & ſuſpenſis organis aliorum, ipſi pulſatis campanis, & apertis januis, quoslibet paſſim recipiant ad divina. Ne autem diverſa interpretatio diſcordiæ cauſſam inter vos ulterius, & odii fomitem valeat adminiſtrare, vel quod interdictum dici debeat generale, amodo in dubium revocetur. Significatione vobis præſentium intimamus; quod cum in privilegium de regno, vel provincia nihil expreſſe dicatur, nomine terræ non ſolum regnum, vel provinciam intelligi volumus, verũ etiam villam, & caſtrum: ut & in his locum habeat, quod & de generali dicitur interdicto: videlicet, ut villa, vel caſtrum generali ſubiicitur interdicto, præſcripta privilegii forma debeat obſervari. *Innocent. III. Conimbric. & aliis Epiſcopis Portugalliæ.* *De verb. ſignif. c. 17. apud Greg. IX. & in 3. coll. eod. tit. cap. 1.*

CAPUT XVI.

Interdicta civitate Cenomanenſi ab Epiſcopo Eccleſia canonicorum ſancti P. a Rege fundata tenetur interdictum obſervare, etſi contraria fuerit conſuetudo: quia ex ea diſrumperetur nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, &c. *Innoc. III. Decano, & capitulo Camerin.* *De conſuetudine, c. 5. ap. Greg. IX. & in 3. coll. cap. 3.*

CAPUT XVII.

Reſponſo noſtro poſtulas edoceri, cum Ferrarienſes cives excommunicationis, & interdicti ſententiis ſunt ligati, an liceat tibi viros & mulieres ſemel in hebdomada, vel in menſe apud aliquam Eccleſiam convocare, quibus prædices verbum Dei, & eoſdem ad correctionem inducas, &c. Reſpondemus, quod ſine ſcrupulo conſcien- *De ſentent. excomm. c. 43. ap. Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. cap. 16.*

tiæ

tiæ hoc facere poteris, cum videris expedire; dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Præterea quæſiviſti, cum Ferrarienſis civitas interdicto ſit, & excommunicationi ſuppoſita, & ideo ſint ibidem, præter baptiſmata parvulorum, & pœnitentiam morientium, univerſa ſacramenta Eccleſiaſtica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus conſignare. Super quo tibi duximus reſpondendum, quod ſicut baptizari pueri poſſunt, ſic, & baptizati ad confirmationem in frontibus a te poſſunt ſacro chriſmate deliniri. *Innoc. III. Ferrarien. Epiſcopo.*

CAPUT XVIII.

De exceſſ. prælat. c. 7. ap. Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. c. 3.

Quæſiviſti, qualiter puniri debeant clerici, vel monachi, nec non & moniales Eccleſiarum conventualium, qui poſt latam ſententiam in locis ſuppoſitis interdicto, præſumpſerunt hactenus, & adhuc non verentur, divina officia celebrare, quamvis propter hoc ſint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breviter reſpondemus, quod clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt Eccleſiaſticis beneficiis expoliandi: monachi vero, vel moniales in arctioribus monaſteriis ad peragendam ſunt pœnitentiam recludendi. *Innocent. III. Decano & Priori Colonien.*

CAPUT XIX.

De privil. c. 20. ap. Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. cap. 5.

Petiſtis per ſedem Apoſtolicam edoceri, utrum cum per hoſpitalarios, vel templarios civitas veſtra generali ſupponitur interdicto, eiſdem ipſum non ſervantibus, vos illud teneamini obſervare. Ad quod ſic duximus reſpondendum: quod illorum exceſſus vobis non præbet licentiam excedendi: ſed ſi prædicti hoſpitalarii, vel templarii, privilegiorum ſuorum fines exceſſerunt, violando temere interdictum, quod pro illis fuerat promulgatum; ne ipſi videantur de aliorum fletu ridere, vos in pœnam præſumptionis illorum, quamdiu ipſi violaverint interdictum, de noſtra licentia celebretis. *Innoc. III. Epiſc. & Capitulo Trapolitano.*

CAPUT XX.

Decrevit ſancta ſynodus, ut nullus Epiſcopus, Abbas, presbyter, vel quælibet perſona de clero accipiat de manu Regis, vel comitis, vel cujuſlibet laicæ perſonæ donum Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel eccleſiæ, vel aliquarum eccleſiaſticarum rerum, &c. Si vero laici decretis canonicis reſiſtentes, eccleſias violenter tenere præſumpſerint, ipſi excommunicentur. In eccleſiis vero illis nullum divinum officium fiat, nullus ibi oret, lumen non ponatur, mortuus non ſepeliatur. Tantum baptiſmi gratia ibi non negetur: infirmis remedio pœnitentiæ, & communionis ſubveniatur. *Pictav. c. 1.*

CAPUT XXI.

Sub anathemate prohibemus, ne de cætero clerici gratia teſtandi abutentes, cum de rebus eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum, fructus beneficiorum eccleſiaſticorum ſpuriis ſuis, vel concubinis ſuis dimittant, &c. Qui autem teſtamentum tale manu tenere voluerint, & per quorum manus perſonis illis fructus præbendæ fuerint miniſtrati, ipſo facto ſciant ſe excommunicationis vinculo innodatos, & quamdiu fructus hujuſmodi contra hanc inſtitutionem ipſis miniſtrati fuerint, Eccleſia ipſa ſit ſub interdicto poſita. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Cardinali c. 5.*

CAPUT XXII.

Quoniam in quibuſdam locis Alemaniæ, fundatores Eccleſiarum, vel heredes ipſorum, poteſtate, in qua eos Eccleſia huculque ſuſtinuit, abutuntur, partem decimarum, vel altarum obventionum Eccleſiaſticarum, in quibus jus obtinent patronatus, ſibi retinentes ex pacto, repræſentant clericos ad eaſdem, huic vulneri cancroſo, & ſimoniaco cenſuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo conſtiterit patronum hujuſmodi flagitium perpetraſſe, anathemate feriatur, & ejus terra ſupponatur Eccleſiaſtico interdicto, donec Eccleſiam liberam cum ſuo jure dimittat. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Card. cap. 9.*

Vide Lemovicen. act. 2. poſt med.

TITULUS XVII.
DE CESSATIONE A DIVINIS.

CAPUT I.

*De offic. jud. ordin. c. 13. Greg. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. coll. * cathedrali.*

SI canonici, abſque manifeſta, & rationabili cauſa, maxime in contemptum Epiſcopi ceſſaverint a divinis, Epiſcopus nihilominus, ſi voluerit, celebret in Eccleſia eadem *, & Metropolitanus ad querelam ipſius, tamquam ſuper hoc delegatus a nobis, taliter eos per cenſuram Eccleſiaſticam, cognita veritate, caſtiget, quod pœnæ metu talia de cætero non præſumant. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 7.*

CAPUT II.

De appell. c. 55. ap. Gr. IX. & in 3. coll. c. 13.

Sententiam ceſſationis a divinis a Decano Altiſiodorenſi contra Epiſcopum latam revocat. *Innoc. III. in ep. ad Epiſcopum Cantuarienſ. & Archidiac. Trec.*

CAPUT III.

De jure patr. c. 1. ap. Gr. IX. & in 1. coll.

Perlatum eſt ad nos, quod inter heredes, Eccleſiæ in rebus propriis conſtitutæ dividantur, & tanta per eandem diviſionem ſimultas oriatur, ut unius altaris quatuor partes fiant, & ſingulæ partes ſingulos habeant presbyteros. Unde nobis viſum eſt, quod hujuſcemodi Eccleſiæ inter hæredes dividi non debeant, & ſi in contentionem venerint, & ſimultates inter eos ſurrexerint, per quas ſacerdos ſuo ibi officio canonice fungi non poſſit, præcipiatur ab Epiſcopo civitatis, ut nullo modo ibi miſſarum ſolemnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, &c. *Cabilon. ſub Carolo c. 26. Burch. lib. 3. c. 42. Ivo part. 3. c. 46. decret.*

CAPUT IV.

Ibid. c. 2.

Quæcumque eccleſia a compluribus cohæredibus ſit obſeſſa, concordi unanimitate undique procuretur, ne propter aliquas diſceptationes ſervitium Dei minuatur, & cura populi irreligioſe agatur. Si vero contingat pro ea comparticipes diſſidere, & ſub uno presbytero nolle eam procurare, & propterea jurgia, & contentiones tam inter ipſos, quam inter clericos incipiant frequentare, quia juxta Apoſtolum ſervos Dei non oportet *2. Tim. 2.*

tet litigare, Epiſcopus tollat inde reliquias, & ſub magna cura honorifice collocet eas, atque ejuſdem eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo conſignet ea, ut ſacrum miniſterium * nullus celebret in ea, antequam concordi unanimitate unum omnes eligant presbyterum, &c. *Triburicen. c.* 32. *Burchard. lib.* 3. *cap.* 224. *Ivo part.* 3. *cap.* 283. *decret.*

* myſterium, L.

Vide Callist. II. c. Eos qui. *Eug. III. c.* Sanctimoniales, *&c.* Si quis. *Alex. III. c.* Regem. *Innoc. III. c.* Reſponſio. *Pictavien. c.* Decrevit; *tituli præcedentis.*

LIBER DUODECIMUS.

De depoſitione, privatione officii, & beneficii.

TITULUS I.

DE NUMERO EPISCOPORUM, QUI DAMNATORUM DEPOSITIONI, AUT DEPOSITORUM RESTITUTIONI INTERESSE DEBENT.

CAPUT I.

Diſt. 17. *c.* 2. Regula.

QUod ſcripſiſtis, non eum poſſe pauciore numero Epiſcoporum reſtitui, quam depoſitus fuerat, non ita eſt, nec hæc regula orthodoxorum ſanctę Eccleſię eſt Epiſcoporum, ſed Arianorum, ſociorum videlicet veſtrorum, hæc adinventio ad perditionem orthodoxorum Epiſcoporum contexta eſt. Nam ut nobis a veracibus eſt teſtibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de conſubſtantialitate prolata, fuiſtis congregati, odio prædicti Athanaſii hanc regulam protuliſtis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit. Quoniam nec ab orthodoxis Epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ legatio interfuit. *Jul. epiſt.* 2. *c.* 29. *vide Antioch. c.* 12. *& de clericis depoſitis, qui non poſſunt reſtitui, c.* Si quis a ſuo. *Anſelm. lib.* 2. *c.* 47.

CAPUT II.

15. *q.* 7. *c.* 4. *Felix III.* 7. 8. *c. ult.*

Veteres ſynodi ſtatuunt, ut ſi quis Epiſcopus accuſetur, & non poſſint plures Epiſcopi convenire, ne in reatu diu maneat, a duodecim Epiſcopis audiatur (*extra ſynodum, L.*) presbyter a ſex Epiſcopis, & a ſuo Epiſcopo, diaconus a tribus. *Carth. c.* 12. *G. Carth. II. c.* 10. *L.* Tripolitanus presbyter a quinque Epiſcopis, diaconus a tribus, præſidente Epiſcopo proprio. *Carth. c.* 14. *G. Corpus canon. Carth. cap.* 12. *&* 14. *Tribur. c.* 10. *Tull. poſt epiſt. ſynod. refert. Carth. c.* 12. *& Burch. lib.* 1. *cap.* 149. *Ivo part.* 5. *c.* 262. *decr. Anſelm. lib.* 3. *c.* 42. *ſine inſcriptione. Capitul. lib.* 6. *c.* 235.

CAPUT III.

15. *q.* 7. *c.* 1. *& ult.*

Epiſcopus presbyterum injuſte dejecit, & innocentem condemnavit. Nos ordini ſuo eum reſtituentes decrevimus, ut juxta priſcorum patrum decretum ſynodali ſententia nullus Epiſcopus ſine concilii examine, dejicere quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat, &c. Epiſcopus enim ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt, auferre ſolus non poteſt. Si enim dominus libertatem ſervo dedit, eam adimere poſtea non poteſt, niſi publice apud prætorem accuſet. *Hiſpal. II. c.* 6.

CAPUT IV.

Placuit, ut nullus Epiſcoporum presbyterum, vel diaconum, vel Archimandritam in diſpendio honoris condemnare præſumat, abſque hujus venerandæ ſedis conſultu. Si quis poſt hæc prohibita, temerarius uſurpare temptaverit, non erit ambiguus de ſui honoris periculo. *Forojul. c.* 7.

CAPUT V.

Statutum eſt in hac ſancta, & univerſali ſynodo, ut nullus Epiſcopus deponatur, niſi a duodecim Epiſcopis, presbyter a ſex, diaconus a tribus. *Tribur. c.* 10.

TITULUS II.

DE VESTIBUS, QUIBUS CLERICI NUDANTUR, CUM DEPONUNTUR, ET QUIBUS INDUUNTUR, CUM POST DEPOSITIONEM AD PRISTINUM DIGNITATIS GRADUM RESTITUUNTUR.

CAPUT I.

DE Macario Patriarcha Antiocheno hæretico Monothelita, qui cum a ſynodo deponeretur, nudatus fuit pallio. *Vide ſyn. VI. gen. CP. act. VIII. poſt med.*

CAPUT II.

Epiſcopi depoſiti, cum reſtituebantur, accipiebant ſuperhumeralia; presbyteri, & diaconi oraria. *Syn. VIII. gen. ſub Hadr. II. act.* 2. *poſt medium.*

CAPUT III.

Cum depoſitus reſtituitur a ſynodo, recipit Epiſcopus orarium, annulum, & baculum, presbyter orarium, & patenam, diaconus orarium, & albam, ſubdiaconus patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus recipiunt, quæ cum ordinarentur, perceperant. *Tolet. IV. c.* 27. *Burchard. lib.* 2. *cap.* 192. *Ivo lib.* 3. *tit.* 7. *cap.* 5. *panorm. & part.* 3. *c.* 367. *& part* 6. *c.* 237. *decret. Anſelm. lib.* 8. *c.* 27.

1. *q.* 3. *c.* 65. Epiſcopus.

CAPUT IV.

Quando Epiſcopus presbyterum depoſuerit, ſic agat: Jubeat eum prius indui omnibus ſacerdotalibus indumentis, deinde manu ſua auferat manipulum, deinde caſulam, deinde mediam ſtolam de collo reflectat, & inter ſcapulas ſub latere dextero, & depoſitus eſt a presbyteratu, & diaconatu. *Lemov. act.* 2. *poſt med.*

TITULUS III.

PONTIFICIS MAX. EST DEPONERE EPISCOPOS.

Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XIV. quibus adde:

CA-

CAPUT I.

QUod abſentes Papa poſſit deponere: Quod abſque ſynodali conventu poſſit Romanus Pontifex Epiſcopos deponere, & reconciliare. *Greg. VII. lib. 2. regiſt. in dictato.*

TITULUS IV.

PONTIFEX MAXIMUS POTEST RESTITUERE EPISCOPOS, QUOS SYNODUS DEPOSUIT.

Vide in Part. I. Lib. I. Tit. XI. quibus adde:

CAPUT I.

DEpoſitus judicio Epiſcoporum Provinciæ ſi velit iterum ſe defendere (*Romæ, L.*) non alter in ejus ſede ſubſtituatur, donec Romanus Epiſcopus definierit cauſſam. *Sardicenſ. cap. 4. G. 5. L. vid. Nicæn. c. 19. apud Jul.*

CAPUT II.

2. q. 6. c. 35. Si quis Epiſcopus accuſetur, & Epiſcopi ejus Provinciæ moverint eum a gradu ſuo, & is appellans ad Rom. Eccleſiæ Epiſcopum confugiat, & velit ab eo audiri, ſi juſtum putaverit renovari examen ejus cauſſæ, ſcribat Epiſcopis vicinis, ut hi diligenter ſingula videant, & juxta fidem veritatis decernant; ſi vero is, qui renovari cauſſam ſuam petit, impetret a Romano Pontifice, ut presbyteros a latere ſuo mittat, in ejus voluntate erit, an mittere velit, qui cum Epiſcopis judicent, ex ejus auctoritate, qui eos miſit: ſi vero ſufficere credat ad cauſſæ cognitionem Epiſcopos, fiat, quod ſapientiſſimo ejus judicio videatur. *Sardic. c. 5. G. 7. L. vide Nicæn. apud Zoſimum. Carth. VI. c. 3. L. & ante canones Carth. Greg. Nicæn. cap. XIX. apud Julium. Ennod. pro Symmach. Ivo part. 5. c. 27. decret. Anſelm. lib. 2. c. 57.*

CAPUT III.

2. q. 6. c. 35. Si quis Epiſcoporum judicio Provinciali depoſitus fuerit, Romanum Papam, ſi placet, rurſus appellet, & ipſe, ſi videtur, reparet judicia in opitulatione damnati. *Ennod. pro Symmac. Sard. c. 5. Ivo part. 5. cap. 27. decret. Anſelm. lib. 2. c. 57.*

TITULUS V.

CONTRA HÆRETICOS, ET QUI NOMEN CHRISTI NEGANT.

CAPUT I.

Diſt. 81. c. 5. QUicumque ex lapſis per ignorantiam ordinati ſunt, aut etiam ſcientibus, qui ordinaverunt, non præjudicant regulæ Eccleſiaſticæ, nam cum primum compertum fuerit, deponentur. *Nicæn. c. 10.*

CAPUT II.

Clerici, qui Neſtorii, aut Celeſti opiniones ſequuntur, ſint depoſiti. *Epheſ. c. 4.*

CAPUT III.

De Neſtorii depoſitione. *Synod. Epheſina in actis.*

CAPUT IV.

De hæreticis Meſſalianis, & Enthuſiaſtis, qui ſi reſipiſcere nolunt, deponuntur, & excommunicantur. *Vide concil. Epheſ. in def. contra Euchetas, quam refert. VII. ſynod. act. 1. poſt princ.*

CAPUT V.

De depoſitione Eutychis hæretici. *Vide ſyn. CP. ſub Flaviano apud ſyn. Chalced. act. 1. ante med. quæ in eadem ſyn. confirmatur.* De depoſitione Dioſcori hæretici Eutychiani. *Vide ſyn. Chalc. act. 3.*

CAPUT VI.

De Anthimo Eutychiano depoſito a ſynodo CP. V. ſub Menna, qui prius depoſitus fuerat ab Agapeto Pont. Max. *Vide eand. Syn. V. act. 4. in fin.*

CAPUT VII.

De depoſitione Macarii Patriarchæ Antiocheni hæretici Monothelitæ. *Vide ſyn. VI. gen. CP. act. 8. poſt med. vide item act. 15. ejuſdem ſyn. in fin. in qua deponitur Polychronius ejuſdem hæreſis ſectator.*

CAPUT VIII.

De depoſitione Petri Fullonis. *Vide Felic. III. in ſyn. in ep. 1. ad eundem Petrum, cujus initium eſt,* Quoniam, *& in ep. ad Zenonem Imp. incip.* Convenit.

CAPUT IX.

Epiſcopus, aut presbyter juxta Domini conſtitutionem non baptizans in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, ſed in tribus ſine principio, vel tribus Spiritibus ſanctis, deponatur. *Apoſt. c. 49.* *Matt. 28. a.*

CAPUT X.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus nuptiis, carne, & vino non abſtinentiæ, ſed abominationis cauſſa abſtinens, &c. deponatur, & ab Eccleſia abiiciatur. *Apoſt. c. 51.*

CAPUT XI.

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus diebus feſtis non ſuſcipit carnem, & vinum, abominationis, non abſtinentiæ cauſſa, deponatur, quaſi cauteriatam habens conſcientiam, & cauſſa ſcandali multis ſit. *Apoſt. c. 53.*

CAPUT XII.

Si clericus ob metum humanum, ut Judæi, Græci, vel hæretici, negaverit nomen Chriſti, abiiciatur: ſi vero nomen clerici, deponatur, poſt pœnitentiam vero, ut laicus recipiatur. *Apoſt. cap. 62.*

CAPUT XIII.

Inveniuntur clerici quidam hæreticorum ſenſui conſonantes, & intra ipſa Catholicorum viſcera aſſertionibus ſuis hæreticorum partes adjuvantes, in quibus deturbandis, ſi frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, ſegnior invenitur. Dignamini pro fide veſtra etiam iſtam Eccleſiæ præſtare medicinam, ut tales non ſolum ab ordine clericatus, ſed etiam urbis habitatione pellantur. *Leo epiſt. 73. ad Leonem Imperat. in fin.*

CAPUT XIV.

Presbyteri, & diaconi, qui carnibus, ut malis, abſtinent, neque olera abominationis cauſſa cum carne cocta comedunt, ceſſent ab ordine ſuo. *Ancyr. c. 14. Mart. Brac. c. 59. Burch. lib. 13. c. 15. Ivo part. 4. c. 48. decret.* *Diſt. 30. c. ult. in fin.*

CAPUT XV.

Ab hæreſi venientes non ordinentur, ordinati deponantur. *Elib. c. 51.*

CAPUT XVI.

De Euphrata Colonienſi Epiſcopo depoſito in Concilio Agrippinenſi, quia Chriſtum Deum eſſe negabat. *Vide ſyn. Agripp.*

CAPUT XVII.

Diſt.51.c.5. Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum: „Qui in aliquo crimine detecti „ ſunt, &c. Qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui „ in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcun- „ tur, &c." Si quis deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit. *Tolet. IV. c.* 18.

CAPUT XVIII.

Qui in hymno, ubi ter *ſanctus* dicitur, addiderit *crucifixus pro nobis*, & anathematizatur, & ab antiquis hæreticus eſt declaratus. Nos eum, ſi clericus ſit, nudari Eccleſiaſtica dignitate, ſi laicus, vel monachus, excommunicari jubemus. *Trull. c.* 82.

CAPUT XIX.

Si clerici lapſi fuerint, licet poſtea pugnaverint, amittunt cleri officium, ſed communionem retinent. *Petrus Archiepiſcopus Alex. & martyr. in ſerm. de pœnit. c.* 10.

CAPUT XX.

Quod adverſus clericos ſtatutum eſt, canones indefinite ediderunt, unum in iis, qui lapſi ſunt, ſupplicium decerni jubentes, a miniſterio ſcilicet monitionem, ſive ſint in gradu, ſive etiam in miniſterio, quod non impoſitis manibus datur, perſeverent. *Baſil. ad Amphiloch. cap.* 51. *vide cap.* 32.

TITULUS VI.

DEPOSITIONES CONTRA FAUTORES HÆRETICORUM.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. XXII. & Lib. XVII. Tit. IX. quibus adde:

CAPUT I.

SI Metropolitanus provinciæ deficit a ſancto generali concilio, & adjunxit ſe apoſtatarum cœtui (*loquitur de Neſtorianis*) vel in poſterum ſe adjunxerit, aut cum Celeſtio ſenſit, aut in illius ſententiam tranſierit, is contra Epiſcopos Provinciæ nullo modo aliquid agere, efficereve poterit, cum jam dehinc ex omni Eccleſiaſtica communione concilium eum ejecerit, & ob id nullam poteſtatem, aut jus agendi quidquam habeat. Quin etiam ipſis provincialibus Epiſcopis, item finitimis, & undique vicinis Metropolitanis, qui recte ſentientis Eccleſiæ partes ſequuntur, obnoxius erit, ut etiam penitus ubique excidat a gradu Epiſcopali. *Epheſ. c.* 1.

CAPUT II.

Si aliqui provinciales Epiſcopi ſe cum apoſtatis conjunxerunt, vel poſteaquam conſenſerunt in depoſitionem Neſtorii, recurrerunt ad cœtum apoſtatarum, his prorſus ubique ex decreto ſancti concilii ſacerdotium abrogatur, de gradu quoque eiiciuntur. *Epheſ. c.* 2.

CAPUT III.

Si qui ex clericis defecerint, & auſi fuerint, vel privatim, vel publice Neſtorii, Celeſtiive ſe qui opiniones, ut ii quoque depoſiti ſint, ſacrum concilium æquum eſſe judicavit. *Epheſ. cap.* 4.

CAPUT IV.

Epiſcopi, ſive presbyteri, qui talibus (*hæreticis*) fortiter non reſtiterint, officii ſui privatione *mulctentur, donec miſericordiam Apoſtolicę ſedis obtineant. *Alex. III. in concil. Later. cap. ult. in fin.* *De hæret. c. 7. in 1. coll.* ** ſuſpenſione.*

CAPUT V.

Si quis Epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cum id certis indiciis apparuerit, ab Epiſcopali officio deponatur, & in loco ipſius alter ſubſtituatur idoneus, &c. *Ibid. Innoc. III. in concil. gener. Later. c.* 3.

CAPUT VI.

Habe cum his hæreticis, quos libenter amplecteris, portionem (*loquitur cum Acacio Epiſcopo CP.*) ex ſententia præſenti, quam per tuæ tibi direximus Eccleſiæ defenſorem, ſacerdotali honore, & communione Catholica, nec non etiam a fidelium numero ſegregatus, ſublatum tibi nomen, & manus miniſterii ſacerdotalis agnoſce, ſancti Spiritus judicio, & Apoſtolica auctoritate damnatus. *Felix III. cum LXVII. Epiſcopis ad Acacium CP.*

CAPUT VII.

Epiſcopus, aut presbyter, qui hæreticorum baptiſma, aut ſacrificium admittit, deponatur. *Quid enim Chriſto cum Belial? quid fideli cum infideli? Apoſt. c.* 46. *2. Cor. 6.*

CAPUT VIII.

Epiſcopus, aut presbyter vere baptizatum baptizans, vel ab impiis tinctum non baptizans deponatur, uti crucis, & mortis Domini irriſor, & qui bonos a falſis ſacerdotibus non diſcernit. *Apoſt. c.* 47. *Burch. lib.* 4. *c.* 56. *Ivo part.* 1. *cap.* 250. *decret.* *Vid. diſt. 31. c. 6. §. Sciendum.*

CAPUT IX.

Si quis falſas ſcripturas impiorum, ut ſancta, in Eccleſia publicaverit in peſtem populi, & cleri, deponatur. *Apoſt. c.* 60.

CAPUT X.

Amittat Epiſcopatum, qui falſo dixerit, Donatiſtas communicaſſe, cum ſciat non communicaſſe. *Carth. c.* 225. *G. Milev. c.* 25. *L.*

CAPUT XI.

Quicumque in clero cibo carnium non utuntur, pro amputanda ſuſpicione Priſcillianæ hæreſis, vel olera cocta cum carnibus tantum prægustare cogantur. Quod ſi contempſerint, &c. neceſſe eſt hujuſmodi excommunicatos ab officio omnino removeri. *Brac. c.* 32. *Mart. Brac. cap.* 59. *vide Ancyr. c.* 14.

TITULUS VII.

CONTRA CLERICOS, QUI SERVANT CEREMONIAS JUDÆORUM, ET GENTILIUM, VEL EIS FAVENT.

Vide in Part. II. Lib. XII. Tit. XI. quibus adde:

CAPUT I.

CLericus deponatur, laicus excommunicetur, qui feſta more gentili facit, &c. *Trull. c.* 62. & 65.

CA-

CAPUT II.

Si forſan Epiſcopus, aut presbyter, ſeu etiam judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifeſtiſſimum, ac probatiſſimum cujuſpiam ſacrilegii facinus prænoſcens (*loquitur de iis, qui idola colunt, fonteſque, & arbores venerantur*) hæc ardenti voto emendare neglexerit, loci ſui dignitate privatus, anni unius ſpatio erit ſub pœnitentia conſtitutus, loco ſuo in poſtmodum rediturus, &c. *Tolet. XVI. c. 2.*

TITULUS VIII.

DEPOSITIONES CONTRA SCHISMATICOS.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. LXIV. & Lib. XVII. Tit. XIII. quibus adde:

CAPUT I.

11. q. 1. c. 12. Conjurationum, & c. Si qui, 24. CONjurationis, vel collegii crimen etiam ab externis legibus prohibetur, multo magis in Eccleſia Dei prohiberi oportet. Si clerici, vel monachi inveniantur id facere, atque adverſus Epiſcopos vel clericos ita conſpirare, cadant ab omni ſuo gradu. *Chalc. c. 18. Trull. c. 34. Vormat. cap. 74. Tull. poſt ep. ſynod. Capitul. lib. 1. cap. 29. Raban. cap. 19. de pœnit. Burchard. lib. 10. cap. 68. Ivo part. 12. cap. 87. decret. Anſelm. lib. 8. c. 16.*

CAPUT II.

Contra Epiſcopos, presbyteros, diaconos, ſubdiaconos magnæ Eccleſiæ conſecratos a Methodio, & Ignatio Patriarchis, qui poſtea adhæſerunt Photio (*ſchiſmatico*) ut depoſiti ſint, & omnino ſacerdotali operatione privati, quemadmodum non multum ante beatiſſimus Papa Nicolaus judicavit, & nequaquam tales in ſacerdotii catalogo recipiantur, etiamſi ex hoc converti voluerint, niſi in perceptione ſanctificationum, &c. *Syn. VIII. gen. ſub Hadr. II. c. 25.*

CAPUT III.

Laici, qui alterius diœceſis presbyterum Eccleſiæ cujuſcumque ſua poteſtate inſtituerint, non præbente conſenſum Epiſcopo, cujus parochia videtur exiſtere, a fidelium communione ſeparentur. Presbyteri vero, qui talium ſubreptione recipiuntur, & admoniti ab Epiſcopo, vel miſſo ejus, recedere de alterius Eccleſia noluerint, proprii officii gradû amittant. Nam ſi & presbyter ſua audacia Eccleſiam ad alterum pertinentem Epiſcopum invadere tentaverit, & contra prohibentem Epiſcopum, a tali præſumptione non compeſcuerit Epiſcopus, ſimilem omnino ſubeat ultionem. *Leo IV. in ſynod. Rom. cap. 14.*

CAPUT IV.

Si presbyter contemnens Epiſcopum ſeparatim colligat (*plebem*) & aliud altare erigat, nil habens, in quo accuſet Epiſcopum in religione, & juſtitia, deponatur ut ambitioſus, & quaſi tyrannus; item cæteri clerici, & qui cum eo conſentiunt, laici vero excommunicentur. Sed prius Epiſcopi admonitio ter præcedat. *Apoſt. c. 31. G. 32. L. vide Antiſ. c. 5.*

CAPUT V.

11. q. 1. c. 23. Conſpirationum. Conſpirantes clericos honore, quo utuntur cadere *, cæteros communione privari, & ab Eccleſia extorres fieri, omneſque infames eſſe, tam facientes, quam conſentientes anteceſſores noſtri juſſerunt. *Calliſt. epiſt. 2. in princ. Burch. lib. 10. c. 64. Ivo part. 6. c. 246. & part. 12. c. 85. decret.*

* *carere.*

CAPUT VI.

Si aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, 11. q. 1. c. Statuimus, 32.
aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, mox ante examinatum judicium, ſubmotus a clero, curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ omnibus deſerviat, & infamis abſque ulla reſtitutionis ſpe permaneat. *Fabian. epiſt. 2. ante fin. Gregor. VII. lib. 7. epiſt. 2. Deuſded. cap. 4. Anſelm. lib. 7. c. 159. Tarrac. lib. 2. c. 23.*

CAPUT VII.

Clericus, qui Epiſcopum ſuum accuſaverit, 5. q. 4. c. 8.
aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi ſervituros. *Steph. epiſt. 2. ante med. Gregor. VII. lib. 7. epiſt. 2. Deuſded. cap. 4.*

CAPUT VIII.

De depoſitione Vigilii, qui vivente Silverio ad Apoſtolicam ſedem concedit. *Silverius epiſt. 2. ad Vigilium in med.*

CAPUT IX.

Si qui Epiſcopi conſtituti non recipiuntur in Diſt. 92. c. 6.
illa parochia, in qua nominati ſunt, & in alias parochias veniant, & vim inferant ordinatis, & contra eos ſeditiones moveant, excommunicentur: ſi velint in presbyteratu manere, ubi prius erant presbyteri, non auferatur ab eis honos: ſed ſi cum Epiſcopis ibi ordinatis contendant, auferatur ab eis honos presbyteratus, & ſint ejecti. *Ancyr. c. 18. Mart. Brach. cap. 12. Burchard. lib. 1. cap. 36. Ivo part. 5. cap. 147. decret.*

CAPUT X.

Si quis presbyter, vel diaconus contemnens 7. q. 1. c. 24.
ſuum Epiſcopum ſeparet ſe ab Eccleſia, & altare erigat, & vocanti Epiſcopo non obediat, etſi ſemel, atque iterum eum vocaverit, deponatur, & miniſterium non tangat, neque honorem repetat. Si perſeveret, & tumultuetur, per extra- 11. q. 3. c. Si quis Epiſcopum, 7.
neas poteſtates, ut ſeditioſus coerceatur. *Antiochen. c. 5. vide Apoſt. c. 31. G. 32. L. Chalc. act. 4. vide Chalc. c. 20. Aquiſgr. c. 71.*

CAPUT XI.

Si qui clerici, vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut clericis, gradu proprio penitus abiiciantur. *Vormat. c. 74.*

TITULUS IX.

DEPOSITIONES CONTRA BLASPHEMOS, PERJUROS, ET QUI FIDEM DATAM NON SERVANT.

Vide in Part. II. Lib. XV. Tit. VI. & VII. & Lib. XVII. Tit. XIX.

TITULUS X.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS SUPERSTITIOSOS.

CAPUT I.

EPiſcopus, presbyter, diaconus, clericus ma- 26. q. 5. Si quis, c. 5.
gos,

gos, aruſpices, &c. conſulens, ab honore dignitatis ſuæ depoſitus, monaſterii cenſuram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegii ſolvat. *Tolet. IV. c.* 28. *Rab. cap.* 23. *de pœnit. Burch. lib.* 10. *cap.* 48. *Ivo lib.* 3. *tit.* 15. *cap.* 3 *& lib.* 8. *tit.* 5. *cap.* 4. *panorm. & part.* 11. *cap.* 5. 73. *decret. Anſelm. lib.* 11. *c.* 122.

TITULUS XI.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI REBAPTIZANT, AUT REBAPTIZANTUR, ET QUI IN CONFERENDO BAPTISMO ECCLESIÆ RITUM NEGLIGUNT.

Vide in Part. II. Lib. V. Tit. XXVI. & ſeq. & Lib. XVI. Tit. XV. quibus adde:

CAPUT I.

1. q. 7. c. 10. Qui in quolibet. DE ſuo ordine, & communione videbitur ferre judicium, quiſquis hoc violaverit inſtitutum (*prohibentur hoc canone rebaptizati, aut baptizati apud hæreticos ſacris initiari*) vel qui non removerit eum, quem ex ejus cœtu ad miniſterium clericale obrepſiſſe cognoverit. *Fœlix III. in ſyn. Rom. c.* 5. *Burch. lib.* 4. *cap.* 99. *Ivo part.* 1. *c.* 293.

CAPUT II.

De conſ. diſt. 4. *c.* Si quis, 79. Epiſcopus, aut presbyter non peragens tres immerſiones unius myſterii, ſed unicam in mortem Domini, deponatur, non enim dixit Dominus: *in mortem meam baptizate*, ſed: *euntes* (*Matt.* 28.) *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Apoſt. cap.* 50. *Burch. lib.* 4. *c.* 23. *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 51. *panorm. & part.* 1. *cap.* 128. *decret. Cæſar. lib.* 12. *c.* 41.

CAPUT III.

De conſ. diſt. 1. *c.* Clericos, 32. Deponatur clericus, qui ſine licentia Epiſcopi intra domum in oratoria domo ſacrificat, vel baptizat. *Trull. c.* 31. *vide Laod. c.* 57. *G.* 58. *L. Carth. II. c.* 9. *L.*

CAPUT IV.

Intra privatas ædes baptiſma non præſtetur: qui contra fecerit, ſi clericus eſt, deponatur. *Trull. c.* 59.

TITULUS XII.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI IN MISSÆ SACRIFICIO, AUT IN HORIS CANONICIS ECCLESIÆ RITUM NON SERVANT.

CAPUT I.

De conſ. diſt. 4. *cap.* 14. NUllus presbyter miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis ab Epiſcopo locis, qui ſui particeps de cætero voluerit eſſe ſacerdotii. *Silveſt. in ſyn. Rom. CCLXVIII. Epiſcoporum. Capitul. lib.* 6. *c.* 198. *Anſelm. lib.* 7. *c.* 125. *Tarrac. lib.* 3. *c.* 85.

CAPUT II.

Si Epiſcopus, vel presbyter obtulerit in ſacrificio mel, lac, vel pro vino ſiceram, confecta (*ſiceram, & confecta quædam, L.*) aut aves, aut animalia, aut legumina, deponatur. *Apoſt. cap.* 3.

CAPUT III.

* id eſt *Miſſam.*

Si presbyter inconſulto Epiſcopo agenda * in quolibet loco celebret, ipſe honori ſuo contrarius exiſtit. *Carth. II. c.* 9.

CAPUT IV.

Si quis non jejunus miſſas celebret, dignitatem amittat honoris. *Matiſc. II. c.* 6.

CAPUT V.

Quiſquis ſacerdotum, vel ſubjacentium clericorum orationem Dominicam quotidie in publico, aut in privato officio prætererit, propter ſuperbiam judicatus, ordinis ſui honore privetur. *Tolet. IV. c.* 9. *in fin.*

CAPUT VI.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, qui *alleluja* in quadragaſima, vel Kalendis Januar. dixerit, ordinis officio carere cogatur, & communione ejuſdem paſchæ privetur. *Toletan. IV. cap.* 10.

CAPUT VII.

Presbyter, qui non jejunus, ſed quocumque cibo præſumpto oblationem conſecraverit in altari, continuo ab officio ſuo privatus, a proprio deponatur Epiſcopo. *Brac.* 2. *c.* 10.

CAPUT VIII.

Deponatur clericus, qui aliud offert, quam eſt conſtitutum, ne uvas quidem. *Trull. c.* 28. *Vide de conſ. diſt.* 2. Didicimus, *c.* 6.

CAPUT IX.

In domibus oratoriis intra ædes clerici neque miniſtrent *, neque baptizent ſine licentia Epiſcopi ejus loci: qui non ſervaverit, deponatur. *Trull. c.* 31. *De conſ. diſt.* 1. *c.* Clericos, 33.

* *ſacrificent.*

CAPUT X.

Si Epiſcopus, aut presbyter non juxta traditum ab Apoſtolis ordinem, vinum aqua miſtum obtulerit, deponatur. *Trull. c.* 32.

CAPUT XI.

Quicumque ſacerdotum, vel miniſtrorum deinceps cauſſa cujuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare divinum veſtibus ſacratis exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accinxerit, ſeu etiam ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de templo Domini ſubtraxerit, vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque, quod pejus eſt, occaſionem nutrierit, unde de templis Domini aut officia conſueta deſint, aut oblatio ſingularis ſacrificii videatur in aliquo defraudari; ſi eum antea veræ pœnitudinis coram Metropolitano ſatisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, & loci ſui dignitate ſe noverit, & honore privari: illis perſonis ab hac ultione ſeparatis, quæ aut contaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubverſionem ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatem, vel obſidionem perferentes, ſeu etiam divinorum judiciorum ſententiam metuentes, talia feciſſe contigerit. *Tolet. XVIII. c.* 71. 26. *q.* 5. *c.* 13.

CAPUT XII.

Plerique ſacerdotum Miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus non ob aliud, niſi ut is, pro quo ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis interventu, mortis, ac perditionis incurrat periculum, &c. Ob id noſtra elegit unanimitas, ut ſi quis ſacerdotum deinceps ta- 26. *q.* 5. *c.* 13. Quicumque.

lia

lia perpetraſſe fuerit deprehenſus, a proprii deponatur ordinis gradu, &c. *Tolet. XVII. c. 5.*

CAPUT XIII.

Plerique presbyteri, neglectis baſilicis Deo dicatis, in domibus, & hortis miſſarum celebrationes facere præſumunt, &c. Si quis presbyterorum ab hinc, excepto quando in itinere pergitur, & locus baſilicæ procul eſt, & id in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, Miſſarum celebrationes in hujuſcemodi illicitis locis facere attemptaverit, dignum eſt, ut gradus ſui periculum incurrat, &c. Presbyteri, qui, inconſultis Epiſcopis ſuis, altaria in talibus locis erigere præſumunt juxta cenſuram canonicam gradus ſui periculum incurrere merentur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 47.*

TITULUS XIII.

DEPOSITIONES CONTRA SACERDOTES, QUI IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTI PŒNITENTIÆ GRAVITER PECCANT.

CAPUT I.

c. 12. de pœnitent. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.

QUI peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectũ præſumpſerit revelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 21.*

CAPUT II.

9. q. 2. c. 2. de pœnit. d. 6. c. ult.

Placuit, ut deinceps nulli ſacerdotum liceat quumlibet commiſſum alteri ſacerdotum ad pœnitentiam ſuſcipere ſine ejus conſenſu, cui ſe prius commiſit, niſi per ignorantiam illius, cui pœnitens prius confeſſus eſt. Qui vero contra hęc ſtatuta facere temptaverit, gradus ſui ordinis periculo ſubjacebit. *Hibern. ſub Leone III.*

TITULUS XIV.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NON VENERANTUR RES SANCTAS.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. V. & Lib. XVII. Tit. IV. Part. I.

TITULUS XV.

DEPOSITIONES CONTRA SIMONIACOS.

Vide in Part. II. Lib. XIV. Tit. VIII. & Lib. XVII. Tit. XX. quibus adde:

CAPUT I.

1. q. 1. c. 8. 1. q. 3. c. Salvator, 8.

SI quis Epiſcopus per pecuniam ordinaverit Epiſcopum, Chorepiſcopum, presbyterum, diaconum, clericum, vel conſtituerit œconomum, defenſorem, paramonarium, vel alium ex canone, convictus de ſuo gradu periclitetur: ordinatus nihil conſequatur: mediator clericus cadat a gradu ſuo; laicus, vel monachus anathematizetur. *Chalc. c. 2. refertur. Nicæn. II. c. 5. Brac. III. c. 7. Pariſ. ſub Ludov. lib. 1. cap. 11. Namnet. c. 7. Capitul. lib. 1. cap. 19. Burch. lib. 1. c. 112. Ivo lib. 3. tit. 9. c. 3. panorm. & part. 5. cap. 118. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 21. Anſelm. lib. 6. c. 81.*

CAPUT II.

Qui donatione auri ordinaverunt, in Eccleſia ultimum gradum habeant ſui ordinis; ſi perſeverant, pœnis * ſuis corrigantur: ſerveturque

** pœnitentia.*

canon Apoſtolorum, ut ſi quis ob pecunias fiat Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur, & is, & qui ordinavit, &c. *Nicæn. II. c. 5. Capitul. lib. 1. c. 19.*

CAPUT III.

Epiſcopus, Præpoſitus, clericus vel ceſſet a ſimonia in datione ordinum, vel ſuſceptione monachorum, vel deponatur, &c. *Nicæn. II. c. 19.*

CAPUT IV.

Quia in quibuſdam Epiſcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Epiſcoporum, ſeu Archidiaconorum, & terminandas cauſſas eccleſiaſticas ſub annuo pretio conſtituuntur, &c. Id ulterius fieri, diſtrictius prohibemus. Quod ſi quis fecerit, removeatur a clero. *Alex. III. in concil. Turon. c. 7.*

Ne prælat. vic. ſuas, c. 2. Gr. IX. & in 1. coll.

CAPUT V.

Monachi non pretio recipiantur in monaſterio, &c. Si quis autem exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat, is autem, qui acceperit, officii ſui privatione mulctetur, &c. Prioratus quoque, ſive Obedientiæ pretii datione nulla tradantur, alioquin, & dantes, & accipientes a miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. *Alex. III. in concil. Later. c. 10.*

De ſtat. monach. c. 2. Greg. IX. & in 1. coll.

CAPUT VI.

In quibuſdam partibus ſub pretio ſtatuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Epiſcopalem Juriſdictionem exercent Statuimus, ut qui de cætero id præſumpſerit, officio ſuo privetur, & Epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat. *Alex. III. in concil. Later. cap. 15.*

Ne prælat. vices ſuas, c. 1. Gr. IX. & in 1. coll.

CAPUT VII.

Pro licentia docendi nullus omnino pretium exigat, &c. Qui vero contra hoc venire pręſumpſerit, a beneficio eccleſiaſtico fiat alienus. *Alex. III. in concil. Later. c. 18.*

c. 1. de magiſtr. Greg. IX. & in 1. coll.

CAPUT VIII.

Cavere oportet unumquemque ſacerdotum, ne præmiis videatur conſecrari ut non exemplo Simonis magi in condemnationem, & laqueum incidat diaboli: quia tam factus, quam etiam faciens honore adepto debite ſunt condemnandi, ſicut Chalcedon. aliorumque patrum habetur concilio. *Eugen. II. in ſyn. Rom. & Leo IV. cap. 2.*

CAPUT IX.

Erga ſimoniacos nullã miſericordiam in dignitate ſervanda habendam eſſe decernimus, &c. ac deponendos eſſe Apoſtolica auctoritate ſancimus, &c. Si quis hinc in poſterum ab eo, quem ſimoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permiſerit, & conſecrator, & conſecratus non diſparem damnationis ſententiam ſubeat; ſed uterque depoſitus pœnitentiam agat, & privatus a propria dignitate perſiſtat. *Nicol. II. in ſyn. Rom. CXIII. Epiſcop. ante fin. Deuſded. c. 2. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 9. panorm. & part. 5. c. 79. decret. Cæſar. lib. 4. cap. 14. & 15. Tarrac. lib. 1. c. 52. & lib. 6. cap. 23.*

1. q. 1. c. 110.

1. q. 1. c. De cætero, 109.

CAPUT X.

Nullus Epiſcopus gravamen, ſeu ſervile ſervitium ex uſu contra eccleſiaſticam normam

1. q. 1. c. 124.

Ab-

Digitized by Google

Abbatibus, ſeu clericis ſuis imponat, vel interdictum ſacerdotale officium pretio interveniente reſtituat. Quod ſi fecerit, officii ſui periculum ſubeat. *Gregor. VII. in ſynod. Rom. anni 6. cap. 50. Tarrac. lib. 5. c. 54.*

CAPUT XI.

1. q. 1. c. 10. Sanctorum patrum exemplum ſequentes, & officii noſtri debito innovantes ordinari quenquam per pecuniam in eccleſia Dei vel promoveri, auctoritate ſedis Apoſtolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in eccleſia ordinationē, vel promotionem taliter acquiſierit, acquiſita prorſus careat dignitate. *Calliſt. II. in concil. Rom. cap. 1.*

CAPUT XII.

1. q. 3. c. ult. Statuimus, ut ſi quis ſimoniace ordinatus fuerit ab officio omnino cadat, quod illicite uſurpavit. Vel ſi quis præbendam, ſeu decanatum, vel prioratum, vel diaconatum, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſacramentum eccleſiaſticum, ut puta, chriſma, vel oleum ſanctum, conſecrationem altarium, vel eccleſiarum, interveniente execrabili ardore avaritiæ, per pecunias acquiſivit; honore male acquiſito careat: & emptor atque venditor, & interventor nota infamiæ percellantur. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c. 1.*

CAPUT XIII.

1. q. 1. c. Eos, 21. Si Epiſcopus, presbyter, diaconus per pecuniam fiat, deponatur, & qui eos fecit &c. *Apoſt. c. 29. G. 30. L. vide Chalc. c. 2. Nicæn. II. cap. 5. Bituricen. act. 2. Taraſ. CP. in epiſt. ad Joann. presbyt. ante VII. ſynod. Capitul. lib. 1. cap. 59. Ivo part. 5. cap. 78. decret. & lib. 3. tit. 9. cap. 1. panorm. Cæſar. lib. 4. c. 20. Tarrac. lib. 1. cap. 61.*

CAPUT XIV.

1. q. 1. c. 99. Baptizandis, conſignandiſque fidelibus pretia nulla presbyteri præfigant, &c. Nihil a prædictis exigere moliantur, &c. Quod qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potius ſua ſponte correxerint, periculum ſubituri ſint proprii honoris. *Gelaſ. ep. 1. c. 7. Burch. lib. 4. c. 71. Ivo part. 1. cap. 72. & 265. decret. Cæſar. lib. 4. c. 37.*

CAPUT XV.

Euphemium, atque Thomam, qui pro deferenda accuſatione ſactos ordines acceperunt, eiſdem privatos ordinibus eſſe, atque ita ſicut ſunt depoſiti, volumus permanere. *Greg. lib. 4. reg. epiſt. 50. ad Joann. Corinth. Epiſc. Anſelm. lib. 8. cap. 36.*

CAPUT XVI.

Qui ſimoniace, videlicet per interventum pecuniæ, ſunt promoti, ut abſque ulla ſpe procurationis deponatur, Apoſtolica cenſura ſtatuimus. *Greg. VII. lib. 2. regiſt. ep. 62.*

CAPUT XVII.

Illud fraternitati tuæ notum eſſe volumus contra ſimoniacam hæreſim in ſynodo confirmaſſe, &c. ut neque eccleſiæ ullatenus vendantur, aut pro manus impoſitione pretium accipiatur. Quod ſi hoc modo ordinatus aliquis fuerit, eam a miſſæ celebratione, & Evangelii lectione omnibus modis removemus. *Greg. VII. lib. 2. regiſt. epiſt. 67.*

CAPUT XVIII.

Epiſcopum, qui per præmia ordinatus fuerit, ſtatuimus removendum. *Aurel. V. c. 50.*

CAPUT XIX.

Si accuſetur ſimoniacus, ſuſcepto honoris gradu privetur, &c. Munerum acceptores clerici honoris amiſſione mulctentur, &c. *Tolet. VIII. c. 3. Anſelm. lib. 6. cap. 78. Ivo part. 5. cap. 83. decret.*

CAPUT XX.

Cum quiſque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus acceſſerit, ſacramenti exactione aſtringatur, quod pro conferenda ſibi conſecratione honoris, nulli perſonæ cujuslibet præmii collationem vel aliquando dediſſet, vel dare procuret in futurum. Sicque mundus conſecrationem accipiat, aut publicato hoc ſcelere, manifeſte denudatus coram Eccleſia, ad honorem, quem mercari voluit, non accedat. Quos autem poſt prælationem per præmium ordinatos fuiſſe patuit, ſub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere ſimoniacos ab Eccleſia ſeparandos, &c. ſi digna eos ſatisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, ſed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus ſeparati fuerant, reſtituendi ſunt. *Tolet. XI. c. 9.*

CAPUT XXI.

Quicumque pro conferendo cuiquam ſacerdotii gradu, aut munus quodcumque, aut promiſſiones muneris, antequam ordinetur, acceperit, vel poſtquam ordinatus fuerit, in aliquo ſe pro hoc ipſo præſumpſerit munerari, ſive qui dederit, ſive ille, qui acceperit, juxta ſententiam Chalcedon. concilii, gradus ſui periculum ſuſtinebit. *Brac. III. c. 7. vide Chalc. c. 2. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 2. panorm.*

CAPUT XXII.

Nullus Epiſcopus, nec presbyter, vel Abbas ſeu diaconus per præmium ad ſacrum ordinem penitus accedat, quod qui fecerit, ipſo honore, quem præmiis comparare præſumpſerit, omnino privetur. *Cabilon. c. 16.*

CAPUT XXIII.

Ob pecuniam ordinati Epiſcopi, non ob vitæ qualitatem, deponantur, & qui eos ordinarunt. *Trull. c. 22.*

CAPUT XXIV.

Qui communionem dans percipit pecuniam, vel ſpeciem aliquam, deponatur, uti Simonis amator. *Trull. c. 23. Ivo part. 2. c. 92. decret.*

CAPUT XXV.

Quicumque presbyter per pretium Eccleſiam fuerit adeptus, omnimodo deponatur. *Turon. ſub Carolo cap. 15. Magunt. ſub Rabano c. 52. Magunt. ſub Arnulph. c. 5.* 1. q. 1. c. Nullus, 100.

CAPUT XXVI.

Quicumque presbyter per pretium gradum, & Eccleſiam acquiſierit deponatur. *Remen. cap. 21. Magunt. ſub Raban. c. 12.*

CAPUT XXVII.

Sacri canones ſimoniacam hæreſim damnant,

& eos

& eos ſacerdotio privari præcipiunt, qui de largiendis ordinibus pretium quærunt, &c. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 11.*

CAPUT XXVIII.

Nullus quocumque munere, aut favore corruptus, clericum alterius parochiæ latenter, ac furtive ad ordinationem ſubintroducere præſumat. Quod ſi fecerit juxta Chalcedon. decretum, is, qui ordinatus eſt, donum Spiritus ſancti, quod furari conatus eſt, amittat, & qui mediator extitit, ſi clericus eſt, proprio gradu decidat, &c. *Nannet. c. 7.*

CAPUT XXIX.

Diſt. 24. c. 5. Quando. Epiſcopus e latere ſuo dirigere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros, &c. qui ordinandorum vitam, genus, &c. diligenter inveſtigent. Ante omnia, ſi fidem Catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia, aut cujuſcumque muneris cupiditate illecti, a vero devient, ut indignum, & minus idoneum ad ſacros ordines ſuſcipiendos Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille, qui indigne acceſſit, ab altari removebitur, & illi, qui donum ſancti Spiritus vendere conati ſunt, coram Deo jam condemnati Eccleſiaſtica dignitate carebunt. *Nannet. c. 11. Burch. lib. 2. c. 1. Ivo part. 6. c. 21. decret.*

CAPUT XXX.

Quidam, qui propter presbyterii gradum pecuniam dederant, & alii, qui duas uxores ante diaconatum habuerant, &c. dictum de his in concilio eſt, nulla illis miſericordia poteſt tribui quin omnes deponantur. *Lemovicen. act. 2.*

CAPUT XXXI.

Quoniam in quibuſdam locis Alemaniæ fundatores Eccleſiarum, vel heredes ipſorum, poteſtate ſua abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum Eccleſiaſticarum, in quibus obtinent jus patronatus, ſibi retinentes ex pacto, repræſentant clericos ad eaſdem, &c. Qui cæca cupiditate ducti, taliter a patronis præſentationem receperint, officio, beneficioque priventur; nec ad beneficium vel actus Eccleſiaſticos admittantur, niſi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum. *Conc. habitum in Germania ſub Conrad. Cardin. c. 9. & 10.*

CAPUT XXXII.

Sit, & eſt abdicatus, & ab omni ſacerdotali dignitate, & miniſterio alienus, & anathemati maledictionis obnoxius, tam qui ſe ſacerdotium pecuniis acquirere poſſe putat, quam qui ſe pecuniis id præbere pollicetur, ſive ſit clericus, ſive laicus. *Gennad. Patriarcha CP. in ſynod. apud Taraſium in ep. ad Hadrian.*

CAPUT XXXIII.

Si quis presbyter inventus fuerit alicui clerico vel laico munera dare, aut dediſſe, ut Eccleſiam alterius presbyteri ſurripiat, deponatur, aut agat pœnitentiam. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 16.*

TITULUS XVI.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI NOVUM SYMBOLUM COMPONUNT.

Vide in Part. II. Lib. XI. Tit. I.

TITULUS XVII.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI CONFERUNT ORDINES, AUT RECIPIUNT CONTRA LEGES ECCLESIÆ.

CAPUT I.

Paulianiſtæ converſi rebaptizentur, clerici eorum probabiles, rebaptizati a Catholico Epiſcopo, ordinentur, ſi in examine minus idonei reperiantur, deponantur. Idem de diaconiſſis, & cæteris ex clero. *Nicæn. c. 19.* 1. q. 1. Si quis, c. 57.

CAPUT II.

De Maximo Cynico, & propter eum perturbatione, quæ Conſtantinopoli orta eſt, ſtatutum eſt, ut neque Maximus fuiſſe, aut etiam putetur eſſe Epiſcopus, neque ii, qui ab eo ſunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant, omnibus ſcilicet, quæ circa eum, vel ab eo geſta ſunt, in irritum revocatis. *CP. c. 4. al. 6.* Diſt. 19. c. ult.

CAPUT III.

Si præter hanc definitionem noſtram (*definivit ſynodus, ne laicus ſubito ad Patriarchatus honorem conſcenderet*) quiſquis ad jam fatum ſupremum honorem provectus extiterit, reprobetur, & ab omni ſacerdotali operatione prorſus abiiciatur, utpote qui extra canones ſit promotus. *Syn. VIII. gen. ſub Hadrian. II. c. 5.*

CAPUT IV.

Nullus in Epiſcopum, niſi canonice electum conſecret. Quod ſi præſumptum fuerit, conſecrans, & conſecrator * abſque recuperationis ſpe deponatur. *Calliſt. II. in concil. Rom. c. 10.* Diſt. 61. c. ult. * conſecratus, ſ.

CAPUT V.

Presbyterorum filios a ſacri altaris miniſteriis removendos decernimus, niſi aut in cœnobiis, aut in canonicis religioſe fuerint converſati. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c. 14. vel 15. Urban. II. in concil. apud Melfiam c. 14. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 10. panorm. & part. 6. c. 410. decret. Cæſar. lib. 8. c. 54.* Diſt. 56. c. 1. & 11.

CAPUT VI.

Si Epiſcopus, ſine voluntate proprii Epiſcopi, extra fines ſuos ad alias urbes, & vicos ordinaverit, & ordinans, & ordinati deponantur. *Apoſt. c. 35. G. 36. L.*

CAPUT VII.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, qui iterum ordinatur, deponatur cum ordinatore, niſi conſtiterit, quod ab hæretico ordinatus ſit. *Apoſt. cap. 68.*

CAPUT VIII.

In dato nobis libello monſtratum eſt Modeſtū quendam multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad Epiſcopatus apicem eum tendere, &c. Si vero conſtiterit talem, qualem libellus affirmat, non ſolum ab Epiſcopatus ambitione, ſed etiam a clericatus removeatur officio. *Innoc. epiſt. 6. ad Agapetum, & alios.*

CAPUT IX.

Dilectionis veſtræ maturitas providere debebit, ut tantæ uſurpationi ſaltem nunc finis neceſ- Diſt. 51. Aliquantos, cap. 1.

ceſſarius imponatur, eo videlicet conſtituto, ut quicumque tales (*curiales, aut qui in forenſi exercitatione verſati ſunt, aut milites*) ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur. *Innoc. ep. 23. c. 2. ad ſynod. Tolet.*

CAPUT X.

Poſt hæc ſi quis adverſus formas canonum, vel ad Eccleſiaſticum ordinem, vel ad ipſum ſacerdotium venire temptaverit, una cum ordinatoribus ſuis, ipſo, in quo inventi fuerint, ordine, & honore priventur. *Innoc. epiſt. 23. c. 3. ad ſynod. Tolet.*

CAPUT XI.

Diſt. 36. Qui Eccleſiaſticis, *c. 2. & diſt. 59.* Qui Eccleſiaſticis, *c. 1.*

Hoc ſpecialiter, & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper a nobis interdictum conſtat, ne quis penitus contra patrum præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione divinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumeret, & non ſolum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum, &c. Sciet quiſquis hoc, poſtpoſita patrum, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate, neglexerit a nobis diſtrictius vindicandum, ut loci ſui minime dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones, impune poſſe temptari. Contumeliæ enim ſtudio fit, quidquid interdictum toties uſurpatur. *Zoſim. ep. 1. c. 1. Ivo part. 5. c. 102. decret. Anſelm. lib. 6. c. 24.*

CAPUT XII.

Diſt. 81. c. 3.

Facilius eſt ut hanc dignitatem (*Pontificiam*) tali dando (*fuerat data cuidam homini ſcelerato*) ipſe amiſerit ordinator, quam eam obtineat ordinatus, cui convicto ſociabitur, qui ſibi eum credidit largiendo pontificium, ſociandum, qualis enim ipſe ſit, quiſquis talem ordinaverit, oſtendit. *Cæleſt. epiſt. 2. cap. 3. vide lib. IV. tit. VIII.*

CAPUT XIII.

Relatio nos veſtræ dilectionis inſtruxit, & geſtorum ſeries plenius intimavit, Gaudentium Aufinienſis Eccleſiæ ſacerdotem, contra ſtatuta canonum, ac noſtra præcepta ordinationes illicitas perpetraſſe, quarum illi totam penitus auferri præcipimus poteſtatem, &c. ita ut hi, qui illicite ab eodem ſunt provecti, ab Eccleſiaſticis miniſteriis ſint remoti. *Simplic. ep. 3. Burch. lib. 1. c. 110. Ivo part. 5. c. 212. decret.*

CAPUT XIV.

Diſt. 54. Generalis, *c. 12.*

Si Epiſcopus ſervum invito domino ordinaverit, aut Abbas intra monaſterium receperit, deponatur. *Gelaſ. ep. 1. c. 16. Ivo part. 6. c. 100. & part. 16. c. 47. decret. Anſelm. lib. 7. c. 196. in Rom. Cæſar. lib. 9. c. 18.*

CAPUT XV.

De his, qui ſe ipſos abſcindunt, paterni canones evidenter ſequenda poſuerunt; dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere ſecludi. *Gelaſ. epiſt. 1. cap. 19.*

CAPUT XVI.

Diſt. 61. c. 16. Obitum.

Ut laicum fieri Epiſcopum non permittat, ne ſi permiſerit, periculum ſui ordinis incurrat. *Greg. lib. 11. ep. 16. Barbaro Epiſc.*

CAPUT XVII.

Diſt. 27. c. 1. Diaconus, *& diſt. 28.* Diaconi, *cap. 8.*

Diaconi, qui cum ordinarentur, tacuerint, neque conteſtati ſint, ſe velle uxores ducere, ſi eas duxerint, ceſſent a diaconatu. *Ancyr. c. 10. Mart. Brac. c. 39. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 4. & 14. panorm. & part. 6. c. 376. decret.*

CAPUT XVIII.

Chorepiſcopi ſuo munere ſint contenti, & Eccleſiis ſuis. Lectores, ſubdiaconos, & exorciſtas ordinent; non presbyteros, & diaconos, ſine Epiſcopi ejus urbis conſenſu. Si quis his contraveniat, deponatur ab honore, quem gerit. *Antioch. c. 10. Capitul. lib. 1. c. 9.*

CAPUT XIX.

9. q. 2. c. 6. Nullam.

Epiſcopus, qui in aliena Eccleſia ordinat clericos, non vocatus a Metropolitano, & ab Epiſcopis illius provinciæ, depoſitus eſſe cenſetur. *Antioch. cap. 13. Mart. Brac. cap. 7. Burchard. lib. 1. cap. 108. Ivo part. 5. cap. 210. decret. Anſelm. lib. 6. cap. 198. Capitul. lib. 1. c. 11.*

CAPUT XX.

Diſt. 50. Pœnitentibus, *cap. 15.*

Si per ignorantiam Epiſcopi pœnitens ordinatus fuerit, deponatur a clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens Epiſcopus ordinaverit talem, etiam ipſe ab Epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate privetur. Simili ſententiæ ſubjacebit Epiſcopus, ſi ſciens ordinaverit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut ſecundam. *Carth. IV. c. 68. & 69. Burchard. lib. 2. cap. 35. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 19. panorm. & part. 6. cap. 136. & part. 15. c. 5. decret. Anſelm. lib. 7. c. 20. Cæſar. lib. 15. c. 32.*

CAPUT XXI.

Si quis contra ſtatuta majorum (*alienum*) ordinaverit, qui ordinatus fuerit, ſacerdotii honore privabitur, qui ordinaverit, auctoritatem in ordinationibus, & conciliis non retinebit. *Taurin. cap. 2.*

CAPUT XXII.

Energumeni non ſolum non aſſumendi ſunt ad ullum ordinem clericatus, ſed & illi, qui ordinati ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi. *Arauſ. cap. 16. Burch. lib. 2. c. 34. Ivo part. 6. cap. 135. decret.*

CAPUT XXIII.

Epiſcopus in diœceſes alienas ad alienos clericos ordinandos, vel conſecranda altaria irruere non debet. Quod ſi fecerit, remotis iis, quos ordinaverat, altaris tamen conſecratione manente, tranſgreſſor canonum anno a miſſarum celebritate ceſſabit. *Aurel. III. c. 15.*

CAPUT XXIV.

Diſt. 64. De Abiectione, *c. 3. de elect. c. 7. in 1. coll.*

Duo ſi præſumpſerint ordinare Epiſcopum in noſtris provinciis, placuit de præſumptoribus, ut ſicubi contigerit, duos Epiſcopos invitum Epiſcopum facere, auctoribus damnatis, unius eorum Eccleſiæ ipſe, qui vim paſſus eſt, ſubſtituatur, ſi tamen vita reſpondeat; & alter in alterius dejecti loco nihilominus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint, & ipſe damnabitur, quo cautius ea, quæ ſunt antiquitus inſtituta, ſerventur. *Arauſ. c. 21.*

c. 21. Burch. lib. 1. c. 30. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 13. panorm. & part. 5. c. 341. decret.

CAPUT XXV.

Qui contra decreta canonum deinceps ordinaverint, nullum ordinare jam audeant, & qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. *Ilerd. c. 12.*

CAPUT XXVI.

Qui invitus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non a communione pellatur. *Aurel. III. c. 7.*

CAPUT XXVII.

Sicut antiqui canones decreverunt, nullus invitis detur Epiſcopus, ſed nec per oppreſſionem potentium perſonarum, ad conſenſum faciendum cives, aut clerici, quod dici nefas eſt, inclinentur. Quod ſi factum fuerit, ipſe Epiſcopus, qui magis per violentiam, quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Aurel. V. c. 11.*

CAPUT XXVIII.

Nulli deinceps laicorum liceat ad Eccleſiaſticos ordines, præter canonum præfixa tempora, aut per ſacra regalia, aut per conſenſiones cleri, vel plebis, vel per electionem, aſſenſionemque Pontificum ad ſummum ſacerdotium aſpirare, vel provehi, ſed cum per canonum conſcripta tempora Eccleſiaſticos per ordines, ſpirituali opere deſudando, probitæ vitæ adminiculo comitante, conſcenderit gradus, ad ſummum ſacerdotium, ſi dignitati vita reſponderit, auctore Domino, provehatur. Ita tamen ut duobus, aut tribus, quos conſenſus cleri, & plebis ſelegerit, Metropolitani judicio, ejuſque coepiſcopis præſentatis, quem ſors, præeunte Epiſcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monſtraverit, benedictio conſecrationis adcumulet. Aliter deinceps, quod abſit, præſumptum, & ordinatores, & ordinatos proprii honoris depoſitio ſubſequatur. *Barcin. II. c. 3.*

CAPUT XXIX.

Diſt. 23. c. 13. & 14. Quorumdam. Agabrenſis diaconi relatu deductum eſt de quibuſdam ipſius Eccleſiæ clericis, quorum dum unus ad presbyterium, duo ad levitarum miniſterium ſacrarentur, Epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur manum ſuã ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidam illis contra Eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe, &c. Decrevimus, ut a gradu ſacerdotalis, vel levitici ordinis, quem perverſe adepti ſunt, depoſiti, æquo judicio abjiciantur, tales enim merito judicati ſunt removendi, quia prave inventi ſunt conſtituti. *Hiſpal. II. c. 5. Burch. lib. 2. c. 211. Ivo part. 5. c. 213. & part. 6. c. 102. decret.*

CAPUT XXX.

Diſt. 55. c. 5. Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum. Qui in aliquo crimine detecti ſunt, qui infamiæ nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturaliter defectu membrorum, vel deſectione, aliquid minus habere noſcuntur, qui ſecundæ uxoris conjunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa conjugia frequentaverunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui ſervili conditioni obnoxii ſunt, qui ignoti ſunt, qui neophyti, vel laici ſunt, qui ſæculari militiæ dediti ſunt, qui curiæ nexibus obligati ſunt, qui inſcii litterarum ſunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus Eccleſiaſticos non accesserunt *, qui ambitu honorẽ quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a deceſſoribus in ſacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſivit. Quicumque deinceps ad ordinem ſacerdotii poſtulatur, & in his exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit & examinatus, probabilis vitæ, atque doctrinæ extiterit, tunc ſecundum ſynodalia, vel decretalia conſtituta cum omnium clericorum, vel civium voluntate, ab univerſis comprovincialibus Epiſcopis, aut certe a tribus in ſacerdotem die Dominica conſecrabitur: convenientibus cæteris, qui abſentes ſunt, litteris ſuis, & magis auctoritate, vel præſentia Metropolitani. Epiſcopus autem comprovincialis ibi conſecrandus eſt, ubi Metropolitanus elegerit: Metropolitanus autem in civitate Metropoli, & comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit. *Tolet. IV. c. 18.*

* *aſcenderunt.*

CAPUT XXXI.

Presbyter triginta annorum, diaconus xxv. ſubdiaconus xx. hypodiaconus [illegible] ordinetur. His annis minor, deponatur. *Trull. c. 14. & 15.* Diſt. 77. Subdiaconus, cap. 4.

CAPUT XXXII.

Ordinatos, & ordinantes ſine litteris dimiſſoriis ſui Epiſcopi in alia Eccleſia, deponantur. *Trull. c. 17.* 12. q. 2. c. 8.

CAPUT XXXIII.

Si quis in locis illis ſe Epiſcopum eligat fieri, ubi Epiſcopus numquam fuit, anathema ſit in conſpectu Dei omnipotentis, & inſuper tam ordinator, quam ordinatus gradum ſui ordinis perdat, quia non ſolum antiquorum patrum decreta, ſed Apoſtolica auſus eſt convellere inſtituta. *Tolet. XIII. c. 4. Burch. lib. 1. c. 33. Ivo part. 4. c. 144. decr.*

CAPUT XXXIV.

Judicatum eſt a ſynodo ſecundum ſacros canones, ſicut ſcriptum eſt, ut qui presbyteri ſine examinatione per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem ſunt provecti, cum fuerint cogniti, deponantur, quia quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia. *Synod. apud D. Medardum in fin. vide Nicæn. c. 9.*

CAPUT XXXV.

Si quis homicidii aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur, &c. *Mart. Bracar. c. 26. Anſelm. lib. 7. c. 198.* Diſt. 50. c. 8.

CAPUT XXXVI.

Purgate Eccleſiam indignos ab ea expellentes: & deinceps quidem examinate, & ſuſcipite; in numerum autem ne referte priuſquam ad nos retuleritis: vel ſcitote, quod erit laicus, qui ſine noſtra ſententia in miniſterium admiſſus eſt. *Baſil. ad Chorepiſc.*

TITULUS XVIII.

CONTRA CLERICOS, QUI INJURIA AFFICIUNT REGEM.

Vide in Part. II. Lib. XIII. Tit. II.

CAPUT I.

* *Regem.* QUI injuria affecerit Imperatorem *, aut Magiſtratum pœnas luat, & ſi clericus eſt deponatur; ſi laicus excommunicetur. *Apoſt. cap.* 84.

TITULUS XIX.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS FURES, ET IN PRIMIS CONTRA EOS, QUI EPISCOPI, AUT ECCLESIARUM RES SURRIPIUNT, AUT ALIENANT.

CAPUT I.

12. q. 2. c. 47. Non liceat. DE ſuo ordine clerici periclitentur, qui poſt mortem Epiſcopi, ejus bona ſurripuerint, ut antiquis canonibus prohibetur. *Chalcedon.* c. 22. *Aquiſgr.* c. 88. *Vorm. c.* 75.

CAPUT II.

Epiſcopus ab Epiſcopatu, Præpoſitus a monaſterio eiiciatur, qui vendunt prædia Epiſcopatus, vel monaſterii, præſertim potentibus, etiam inutilia. *Nicæn. II. c.* 12. *vid. Apoſt. c.* 40. *Ivo part.* 5. *c.* 375. *decr.*

CAPUT III.

39. q. 1. c. 5. Quoniam. Clerici, qui pia loca uſurpant, & non reſtituunt in priorem formam, deponantur. Laici, vel monachi, excommunicentur. *Nicæn. II. c.* 13. *Anſelm. lib.* 7. *c.* 172.

CAPUT IV.

12. q. 2. c. 13. Apoſtolicos. Quiſquis apparuerit poſt hanc definitionem noſtram contrarium quid huic ſanctæ, & univerſali ſynodo agere, deponatur, ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum; caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ab Epiſcopo venditione, vel emphyteutica traditione, aut alia quavis alienatione cymeliorum, & ſalariorum * locorum. *Syn. VIII. gen. CP. ſub Hadrian. II. c.* 15. *Cæſar. lib.* 7. *c.* 74. *Anſelm. lib.* 6. *c.* 169.

* *ſolariorum.*

CAPUT V.

Metropolitanus, qui aliis Epiſcopis commiſſas Eccleſias gravare, vel ambire non formidat, ſi poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere temptaverit, pœnam ſubeat a Patriarcha injuſtitiæ, ac avaritiæ ſuæ, & deponatur, & ſequeſtretur, ut ſacrilegus, & ut idololatra factus juxta magnum Apoſtolum. *VIII. ſyn. gener. CP. ſub Hadr. II. c.* 19.

CAPUT VI.

De decim. c. 17. *Gr. IX. & c.* 2. *eod. tit. in* 2. *coll.* Si quis alicui laico in ſæculo remanenti Eccleſiam, decimamve conceſſerit, a ſtatu ſuo tamquã arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donec emendet, ruinæ ſuæ ſubjaceat proſtratus. *Alex. III. in concil. Turon. c.* 3.

CAPUT VII.

Quicumque oblitus Dei, & decreti hujus immemor, cujus Romanæ civitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus devinciri, in conſtitutum præſens committens, quidquam de jure titulorum, vel Eccleſiæ ſuperius prælatæ quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, veſtes quoque, ſi ſunt, vel ſi acceſſerint, aliqua mobilia, ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat ſub præfata conditione domibus, alienare temptaverit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione mulctetur. *Synod. Rom. III. ſub Symmac. cap.* 6. 17. q. 4. c. Quicumque, 1.

CAPUT VIII.

Non liceat presbyteris urbis Romæ, titulorum ſuorum prædia, ſeu quidquid juris eorum fuerit, quolibet alienare commento: qui vero hoc agere temptaverit, ordinis ſui amiſſione plectatur. *Syn. Rom. III. ſub Symmac. c.* 6.

CAPUT IX.

Nullus Abbas, nullus Archipresbyter, nullus Præpoſitus Eccleſiæ audeat poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ vendere, commutare, vel in feudum dare ſine communi fratrum conſenſu, vel Epiſcopi propriæ civitatis, alioquin ordinis ſui periculum patiatur. *Syn. apud Guardaſtall. ſub Paſchal. II. cap.* 4.

CAPUT X.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericos, in furto deprehenſus deponatur. *Apoſt. c.* 25. *Diſt.* 81. *c.* 12. Presbyter.

CAPUT XI.

De iis, qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, vel * verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. *Arel. I. c.* 33. * al. *non.*

CAPUT XII.

Rem Eccleſiæ nemo vendat: quod ſi aliqua neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe Primati Provinciæ ipſius, ut cum ſtatuto numero Epiſcoporum, utrum faciendum ſit, arbitretur. Quod ſi tanta urget neceſſitas Eccleſiæ, ut non poſſit ante Primatem conſulere, ſaltem poſt factum, curioſitatem habeat, & vicinis Epiſcopis hoc ante judicare, & ad concilium referre eas ſuæ Eccleſiæ neceſſitates. Quod ſi non fecerit, reus concilio venditor (honore amiſſo) teneatur. *Carth. cap.* 26. *G. Carth. V. c.* 4. *L. vid. Corp. canon. Ivo part.* 3. *c.* 153. *decret. Anſelm. lib.* 5. *c.* 45. 17. q. 4. c. 39. Nullus.

CAPUT XIII.

Epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, vel quæcumque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerum dominicarum * invaſionis crimine teneantur obnoxii, niſi admoniti, eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obvenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit. Quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint, honore eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi, judicentur. *Carth. cap.* 32. *G. Carth. III. cap.* 49. *L. Magunt. ſub Rab. cap.* 8. *Burchard. lib.* 3. 12. q. 3. c. 1.

* *divinarum.*

Digitized by Google

lib. 3. cap. 120. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 25. panorm. & part. 3. c. 96. decret. Anſelm. lib. 7. c. 147. Cæſar. lib. 7. c. 69. Tarrac. lib. 1. c. 240.

CAPUT XIV.

12. q. 2. c. 35. Diaconi. Qui res eccleſiæ alienant, convicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo reſtituant, quintum ſumpſerunt. *Agath. c. 49. Ivo part. 3. cap. 161. decret.*

CAPUT XV.

Res eccleſiæ, niſi ob nimias neceſſitates, nemo diſtrahat. Quod ſi quiſpiam, imminente omnia neceſſitate, inconſulto Primate provinciæ, aut certe majore urgente neceſſitate, non adhibitis teſtibus vicinis Epiſcopis, id facere attemptaverit, ita canonico judicio percellitur, ſcilicet, ut amiſſo honore, reus Deo, & concilio teneatur. *Pariſ. ſub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 17.*

CAPUT XVI.

10. q. 2. c. ult. Si quis Epiſcopus nulla eccleſiaſticæ rationis neceſſitate compulſus, in ſuo clero, aut ubi forte non eſt presbyter, de rebus eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vendere, & res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in judicio Epiſcoporum deiiciatur auditus, & tamquã furti, aut latrocinii reus ſuo privetur honore. *Mart. Brac. c. 14. Burch. lib. 1. c. 215. & lib. 3. c. 181. Ivo part. 3. c. 172. & 242. & part. 5. c. 329. decret. Cæſar. lib. 7. c. 73. Tarrac. lib. 6. c. 115.*

CAPUT XVII.

Diſt. 50. c. 28. Si quis presbyter, aut diaconus inventus fuerit, aliquid de miniſteriis eccleſiæ venundediſſe, quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In judicio tamen Epiſcopi dimittendum eſt, ſive indignus in ſuo recipi debeat gradu, quia multoties hoc ipſum, quod de ſacro altario contaminatum eſt, in Epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt. *Mart. Brac. cap. 17. Burch. lib. 3. c. 179. Ivo part. 3. c. 173. & 240. decret. Cæſar. lib. 7. c. 79.*

TITULUS XX.

DEPOSITIONES CONTRA FÆNERATORES.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. VI.

TITULUS XXI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI VESCUNTUR CIBIS VETITIS, ET LUDIS PROHIBITIS DANT OPERAM.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. LX.

TITULUS XXII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NON JEJUNANT DIEBUS CONSTITUTIS, AUT JEJUNANT, CUM NON OPORTET.

CAPUT I.

CLericus, qui diem dominicum jejunaverit, deponatur; laicus excommunicetur. *Apoſt. c. 64. Trull. c. 65.*

CAPUT II.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, hypodiaconus, lector, cantor quadrageſimam non jejunans, aut quartam, aut ſextam feriam, deponatur, niſi ob imbecillitatem, &c. *Apoſt. c. 69.*

TITULUS XXIII.

DEPONUNTUR DIGAMI.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. VII. & Lib. X. Tit. XIII. quibus adde:

CAPUT I.

ABſtineatur ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus, qui ſit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur: ſed irreprehenſibilis, & qualem elegit Apoſtolus fiat, &c. Si quæ factæ ſunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam ſtare non poſſunt, nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt, &c. *Cæleſt. ep. 2. c. 6.* 1. Tim. 3.

CAPUT II.

Eos, qui vel ſecundas nuptias inierunt, vel viduarum ſe conjugio ſociarunt, in ſacerdotio manere non patimur: & multo magis illum, ſi fuerit veſtro judicio confutatus, qui duarum ſimul eſt maritus uxorum, vel illum qui a prima uxore dimiſſus, alteram duxiſſe perhibetur, privandum honore decernimus. *Leo epiſt. 81. c. 1. ad Epiſc. Afric.*

CAPUT III.

Non promoventur ex regulis canonum, qui ſecundæ uxoris conjunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa conjugia frequentaverunt: qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt: qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, &c. Si quis deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contendit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit. *Tolet. IV. cap. 18.* Diſt. 51. c. 5.

CAPUT IV.

Qui cum duabus contraxerunt, mortuis uxoribus, ceſſent a ſacro miniſterio presbyteri, & diaconi. Idem ſi viduam duxerint. Sed & ſi poſt ordines duxerint uxores presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, neque ad majores ordines promoveantur ſoluto conjugio, &c. *Trull. c. 3.*

TITULUS XXIV.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CAPITALIA CRIMINA COMMITTUNT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XLV. quibus adde:

CAPUT I.

SI procedente tempore (*Epiſcopus, vel presbyter neophytus*) mortale peccatum admiſiſſe deprehenditur, & a duobus, vel a tribus teſtibus convincatur, ceſſet a clero. Qui vero contra hæc fecerit, ut contradictor magnæ ſynodi, de clero periclitetur. *Nicæn. c. 2. Mart. Brac. c. 22. refert IX. ſyn. ſub Joann. VIII. act. 2. ex ep. ejuſd. Joann. Ivo in prolog. panorm. & decret.* Diſt. 4. Quoniam, c. 1.

CAPUT II.

Qui ex lapſis per ignorantiam, vel ſcienter ordinati ſunt, deponantur. *Nicæn. c. 10.* Diſt. 81. c. Quicumque, 5.

CAPUT III.

Nullus presbyter ſuperponat ſe alteri, ſed ſi criminoſus fuerit aliquis presbyter, in præſentia Epiſcopi, vel Archidiaconi dijudicetur. Et ſi probata fuerit ejus culpa, per Epiſcopum vel ſuos expellatur, & alius per Epiſcopum intromittatur. *Gregor. VII. in concil. Rom. anni incerti, cap. 4.*

CAPUT IV.

c. 1. de cler. excommun. Greg. IX. & in 1. coll. Si Epiſcopus, presbyter, diaconus juſte depoſitus ob manifeſta crimina auſus ſit in ſuo miniſterio permanere, abſcindatur ab eccleſia. *Apoſt. c. 28. G. 29. L. vide Antioch. c. 4.*

CAPUT V.

Comperimus nonnullos in ipſis ordinibus conſtitutos, gravibus delinquentes facinoribus non
1. Tim. 5. * clamet. repelli; cum, & Apoſtolus mandet *, nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis, & majorem veneranda conſtituta pronuntient hujuſmodi, etiam ſi forte ſurrepſerint, tam qui ante peccaverunt, detectos oportere repelli, quam ſacræ profeſſionis oblitos, prævaricatoreſque ſancti propoſiti, proculdubio ſubmovendos. *Gelaſ. ep. 1. c. 20.*

CAPUT VI.

Si quis presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus cauſſis obvoluti, celantes peccatum ſuum ordinati ſunt, poſtmodum vera, & manifeſtata eſt eorum iniqua actio, hoc ſacerdotali habitu privatos penitentiæ ſubmitte. *Zachar. ep. 5. ant. fin.*

CAPUT VII.

Quicumque ſub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis ordinibus ſubmovendos eſſe (*cenſuimus*) reos ſcilicet, vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis, &c. Decretum eſt ſubmovendos protinus eſſe ab eo gradu, quem ab omni ſcandalo liberum eſſe decet. *Valent. Galliæ c. 4. & in ep. ejuſdem concilii ad clerum Forojulienſem. Toletan. X. in cauſſa Potamii Epiſcopi paulo ante fin.*

CAPUT VIII.

Diſt. 50. c. 7. Si Epiſcopus, presbyter, diaconus, capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, aut teſtimonium falſum dixerit, ab officii honore depoſitus in monaſterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. *Agath. c. 50.*

CAPUT IX.

Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiſerit, ab officii honore depoſitus in monaſterium retrudatur, ibi tantummdo, quamdiu vixerit, communionem ſumendo. *Epaun. c. 22.*

CAPUT X.

7. q. 1. in princ. Nullus vivente Epiſcopo alius ordinetur Epiſcopus, niſi in ejus locum, quem capitalis culpa dejecerit. *Aurel. V. c. 12. Burch. lib. 1. c. 186. Ivo part. 5. c. 302. decret.*

CAPUT XI.

Diſt. 51. c. 5. Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum, &c. Qui in aliquo crimine detecti ſunt. Qui infamiæ nota aſperſi ſunt: qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, &c. Si quis deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit. *Toler. IV. cap. 81.*

CAPUT XII.

Qui peccatum ad mortem peccant clerici, a gradu quidem deponuntur, a laicorum autem communione non arcentur. *Baſil. ad Amphil. cap. 32.*

TITULUS XXV.

CONTRA CLERICOS, QUI EPISCOPIS, AUT ALIIS GRAVES INJURIAS INFERUNT.

CAPUT I.

Conjurationes, & collegia ab externis legibus prohibentur, multo magis in eccleſia. 11. q. 1. c. Conjurationem, 22. & 24. Si clerici, vel monachi id fecerint, & contra Epiſcopos, vel clericos conſpiraverint, a gradu ſuo cadant. *Chalced. c. 18. Trull. c. 34. Vorm. c. 74. Trullen. poſt ep. ſyn. Raban. cap. 19. de pœnit. Burch. lib. 10. c. 68. Ivo part. 12. c. 87. decret. Anſelm. lib. 8. c. 16.*

CAPUT II.

Taraſius ait, ſi intulerit qualiſcumque etiam Epiſcopus verbera, aut plagas viris Deum timentibus, &c. indignus eſt Epiſcopatu. Sancta ſynodus ait, indignus eſt. *VII. ſyn. gen. Nicæn. II. act. 3. in princ.*

CAPUT III.

Univerſa ſynodus dixit: Epiſcopalem perſecutionem, & eccleſiarum abſciſſionem, vel vaſtationem, atque ſervorum Dei inſectationem, fulti prædicta auctoritate, & omnium ſanctorum patrum prohibitione, veſtraque conſolatione veraciter amputantes, &c. ſancimus, ne unquam talia a quoquam noſtris, aut futuris temporibus præſumantur, &c. Si quis hæc, quæ hodie in hac ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere præſumpſerit, aut voluntarie tranſgredi temptaverit, ſi clericus eſt gradu proprio penitus careat. *Synod. Rom. V. ſub Symm. in fin.*

CAPUT IV.

Statuimus, ut nullus futuris temporibus Epiſcopis vim inferre, vel eos temere lacerare præſumat, quatenus cum ad ſynodum convenerint, libere eis tractare, & ſtatuere liceat, & quæ ſanctorum patrum canonica cenſura decrevit. Nulluſque eos lacerare, &c. abſque ſtatus ſui periculo pertemptet. *Ravenn. ſub Joann. IX. c. 2.*

CAPUT V.

Si clericus injuria affecerit Epiſcopum deponatur: *Præfecto enim populi tui non maledices.* Act. 23. *Apoſt. c. 55.*

CAPUT VI.

Statuimus, ut ſi aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, ut mox ante examinatum judicium ſubmotus a clero curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat, & infamis abſque ulla reſtitutionis ſpe permaneat. 11. q. 1. c. 32. *Fabian. ep. 2. Greg. VII. lib. 7. regiſt. ep. 2. Deuſded. part. 4. Anſelm. lib. 7. c. 159. Tarrac. lib. 2. c. 23.*

CAPUT VII.

Clericus, qui Epiſcopum ſuum accuſaverit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis eſt, & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi ſerviturus. 3. q. 4. c. 8. *Steph. epiſt. 2. in med. Greg. VII. lib. 7. regiſt. ep. 2. in med. Deuſded. part. 4.*

CAPUT VIII.

Patres ſancti ſynodum congregaverunt genera-

ralem in Nicæa, &c. leges poſuerunt, quas ſacros canones appellamus, quibus nulla pernecellar a ad ſtatum eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſupplementum columnarum ejus, id eſt Epiſcoporum, qui eum propriis humeris geſtant, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibita, ita ut qui talia agere tentaverint, aut eis nocere præſumpſerint, ſi quidem clerici fuerint, a proprio gradu decidant. *Jul. ep. 1. ad Epiſcopos Orientis ante med.*

CAPUT IX.

Arſacium, quem pro magno Joanne (*loquitur de Joanne Chryſoſtomo ab inimicis in exilium pulſo*) in thronum Epiſcopalem produxiſtis, etiam poſt obitum exauctoramus, una cum omnibus, qui conſulto cum eo excommunicaverunt, Epiſcopis, cujus etiam nomen ſacro Epiſcoporum albo non inſcribatur, indignus enim eo ordine eſt, ut qui Epiſcopatum quaſi adulterio polluerit, &c. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, &c. *Innoc. epiſt. ad Arcad. Imperat. apud Nicephor. lib. 13. cap. 34.*

CAPUT X.

Si quis clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, quia facinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis ſanguine vindicatur, oportet canonibus in tali ſcelere proditus, a clericatus ordine ſubmoveri, & pœnitentiæ triennio deputari. *Toler. IV. c. 45. Burch. lib. 11. cap. 63. Ivo part. 13. c. 44. decret.*

TITULUS XXVI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS HOMICIDAS, ET QUI MEMBRUM ABSCINDUNT, AUT PLAGAS IMPONUNT.

CAPUT I.

Diſt. 55. c. 4. Si quis. SI clericus ſe caſtraverit, deponatur uti ſui homicida. *Apoſt. cap. 22. G. 23. L. Nicæn. cap. 1. ubi eſt, ceſſet. Mart. Brac. cap. 21. Tarrac. lib. 3. c. 37.*

CAPUT II.

Diſt. 47. c. 7. Epiſcopum. Epiſcopus, presbyter, diaconus fideles peccantes, aut infideles, etiam delinquentes verberans, ut ab eis timeatur, deponatur. *Apoſt. cap. 27. G. 28. L. Anſelm. lib. 6. c. 159.*

CAPUT III.

Si clericus in pugna quem percuſſerit, iſque ex uno ictu moriatur, propter temeritatem deponatur. *Apoſt. c. 66.*

CAPUT IV.

De iis, qui ſe ipſos abſcindunt, paterni canones evidenter ſequenda poſuerunt: dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere ſecludi. *Gelaſ. ep. 1. c. 19.*

CAPUT V.

Qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel
* *uteris.* editos necare ſtuduerint, vel in ventribus * matrum potionibus aliquibus colliſerint, &c. Si clerici fuerint, officium eis miniſtrandi recuperare non liceat, attamen in choro pſallentium a tempore receptæ communionis interſint. *Ilerd. cap. 2. Anſelm. lib. 11. c. 51. Ivo part. 10. c. 182.*

CAPUT VI.

Diſt. 51. c. 5. Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis canonum. [Qui in aliquo crimine detecti ſunt, &c. qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturaliter defectu membrorum, vel detectione aliquid minus habere noſcuntur, &c. Si quis deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit. *Tolet. IV. c. 18.*

CAPUT VII.

Si quis Epiſcoporum magnatis cujuſquam uxorem, filiam, neptem, vel propinquam adulterina pollutione fœdaverit, honoris proprii gradum amittat, &c. Hanc ſane, & illi ſententiam merebuntur, qui volentes homicidium fecerint. *Tolet. XI. c. 5.*

CAPUT VIII.

Si quis clericus, quamvis nimium coactus, *Loquitur de*
homicidium fecerit, ſive ſit presbyter, ſive dia- *eo, qui ex-*
conus, deponatur. Legimus in canonibus Apo- *cedit modo-*
ſtolorum, quod Epiſcopus, presbyter, & diaco- *ramen inculpata tutela.*
nus, qui fornicatione, aut perjurio, aut furto *Diſt. 81. c.*
captus eſt, deponatur quanto magis; is, qui hoc *12. Presby-*
immane ſcelus fecerit, ab ordine ceſſare debebit? *ter, 1.*
Tribur. c. 11. vid. Apoſt. c. 25.

CAPUT IX.

Si quis ſanus, non per diſciplinam religionis, *Diſt. 51. c. 9.*
& abſtinentiæ, ſed per abſciſſionem plaſmati a *Si quis pro.*
Deo corporis, exiſtimans poſſe a ſe carnales concupiſcentias amputari, caſtraverit ſe, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod ſi jam ante fuerit promotus ad clerum, prohibitus a ſuo miniſterio deponatur. *Mart. Brac. c. 21. vide Nicæn. c. 1.*

CAPUT X.

Qui ſe latronibus adverſos objiciant, ſi ſint clerici, a gradu deponantur. *Baſil. ad Amphil. cap. 55.*

TITULUS XXVII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS GULÆ, ET EBRIETATI DEDITOS.

CAPUT I.

EPiſcopus, presbyter, diaconus alex, & ebrie- *Diſt. 35. c. 1.*
tati deditus, ceſſet, vel deponatur. *Apoſt. c. 42. Raban. c. 28. de pœnit. Burch. lib. 14. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 15. cap. 4. panorm. & part. 13. cap. 73. decret. Cæſar. lib. 8. c. 50. & 100.*

CAPUT II.

Per ſemetipſam Veritas generaliter in evangelio proteſtatur, dicens: *Cavete a crapula, &* *Luc. 21.*
ebrietate, & curis hujus ſæculi. Unde & in eccleſiaſtico canone ſententialiter conſtat deciſum, aut ceſſare ab hujuſcemodi vitii ingurgitatione, aut certe perſeverantes honoris jactura periclitari debere. *Forojul. c. 3.*

CAPUT III.

Quicumque ebrietati deſervit, aut deſinat, aut deponatur. *Aquiſgr. II. ſub Ludov. part. 1. cap. 6.*

CAPUT IV.

De collectis, vel confratriis, quas conſortia vocant, ſicut verbis monuimus, & nunc ſcriptis expreſſe præcipimus, ut tantum fiat, quantum ſpectat ad auctoritatem, & utilitatem, atque ad

ta-

ſalutem animarum pertinet, &c. Paſtos autem, & comeſſationes, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, indebitæ exactiones, & turpes, ac inanes lætitiæ, &c. accidere ſolent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decretum agere præſumpſerit, ſi presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur. *Nannet. c.* 55.

TITULUS XXVIII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI VESTIBUS PROHIBITIS, VEL ARMIS UTUNTUR.

CAPUT I.

21. q. 4. c. *ult.* PRæcipimus, quod tam Epiſcopi, quam clerici, in ſtatu mentis, in habitu corporis Deo, & hominibus placere ſtudeant, & nec in ſuperfluitate fiſuræ *, aut colore veſtium, nec in tonſura, intuentium, quorum forma, & exemplum eſſe debent, offendant aſpectum, ſed potius, quod eorum deceat ſanctitatem. Quod ſi moniti ab Epiſcopis emendare noluerint, eccleſiaſticis careant beneficiis. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c.* 3. *poſt Ivo panorm.*

* *ſciſſura.*

CAPUT II.

21. q. 4. c. *ult.* Præcipimus, ut tam Epiſcopi, quam clerici neque ſuperfluitate, ſeu inhoneſta varietate colorum, aut fiſura veſtium, neque in tonſura, intuentium, quorum forma, & exemplum eſſe debent, offendant aſpectum, ſed potius ita in ſuis actibus errata condemnent, & amorem innocentiæ, converſatione demonſtrent, ſicut dignitas exigit ordinis clericalis. Quod ſi moniti ab Epiſcopis ſuis infra quadraginta dies non obtemperaverint, eccleſiaſticis beneficiis eorumdem Pontificum auctoritate priventur. *Eugen. III. in ſyn. Remenſ. c.* 2.

CAPUT III.

23. q. 8. c. 5. Clerici, qui in quacumque ſeditione * arma volentes ſumpſerint, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterium contradantur pœnitentiæ. *Tolet. IV. cap.* 44. *Anſelm. lib.* 7. *c.* 187. *Tarrac. lib.* 6. *c.* 3.

* *factione.*

TITULUS XXIX.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NON SERVANT GRAVITATEM, ET MODESTIAM.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXIV. quibus adde:

CAPUT I.

NUllus clericus, ſubdiaconus, diaconus, vel presbyter in plateis reſideat, & fabulis diverſis commiſceatur. Quod ſi quis facere præſumpſerit, repellatur omnino ab officio. *Narbon. cap.* 3.

TITULUS XXX.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NEGOTIIS SÆCULARIBUS DANT OPERAM.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXXIX. & Lib. IV. Tit. LXXIII. quibus adde:

CAPUT I.

CLerici, qui ſine licentia vagantur, deponantur. Item ſi cum licentia clerici honoratiores receſſerunt, ſed curis ſæcularibus implicantur. *Nicæn. II. c.* 10.

CAPUT II.

Prava conſuetudo, prout accepimus, & deteſtabilis inolevit, quoniam monachi, & regulares canonici poſt ſuſceptum habitum, & profeſſionem factam, ſpreta beatorum magiſtrorum Auguſtini, & Benedicti regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiſcunt, &c. Ne hoc ulterius præſumatur Apoſtolica auctoritate interdicimus. Epiſcopi autem, Abbates, & Priores tantæ enormitati conſentientes, & non corrigentes, propriis honoribus ſpolientur *, & ab eccleſiæ liminibus arceantur. *Syn. Rom. ſub Innoc. II. c.* 6. *poſt Ivo panorm.*

* *priventur.*

CAPUT III.

Clerici, qui relicto clero, ſe ad ſæcularem militiam, & ad laicos contulerint, non injuſte ab eccleſia, quam reliquerunt, amoveantur. *Andegav. c.* 8.

CAPUT IV.

Clericus, qui examinationi reorum, aut interfectioni interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtola gregibus examinatorum ſocietur. *Matiſc. II. c.* 19.

CAPUT V.

Si quis ſacerdotum diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud Eccleſiam perdat proprium gradum. *Tolet. IV. c.* 30. *Burch. lib.* 2. *c.* 149. *Ivo part.* 6. *c.* 222. *decret.* 23. q. 8. c. Sæpe, 29.

CAPUT VI.

A quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet, &c. Quod ſi quiſquam id fecerit, ordinis honore privetur, & loco; & ſub perpetuo damnationis teneatur religatus ergaſtulo, &c. *Tolet. XI. cap.* 6. *Raban. c.* 30. *de pœnit. Burch. lib.* 1. *c.* 201. *Ivo part.* 5. *c.* 315. *decret. Cæſar. lib.* 5. *c.* 62. *Tarrac. lib.* 4. *c.* 69. 23. q. 8. c. His, 30.

CAPUT VII.

Clericus, qui tabernæ officinam habet, aut ceſſet, aut deponatur. *Trull. c.* 9. *Diſt.* 44. c. 3. Nulli.

TITULUS XXXI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI APUD SE FEMINAS HABITARE PERMITTUNT, PRÆTER MATREM, ET PROPINQUAS, AUT QUI CUM ILLIS SERMONES FAMILIARES CONFERUNT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. XXXVIII. & Lib. VI. Tit. XXX. & XXXI.

CAPUT I.

MOnaſteria ſanctimonialium ſi quiſquam ſine manifeſta, & neceſſaria cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, a beneficio eccleſiaſtico reddatur immunis. *Alex. III. in concil. Later. c.* 11. *De vita, & honeſt. cler. c.* 8. *Gr. IX. & in* 1. *coll.*

CAPUT II.

Clericus, presbyter, diaconus, Archidiaconus, qui cum femina ſecreta colloquia miſcet, deponatur, ea vero a liminibus arceatur eccleſiæ. *Clem. ep.* 2. *ante med. Ivo part.* 6. *c.* 89. *decret. Anſelm. lib.* 7. *c.* 139. *Diſt.* 81. c. 20.

CAPUT III.

Clericus loci ſui dignitate privetur, qui fami-

lia-

liarius cum propinqua ejus com cohabitaverit conſanguineis illius conſanguinis converſatur. *Tarrac. c. 5.*

CAPUT IV.

Qui habet familiaritatem extranearum, ſi poſt primam, & ſecundā commonitionem non ſe emendaverit, officii ſui dignitate privetur, ſi ſe correxerit, ſancto miniſterio reſtauretur. *Ilerd. c. 15.*

CAPUT V.

Nullus clericus a gradu ſubdiaconatus, & ſupra in conſortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam. Poſt datam hanc admonitionem, quiſquis earum conſortio frui voluerit, noverit ſe non ſolum a clericatus officio retrahi, vel eccleſiæ foribus expelli, ſed etiam omnium catholicorum, clericorum, vel laicorum communione privari, nulla prorſus vel colloquii conſolatione relicta. *Tolet. II. c. 3.*

CAPUT VI.

Nullus clericorum, non Epiſcopus, non presbyter, non diaconus, non ſubdiaconus extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat, &c. Si quis Epiſcopus ad diſtringendum eos, qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, ſententiam prædeceſſorum canonum ſe incurrere omnino cognoſcat, ſic tamen, ut tam Metropolitanus ſuis comprovincialibus, quam comprovinciales Metropolitano ſuo, ſi reſiſtere, aut contemnere Epiſcopū clerici ſui præſumpſerint, dent omnino ſolatium, &c. Quicumque pro cauſſa Dei, fratri ſuo ſolatium commonitus dare diſtulerit, uſque ad ſynodum removeatur. *Turon. II. c. 10. & 52.*

CAPUT VII.

Nemo clericus ſuſpectam domi habeat mulierem, vel ancillas, inculpatum ſe ipſum præbens; ſi ſecerit, deponatur. Idem ab eunuchis ſervetur. Contravenientes clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull. c. 5.*

TITULUS XXXII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS SACRIS INITIATOS, QUI AB UXORIBUS NON ABSTINENT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XXIX. quibus adde:

CAPUT I.

Diſt.81.c.6. MAximilianus filius noſter non patitur eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe, &c. Si convicti fuerint, a ſacerdotali removeantur officio. *Innoc. ep. 5. Ivo part. 6. cap. 96. decret. Anſelm. lib. 8. c. 15.*

CAPUT II.

Si quis poſt acceptam benedictionem leviticam cum uxore ſua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur. *Arauſ. c. 23.*

CAPUT III.

Epiſcopi, presbyteri, vel honoratiores clerici, ſi conjugibus ſuis poſt ordines copulentur, omni in perpetuum, quam admiſſo jam crimine perdiderunt, dignitate privabuntur. *Matiſc. c. 11.*

TITULUS XXXIII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CUM SACRIS SINT INITIATI, UXORES DUCUNT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XXVIII. & Lib. VII. Tit. XVI.

TITULUS XXXIV.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS ADULTEROS, VEL FORNICANTES.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit XLI. & Lib. VI. Tit. XXXIII. quibus adde:

CAPUT I.

NUllus ſacerdos, aut diaconus, vel ſubdiaconus, ſed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis ſibi copulam adjungat. Quod ſi fecerit quis, a canonica omnino arceatur. *Urban. II. in concil. Claromont. c. 9.*

CAPUT II.

Habuiſſe te concubinam manifeſta veritate Diſt.33.c.7.
comperimus; de qua etiam contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio: ſed quia in rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe judicium, hoc tuæ conſcientiæ eligimus committendum. Qua de re ſi in ſacro ordine conſtitutus ejus te permiſtione eſſe recolis maculatum, ſacerdotii honore depoſito, ad miniſtrandum nullo modo præſumas accedere; ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare, & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi hujus ſceleris conſcius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris. *Greg. lib. 2. regiſt. ep. 44. Andreæ Tarentino Epiſcopo. Burch. lib. 1. cap. 195. Ivo part. 5. cap. 310. Tarrac. lib. 6. cap. 242.*

CAPUT III.

Pervenit ad nos quoſdam de ſacris ordinibus Diſt.50.c.9.
lapſos, vel poſt pœnitentiam, vel ante ad officium ſuum revocari: quod omnino prohibemus, & in hac re ſacratiſſimi quoque canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, ut ad altaris miniſterium ulterius non accedat. *Gr. lib. 3 regiſt. ep 26. ad Januar. Epiſc. Caralit. Anſelm. lib. 8. cap. 20. Ivo part. 6. c. 78. decret.*

CAPUT IV.

De Paulo Epiſcopo de corporali crimine accuſato, & depoſito. *Greg. lib. 10. regiſt. ep. 35. ad Joannem Epiſcopum primæ Juſtinianæ.*

CAPUT V.

Subdiaconi, qui ante ordinem fuerint mœchati, amoveantur. *Eliber. cap. 30.* *Ægida conſuata, quæ jam non eſt in uſu.*

CAPUT VI.

Qui altario Dei ſerviunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint, & digne pænituerint, maneat in poteſtate Pontificis, veraciter afflictos non diu ſuſpendere, &c. Quod ſi iterato velut canes ad vomitum reverſi fuerint, non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant. *Ilerd. cap. 5. Raban. cap. 5. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 74. Ivo part. 15. cap. 87. decret.* *Diſt. 50. c. 32. Hi qui. 15. q. 8. c. 2.*

CAPUT VII.

Si quis clericus adulteraſſe aut confeſſus fuerit, vel convictus, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſterio, toto vitæ ſuæ tempore, trudatur. *Aurel. III. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 11. panorm. & part. 8. cap. 285. decret.* *Diſt. 81. c. 10.*

CA-

CAPUT VIII.

Placuit ſanctæ, & venerabili ſynodo, ut presbyteri, qui ex hæreſi Ariana ad ſanctam catholicam eccleſiam converſi ſunt, qui ſanctam, & puram fidem, atque caſtiſſimam tenuerint vitam, accepta denuo benedictione presbyteratus ſancte, & pure miniſtrare debeant. Cæteri vero, qui hanc ſupraſcriptam vitam adimplere, vel tenere neglexerint, ab officio depoſiti ſint in clero. Ita & de diaconibus, ſicut & de presbyteris conſtitutum eſt. *Cæſaraug. II. cap. 1.*

CAPUT IX.

Si quis presbyter, aut diaconus caſtitatem violaverit, tali ſorte coerceatur, ut gradu dejectus Deo amplius non miniſtret. *Tolet. ſub Reccaredo Rege, cap. 1.*

CAPUT X.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum muliere in balneo lavatur. *Trull. cap. 78. vide Laodic. cap. 30.*

CAPUT XI.

Eos, qui ad animarum lapſus meretrices cogunt, & alunt, ſi ſint quidem clerici, deponi, ſi vero laici, ſegregari debent. *Trull. cap. 87.*

CAPUT XII.

Si quis clericorum deinceps fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publice concubinam; niſi poſt admonitionem canonicam illam a ſe prorſus expulerit, ex tunc tam beneficio, quam & officio ſpolietur, &c. Qui vero remotas reſumere præſumpſerint, decrevimus eos beneficiis eſſe, privatos. De clericis ruralibus concubinariis expreſſus rigor ſuperius obſervetur. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Card. cap. 2. & 3.*

CAPUT XIII.

Lector, ſi cum ſua ſponſa ante matrimonium commercium habuerit, poſtquam anno ceſſaverit, ad legendum recipietur, manens non ulterius promovendus. Quod ſi abſque deſponſatione furtim coierit, ceſſabit a miniſterio, &c. *Baſil. ad Amphiloch. cap. 68.*

TITULUS XXXV.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI FŒMINAS RAPIUNT.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. IV. Part. VI.

TITULUS XXXVI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CONSECRATAS VIRGINES VIOLANT, AUT EIS VALDE FAMILIARITER UTUNTUR.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XXIII. quibus adde:

CAPUT I.

27. q. 1. c. 28. in fin. IS, qui cum hujuſmodi feminis (*loquitur de ſanctimonialibus lapſis*) in aliqua fuerit iniquitate repertus, &c. ſi clericus eſt, a ſuo remotus officio pro ſuis continuo lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur. *Greg. lib. 3. regiſtr. epiſt. 9. Januario Epiſc. Caralitano. Ivo part. 7. cap. 123. Cæſar. lib. 10. cap. 118.*

CAPUT II.

Monaſteria puellarum, quæ ſub diſciplina regulæ degunt, obſtrictius munitis clauſtris, nullo pateant, niſi forte ſumma compellente neceſſitate, aditu virorum. Sed neque presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, vel etiam archimandritis quaſi viſitationis, vel prædicationis cauſſa ſine permiſſu Epiſcopi civitatis ſibi licentiam tribuat ineundi. Quin etiam nec Epiſcopus abſque ſacerdotibus, vel clericis ſuis, ut decet, & honeſte convenit, adire illoc licentius ſe exiſtimet, &c. Si quis poſt hanc definitionem hujus reverendi concilii, de his, quæ conſona voce, ſalubriterque ſtatuta ſunt, temerario auſu violare temptaverit, cannonicis coerceatur vindictis: ſcilicet aut juxta modum, & qualitatem culpæ excommunicatione mulctetur, aut anathematis vinculo punitus vinciatur; aut certe honoris proprii amiſſione nudatus, reus ab eccleſiæ gremio evellatur. *Forojul. cap. 12.*

TITULUS XXXVII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CUM MARIBUS CONCUMBUNT.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. V. Part. VII.

TITULUS XXXVIII.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI MUNUS SUUM PRÆSTARE CONTEMNUNT.

Vide in Part. II. Lib. VIII. Tit. XLVI. quibus adde:

CAPUT I.

SI Epiſcopus, vel presbyter neglexerit clerum, vel populum ſuum docere religionem, excommunicetur, perſeverans in eadem negligentia deponatur. *Apoſt. cap. 58. vide Trull. c. 19.*

CAPUT II.

Si Epiſcopus, vel presbyter clerico indigenti non præbeat neceſſaria, excommunicetur; ſi perſeverat, deponatur, uti homicida fratris ſui. *Apoſt. cap. 59.*

TITULUS XXXIX.

DEPOSITIONES CONTRA CHOREPISCOPOS, ET PRESBYTEROS, QUI EPISCOPORUM MUNERA EXERCEBANT.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. I. quibus adde:

CAPUT I.

VItentur hujuſmodi (*loquitur de chorepiſcopis, qui Epiſcoporum munera exercebant*) & a talibus ſe abſtineant, qui noluerint, una cum eis a ſacerdotali miniſterio, ut rebelles, fiant alieni. *Damaſ. epiſt. 4. in fine. Joann. III. epiſt. unic. in fin.*

CAPUT II.

Presbyteri, ſi Epiſcopalia munera exequantur, presbyterii dignitate priventur. *Gelaſ. ep. 1. c. 8.*

CAPUT III.

Si quis presbyter poſt hoc interdictum auſus fuerit chriſma benedicere, aut eccleſiam, aut altarium conſecrare, a ſuo officio deponatur. *Braceren. I. cap. 37.*

TITULUS XL.

DEPOSITIONES CONTRA EOS, QUI SEDIS APOSTOLICÆ, VEL CONCILIORUM STATUTA CONTEMNUNT.

Vide in Part. II. Lib. I. Tit. XVII. & Lib. V. Tit. X. & XLI. quibus adde:

CA-

CAPUT I.

SI qui voluerint ea, quæ de quaque re acta ſunt in ſacro concilio Epheſino, quocumque modo reſcindere, ac labefactare, ſanctum concilium conſtituit, ut ſi utique Epiſcopi, vel clerici fuerint, de ſuo gradu prorſus excidant, ac deſtituantur, &c. *Epheſ. cap. 6.*

CAPUT II.

Si quis deprehenſus fuerit hanc definitionem noſtram ſpernens, atque prævaricans, ſiquidem clericus eſt a proprio gradu decidat, laicus vero ſequeſtretur. *Synod. XIII. gener. CP. ſub Hadrian. II. cap. 6.*

CAPUT III.

Nullatenus habeant poteſtatem, qui principum domorum, aut ſuburbanarum rerum curam geſſerint, inter clerum magnæ eccleſiæ colligi, vel conſtitui, &c. Si vero quis præter definitionem, quam nunc protulimus, promotus fuerit in quocumque magnæ eccleſiæ gradu, ſe probetur omnimodis, & ab omni eccleſiaſtico gradu, tanquam qui contra magnam ſynodum provectus extiterit. *Synod. VIII. gener. ſub Hadrian. II. cap. 13.*

CAPUT IV.

De presbyteris, diaconibus, ſeu clericis, qui inter ſe cauſſam habuerint, nullo modo præſumant publicis actionibus interpellationem facere, niſi ſuo Epiſcopo. Et ſi forſitan Epiſcopus contra eum habuerit, ad vicinum Epiſcopum confugium faciat, juxta canonum ſtatuta: & ſi minime convenerit, ut decidatur inter eos intentio, apud Apoſtolicam veniat ſedem. Si quis præter ſtatuta agere præſumpſerit, gradus ſui honore privetur, & ab eccleſia pellatur, quouſque cauſſa ſuſceperit finem. *Zachar. in ſynod. Roman. cap. 12.*

CAPUT V.

Diſt. 60. c. 3. Præcipimus, ut nullus in Archidiaconum, vel Decanum, niſi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, Decani, vel Præpoſiti, qui infra ordines prænotatos exiſtunt, ſi inobedientes ordinari contempſerint, honore ſuſcepto priventur. *Synod. Roman. ſub Innoc. II. cap. 8. Eugen. III. in ſynod. Remen. cap. 6. vel 9.*

CAPUT VI.

Tranſgredi Apoſtolica ſtatuta abſque tranſgreſſoris gradus periculo nullatenus poſſunt. *Joann. epiſt. 1. poſt med.*

CAPUT VII.

Placuit ſancto concilio, ut omnis poteſtas Epiſcopalis modum ponat ſuæ iræ, nec pro quolibet exceſſu cuilibet ex familia eccleſiæ aliquid corporis membrorum ſua ordinatione præſumat ſtirpare, aut auferre. Quod ſi talis emerſerit culpa, advocato judice civitatis, ad examen ejus deducatur, &c. Similiter & presbyteri, quia comperimus aliquos ægritudine accedente familiæ eccleſiæ ſuæ crimen imponere dicentes; ex ea homines aliquos maleficium feciſſe, eoſque ſua poteſtate torquere, &c. Decernimus, ut ſi presbyter talia pati ſe dixerit, ad aures hoc ſui perducat Epiſcopi, ipſe autem datis bonis hominibus ex latere ſuo, judicem hoc jubeat quærere, &c. Si quis ſententiæ hujus ordinem non obſervaverit, excommunicationis ſententia feriendus erit, & a clero abiiciendus. *Emerit. cap. 15.*

TITULUS XLI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI IN REBUS GRAVIBUS SUPERIORES CONTEMNUNT.

CAPUT I.

QUiſquis Metropolitanorum proprium Patriarcham contempſerit, &c. & per totos duos menſes poſt notitiam vocationis ad proprium venire Patriarcham minime feſtinaverit, &c. ſegregetur. Si vero intra unum annum eandem contumaciam, & inobedientiam demonſtraverit, deponatur omnimodis, & ab omni ſacerdotali operatione decidat, atque a dignitate & honore, qui Metropolitanis convenit, propellatur, &c. *Synod. VIII. gener. ſub Hadrian. II. cap. 17.*

CAPUT II.

Concilii, quod adverſum hanc ſedem actum eſt, cuncta decernimus exemplaria a poſſeſſoribus ſuis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari, nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus ſaltem unum jota, vel unum apicem, niſi quis totius clericatus, immo totius nominis chriſtiani, anathemate percuſſus, carere voluerit. *Hadrian. II. in epiſt. relata in ſynod. VIII. gener. action. 1. in med. vide cap. 4. ſynod. Rom. ſub Hadrian. II.*

CAPUT III.

Si quis relictis ſacerdotibus ſuæ provinciæ ad alias provincias, vel aliorum Epiſcoporum judicium experiatur, ab officio cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. *Innoc. ad Victor. epiſt. 2. c. 3. Capit. lib. 6. c. 28. & lib. 7. cap. 109. Tarrac. lib. 1. cap. 148. & lib. 2. c. 20. Anſelm. lib. 2. cap. 53. & lib. 3. c. 75. Cæſar. lib. 5. cap. 10.* 3. q. 6. c. 14. Non licet.

CAPUT IV.

Cenſemus, ut quicumque prætermiſſo ſacerdote eccleſiæ ſuæ ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus a cæleſti arceatur altario, &c. Qui ſub obſervatione clericali cæleſti probatur ſervire officio, ex clero abiiciendum ſe norit, ſi prætermiſſo ſacerdotum judicio ſæcularem adierit poteſtatem. *Leo epiſt. 94. ad Epiſcopos & presbyteros Thraciæ.*

CAPUT V.

De presbyteri, & diaconi depoſitione, qui ſuum Epiſcopum contemnit, ſeque ab ipſo ſeparat, & ei obedire non vult. *Antioch. cap. 5. Carth. II. cap. 8.*

CAPUT VI.

Si clerici, vel diaconi noluerint obedire Epiſcopis eos promovere volentibus ob eccleſiæ neceſſitates ad majores honores in eiſdem eccleſiis, nec in eo quidem gradu miniſtrent, quem relinquere noluerunt. *Carth. cap. 31. G.*

CAPUT VII.

Ut presbyteri, vel diaconi, vel quolibet ordine clerici, ita Epiſcopo ſuo obedientiæ devotione ſubjaceant, ut nec alibi dies feriatos niſi in obſequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quod

ſi quis per quamcumque contumaciam, aut per cujuſcumque patrocinium hoc facere diſtulerit, ab officio ſegregetur. *Matiſcon. cap.* 10.

TITULUS XLII.
DEPOSITIONES CONTRA EPISCOPOS, QUI NON VENIUNT AD SYNODUM.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXV.

TITULUS XLIII.
DEPOSITIONES CONTRA DIACONOS, QUI PRESBYTERIS NON CEDUNT.

Vide in Part. II. Lib. VII. Tit. VIII.

TITULUS XLIV.
DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI INJUSSU SUPERIORUM AD IMPERATOREM SE CONFERUNT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXXVIII. & Lib. XVII. Tit. VIII.

TITULUS XLV.
DEPOSITIONES CONTRA EPISCOPOS, ET PRESBYTEROS, QUI APUD EXCOMMUNICATOS FACIUNT SACRUM.

Vide in Part. II. Lib. XVII. Tit. II.

TITULUS XLVI.
DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI CENSURAS ECCLESIÆ CONTEMNUNT.

Vide in Part. II. Lib. XVI. Tit. IV. quibus adde:

CAPUT I.

NUllus fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum, &c. conſtituat presbyteros, aut quemlibet alium clericum in Eccleſiis, quæ ſibi ſubjectæ non ſunt, præter voluntatem Epiſcopi, cui Eccleſia illa commiſſa eſt; ſed neque quiſquam presbyterorum, vel diaconorum, qui ſacris officiis deditì ſunt, ultro ac per ſe eccleſias ingrediens ſacrum aliquod operetur, in quibus ab initio ſortem minime conſecutus eſt. Quiſquis poſt hanc definitionem noſtram viſus fuerit faciens aliquid eorum, quæ nunc interdicta ſunt, ſeparetur, &c. & presbyter ille, vel diaconus ſegregatus ſit, donec ab aliena recedat Eccleſia. Quod ſi & ſegregationem contempſerit, omnimodis deponatur, & ab omni honore ſacrato deiiciatur. *Syn. VIII. gen. ſub Hadr. II. c.* 23.

CAPUT II.

c. 1. de treug. & pace Gr. IX. & in 1. coll.

Si quis treugam frangere temptaverit, poſt tertiam commonitionem, ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus ſententiam excommunicationis dictet, & ſcriptam vicinis ſuis annuntiet; Epiſcopus autem nullus excommunicatum in communionem ſuſcipiat, immo ſcriptam ſuſceptam ſententiam quiſque confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubjiceat. *Alex. III. in concil. Later. gener. cap.* 21. *Innoc. II. in concil. Rom. c. 9. poſt Ivo panorm.*

CAPUT III.

De vita, & hon. ſtate cler. cap. 13. Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Si quis hac de cauſſa (*propter incontinentiam*) ſuſpenſus, divina celebrare præſumpſerit, non ſolum Eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro hac dupiici culpa perpetuo deponatur. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c.* 14.

CAPUT IV.

Presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam ſpiritalem commatrem, nullus ſibi præſumat per nefaria conjugia copulare. Qui hujuſmodi opus perpetraverit, ſciat ſe anathematis vinculo eſſe obligatum, &c. Quicumque ſacerdotum eos communicare præſumpſerit, eorum conſortio condemnatus ſacerdotii ſui honore privetur. *Zach. in ſyn. Rom. c. 5. vide concil. Rom. ſub Greg. II. c. 1. 2. 3. 4.*

CAPUT V.

Quicumque ſeu Epiſcopus, ſive presbyter Nortmannis, donec excommunicati fuerint, divinum officium fecerit, a ſacerdotali officio perpetuo ſubmovemus. *Greg. VII. in concil. Rom. ann.* 5.

CAPUT VI.

Si quis clericus, vel monachus receperit ſciens excommunicatum, quod peccaverat excommunicatus, emendabit, qui recepit, ſi aliter non poterit recipi, & periculo ſubjacebit. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. c.* 18.

CAPUT VII.

Si quis clericus orat cum depoſito, ut cum clerico, deponatur. *Apoſt. c. 11. G. 12. L.*

CAPUT VIII.

Segrego te, & illam a perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei noſtri (*loquitur cum Arcadio Imperatore, & Eudoxia uxore, qui Jo. Chryſoſtomum Conſtantinopoli ejecerant*) Epiſcopum etiam omnem, aut clericum ordinis ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare, aut exhibere, ea vobis auſus fuerit, ab ea hora, qua præſentis vinculi mei legeritis litteras, dignitate ſua excidiſſe decerno. *Innoc. epiſt. ad Arcad. Imper. ante fin. apud Nicephor. Calliſt. lib. 13. cap.* 34.

CAPUT IX.

Qui excommunicatum neſciens ſuſceperit, & poſt probaverit, ad pœnitentiam mox recurrat in conſpectu, & judicio Epiſcopi ſui. Qui autem ſcienter id egerit, ſive in vita, ſive in morte, ſive aliquid de facultate damnati in eleemoſynam probatus fuerit ſuſcepiſſe, ab ordine presbyter ceſſet, nec gradum recipiat, niſi ſatisfactus ab Epiſcopo ſuo ſacris veſtimentis reinduatur. *Lemov. act. 2. poſt med.*

TITULUS XLVII.
DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI LAPSOS NON SUSCIPIUNT.

CAPUT I.

SI Epiſcopus, vel presbyter non ſuſcipit revertentem a peccato, ſed expellit, deponatur, &c. *Apoſt. c.* 52.

TITULUS XLVIII.
DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NUPTIIS PROHIBITIS FAVENT.

CAPUT I.

DE iis, qui ſponſas alienas rapiunt, vel ſine conſenſu parentū ſuſcipiunt, antiqua, & ſynodalis ſententia obſervetur, &c. Si vero, quod non optamus, de gradu Eccleſiaſtico talibus nuptiis ſe conſenſorem, vel interventorem manifeſte prodi-

diderit, a proprio gradu repellatur. *Meldenſ. cap. 68.*

TITULUS XLIX.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI ECCLESIAS A LAICIS ACCIPIUNT.

Vide in Part. II. Lib. X. Tit. X. quibus adde:

CAPUT I.

QUI de monachis per manum laici obedientiam regularem ſuſceperit, gravioris culpæ vindicta puniatur, &c. Si autem monachus contemnens, gradum Eccleſiaſticum habuerit, eo privetur. *Meldenſ. c. 10.*

TITULUS L.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI PLURA HABENT BENEFICIA.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XLIII. quibus adde:

CAPUT I.

21. q. 2. c. 3. Si quis. CAdat a gradu ſuo, ſi clericus in duabus eccleſiis duarum urbium ordinetur, & reſtituatur in eam, in qua prius ordinatus eſt. Si vero jam translatus eſt in aliam eccleſiam, nihil attingat ex priore eccleſia, neque ex ptochiis, xenodochiis, & martyriis ei ſubjectis ſub eadem pœna. *Chalced. c. 10. Aquiſgran. cap. 50. Burchard. lib. 2. cap. 96. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 5. panorm. & part. 6. c. 173. decret. Anſelm. lib. 7. c. 96. Cæſar. lib. 8. c. 14.*

TITULUS LI.

DEPOSITIONES CONTRA CLERICOS, QUI NON RESIDENT IN SUIS ECCLESIIS.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. XVIII. & Lib. XV. Tit. V. quibus adde:

CAPUT I.

Vide de cler. non reſid. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll. ANaſtaſium jam nuper excommunicatum presbyterum tituli S. Marcelli, qui propriam parochiam relinquens in aliena per multa tempora nititur immorari, a ſacerdotali miniſterio modis omnibus removemus, ita ut locum reſtitutionis nequaquam inveniat. Si quis autem contra hanc definitionem noſtram quocumque tempore agere præſumpſerit, aut eum reſtituere in ſacro officio temptaverit, ſit ei a ſanctis patribus, & a nobis omnibus anathema. *Syn. Rom. ſub Leone IV. in fin.*

CAPUT II.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo relicta ſua parochia in aliam abſceſſerit, & cum penitus tranſierit, præter ſui Epiſcopi ſententiam in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare jubemus, maxime, ſi eum adhortante Epiſcopo, ut rediret, non paruerit in contumacia, & inſolentia perſeverans. Is tamen, ut laicus communicet. *Apoſt. c. 14.*

CAPUT III.

Si Ireneus Epiſcopus ad eccleſiam ſuam, depoſito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non judicio, ſed humanitate præſtabitur, removendum ſe ab Epiſcopali conſortio eſſe cognoſcat. *Hilar. epiſt. 1. ad Aſcan. Tarrac. Epiſcop. c. 5.*

CAPUT IV.

Presbyteri, aut diaconi, qui relictis locis ſuis, in quibus ordinati ſunt, ad alium locum ſe deferre voluerint, deponantur. *Arelat. I. cap. 22. Burch. lib. 2. c. 95. Ivo lib. 3. tit. 6. c. 4. panorm. & part. 6. c. 172. decret.*

CAPUT V.

Presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra civitatem fuerit, vel in loco, in quo eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villæ, ſi ad eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, ſi caſtigatus per ſatisfactionem veniam ab Epiſcopo noluit promereri. *Tolet. c. 5. Mart. Brac. c. 63.*

CAPUT VI.

Vagus, atque inſtabilis clericus, ſi Epiſcopi, a quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi eccleſia officium dependeat aſſiduum, quouſque in vitio permanſerit, & communione, & honore privetur. *Valent. Hiſp. c. 5.*

CAPUT VII.

Placuit, ut ſi in miniſterio diaconii, vel presbyterii officio aliquis conſtitutus exiſtat, ſi Epiſcopi, a quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi eccleſia officium dependeat aſſiduum, quouſque in vitio permanſerit & communione, & honore privetur. *Vormat. c. 19.*

TITULUS LII.

DEPONUNTUR EPISCOPI, QUI SUAS ECCLESIAS DERELINQUUNT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXXIX. & Lib. IX. Tit. XXX.

TITULUS LIII.

DEPOSITIONES QUÆDAM PROPRIÆ PATRIARCHARUM, ARCHIEPISCOPORUM, ET EPISCOPORUM.

CAPUT I.

SI Metropolitanus, niſi quod ad ſuam parochiam pertinet, ſine conſilio, & voluntate omnium comprovincialium Epiſcoporum aliquid agere temptaverit, gradus ſui periculo ſubjacebit, & quod egerit, irritum habeatur. *Nicæn. c. 91. apud Jul. ep. 2. c. 23. Lucius ep. unic. cap. 3. Calliſt. ep. 2. c. 3.*

CAPUT II.

Cadat a gradu ſuo Epiſcopus, qui conatur, ut una provincia in duas dividatur, ut ſint duo Metropolitani. *Chalced. c. 12. Burch. lib. 1. c. 35. Ivo part. 5. c. 146. decret.* *Diſt. 101. c. unic.*

CAPUT III.

Non ſolum hæretici, ſed orthodoxi, ac legitimi Patriarchæ a ſacerdotali catalogo propriæ manus ſcripta facere ad propriam tutelam, favoremque ſuum, & quaſi ſtabilitatem exigunt, & compellunt. Viſum eſt huic ſanctæ, & univerſali ſynodo, nequaquam id ex hoc a quoquam fieri &c. Quiſquis auſus fuerit ſolvere hanc definitionem noſtram, & aut expetierit, aut paruerit expetentibus, honore proprio decidat. *Syn. VIII. gen. ſub Hadr. II. c. 8.*

CAPUT IV.

Definivit ſancta hæc, & univerſalis ſynodus nullum Archiepiſcoporum aut Metropolitanorũ relinquere propriam eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & poteſtate propria in inferiores abuti, & conſumere reddi-

 tus,

tus, qui apud illos inveniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum: ac per hoc aggravare avaritiæ modo conſcientias patrum, & comminiſtrorũ noſtrorum, &c. Quiſquis Metropolitanorum poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere tentaverit, pœnam a Patriarcha ſubeat, qui per tempus fuerit, ſecundum congruentiam injuſtitiæ, & avaritiæ ſuæ, & deponatur, & ſequeſtretur ut ſacrilegus, & ut idololatra factus juxta magnum Apoſtolum. *Syn. VIII. gen. ſub Hadrian. II. c. 19.*

CAPUT V.

Si quis Epiſcopus, aut Metropolita præter hanc definitionem noſtram abſtulerit aliquem locum (*in emphyteoſim datum*) a quoquam, putans quod eccleſiam propriam defendat, ſequeſtretur a proprio Patriarcha per aliquod tempus, dans primo, quod per poteſtatem ſuam abſtulit, vel ſumpſit. Si vero contentioſus quis præſtiterit, non obediens iis, quæ ſanctæ, ac univerſali ſynodo viſa ſunt, deponatur omnimodis. *Syn. VIII. gen. ſub Hadrian. II. c. 20.*

CAPUT VI.

Quiſquis Metropolitanorum, &c. non per ſe, &c. debita miniſteria in propria civitate, ſed per ſuffraganeos Epiſcopos ſuos efficere tentaverit, pœnas exolvat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. *Syn. VIII. gener. ſub Harian. II. c. 24.*

CAPUT VII.

Quiſquis Epiſcopus præter definita ſibi tempora ſe pallio induerit, aut monaſticarum veſtium ſchema depoſuerit, aut corrigatur, aut a Patriarcha proprio deponatur. *Syn. VIII. gen. ſub Hadrian. II. c. 27.*

CAPUT VIII.

c. 1. de treug. & pa. e. Gr. IX. & in 1. coll. Epiſcopus nullus excommunicatum (*propter violationem treugæ*) in communionem recipiat, immo ſcriptam ſuſceptam ſententiam quiſquis confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubjaceat, &c. Præcipimus, ut Epiſcopi, &c. ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præſtent, &c. Quod ſi quis in opere Dei tepidus fuerit inventus, damnum dignitatis ſuæ incurrat. *Alex. III. in concil. Lateranen. c. 21. Innoc. II. in ſyn. Rom. c. 9.*

CAPUT IX.

De offic. ord. c. Quoniam, 14. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll. In pleriſque partibus intra eandem civitatẽ, atque diœceſim permiſti ſunt populi diverſarum linguarum, habentes ſub una fide varios ritus, & mores, &c. Si propter prædictas cauſſas urgens neceſſitas poſtulaverit, Pontifex loci catholicum Præſulem nationibus illis conformem provida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, &c. Si quis aliter ſe ingeſſerit, excommunicationis ſe noverit mucrone percuſſum, & ſi nec ſic reſipuerit, ab omni eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito, ſi neceſſe fuerit, brachio ſæculari ad tantam inſolentiam compeſcendam *. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 9.*

* *repellendam.*

CAPUT X.

9. q. 2. c. 3. Nullus Primas, Metropolitanus, aut alius Epiſcopus alterius adeat poſſeſſionem, vel civitatem, vel parochiam, niſi vocatus ab eo, cujus juris eſſe dignoſcitur, aut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut judicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Si aliter præſumpſerit, damnabitur non ſolum ille, ſed cooperatores, atque conſentientes. *Calliſt. ep. 2. poſt princ. Burch. lib. 1. c. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. c. 2. panorm. & part. 5. cap. 101. decret. Anſelm. lib. 6. c. 119. Tarrac. lib. 3. c. 75.*

CAPUT XI.

Si qui Epiſcopi conſtituti non recipiantur in illa parœcia, in qua nominati ſunt, & in alias parœcias veniant, & vim inſerant ordinatis, & contra eos ſeditiones moveant, excommunicentur. Si velint in presbyteratu manere, ubi prius erant presbyteri, non auferatur ab eis honos. Sed ſi cum Epiſcopis ibi ordinatis contendant, auferatur ab eis honos presbyterii, & ſint ejecti. *Ancyr. c. 18. Mart. Brac. c. 18. Burch. lib. 1. c. 36. Ivo part. 5. c. 147. decret.* *Diſt. 92. c. 6.*

CAPUT XII.

De qualitate, & modo ordinandi Epiſcopum, &c. Si quis contra prædicta vetita canonum ad gradum ſacerdotii indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis, adepti honoris periculo ſubjacebit. *Tolet. IV. c. 18.* *Diſt. 51. c. 5.*

CAPUT XIII.

Epiſcopus, ſi in urbe ad ſe non pertinente publice docuerit, ab iis, quæ ſunt Epiſcopatus, ceſſet; quæ presbyteratus ſunt, faciat. *Trull. c. 20.*

TITULUS LIV.

VARIÆ DEPOSITIONES.

CAPUT I.

NEmo peccantem clericum cæde attingat, &c. ſed ſi ita cauſſa exigit clerici, triduo * privetur honore, ut pœnitens redeat ad matrem eccleſiam. *Silveſt. in ſynod. Rom. CCLXXXIV. Epiſcoporum c. 17.*

* *ſim.*

CAPUT II.

Si quis clericus, Papa incolumi, alicui Romanum Pontificatum ambienti faverit, loci ſui dignitate privatur. *Symm. in ſyn. Rom. II. c. 3.* *Diſt. 79. c. 2.*

CAPUT III.

Epiſcopus, presbyter, diaconus, ſi religionis prætextu uxorem ejecerit, excommunicetur: ſi perſeverat, deponatur. *Apoſt. cap. 5. G. 6. L. Trull. c. 13. Burch. lib. 1. c. 78. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 30. panorm. & part. 5. c. 184. decret.* *Diſt. 28. Si quis, c. 14. & d. 31. c. 10. §. 1.*

CAPUT IV.

Si quis ab Imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur, ſi judicium Epiſcopale, non petiatur. *Carthag. c. 107. G. Milev. c. 19. L. Afric. c. 71.* *11. q. 1. c. Placuit, 11.*

CAPUT V.

Presbyter, vel diaconus, qui ſuam uxorem occaſione religionis ejecit, excommunicetur, perſeverans deponatur. *Trull. c. 13. Apoſt. c. 5. G. 6. L. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 3. panorm.* *Diſtinct. 31. Quoniam, cap. 13.*

CAPUT VI.

Nullus presbyter, fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ de alterius presbyteri parochia perſuadeat, ut ad ſuam eccleſiam concurrat, relicta propria eccleſia, & ſuas decimas ſibi dent, &c. Quiſquis contra hæc conſtituta venerit, aut his mo-

ni-

Digitized by Google

nitis noſtris reniti temptaverit, aut gradum ſe ſciat amiſſurum, aut in carcere longo tempore detinendum. *Theod. ad presbyt. Aurel. c. 14.*

TITULUS LV.

DE CLERICIS DEPOSITIS, QUI NON POSSUNT RESTITUI.

CAPUT I.

Diſt. 50. c. 1. DE quodam presbytero, & aliis ſubdiaconis lapſis nunquam in priſtinum dignitatis gradum reſtituendis. *Greg. lib. 4. ep. 16. Venantio Epiſc. Lunenſi.*

CAPUT II.

Diſt. 50. c. 1. Si lapſis ad ſuum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor proculdubio frangitur diſciplinæ, dum pro reverſionis ſpe pravæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat. Fraternitas ſiquidem veſtra nos conſuluit, ſi Amandinus ex presbytero, & Abbate, qui a ſuo eſt deceſſore culpa exigente depoſitus, in eo quo fuerat ordine conſtitutus, debeat revocari: quod quidem nec licet, nec fieri poſſe aliqua ratione decernimus, &c. Illud præ omnibus ſtudere, ut lapſos in ſacrum ordinem nullius vobis ſupplicatio aliquo modo revocare ſuadeat, ne hujuſmodi non ſtatuta, ſed temporaliter dilata credatur eſſe vindicta. *Greg. lib. 4. epiſt. 17. ad Conſtantium Mediol. Epiſc. Ivo part. 6. c. 80. decret. Anſelm. lib. 8. c. 35. Tarrac. lib. 6. c. 106.*

CAPUT III.

21. q. 5. c. 2. & 5. Si quis a ſuo Epiſcopo depoſitus presbyter, vel diaconus, aut Epiſcopus a ſynodo moleſtet aures Imperatoris, ad majorem Epiſcoporum ſynodum convertatur: & quæ juſta eſſe putat, proferat pluribus Epiſcopis, & ab ipſis examen, & judicium expectet. Si vero hoc contemnens moleſtet Imperatorem, nulla venia dignus eſt, neque defenſioni locus eſt, neque reſtitutioni. *Antioch. c. 12. Aquiſgr. c. 74. Mart. Brac. c. 35. Burchard. lib. 2. c. 28. Ivo part. 6. c. 255. decret.*

CAPUT IV.

11. q. 3. c. Si quis, 6. & 7. Si Epiſcopus depoſitus a ſynodo, aut presbyter, aut diaconus a ſuo Epiſcopo audeat aliquid miniſterii facere, amittat ſpem reſtitutionis in alia ſynodo, neque defenſioni locus ſit, ſed omnes ei communicantes ejiciantur ab eccleſia, maxime ſi ſcientes hanc cauſam auſi ſint communicare. *Antioch. c. 4. Nicol. ep. 2. ad Michael. Imperat. Mart. Brac. cap. 37. Capitul. lib. 1. c. 7. Burch. lib. 1. c. 196. Ivo part. 5. c. 362. Anſelm. lib. 12. c. 26. Cæſar. lib. 14. c. 27.*

TITULUS LVI.

DE ORDINATIS AB EPISCOPIS DEPOSITIS.

Vide in Part. II. Lib. IX. Tit. XXXV.

TITULUS LVII.

COMMUNIA DE DEPOSITIONE.

CAPUT I.

DE reſtitutione Euſtachii depoſiti, ut retineat nomen Epiſcopi, & honorem, & communionem, non tamen ordinet, neque officio ſacerdotis fungatur, niſi adjutor aſſumeretur, vel permitteretur a Theodoro ei ſuffecto Epiſcopo. *Epheſ. ep. 2. ad concil. Pamphiliæ.*

CAPUT II.

Depoſiti ab Epiſcopatu ex juſta cauſſa non remaneant in presbyteratu. *Chalc. c. 29.*

CAPUT III.

Placuit & hoc ſanctæ ſynodo, ut quicumque presbyter, aut diaconus a proprio Epiſcopo depoſitus fuerit propter aliquod crimen, &c. poteſtatem habeat ad Metropolitam ipſius provinciæ concurrere, & eam, quam putat injuſtam depoſitionem, vel aliam læſionem denunciare. Metropolita vero ille libenter ſuſcipiat hujuſmodi, & advocet Epiſcopum, qui depoſuit, vel alio modo clericum læſit, & apud ſe cum aliis etiam Epiſcopis negotii faciat examen, ad confirmandam ſcilicet ſine omni ſuſpicione, vel deſtruendam per generalem ſynodum, & multorum ſententia clerici depoſitionem. Similiter etiam Epiſcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui a Metropolitis ſuis talia pertuliſſe fatentur, &c. *Synod. CP. VIII. gen. ſub Hadrian. II. cap. 26.*

CAPUT IV.

Adimi Epiſcopo Epiſcopatum, antequam cauſſæ ejus exitus appareat, nulli chriſtiano videri jure poteſt, quia talis præſumptio ſacrilegium eſt, & auctor talium ſacrilegus. *Felix epiſt. 2. cum LXX. Epiſcopis in ſynodo ante med. Hadrian. cap. 5. them. 3. ad Epiſcopum Mediom. Carth. cap. 88. G. Afric. cap. 54. L. Burch. lib. 1. cap. 181. Ivo part. 5. cap. 297 decret. Capitul. lib. 7. c. 143. & 154. in addit.* *c. 1. de judic. Greg. IX. & in 1. coll.*

CAPUT V.

Sacerdos, aut quivis alius in ordine eccleſiaſticum provectus, ſi in eo ſcelere invenitur, quo abiiciendus exiſtat, depoſitus providentia Epiſcopi, bene proviſo loco conſtituatur, ubi peccata lugeat, & ulterius non committat. *Eugen. II. & Leo IV. in ſynod. Roman. cap. 14.* *Diſt. 81. c. 7.*

CAPUT VI.

Amovere autem eos (*Epiſcopos*) neminem debere docebit (*Petrus Apoſtolus*) quia *oculi Domini ſunt*, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus, &c. Eos a ſolo Domino judicandos, aut removendos, & non ab aliis eſſe dicebat, quia ſui ſunt, & non alterius, & quis eſt, qui alterius judicet ſervum? *Clemens ep. 1. poſt med. Burch. lib. 1. cap. 125. Ivo part. 5. cap. 225. decret.* *Zachar. 2.*

CAPUT VII.

De pœnitentia cujuſdam presbyteri depoſiti, qui auſus ſuit offerre ſacrificium. *Gr. lib. 4. ep. 5.*

CAPUT VIII.

Satis perverſum, & contra Eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, ut fruſtra pro quorumdam voluntatibus quis privetur, quem ſua culpa, vel facinus ab officii, quo fungitur, gradu non deiicit. *Greg. lib. 10. epiſt. 8. ad Columbum Epiſcop. Numid.* *Diſt. 55. c. 7.*

CAPUT IX.

Intellexiſtine, Imperator, ex ſuperius memoratis, non potuiſſe Prælatum ſuum ſaltem quemlibet removere, qui fuerant olim ipſi remoti? nec deiicere quemquam, qui fuerant jam ante proſtrati? *Nicol. in epiſt. ad Michael. Imperat. ante med.*

CA-

CAPUT X.

Depoſitus non poteſt eſſe accuſator, neque judex. *Nicol. ad Michael. Imperatorem ante med.*

CAPUT XI.

[*Diſt.* 50. *c.* 64. Confirmandum.]

Si presbyteri, vel diaconi, ob aliquod grave crimen convicti a miniſterio amoveantur, non imponantur eis manus, ut pœnitentibus, vel ut fidelibus laicis. Neque umquam permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur. *Carth. cap.* 27. *G. Carth. V. cap.* 11. *L. Raban. de pœnit. cap.* 1. *Capitul. lib.* 5. *cap.* 66. *Burch. lib.* 19. *cap.* 72. *Ivo part.* 15. *c.* 85. *decret. Aſelm. lib.* 11. *cap.* 29.

CAPUT XII.

Criminibus canonicis obnoxii, & ideo perpetuæ depoſitioni ſubjecti, & in laicorum loco poſiti, ſi ſponte ad converſionem reſpicientes abſtineant a peccato, ob quod a gratia ceciderunt, clericorum habitum recipiant. Sin minus, ut laici comam nutriant, ut qui reverſionem ad mundum vitæ cæleſti prætulerint. *Trull. cap.* 21.

CAPUT XIII.

Alia res eſt, quæ Eccleſiaſticæ conſuetudini non placet, offerre ſacerdotes aliquos renunciationis libellos; ſi ſunt enim digni, qui ſacra myſteria obeant, in his maneant: ſin autem indigni, nec per renunciationem exeant, ſed rebus ipſis potius condemnati. *Cyrill. Epiſc. Alexand. ad Dominum.*

TITULUS LVIII.

DE DEGRADATIONE.

CAPUT I.

[*De hæret. c.* 13. Excommunicamus, *Greg. IX. & c.* 2. *eod. tit. in* 4. *coll.*]

Damnati hæretici ſæcularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorum balivis relinquantur animadverſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 3.

CAPUT II.

[*De accuſ. c.* 24. Qualiter, & quando. *Gr. IX. c.* 4. *eod. tit. in* 4. *coll.*]

Ut criminalis accuſatio, quæ ad deminutionem capitis id eſt, degradationem intendit, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, &c. ſi fuerit gravis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoveatur omnino, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap.* 8.

CAPUT III.

„ Falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos & clericos de peculiis Eccleſiarum abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus". *Francica ſynod.* Omnia optime, & canonice peregiſti, tam de falſis Epiſcopis, & fornicariis, & ſchiſmaticis, quam etiam & in reliquis nomine ſacerdotibus contra canonum inſtituta agentibus. *Zachar. ep.* 4. *ad Bonif. poſt princ. qua confirmat ea, quæ fuerant acta in ſynod. Francica. Capitul. lib.* 5. *cap.* 1. *&* 2.

CAPUT IV.

Epiſcopus condemnatus, qui impugnator, & fornicator exiſtit, atque res Eccleſiæ poſt degradationem, ſibi vendicare nititur: hic omnino, ac deteſtabilis reſpuendus eſt. *Zachar. epiſt.* 5. *ante fin.*

CAPUT V.

[*Diſt.* 47. *c.* Si quis, 5.]

Clericus uſuras accipiens degradetur, & abſtineat, &c. *Eliber. cap.* 20. *Ivo lib.* 3. *tit.* 13. *cap.* 1. *panorm. & part.* 13. *cap.* 12. *decret.*

CAPUT VI.

[*Diſt.* 91. *c.* 4.]

Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio ſuo degradatur. *Carth. IV. cap.* 48. *Burch. lib.* 2. *cap.* 210. *Cæſar. lib.* 4. *cap.* 112. *Ivo part.* 6. *c.* 285. *decret.*

CAPUT VII.

[*Diſt.* 46. *c.* 3.]

Clericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur. *Carth. IV. cap.* 56. *Burch. lib.* 2. *cap.* 176. *Ivo lib.* 3. *tit.* 15. *cap.* 7. *panorm. & part.* 6. *c.* 267. *decret.*

CAPUT VIII.

[*Diſt.* 46. *c.* 5.]

Clericus maledicus, maximeque ſacerdos cogatur ad poſtulandam veniam; ſi noluerit, degradetur: nec umquam ad officium abſque ſatisfactione revocetur. *Carth. IV. cap.* 57. *Burch. lib.* 10. *cap.* 66. *Ivo part.* 11. *cap.* 11. *& part.* 13. *cap.* 66. *decret.*

CAPUT IX.

[15. *q.* 2. *c. unic.* Obſervandum.]

Ne quis ſacerdotum, vel clericorum more ſæcularium judicum accipiat pro impenſis patrociniis munera, niſi in eccleſiis oblata, &c. Si acceperit, veluti exactor fœnoris, aut uſurarum poſſeſſor ſecundum ſtatuta patrum degradetur. *Tarrac. lib.* 10. *Cæſarauq. lib.* 5. *cap.* 76.

CAPUT X.

Si de adulterio clericus fuerit convictus, in degradatione honoris priorum canonum ſtatuta ſerventur, &c. *Aurel. III. cap.* 4.

CAPUT XI.

Si quis clericus furtum, aut falſitatem admiſerit, quia capitalia ſunt crimina, communione conceſſa, ab ordine degradetur. *Aurel. III. c.* 8.

CAPUT XII.

[12. *q.* 2. *c.* 21.]

Abbatibus, presbyteris, cæteriſque miniſtris, de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio alienare, vel obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione Epiſcopi ſui nil liceat. Quod qui præſumpſerit, degradetur, communione conceſſa, &c. *Aurel. III. cap.* 23. *Capitul. lib.* 7. *cap.* 275. *in fin. Tarrac. lib.* 6. *cap.* 15.

CAPUT XIII.

Clericus uſuras, vel turpe lucrum non exerceat; ſi quis contra hæc ſtatuta venire præſumpſerit, communione conceſſa, ab ordine degradetur. *Aurel. III. cap.* 26.

CAPUT XIV.

Qui contra canones ordinaverit bigamum, vel internuptæ maritum unius anni ſpatio ſe ſciat eſſe ſuſpenſum ab omni officio ſacerdotii: ſi contempſerit, a communione ejus uſque in aliam ſynodum ſe fraternitas univerſa ſuſpendat. Illicite promoti degradentur. *Aurel. IV. cap.* 10.

CAPUT XV.

Ab officio degradentur presbyteri, & diaconi, qui cum conjugibus ſuis communem lectum, vel cellulam habuerint. *Aurel. IV. cap.* 17.

CAPUT XVI.

Qui innocentes, aut coram Principe, aut judi-

dicibus accuſare convicti fuerint, ſi clericus honoratior fuerit, ab officii ſui ordine degradetur, ſi vero ſæcularis communione privetur. *Matiſc. cap.* 18.

CAPUT XVII.

Placuit, ut præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata ſunt, nullus audeat præterire. Si quis autem quaſi contumax tranſgreditur illa, neceſſe eſt, ut de ſuo degradetur officio. *Brac. cap.* 40.

CAPUT XVIII.

11. q. 3. c. 65. Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ſi a gradu ſuo injuſte dejectus in ſancta ſynodo innocens reperiatur: non poteſt eſſe, quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altario de manu Epiſcoporum: ſi Epiſcopus eſt, orarium, annulum, & baculum, ſi presbyter orarium & planetam, ſi diaconus orarium, & albam: ſi ſubdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparationem ſui recipiant, quæ cum ordinarentur, perceperant. *Toles. IV. cap.* 27. *Burch. lib.* 2. *c.* 192. *Ivo lib.* 3. *tit.* 7. *cap.* 5. *panorm. & part.* 5. *cap.* 367. *& part.* 6. *cap.* 237. *decret. Anſelm. lib.* 8. *cap.* 27.

CAPUT XIX.

Juxta ſtatuta priorum canonum; ab ordine degradetur Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex ſacerdotali catalogo, qui cum extranea ſuſpecta familiaritatem habet. *Cabilon. cap* 3.

CAPUT XX.

Si quis presbyter ab Epiſcopo ſuo degradatus fuerit, & ipſe per contemptum poſtea aliquid de ſuo officio ſine commeatu facere præſumpſerit, & poſtea ab Epiſcopo ſuo correptus, & excommunicatus fuerit, qui cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. *Concil. apud palat. Vern. cap.* 9. *De cler. excomm. c.* 1. *Greg. IX. & in* 1. *coll.*

CAPUT XXI.

Dictum nobis eſt presbyteros propter ſuam negligentiam canonice degradatos, ſæculariter gradu amiſſo vivere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Unde ſtatuimus, ut gradu amiſſo agendæ pœnitentiæ gratia in monaſterio aut canonico, aut regulari mittantur. Si vero hoc fieri cauſſa qualibet prohibuerit, ubicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu, ſæculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab Eccleſiæ communione ſeparentur. *Cabilon. ſub Carolo, cap.* 42. *Burch. lib.* 2. *cap.* 191. *Ivo part.* 6. *cap.* 236. *decret.* *Diſt.* 81. *c.* 8.

CAPUT XXII.

Qui ſaltu ſine gradu diaconi ad ſacerdotium tranſilivit *, in degradationem tranſilire * debet. *Synod. apud S. Medardum in fine.* * *proſiluit.* * *reſilire.*

LIBER DECIMUSTERTIUS.

De Suſpenſione.

TITULUS I.

SUSPENSIONES IN CLERICOS, QUI IMMOLARUNT IDOLIS, AUT ALIQUO MODO IDOLOLATRIÆ FAVENT.

CAPUT I.

Diſt. 50. *c.* 32. *Presbyteros.* Presbyteri, qui immolarunt, & poſtea reverſi ſunt ad certamina pro religione peragenda, ſi non artificio quodam, ut præparent, & perſuadeant ſe tormentis ſubjectos fuiſſe, hi honoris quidem cathedram teneant, ſed neque offerant, neque concionentur, neque miniſtrent in ſacris miniſteriis. *Ancyr. c.* 1. *Burch. lib.* 5. *c.* 40. *Ivo part.* 2. *c.* 49. *decret.*

CAPUT II.

Diſt. 50. *c.* 32. Si diaconi eodem modo ſacrificarunt, & rurſus ad certamen redierunt, alium quidem honorem habeant, ſed ceſſent ab omni ſacro miniſterio, panem & calicem non ferant, neque pronuncient. Si vero aliqui Epiſcopi videant labores, & humilitatem, ac tranquillitatem eorum, & velint plus eis dare, aut auferre, habeant poteſtatem. *Ancyr. c.* 2. (*hæc ultima clauſula refertur etiam ad cap.* 1. *ut arbitror.*) *Burch. lib.* 5. *c.* 41. *Ivo part.* 2. *c.* 50. *decret.*

CAPUT III.

Si forſan Epiſcopus, aut presbyter, &c. ad quem locus ille pertinuerit, manifeſtiſſimum, ac probatiſſimum cujuſpiam ſacrilegii facinus prænoſcens (*loquitur de his, qui idola colunt, fonteſque & arbores venerantur*) hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci ſui dignitate privatus anni unius ſpatio erit ſub pœnitentia conſtitutus, loco ſuo in poſtmodum redditurus. *Toles. XVI. c.* 2.

TITULUS II.

SUSPENSIONES IN SCHISMATICOS, ET QUI CONTRA PONTIFICEM MAX. CONJURANT.

CAPUT I.

Illos, qui ſponte juramentum de tenendo ſchiſmate præſtiterunt, a ſacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere ſuſpenſos. *Alex. III. in concil. Later. c.* 2. *De ſchiſmat. c.* 1. *& c.* 2. *eod. tit. in* 1. *coll.*

CAPUT II.

Suſpenditur Sigifredus Moguntinenſis Archiepiſcopus ſchiſmaticus. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann.* 3. *ſui Pontificatus.*

CAPUT III.

Epiſcopos Longobardiæ, qui ſpreta canonica, & Apoſtolica auctoritate, contra beatum Petrum Apoſtolorum principem ſacramento conſpiraverunt, auctoritate ejuſdem beati Petri, ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & a communione ſanctæ Eccleſiæ ſeparamus. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann.* 3. *ſui Pontificatus.*

CAPUT IV.

Tedaldum Archiepiſcopum Mediolanenſem,

ac

ac Ravennatenſem Guibertum inaudita hæreſi, & ſuperbia adverſus hanc ſanctam Catholicam Eccleſiam ſe extollentes ab Epiſcopali omnino ſuſpendimus, & ſacerdotali officio, & olim jam factum anathema ſuper ipſos innovamus. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. 5.*

TITULUS III.

DE SUSPENSIONE IN CLERICOS REOS CRIMINIS SIMONIÆ.

CAPUT I.

1. q. 3. c. 5. SI Epiſcopus præbendas, Archidiaconatus, Præpoſituras, vel aliqua officia Eccleſiaſtica vendiderit, vel aliter, quam ſtatuta ſanctorum patrum præcipiunt, ordinaverit, ab officio ſuſpendatur. Dignum eſt enim, ut ſicut gratis Epiſcopatū accepit, ita membra ejuſdem Epiſcopatus gratis diſtribuat. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann. 6. c. 4. ex lib. 6. regiſt. Cæſar. lib. 14. c. 9. Tarrac. lib. 5. c. 48.*

CAPUT II.

Diſt. 83. c. 1. Si quis Epiſcopus fornicationi presbyterorum, diaconorum, ſeu ſubdiaconorum, vel crimini inceſtus in ſua parœcia, pretio, vel precibus interveniente conſenſerit, vel commiſſum, ſibique compertum auctoritate officii ſui non impugnaverit, ab officio ſuſpendatur. *Greg. VII. in ſyn. Rom. ann. 6. c. 12. Tarrac. lib. 5. c. 56.*

CAPUT III.

Si (*pretio*) ordinatus aliquis fuerit, eum a miſſæ celebratione, & Evangelii lectione modis omnibus removemus. *Gr. VII. lib. 2. regiſt. ep. 68.*

CAPUT IV.

Quoniam in quibuſdam locis Alemaniæ fundatores Eccleſiarum, vel heredes ipſorum, poteſtate, qua eos Eccleſia hucuſque ſuſtinuit, abutuntur, partem decimarum, vel obventionum Eccleſiaſticarum, in quibus jus obtinent patronatus ſibi retinentes ex pacto, &c. Qui cæca cupiditate ducti taliter a patronis præſentationem receperint, officio, beneficioque priventur, nec ad beneficium, vel actus Eccleſiaſticos admittantur, niſi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum, Epiſcopi vero, & Archidiaconi, qui talibus ſcienter curam animarum commiſerint, ab inſtitutione, & collatione perpetuo ſint ſuſpenſi. *Concil. habit. in German. ſub Conrado Card. c. 9. 10. 11.*

TITULUS IV.

DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI NON VENERANTUR RES SANCTAS.

CAPUT I.

De conſ. diſt. 1. c. 39. Nemo. QUI palla altaris mortuum obvolverit, vel diaconus ſcapulas ſuas, diaconus triennio, & ſex menſibus a Dominico altari ſit alienus, gravi percuſſus anathemate. Quod ſi clericum presbyter non commonuerit, decem annis, & quinque menſibus excommunicatus ſit: poſtea cum grandi humilitate matri reconcilietur Eccleſiæ. *Clem. ep. 2. in princ. vide Autiſiod. c. 12. & 13.*

TITULUS V.

DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI IN REBUS AD MISSÆ SACRIFICIUM PERTINENTIBUS GRAVITER PECCANT.

CAPUT I.

QUI aliud in ſacrificiis divinis offerat, præter panem, & calicem vino, & aqua permiſtum, tamdiu a ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correptus, ad gradus ſui officium redeat, quod amiſit. *Brac. III. c. 1. in fin. Burch. lib. 5. c. 1. Ivo lib. 1. tit. 4. c. 24. panorm. & part. 2. c. 11. decret.* De conſ. d. 2. Cum omne, cap. 2.

CAPUT II.

Quicumque ſacerdotum deinceps divino altari ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe a communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter privavit gratia communionis, anno uno repulſum ſe noverit. *Toler. XII. cap. 5. Ivo part. 2. cap. 114.* De conſ. d. 2. Relatum, cap. 11.

TITULUS VI.

DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI IN FESTIS SOLEMNIBUS ABSUNT AB ECCLESIA, ET QUI DIEM DOMINICUM NON CELEBRANT.

Vide in Part. II. Lib. X. & Lib. XIII. Tit. XIV.

TITULUS VII.

DE SUSPENSIONE IN EPISCOPOS, QUI ALIQUOS ORDINANT CONTRA STATUTA ECCLESIÆ.

CAPUT I.

SI quis pœnitentem, digamum, vel viduarum maritos ordinaverit, anno integro miſſas facere non præſumat. Si præſumpſerit, ab omnium fratrum charitate noverit ſe alienum. *Arelat. III. cap. 3.* Diſtinct. 55. Nullus, c. 2.

CAPUT II.

Licet ad ſynodum, aut per vos, aut per perſonam vicariam debueritis adeſſe, ut ordinationis tuæ, quam feciſſe diceris in ſynodali conventu redderes rationem, &c. At nunc vero duplici reatu teneris adſtrictus, cum non ſolum contra venerabilium patrum ſed etiam contra tua veniſſe decreta comprobaris. Quapropter hoc communi in Chriſto deliberatione ſancimus, ut quia filium noſtrum Protadium ſtatuta canonibus per vos inferta, & vos ſimili ſententia conſtringunt, uſque emiſſo anno miſſas facere non præſumas. *Carpentoract. in epiſt. ad Agretium Epiſc.*

CAPUT III.

Epiſcopus pro ordinationis temeritate (*loquitur de eo, qui quempiam ante legitimam ætatem, aut bigamum, aut pœnitentem, aut eum qui publice aliquando arreptus eſt, ordinaverat*) ſex menſibus a celebrandis officiis ſequeſtretur. Quod ſi miſſas intra ſtatutum tempus facere præſumpſerit, anno integro omnium fratrum charitate privetur. Qui harū promotionum teſtis extiterit, anno integro a communione pellatur, qui ſi infirmitate deciderit, ei viaticum non negetur. *Aurel. III. c. 6.*

CAPUT IV.

Epiſcopus, qui invitum, aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annali pœnitentiæ ſubditus miſſas facere non præſumat. *Aurel. III. c. 7. Tarrac. lib. 6. c. 8.* Diſt. 74. c. 1.

CAPUT V.

Epiſcopus, qui in diœceſi aliena ordinaverit alie-

alienos clericos, vel conſecraverit altaria, anno a miſſarum celebritate ceſſabit. *Ibid. c.* 15.

CAPUT VI.

Si quis Epiſcopus ſciens ſervum, vel colonarium ordinaverit, anni ſpatio miſſas facere non præſumat. *Ibid. c.* 25.

CAPUT VII.

Qui contra canones bigamum, vel internuptæ maritum ordinaverit diaconum, aut presbyterum, unius anni ſpatio ſe ſciat eſſe ſuſpenſum ab omni officio ſacerdotii. Si contempſerit, a communione ejus uſque in aliam ſynodum ſe fraternitas univerſa ſuſpendat. Illicite promoti degradentur. *Aurel. IV. c.* 10.

CAPUT VIII.

Nullus clericum, ſeu lectorem alienum ſine ſui conceſſione Epiſcopi, vel promovere, vel ſibi quibuslibet conditionibus audeat vendicare. Quod ſi quis hanc conſtitutionem fuerit quacumque præſumptione tranſgreſſus, memoratæ perſonæ ab honore, vel officio ſuſcepto juxta arbitrium ſui Pontificis ſuſpendantur, Epiſcopus vero, qui ordinaverit, ſex menſes miſſas facere non præſumat. Item qui ſervum ordinaverit. *Aurel. V. c.* 5. *&* 6.

CAPUT IX.

Ubi Epiſcopus obierit, ſi quis Epiſcopus clericos ordinaverit, vel altaria conſecraverit, vel quidquam de rebus eccleſiæ abſtulerit, & monitus non reſtituerit, anno integro miſſas facere non præſumat. *Aurel. V. c.* 8.

CAPUT X.

Nullus ex laicis, abſque annua converſatione præmiſſa, Epiſcopus ordinetur. Si hoc quiſquam Epiſcoporum tranſcendere quacumque conditione præſumpſerit, anno integro ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus. *Aurel. V. c.* 9.

TITULUS VIII.

DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI NON SERVANT FORMAM AB ECCLESIA PRÆSCRIPTAM IN ELECTIONIBUS.

CAPUT I.

De elect. c. 7. Greg. IX. c. 16. eod. tit. in 4. coll.

„ Statuimus, ut nullus in Epiſcopum eli-
„ gatur, niſi qui jam triceſimum ætatis
„ annum egerit, & de legitimo ſit matrimonio
„ natus, qui etiam vita, & ſcientia commen-
„ dabilis demonſtretur", &c. Clerici ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi poteſtate tunc privatos, & ab Eccleſiaſticis beneficiis triennio ſe noverint ſuſpenſos, dignum eſt enim, ut quos timor Dei a malo non revocat, Eccleſiaſticæ tamen coerceat ſeveritas diſciplinæ. *Alex. III. in concil. gen. Later. c.* 3. *in fin.*

CAPUT II.

De elect. c. 43. Gr. IX. c. 10. eod. tit. in 4 coll.

Qui electionem hujuſmodi (*per ſæcularem poteſtatem*) præſumpſerint celebrare, ab officiis, & beneficiis per triennium ſuſpendantur, eligendi tunc poteſtate privati. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 25.

TITULUS IX.

DE SUSPENSIONE IN EOS, QUI INDIGNIS CONFERUNT BENEFICIA, AUT CONFIRMANT.

CAPUT I.

De elect. c. 44. Gr. IX. c. 11. eod. tit. in 4. coll.

QUI approbaverit indignum, non ſolum confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, verum etiam a perceptione proprii beneficii ſuſpendatur, quouſque, ſi æquum fuerit, indulgentiam valeat promereri; ſi convictus fuerit in hoc per malitiam exceſſiſſe, graviori ſubjaceat ultioni. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 26.

CAPUT II.

De preb. c. 29. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

Præcipimus, ut Prælati prætermiſſis indignis aſſumant idoneos, qui Deo, & Eccleſiis velint, & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquiſitio annuatim, ita quod qui poſt primam, & ſecundam correctionem fuerit repertus culpabilis, a conferendis beneficiis per ipſum concilium ſuſpendatur, &c. Hujuſmodi ſuſpenſionis ſententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ minime relaxetur. *Ibid. c.* 30.

TITULUS X.

DE SUSPENSIONE IN METROPOLITANOS, QUI NON VOCANT EPISCOPOS AD SYNODUM, ET IN EPISCOPOS NON VENIENTES.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LXV. quibus adde:

CAPUT I.

De accuſ. c. 25. Gr. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

QUiſquis hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere (*de conciliis provincialibus ſingulis annis celebrandis*) a ſuis beneficiis, & executione officii ſuſpendatur, donec per ſuperioris arbitrium ejus ſuſpenſio relaxetur. *Innoc. III. in concil. gen. c.* 6.

CAPUT II.

Si intra biennium Metropolitanus ſynodum non indixerit, anno integro miſſas facere non præſumat. Si Epiſcopus vocatus non ægrotans non venerit, ſimili ſententiæ ſubjacebit. *Aurel. III. cap.* 1.

TITULUS XI.

DE SUSPENSIONE IN EPISCOPOS PEREGRINOS, QUI IN PAROCHIA ALIENA INJUSSU EPISCOPI MINISTRANT.

Vide in Part. II. Lib. IV. Tit. LIV.

TITULUS XII.

DE SUSPENSIONE IN CLERICOS INTEMPERANTES, ET LUXUI DEDITOS.

CAPUT I.

De vita, & honeſt. cler. c. 14. Gr. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.

SI quis ſuper his (*de crapula, & ebrietate*) culpabilem ſe exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus ſatisfecerit competenter, a beneficio, vel officio ſuſpendatur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 15.

CAPUT II.

De celebrat. miſſ. c. 9. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll.

Non ſolum clerici minores, verum etiam Prælati (*indulgent*) comeſſationibus, &c. Sunt & alii, qui miſſarum celebrant ſolemnia vix quater in anno, &c. Hæc igitur, & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c.* 17.

CAPUT III.

Diſt. 35. c. ab.

Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt. Quem

ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patiatur, aut triginta dierum ſpatio communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio. *Agath. c. 41. Venet. c. 13. Burch. lib. 14. c. 11. Ivo part. 13. c. 79. decret. Capitul. lib. 7. c. 218. & 270.*

CAPUT IV.

Diſt. 34. Epiſcopum, c. 2. & c. 1. de cler. ven. Greg. IX. & in 1. coll.

** uno.*

Si Epiſcopus, presbyter, diaconus canes ad venandum, aut accipitres habuerit Epiſcopus tribus menſibus ſe ſuſpendat a communione, presbyter duobus menſibus ſe abſtineat, diaconus vero* ab omni officio, vel communione, ceſſabit. *Agath. c. 55. Epaun. c. 3. Vorm. c. 17. Burch. lib. 2. c. 213. Ivo lib. 3. tit. 15. c. 1. panorm. & part. 5. c. 366. & part. 6. cap. 288. & part. 13. c. 30. decret.*

TITULUS XIII.

DE SUSPENSIONE IN CLERICOS INCONTINENTES, ET IN EOS, QUI EISDEM FAVENT.

CAPUT I.

De vita, & honeſt. cler. c. 13. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.

SI quis hac de cauſſa (*ideſt propter incontinentiam*) ſuſpenſus, divina celebrare præſumpſerit, non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro hac duplici culpa perpetuo deponatur, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 14.*

CAPUT II.

Diſtinct. 32. Nullus, c. 5. & c. 16. Præter.

Ipſa ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: „ Quicumque ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorum poſt
„ conſtitutum Leonis de caſtitate clericorum,
„ concubinam palam duxerit, vel ductam non
„ reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, aucto-
„ ritate beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli
„ præcipimus, & omnino contradicimus, ut
„ miſſam non cantet, neque evangelium, vel
„ epiſtulam ad miſſam legat, neque in presbyte-
„ rio ad divina officia cum iis, qui præfatæ con-
„ ſtitutioni obedientes fuerint, maneat, neque
„ partem ab eccleſia ſuſcipiat, quouſque a nobis
„ ſententia ſuper hujuſmodi, Deo concedente,
„ procedat ". *Nicol. II. in ſynod. Rom. CXIII. Epiſcoporum. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 3. panorm. Cæſar. lib. 8. cap. 44.*

CAPUT III.

Qui a ſubdiaconatu uxoribus vacant, ab omni ſacro ordine removeantur, &c. Si vero Epiſcopi conſenſerint eorum pravitatibus, ipſi officii interdictione mulctentur. *Urban. II. in ſynod. apud Melfiam, cap. 12.*

CAPUT IV.

Diſt. 34. c. 17. Si Subdiaconus.

Subdiaconus, defuncta uxore, ſi aliam duxerit, ab officio removeatur, & habeatur inter oſtiarios, vel lectores, ita ut Evangelium, & Apoſtulum non legat, ne qui Eccleſiæ ſervierit, publicis officiis ſervire videatur. Qui vero tertiam acceperit, abſtentus biennio, poſtea inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet. *Tolet. I. cap. 4. Mart. Brac. cap. 44.*

CAPUT V.

Licet a patribus noſtris fuerit conſtitutum, ut quicumque ſacerdos, vel levita filiorum procreationi operam dare fuiſſet convictus, a communione dominica abſtineret: Nos tamen, &c. decrevimus, ut ſacerdos, vel levita conjugali concupiſcentiæ inhærens, vel a filiorum procreatione non deſinens, ad altiorem gradum non conſcendat, neque ſacrificia Deo offerre, vel plebi miniſtrare præſumat. Sufficiat his tantum ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut hæc valeant obſervari, fomitem omnium vitiorum oportet abſcindi Apoſtolo præcipiente: *Nolite ebriari vino, in quo eſt luxuria. Turon. c. 2.* *Epheſ. c. 5.*

CAPUT VI.

Diſt. 50. c. 52. & 15. q. 8. c. 2.

Qui altario deſerviunt, ſi ſubito inflenda carnis fragilitate corruerint, & pœnituerint, in poteſtate Pontificis eſt non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tempore ab Eccleſiæ corpore ſegregare, ſed altiora officia non aſſequantur. *Ilerd. cap. 5. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 74. Ivo part. 13. cap. 87. decret.*

CAPUT VII.

Nullus clericorum a ſubdiacono, & ſupra, quos uxores in propoſito ſuo accipere inhibetur proprie, ſi forte jam habeat, miſceatur uxori; quod ſi fecerit, laica communione contentus, juxta priorum canonum ſtatuta ab officio deponatur. Quem ſi ſciens Epiſcopus ſuus in hac vilitate permiſtionis viventem, ad officium poſtea admiſerit, & ipſe Epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit a ſuo officio ſequeſtratus. *Aurel. III. cap. 2.*

CAPUT VIII.

Nullus Epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum extranearum mulierum intra domum præſumat habere ſolatium, quibus etiam pro utilitate ſua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis feminis indicentes ſimiliter prohibemus, ne ſub conceſſa ſibi licentia parentali, ex earum ſequipedis memoratorum vita, vel opinio polluatur. Quod ſi Epiſcopus nunc vetitis uti ſub quadam præſumptione voluerit, anno uno a Metropolitano, vel a comprovincialibus ſuis ab officio ſuſpendatur. *Aurel. V. cap. 3.*

CAPUT IX.

Si presbyter, diaconus, ſubdiaconus infantes procreaverit, aut adulterium commiſerit, & Archipresbyter hoc Epiſcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicet. *Antiſ. cap. 20.*

TITULUS XIV.

VARIÆ SUSPENSIONES.

CAPUT I.

De uſur. c. 3. Greg. IX. eod. tit. c. 2. in 1. coll.

QUI uſurarii manifeſti oblationem acceperit, aut Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, quæ acceperit, reddere compellatur, donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus. *Alex. III. in concil. Later. cap. 25.*

CAPUT II.

De accuſ. c. 24. Qualiter, & quando a Gr. IX. & c. 4. eod. tit. in 4. coll.

Cum ex officio teneantur Prælati, non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, &c. Cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus ſi fuerit gravis exceſſus, etſi non degradetur ab ordi-

dine, ab ordinatione tamen amoveatur omnino, quod eſt ſecundum Evangelicam ſententiam a villicatione villicum amoveri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem, &c.

Luc. 16. a.

Regulares facilius, & liberius poſſunt a ſuis adminiſtrationibus amoveri. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 8.*

CAPUT III.

De cuſtod. euchar. Gr. IX. c. 1. de bapt. in 4. coll.

Statuimus in cunctis Eccleſiis, ut chriſma, & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia, Clavibus adhibitis, conſerventur, &c. Si vero is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 20.*

CAPUT IV.

De filiis presbyt. 16. Ad abolendam. Gr. IX. & c. unic. eod. tit. in 4. coll.

Qui filium in Eccleſia, ubi eſt pater, canonicare præſumpſerint, a ſuis beneficiis ſuſpendantur. *Innoc. ibid. c. 31.*

CAPUT V.

De cland. deſp. c. 3. Cum inhibit. Gr. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. coll.

Sane parochialis ſacerdos, qui tales conjunctiones (*clandeſtinas*) prohibere contempſerit, aut quilibet alius regularis, qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, gravius puniendus, ſicut culpæ qualitas poſtulaverit. *Innoc. III. in eodem concil. c. 51.*

CAPUT VI.

Quamquam admonita doctorum, & ſtatuta patrum ſacerdotes indoctos prohibeant conſecrari, opportuni temporis moderatione, ſi Epiſcopus inveniatur indoctus a Metropolitano proprio, & deinceps ſacerdotes, presbyteri, diaconi, vel etiam ſubdiaconi a ſuo Epiſcopo, ut doceri poſſint, admoneantur. Interim ſubjecti ſacerdotes, & tales clerici ad tempus a celebratione divinæ hoſtiæ *, & officiis ſuſpendantur, ut docti valeant ad debitum miniſterium advenire. *Concil. Rom. ſub Eug. II. & Leon. IV. c. 4.*

* *divini myſterii, Leo.*

CAPUT VII.

23. q. 8. c. 32. Peſſimam.

Si quis poſt hujus noſtræ prohibitionis promulgationẽ malo ſtudio, ſive odio, ſive vindicta ignes appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur, & ſi mortuus fuerit incendiarius, Chriſtiana careat ſepultura, nec abſolvatur, niſi prius damno, cui intulit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito juret, ſe ulterius ignem non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut Jeroſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiſcopus hoc relaxaverit, damnum reſtituat, & per annum ſe ab officio Epiſcopali abſtineat. *Synod. Rom. ſub Joann. II. c. 14. vel 18. Eugen. III. in concil. Remenſ. c. 9. al. 15.*

CAPUT VIII.

Clerici non utantur varietate colorum; ſi moniti de hac re infra quadraginta dies non obtemperaverint, Eccleſiaſticis beneficiis priventur. Epiſcopi vero, ſi præfixam pœnam irrogare neglexerint, quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quam ad deſides, negligenteſque rectores, tamdiu ab officio Pontificali abſtineant, donec pœnam a nobis conſtitutam clericis ſibi ſubjectis imponant, nec eam niſi præcedente optima ſatisfactione, relaxent. *Eugen. III. in concil. Remenſ. c. 2.*

CAPUT IX.

Si presbyter confiteatur ante ordinationem ſe peccaſſe, non offerat, maneat autem in cæteris (*muneribus*) propter utilitatem, &c. Si vero neque confiteatur, neque convinci poſſit, in ſua ipſe eſt poteſtate. *Neocæſ. c. 9. & 10. de diacono. Mart. Brac. c. 25. Rab. c. 1. de pœnit. Burch. lib. 2. c. 48. & 49. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 18. & 19. panorm. & part. 6. cap. 149. & 150. decret.*

15. q. 8. c. 1. Qui, & c. 4. Si quis.

CAPUT X.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum, dignitatemque ſuſcipiant. *Agath. c. 2. Capitul. lib. 7. c. 311. Ivo part. 6. c. 366. decret.*

Diſt. 50. c. 21.

CAPUT XI.

Qui altario miniſtrant, &c. ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili ſe abſtineant, vel duobus annis, tam officio, quam communione priventur, quibus vigiliis, jejuniis, &c. expientur, ita officio, vel communioni reddantur, ſed non ulterius ad officia potiora provehantur. *Ilerd. c. 1.*

Diſt. 50. c. 36. De his.

CAPUT XII.

Ubi Epiſcopus obierit, nullus Epiſcopus quidquam de rebus Eccleſiæ præter humanitatem præſumat auferre. Si fecerit, conventus ab inſtituto Pontifice ſine dilatione oblata reſtituat. Sin minus anno integro miſſas facere non præſumat. *Aurel. V. c. 8.*

CAPUT XIII.

Si bis vocatus Epiſcopus a Metropolitano aut mittere, aut venire diſtulerit, tunc a charitate Metropolitani ſui noverit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad præſentiam ejus veniens, cauſæ ipſius, de qua petitur, reddiderit rationem. Quod ſi patuerit Epiſcopum ipſum contra juſtitiam fatigatum, is, qui eum injuſta interpellatione pulſavit, anni ſpatio a communione Eccleſiaſtica ſuſpendatur. *Aurel. V. c. 17.*

CAPUT XIV.

Quicumque culpabilis inventus clericus, aut honoratus de civitate ad monaſterium fuerit deputatus, ut Abbas cum illo, qui dirigitur, agat, ſicut ab Epiſcopo mihi ſe ſua correctione fuerit ordinatus, aliter Abbas tempus aliquod ſuſpendatur. *Narbon. c. 6.*

CAPUT XV.

Si quis ſacerdotum, ſecundum ſtatuta concilii Valentini, ad humanda decedentis Epiſcopi membra venire commonitus, appellantibus clericis, diſtulerit, aut ad ſynodum, ſive apud Metropolitanum Epiſcopum, tempore anni unius non habeat faciendi miſſam, nec communicandi omnino licentiam, &c. *Tolet. VII. cap. 3. vid. Valent. Hiſpan. c. 4. Burch. lib. 1. c. 216. Ivo part. 5. c. 330. decret.*

CAPUT XVI.

Diſt.33.c.3. Communiter. Energumeni tamdiu erunt ab officii ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcôpi inveniantur ab incurſu dæmonum alieni. *Toler. XI. c. 13. Burch. lib. 3. c. 72. Ivo part. 2. c. 125. decret.*

CAPUT XVII.

Epiſcopi, qui reliquias portant, non in ſellulis vehantur a diaconibus, ſed pedibus eant, vel quamdiu in hoc vitio erunt a ſacrificando ceſſabunt. *Brach. III. c. 5.*

CAPUT XVIII.

Alterius clericum nemo ſolliciter, neque fugientem recipiat, nemo celet, nemo ordinet. Si quis tempore conſtituto fugitivum non reduxerit, tamdiu excommunicatus ſit ipſe receptor Epiſcopus, & remotus a ſuis officiis, quamdiu fugitivus ſub ſua poteſtate fuerit remoratus. *Tolet. XIII. c. 11.*

CAPUT XIX.

Epiſcopi, qui hactenus tantam ſilentio conſenſerunt præſumptionis perniciem (*loquitur de Epiſcopis, qui laicos permittebant res omnes monaſticas, ut Abbates, libere adminiſtrare*) durius arguantur. Et ſi deinceps iſtud ſine vindicta dimiſerint, aut agere in ſuis parochiis conſenſerint, tribus menſibus hoc ſynodali judicio, a miſſarum ſolemniis ſe abſtineant, & ſuæ tantum Eccleſiæ communione contenti ſint. *Meldenſ. c. 10. ex concil. Holonienſ.*

CAPUT XX.

De clericis ruralibus concubinariis expreſſus rigor ſuperius obſervetur, quorum Archidiaconi, ſi eos in iniquitatibus voluerint confovere, vel eorum diſſimulare exceſſus, ſciant ab officio ſe ſuſpenſos; & ſi in ſuſpenſione permanſerint, eos præcipimus per Epiſcopos ſuos a dignitatibus removeri. *Concil. habitum in Germania ſub Conrado Card. c. 3.*

CAPUT XXI.

Firmiter prohibemus, ne (*Prælatus*) in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quas ſi neceſſe fuerit, poſſit probari admonitio, promulgare præſumat, & ſi Prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorem ſuum non revocaverit, per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ ſit excluſus. *Concil. habit. in Germania ſub Conrado Card. c. 4.*

CAPUT XXII.

Quoniam in quibuſdam locis Alemaniæ fundatores Eccleſiarum, vel hæredes ipſorum poteſtate abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum Eccleſiaſticarum, in quibus jus obtinent patronatus, ſibi retinentes ex pacto, repræſentant clericos ad eaſdem, qui cæca cupiditate ducti, taliter a patronis præſentationem receperunt, officio, beneficioque priventur, &c. Epiſcopi vero, & Archidiaconi, qui talibus ſcienter curam animarum commiſerint, ab inſtitutione & collatione perpetuo ſint ſuſpenſi. *Concil. in Germania ſub Conrado Card. c. 9. 10. 11.*

TITULUS XV.

QUI PRESBYTERI CESSARE DEBEANT A CELEBRATIONE DIVINORUM.

Vide in Part. II. Lib. VI. Tit. LVI. quibus adde:

CAPUT I.

Presbyter, diaconus, clericus in aliena parochia ſine licentia Epiſcopi non ſit; ſi fuerit, amplius non miniſtret: revocatus ab Epiſcopo, niſi revertatur, illic ut laicus communicet. *Apoſt. cap. 15.*

TITULUS XVI.

COMMUNIA DE SUSPENSIONE.

CAPUT I.

Reprehenſibilis valde conſuetudo inolevit, ut fratres, & coepiſcopi noſtri, ſeu etiam Archidiaconi, quos appellaturos in cauſſis exiſtimant, nulla penitus admonitione præmiſſa, ſuſpenſionis vel excommunicationis in eos ferant ſententiam, &c. Statuimus ut nec Prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos, niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſuo excommunicationis pœnam inducat, &c. *Alex. III. in concil. Later. c. 6.* *De appell. c. 26. Gr. IX. & c. 42. in eod. tit. in 1. coll.*

CAPUT II.

Ne a communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſſam ſuam dicendam electorum judicum die ſtatuta litteris evocatus minime occurrerit. *Felix in ſyn. LXX. Epiſcoporum ep. 2. ante med. Hadr. ad Epiſc. Med. c. 5.* 5. q. 3. c. 1.

CAPUT III.

Communio ſuſpenſa reſtituitur demonſtranti cauſſas, quibus id acciderat, jam eſſe deterſas, & profitenti conditiones pacis impletas. *Innoc. ep. 16. in princ.*

Index Librorum, & Titulorum.

LIBER PRIMUS.
De Actionibus, ſive Judiciis.

Tit. i. *Laus Juſtitiæ.* pag. 359. col. 1.
Tit. ii. *De concordia, & amore mutuo, & de reconciliatione diſſidentium.* Ibid. 2.
Tit. iii. *Ne litigent temere Chriſtiani.* 361. 1.
Tit. iv. *Ne Epiſcopi, & alii clerici litigent ſine gravi cauſſa.* Ibid. 2.
Tit. v. *Ne Monachi litigent ſine gravi cauſſa.* 363. 1.
Tit. vi. *De admonitione charitatis ante litem.* Ibid.
Tit. vii. *Qualis eſſe debeat Judex, & de ipſius officio.* Ibid. 2.
Tit. viii. *Heretici, vel infideles non judicent.* 367. 2.
Tit. ix. *Ne alieni judicent.* Ibid.
Tit. x. *Ne laici de clericis judicent.* 369. 2.
Tit. xi. *De judicio Epiſcopi.* 372. 1.
Tit. xii. *Epiſcopus judicet cum clericis.* Ibid.
Tit. xiii. *De judicio Archiepiſcopi.* Ibid. 2.
Tit. xiv. *De judicio Patriarchæ, vel Primatis.* Ibid.
Tit. xv. *De judicio ſynodi.* Ibid.
Tit. xvi. *De judicio Pontificis Maximi.* Ibid.
Tit. xvii. *De judicibus inferioribus.* Ibid.
Tit. xviii. *Ne minor judicet de majore.* Ibid.
Tit. xix. *De judicibus electis.* 374. 1.
Tit. xx. *De ſanguine non judicent clerici.* 376. 1.
Tit. xxi. *Ne in Eccleſiis, vel in atriis, vel in domibus Eccleſiarum jus dicatur.* Ibid. 2.
Tit. xxii. *Die dominico, & aliis quibuſdam judicia ne fiant.* Ibid.
Tit. xxiii. *De judicibus delegatis.* Ibid.
Tit. xxiv. *De poſtulando.* 377. 1.
Tit. xxv. *De procuratoribus.* 378. 1.
Tit. xxvi. *De Notariis.* Ibid. 2.
Tit. xxvii. *De ſæcularibus negotiis.* Ibid.
Tit. xxviii. *Communia de judiciis.* 379. 1.

LIBER SECUNDUS.
De Accuſationibus.

Tit. i. *Ne quiſquam ſine gravi cauſſa accuſet, præſertim Epiſcopum.* 380. 1.
Tit. ii. *De admonitione charitatis ante accuſationem.* 383. 1.
Tit. iii. *De judice, coram quo fieri debet accuſatio.* Ibid. 2.
Tit. iv. *Ne minor de majori judicet.* Ibid.
Tit. v. *Ne clerici coram Regibus, aut aliis laicis accuſentur.* Ibid.
Tit. vi. *Sine accuſatione nemo damnetur.* 386. 1.
Tit. vii. *In provincia fiat accuſatio.* Ibid.
Tit. viii. *De loco accuſationis.* 387. 2.
Tit. ix. *De tempore accuſationis.* 388. 1.
Tit. x. *Quales eſſe debeant accuſatores.* Ibid.
Tit. xi. *De calumniatoribus.* 398. 2.
Tit. xii. *De citatione.* 400. 1.
Tit. xiii. *In accuſatione præſentes debent eſſe accuſator, & reus.* 401. 1.
Tit. xiv. *De libello accuſatoris.* 402. 1.
Tit. xv. *De inſcriptione.* Ibid. 2.
Tit. xvi. *De defenſione non neganda.* 403. 2.
Tit. xvii. *De dilationibus.* Ibid.
Tit. xviii. *De reo contumace.* 405 2.
Tit. xix. *De excuſatione non comparentis.* 406. 2.
Tit. xx. *De deſertore accuſatore.* 407. 1.
Tit. xxi. *Ne in locum accuſati Epiſcopi alius ſubſtituatur ante damnationẽ.* Ibid. 2.
Tit. xxii. *De correctione.* Ibid.
Tit. xxiii. *De damnato.* 409. 1.
Tit. xxiv. *Communia de accuſationibus.* Ibid. 2.

LIBER TERTIUS.
De reſtitutione Spoliatorum.

Tit. i. *De cauſſa poſſeſſionis, & proprietatis.* 409. 1.
Tit. ii. *De reſtitutione ſpoliatorum.* 410. 1.
Tit. iii. *De pœna illius, qui ſpoliat.* 413. 2.

LIBER QUARTUS.
De Probationibus.

Tit. i. *De probationum neceſſitate.* 414. 1.
Tit. ii. *Quales teſtes eſſe debeant.* 416. 1.
Tit. iii. *De numero teſtium.* 419. 1.
Tit. iv. *De falſis teſtibus.* 420. 1.
Tit. v. *Communia de teſtibus.* 421. 1.
Tit. vi. *De tormentis.* 422. 1.
Tit. vii. *De confeſſione.* Ibid. 2.
Tit. viii. *De expurgatione.* 424. 1.

LIBER QUINTUS.
De Sententia, & Appellationibus.

Tit. i. *Non valet ſententia prolata a non judice.* 426. 1.
Tit. ii. *Ante ſententiam nemo deſeratur a ſuis.* 427. 1.
Tit. iii. *De diſcordia judicum.* Ibid.
Tit. iv. *Ne epiſcopatus alii tradatur Epiſcopo ante ſententiam.* Ibid. 2.
Tit. v. *De executione ſententiæ.* Ibid.
Tit. vi. *Communia de ſententiis.* 428. 1.

LIBER SEXTUS.
Pars Poſterior de Appellationibus.

Tit. i. *A quibus appellare non liceat.* 430. 1.
Tit. ii. *Appellatur ab omnibus ad Pontificem Maximum.* Ibid. 2.
Tit. iii. *De appellatione ad Synodum.* Ibid.
Tit. iv. *De appellatione ad Patriarchas, & Primates.* Ibid.
Tit. v. *De appellatione ad Archiepiſcopos.* Ibid.
Tit. vi. *De appellatione ad Epiſcopos, & alios judices.* Ibid.
Tit. vii. *Communia de appellationibus.* 431. 1.

LIBER SEPTIMUS.
De criminibus contra Deum.

Tit. i. *De peccatis, eorumque gravitate.* 432. 1.
Tit. ii. *De idololatria, & apoſtaſia.* 434. 2.
Tit. iii. *De pœnis, quæ ſunt hæreticis conſtitutæ.* 436. 1.
Tit. iv. *De ſervantibus traditiones gentilium, & de ſuperſtitioſis.* 438. 2.
Tit. v. *De auguriis, & aliis divinationum generibus.* 441. 1.

Tit. vi.

Tit. vi. *De perjurio.* 443. 2.
Pars ii. *De pœna illius qui pejeravit.* 445. 1.
Pars iii. *Varia de jurejurando, & de perjurio.* 447. 2.
Tit. vii. *De blaſphemia.* 449. 1.
Tit. viii. *De ſimonia.* Ibid. 2.
Pars i. *De eo, qui emit, aut vendit Sacramenta.* Ibid.
Pars ii. *De eo, qui emit, aut vendit Beneficia Eccleſiaſtica.* 450. 1.
Pars iii. *De eo, qui emit, aut vendit res ſpirituales.* 451. 1.
Tit. ix. *De ſacrilegio.* 452. 1.
Pars i. *De iis, qui rebus ſanctis non habent honorem.* Ibid.
Pars ii. *De iis, qui res ſacras, aut eccleſiaſticas ſurripiunt.* 454. 1.

LIBER OCTAVUS.
De criminibus contra Proximum.

Tit. i. *De homicidio.* 456. 1.
Pars i. *De iis, qui ſibi vitam eripuerunt, aut membrum aliquod abſciderunt.* Ibid.
Pars ii. *De eo, qui patrem, filium, uxorem, aut alios hujuſmodi interficit.* 457. 1.
Pars iii. *De iis, qui fœtus necant.* 458. 1.
Pars iv. *De his, qui Epiſcopo, Presbytero, &c. mortem afferunt, aut vulnus infligunt, aut gravem aliquam injuriam faciunt.* Ibid. 2.
Pars v. *De iis, qui ſervos occidunt.* 463. 1.
Pars vi. *De variis homicidiis.* Ibid.
Pars vii. *De Bello.* 468. 1.
Pars viii. *De torneamentis, ſeu ſingulari certamine.* 470. 2.
Pars ix. *De illo, qui inimicitias gerit cum alio.* Ibid.
Tit. ii. *De proditoribus, perfugis, fugitivis, & de iis, qui contra ſuperiores conjurant.* 471. 1.
Tit. iii. *De veneficis.* 474. 1.
Tit. iv. *De incendiariis.* Ibid. 2.
Tit. v. *De ſeditioſis.* Ibid.
Tit. vi. *De uſura.* 475. 1.
Tit. vii. *Ne quiſquam ponderibus, aut menſuris inæqualibus utatur.* 477. 1.
Tit. viii. *De turpi lucro.* Ibid. 2.
Tit. ix. *De furto & rapina, maxime rerum Eccleſiæ.* 479. 2.
Tit. x. *De iis, qui res naufragorum diripiunt.* 483. 1.
Tit. xi. *De piratis.* Ibid.
Tit. xii. *De iis, qui nummos adulterant.* Ibid. 2.
Tit. xiii. *De eo, qui ſepulchra violavit.* Ibid.
Tit. xiv. *De crimine falſi.* Ibid.
Tit. xv. *De detractoribus.* 485. 1.
Tit. xvi. *De libellis famoſis.* 489. 1.
Tit. xvii. *De ſcandalo.* Ibid.
Tit. xviii. *De variis injuriarũ generibus.* 490. 1.

LIBER NONUS.
De criminibus contra ſe.

Tit. i. *De alea.* 491. 1.
Tit. ii. *De ludis, & jocis immoderatis.* Ibid.
Tit. iii. *De gula, & ebrietate.* 492. 2.
Tit. iv. *De luxuria.* 494. 2.
Pars i. *De monachis, & virginibus, qui caſtitatis votum violarunt.* Ibid.
Pars ii. *De Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, &c. lapſis a caſtitate.* 495. 2.
Pars iii. *De inceſtu inter conſanguineos.* 496. 2.
Pars iv. *De inceſtu inter cognatos ſpirituales.* 498. 2.
Pars v. *De adulterio.* 499. 1.
Pars vi. *De raptoribus fœminarum.* 503. 2.
Pars vii. *De concubitu cum hominibus, & brutis.* 505. 1.
Pars viii. *De ſtupro, & ſimplici fornicatione, aliiſque peccatis ad luxuriam pertinentibus.* 506. 2.
Pars ix. *De illo, qui nefarias nuptias ignarus contraxit.* 508. 2.
Tit. v. *De ſuperbia.* 509. 1.
Tit. vi. *De avaritia.* 510. 2.
Tit. vii. *De invidia.* 513. 1.
Tit. viii. *De negligentia.* 514. 1.
Tit. ix. *De mendacio.* 515. 1.
Tit. x. *De variis prohibitis.* Ibid. 2.

LIBER DECIMUS.
De excommunicatione.

Tit. i. *Ut quis juſte excommunicetur a judice, neceſſaria eſt cauſſa juſta, & admonitio.* 516. 1.
Tit. ii. *Ne quiſquam communicet cum excommunicato, & qui communicat, luat pœnas.* 518. 1.
Tit. iii. *De quibuſdam, qui poſſunt communicare cum excommunicatis.* 523. 1.
Tit. iv. *De excommunicatis, qui excommunicationem, aut alias cenſuras contemnunt.* Ibid. 2.
Tit. v. *Quibus rebus privantur excommunicati.* 524. 2.
Tit. vi. *Excommunicationes contra apoſtatas, & contra eos, qui idololatrarum cæremonias ſervant, aut illis favent.* 526. 1.
Tit. vii. *Anathema contra hæreticos.* Ibid.
Tit. viii. *De hæreticis etiam poſt mortem anathematizandis.* Ibid.
Tit. ix. *Excommunicationes contra eos, qui hæreticis aliquo modo favent.* Ibid.
Tit. x. *Excommunicationes contra eos, qui novum ſymbolum componunt.* 527. 1.
Tit. xi. *Excommunicationes contra eos, qui ſervant cæremonias Judæorum, aut cum eis conjunctiſſime vivunt, aut quomodocumque eis favent in rebus prohibitis.* Ibid. 2.
Tit. xii. *Excommunicationes contra eos, qui favent Saracenis, aut piratis.* Ibid.
Tit. xiii. *Excommunicationes contra ſchiſmaticos, & contra eos, qui Pontifici Maximo, & aliis Epiſcopis ſuperbe reſiſtunt.* 528. 1.
Tit. xiv. *Excommunicationes contra augures, & ariolos, & contra eos, qui hujuſmodi homines conſulunt.* 529. 1.
Tit. xv. *Excommunicationes contra eos, qui rebaptizant, aut rebaptizandi opus bonum eſſe credunt, aut extra* tem-

tempora conſtituta baptizant. Ibid.
Tit. xvi. *Excommunicationes contra eos, qui in rebus ad Miſſæ, vel aliorum divinorum officiorum celebrationem pertinentibus graviter peccant.* 529. 1.
Tit. xvii. *Excommunicationes contra eos, qui non venerantur res ſanctas, ut oportet.* 530. 1.
Tit. xviii. *Excommunicationes contra eos, qui ordines conferunt, aut ſuſcipiunt contra Eccleſiæ decreta.* Ibid. 2.
Tit. xix. *Excommunicationes contra perjuros, blaſphemos, & contra eos, qui alios ad perjurium cohortantur.* 531. 1.
Tit. xx. *Excommunicationes contra ſimoniacos.* Ibid.
Tit. xxi. *Excommunicationes contra eos, qui res ſacras, aut eccleſiaſticas ſurripiunt.* Ibid. 2.
Tit. xxii. *Excommunicationes contra eos, qui iniuſſu Epiſcopi oblationes Eccleſiæ accipiunt, aut diſtribuunt.* 532. 1.
Tit. xxiii. *Excommunicationes contra laicos, qui decimas non ſolvunt, & contra clericos, qui eas laicis concedunt.* Ibid.
Tit. xxiv. *Excommunicationes contra laicos, qui res Eccleſiæ diſpenſant, aut beneficia conferunt, & contra clericos, qui ab ipſis accipiunt.* Ibid. 2.
Tit. xxv. *Excommunicationes contra clericos, qui fratribus, aut aliis cognatis res eccleſiaſticas largiuntur.* Ibid.
Tit. xxvi. *Excommunicationes contra laicos, qui eccleſias, & clericorum immunitatem violant.* 533. 1.
Tit. xxvii. *Excommunicationes contra eos, qui traditiones, & leges eccleſiaſticas de induſtria, & malitioſe violant.* Ibid.
Tit. xxviii. *Excommunicationes contra ſuperſtitioſos, & contra eos, qui die dominico jejunant.* Ibid. 2.
Tit. xxix. *Excommunicationes contra eos, qui non jejunant diebus ab Eccleſia præſtitutis.* 534. 1.
Tit. xxx. *Excommunicationes contra eos, qui cibis prohibitis veſcuntur.* Ibid.
Tit. xxxi. *Excommunicationes contra eos, qui non communicant temporibus conſtitutis.* Ibid.
Tit. xxxii. *Excommunicationes contra eos, qui diu abſunt ab Eccleſia, & præſertim diebus ſolemnioribus, & tempore quadrageſimæ.* Ibid.
Tit. xxxiii. *Excommunicationes contra apoſtatas, qui a religione diſcedunt, aut pœnitentiam ſuſceptam implere nolunt.* Ibid. 2.
Tit. xxxiv. *Excommunicationes contra Monachos, & virgines, qui votum caſtitatis violarunt, & contra eos, qui illas ad ſtuprum ſollicitarunt.* 535. 1.
Tit. xxxv. *Excommunicationes contra clericos, ſacris initiatos, qui votum caſtitatis violarunt, & qui illis aliquo modo favent.* Ibid.
Tit. xxxvi. *Excommunicationes contra clericos, & monachos, qui cum feminis habitant, aut cum eis familiariter, vel ſecreto loquuntur.* Ibid. 2.
Tit. xxxvii. *Excommunicationes contra inceſtuoſos.* 536. 2.
Tit. xxxviii. *Excommunicationes contra raptores feminarum.* Ibid.
Tit. xxxix. *Excommunicationes contra adulteros.* Ibid.
Tit. xl. *Excommunicationes contra eos, qui cum maribus concumbunt.* Ibid.
Tit. xli. *Excommunicationes contra eos, qui ſtuprum, aut ſimplicem fornicationem, aut quodcumque aliud flagitium pertinens ad libidinem committunt.* Ibid.
Tit. xlii. *Excommunicationes contra eos, qui uxores ſine cauſſa dimittunt, aut eis dimiſſis alias ducunt.* 537. 1.
Tit. xliii. *Excommunicationes contra eos, qui uxores ducunt invitis illarum parentibus.* Ibid.
Tit. xliv. *Excommunicationes contra homicidas.* Ibid.
Tit. xlv. *Excommunicationes contra reos læſæ majeſtatis, & perfugas, & proditores.* Ibid. 2.
Tit. xlvi. *Excommunicationes contra eos, qui pacem, aut treuguam non ſervant.* Ibid.
Tit. xlvii. *Excommunicationes contra falſos teſtes.* Ibid.
Tit. xlviii. *Excommunicationes contra incendiarios.* Ibid.
Tit. xlix. *Excommunicationes contra fures, & raptores.* Ibid.
Tit. l. *Excommunicationes contra eos, qui res naufragorum diripiunt.* Ibid.
Tit. li. *Excommunicationes contra fœneratores.* Ibid.
Tit. lii. *Excommunicationes contra eos, qui nova tributa imponunt ſine auctoritate Principis, aut quæ jam non debentur, petunt.* 538. 1.
Tit. liii. *Excommunicationes contra eos, qui nummos adulterant.* Ibid.
Tit. liv. *Excommunicationes contra detractores.* Ibid.
Tit. lv. *Excommunicationes contra eos, qui libellos famoſos in publico proponunt, aut legunt.* Ibid.
Tit. lvi. *Excommunicationes contra eos, qui inimicitias gerunt, & qui non conantur conſtituere controverſias antequam litem intendant.* Ibid.
Tit. lvii. *Excommunicationes contra eos, qui falſo accuſant, aut contra juris ordinem, aut non probant, quod obiiciunt.* Ibid. 2.
Tit. lviii. *Excommunicationes contra eos, qui aliis injuriam faciunt, præſertim Epiſcopis, Presbyteris, & reliquis Clericis.* 539. 1.
Tit. lix. *Excommunicationes contra Epiſco-*

ſcopos, & Chorepiſcopos, qui aliorum juriſdictionem, & munera ſibi arrogant. 541. 2.
Tit. lx. *Excommunicationes contra Epiſcopum, qui non ſuſcipit curam ſui epiſcopatus.* Ibid.
Tit. lxi. *Excommunicationes contra Epiſcopos, qui non habent rationem ſuæ dignitatis.* Ibid.
Tit. lxii. *Excommunicantur Epiſcopi, qui non veniunt ad ſynodum, vel vocati a Metropolitano non parent.* Ibid.
Tit. lxiii. *Excommunicationes contra laicos, qui vocati a ſynodo non veniunt.* 542. 1.
Tit. lxiv. *Excommunicationes contra eos, qui in concilio non ſervant modeſtiam.* Ibid.
Tit. lxv. *Excommunicationes contra Clericos, qui crimina capitalia committunt.* Ibid.
Tit. lxvi. *Excommunicationes contra eos, qui alea ludunt.* Ibid.
Tit. lxvii. *Excommunicationes contra eos, qui torneamentis, & aliis ludis prohibitis dant operam.* Ibid.
Tit. lxviii. *Excommunicationes contra clericos gulæ, & ebrietati deditos, & qui in tabernas ingrediuntur.* Ibid. 2.
Tit. lxix. *Excommunicationes contra Clericos, & Monachos, qui negotiis ſæcularibus dant operam, & laicorum veſtitum, & mores imitantur.* Ibid.
Tit. lxx. *Excommunicationes contra Clericos, qui non deferunt Tonſuram.* 543. 1.
Tit. lxxi. *Excommunicationes contra Epiſcopos, Presbyteros, & Abbates negligentes.* Ibid.
Tit. lxxii. *Excommunicationes contra Clericos, qui ſuas Eccleſias relinquunt, & in aliis commorantur, aut vagantur, & non reſident.* Ibid. 2.
Tit. lxxiii. *Excommunicationes contra Clericos, qui ſine litteris Epiſcopi diſcedunt, & contra eos, qui recipiunt Clericos fugitivos, aut eis favent.* 544. 2.
Tit. lxxiv. *Excommunicationes contro Clericos, qui ad judices ſæculares ſe conferunt.* Ibid.
Tit. lxxv. *Excommunicationes contra eos, qui non deferunt honorem, & obſervantiam, quam debent ſuis ſuperioribus.* Ibid.
Tit. lxxvi. *Excommunicationes contra judices, qui non præſtant munus ſuum.* 545. 1.
Tit. lxxvii. *Excommunicationes contra laicos, qui clericorum munera impediunt.* Ibid.
Tit. lxxviii. *Variæ Excommunicationes.* Ibid. 2.
Tit. lxxix. *Excommunicationes quædam, in quibus excommunicatis ſit poteſtas communicandi cum aliquibus.* 548. 1.
Tit. lxxx. *De modo privandi communione judæos, & paganos.* Ibid.
Tit. lxxxi. *De ordinatis ab excommunicatis.* Ibid. 2.
Tit. lxxxii. *Communia de excommunicatione.* Ibid.
Tit. lxxxiii. *De abſolutione ab excommunicatione.* 551. 1.
Tit. lxxxiv. *Variæ Excommunicationes.* 552. 1.

LIBER UNDECIMUS.
De Ejectione, & Interdicto.

Tit. i. *Ejectiones contra hæreticos, & illorum fautores.* 553. 1.
Tit. ii. *Contra augures, & maleficos, & qui idola colunt.* Ibid. 2.
Tit. iii. *Contra eos, qui judæis favent.* 554. 1.
Tit. iv. *Contra eos, qui ſumptionem Euchariſtiæ averſantur.* Ibid.
Tit. v. *Contra eos, qui Eccleſiæ cenſuras contemnunt, & qui cum ejectis, aut depoſitis communicant.* Ibid.
Tit. vi. *Contra ſimoniacos, & uſurarios.* Ibid. 2.
Tit. vii. *Contra eos, qui non reſtituunt res Eccleſiæ relictas, & qui Eccleſiæ non habent honorem.* Ibid.
Tit. viii. *Contra contumaces, & qui legibus eccleſiaſticis in rebus gravibus parere nolunt.* 555. 1.
Tit. ix. *Contra Epiſcopum, qui injuſſu ſynodi Eccleſiam vacantem ſurripit.* Ibid.
Tit. x. *Contra eos, qui Pontificibus inſidias tendunt.* Ibid.
Tit. xi. *Contra eos, qui nolunt in gratiam redire cum inimicis.* Ibid.
Tit. xii. *Contra Regem, qui poteſtate regia abutitur.* Ibid.
Tit. xiii. *Contra incontinentes.* Ibid. 2.
Tit. xiv. *Variæ ejectiones.* 556. 1.
Tit. xv. *Communia de ejectione.* Ibid. 2.
Tit. xvi. *De interdicto.* 557. 1.
Tit. xvii. *De ceſſatione a divinis.* 559. 2.

LIBER DUODECIMUS.
De depoſitione, privatione officii, & beneficii.

Tit. i. *De numero Epiſcoporum, qui damnatorum depoſitioni, aut depoſitorum reſtitutioni intereſſe debent.* 560. 1.
Tit. ii. *De veſtibus, quibus Clerici nudantur, cum deponuntur, & quibus induuntur, cum poſt depoſitionem ad priſtinum dignitatis gradum reſtituuntur.* Ibid. 2.
Tit. iii. *Pontificis Max. eſt deponere Epiſcopos.* Ibid.
Tit. iv. *Pontifex Maximus poteſt reſtituere Epiſcopos, quos Synodus depoſuit.* 561. 1.
Tit. v. *Contra hæreticos, & qui nomen Chriſti negant.* Ibid.
Tit. vi. *Depoſitiones contra fautores hæreticorum.* 562. 1.
Tit. vii. *Contra Clericos, qui ſervant cæremonias judæorum, & gentilium, vel eis favent.* Ibid. 2.
Tit. viii. *Depoſitiones contra ſchiſmaticos.* 563. 1.
Tit. ix. *Depoſitiones contra blaſphemos, perjuros, & qui fidem datam non ſervant.* Ibid. 2.
Tit. x. *Depoſitiones contra Clericos ſuperſtitioſos.* Ibid.

Tit. xi. *Depoſitiones contra eos, qui rebaptizant, aut rebaptizantur, & qui in conferendo baptiſmo Eccleſiæ ritum negligunt.* 564. 1.
Tit. xii. *Depoſitiones contra eos, qui in Miſſæ ſacrificio, aut in horis canonicis Eccleſiæ ritum non ſervant.* Ibid.
Tit. xiii. *Depoſitiones contra Sacerdotes, qui in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ graviter peccant.* 565. 1.
Tit. xiv. *Depoſitiones contra Clericos, qui non venerantur res ſanctas.* Ibid.
Tit. xv. *Depoſitiones contra ſimoniacos.* Ibid.
Tit. xvi. *Depoſitiones contra eos, qui novum ſymbolum componunt.* 567. 1.
Tit. xvii. *Depoſitiones contra eos, qui conferunt ordines, aut recipiunt contra leges Eccleſiæ.* Ibid. 2.
Tit. xviii. *Contra Clericos qui injuria afficiunt Regem.* 570. 1.
Tit. xix. *Depoſitiones contra Clericos fures, & in primis contra eos, qui Epiſcopi, aut eccleſiarum res ſurripiunt, aut alienant.* Ibid.
Tit. xx. *Depoſitiones contra fœneratores.* 571. 1.
Tit. xxi. *Depoſitiones contra Clericos, qui veſcuntur cibis vetitis, & ludis prohibitis dant operam.* Ibid.
Tit. xxii. *Depoſitiones contra Clericos, qui non jejunant diebus conſtitutis, aut jejunant, cum non oportet.* Ibid.
Tit. xxiii. *Deponuntur digami.* Ibid.
Tit. xxiv. *Depoſitiones contra Clericos, qui capitalia crimina committunt.* Ibid. 2.
Tit. xxv. *Contra Clericos, qui Epiſcopis, aut aliis graves injurias inferunt.* 572. 2.
Tit. xxvi. *Depoſitiones contra Clericos homicidas, & qui membrum abſcindunt, aut plagas imponunt.* 573. 1.
Tit. xxvii. *Depoſitiones contra Clericos gulæ, & ebrietati deditos.* Ibid. 2.
Tit. xxviii. *Depoſitiones contra Clericos, qui veſtibus prohibitis, vel armis utuntur.* 574. 1.
Tit. xxix. *Depoſitiones contra Clericos, qui non ſervant gravitatem, & modeſtiam.* Ibid.
Tit. xxx. *Depoſitiones contra Clericos, qui negotiis ſæcularibus dant operam.* Ibid.
Tit. xxxi. *Depoſitiones contra Clericos, qui apud ſe feminas habitare permittunt, præter matrem, & propinquas, aut qui cum illis ſermones familiares conferunt.* Ibid. 2.
Tit. xxxii. *Depoſitiones contra Clericos ſacris initiatos, qui ab uxoribus non abſtinent.* 575. 1.
Tit. xxxiii. *Depoſitiones contra Clericos, qui cum ſacris ſint initiati, uxores ducunt.* Ibid.
Tit. xxxiv. *Depoſitiones contra Clericos adulteros, vel fornicantes.* Ibid. 2.
Tit. xxxv. *Depoſitiones contra Clericos,*

qui feminas rapiunt. 576. 1.
Tit. xxxvi. *Depoſitiones contra Clericos, qui conſecratas virgines violant, aut eis valde familiariter utuntur.* Ibid.
Tit. xxxvii. *Depoſitiones contra Clericos, qui cum maribus concumbunt.* Ibid. 2.
Tit. xxxviii. *Depoſitiones contra Clericos, qui munus ſuum præſtare contemnunt.* Ibid.
Tit. xxxix. *Depoſitiones contra Chorepiſcopos, & Presbyteros, qui Epiſcoporum munera exercebant.* Ibid.
Tit. xl. *Depoſitiones contra eos, qui ſedis Apoſtolicæ, vel Conciliorum ſtatuta contemnunt.* Ibid.
Tit. xli. *Depoſitiones contra Clericos, qui in rebus gravibus Superiores contemnunt.* 577. 2.
Tit. xlii. *Depoſitiones contra Epiſcopos, qui non veniunt ad Synodum.* 578. 1.
Tit. xliii. *Depoſitiones contra Diaconos, qui Presbyteris non cedunt.* Ibid.
Tit. xliv. *Depoſitiones contra Clericos, qui injuſſu Superiorum ad Imperatorem ſe conferunt.* Ibid.
Tit. xlv. *Depoſitiones contra Epiſcopos, & Presbyteros, qui apud excommunicatos faciunt ſacrum.* Ibid.
Tit. xlvi. *Depoſitiones contra Clericos, qui cenſuras Eccleſiæ contemnunt.* Ibid.
Tit. xlvii. *Depoſitiones contra Clericos, qui lapſos non ſuſcipiunt.* Ibid. 2.
Tit. xlviii. *Depoſitiones contra Clericos, qui nuptiis prohibitis favent.* Ibid.
Tit. xlix. *Depoſitiones contra Clericos, qui Eccleſias a laicis accipiunt.* 579. 1.
Tit. l. *Depoſitiones contra Clericos, qui plura habent beneficia.* Ibid.
Tit. li. *Depoſitiones contra Clericos, qui non reſident in ſuis Eccleſiis.* Ibid.
Tit. lii. *Deponuntur Epiſcopi, qui ſuas Eccleſias derelinquunt.* Ibid. 2.
Tit. liii. *Depoſitiones quædam propriæ Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.* Ibid.
Tit. liv. *Variæ depoſitiones.* 580. 2.
Tit. lv. *De Clericis depoſitis, qui non poſſunt reſtitui.* 581. 1.
Tit. lvi. *De ordinatis ab Epiſcopis depoſitis.* Ibid.
Tit. lvii. *Communia de depoſitione.* Ibid.
Tit. lviii. *De degradatione.* 582. 1.

LIBER DECIMUSTERTIUS.

De Suſpenſione.

Tit. i. *Suſpenſiones in Clericos, qui immolarunt idolis, aut aliquo modo idololatriæ favent.* 583. 1.
Tit. ii. *Suſpenſiones in Schiſmaticos, & qui contra Pontificem Maximum conjurant.* Ibid. 2.
Tit. iii. *De ſuſpenſione in Clericos reos criminis ſimoniæ.* 584. 1.
Tit. iv. *De ſuſpenſione in eos, qui non venerantur res ſanctas.* Ibid.

Tit. v. *De ſuſpenſione in eos, qui in rebus ad Miſſæ ſacrificium pertinentibus graviter peccant.* Ibid.

Tit. vi. *De ſuſpenſione in eos, qui in feſtis ſolemnibus abſunt ab Eccleſia, & qui diem dominicum non celebrant.* Ibid. 2.

Tit. vii. *De ſuſpenſione in Epiſcopos, qui aliquos ordinant contra ſtatuta Eccleſiæ.* Ibid.

Tit. viii. *De ſuſpenſione in eos, qui non ſervant formam ab Eccleſia præſcriptam in electionibus.* 585. 1.

Tit. ix. *De ſuſpenſione in eos, qui indignis conferunt beneficia, aut confirmant.* Ibid.

Tit. x. *De ſuſpenſione in Metropolitanos, qui non vocant Epiſcopos ad ſynodum, & in Epiſcopos non venientes.* Ibid. 2.

Tit. xi. *De ſuſpenſione in Epiſcopos peregrinos, qui in parochia aliena injuſſu Epiſcopi miniſtrant.* Ibid.

Tit. xii. *De ſuſpenſione in Clericos intemperantes, & luxui deditos.* Ibid.

Tit. xiii. *De ſuſpenſione in Clericos incontinentes, & in eos, qui eiſdem favent.* 586. 1.

Tit. xiv. *Variæ ſuſpenſiones.* Ibid. 2.

Tit. xv. *Qui Presbyteri ceſſare debeant a celebratione divinorum.* 588. 2.

Tit. xvi. *Communia de ſuſpenſione.* Ibid.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

REPERTORIUM DECISIONUM ROTÆ.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

REPERTORIUM DECISIONUM ROTÆ.

Liber Primus.

TITULUS I.
DE ACCUSATIONIBUS.

1 JUdex cauſſæ criminalis non poteſt abſolvendo reũ a crimine condemnare civiliter ad rem reſtituendam, etſi non declinetur ejus juriſdictio. *Creſcent. deciſ.* 167.

2 Impetrans per privationem, ob ſimoniam tenetur ſe ioſcribere ad extraordioariam pœnam arbitrio Judicis. *Creſc.* 161.

3 Cauſa criminalis non præjudicat civili, ſi utraque agitur inter diverſas perſonas. *Peregr.* 25.

TITULUS II.
DE ACQUIRENDO RERUM DOMINIO.

1 ALveus antiquus a flumine ad alium locum fluente derelictus eis acquiritur, qui prope ripam prædia poſſident, ſicut inſula in flumine nata, etiam ſi facto hominis id contigerit: alvei poſſeſſio ſine apprehenſione acquiritur non Inſulæ. *Caſſad. dec. unic. de aeq. rer. dom.*

TITULUS III.
DE ALIMENTIS.

1 ALimenta debentur pauperi, quando ejectio facta eſt in diſcordia. *Creſcent.* 175.

2 Alimenta, & expenſæ litis non debentur uxori, ſi dos promiſſa non eſt ſoluta. *Creſc.* 233.

3 Ad ſtatum alimentorum reſtituitur ſpoliatus etiam qnoad bona feudalia, & emphyteutica.

4 Alimenta prætenſa via actionis conceduntur. *Mohed.* 327.

Vide alia *ſub tit. de fruct. & lit. expenſ.*

TITULUS IV.
DE ALLEGATIONE LAPI.

1 TItulus anteceſſoris triennalis pacifici poſſeſſoris non aſt juſtificandus, oeque oſtendendus ....35. *Caſ. 2. de cauſ. poſſ. Gom. in reg.* 209.

2 Titulus putativus anteceſſoris decedentis in pacifica poſſeſſione triennali præfertur vero..36. *Caſ. 3. de cauſ. poſſ.*

3 Omnes ſucceſſores etiam mediati triennalis poſſeſſoris poſſunt nti allegatione, ut præſumatur titulus triennalis optimus, ut per *Joann. P.* 23. *Mohed.* 241. *Aug.* 2. 560. *cont. Put.* 3. *hoc tit.*

4 Licet doceatur de titulo aliquo prædeceſſoris nullo, vel iovalido præſumitur alius bonus. *Gom. in reg.* 183. & potius titulus putativus quam commenda invalida vera. *Aug.* 2. & 3. 556. *cont.* & 557.

5 Qui ſcivit eſſe locum ſuo regreſſui, & tacuit triennio, excluditur allegatione *Lap.* a ſucceſſore triennalis poſſeſſoris. *Mohed.* 120. 121. *Caſ.* 5. *de cauſ. poſſ. vid. Put.* 3. *hoc tit.* & 5.

6 Habens regreſſum in quemcumque eventum, ſi permittit poſſidere duo curata triennio, videtur renunciare regreſſui, & poſſeſſoris ſucceſſor utitur remedio allegationis. *Gom. in reg.* 198.

7 A. reſignat in B. qui conſentit regreſſui C. per obitum ultimi poſſeſſoris A. continuat triennio, ita quod præſumitur retroceſſio mortuo A. eſt locus regreſſui. *Gom. in reg.* 199.

8 Cum agitur petitorio eſt locus allegationi non vero in ſpolio. *Simm.* 37. *Caſ.* 5. *de reſt. ſpol.* neque prodeſt in petitorio poſſeſſio talis prædeceſſoris ſi ſpolium eſt violentum. *Put.* 4. *hoc tit.* & 50.

9 Poſſeſſio triennalis in cauſa allegationis eſt probanda per teſtes de viſu. *Gom in reg.* 314.

10 Si A. reſignat in B continuat biennio poſſeſſionem, & B. in C. & A. continuat alium annum non præſumitur retroceſſio. *Gom. in reg.* 197.

11 Si cedens reſervat fructus, & ceſſionarius capit poſſeſſionem, licet continuet cedens, & habeatur pro beneficiato non eſt locus allegationi *Lap.* quia nulla eſt negligentia ceſſionarii. *Fab.* 28. *Put.* 9. *de alleg. Lap.*

12 Qui cœpit poſſeſſionem lite pendente poteſt ſe juvare allegatione Lapi contra extraneum non contra illos, qui erant in lite. *Aug.* 3. 476. *Put.* 8. *hoc tit.*

13 Licet probetur reſignatio prædeceſſoris, qui poſtea fuit triennalis, præſumitur alius etiam optimus titulus etiam in reſervatis. *Caſ.* 4. *de cauſ. poſſ.*

14 Poſſeſſio triennalis prædeceſſoris tunc eſt probanda, quando alius docet de titulo alterius. *Put.* 1. *hoc tit.*

15 Non eſt locus allegationi, ſi reſignans ante præſtitum conſenſum, licet poſt porrectionem triennio poſſideat. *Put.* 2. *de alleg. Lap.* & 8. *de præb. Creſc. dec.* 36

16 Prorogatio regulæ de triennali juvat adverſus alleg. *Put.* 9. *hoc tit.*

17 Ad probandum clericatum auctoris allegatio *Lap.* non ſuffragatur. *Put.* 1. *de prob. non* ....

In-

Digitized by Google

Intelligas, quod teneatur probare clericatum, qui utitur allegatione *Lap.*

18 Si reſignans poſt reſignationem ſpoliatur, & recuperet poſſeſſionem attentando, & reſignatarius capiat poſſeſſionem, & continuet triennio, & deinde cedat, vel decedat, poteſt veniens ex jure ejus adjuvari alleg. *Lap. Peregr. 97.*

19 Allegatio prædicta non procedit, ubi medio tempore triennalis poſſeſſor reſignaſſet, licet conſenſus præſtitus fuiſſet poſt triennium. *Creſc. dec. 36.*

TITULUS V.
DE APPELLATIONIBUS.

CAPUT I.
De Extrajudiciali.

1 APpellatus, cui fuit intimata appellatio extrajudicialis per aſſertum procuratorem, ſi inveniat cauſam commiſſam in curia, poteſt procedere per audientiam contradictarum, & obtinere abſolutoriam ſine condemnatione expenſarum. *Creſc. 90.* appellato nihil agente non dicitur eſſe devoluta in præjudicium appellantis, ubi intimatio eſt male facta. *Peregr. 3.*

2 Requiritur ſpeciale mandatum, ut appellatio extrajudicialis devolvat, ſed ſufficit ad acceptandum beneficia, pro his appellandum a quocumque gravamine. *Peregr. 56.*

3 Appellatione extrajudiciali legitime intimata, & cauſa commiſſa, eſt lis, quæ impedit triennalem poſſeſſionem, niſi poſt deſertionem triennio ſit poſſeſſum. *Mohed. 104. & 105. Gom. in reg. 230. vid. Put. 10. de alleg. Lap.*

4 Sufficit publicare inſtrumentum appellationis extrajudicialis in valvis Eccleſiæ, licet non dicat ſe legiſſe. *Gom. 2. & 16.* nec requiritur affixio, niſi cum proceditur per edictum. *Caſ. 1. de appell.*

5 Menſis ad intimandum currit non ſolum ad perſonalem, ſed etiam ad alias intimationes. *Caſ. 10. de appell.*

6 Appellatio extrajudicialis intimata non inducit litem ad effectum ſubrogationis ante commiſſionem. *Put. 10. de appell.*

7 Appellatio extrajudicialis legitime intimata facit beneficium litigioſum, & devolvit, ſecus ſi non intimetur, idem fortaſſe ſi non committatur cauſa. *Put. 18. de appell. Peregr. 2. & 3.*

8 Subſtitutus procurator appellans, & intimans ſubſtitutionem cum inſertione mandati ſubſtituentis non devolvit cauſam. *Put. 16. de procur. Peregr. 2. & 3.*

9 Commiſſio ad effectum devolutionis non probatur per inſerta, nec per libros Bacchodi. *Peregr. 14.*

CAPUT II.
Ab Interloquutoria.

1 Licitum eſt appellare a ſententia abſolutoria ab obſervatione judicii, quia non eſt mere interloquutoria, ſed mixta. *Creſc. 132. Gom. 1. 83.*

2 Si appellatur ab interloquutoria, & reponatur cum intimatione, ante intimationem poteſt Judex procedere ad diffinitivam. *Jo. P. 121.*

3 Subdelegatus deferens appellationi abdicat a ſe, & a delegato juriſdictionem. *Mohed. 321.*

4 De appellationibus a cenſuris latis ab A. Cameræ; *vid. Mohed. 89.*

5 Non poteſt renunciari regulæ de non appellando ab interloquutoria, quia eſt introducta in favorem publicum. *Gom. in reg. 111.*

Ab interloquutoriis Vicarii poteſt appellari ad Epiſcopum. *Put. 15. de appell.*

6 A Vicario foraneo ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopũ licet appellare. *Mohed. 133. Gom. 1. 27.*

CAPUT III.
De Prohibita appellatione.

1 A ſententia in poſſeſſorio ſuper re prophana in terris Eccleſiæ propter Ægidianam, in aliis de jure civili non appellatur etiamſi condemnetur reus in fructibus, & expenſis. *Creſc. 120.* Nos quoad fructus, & expenſas deferimus, quoad poſſeſſionem denegamus, & tunc fructus pendentes tempore ſententiæ habentur pro parte rei. *Aug. 3. 47.*

2 De interloquutoria vide ſupra, & in regula, ut non appelletur ab interloquutoria.

3 Fugiens effractis carceribus appellare non poteſt. *Aug. 13.*

4 Appellatio a die notitiæ non prodeſt ei, qui fuit perſonaliter citatus. *Jo. P. 3.*

5 Ægidiana habet locum in terris Eccleſiæ tantum. *Mohed. 47.* immediate ſubjectis. *A. A.*

6 A ſententia abſolutoria in ſpolio non licet appellare ubi eſt locus Ægidianæ. *Aug. 3. 44.*

7 Clauſula, appellatione remota, poſita in bulla conqueſtus, non tollit attentata, niſi ubi appellatio prohiberetur de jure. *Aug. 3. 100. vid. Put. 27. ut lit. pend. Peregr. 71.*

8 Non poteſt appellare auctor a tertia ſententia lata contra emptorem, cum ipſe ante concluſionem venerit. *Aug. 3. 350. vid. Put. 60. de jud.*

9 Procurator ejus, qui ceſſit liti non poteſt appellare, præſertim ſi ſcivit ceſſionem. *Caſ. 2. de appell.*

10 Licet quis probaverit ſe legitimum, dicitur merum poſſeſſorium, & eſt locus Ægidianæ. *Put. 1. de Ægid.* Idem ſi probaverit ſe primogenitum. *Id. 2. eod. tit.* Idem ſi agatur ſuper juriſdictione contra privatum. *Put. 3. eod. tit.*

11 Si ſententia revocari poteſt ex eiſdem non defenditur Ægidiana. *Put. 4. de Ægid.*

12 Ægidiana comprehendit cauſas pendentes per appellationem tempore confirmationis. *Put. 6. de Ægid. Peregr. 112. 113.* non ut revocetur appellatio antea interpoſita, ſed ſi pronuntiabitur non licebit appellare. *Put. 8. eod. tit.*

13 Ægidiana non tollit reſtitutionem in integrum. *Put. 5. eod. tit.* & a ſententia denegationis hujus reſtitutionis licet appellare. *Put. 18. de in int. reſtit.*

14 Tertius veniens in tertia inſtantia in eodem ſtatu, & terminis non poteſt appellare a tertia ſententia. *Put. 60. de jud. vid. Aug. 3. 350.*

15 Si contineatur in ſententia aliquid propter quod liceat appellare non eſt locus Ægidianæ. *Put. 7. de Ægid.*

CA-

CAPUT IV.
De Deſertione.

1 In curia deſeritur appellatio niſi infra decem committatur, ſaltem ut ſit in bancho curſorum. *Creſc.* 25. *Joann. P.* 34. vel data ſit curſori. *Caſ.* 4. *de app.* debet tamen redimi infra modicum tempus, & præſentari. *Aug.* 3. 16. 26. 75. 362. *Put.* 6. *de app.*

2 Liber Mariani, vel Bacchodi non probat tunc illic fuiſſe commiſſionem. *Joann. Pau.* 34. *Put.* 16. *de app.* & 11. *de fid. inſt. Per.* 14.

3 Extra Rotam habet annum ad inchoandum, & finiendum, niſi Judex terminum limitaverit, quid igitur ſi procurator ſine mandato ad proſequendum, puta, dominus litis vel ejus ſubſtitutus appellat, an Judex poterit tempus coarctare? non poteſt. *Mohed.* 126.

4 Si non redeatur pro Apoſtolis, cum Judex appellanti det terminum juris, deſeritur, niſi committat cauſam infra illud tempus facta mentione fortaſſe. *Creſc.* 65. ſi iterum detur terminus juris habet annum. *Aug.* 2. 775. *contr.*

5 Si per appellatum cauſa prius committatur non deſeritur. *Creſc.* 72. niſi dicat ſe appellaſſe quatenus contra ſe tantum, & illam cauſam committat. *Put.* 14. *de app.*

6 Si non prorogentur fatalia deſeritur appellatio, ſed prorogari poſſunt etiam parte non citata in Rot. vigore Innocentianæ. *Creſc.* 231. *Caſ.* 7. *de app.*

7 Fatalia autem non currunt contra mortuum, vel ſubrogatum. *Creſc.* 111.

8 Neque contra impeditum facto Judicis, licet non proteſtetur. *Creſc.* 135. Si ſententia non ſubſcribatur, vel concordia tractetur non currunt fatalia. *Aug.* 2. 773. *contr.*

9 Neque currunt fatalia ſuſpenſo petitorio. *Jo. Pau.* 101. *vid. infr. in alio caſu*; neque pendente remiſſoria. *Caſ.* 9. *de app.*

10 Habens facultatem prorogandi fatalia non poteſt ſæpius prorogare, niſi dicatur toties quoties. *Mohed.* 172.

11 Mortuo appellato appellans tenetur prorogare fatalia, quamvis habeat ſubrogationem quouſque expediat cauſam contra intereſſe putantes. *Mohed.* 190.

12 Infirmitas non excuſat a prorogatione, vel non appellatione, cum poſſit conſtituere procuratorem, dolus tamen procuratoris eſt juſta cauſa reſtitutionis. *Mohed.* 78. *alias* 76. ſed prius exequitur ſententia. *Caſ.* 5. *de appell.*

13 Paupertas magna, & infirmitas, vel mors procuratoris non excuſat, ſed dat cauſam reſtitutionis. *Caſ.* 6. *de app. Id.* 1. *de in int. reſtit.*

14 Deſerta appellatione Judex a quo exequitur. *Mohed.* 36.

15 Deſerta appellatione ſententia confirmari poteſt non infirmari, ſed judicari poteſt appellationem eſſe deſertam. *Mohed.* 293.

16 Qui patitur poſt deſertionem cauſam inſtrui, renuntiat rei judicatæ. *Mohed.* 39. *vid. infr. de ſent. & re jud. cap.* 3.

17 Procurator non poteſt expreſſe renunciare appellationi, vel deſertioni. *Mohed.* 89.

18 Ultima die termini etiam de nocte poteſt appellari. *Gom.* 2. 21.

19 Statuti Urbis 60. dies computantur a die repræſentationis. *Gom.* 2. 22.

20 Aliquid debet fieri infra annum, ut habeat bienniũ. *Caſ.* 4. *de app.* petitio prorogationis unius ad ſex menſes non eſt aliquid facere. *Aug.* 3. 35. 63. *Peregr.* 107. 108. computatur tempus prorogatum intra annum, poſt annum, vel biennium. *Put.* 1. *de app.*

21 Sententia nulla excuſat a lapſu fatalium ſi eſſet pro appellante. *Aug.* 3. 458. niſi ſit notorie nulla. *Put.* 9. *de app.*

22 Si ante præſentatam commiſſionem appellatio deſeratur, commiſſio nulla tribuit juriſdictionem, nec dicitur renunciatum rei judicatæ per jura producta coram eo Judice. *Aug.* 3. 529. poſtea de hoc dubitatum. *Aug.* 3. 557. & non tamen confirmare poteſt ſententiam, & decernere deſertam eſſe appellationem. *Aug.* 3. 539.

23 Si cedula appellationis a definitiva detur poſt decem, licet fuerint dati reverentiales, deſeritur. *Put.* 5. *de app.* creditur notario dicenti, prout in cedula, quam facto dedit. *Put.* 11. *de app.* & 17. *de fid. inſtr.*

24 Tempus appellationis incipit currere a tempore quo quis veriſimiliter committere potuit cauſam appellationis ab intimatione executorialium, licet regulariter currat a tempore appellationis. *Put.* 12. *de app.*

25 Si Judex non reperiatur, ſufficit diligentia in domo, & petere teſtimoniales a notario dimiſſa ei cedula appellationis. *Put.* 17. *de appell.*

26 Non creditur notarii copiſtæ atteſtanti poſtquam diſceſſit ab officio per fidem de petitione Apoſtolorum. *Put.* 5. *de re jud.*

CAPUT V.
Communia de Appellationibus.

1 Auditor cui commiſſa eſt cauſa appellationis cum clauſula, quam & quas, ſuper negotio principali poteſt omiſſa cauſa appellationis procedere, ut in prima. *Mohed.* 162. *Put.* 56. *de jud. Peregr.* 94.

2 Collatio facta intra decem a die privationis cum potuit appellari, licet non appelletur eſt nulla. *Jo. Pau.* 78. *Mohed.* 154. *Aug.* 1. 3.

3 Archiepiſcopus ex conſuetudine poteſt habere Vicarium appellationum in diœceſi ſuffraganei. *Mohed.* 133. uti eſt Compoſtell. Salamanticæ.

4 Appellatio domini directi non prodeſt prætendenti habere inveſtituram ab eo. *Mohed.* 14.

5 In cauſa appellationis poteſt pronunciari, ut in prima etiã non producto proceſſu, ſi in eo remiſſione id dicatur, vel ſi ſit clauſula, quam & quas, ſuper beneficio, vel una cum negotio principali. *Aug.* 3. 370. de ultimo dubito, & contra dictum eſt non producta ſententia, & appellatione, quia acceſſorie erat cauſa commiſſa, & debet verificari. *Aug.* 3. 376. Judex appellationis non poteſt canonizare jus novum, niſi ſit commiſſum negotium principale. *Put.* 7. *de app.* & 18. *de jud.*

6 Appellans, ſi docet de appellatione, & ſententia, poteſt obtinere revocationem, maxime ſi

fuit

fuit præfixus terminus ad docendum de actis. *Aug.* 3. 649.

7 Si committitur cauſa appellationis eidem, qui pronunciavit de conſenſu partium, ſufficit conſenſus procuratorum, vel expreſſus, vel declaratus per aliquem actum poſitivum. *Caſ.* 3. *de reſcr.*

8 Dum non conſtat de mandato appellantis, vel de appellatione recte proceditur ad exequutionem, & tenetur ad expenſas interim factas appellans. *Caſ.* 3. *de app.*

9 Poteſt appellari coram honeſta perſona non reperto Judice a quo intra decem, etſi non redeat pro Apoſtolis. *Caſ.* 8. *de app.*

10 Appellans non poteſt procedere in curia contra appellantem per contradictas. *Put.* 8. *de app.* ſi appellatur ad Archiepiſcopum, vel ad Papam. *Idem* 32. *de jud. vid. Joann. Pau.* 6.

CAPUT VI.

De Apoſtolis.

1 Statutum Urbis de temporibus Apoſtolorum petendorum non cenſetur dare alios quinque dies pro termino juris, quam eos, qui dantur ad repræſentandum appellatum. *Gom.* 1. 103.

2 Quando dantur teſtimoniales habet annum ad committendum cauſam. *Put.* 4. *de app.*

TITULUS VI.

DE ARBITRIS.

1 NON valet ſententia arbitri, qui habet intereſſe. *Creſc.* 1.

2 Sententia arbitri eſt nulla ſi ſimpliciter datur notario. *Creſc.* 1.

3 Arbitri periti æſtimatores præſentibus, vel vocatis partibus æſtiment. *Creſc.* 80.

4 Mandatum ad compromittendum cogente Statuto, intelligitur toties quoties. *Jo. Pau.* 111. *Put.* 12. *de procurat.*

5 Compromittendum, & mandatum de compromittendo factum a mulieribus non ſubjacet Statuto Urbis de conſenſu propinquorum, quoniam neceſſarium. *Put.* 9. *de conſt. Joann. Pau.* 111.

6 Laudum non eſt exequendum pro parte. *Mobed.* 313.

7 Laudum latum in cauſa beneficiali per duos arbitros clericum, & laicum non valet, ſanatur per commiſſionem. *Fab.* 45.

8 Ad conſentiendum in arbitros Prior Monaſterii ſine conſenſu Monachorum poteſt dare mandatum. *Gom.* 2. 24. Abbas, & Conventus poſſunt compromittere ſi non habent alium ſuperiorem. *Put.* 4. *de reb. eccl.*

9 Compromiſſum expirat triennio, concordia, ſeu tranſactio obeſt perpetuo. *Aug.* 3 764.

10 Moniales non poſſunt compromittere ſine licentia Superiorum, ſed laudum valet contra alios non in præjudicium Monaſterii. *Put.* 7. *de jud.*

11 Si arbiter pronunciat prout in cedula, & moriatur, poteſt dari alius, qui eam ſubſcribat. *Put.* 10. *de jud.* per commiſſionem, & debet citari pars ad dicendum contra, ſubſcribi debet hæc ſententia, *Et quia A. ita pronunciavit, & non ſubſcripſit, ego B. deputatus ad ſubſcribendum, ita ſubſcripſi A. Put.* 2. *eod. tit.*

TITULUS VII.

DE CAUSA POSSESSIONIS, ET PROPRIETATIS.

1 POſſeſſio beneficii reſervati ſine Apoſtolico titulo nullum producit juris effectum, ſed eſt detentio. *Creſc.* 53.

2 Cum ſola ſupplicatione ſine literis poteſt capi poſſeſſio etiam in majoribus dignitatibus commendatis. *Fab.* 7. *Gom. in reg.* 268. ſed hodie contra eſt propter. *Jul. III. reg.* & aliorum Pontificum. *A. A.*

3 Poſſeſſio infecta propter decretum irritans alternativa, vel reſervationis ſuperveniente titulo Apoſtolico continuari poteſt, & valet licet non doceatur de mutatione voluntatis. *Creſc.* 166.

4 In poſſeſſorio non appellatur. *Creſc.* 120. *vide ſup. de app.*

5 Poſſeſſio continuata concurrens eodem die cum alia eſt potior in retinendæ, & recuperandæ, & aliis caſibus. *Mobed.* 149. *Gom. in reg.* 146.

6 Succumbens in retinendæ agere poteſt recuperandæ. *Mobed.* 174.

7 Reſignatarius ſubrogatus quoad poſſeſſionem non agit recuperandæ adverſus intruſum poſt reſignationem poſſeſſoris, ſed adipiſcendæ. *Mobed.* 325.

8 Ut poſſeſſio pacifica interrumpatur requiritur moleſtia in perceptione fructuum. *Gom. in reg.* 140. 145. etiam coram Judice laico. *Gom. in Reg.* 303.

9 Decretum irritans privilegii conclaviſtarum non inficit poſſeſſionem. *Gom. in reg.* 307.

10 Qui prius capit poſſeſſionem manu teneri debet, licet contra regreſſum nondum juſtificatum. *Aug.* 1. 5. habens diem, vel horam præſumitur prior. *Caſ.* 20. *de præbend. Creſc.* 169. *Gom.* 1. 33. *Aug.* 3. 34.

11 Facilius probatur poſſeſſio quam dominium. *Aug.* 2. & 8.

12 Mandatum de manutenendo non datur, niſi parte prius legitime citata, & conſtito de poſſeſſione. *Aug.* 3. 130.

13 Niſi coloni ei cientur non capitur poſſeſſio. *Put.* 17. *de cauſ. poſſ. Aug.* 3. 214. Idem in inquilino etiam finita locatione. *Put.* 6. *de cauſ. poſſ.* nec ſufficit eiicere de domo, niſi etiam de fundo eiiciantur. *Put.* 2. *de cauſ. poſſ.*

14 Publiciana non datur adverſus dominum. *Aug.* 3. 233. poteſt obiici per viam exceptionis. *Idem* 3. 275.

15 Qui fundat ſe in clauſula conſtituti, debet probare conſtituentem tunc poſſediſſe. *Aug.* 3. 549.

16 Conſtitutum pro parvi quantitate factum ſuper omnibus bonis ſuis non videtur ſuper re incerta eſſe. *Aug.* 3. 746.

17 Poſſeſſio rerum incorporalium præſumitur etiam precaria, niſi titulus oſtendatur, vel petatur ex decreto Mediolanenſ. *Aug.* 3. 72.

18 Commiſſio ſuper moleſtationibus talis rei comprehendit petitorium, & poſſeſſorium, ſed ſuper moleſtationibus, quas patitur ſuper poſſeſſio-

Digitized by Google

ſione rei ſuæ, poſſeſſorium tantum. *Caſ. 6. de reſcr. Mobed.* 198.

19 Cauſa ſuper beneficio afficit litigioſam poſſeſſionem. *Caſ. 9. de cauſ. poſſ.*

20 Poſſeſſio hoſpitalis capi poteſt in ædibus, niſi alius ſit in poſſeſſione Eccleſiæ, vel hoſpitalis. *Put. 4. de cauſ. poſſ.*

21 Poſſeſſio incorporalium quæritur ſine ſcientia mutationis tituli. *Put. 8. de cauſ. poſſ.*

22 Poſſeſſio propria præſumitur eſſe continuata non vero poſſeſſio tertii. *Put. 11. de cauſ. poſſ.* niſi allegetur a ſucceſſore tertii. *A. A.*

23 Pactum conſtituti transfert naturalem, & civilem, ſed non actualem poſſeſſionem. *Put. 2. de empt. & vend.*

24 Pupillus poteſt capere poſſeſſionem ſine auctoritate tutoris. *Put. 18. de reſt. ſpol.*

TITULUS VIII.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

1 INtruſus lite pendente in Canonicatu condemnatus in fructibus perceptis, non tenetur ad fructus quos non percepit, quia non reſedit, niſi fuerit proteſtatum. *Aug.* 2. 11.

2 Conceſſio fructuum, qui reſidentibus in Eccleſia dantur, vel de toto eo, quod quis perceperit ſi in Eccleſia reſideret, non continet quotidianas diſtributiones. *Caſ. 1. de cler. non reſid. vid. Put. 26. de Penſion.*

3 Non incurrit pœnam privationis, qui non reſedit durante lite. *Put. 1. de penſion. & de conſtit.*

TITULUS IX.

DE COMPENSATIONIBUS.

1 ALleganti compenſationem, non obſtat præſcriptio, præſertim ſi ipſo jure ſit. *Mohed.* 200.

2 Non poteſt opponi compenſatio cum eſt ei renunciatum, præſertim ſi ſit non liquidi ad liquidum. *Aug.* 3. 572.

3 Vide alia *ſub tit. de mutuis petit.*

4 Expenſæ in cauſa attentatorum non compenſantur cum expenſis in negotio principali. *Put. 2. de except.*

TITULUS X.

DE CONDITIONIBUS APPOSITIS.

1 COnditio impoſſibilis, vel quæ dependet a Principe, & ſuper eo, quod concedi non ſolet ſine magna cauſa habetur pro non appoſita. *Mohed. 235. eſt 3. de teſtam.*

TITULUS XI.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ.

CAPUT I.

Communia de collationibus.

1 COllatio facta in Eccleſia non numerata de Canonicatu, ſi vacat, vel cum vacaverit, non tenet, ſecus ſi dicatur non obſtante numero. *Joann. Pau.* 15.

2 Habens gratiam ad Canonicatum, ſeu dignitatem primo vacaturos, quos duxerit acceptandos, ſi prius vacat Canonicatus, & acceptat, non poteſt acceptare dignitatem poſterius vacantem. *Mohed. 222. vid. Put. 13. hoc tit.*

3 Impetratio per obitum favorabilis impetranti præſumitur impetrata per ipſum. *Jo. Pau. 77. Mohed. 349. Gom. in reg. 130. 278.*

4 Qui tenetur literas expedire intra ſex menſes a die poſſeſſionis excuſatur ſi ſpoliatur intra tres, dic melius intra ſex. *A. A.* vel litigetur, vel impediatur in poſſeſſione. *Mohed.* 161.

5 Qui habet in commendam ad annum a die captæ poſſeſſionis monendus eſt, nec vacat ipſo jure. *Jo. Pau. 7. 1. Gom.* 1. 35.

6 Ceſſante commenda vacat ut prius, quæ ſi a Papa eſt beneficium remanet affectum, vel reſervatum ſi fuit reſignatum in ejus manibus, vel vacabat per obitum in curia, ita quod qui poteſt, alias non poteſt ita providere. *Jo. Pau.* 74.

7 Clauſula non obſtantibus privilegiis facultatibus, & indultis ſuſpendit alternativam, ſed non indultum Cardinalis. *Mohed.* 54.

8 Primariæ preces capiunt beneficia familiarium, qui deſierunt eſſe tales. *Mohed.* 233.

9 Primariæ preces per totum Romanum Imperium non extenduntur ad Civitatem Novariæ, quia non omni caſu ſubeſt. *Gom.* 1. 18. *Creſcent.* 88.

10 Impetrans ad collationem Epiſcopi, ſi concurrat cum impetrante ad collationem prioris, vel cum alio poſſeſſore, ſi probat Epiſcopum eſſe in quaſi poſſeſſione, licet alius probet pertinentiam, obtinebit. *Gom.* 1. 59.

11 Si conſtat de non jure illius, qui mihi contulit in ſuo turno, poſſum concurrere cum alio ſine declaratoria. *Put. 43. de concil. præb. & 58. de præbend. & 3. de empt. & vend.* neque ille amittit turnum ibidem.

12 Collatio facta contra formam conſtitutionis etiam non habentis decretum irritans eſt nulla. *Put. 32. de præb. de rer. permut. Fab.* 2.

13 Traditio poſſeſſionis habet vim collationis, niſi fiat metu cenſurarum. *Put. 64. de præb.*

CAPUT II.

De Reſervationibus.

1 Decretum irritans reſervæ ligat manus inferiorum etiam Legatorum, etſi non acceptet reſervatarius. *Caſ. 1. de decret.* Papæ autem manus ligat acceptante reſervatario ſi expreſſum eſt, etiam per nos. *Sim. 12. Caſ. 2. de decret. Mohed.* 222. 252. 255. quid ſi non acceptet, & ſit poſita illa clauſula, etiam per nos, Simonetta videtur tenere valere impetrationem, & *Put. 39. de præb.* licet poſitus ſit menſis, & clauſula, ex nunc, & intra menſem proviſum, ſit caſſa, non valere, quod in indultis Cardinalium quotidie ſervamus. *A. A.* ante acceptationem non ligat manus. *Aug.* 3. 451. ſed non loquitur de clauſula, etiam per nos. *A. A.*

2 An in proviſione Papæ medio tempore facta dum pendet tempus reſervatario ad acceptandum debeat fieri mentio reſervæ; vide *Mohed.* 252. 255. 256.

3 De gratia in qua non eſt clauſula, acceptandi, quæ intelligitur de primo, uti ſpeciali eſt facienda mentio. *Mohed.* 256. ſecus ſi dicatur cum duxeris acceptanda. *Put. 12. de conceſſ. præb. vid. 17. ejuſdem Aug.* 1. 262. *contr.*

4 Gratia ad vacatura capit vacantia tempore datæ nondum collata. *Mohed.* 76.

5 Habens ad vacantur in menſe Apoſtolico tenetur

tur probare vacaſſe in menſe Apoſtolico. *Jo. Pau.* 80. Idem ſi dicatur menſe Apoſtolico, & quoad reſervata in ordinariis. *Put.* 12. *de conceſſ. præb.*

6 Mandatum de providendo de beneficiis ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, & Capituli communiter, vel diviſim comprehendit beneficia in quibus Epiſcopus habet unam vocem ut Canonicus, ſecus in indulto. *Mohed.* 24. *Joann. Pau.* 27.

7 Reſervatio ad beneficia ſpectantia ad collationem Capituli etiamſi vacarent in aliquo ex menſibus Papæ reſervatis, aut ordinariis collatoribus per conſtitutiones, ſeu literas, aut privilegia, & indulta quomodolibet conceſſa, & concedenda, comprehendit indultum Capituli Virdunenſ. ut eſſet ſub Concordatis Germaniæ. *Jo. P.* 84.

8 Mandatum de providendo de Eccleſia poteſt verificari in uno ex duobus curatis in Eccleſia, quæ non habet alios. *Caſ.* 11. *de præb.*

9 Motus proprius in reſervatione generali, vel ſpeciali tollit facultatem optandi non vero in expectativa. *Caſ.* 4. *de concil. præb.*

10 Mandatum de providendo de certo beneficio non expirat per reſignationem cum ſuſpenſione gratiarum. *Caſ.* 10. *de conceſſ. præb.*

11 Acceptatio literis non expeditis valet præterquam tempore expectativarum propter regulam. *Put.* 1. *de conceſſ. præb. Peregr.* 7. Cetera vide *lib.* 2. *tit. de reſerv.*

CAPUT III.

De Expectativis in forma pauperum.

1 Expectans in forma pauperum non tenetur probare valorem. *Sim.* 38. Imo tenetur probare valorem. *Creſc.* 24. item ceteri. *Gom.* 1. 57. 60. *Fab.* 32.

2 Doctor in forma pauperum præfertur pauperi in forma communi. *Creſc.* 119.

3 Pauper non tenetur probare ſe nullum beneficium obtinere, neque acceptare in tempore, ſed ſatis probare obitum menſe Julio, vacationem menſe Auguſto. *Aug.* 3. 737.

4 Milites Sancti Petri præferuntur pauperibus, & graduatis propter privilegia deſcriptorum. *Pau. III. Put.* 42. *de conceſſ. præb.* & 43.

TITULUS XII.

DE CORPORE EXPECTATIVÆ, ET PROCESSUS.

CAPUT IV.

In forma communi.

1 Error expectativæ corrigitur conſtito de eo, etiã contra alios expectantes. *Mohed.* 355.

2 Proceſſus fulminatus ante regiſtrationem Bullæ valet. *Jo. Pau.* 95.

3 Familiaritas narrata in expectativa probatur per rotulum. *Jo. Pau.* 76. melius per verba motus proprii, & non requiritur alia probatio, & per reg. *A. A.*

4 Proceſſus fulminatus non probat expectativam. *Creſc.* 3. niſi pro colore tituli. *Jo. Pau.* 118.

5 Si quis dixit ſe Doctorem, cum eſſet Licentiatus, vel Baccalaureus vitiatur expectativa, niſi acceperit ad plura, vel in majori taxa. *Caſ.* 7. *de conceſſ. præb.*

CAPUT V.

De Acceptatione.

1 Proteſtatio facta in acceptatione præſervat, ne conſumatur ſi ad eum non pertinet. *Mohed.* 354.

2 Acceptatio in partibus facta per procuratorem, licet principalis eſſet in eodem loco, valet. *Mohed.* 70. *alias* 68.

3 Milites acceptare nequeunt vigore privilegiorum, licet ea habeant ex cauſa onoroſa obſtante regula. *Creſc.* 21. *Gom. in reg.* 129.

4 In menſe alternativo Ordinarii non valet acceptatio expectantis, & ſi Ordinarius non provideat. *Creſc.* 74.

5 Beneficia vacantia per diſſolutionem Commendæ Papalis expectantes acceptare nequeunt. *Gom. in reg.* 33. 92. *Jo. P.* 52. *Mohed.* 129. & acceptantes reſervata in curia non habent titulum colorarum. *Jo. P.* 47.

6 Regula de veriſimili non habet locum contra acceptantem. *Mohed.* 316. *Aug.* 3. 719.

7 Moritur quis quinta Octobris, fiunt funeralia ſexta, acceptat expectans ſeptima Novembris poſt triginta unum diem, & ſic poſt menſem acceptat. *Aug.* 3. 550. dies termini non computatur, menſis eſt triginta unius dierum. *Put.* 25. *de conceſſ. præb.*

8 Cardinales non habent tempus limitatum ad acceptandum, & facto dicuntur acceptare. *Aug.* 3. 553.

9 Obitus menſe Julio, acceptatio menſe Auguſto, ſi probetur præſumitur in tempore, niſi conſtet de contrario. *Aug.* 3. 737. immo ſemper præſumitur acceptatum in tempore. *Put.* 48. *de conceſſ. præb. vid. Jo. Pau.* 80.

10 Privilegium Paraphrenariorum de diligentiis durante abſentia, prodeſt ad acceptationem etiam poſtquam redierunt. *Put.* 10. *de conceſſ. præb.* & 21. *de privileg.* & 48. & intelliguntur de abſentia cum Papa ad remota non ad loca ſuburbana proficiſcitur. *Put.* 6. *de privileg.*

11 Habens gratiam ad diœceſim exprimendam declarare debet antequam juvetur, vel præjudicetur tertio. *Put.* 17. *de conc. præb.* & 30.

12 Per acceptationem ſecundi videtur eſſe renunciatum primo, licet non habeat effectum ſecunda acceptatio. *Put.* 22. *de conceſſ. præb.* dubito (*A. A.*)

13 Nova proviſio principalis poſt acceptationem nullam procuratoris valet per acceptationem ſi eſt intra menſem. *Put.* 29. *de conc. præb.*

CAPUT VI.

De Reductione ad ſpeciem.

1 Semel tantum poteſt valida deduci ad ſpeciem acceptatio generalis. *Sim.* 1. *Caſſad.* 9. *de conceſſ. præb. Jo. Pau.* 57. qui loquitur in fortiori caſu cum prius procurator in partibus acceptavit, quod mihi non placet. *A. A.*

2 Impetrans per obitum non poteſt deducere ad ſpeciem acceptationem defuncti, niſi conſtet de ejus voluntate. *Jo. Pau.* 72.

3. Re-

3 Reſignatarius non poteſt reſignantis acceptationem deducere, niſi conſtet de voluntare ante reſignationem, vel aliquid reſervaſſet reſignando. *Jo. Pau. 26. Put. 30. de conceſſ. præb.*

4 Poſt mutationem diœceſis non poteſt deducere ad ſpeciem, qui narravit ſe nihil eſſe aſſequutum. *Mohed.* 308.

5 Sub executoris collatio vigore literarum Apoſtolicarum valet, intelligendo vigore proceſſus, qui habet vires a literis, ſed ſi proceſſus non ſit fulminatus non valet. *Creſc.* 81.

6 Procuratori expectantis laico fieri poteſt collatio. *Creſc.* 127. *Gom.* 1. 80.

7 Irregularis executor poteſt providere expectanti. *Gom.* 1. 11. 79. & excommunicatus. *Creſc.* 82. & irregularis acceptare poteſt. *Gom.* 1. 79.

8 Curiales poſſunt acceptare in genere etiam per procuratorem in curia præſentem, & poſtea deducere ad ſpeciem. *Caſſ. 3. de conceſſ. præb.* fruſtra id per ſupplicationem petitur. *Put. 15. de conceſſ. præb.*

CAPUT VII.

De Diligentiis.

1 Novæ proviſionis ſupplicatio ſupplet diligentias. *Sim.* 24. *Caſſ.* 21. 22. ſuper regul. omnia contenta in regulis expectativarum. *Caſſ. 23. in reg.* etiam ſubreptitia, & invalida. *Sim.* 25. *Sarnen. in reg.* 142. 257. *Idem* 2. 31.

2 Si deficit acceptans in diligentiis publicationis, & medio tempore lis ſit, & impetretur gratia ſi neutri, non poterit canonizari, quia tempore datæ erat jus penes acceptantem jam proviſum. *A. A.* ſed ſi deficit in acceptatione, vel proviſione valet. *Jo. Pau.* 68. *Mohed.* 351.

3 Si revocantur expectativæ, qui acceptarunt non tenentur ad diligentias poſt revocationem. *Aug.* 3. 404.

4 Publicatio acceptationis vigore expectativæ ſi non poteſt fieri in loco beneficii propter non tutum acceſſum in alio loco facta prodeſt. *Caſſ. 1. de dol. & cont.*

5 Si procurator capit poſſeſſionem nulliter, & expectans ratificat etiam tacite, ſufficit pro publicatione. *Put. 7. de concil. præb.*

CAPUT VIII.

De Conſumptione.

1 Expectans poteſt acceptare duo beneficia in eadem diœceſi ordinario non contradicente, licet ad duas diœceſes expectativa porrigatur. *Sim.* 15. *Caſſ. 12. de conceſſ. præb. Put. 45. eod. tit. vid. & 46. eod. tit. & Aug.* 2. 805. *contr.*

2 In mutatione collationis non idem eſt. *Mohed.* 71. *alias* 69. (qui verba aliter concipiunt) *A. A.*

3 Contradictio aliorum expectantium non conſideratur. *Mohed.* 175. *Fab.* 52.

4 Si vero acceptatis duobus in una diœceſi, velit in alia acceptare, repellitur. *Mohed.* 71.

5 Expectativa conſumatur ſi quis reſignet reſervata penſione, quamvis jus non habeat. *Creſc.* 228. Idem ſi ſine reſervatione. *Put. 14. de concil. præb.*

6 Si quis mota lite vigore expectativæ obtineat mortuo collitigante ſubrogationem, & ex ea jus acquirat non conſumit gratiam. *Mohed.* 111. item ſi acceptavit cum proteſtatione. *Idem* 354. *Gom. in reg.* 85.

7 Per motionem litis, vel novam proviſionem gratia conſumitur; vide *Aug.* 2. 805. *contr.*

8 Acceptatio, & nova proviſio ſuper ſecundo beneficio, quando gratia eſt conſumpta non valet. *Mohed.* 294.

9 Excipiens actor adverſus reum, & poſſeſſorem gratiam eſſe conſumptam, tenetur probare illud beneficium cadere ſub gratia, excipiens reus non tenetur. *Mohed.* 130.

10 Qui primam parochialem non poſſedit pacifice, & acceptat ſecundam, & reſignat cum reſervatione penſionis, deinde obtineat executoriales ſuper prima, non dicitur conſumpſiſſe gratiam in prima. *Gom.* 2. 37. Imo eſt *A. A.*

11 Si quis accepta it ſine proteſtatione conſumit gratiam, licet jus non habeat; ideo ſi conſtat de acceptatione etiam in menſe ordinarii, vel de nova proviſione, vel de reſignatione, gratia eſt conſumpta. *Aug.* 3. 634. *Put. 32. de concil. præb. Peregr.* 4.

12 Qui ſemel acceptavit non poteſt iterum acceptare aliud beneficium, licet cum proteſtatione, niſi lata ſententia, vel niſi conſtet notorie de non jure ſuo. *Put. 36. de conceſſ. præb. Aug.* 2. 805. *cont. Peregr.* 4.

CAPUT IX.

De Ante lationibus.

1 Nominatus a milite præfertur familiari Papæ non deſcripto. *Creſc.* 93. Niſi obſtet privilegium familiarium. *Creſc.* 114.

2 Pauperi in forma communi præfertur doctor in forma pauperum. *Creſc.* 119.

3 Nominatus gaudet privilegio militis etiam mortui. *Creſc.* 184. vel ſi deſiit eſſe miles. *Gom.* 1. 81. *in reg.* 95.

4 Auditor tempore vacationis, qui non erat Auditor tempore datæ gaudet privilegiis Auditorum. *Creſc.* 170. (ſed caveat a ſubreptione) *A. A.*

5 Parafrenariorum privilegium, quod aliis præferantur non ſubjacet regulæ revocatoriæ, quia eſt nova conceſſio. *Mohed.* 131.

6 Familiaritas mendicata per litteras non prodeſt quoad prærogativas. *Gom.* 41. *Caſ. 1. de verb. ſign.*

7 Privilegia militum magis juvant milites, quam nominatos. *Gom.* 91. *& in reg.* 95.

8 Nobilitas probatur per communem reputationem ad effectum expectativarum, licet non probetur ex utroque parente. *Gom. in reg.* 300.

9 Scriptori, licet ſit per privilegium deſcriptus, præfertur familiaris deſcriptus. *Gom.* 139. *in reg.* 38. 68. Idem in conclaviſtis, & aliis per privilegium deſcriptis. *Aug.* 3. 666. Item Doctori ſcriptori, & militi. *Idem* 3. 775. Item nominato deſcripto. *Put. 50. de privileg.*

10 Habens in acceptatione horam præfertur concurrenti eadem die, & poſſeſſori. *Gom.* 1. 33.

11 Inter familiares deſcriptos præſens præfertur abſenti, niſi is doctor ſit. *Aug.* 3. 383.

12 Quoad perſonas inſpicitur tempus datæ, quo ad

ad acceptationem, & diligentias tempus vacationis. *Aug.* 3. 416.

13 Expectativa poſterior cum clauſula, quod perinde valeat, ac ſi ſub data prioris eſſet expedita, non æquiparatur in concurſu cum priore, imo ceteris paribus prior præfertur. *Caſ. 6. de conceſſ. præb.*

14 Poſſeſſionem capere, non computatur inter diligentias, ſed acceptare. *Put.* 33. *de conceſſ. præb.* non placet. *A. A.*

CAPUT X.

De Decreto irritanti Expectativarum.

1 Decretum expectativæ ligat manus Nunciorum, & Legatorum. *Sim.* 11. *Caſ.* 5. *de conceſſ. præb.* & t. de decretis (non Papæ.) *A. A.*

2 In menſibus tantum quatuor, & Ordinarii, & Nuncii etiam Legati provident durantibus expectativis. *Creſc.* 160. In qua re Sarnen. eſt ſibi contrarius. *A. A. vid. ſub tit. de off. deleg.*

3 Cardinales non impediuntur providere ſi expectantes non acceptant, licet Ordinarii impediantur. *Sim.* 19. *Sarn.* 29. Intellige ubi ſunt expectativæ. *A. A.*

4 Si poſt inferiorem acceptantem, & ante fortaſſe Papa provideat tertio, non habetur in conſideratione hæc proviſio. *Put.* 9. *de conceſſ. præb.* Imo proviſio valet ſi neuter obtinuit ſibi provideri ante eam proviſionem. *A. A.*

5 Papa non poteſt præjudicare expectanti Parafrenario intra menſem, licet non acceptaverit propter decretum irritans, etiam per nos. *Put.* 2. *de conceſſ. præb.* regulariter contra eſt etiam ſi acceptet, ſi non provideatur. *A. A.*

6 Si expectans nulliter expectaverit, vel non acceptaverit, proviſio Papæ facta intra menſem valet. *Put.* 31. *de conceſſ. præb.*

CAPUT XI.

De Mutatione, & Extenſione Collationis.

1 Mutans collationem tenetur probare, quod intra triduum extendi fecerit conſenſum. *Creſcent.* 123.

2 Mutatio cum narrativa, quod ex prioribus non eſt aſſequutus, non eſt ſubreptitia, licet probetur acceptaſſe in genere antea, & poſt mutationem deduxiſſe ad ſpeciem. *Mohed.* 93. quia reductio eſt nulla. *Mohed.* 308. *Put.* 20. *de conceſſ. præb.*

3 Mutans non poteſt acceptare duo beneficia in eadem diœceſi, quia verba aliter concipiuntur quam in expectativis. *Mohed.* 71.

4 Si dicatur in mutatione, quod parvum, vel nullum commodum portavit, non eſt ſubreptitia, tunc erat litigioſum, & poſtea concordaverit accepta penſione 80. duc. *Put.* 22. *de conc. præb.*

5 Si habens ad Zamoren. & Calaguritan. & dicat ſe in Calag. nihil cœpiſſe, & velle mutare ad Sogobien. licet cœperit in Zamoren. valet mutatio. *Put.* 47. *de concil. præb.*

6 Revalidatio conceſſa parafrenariis intelligitur ſi expediant expectativas & eligant diœceſim. *Put.* 7. *de privileg.*

7 Extenſio ad tertiam collationem data ad vacatura comprehendit tunc vacantia. *Mohed.* 74. dubito de fraude. *A. A.*

CAPUT XII.

Communia de Expectativis.

1 Expectativa capit beneficia juriſpatronatus clericorum, & laicorum ex conſuetudine non immemorabili ſine mentione, & derogatione. *Sim.* 16. *Caſ.* 4. *de jur. patr.* Item ex privilegio. *Caſſ. ubi ſup.*

2 Quæ vero non cadunt ſub expectativis Nuncii provident; *vid. Mohed.* 317.

3 Acceptans beneficia vacantia in curia non habet titulum coloratum. *Jo. P.* 47.

4 Sede Epiſcopali vacante expectantes in quatuor menſibus acceptare nequeunt. *Mohed.* 310. *Put.* 6. *de conceſſ. præb.*

5 Expectans tenetur probare adverſus reum, & poſſeſſorem beneficium cadere ſub gratia. *Mohed.* 130. cum petit canonizatoriam contra quemcumque. *A. A.* in quibus valorem debet probare. *Creſc.* 24. *Sim.* 38. *Gom.* 57. & 60. *Fab.* 32. *vid. Jo. Pau.* 73.

6 Expectativa data ei, qui ſe dixit nullã habuiſſe, facta diligentia verificatur. *Creſc.* 109.

7 Si reſignatio fiat in manibus ordinarii in aliquo ex octodecem menſibus poſſunt acceptare, expectantes. *Mohed.* 134. *Gom. in reg.* 292.

8 Duæ gratiæ ad eandem diœceſim ſimiles habentur pro una. *Mohed.* 213.

9 Clauſula, ſine præjudicio expectantium, intelligitur de præſentibus, & futuris expectantibus etiam ſucceſſorum Pontificum. *Joann. Pau.* 87. & 108. *Gom.* 1. 70. *Put.* 42. *de conceſſ. præbend.*

10 Creatio in Canonicum etiam ad reſervata, & receptio, ita facile tollitur, ut expectativæ. *Gom. reg.* 12. niſi creatio ſit ordinarii confirmata a Papa cum reſervatione præbendæ. *A. A.*

11 Creatio in Canonicum, & ad reſervata cum ſuſpenſione expectativarum dicitur expectativa exuberans. *Gom.* 2. 1. & poteſt acceptare in genere. *Idem.* 2. 2.

Vide multa ſub regulis expectativarum. *lib.* 2.

12 De Statuto Eccleſiæ, quod Canonicatus conferantur Portionariis eſt facienda mentio in expectativis. *Put.* 24. *de conceſſ. præb.* ſed privilegiis Scriptorum derogatur illi Statuto. *Idem* 25. *eod.*

13 Expectativæ non capiunt reſervata. *Gom.* 1. 9. & *in reg.* 33. neque effecta ceſſante commenda. *Mohed.* 129.

TITULUS XIII.

DE CONFESSIS.

1 Confeſſio extrajudicialis citati probat notitiam citationis. *Creſc.* 28.

2 Confeſſio litis nocet opponenti de regula de annali, licet non conſtet de executione citationis. *Creſc.* 124.

3 Confeſſio procuratoris in commiſſione poteſt vocari. *Mohed.* 257. non docto de errore jurata, & repetita, etiam in precibus. *A. A.*

4 Dans poſitiones facti proprii debet jurare de veritate, alieni vero de calumnia. *Mohed.* 111. ſi petatur, ut ſpecificentur medio juramento. *A. A.*

5 Confeſſio Prælati de pecuniis receptis ab anteceſſore præjudicat ſibi. *Mohed.* 9.
6 Confeſſioni mariti de recepto ſtatur in præjudicium creditorum concurrentibus conjecturis. *Mohed.* 202.
7 Confeſſus commiſſionem ejus nomine impetratam non gaudet regula de annali. *Creſc.* 230.
8 Confeſſio obſcura in commiſſione de ſpolio non nocet. *Mohed.* 37. obſcura nunquam nocet. *A. A.*
9 Enunciatio plurium inſtrumentorum cum aliis adminiculis in materia favorabili probat. *Mohed.* 192. Antiqua inſtrumenta ſola probant. *A. A.*
10 Prohibitus donare non poteſt conficere in alio contractu. *Creſc.* 199. *Gom.* 1. 105.
11 Confeſſionem principalis non poteſt revocare procurator niſi docto de errore. *Gom.* 1. 85. *Aug.* 2. 7. etiam generalis procurator docto de errore poteſt revocare confeſſionem principalis. *Put.* 2. *de confeſſis.*
12 Confeſſio procuratoris ratificata in genere a principali non ei præjudicat. *Gom. in reg.* 148. quin revocari poſſit. *A. A.*
13 Frangens carcerem videtur fateri delictum. *Aug.* 1. 3.
14 Qui fatetur contractum poteſt probare ſimulationem. *Aug.* 1. 12.
15 Confeſſus auctorem ſuum adiviſſe hæreditatem non probat errorem, licet probet illam hęreditatem fuiſſe damnoſam, & nullius rei, ut poſſit revocari. *Aug.* 2. 7.
16 Negans non punitur niſi in caſibus a jure expreſſis. *Gom.* 1. 15.
17 Si interrogatus an poſſideat domum, quam olim Titius, hodie Cajus habitat, & reſpondeat poſſideo domum, quam Cajus habitat, non fatetur eam Titium habitaſſe. *Aug.* 3. 40.
18 Qui fatetur curatores a ſe exigi cœptos non fatetur ſe exegiſſe, neque ſibi incumbere onus exigendi. *Aug.* 3. 236.
19 Confeſſio etiam coram Principe poteſt revocari conſtito de errore. *Aug.* 3. 380.
20 Confeſſio procuratoris ratificata per principalem, licet facto tantum, non revocatur niſi conſtito de errore. *Aug.* 3. 380.
21 Confeſſio mulieris minoris duodecim annorum de matrimonio etiam cum juramento non nocet. *Put.* 1. *de Confeſſ.* & 6. *de ſponſ.*
22 Confeſſio nocet ſucceſſori etiam fiſco, licet in modica parte ſuccedat. *Put.* 3. *de confeſſ.*
23 Extrajudicialis confeſſio probat execrabilitatem. *Put.* 4. *de confeſſ.* & 32. *de reſt. ſpol.*
24 Confeſſio cedentis beneficium examinati criminaliter ad inſtantiam fiſci, non præjudicat ceſſionario in cauſa civili mota ſuper beneficio. *Put.* 5. *de confeſſ.*
25 Confeſſio facta in tranſactione nulla nocet confitenti. *Put.* 6. *eod. tit.*
26 Confeſſio non probatur per teſtes ſingulares. *Put.* 3. *de probat.*

TITULUS XIV.
DE CONFIRMATIONE UTILI, VEL INUTILI, ET DE ELECTIONE.

1 Confeſſio in forma communi creationis in Canonicum non afficit præbendam primo vacaturam, & ſi alteri capitulum dederit valebit, licet puniendum ſit. *Sim.* 5. *Caſ.* 7. *de confirm. util.*
2 Confirmatio non eſt ſubreptitia, ſi Papa eodem modo dediſſet ſi fuiſſent omnia narrata. *Mohed.* 8.
3 Privilegium nullum ex defectu conſenſus Principis, confirmatione ejus validatur. *Creſcent.* 31.
4 Pacta concernentia cultum divinum confirmata a Papa altero non obſervante alter obſervet. *Creſc.* 186.
5 Sententia confirmans ſententiam arbitri data tantum notario eſt nulla. *Creſc.* 1.
6 Cum derogatur Statutis Eccleſiæ confirmatis dicitur tolli jus quæſitum, & eſt locus regulæ. *Gom. in reg.* 26. mihi non placet. *A. A.*
7 Supplicatio confirmationis ſufficit ſine literis. *Mohed.* 34.
8 Confirmatio creationis in Canonicũ cum clauſula, ad reſervata, comprehendit vacatura in octo menſibus. *Put.* 8. *de conceſſ. præb.*
9 Verba confirmationis, prout anteceſſores tui poſſidebant, intelliguntur cauſative non conditionaliter. *Put.* 1. *hoc tit.* *Gom. in reg.* 177.
10. Clauſula juxta tenorem conceſſionis, & literarum prædictarum onerat producentem, ut doceat de relato. *Put.* 2. *hoc tit.*
11 Si Papa confirmat privilegium limitatum non facta mentione limitationis non valet. *Put.* 26. *de privileg.*
12 Electio data clero, prout de antiqua conſuetudine, intelligitur data clero, qui tunc eligebat non clero Collegiatæ noviter erectæ. *Put.* 2. 14.
13 Confirmatio nulla ex defectu juriſdictionis non præſervat ne quis incidat in pœnã. *c. Avaritiæ*, neque nova proviſio commiſſoria non ſervata forma. *Peregr.* 11.

TITULUS XV.
DE CONSTITUTIONIBUS.

1 Conſtitutio requirit publicationem, ut quis incidat in pœnam. *Fab.* 50.
2 Conſtitutio ſine decreto irritanti inficit actum ex præſumpta mente conſtituentium. *Fab.* 2. *Put.* 32. *de præb.* & *rer. permut.*
3 Paulina eſt producenda, & probanda eſſe uſu receptam in loco. *Mohed.* 6. (onus probandi incumbit ni fallor dicenti non eſſe in uſu) *A. A.* Et ita Rota ſervat, ut dixi ad *Mohed.* hic.
4 De concordatis Germaniæ. *vid. ſub tit. de pact.* *Creſc.* 55.
5 De Bulla Syxti, & Leonis ad decorem Urbis. *Creſc.* 219. *ſub tit. de teſtam.*
6 De Decreto Mediolanen. *Fab.* 47. *ſub tit. de teſtam.*
7 De ſtatuto Cenſaten. *Mohed.* 173. *de jur. emph.*
8 De ſtatuto Ravennaten. *Mohed.* 159. *de teſtam.*
9 De ſtatuto Urbis de donationibus. *Creſc.* 188. *tit. de donat.* de præſcriptione. *Mohed.* 227.

10 Re-

10 Regulæ ligant ſtatim ante publicationem propter decretum irritans. *Gom. in reg.* 1.

11 Clauſula generalis, non obſtant. non comprehendit regulas Cancellariæ. *Gom. in reg.* 5. 6.

12 Niſi addatur, latiſſime extenden. & quorum tenores. *Idem in reg.* 8.

13 Statuta Principum circa ſucceſſionem non ligant ipſos ſtatuentes. *Gom.* 267. *in reg.*

14 Decretum irritans conſtitutionis ligat ignorantes quoad nullitatem actus, non quoad pœnas, ſed qui incidit in Eugenianam tenetur ad fructus tanquam intereſſe actoris. *Fab.* 19.

15 Non probatur Statuta Romæ ligare Tyburtinos ex verbis ipſorum Statutorum. *Aug.* 3. 784. An confirmatio Papæ id cogat non crederem id exegiſſe Papam. *A. A.*

16 Satutum Eccleſiæ Placentinę conditum a Legato auctoritate Apoſtolica, ut certis perſonis per Epiſcopum, & Capitulum conferatur, non ligat Papam quin poſſit libere conferre. *Put.* 11. *de conſtit.*

TITULUS XVI.
DE CONSUETUDINE.

1 NON creditur Doctori atteſtanti de conſuetudine. *Mohed.* 209. 276.

2 Conſuetudo probatur per plures actus, ſolitum per unum. *Creſc.* 10.

3 Conſuetudo aliorum locorum non trahitur ad alia. *Mohed.* 69.

4 Conſuetudo optandi præbendas inducitur decennio. *Put.* 5. *de conſuet. Mohed.* 45. quomodo probetur. *Mohed.* 296. *Put. eod.* 5. regula octo menſium impeditur. *Idem* 297. *Put.* 4. *de conſuet.*

5 Valet conſuetudo 10. annis præſcripta, ut Vicarius appellationum ſit in diœceſi unius ſuffraganei. *Mohed.* 133.

6 Conſuetudo conſuetudine tollitur, ſi in alicujus præjudicium eſt, præſcriptio appellatur. *Aug.* 3. 574.

7 Valet conſuetudo, quod Curatus habeat lectum, & meliorem veſtem, cujuſquam capitis domus morientis. *Caſ. unic. de conſuet.*

8 Optio præbendarum diſtinctarum non inducit mutationem Canonicatuum, niſi ubi hoc habet conſuetudo. *Caſ.* 17. *de præb.*

9 Motus proprius in reſervatione impedit facultatem optandi ex conſuetudine, vel ſtatuto non vero in expectativa. *Caſ.* 4. *de conceſſ. præb.*

10 Statutum, quod obtinentes Canonicatum, vel Portionem poſſint optare præbendas, procedit, licet quis habeat Portionem gravatam onere penſionis. *Put.* 26. *de conſt. & 6. de conſuet.* Idem in litigioſa, cujus lis eſt deſerta. *Put.* 24. *ut lit. pend.*

11 Conſuetudo, quod Locumtenens generalis non inſerat ſuas facultates in citationibus eſt præter jus, & probatur decennio. *Put.* 1. *de conſuet.*

12 Conſuetudo coram Ordinariis citandi ad ſententiam ad primam, & ſequentes dies, eſt contra jus & debet probari quadraginta annis, neque extenditur ad Legatos. *Put.* 2. *eod.*

13 Conſuetudo præſcripta non tollitur per unum actum contrarium. *Put.* 3. *de conſuet. & de præſcr.* 5. 6. 7.

14 Obſervantia non requirit contradictorium judicium, neque tempus longævum, puta, ad probandum Vicarios ſolitos admittere reſignationes. *Aug.* 2. 389. *contr.*

15 Conſuetudo quod Priori dentur duplices diſtributiones requirit annos quadraginta. *Put.* 2. *de præſcript.*

16 Conſuetudo interpretativa probatur annis decem. *Put.* 1. *de præſcr.*

17 Stylus probatur etiam inter alios. *Peregr.* 51.

TITULUS XVII.
DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.

1 DEcimæ non poſſunt locari in perpetuum, ſed ad vitam poſſunt. *Mohed.* 4. 248. 249. niſi obſit Paulina. *A. A.*

2 Succarus fructus naturalis non induſtrialis, ideo non in cannis ſolvendæ decimæ. *Mohed.* 152.

3 Decimæ de jure communi debentur Monaſterio, cui eſt unita parochialis, non Vicario perpetuo. *Mohed.* 220.

4 Decimæ Novalium debentur Monaſterio probata immemoriali. *Creſc.* 108. intereſſe contra Eccleſiam parochialem. *A. A.*

5 Decima ſolvenda eſt in cannis non in ſuccaro, in olivis non in oleo, in uvis non in vino. *Mohed.* 29. Sed ſolvendam in ſuccaro dicit. *Idem* 68. *alias* 6. *&* 152. *& Put.* 1. *&* 2. *de decim.*

6 Decima ſolvenda eſt de omnibus, & aliorum locorum conſuetudo non eſt attendenda. *Mohed.* 69. *alias* 67.

7 Laicus probata immemoriali poſſeſſione fructuum, & decimarum, quia præſumitur ante Concilium Lateranenſe, poteſt percipere ex Novalibus. *Aug.* 3. 612. probata immemoriali ſufficit allegare titulum ante Concilium ſi probatur recognitio Eccleſiæ. *Aug.* 3. 797. vel fama privilegii Apoſtolici. *Idem* 799.

8 Laici ſemper fuerunt incapaces decimarum ad poſſidendum decimas, & præſcribendum, ſed quæ in feudum antiquum ante Concilium Lateranenſe ſunt datæ poſſunt conſentiente Epiſcopo alteri Eccleſiæ, vel Monaſterio concedi, & in his licitum eſt feuda renovari, & alios inveſtire. Item ex privilegio Apoſtolico omnes ſunt, & fuerunt capaces. *Aug.* 3. 798.

9 Primitiæ ſolvi debent Eccleſiæ ut decimæ prædiales. *Put.* 3. *de decim.*

10 In interdicto exigendi primitias a plebano diſtinguitur petitorium a poſſeſſorio. *Put.* 9. *de reſtit. ſpoliat.*

11 Clerici petentes decimas in aliena parochiali debent probare titulum coloratum. *Put.* 40. *de reſt. ſpoliat.*

TITULUS XVIII.
DE DILATIONIBUS.

1 NON probato ſpolio dantur dilationes. *Sim.* 13. *Caſſ.* 2. *de dilat.*

2 Aliquando denegatæ ſunt. *Creſc.* 12. regulariter denegantur, niſi tertius veniat ad cauſam. *Aug.* 3. 191.

3 Apprehenſo in curia dantur dilationes, etſi

lis

lis ſit de-beneficio vacante in curia. *Sim.* 14. *Caſ.* 1. *de dilat.*

4 Si quis facto ipſo habuit dilationes, & ſi terminus ad articulandum non ſit ſervatus non habebit dilationes. *Creſc.* 4.

5 Si quis agat contra Titium, & alios ſua intereſſe putantes, & Sejus vigore alterius commiſſionis veniat ad cauſam contra eundem juſte petit dilationes. *Creſc.* 7. *&* 8. Si venit contra eundẽ Titium, vel ſi contra actorem vigore clauſulæ, & omnes alios, non habebit. *A. A.* ſi renunciat ſuæ commiſſioni. *Gom.* a. 51.

6 Si reus venit ex alio jure non dantur dilationes. *Creſc.* 23. actori enim non dantur dilationes, contra *Put.* 10. *de dilat.* ſed ſi actor venit ex alio jure an debeantur, regula eſt ubi intervenit novum jus, aut nova perſona debentur dilationes, ſed ſi ab initio quis citatur in genere ſuper beneficio poſſunt plura jura deduci ſi vero ſuper regreſſu, vel coadjutoria tunc ſi doceat de alio petuntur dilationes. *A. A.*

7 Contra producentem in tertia inſtantia novam proviſionem dantur dilationes. *Peregr.* 9.

8 Recte executa citatione denegantur dilationes, licet prima commiſſio fuerit literis non expeditis, & hodie vigore alterius commiſſionis petat ſententiam. *Creſc.* 46.

9 Adverſus gratiam ſi neutri non datur dilatio. *Creſc.* 58. aliquando tamen intimanda eſt parti. *Creſcent.* 202. quando agitur de privatione. *Gom.* 178.

10 Bene executa citatione licet non perſonaliter procuratori generali antea conſtituto denegatæ ſunt dilationes. *Jo. P.* 83. Idem ſi conſtito de non tuto acceſſu, ſi fuit citatus per edictum, & poſtea comparuit ejus procurator. *Gom.* 2. 9. Generali procuratori ſponte venienti denegantur dilationes. *Aug.* 3. 261.

11 Pendente dilatione dantur compulſoriales generales. *Put.* 12. *de dilation.* *Fab.* 30. pendente remiſſoria. *Put.* 3. *de dilat.* ſi dilationes debentur in eadem audientia, quia petuntur, nihil debet fieri contra petentem præter ſupra dicta. *Peregr.* 10.

12 Actori data eſt dilatio adverſus ceſſionarium rei venientẽ ad cauſam. *Creſc.* 99. forte venit vigore commiſſionis in qua ſe conſtituit actorem. *A. A.*

13 Agens ad penſionem petit deinde regreſſum ob non ſolutionem canonizari, procurator rei petit dilationes, denegantur. *Creſc.* 97. ſi principalis peteret recte negarentur, præſertim ſi non eſſet ſucceſſor, ſed qui conſentit, ac pro urator non habet mandatum ad eam cauſam, & ſi habet non fuit ipſe, vel principalis citatus ad hanc cauſam, ideo habere debet. *A. A.*

14 Subrogatus ad proſecutionem rei judicatæ debet intimare ſubrogationem procuratori rei, qui habere poteſt dilationes. *Mohed.* 164. *Gom. in reg.* 72. 74. *&* 286. *Idem* 2. 38.

15 Ad opponendum contra jura noviter producta debet pars aliquantiſper expectari. *Creſc.* 57.

16 Opponens de jure ab altera parte in eodem judicio producto recte tollit dilationes adverſario. *Aug.* 3. 409.

17 In materia executiva non ſolent dari dilationes. *Aug.* 3. 577.

18 Si poſt terminum ad articulandum bene ſervatum venit quis ad cauſam, poteſt peti dilatio, niſi facto habuerit. *Aug.* 3 754. vel niſi citatus ad dicendum contra jura, & non fuerint petitæ. *Put.* 11. *de dilat.*

19 Tempus ſex menſium currit a die intimationis, niſi dicat, ex nunc intra ſex, vel ſi dolus ſit impetrantis, tunc enim a die datæ. *Put.* 8. *de dilat.*

20 Tempus ſex menſium ad expediendum literas non currit probabili iter ignoranti. *Put.* 13. *de dilat. & privileg.*

TITULUS XIX.
DE REMISSORIIS.

1 Remiſſoria pro & contra attentata aliquando datur, id eſt, cum non ſubeſt calumnia. *Sim.* 28. *Caſſ.* 4. *de dilat.* *Put.* 9. *de dilat.*

2 Ad probandum vim, & metum in caſu reſtitutionis in integrum poſt quadriennium data eſt remiſſoria. *Sim.* 29.

3 Remiſſoria datur aliquando ad probandum delictum. *Creſc.* 130. Sed raro. *Gom. in reg.* 325. denegata eſt ad probandum divitias ejus, qui juraverat paupertatem. *Put.* 18. *de dilat.*

4 In cauſis matrimonialibus ſpiritualibus, & temporalibus datur remiſſoria in prima inſtantia ſi materia eſt relevans. *Mohed.* 199. in cauſis prophanis etiam ſine fumo. *Aug.* 3. 121. in beneficialibus cum fumo, & obligando ſe de ſtando unicæ ſententiæ, & conſentiendo ſequeſtro. *A. A.*

5 Remiſſoria fuit denegata reſignatario, vel reſignanti ad probandum, quod ejus reſignatarius poſſidet, quia dolo deſiit poſſidere. *Mohed.* 183.

6 Si coram duobus Auditoribus duo actores contra eundem reum litigent, remiſſoria detur ab uno Auditore, non valet quoad alterum, qui non conſenſit. *Creſc.* 6.

7 Remiſſoria data eſt tertio dicenti beneficium excedere 24. & ſuſpenſa canonizatio gratiæ Nuncii contra intruſum. *Creſc.* 38. ex aliqua ſpeciali cauſa fortaſſe, nam regula eſt contraria, non enim impedit tertius ſententiam niſi habeat probationes incontinenti. *A. A.*

8 Remiſſoria bis in eadem cauſa aliquando eſt data, puta, cum data propter aliquam negligentiam, vel caſum non fuit in tempore executa cum obligatione de ſtando unicæ in probatis. *Gom.* 1. 82. *Put.* 4. *de dilat.* regulariter denegatur. *Aug.* 1. 221. *contr.*

9 Remiſſoria ſpoliatori, & ſpoliato regulariter denegatur maxime in attentatis. *Aug.* 1. 4 *de dilat.* (vide ſupra) *Aug.* 3. 435. 472. 576. *Caſſ.* 3. *de dilat.* ſi eſt in ventre petitorii datur. *Put.* 1. *de dilat.*

10 Judices remiſſoriæ electi in curia poſſunt recuſari in partibus ex cauſa. *Mohed.* 155. electi pro remiſſoria actoris non poſſunt recuſari in remiſſoria rei. *Gom.* 2. 43.

11 Articuli non ſunt dandi in partibus, ſed in curia,

riu, ut Auditor cognoſcat un ſint admittendi. *Jo. Pau.* 2. niſi in liquidationibus. *A. A.*

12 Qui ſe obligat ſtare unicæ ſententiæ, intelligitur de prima, itaque qui obtinuit remiſſoriam ſub ea obligatione, & obtinuit in prima inſtantia, licet in ſecunda revocetur hæc ſententia, poteſt appellare. *Joann. Pau.* 88. *Put.* 15. *de dilat.*

13 Poſſeſſor petens remiſſoriam in prima obligando ſe de ſtando unicæ ſententiæ, debet conſentire ſequeſtro. *Jo. Pau.* 157.

14 Teſtes examinati vigore remiſſoriæ decretæ die feriata ſanantur commiſſione, in qua non fiebat mentio litis ſuper nullitate intentatæ. *Creſcent.* 9.

15 Ad excuſationem delicti datur remiſſoria. *Gom.* 2. 26.

16 Pro ſenibus, & valetudinariis danda eſt remiſſoria ſine retardatione in quacumque inſtantia etiam non nominando teſtes. *Aug.* 3. 3. *Put.* 5. *de dilat.*

17 Ad revocandam confeſſionem, ut probetur error datur remiſſoria. *Aug.* 3. 94. *Put.* 6. *de dilat.*

18 Ad probandum genus ignobile ejus, qui petierat mandatum de manutenendo in Eccleſia Hiſpal. data eſt remiſſoria. *Aug.* 3. 212.

19 Ad probandum tempus proviſionis Legati contra Apoſtolicum datur remiſſoria ſine ulio ſumo, quam ſubſcriptione legati. *Aug.* 3. 227. *Put.* 2. *de dilat.*

20 Aliquando datur remiſſoria uni ſine retardatione, & alteri ſententia. *Aug.* 3. 276.

21 Pendente remiſſoria poſſunt teſtes in curia examinari. *Aug.* 3. 403. Item compulſoriales dari. *Put.* 3. *de dilat.* & 3. *de jud.* ut pendentibus dilationibus. *Fab.* 30.

22 Etſi forent dati duo menſes ad probandum fuit data remiſſoria. *Put.* 7. *de dilat.*

23 Si pars citata ad conſtituendum procuratores in executionem remiſſoriæ tunc conſtituat, illi ſunt citandi, ſi poſtea non, ſi a tergo ſit conſtituti ſine ſubſcriptione notarii non ſunt citandi. *Put.* 14. *de dilat.*

24 Data remiſſoria alteri parti, ſi altera pars non petat ante reportatam remiſſoriam nihil ei nocet. *Put.* 16. *de dilat.*

25 Si pendente termino ad reprobandum clauditur rotulus, datu eſt remiſſoria ad reprobandum. *Put.* 19. *de dilat.* & 55. *de teſtib.*

TITULUS XX.
DE CITATIONE, ET DE DOLO, ET CONTUMACIA.

1 COpia citationis ſi petatur, datur expenſis citantis, copia executori alium expenſis condemnati. *Creſc.* 68. *Joann. Pau.* 6. Copia citationis offerri debet. *Joann. Pau.* 6. ſi petatur. *A. A.*

2 Citatio nimis arcta, & brevis eſt nulla. *Creſcent.* 71.

3 Minor citatus ad legitime comparendum non utitur regula de annali. *Creſc.* 182.

4 Major infante poteſt citare ſi non habet tutorem ad interrumpendam præſcriptionem. *Put.* 53. *de jud.* & *de trienn.*

5 Citatio ſi non ſit tota perfecta, ſed ejus ſubſtantialia valet. *Mohed.* 1. 287.

6 Ad incurrendam pœnam requiritur intimatio perſonalis, & vera ſcientia. *Mohed.* 353. 10 cauſis privationis, & cenſurarum. *Gom. in reg.* 73. 149. *Caſſ.* 2. *de pœnit.*

7 Confeſſio citati extrajudicialis probat notitiam citationis. *Creſc.* 28.

8 Si veriſimiliter latitat reus domi ſufficit intimare executoriales ad domum. *Creſc.* 151. *Aug.* 3. 531.

9 Si copia non tradita fuit propter metum illatum in exequendo, valet citatio. *Creſc.* 42.

10 Citatus in ardua cauſa ad perſonaliter, vel per procuratorem comparendum non excuſatur propter non tutum acceſſum itineris cum poſſit mittere procuratorem, vel mandatum. *Creſc.* 43. *Gom.* 1. 8.

11 Qui refert ſe non citaſſe, quia non erat tutus acceſſus, non tenetur dicere ſe feciſſe diligentias de reperiendo. *Creſc.* 91.

12 Si notarius atteſtatur ſe citaſſe cum copia quia citatus abſtulit ei originale, creditur citato tacente. *Creſc.* 104.

13 Citatio valet in parochiali, licet non dicatur tempore divinorum. *Creſc.* 52. ſi agitur de parochiali valet citatio in parochiali, licet non fuerit perquiſitus. *Peregr.* 19.

14 Publicatio citationis in valvis tempore divinorum non probat, niſi addatur ubi multitudo populi intrabat, & exibat. *Creſc.* 69.

15 Qui affixit, & dimiſit in domo per certum tempus, ſi dicat ſe ſimiliter affixiſſe in parochiali credendum eſt etiam dimiſiſſe. *Creſc.* 63.

16 Exequutio citationis facta in Cancellaria, & in acie Campi floræ tempore vacantiarum perinde arctat ac ſi eſſet in valvis Palatii, vel Baſilicæ Sancti Petri. *Mohed.* 48.

17 Reus procedere poteſt contra actorem abſentem per audientiam contradictarum. *Mohed.* 146. *Aug.* 3. 575. licet non ſit nominatus in commiſſione, vel citatione. *Fab.* 46. *lib.* 2. contra procuratorem aſſertum actoris abſentem probata abſentia obtinetur abſolutoria ab obſervatione judicii præfixo termino per audientiam contradictarum ad docendum de mandato. *A.* 1. 7.

18 Citatio ad domum poſt primam citationem valet probata conſuetudine, nec requiritur diligentia de reperiendo. *Mohed.* 165. *Put.* 15. *de jud.* & 48. ſufficit probare ſtylum etiam inter alios. *Peregr.* 51.

19 Si ad certam diem citatur cum comminatione, quod poſtea procedetur ad executionem compulſorialium non debet amplius citari per affixionem. *Put.* 23. *de jud.*

20 In compulſorialibus non ſemper ſufficit citare per edictum in partibus. *Mohed.* 334.

21 In citatione inſeri debet commiſſio ſi Judex eſt in loco remoto a loco rei. *Gom.* 1. 53.

22 Citatio præſumitur nota citato ſi miſit procuratorem ad curiam. *Gom. in reg.* 71.

23 Ci-

23 Citatio exequuta contra Capitulum, & ſingulares ipſis non nominatis, non arctat ſingulos ſuper re non particulari. *Gom. in reg.* 299. *Fab.* 44. *de exec. & re jud. vide Mohed.* 125. infra de eo, quod intereſt.

24 Citatio pro ſingulis diebus, & horis eſt nulla. *Mohed.* 170. *Put.* 37. *de judic.* niſi infra paucos dies. *A. A.* citatio ad primam, & ſequentem, non valet niſi ad primam. *Put.* 21. *de jud.* ſecus ſi ad primã, & duos ſequentes dies. *A. A.*.... Citatio ſine die intelligitur ad primam. *Put.* 20. *de jud.*

25 Si procurator appellati citatur in partibus poteſt procedi in curia. *Joann. Pau.* 6. non placet *A. A.*

26 Cum pars eſt citata ad dicendum contra jura, dicuntur eſſe in actis. *Gom. in reg.* 114.

27 In citationibus per edictum ſufficit affixio originalis, & quod ita per aliquod ſpatium relinquatur, & dimittatur copia collationata, licet non tempore divinorum, neque coram multitudine. *Jo. Pau.* 17. neque lecta. *A. A.*

28 Procurator acceptans eſt citandus, alias non valet proceſſus per contradictas. *Mohed.* 312.

29 De citatione per audientiam contradictarum, vide infra *ſub tit. de jud.* 3.

30 Privilegium Curſorum non habet locum, quando Judex habet facultatem extrajudicialiter procedendi. *Creſc.* 205.

31 Per decretum citandi perpetuatur juriſdictio quoad Judicem, non vero quoad partem niſi per executionem. *Gom.* 2. 58. *Put.* 2. *de off. deleg.*

32 Procuratore mortuo ſine aliqua intimatione poteſt procedi per contradictas, niſi ex urbanitate. *Aug.* 3. 45. quæ ſervatur in arduis, vel magnis cauſis. *A. A.*

33 Non dicitur circumducta eſſe citatio ſi accuſatur contumacia non comparentis, licet omnia ad quæ citatur non fiant eo die, ſed alio, ſi citatur cum comminatione. *Aug.* 3. 331.

34 Citari poteſt principalis, licet conſtituerit procuratorem, & tenetur comparare aut mittere ſuum procuratorem. *Aug.* 3. 353.

35 Citetur A. vel B. ejus procurator, feci ut ſupra, valet executio, licet melius eſſet dicere feci contra ambos, vel feci contra B. tantum. *Aug.* 3. 385.

36 Qui jubetur ſe informare, & referre, non tenetur partes citare ad videndum referre; ſi vero poſt relationem exequitur, debet citare, qui vero dicit non eſſe relatum, quod verum eſt probet. *Aug.* 3. 508. 510. Sed principio debuit citare. *Idem* 3. 579.

37 Si in executione edicti dicatur in audientia publica edictum eſſe publicatum, neque de lectione, & teſtibus conſtet, ſufficit. *Aug.* 3. 774.

38 Citatio decreta per edictum eſt facienda in duobus locis in curia, & in duobus in partibus. *Caſ.* 1. *de dol. & cont. Put.* 3. *eod. tit.*

39 Non poſſunt plures citari per edictum ob non tutum acceſſum unius, niſi probetur ad locum non eſſe. *Caſ.* 2. *de dol. & contum.*

40 Non tutus acceſſus ſemel probatus in prima inſtantia ſervit pro commiſſione executoriali, niſi conſtaret Judici ceſſaſſe cauſam metus. *Caſ.* 3. *de dol.*

41 In citationibus per edictum affixio, & publicatio ſufficit, licet de lectione nihil dicatur. *Caſ.* 4. *de dol.*

42 Citatio decreta per edictum tempore audientiarum poteſt exequi tempore vacationum, & contra. *Caſſ.* 5. *de dol.*

43 Citatio decreta probato non tuto acceſſu ad loca Regis, exequutio eſt facienda in locis vicinioribus citato, non Regi. *Caſſ.* 6. *de dol.*

44 Non requiritur affixio, niſi in citationibus per edictum. *Caſſ.* 1. *de app.*

45 Conſuetudo, quod Locumtenens generalis in citatione non inſerat ſuas facultates, eſt præter jus, & ſufficit conſuetudo decem annorum. *Put.* 1. *de conſ.*

46 Conſuetudo, quod coram Ordinariis ſufficit citare partem ad ſententiam ad primam, & alios ſequentes, eſt contra jus, & non porrigitur ad delegatos. *Put.* 2. *de conſuet. Vide eundem* 21. *de jud.*

47 Citatio generalis contra filios, & hæredes per edictum non valet, ſed nomina exprimi debent. *Put.* 1. *de dol. & cont. & 6. de jud.* ipſi perſonaliter citentur. *A. A.*

48 Citatio poteſt exequi per notarium non clericum, licet dicatur in citatione clericis Tabellion. & notariis. *Put.* 2. *hoc tit.*

49 Non citata parte valet privatio Papæ de beneficio cum derogatione regulæ de non tollendo. *Put.* 24. *de Præb.*

TITULUS XXI.
DE DONATIONIBUS.

1 PRohibitus donare non poteſt confiteri in alio contractu. *Creſc.* 199. *Gom.* 1. 105.

2 Statutum Urbis, ut in donationibus requiratur ſubſcriptio, non habet locum in patre donante filio naturali modicum. *Creſcent.* 188. *Gom.* 199.

3 Donatio facta filio ſpurio ultra alimenta etiam cum juramento non valet, ſed facta ejus matri valet. *Mohed.* 188. *Aug.* 3. 151. *Put.* 2. *de don.* Nato ex ſoluto, & ſoluta legari & donari poteſt. *Aug.* 2. 9.

4 Statutum Urbis de pactis, & donationibus non valituris non procedit in patre, vel matre donante filio. *Gom.* 1. 100. in eodem Statuto appellatione conſanguineorum comprehenduntur proximiores ex parte matris. *Id.* 102. & cum dicitur (eorum non intereſt) intelligitur in re, vel actu, de quo agitur tunc. *Gom.* 1. 102.

5 Donans omnia jura ſua, & actiones, quas habet in illis bonis, non donat juſpatronatus. *Aug.* 1. 6.

6 Verba enunciativa donationis non probant dominium rei donatæ. *Aug.* 2. 8.

7 Donatio propter nuptias morte confirmata a principio valet, ideo mulier præfertur aliis creditoribus. *Mohed.* 50. *alias* 49. *Put.* 1. *de donat.*

8 In caſu neceſſitatis mulier non tenetur ſervare for-

formam Statuti, ut tempore deprædationis Urbis. *Gom.* 2. 4.

9 Renunciatio *l. Si unquam.* fieri poteſt, niſi ex dolo fiat. *Gom.* 2. 55.

10 Confeſſio generi non facit præſumptionem donationis conſtante matrimonio. *Gom.* 1. 12.

11 Conceſſio ſine cauſa non valet, ſi ex cauſa donationis fiat abſenti, requiritur ratificatio antequam fuerit revocata. *Aug.* 2. 457.

12 Donatio inter virum, & uxorem morte confirmatur, & non eget inſinuatione, quæ eſt jurata. *Aug.* 3. 690.

13 Confeſſio dotis receptæ jurata habet vim donationis etiam ſine inſinuatione. *Aug.* 3. 690.

14 Statutum, quod mulier lucretur medietatem donationis propter nuptias liberis non extantibus ſi ipſi poſtea moriantur non facit, quod ipſa ſuccedat in proprietate. *Put.* 17. *de conſtit.*

15 Statutum de donationibus non habet locum in nominatione. *Put.* 19. *de conſtitut. & tranſact.*

TITULUS XXII.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

1 VEndita domo væneunt ſtatuæ affixæ, quæ ad uſum perpetuæ domus ſunt. *Jo. P.* 66. *Mohed.* 514. etſi ornatus cauſa poſitæ ſint. *Mohed.* 17.

2 Qui dixit ſe nolle emere, non eſt amplius requirendus. *Mohed.* 324.

3 Pactum de retrovendendo poſt triennium non facit contractum ſimulatum, niſi in ſolito fœnerari. *Mohed.* 157. Modicitas pretii, & pactum de retrovendendo faciunt præſumptionem uſurarum etiam in non ſolito fœnerari. *Caſ.* 5. *de uſu.* Idem fortaſſe in datione in ſolutum. *Caſ.* 2. *eod. tit.*

4 Si domus valoris 2300. vendatur pro mille reſcinditur venditio etiam jurata. *Sim.* 21. *Caſſ.* 1. *de empt. & vend.* etiam data ſcientia. *Aug.* 3. 391.

5 Contra ſingularem ſucceſſorem eſt locus. *l.* 2. *de reſc. vend.* eadem lex habet etiam locum in ſubhaſtatione. *Gom.* 5. 63.

6 Cenſus venditus cum clauſula, quod ſi res periret ſuper qua imponitur, aliæ res ſubrogarentur, eſt uſurarius. *Gom.* 5. 92.

7 Vendito fundo tot jugerum pretio in ſingula jugera conſtituto, menſurare tenetur ad pretii declarationem, venditus tot jugeribus menſurare tenetur ad venditionis perfectionem. *Aug.* 3. 200.

8 Si aliqui ex pluribus vaccis venditis laborat morbo contagioſo occulto, omnes poſſunt redhiberi. *Gom.* 2. 42.

9 Sufficit intimare litem actori in tertia inſtantia. *Put.* 1. *hoc tit.*

10 Per pactum conſtituti cenſetur tradita poſſeſſio naturalis, & civilis, non vero actualis. *Put.* 2. *hoc tit.*

11 Evicta re facto Principis venditor non tenetur. *Put.* 4. *de empt. & vend.*

12 Agens ex contractu debet oſtendere ſe adimpleviſſe, ſed ſi emptor fatetur ſe recepiſſe rem, eamque vendidiſſe, & pretium ejus accepiſſe, non tenetur amplius venditor docere traditionem rei ſi agat ad pretium. *Aug.* 2. 652. *contr.*

13 Societas ſex menſium, fructus officii durant etiam poſt diſdictam. *Put.* 8. *de tranſact.*

TITULUS XXIII.

DE EO, QUOD INTEREST.

1 UT cambia, & lucrum ceſſans detur, probandum eſt creditorem habuiſſe merces paratas ad emendum, vel paratas ad cambium, & non contraxiſſe cum illis, quia non habuit illas pecunias debitas. *Mohed.* 308. *Put.* 2. *de uſu. Aug.* 3. 292. 592. adde illas merces, & cambia lucroſa fore. *A. A.*

2 Intereſſe damni emergentis moderatum dari ſolet a Rota. *Mohed.* 322.

3 Cambia, & recambia promiſſa peti poſſunt ſi fuit cambiatum, alias non. *Mohed.* 102.

4 Licet creditor cambiaverit non probatur damnum, & non potuiſſe exigere. *Mohed.* 103.

5 Univerſitas non poteſt condemnari pro frumento, quod pervenit ad manus ſingulorum, niſi fuerit diſtributum communicato conſilio. *Mohed.* 125. *vid. Gom. in reg.* 299. (*ſup. de dol. & contum.*) *Fab.* 44. *inf. de exec. rei jud.*

TITULUS XXIV.

DE EXCEPTIONIBUS.

1 EXceptio requirens altiorem indaginem non impedit exequutionem. *Creſc.* 503.

2 Exceptio, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es, poteſt opponi in qualibet inſtantia *Mohed.* 201. *& in lib. deciſ. tit. de except.* 5.

3 Excipiens de jure tertii debet docere eſſe clarum, & expeditum, vel expedibile. *Gom. in reg.* 56. plene eſt probandum. *Mohed.* 299. excluſivum juris agentis, & ante rem judicatam. *Put.* 3. *de except.*

4 Exceptio, quæ oritur ex ventre bullæ impedit exequutionem, & clauſulam, ſine retardatione. *Gom. in reg.* 75. *& in compend. n.* 84.

5 Non poteſt dare objectus veniens poteſt terminum ad articulandum bene ſervatum, niſi contra poſtea producta, cum citatur ad dicendum contra. *Caſ.* 1. *de except.*

6 Impugnans aliquid poteſt ſuper eo ſe fundare pendente impugnatione antequam pronuntietur. *Gom. in reg.* 124.

7 Non dicitur mere objectus eſſe ſi excludo titulum adverſarii, & includo meum. *Caſ.* 2. *de except.*

8 Exceptio juriſpatronatus incontinenti probanda excludit ſubrogatum in jus, & poſſeſſionem in judicio adipiſcendæ, quia obſtat exceptio dominii incontinenti probata. *Put.* 7. *de cauſ. poſſ.*

9 Statutum Urbis, quod poſt annum non poſſit dici de nullitate, non excludit exceptionem nullitatis. *Put.* 13. *de conſtit.* niſi replicando deduceretur. *Idem* 55. *eod.* nec nullitatem executionis. *Aug.* 3. 20.

10 Excipiens de jure Cameræ cui debentur fructus debet docere fiſcum declaraſſe animum. *Put.* 4. *de except.*

11 Proceſſus ad ulteriora non obſtante exceptione *c. Oblatæ, de appellat.* niſi pronuncietur ſuper

per

per ea, eſt nullus. *Put.* 5. *de except.* & 63. *de jud.*

12 Teſtes examinati ſuper exceptione non probant, cum expedito illo judicio, inter eaſdem partes principaliter agitur ſuper ejuſdem capite exceptionis. *Put.* 14. *de teſtib.*

TITULUS XXV.

DE EXECUTIONE REI JUDICATÆ.

1 SEntentia lata contra Communitatem, & homines occupatores Caſtri, non poteſt exequi contra alios poſſeſſores rerum particularium. *Fab.* 44. *Gom. in reg.* 299. *ſupra de dol.* & *contum.*

2 Subrogatus ad perſecutionem rei judicatæ non tenetur intimare iterum literas executoriales principali, ſed ejus procuratori ſubrogationem. *Gom. in reg.* 287. qui petere dilationes. *Gom. in reg.* 72. 74. *Mohed.* 35. 264. *Jo. Pau.* 16.

3 Poſſeſſio capta vigore executorialium reſtituitur condemnato. *Caſſ.* 6. *de cauſ. poſſ. Jo. Pau.* 3. Cætera vide *ſub tit. de ſent.* & *re jud. cap.* 4.

4 Appellatione executionis rei judicatæ non comprehenditur ſententia declaratoria de ſolvenda penſione, licet committatur cum clauſula, & ſi quid exequendum. *Gom.* 277.

5 Statutum Urbis, ut nullitas ſententiæ non poſſit opponi ultra annum, non excludit nullitatem executionis. *Aug.* 3. 20.

6 Solutio, & delegatio, quæ habet vim ſolutionis, poteſt obiici executioni. *Aug.* 3. 68.

7 Auditor Rotæ exequens ſententiam alterius inferioris, puta A. C. debet cognoſcere de juſtitia, & ſi pro parte tantum eſt juſta prò ea exequi. *Aug.* 3. 398.

8 Sententia lata pro C. contra A. qui ante litem reſignaverat in B. & poſtea tanquam procurator poſſederat, non poteſt exequi contra C. quia D. reſignatario B. obtinuit poſſeſſionem. *Aug.* 3. 445. quia res inter alios acta aliis non nocet.

9 Cautioni *l. Is a quo*, *de rei vend.* non eſt locus cum quis contra plures, & poſſeſſorem obtinet rem judicatam. *Aug.* 3. 512. *vid. Put.* 14. *de re jud.* neque ſi duo litigant, & tertius poſſidet, vel poſſeſſio eſt vacua. *Aug.* 3. 513.

10 Executio in perſonam fieri non debet, niſi excuſſis bonis, præterquam ſi executio in bonis impediatur, vel ſi inſtrumento, aut lege id fieri permittatur. *Aug.* 3. 605.

11 Sententia inferioris etiam in poſſeſſorio, in quo obſervatur Ægidiana, ſine proceſſu non eſt exequenda. *Aug.* 3. 621.

12 Fructus percepti ex re data in ſolutum, quæ non eſt æſtimata, donec æſtimatur non ſunt reſtituendi. *Aug.* 3. 650. ſi res non ſit pluris æſtimata. *A. A.*

13 Datio in ſolutum non præſumitur fœneratitia ex modicitate pretii, pacto & de retrovendendo. *Caſſ.* 2. *de uſur.*

14 Quatuor menſes dati ad ſolvendum condemnatis dari debent ei, cui intimatur, ut ſolvat juxta formam Stabilimentorum S. Joannis. *Put.* 6. *de re jud.*

15 Melioramentorum liquidatio incontinenti facienda impedit exequutionem, neque eſt locus. *l. Si is, a quo*, niſi ſint omnino illiquida. *Put.* 12. *de re jud. vid. Peregr.* 111.

Vide in *Singul. ex Accorambon. deciſ.* 8. *part.* 2.

16 Exequutio, vel datio in ſolutum non præcedente ſubhaſtatione valet ſi juſta eſt, & non fuit appellatum. *Put.* 18. *de re jud.*

17 A. C. non poteſt declaraſſe eum, qui fuit condemnatus ab A. R. niſi prævia certa citatione.

TITULUS XXVI.

DE FERIIS.

1 TEmpore feriarum generalium poſſunt decerni compulſoriales generales diebus juridicis. *Jo. Pau.* 4.

2 Feriarum tempora non ſubducuntur in caſu regulæ de annali, niſi ſint feriæ repentinæ. *Gom. in reg.* 171.

TITULUS XXVII.

DE FEUDIS.

1 IN feudis nepos excludit patruum. *Mohed.* 38.

2 In feudo ligio, id eſt, quæſito non ſuccedunt fœminæ. *Mohed.* 276.

3 Agnati etiam ſi non ſint hæredes ſuccedunt in feudo antiquo pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus. *Mohed.* 277. Idem in deſcendentibus ſi non repudiaverint. *Put.* 1. *de feud.*

4 Imperator poteſt infeudare res contentas ſub feudo alteri conceſſa. *Mohed.* 278. *Gom.* 2. 41.

5 Præſcriptio, & alienatio feudi antiqui, & hæreditarii non nocet agnatis, neque ſuper illis poteſt fieri fideicommiſſum. *Mohed.* 279.

6 In feudo franco, in quo non præſtatur juramentum, & conceſſo pro ſe, & ſuis hæredibus ſimpliciter, non ſuccedunt fœminæ. *Mohed.* 281.

7 Feudum dicitur ligium, quando Princeps eximit ab omni juriſdictione, & feudatarios ſibi immediate ſubjicit, & promittitur ſibi fidelitas. *Mohed.* 282.

8 Quando conſtat de recentioribus inveſtituris concernentibus inveſtituram unius territorii præſumitur, quod antiquæ etiam continerent idem territorium. *Mohed.* 283.

9 In ſucceſſione feudi antiqui ſufficit quem fuiſſe hæredem primi inveſtiti. *Mohed.* 284. *Put.* 2. *de feud.*

10 Licet Imperator creaverit Ducem Mediolani cum poteſtate infeudandi, tamen poteſt ſucceſſor concedere feudum Corrigienſi, & eximere a Duce Mediolani. *Gom.* 2. 41. *Mohed.* 278.

11 Cum Caſtro non tranſit merum, & mixtum imperium, niſi ex conſuetudine, vel privilegio Principis. *Aug.* 3. 59.

12 Qui dicit Caſtrum poſitum in Romandiola ad alium quam ad Romanum Pontificem pertinere, tenetur probare, ſtantibus præſertim aliis adminiculis. *Aug.* 3. 71.

13 Inſtrumenta fidelitatis non probant dominium inter alios, neque inveſtitura, neque locatio, ſed Papæ, aut Imperatoris privilegium. *Aug.* 3. 194.

14 Quæſita penſione Caſtri quæritur ejus juriſdictio. *Aug.* 3. 766.

15 Statutum Cæſenæ de non faciendis inveſtituris aliis ſtantibus hæredibus procedit etiam reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum, & licet recipientes ſint clerici. *Put. 6. de conſt. vid. Mohed.* 173.

16 Feudatarius amittens feudum propter Alexandrinam facit locum alteri agnato. *Put. 3. de feud.*

TITULUS XXVIII.
DE FIDE INSTRUMENTORUM.

CAPUT I.
De Inſertis.

1 EXpectativæ inſertæ in proceſſu fulminato non ſtatur. *Creſc.* 3.

2 Inſertum probat ad colorandam poſſeſſionem. *Creſc.* 62. *Jo. Pau.* 118. non placet *A. A.*

3 Inſerto in ſententia creditur. *Creſc.* 134.

4 Qui oſtendit reformationem cum præinſerta non probat contenta in præinſerta, neque transfert onus probandi. *Mohed.* 261. reformatio intelligitur, & refertur ad præinſertam. *Mohed.* 263.

5 Privilegium inſertum in privilegio Imperatoris, vel probat, vel transfert onus probandi. *Mohed.* 280.

6 Sententia inſerta in executorialibus facit fidem contra producentem per compulſum condemnatum, ſine oſtenſione proceſſus. *Fab.* 3.

7 Inſertum inter eaſdem perſonas contrahentes probat. *Aug.* 3. 77. mandatum ſubſtituentis inſertum in ſubſtitutione probat contra ipſum, niſi in delictis. *Put.* 5. *de probat.*

8 Si commiſſio ſit deperdita ſtatur inſertæ in dependenti, licet ſit impugnata a parte. *Aug.* 3. 172.

9 Inſerto in inſtrumento vigore compulſorialium extracto non creditur, niſi ſit per eundem notarium confectum. *Aug.* 3. 267. Inſerta in compulſorialibus, nulliter executis non probant. *Peregr.* 14.

10 Si producatur inſtrumentum in quo pars petat aliquid juxta formam ſcripturæ, cujus tenor eſt inſertus, probat inſertum, niſi dicatur, quidam qui ſe dixit eſſe Titium. *Aug.* 3. 755. *ſed vid.* 763.

11 Inſertis apud acta parte citata datur fides. *Put.* 27. *de fid. inſtrum.*

CAPUT II.
De Exemplis.

1 Sumptum ex regiſtro ſupplicationum facit fidem. *Creſc.* 50. etiam ex regiſtro ſupplicationum Legati. *Put.* 24. *de fid. inſtr.* poſita in libris Cameræ lite pendente ex ſumpto non authentico, non faciunt fidem. *Put.* 2. 20.

2 Parte non opponente Judex poteſt fidem adhibere exemplo. *Fab.* 35. *Put.* 4. *de fid. inſtrum.*

3 Copia reperta in actis facit fidem probata amiſſione originalis. *Mohed.* 33.

4 Exemplum antiquum antiqui inſtrumenti ſine citatione factum a quinque notariis, & Judice cum aliis adminiculis probat. *Aug.* 3. 146. 241.

5 Exemplum bene extractum exempli male extracti non facit fidem. *Put.* 2. 21. Antiquum exemplum ſequuto effectu facit præſumi omnem ſolemnitatem. *Aug.* 3. 760.

6 Legati litteræ ab altero Legato in forma, Rationi congruit expeditæ non faciunt fidem, ſed pro titulo colorato ſufficiunt in ſpolio. *Put.* 16. *de fid. inſtrum.*

7 Statur copiæ, vel exemplo ſi originale non licet exemplare ex domo adverſarii. *Peregr.* 49.

CAPUT III.
De Compulſorialibus.

1 Extracta vigore compulſorialium inter alios probant adverſus venientes ad cauſam niſi probetur colluſio. *Creſc.* 45. nam tertio venienti ad cauſam præjudicant acta, & teſtes, & jura producta. *Mohed.* 81. licet. *Mohed.* 273. dicat extracta vigore compulſorialium non probare contra tertium, qui non erat in cauſa tempore decreti, ſed diſtingue, aut venit ad cauſam in eodem ſtatu in quo reperitur cauſa, & ante facta præjudicant, aut dum eſt in cauſa compulſoriales inter alias decernuntur, & exequuntur, & non præjudicant, quia debuit citari, aut venit vigore commiſſionis ſimplicis, & vigore Innocentianæ datur fides inſtrumentis recte extractis. *A. A.*

2 In exequendis compulſorialibus generalibus non ſufficit citare per edictum, niſi in quibuſdam caſibus. *Mohed.* 334.

3 In propriis inſtrumentis proteſtatio, & productio per compulſum non juvat. *Fab.* 3.

4 Compulſoriales non dantur procuratori aſſerto ſi opponatur de mandato. *Creſc.* 214.

5 Pendente dilatione ad partes dantur compulſoriales generales. *Fab.* 3. & pendente remiſſoria. *Put.* 3. *de dilat. &* 3. *de jud.*

6 Sumptum vigore compulſorialium ex tranſumpto antiquo ante centum annos ſcripto in archivio reperto, licet non conſtet de notariatu probat. *Put.* 21. *de fide inſtrum.* ſumptum de ſumpto non probat. *Put.* 2. 21.

7 Citatio ad videndum extrahi infra novem dies cum comminatione, quod poſtea procederetur eo non citato, valet etiam ſi non fuerit poſtea citatus ad valvas. *Put.* 23. *de judic.*

8 Ex inſtrumento producto, & regiſtrato in proceſſu non poteſt vigore compulſoriæ extrahi exemplum, niſi inter eaſdem partes ſi producantur acta. *Aug.* 2. 724. *contr.*

CAPUT IV.
De Enunciatis, vel Narratis.

1 Statur verbis Imperatoris, vel Papæ. *Gom.* 1. 38. *Mohed.* 278. 280.

2 Narrativa rebellionis in magnum præjudicium tertii non probat. *Creſc.* 49. *Gom.* 1. 38. 1. etiam Papæ, niſi ſimus in antiquis, & etiam adminiculis. *Creſc.* 89. *vid. infr. num.* 12. *&* 13.

3 Sententia banni, non probat ſine proceſſu. *Mohed.* 148.

4 Enunciationi Epiſcopi alieni, quod ordinavit de licentia proprii Epiſcopi, creditur. *Gom.* 1. 108. *Put.* 9. *de probat. &* 29. *Peregr.* 13. *Mohed.* 128. *Aug.* 2. 5. *Put.* 3. *&* 13. *de diſpenſ.* niſi dicat ſe diſpenſaſſe auctoritate ſua cum illegitimo. *Fab.* 21.

5. In-

5 Inſtrumento Doctoratus, in quo enunciantur facta ſigillatim omnia, quæ in commiſſione dicebantur, creditur. *Joann. Pau.* 95. Si notarius dicat ſe præmiſſis omnibus interfuiſſe. *Put.* 22. *de fide inſtrum.*

6 Creditur executori dicenti, literas ſibi præſentatas, patronos conſenſiſſe, ipſum providiſſe, & notario dicenti ſe præmiſſis interfuiſſe. *Creſcent.* 26.

7 Quod in bullis Scriptorum additur, gratis pro ſocio, probat etiam Scriptorem. *Creſc.* 44.

8 Narrata in nova proviſione ſunt juſtificanda ultra ſemiplenam probationem. *Mohed.* 148.

9 Aſſertioni Papæ de reſignatione in ejus manibus, vel prædeceſſoris ſtatur, non in manibus tertii, vel commiſſarii. *Creſc.* 115 cum ponitur dies reſignationis in bulla creditur, vel ſi Motu proprio aſſerat. *A. A.* narrata in bulla cum data probant, ſed ſi ſecunda non poteſt canonizari, neque prima poterit. *Put.* 10. *de fid. inſtrum.*

10 Litteris ordinarii providentis, & dicentis reſignationem factam in ejus manibus non creditur. *Creſc.* 157. neque creditur aſſerenti de mandato procuratoris ad permutandum. *Gom.* 2. 27. niſi parte præſente, vel cum notario, & teſtibus noretur conſenſus eodem die, vel præcedentibus. *A. A.*

11 Papæ aſſerenti aliquem eſſe ſuum familiarem creditur. *Gom. in reg.* 99. non ad effectum reſervationis. *A. A.* neque ſi reducatur ad viam juris atteſtatio. *Put.* 4. *de præbend.*

12 Atteſtationi Papæ de privatione ſtatur. *Mohed.* 86. *vid. ſupr. & ſeq.*

13 Papæ dicenti aliquem eſſe rebellem non creditur, neque creditur de facto alieno ſine Motu proprio etiam ſi ſe fundet in eo, niſi cum aliis adminiculis. *Mohed.* 271. 272. *Gom.* 1. 393. neque ſi Motu proprio ſi apparet de contrario. *Aug.* 3. 410. *Put.* 5. *de fid. inſtr.* narrativa rebellionis etiam Motu proprio non probat. *Put.* 17. *de probat.*

14 Declaratoriæ Papæ ſtatur in præjudicium tertii etiam lite pendente. *Gom.* 1. 5. etiam de re dubia. *A. A.*

15 Ordinarii literis adverſus literas Legati creditur ſine teſtibus, & notario, ſi utræque eodem morbo laborant, teſtes appoſiti tantum non ſufficiunt contra Apoſtolicum. *Aug.* 3. 76.

16 Si Judex, vel notarius enunciant collegas conſilium dediſſe ut delinquerent, non debet declarari. *Aug.* 3. 461. 618.

17 Creditur Epiſcopo dicenti examinaſſe teſtes, & reperiſſe illum idoneum, quem promovit. *Put.* 5. *de diſpenſat.*

18 Mandatum enunciatum in ſententia antiqua probat etiam ſi res requirat ſpeciale mandatum, ſi ſpecialiter enunciatum datum. *Put.* 4. *de procurat.*

CAPUT V.
De Solemnitate.

1 Solemnitas in ſcriptura antiquiſſima præſumitur. *Mohed.* 51.

2 Locus loci ponendus eſt in inſtrumento. *Fab.* 4. niſi de conſuetudine, ut in Hiſpania. *Aug.* 3. 627. *Put.* 7. *de fid. inſtr. vid. eund.* 38. *de jud.* Locus omiſſus in primo inſtrumento addi poteſt in ſecundo. *Put.* 3. *de fid. inſtrum.*

3 Notarius principalis in curia poteſt ſubſcribere, & publicare inſtrumenta recepta per ſubſtitutum, & valet conſuetudo ponendi teſtes ſocios. *Mohed.* 347. Adde eandem conſuetudinem eſſe in Catalonia. *Aug.* 2. 739. *contr.* Adde inſuper quod idem ſervavit Rota in una Romana domus coram bon. mem. D. Alexandro Junio pro D. Pompeo de Juſtinis contra Henricum Turchum. *Part.* 1. *infr.*

4 Teſtamentum in quo Eccleſia eſt inſtituta ſubjacet bullæ Archivii debere per notarios matriculatos ſtipulari, niſi tempore peſtis. *Mohed.* 232. *Idem tamen* 344. ait teſtamentum rogatum per notarium fidelem, licet non deſcriptum in Archivio valere non obſtante bulla Julii II. quia ante annum 1512. non fuit uſu recepta. *Put.* 18. *de fid. inſtrum.*

5 Literæ debent eſſe expeditæ quando ſunt ſub plumbo. *Gom. in reg.* 57. 67. non ſufficit probare obligationem factam de ſolvendo annatam, licet teſtes dicant, ita fieri cum literæ expediuntur. *Mohed.* 305. Item probatur expeditio ex principio mentis adſcripti manu Reſcribendarii. *Gom. in reg.* 67.

6 Fides Reſcribendarii, & ſociorum, vel Summiſtæ, & aliorum officialium probant expeditionem in tempore, transferunt onus probandi. *Mohed.* 141.

7 Volens impugnare literas, quia ſine manibus officialium repellitur oſtenſo mandato Cameræ, vel ſolutione annatæ. *Creſc.* 56.

8 Supplicationis ſignatura, & data eſt recognoſcenda ſaltem de credulitate. *Aug.* 2. 2.

9 Decretum non inficit poſſeſſionem, niſi literæ ſint expeditæ, licet expediri poſſint. *Mohed.* 306.

10 Subrogatus in jus defuncti non tenetur docere literas ejuſdem, ſed ſufficit ſupplicatio. *Fab.* 12. *Gom. in reg.* 279.

11 Succeſſor non poteſt expedire bullam novæ proviſionis per viam unionis. *Gom. in reg.* 306.

12 De conſuetudine Galliæ inſtrumenta ſine teſtibus valent cum ſubſcriptione duorum notariorum. *Aug.* 3. 91.

13 Fides coniſtæ non ſufficit. *Put.* 10. *de fid. inſtrum. & de re jud.*

14 Notarius poteſt extendere conſenſum lite pendente cum poſſit dare plura inſtrumenta originalia lite pendente. *Aug.* 2. 562. *contr.*

15 Qui petit corrigi bullam, quia diſcordat a ſupplicatione, debet oſtendere ſupplicationem. *Mohed.* 261.

CAPUT VI.
Communia de Fide Inſtrumentorum.

1 Duobus teſtibus, licet non inſtrumentariis, & notario magis creditur quam duobus inſtrumentariis deponentibus contra inſtrumentum. *Creſc.* 192.

2 Fides notarii non nocet inſtrumento dato. *Creſc.* 103.

3 Si

3 Si duo mandata eodem die, & loco, & teſtibus confecta ſint diverſa, neutri ſtatur. *Mohed.* 57. *alias* 56. notarius rogatus de inſtrumento ſimoniaco non poteſt ſe juvare eodem inſtrumento. *Mohed.* 168.

4 Quid operetur caſſatura in inſtrumento. *Mohed.* 233. nonnunquam caſſata, ſi reperiuntur alibi, valent. *Put.* 19. *de fid. inſtr.*

5 Error in expectativa poteſt corrigi invitis expectantibus. *Mohed.* 355.

6 Bulla Prothonotariatus pro abſente præſumitur acceptata. *Creſc.* 15.

7 Tertio venienti ad cauſam præjudicant acta, & teſtes, & jura producta. *Mohed.* 81.

8 Liber Ceremonialis eſt authenticus ex conſuetudine generali. *Mohed.* 309.

9 Jura dicuntur eſſe in actis cum pars eſt citata ad dicendum contra. *Gom. in reg.* 114.

10 Qui deſiit exercere tenetur edere libros ubi exercuit. *Gom.* 1. 68.

11 De æquitate canonica tenetur edere unuſquiſque jura penes ſe exiſtentia. *Gom.* 2. 25.

12 Error diœceſis non nocet ſi conſtat de corpore. *Gom.* 2. 33.

13 Jura ſubſcripta a notario, qui interfuit, & ab alio notario atteſtante legalitatem illius, ſunt recognoſcenda, & manus, & legalitas primi non ſecundi eſt probanda de geſtis coram ſubſtituto: non poteſt fidem facere notarius principalis, niſi de conſuetudine Cataloniæ, & Urbis Romæ. *Aug.* 3. 113.

14 Jura in Rota non ſolent recognoſci per comparationem, ſed cum uno teſte recognoſcente permiſſum eſt. *Aug.* 3. 208. Item propter antiquitatem. *Aug.* 3. 233. 241.

15 Notarius rogatus de inſtrumento ſimoniaco non poteſt ſe juvare eodem inſtrumento. *Mohed.* 168.

16 Antiqua inſtrumenta dicuntur, quæ a teſtibus recognoſci nequeunt, etſi centum annos ante litem non excedant, ſed cum adminiculis recognoſcuntur. *Aug.* 2. 233. 241. *Put.* 13. *de fid. inſtr.* antiqua inſtrumenta non recognoſcuntur, ſed ultra 100. annos in data, & aliis adminiculis antiqua eſſe videntur. *Put.* 9. *de fid. inſtr.*

17 Error in mente corrigi poteſt oſtenſa nota originali ab eodem notario, & conſtito de fidelitate ejus, præſertim ſi res ita ſe habeat. *Aug.* 3. 247. debet probari illum reputari pro notario. *Put.* 13. *de fid. inſtr.*

18 Creditur inſtrumento filii notarii, qui ex inſtrumentis paternis deſcripſit cum auctoritate ad publicandum, licet aliquod imperfectum patris producat. *Aug.* 3. 334. ſi Judex commiſerit. *Put.* 15. *de fid. inſtr.*

19 Cogi poteſt pars, ut exhibeat inſtrumentum, quod ei notarius dedit, quia amiſit prothocollum. Item ſalvis exceptionibus ſi ſunt duo teſtamenta, & alterum eſt pene cancellatum, cogi poteſt, vel pars, vel notarius, ut exhibeat utrumque. *Aug.* 3. 420.

20 Archivium Roman. cur non poteſt notas confectas extra curiam extendere, aut publicare. *Aug.* 3. 481.

21 Scripturæ Archivii probant inter ſubjectas Archivio, niſi ſint authenticæ. *Aug.* 3. 533. multa requiruntur, ut probet ſcriptura privata reperta in Archivio. *Put.* 2. 19.

22 Archivium ejus de cujus intereſſe agitur non habet auctoritatem. *Aug.* 3. 562. *Put.* 26. *de fid. inſtrum.*

23 Proviſio Vicelegati adverſus proviſionem Ordinarii probat ſine notario, & teſtibus, ſive proviſio ordinarii habeatur, ſive non, ſecus ſi adverſus Apoſtolicam. *Aug.* 3. 673.

24 Adverſus inſtrumentum non poteſt opponi niſi de alio inſtrumento, ſi id actum eſt. *Aug.* 3. 679. Ex ſtatuto Bononienſi uſque ad certam ſummam. *Idem* 3. 525.

25 In recognitione librorum non ita exacta recognitio fit, ut in ſcriptura privata. *Put.* 1. *de fid. inſtr.*

26 Cedulæ Cardinalis proponentis non adhibetur fides, ſed contracedulæ. *Put.* 2. *de fid. inſtr.*

27 Scriptum manu teſtatoris recognoſcitur etiam per teſtes, qui non interfuerunt cum ſcripſit. *Put.* 19. *de fid. inſtr.*

28 Cataſta probant alio non exiſtente poſſeſſore. *Put.* 29. *de fid. inſtr.*

29 Si exequutor in inſtrumento dicat, in quorum præſentes per notarium ſubſcribi, & noſtro ſigillo munire decrevimus, non probat ſine ſubſcriptione notarii, & ſigillo. *Put.* 2. 19.

30 Si inſtrumentum fiat præſentibus duobus teſtibus, qui noluerunt dicere nomen ſuum, non facit fidem. *Peregr.* 15.

31 Scriptura non requiritur, niſi expreſſe id conveniat, ut non aliter valeat. *Peregr.* 34.

TITULUS XXIX.
DE FIDEJUSSORIBUS.

1 Fidejuſſores, & alii in ſolidum obligati cum minore, præſertim cum juramento obligantur, licet obligatio quoad minorem non teneat. *Mohed.* 223.

2 Fidejuſſor tenetur inſolidum ex ſtylo obligationum. *Gom.* 14. *vid. Gom.* 1. 7.

3 Si quis promittat ſe pro alio ſoluturum penſionem, cum ille nolit, & is nolit ac reſignet beneficium, agi poteſt adverſus fidejuſſorem, neque requiritur aliqua intimatio reſignatario. *Aug.* 3. 90.

4 Fidejuſſor poteſt eſſe, qui eſt procurator, fidejuſſor negotii principalis non tenetur ad expenſas niſi in ſubſidium. *Aug.* 3. 179.

5 Nemo tenetur præſtare cautionem, niſi petatur. *Aug.* 3. 449.

6 Qui fidejubet pro evictione, & qui promittit relevare indemnem cenſetur conſentire alienationi prohibitæ a teſtatore, niſi ſcienter faciant. *Aug.* 3. 459.

7 Excipiens contra inſtrumentum præſertim contra cautionem, & paſſus ſententiam ferri non poteſt agere contra fidejuſſorem, qui non fuit præſens contractui. *Put.* 1. *de except.* non placet *A. A.*

8 Contra ſuſpectum de dilapidatione cautio cum fidejuſſoribus conceditur. *Put.* 3. *de re judic.*

9 Fidejuſſores non liberantur in totum ſi debitor

prin-

principalis, det in ſolutum creditori rem, quæ poſtea evincatur, & debitor poſtea efficiatur non ſolvendo. *Put. 2. de ſolut.*

TITULUS XXX.
DE FILIIS PRESBYTERORUM.

1 SUcceſſor illegitimi non poteſt expedire bullas novæ proviſionis per viam unionis, aut alias ſubreptio illegitimitatis non expreſſæ non noceat. *Gom. in reg.* 306.

2 Illegitimus diſpenſatus ab Epiſcopo ad beneficium poteſt obtinere Portionem in Eccleſia Cathedrali. *Gom.* 148.

3 Diſpenſatus illegitimus ad obtinendum duos Canonicatus, ſi eos obtineat non facta mentione illegitimitatis, nihil habet. *Put. 12. de diſpenſ.*

TITULUS XXX.
DE FORO COMPETENTI.

1 JUdex laicus eſt incompetens, ni cognoſcat de poſſeſſione beneficiorum, vel cauſarum ſpiritualium, vel dependentium a ſpiritualibus, & incidenter. *Gom. in reg.* 144. 302. *Fab.* 26. *contr. Put. 1. hoc tit.*

2 Auditor Cameræ inter Curiales non habet juriſdictionem de his, quæ ſunt in lite ratione beneficiorum, puta, ſi ſuper decimis cujuſdam prædii lis ſit inter duos curiales, & uterque dicat ad ſe pertinere ratione beneficii, quod obtinet. *Jo. Pau.* 114.

3 Auditor Cameræ vigore facultatum poteſt monere ratione ſalarii procuratorum, & ſollicitatorum eos, qui ſunt extra curiam, & laicos, & non ſubditos. *Jo. Pau.* 91. *Put. 4. de offic. ordin.*

4 Epiſcopus procedens contra particularem delinquentem tenetur requirere conſilium Capituli. *Mohed.* 242.

5 Archidiaconus poteſt punire levia delicta, & quæ ſint. *Mohed.* 164.

6 Pauper, & miſerabilis perſona habet privilegium juris, ne cogatur litigare extra judicium domicilii ſui, & contra privilegium Ordinis Hieroſolymitani. *Creſc.* 223. *alias 16. de privileg.*

7 Auditor Cameræ eſt ordinarius. *Put. 3. de offic. ord.* ſine territorio. *Gom. in reg.* 284.

8 Si committitur petitorium, & poſſeſſorium ſimul prout de jure, debet prius terminari poſſeſſorium parte volente. *Put. 15. de cauſ. poſſ.*

9 Clericus ratione delicti ante clericatum commiſſi non ſubjicitur foro ſæculari, niſi in fraudem ſe ad clericatum promoveri curaverit. *Oldrad. conſ.* 4.

10 Qui ex duobus cognitionem habentibus cauſarum criminalium ſolus habet exequutionem, poteſt alio invito furcas erigere. *Oldrad. conſ.* 6.

11 Delictum in perſonam Judicis, ut privati commiſſum, per eundem cognoſci non poteſt nec delinquens puniri. *Oldrad. conſ.* 7.

TITULUS XXXI.
DE FRUCTIBUS, ET LITIUM EXPENSIS.

1 OMnes in Rota condemnantur in fructibus a die motæ litis in ſpolio, vel reſervatis a die intruſionis. *Jo. Pau.* 36. 120. Idem in regreſſu, vel coadjutoria. *Caſ. 1. de cauſ. poſſ.*

2 Poſſeſſor malæ fidei cum titulo conventus a minore, vel pupillo tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, ſecus ſi a majore. *Creſc.* 176. Intruſi lite pendente, & violenti ſpoliatores condemnantur in fructibus, qui percipi potuerunt, & hi ſpoliatores in diſtributiones ſine proteſtatione. *Aug.* 3. 731. *Put. 2. de fruct. & 8. de reſtit. ſpoliat.* & in attentatis appellatione fructuum non veniunt diſtributiones, præſertim non perceptæ. *Put. 3. hoc tit.*

3 Qui incidit in Eugenianam tenetur ad fructus perceptos, licet decretum irritans non liget quoad pœnam ignorantes. *Fab. 19. vid. Put. 17. de jud.*

4 Si fuit facta proteſtatio, condemnatus in fructibus tenetur ſolvere diſtributiones quotidianas. *Mohed.* 109. Proteſtatio fieri debet principali non procuratori. *Peregr.* 12.

5 Ante liquidationem ſufficit unum Julium deponere cum oblatione. *Gom.* 1. 16.

Hoc quando procedat. Vide Seraph. deciſ. 655. & 1176.

6 Fructus debentur ceſſionario ſubrogato in actione ſpolii. *Aug.* 3. 44.

7 Quia Ægidiana non permittit appellari in poſſeſſoriis exequimur ſententiam quoad poſſeſſionem, non vero quoad fructus, & expenſas, de fructibus pendentibus tempore ſententiæ dubitabatur, viſum eſt partem rei eſſe. *Aug.* 3. 47.

8 Ceſſionarius ſuccedit etiam reſpectu fructuum perceptorum ante reſignationem. *Put. 1. de fruct.* ſed contra, 8. *eod. tit.*

9 Qui poſt inhibitionem tranſtulit poſſeſſionem tenetur ad fructus. *Put. 4. & 5. de fruct.*

10 Fructus pendentes tempore ſententiæ, ſed collecti ante executionem, veniunt in reſtitutione rei detractis expenſis, & ſeminibus. *Put. 6. de fruct.*

11 Etſi Epiſcopus proviſus de Canonicatu non intimet diſpenſationem, vel retentionem, ſed bullas proviſionis, Capitulum tenetur ad fructus. *Put. 7. hoc tit.*

12 Non fit condemnatio in fructibus a data brevis concedentis fructus in abſentia, ſed in non diſtributis, vel poſt intimationem. *Put. 8. de re judic.*

13 Excommunicatus non facit fructus ſuos. *Put. 1. de ſent. excomm.*

14 Solutio fructuum etiam poſt condemnationem in ſpolio, eſt facienda in partibus. *Put. 1. de ſolut.*

TITULUS XXXII.
DE EXPENSIS.

1 JUſta cauſa litigandi non excuſat ab expenſis in Rota. *Gom. 1. in reg.* 134.

2 Habens ſententiam pro ſe non condemnatur in expenſis, niſi ex eiſdem revocetur. *Gom. in reg.* 110.

3 Ut evitetur ſententia, & condemnatio expenſarum non ſufficit oſtendere reſignationem, niſi oſtendatur dimiſſio poſſeſſionis. *Creſc.* 92. *vide alia inf. de judic. cap. de ceſſion. lit.*

4 At-

4 Attentans condemnatur in expenſis, licet revocentur attentata ex officio. *Creſc.* 180.

5 Auditor Rotæ poteſt taxare expenſas factas coram A. Cameræ, ſi in commiſſione dicatur, ut poſſet ille, procedat. *Creſc.* 14.

6 Expenſæ litis, & alimenta non debentur uxori, ſi dos promiſſa ſoluta non eſt. *Creſcent. in deciſ.* 233.

7 Qui jurat paupertatem, ſi vincit habet expenſas, quas fecit. *Jo. Pau.* 19. ſed notarius Rotæ ad rigorem. *Gomeſ.* 1. 66.

8 Taxatio expenſarum, in qua dicitur ad ducatos auri de Camera, intelligitur, quoad regiſtrum de ducatis Cancellariæ, quoad teſtes, & alia de ducatis de Carlenis decem, quorum unum faciunt triginta quatreni. *Jo. Pau.* 5.

9 Non datur compenſatio expenſarum in cauſa attentatorum, quæ eſt privilegiata cum expenſis negotii principalis ſuper quibus quis fuit admiſſus ad *cap.* Pervenit. *Put.* 2. *de except.*

10 Sententia ſecunda, vel tertia confirmans primam, in qua erat omiſſa condemnatio expenſarum, ſi habet condemnationem ſine verbis coram nobis, intelliguntur etiam in prima. *Put.* 1. *de expenſ.*

11 Expenſæ litis, & alimenta non debentur Monacho alterius Monaſterii electo ad dignitatem, & ſpoliato. *Put.* 2. *de expenſ.* & 13. *de judic.*

12 Qui habet actionem, ſi non ceſſit, tenetur ad expenſas. *Put.* 3. *de expenſ.* Alimenta, & expenſæ litis debentur Religioſis propria negotia tractantibus, & in prima inſtantia probata filiatione. *Peregr.* 1.

TITULUS XXXIII.
DE FURTIS.

1 UNiverſitas non poteſt condemnari pro frumento, quod pervenit ad manus ſingulorum, niſi fuerit diſtributum communicato conſilio. *Mohed.* 125.

TITULUS XXXIV.
DE HIS, QUÆ FIUNT A MAJORE PARTE CAPITULI, ET DE HIS, QUÆ FIUNT SINE CONSENSU CAPITULI.

1 COnſilium Capituli tantum requiritur, quando Epiſcopus procedit contra unum de Capitulo delinquentem. *Mohed.* 242. *Put.* 2. *de off. ordin.* Magna quæſtio eſt, an ſemper requiratur conſenſus Capituli, ſed receptius videtur, ut in magnis requiratur, conſilium vero ſemper fere requiritur. *A. A.*

2 Nomina Canonicorum non ſunt exprimenda, niſi agatur de magno præjudicio. *Mohed.* 243. neque quod major pars intervenerit, neque ſigillum Capituli requiritur. *Aug.* 3. 169. ſi verba ſunt enunciativa, & non diſpoſitiva de actu Capitulari, verba inſtrumenti nominantis Capitulum, non probant. *Put.* 14. *de fid. inſtrum.*

3 Capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia, quæ ad ſolum Epiſcopum pertinent, ſed ſua, vel communia. *Aug.* 3. 102. neque admittere reſignationes eorum. *Put.* 34. *de præbend.*

4 Abſentes, cum de præjudicio ipſorum agitur, vocandi ſunt, ſed cum ad priſtinum, & meliorem ſtatum rediguntur, qui ſunt in loco, vocantur. *Aug.* 3. 129. 201. qui dicit præſentes, vel abſentes alios, probet. *Aug.* 3. 344. *Put.* 15. *de probat.*

5 Si collatio pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum, & Epiſcopus provideat, & capiat proviſus poſſeſſionem, eamque continuet ſciente, & non contradicente Capitulo, ſatis eſt, niſi medio tempore jus quæratur alteri. *Aug.* 3. 437. Idem dic, ſi Capitulum provideat, & Epiſcopus patiatur. *Put.* 20. *de præbend.* nec medio tempore jus quæritur alteri. *Put. deciſ.* 61. *de præbend.* quid ſi Capitulum tradat poſſeſſionem cauſa obedientiæ, vel metu cenſurarum? *Idem* 64. *eod.*

6 Non creditur notario dicenti ſeptem Canonicos facere Capitulum in arduis ubi ſunt 22. *Put.* 3. *de cauſ. poſſeſſ.*

7 Decanus poteſt agere, & conſtituere procuratorem pro rebus Capituli. *Put.* 22. *de judic.*

8 Collatio præbendæ in Collegiata pertinet ad Capitulum, ſed an appellatione Capituli comprehendatur prælatus, videndum. *Put.* 45. *de præbend.* At *Caſſ.* 22. *de præbend.* tenet in Collegiatis Capitulum præſentare, & Epiſcopum inſtituere.

TITULUS XXXV.
DE HIS, QUÆ IN FRAUDEM CREDITORUM.

1 VIcinitas actuum, & fuga non probant fraudem. *Aug.* 1. 123. 655.

2 Ceſſio actionis facta afferto creditori non valet, niſi conſtet de debito. *Peregr.* 68.

TITULUS XXXVI.
DE HOMICIDIO.

1 HOmicida, & rebellis non eſt privatus ipſo jure, & poſſunt renunciare. *Gom. in reg.* 136. & agere ad beneficium, & collatio eis facta valet. *Put.* 29. *de præb.*

2 Alexandrina non adjudicat vulnerato jus litigioſum, ſed aufert a vulnerante. *Jo. Pau.* 67. *Mohed.* 55. *alias* 54. *Put.* 3. *de feud.*

3 Alexandrina habet locum in vulnerante procuratorem, & in vulnerante extra curiam: & onus probandi cauſam vulnerum incumbit vulneranti, quia præſumitur ex cauſa litis. *Jo. Pau.* 112. & 113.

4 Exceptio Bullæ Alexandrinæ, & ſi non ſit lata declaratoria, obſtat agenti ſpolio. *Mohed.* 272.

5 Aggreſſus procuratorem, ut caperetur ab executore, non incidit in Alexandrinam. *Gom.* 2. 25.

6 Qui operam dedit, ut vulneraretur, & non vulneratus eſt, non incidit in Alexandrinam. *Gom.* 2. 36.

7 Homicidium probatur ex teſtibus de auditu ab eodem, & fuga, & vulneribus, & obitu ad effectum inhabilitatis. *Aug.* 3. 136. *Put.* 7. *de confeſſ.*

8 Pugnans in duello, ex quo non fuit ſecutum homicidium, neque mutilatio membri, ſed tantum debilitatio, non efficitur inhabilis ad obtinenda beneficia. *Peregr.* 63. 64.

TI-

TITULUS XXXVII.
DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

1 Reſtitutio in integrum in beneficialibus non datur poſt quadriennium. *Jo. Pau.* 97. *Gom.* 1. 30. *Aug.* 3. 287. *Put.* 1. *hoc tit.* & 2. niſi ſit impeditus per concordiam. *Jo. Pau.* 97. *Aug.* 3. 287. & 320. 628. Fuit etiam data remiſſoria ad probandum vim, & metum electionis. *Sim.* 29. datur etiam propter enormiſſimam læſionem. *Aug.* 3. 287. quæ eſt cum nihil habet aliud. *Idem* 3. 315. Item ſi ignoret rem judicatam. *Aug.* 3. 287. ignoratio juris provenientis ex facto, quia non vidit ſupplicationem adverſarii, non excuſat. *Idem* 3. 315. paupertas non excuſat, niſi maxima. *Aug.* 3. 564. *Put.* 8. *hoc tit.* metus excuſat quadriennii lapſum. *Caſſad.* 2. *de in integr. reſtitut.*

2 In beneficialibus datur reſtitutio ex gratia, in prophanis majoribus ex clauſula, ſi qua mihi juſta, in ſpolio regulariter non datur. *Put.* 16. 17. *hoc tit.* ſed data fuit etiam contra tres ſententias propter inſtrumentum noviter repertum, & fuit exequutio retardata. *Jo. Pau.* 90. non recte *A. A.*

3 Reſtitutionem petens nomine Eccleſiæ ſuæ adverſus rem judicatam non tenetur parere. *Mohed.* 177. *Jo. Pau.* 22. niſi tribus ſententiis fuerit condemnatus. *Jo. Pau.* 22. & ex præſumpta calumnia. *Idem* 90. *Caſ.* 1. *de in integr. reſtit.* *ſed Sim.* 29. tantum quærit, an reſtitutio impediat exequutionem, & remittit ad *Cor. conſ.* 3. Nos olim tenuimus, quoties reſtitutio datur remedio juris, ut minori Eccleſiæ capto ab hoſtibus, impediri exequutionem unius ſententiæ, ſi ex gratia petatur, ut in beneficialibus non impediri, licet contradixerit. *Steph. Put.* 7. *hoc tit. Aug.* 3. 588. 613. 738.

4 Adverſus Regulam de Triennali non competit reſtitutio. *Gom. in reg.* 328. Aliquando data eſt. *A. A.* reſtitutio excluditur regula de triennali. *Caſ.* 2. *de reſtit. in integr.*

5 Contra præſcriptionem ex capite ignorantiæ datur reſtitutio. *Mohed.* 13.

6 Qui propter infirmitatem non potuit ſe defendere, vel ſi ejus procurator doloſe omiſit appellare, datur reſtitutio. *Mohed.* 78. conſtito de bono jure. *A. A.*

7 Procurator etiam poſt tres ſententias non poteſt revocari, & cogitur defendere dominum in cauſa reſtitutionis. *Caſ.* 2. *de procur. Put.* 18. *de procur. Mohed.* 84. procurator poſt tres poteſt petere reſtitutionem ſi habet ad ſupplicandum. *Caſ.* 1, *de procur.*

8 Læſio ultra dimidiam eſt magna, & ſufficit ad reſciſſionem contractus jurati, ſi domus valoris 2300. vendatur mille. *Sim.* 21. *Caſ.* 1. *de empt. & vend.* quæ dicatur enormiſſima læſio. *Socin. conſ.* 266. dicit, quod Rota ſequitur, cum ſi hoc amittat nihil ſibi eſt reliquum. *A. A.*

9 Enormis læſio ſufficit, ut non obſtante juramento de non contraveniendo, quis reſtituatur. *Gom.* 1. 97. ſtante enormiſſima reſtituitur adverſus tranſactionem. *Put.* 11. 12. *hoc tit.*

10 Si eſt præfixus terminus ad probandum cauſas reſtitutionis, & non probantur, exequutio non eſt retardanda. *Aug.* 3. 202. *Put.* 7. *hoc tit.* Idem ſi fuit cœpta exequutio. *Put.* 10. *hoc tit.*

11 In commiſſione reſtitutoria eſt facienda mentio rei judicatæ. *Aug.* 3. 223.

12 Reſtitutio in integrum, quæ competit de jure communi, ſuſpendit exequutionem, niſi quadriennium ſit elapſum. *Aug.* 3. 585. *Put.* 7. *hoc tit.* Itaque ſi ab Eccleſia, vel univerſitate, quæ habet privilegium minoris petatur, impeditur exequutio. *Aug.* 3. 594. dolus, vel negligentia procuratoris non appellantis non eſt legitima cauſa ad reſtitutionem non pariro judicato. *Caſſ.* 5. *de app.* Paupertas magna, infirmitas, mors procuratoris ſunt cauſæ ad petendam reſtitutionem. *Caſſ.* 6. *de appellat.* Item impedimentum Judicis laici. *Put.* 4. *hoc tit.*

13 Reſtitutio ſæpius petita non datur, ſi a Judice ſemel eſt repulſus, niſi ex novis cauſis. *Aug.* 3. 601. *Put.* 13. *hoc tit.*

14 Non probatur enormiſſima læſio, ut detur reſtitutio poſt quadriennium, licet Eccleſia tractet de ſubjectione, cum non interſit Epiſcopo, an Abbati ſubiiciatur. *Aug.* 3. 601.

15 Conſorti litis datur reſtitutio, ſi res eſt individua, & datur alteri. *Aug.* 3. 654. 739.

16 Non probatur enormiſſima læſio populi, licet non præſentent parochiani in ſingulis Eccleſiis. *Aug.* 3. 739.

17 Quadriennium lapſum in vita patris, vel in majore ætate filii, impedit reſtitutionem. Idem ſi pro parte in vita pro alia in majore ætate filii, ſi cœpit currere in vita patris, & finis fuit in pupillari ætate filii. Idem ſed reſtituitur ex capite ignorantiæ, vel impedimenti, multo magis ſi totum quadriennium labitur in pupillari ætate filii, fortaſſe verius eſt, ut quadriennium currat poſt majorem ætatem. *Aug.* 3. 777.

18 Si poſt unicam ſententiam, & executoriales eſt data reſtitutio, & nihilominus res judicata confirmata eſt per alias ſententias, non poteſt exequi prima ſententia, ſed aliæ literæ executoriales petuntur. *Caſſ.* 13. *de reſcript.* non placet cum denegetur reſtitutio. *A. A.*

19 Etiam in beneficialibus datur minori 25. majori 14. reſtitutio, licet poſſit comparere in judicio. *Put.* 3. *hoc tit.* ſed ad lucrum non datur. *Idem* 5.

20 Minor non reſtituitur ob omiſſa interrogatoria, niſi conſtito de læſione. *Put.* 9. *hoc tit.*

21 Communitas habetur loco minoris, & reſtitui poteſt ad examinandum teſtes poſt didicita teſtificata præmiſſa cauſæ cognitione. *Put.* 15. *hoc tit.*

22 Minor reſtituitur ad examinandum teſtes novos poſt terminum. *Put.* 16. *hoc tit.*

23 A ſententia denegationis in integrum reſtitutionis in ſpolio, licet appellare. *Put.* 18. *hoc tit.* etiam ſtante Ægidiana.

24 Quadriennium non currit ſtante veriſimili impedimento. *Put.* 19. *hoc tit.*

25 Qui petit reſtitutionem in integrum in beneficialibus, & probat non jus illius, qui obtinuit, non

non obtinet niſi probet bonum jus ſuum. *Peregr.* 18.

26 Quadriennium non currit tempore tractatus de compoſitione etiam compromiſſi facti, prout Rot. tenuit in una Prioratus de Calaſas inter Petrum Lauræ, & Vincentium Lueri *coram Roſſanen. de anno* 1548. notat *Gomeſ. in reg. de ann. q.* 41.

TITULUS XXXVIII.
DE INJURIIS.

1 VAlet ſententia ſuper Injuriis ſi probatur per teſtes, licet non fuerint extimatæ, vel taxatæ. *Creſc.* 183.

2 Injuria facta coram decem hominibus dicitur facta in multitudine, de qua non poteſt cognoſcere Archidiaconus cognoſcens de levibus. *Mohed.* 164. Ubi alia.

TITULUS XXXIX.
DE JUDICIIS.
CAPUT I.
De Judicio Ordinario, & Summario.

1 INſtantia cœpta per prædeceſſorem tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. *Mohed.* 41. & probationes. *Put.* 42. & 43. *de judic.*

2 Si duo ſint ſubrogati in eodem jure ad poſſeſſionem, vel proſequutionem rei judicatæ, inter eos, rocedi ur ordinarie, non exequutive. *Mohed.* 206. 331.

3 Commiſſio cum clauſula ſummarie prodeſt aliis inſtantiis ſequentibus. *Caſſ.* 8. *de reſcript.* niſi verba ſint directa ad primam inſtantiam tantum. *Jo. Pau.* 29.

4 In prophanis commiſſio, quæ dicit, procedatur, ut in beneficialibus, intelligitur ſummarie. *Mohed.* 298.

5 Etſi committatur cauſa, ut poſſit procedi ſine ſervatione terminorum, debent ſervari quatuor ſubſtantiales, qui breviari poſſunt. *Auguſt.* 3. 120. *Caſ.* 8. *de reſcr. Peregr.* 24. loco tantum termini ad dicendum contra producta, ſufficit citatio facta ad dicendum contra facto producta. *Caſ. Peregr. ubi ſupr.* Idem dicerem de termino ad dicendum contra articulos. *A. A.*

6 Si rei iterentur termini vigore commiſſionis, non ſanantur, niſi exprimatur, quod fuerunt ſervati, prout in beneficialibus. *Caſ.* 9. *de reſcript.* non placet *A. A.*

7 Proceſſus eſt ſummarius ſi in Signatura Regentis dicatur, ſummarie &c. licet non dicatur in corpore neque in Signatura Papæ, vel Cardinalis. *Caſ.* 14. *de reſcript.*

8 Cauſa ſuper jure viſitandi eſt ordinaria, & non ſummaria, niſi in commiſſione concedatur. *Caſ.* 1. *de jud.*

9 Si agatur ſuper canonizatione unionis duorum beneficiorum invicem, cauſa eſt beneficialis, & ſummaria. *Caſ.* 3. *de jud.*

10 Licet Auditor Cameræ in cauſis mercatorum, & non excedentibus centum poſſit procedere manu regia, ſi committatur alia cauſa, prout in cauſis mercatorum, debent ſervari quatuor termini. *Put.* 46. *de jud.*

11 In cauſis infra centum A. C. poteſt procedere lite non conteſtata. *Put.* 47. *de jud.*

CAPUT II.
De Exequutione.

1 Declaratoria lata intra triginta dies poſt intimationem exequutorialium valet: termini in judicio declarationis reiterantur vigore Innocentianæ. *Mohed.* 147. *Put.* 35. *de jud.*

2 Ubi agitur de cenſuris, & privatione requiritur citatio perſonalis, & vera notitia. *Caſ.* 2. *de penſion. Gom. in reg.* 73. 149. *Mohed.* 353.

3 Executor merus poteſt eſſe ſimplex clericus, mixtus autem, ut cum clauſula, vocatis vocandis, aut amoto illicito detentore, debet eſſe conſtitutus in dignitate. *Aug.* 3. 630.

CAPUT III.
De Contumaciali, & ubi per contradictas proceditur.

1 Proceſſus per contradictas decretus non probata abſentia partis, vel procuratoris ſubſtinetur, ſi probetur vere tunc abſuiſſe. *Creſc.* 18. *Joann. Pau.* 115.

2 Reus contra actorem abſentem procedit per contradictas. *Mohed.* 146. licet non ſit nominatus in commiſſione, vel citatione. *Fab.* 41. *Put.* 61. *de jud.* & 62. Item contra procuratorem aſſertum actoris abſentem, ut doceat de mandato. *Aug.* 1. 7. 3. 347. 377.

3 Procurator acceptans eſt citandus, alias non valet proceſſus per contradictas. *Mohed.* 312. Intimatione apud acta. *A. A.*

4 Univerſitati etiam debet deputari curator, vel defenſor, alias proceſſus per contradictas eſt nullus. *Creſcent.* 207. quia æquiparatur minori. *A. A.*

5 Mortuo collitigante ſuper beneficio proceditur per contradictas contra intereſſe putantes non citato procuratore domino litis, ſed ſi conſtet de certo contradictore citandus eſt. *Caſ.* 6. *ut lit. pend.* & extinguitur lis, niſi aliquis ſit gratioſe ſubrogatus. *Caſ. un. de ſentent. & re jud.*

6 Valet proceſſus per contradictas, licet pars ſciat quis ſit procurator acceptans. *Peregr.* 60.

CAPUT IV.
De Proceſſu cum Procuratore, & aliis.

1 Conſors litis non poteſt nomine alterius procedere, nec petere ſententiam ſi ille habet procuratorem apud acta. *Creſc.* 127.

2 Si actor eſt procurator generalis rei, & ſubſtituat, non poterit procedi cum eo ſubſtituto. *Creſc.* 94.

3 Morte mandantis non expirat mandatum propter fructus, & expenſas in cauſa prophana. *Creſc.* 241. imo ſi eſt dominus litis procurator in prophana in omnibus non expirat, in beneficiali non expirat, ſed ſubſtinetur quoad fructus, & expenſas. *A. A.*

4 Si in mandato eſt clauſula, ſatiſdationis, mandatum valet etiam poſt mortem, ſed ſi hæres eſt minor in cauſa prophana, vel pupillus in beneficiali dubitandum. *Creſc.* 212.

5 Citatus ad comparendum per ſe, vel per procuratorem in cauſa ardua non excuſatur propter non tutum acceſſum itineris. *Creſc.* 43. *Gom...*

6 Si reus citatus ad inſtantiam duorum ſuper eadem re coram eodem Judice, & notario, & com-

compareat ipſe, vel ejus procurator, & notarius ſcribat pro A. contra B. & non dicat C. hic tamen C. non poteſt procedere, niſi illo citato. *Creſcent.* 85. de rigore contra. *A. A.*

7 Vigore commiſſionis impetratæ per aſſertum procuratorem non poteſt procedere altera pars. *Mohed.* 230. debet cogere procuratorem, ut oſtendat mandatum. *A. A.*

8 Licet curator ad litem minoris nihil alleget, vel producat, valet ſententia. *Aug.* 3. 1. Idem contra pupillum, licet minor non dederit interrogatoria. *Put.* 29. *de jud.* & 30. ſi nunquam compareat non valet. *Idem* 3. 50. ſed ex ſtylo minore legitime citato ad comparendum legitime, & ei curatore deputato ipſoque citato valet. *Idem* 3. 56.

9 In favorem minoris, parte non opponente, poteſt ferri ſententia ad inſtantiam aſſerti procuratoris. *Aug.* 3. 237.

10 Valet proceſſus factus cum tutore dato in teſtamento filio ſpurio confirmato a Judice. *Put.* 27. *de jud.*

11 Licet tutor non fecerit inventarium valet adminiſtratio, ſed deberet, ut ſuſpectus removeri. Non tenetur mater ſecundis nuptiis renunciare. Mater non poteſt adminiſtrare non decreta tutela a Judice, vel teſtatore. *Put.* 28. *de jud.* & 30.

CAPUT V.

De Tertio veniente ad Cauſam.

1 Si tertius ſe oppoſuit exequutioni, ſufficit ei dare cautionem. *Creſc.* 14.

2 Tertius impedit exequutionem ſi poſſeſſio eſt vacans. *Mohed.* 94.

3 Tertius impedit canonizatoriam contra intruſum. *Creſcent.* 38. Immo non impedit. *Peregr.* 20.

4 Tertius citatus ad dicendum contra commiſſionem, & videndum ſe admitti, pro intereſſe, ſi non petat ſe admitti, non facit litem. *Creſc.* 68. Idem ſi citet ad videndum ſe admitti in duobus beneficiis, & petat in uno tantum, nec eſt admiſſio in manuali ſcripta corrigenda juxta commiſſionem, aut citationem. *Aug.* 1. 379.

5 Tertio venienti pro intereſſe ſuo præjudicant acta, & teſtes. *Mohed.* 81. *alias* 79.

6 Qui venit ad cauſam vigore commiſſionis in qua eſt clauſula, quam & quas, & petit ſe admitti pro intereſſe, dicitur potius reus, quam actor. *Mohed.* 229. *Fab.* 15. *Put.* 8. *de jud.* Si commiſſio eſt contra utrumque litigantem, contra reum erit actor, contra actorem reus, ſi non utatur commiſſione. *A. A.*

7 Licet commiſſio non habeat clauſulam, omneſque alios valet ſententia contra tertium venientem ad cauſam pro intereſſe, maxime ſi dicatur in commiſſione, cum poteſtate citandi A. omneſque alios. *Put.* 25. *de judic. Idem* 59. *eod.*

8 Tertius veniens in tertia inſtantia in eodem ſtatu non poterit appellare a ſententia. *Put.* 60. *de jud.*

9 Tertius admiſſus conſtito de intereſſe debent docere de aliquo jure, & parte non citata alias non facit litem, neque cenſetur admiſſus. *Aug.* 1. 387. *contr. Peregr.* 109.

10 Si tertius veniat ad cauſam inter A. & B. & A. reſignet in favorem B. durat lis inter tertium, & B. *Peregr.* 109.

CAPUT VI.

De cedente liti.

1 Si reus citatus dat mandatum ad allegandum ſibi jus non competere, non condemnatur in expenſis, poteſt tamen ferri canonizatoria pro actore. *Creſc.* 41.

2 Si reus cedat liti, actor poteſt obtinere ſuis expenſis ſententiam contra intrudendos. *Creſcent.* 51. & reum condemnare in expenſis uſque ad diem ceſſionis. *A. A.*

3 Reus poſſeſſor reſignans non evitat expenſas, niſi dimittat poſſeſſionem. *Creſc.* 92. tenetur etiam ad fructus. *A. A.*

4 Tranſactione omnia acta cenſentur eſſe extincta, ideo non valet exequutio priorum actorum, ſed pars de novo eſt citanda, & proceſſus inchoandus. *Mohed.* 315.

CAPUT VII.

Communia de Judiciis.

1 Sententia valet, licet pars non fuerit citata ad concludendum. *Creſc.* 59.

2 Dies termini non computatur in termino, niſi ad annullandum. *Jo. P.* 7.

3 Si petatur avocari cauſam quatenus non ſit inſtructa, petens tenetur probare cauſam non eſſe inſtructam, ſi petatur committi cauſam cum avocatione opportuna, quatenus non ſit inſtructa, alias pars probet eſſe inſtructam *Creſc.* 126. non placet hæc verborum differentia, ſed qui dicit eſſe inſtructam probet. *A. A.*

4 Tempus inſtructionis inſpicitur tempore avocationis, hoc eſt, commiſſionis impetratæ, ſed geſta poſt exequutam inhibitionem revocantur. *A.* 1. 352. *contr. Put.* 10. *ut lit. pend.*

5 Cauſa dicitur inſtructa in Rota, cum ſunt jura producta, & termini ſervati licet nulliter, nam tunc ſi inhibeatur cum clauſula quatenus non ſit inſtructa, non tenetur parere. *Creſc.* 113.

6 Jura dicuntur eſſe in actis cum pars eſt citata ad dicendum contra. *Gom. in reg.* 114.

7 Commiſſio ſuper jactationibus, & moleſtationibus comprehendit petitorium, & poſſeſſorium. *Mohed.* 298. niſi dicatur ſuper moleſtationibus in poſſeſſione. *Caſſ.* 6. *de reſcript.*

8 Proceſſus factus in partibus lite pendente in curia eſt nullus. *Mohed.* 320. parte illic opponente. *A. A.*

9 Proteſtatio in judicialibus debet repeti in quolibet actu, in extrajudicialibus non. *Mohed.* 44. Itaque valet proceſſus coram recuſato cum proteſtatione, quæ trahatur ad futura ſi poſtea compareat ſimpliciter. *Put.* 41. *de jud.* & 44. *eod.*

10 Sententia eſt intelligenda juxta formam libelli. *Creſc.* 133.

11 Habens ſubrogationis ſupplicationem, & literas prioris tituli, non poteſt petere canonizari literas ſi jus ſubrogationis eſt potentius, ſed debet expedire. *Creſc.* 95.

12 Subrogatio gratioſa ſuſtinet litem. *Caſ.* 1. *ut lit. pend. Mohed.* 239.

13 Licet reus non declinet juriſdictionem, Judex cauſarum criminalium ſi abſolvat a crimine non poteſt condemnare civiliter ad rem reſtituendam. *Creſc.* 167.

14 Citatio ad dicendum contra articulos datos, & jura producta ad primam ſufficit pro duobus terminis ſubſtantialibus. *Caſſad.* 2. *de jud.*

15 Statutum Urbis, quod poſt annum non poſſit dici de nullitate, non tollit exceptiones. *Put.* 13. *de conſtit.* niſi replicando. *Idem* 15. *eod.*

16 Idem Statutum habet locum, licet committatur cauſa nullitatis acceſſorie ad cauſam appellationis. Idem ſi allegetur nullitas ex defectu juriſdictionis. *Put.* 20. *de conſtitut.* Idem eſt in interloquutoria, quod in definitiva. *Idem* 21. *eod.*

17 Idem Statutum eſt deciſorium, & ſervandum in quocumque foro. *Idem* 22. *eod.* Idem Statutum habet locum, licet quis bene inchoaverit litem, ſed poſtea labantur tempora. *Idem* 23. *eod.* dubito *A. A.*

18 Inſtantia tranſit in ſingularem ſucceſſorem. *Put.* 42. *de judic. Mohed.* 41. & probationes non coram arbitris factæ. *Idem Put.* 43. *eod.*

19 Non videtur prorogare juriſdictionem, qui coactus eſt aliquid coram Judice facere. *Auguſt.* 1. 186. *contr.*

20 Si regiſtrum præſumatur occultatum, vel deperditum culpa retardantis poteſt cauſa expediri viſis originalibus. *Peregr.* 21.

TITULUS XL.
DE JURE DOTIUM.

1 SI mulier ſecundo nubens dedit omnia bona præſentia, & futura in dotem, venit etiam hæreditas futura. *Creſc.* 204.

2 Si dos promiſſa non eſt ſoluta, uxori litiganti alimenta, & expenſæ non debentur. *Creſc.* 233. *vid. Put.* 2. *de uſur.*

3 Solemnitas requiſita in alienatione donationis propter nuptias requiritur in alienatione dotis æſtimatæ, & rerum dotalium matris ob adminiſtratam tutelam filiorum, donec reddat rationem. *Gom.* 1. 64. *Aug.* 3. 340.

4 Non poteſt fieri retentio dotis matris ob adminiſtratam tutelam filiorum, donec reddat rationem. *Gom.* 1. 64. *Aug.* 3. 670.

5 Valet pactum inter ſocerum, & generum de dando ſeptem pro centenario, donec fuerit dos ſoluta. *Gom.* 2. 40. Idem ſi teſtamento legentur. *Put.* 1. *de uſur.*

6 Fructus dotis extimatæ, ut ex Statuto Urbis debentur etiam hæreditate jacente, & ante interpellationem, ſed competit reſtitutio in integrum. *Aug.* 3. 67.

7 Maritus promiſit pro uxore, ut ſoluta dote renunciaret legitimæ, ſi dos non eſſet ſoluta, quia maritus recuſavit cavere de ea conſervanda poſt uxoris mortem, cui ſucceſſit non poteſt petere legitimam. *Aug.* 3. 142.

8 Æqualitas inter filias non eſt neceſſario ſervanda. Pater, qui dotat computando legatum quoddam, non videtur de bonis propriis dotare, licet regulariter contra. *Aug.* 3. 412.

9 Confeſſio dotis receptæ habet vim donationis etiam ſine inſinuatione. *Aug.* 3. 690.

10 Statutum permittens fructus dotium, habet locum, quando pignus eſt traditum, & ex pignore percepiſſet fructus, & ſtantibus oneribus matrimonii, & in fructibus, qui ſtant periculo divino. *Put.* 24. *de conſtit.* & dum vivit. *Put.* 2. *de uſur.*

TITULUS XLI.
DE JURE EMPHYTEOTICO.

1 STatutum Cæſenæ, quod extantibus hæredibus nemo poſſit inveſtiri de bonis emphyteoticis devolutis ad Eccleſiam, cum ſit confirmatum a Papà, valet. *Mohed.* 173. *vide Put.* 6. *de conſtit.*

2 Emphyteota non ſervans pacta cadit, ſicut non ſolvens canonem. *Creſc.* 196.

3 Cenſum non ſolvens non incidit in commiſſum, niſi contractus ſit juratus. *Sim.* 4. vel ſi ſit expreſſum in contractu. *A. A.* & ceſſat purgatio moræ. *Mohed.* 26.

4 Extenſio emphyteuſeos debet fieri cum eiſdem ſolemnitatibus, & in antiquis præſumuntur interveniſſe. *Aug.* 3. 595. Stante prima inveſtitura ſolemniter facta poteſt fieri ſecunda ſine ſolemnitatibus, ſi alia non præcedit, requiritur binus actus, & tempus 30. vel 40. annorum. *Put.* 1. *de reb. eccl. vide Gom. in reg.* 194.

5 Pœna, *L. Si quis major*, procedit in contractu cenſuali, & alio quocumque contra jurantem, non contra hæredem. *Caſ.* 2. *de jurejur.*

6 Caducitas procedit ſi dominus voluerit, & declaraverit vivo emphyteota. *Caſ.* 2. *de locat.* Idem ſi dominus, non ſi ſucceſſor declaraverit. *Idem* 3. *eod. tit.* & poteſt expelli propria auctoritate. *Peregr.* 30.

Vide alia *ſub tit. de locat.*

7 Conceſſa emphyteoſi pro matre, & filia præſentibus, acquiritur utrique ſimul non ordine ſucceſſivo. *Put.* 4. *de loc.*

TITULUS XLII.
DE JUREJURANDO.

1 DAns poſitiones tenetur jurare de veritate quoad exiſtentes in facto proprio, quoad alias de calumnia. *Mohed.* 211.

2 Juramentum de non contraveniendo, vel non revocando non impedit pœnitentiam ante præſtationem conſenſus. *Gom. in reg.* 42.

3 Conductor jurans ſi ceſſat ſolvere, cadit, & non admittitur purgatio moræ. *Mohed.* 26. Item cenſum non ſolvens non incidit in commiſſum, niſi contractus ſit juratus. *Sim.* 4.

4 Juramentum in litem non eſt dandum adverſus curatorem hæreditatis jacentis tutoris, qui obiit ante litem conteſtatam, ſed in ſupplementum tantum. *Creſc.* 188.

5 Juramentum Epiſcopi de non alienando res Eccleſiæ præſumitur præſtitum, licet non conſtet. *Creſc.* 49. *Gom. cont.* 2. 47. poterit tantum alienare in caſibus a jure permiſſis, & erit perjurus. *Creſc.* 150. *Gom.* 2. 48. forte ſine ſolemnitate. *A. A.* non retractatur ab eodem qui alienavit, quia in præjudicium ipſius valet, tamen

men in præjudicium Eccleſiæ non valet. *A. A.* dum vivit. *Mohed.* 7. *alias* 250.

6 Papa, & Pœnitentiarius tollunt jus quæſitum propter perjurium. *Gom. in reg.* 14.

7 Per abſolutionem a juramento cum clauſula, parte citata, probata enormiſſima læſione non tollitur jus quæſitum. *Gom. in reg.* 25.

8 Juramenta teſtium abſuturorum recepta per ſolum notarium Auditore exiſtente extra curiam non valent. *Creſc.* 82.

9 Commiſſo examine teſtis cenſetur commiſſum juramentum notorio. *Mohed.* 186. non placet *A. A.*

10 Juramentum licet ſit ſolitum præſtari non præſumitur niſi probetur. *Gom.* 1. 12. 2. 47.

11 Collatio facta contra Statutum juratum a Canonicis valet, licet ipſi ſint perjuri. *Gomeſ.* 1. 46.

12 Juramentum in ſupplementum teſtium ſingularium datur. *Gom.* 2. 5. cum pluſquam ſemiplene eſt probatum, aliquando in magna quantitate. *Aug.* 3. 505. *Put.* 1. *de jurejur.*

13 Corã Gubernatore etiamſi procedatur velo levato, vel manu regia eſt jurandum de calumnia ſi petatur. *Aug.* 3. 319. *Put.* 34. *de judic.*

14 Donatio jurata non eget inſinuatione, & confeſſio dotis receptæ jurata habet vim donationis etiam ſine inſinuatione. *Aug.* 3. 690.

15 Juramentum perhorreſcentiæ poteſt præſtari a procuratore habente mandatum ad jurandum quodcumque licitum juramentum, vel ad jurandum de calumnia, & aliud neceſſarium. *Caſ.* 1. *de jurejur.* Item præſtitum per aſſertum procuratorem poteſt ratificari, ſed medio tempore facta tenent, & requiritur notitia ratificationis. *Put.* 26. *de jud.* poteſt quandocumque præſtari vigore Innocentianæ ad validitatem proceſſus de curia, non ad validitatem proceſſus de partibus. *Put.* 30. *de jud. Peregr.* 27.

16 Statutum Urbis de præſcriptione habet locum etiam ſi contractus ſit juratus, quia inſtrumentum non facit fidem, & ſic non probat, niſi probaretur per teſtes. *Put.* 16. *de conſtit.*

TITULUS XLIII.
DE OBLIGATIONE IN FORMA CAMERÆ.

1 Obligatio in forma Cameræ admittit exceptionem falſitatis, & ſolutionis. *Jo. Pau.* 65. *Caſ.* 7. *de mut. pet. n.* 2.

2 Si obligatus petat abſolutionem a juramento non facta mentione perjurii, nihil agit. *Jo. Pau.* 31.

3 Juramenti relaxatione non obſtante proceditur ad exequutionẽ obligationis in forma Cameræ. *Mohed.* 79. propter facultates A. C. *Jo. Pau.* 31. 44. 65.

4 Excipiens de non numerata pecunia contra obligationem hanc poſt relaxationem juramenti ipſe tenetur probare. *Mohed.* 31. facto depoſito. *Jo. P.* 65. contra. *Mohed.* 285. etiam ſi probetur non numerata pecunia, ſed. *Idem* 80. *alias* 78. & 286. ait, exceptio non numeratæ pecuniæ, & ſimulationes probata enormiſſima læſione, & obtenta relaxatione obſtant obligationi in forma Cameræ; tamen diſtingue, ſi incontinenti probetur, & qualitas perſonarum id ſuadeat, ut facto depoſito admittatur. *Jo. Pau.* 65. Commiſſio præfixionis termini ad probandam numerationem habenti obligationem in forma Cameræ dicitur tollere jus quæſitum. *Gom. in reg.* 22.

5 Ratificans geſta nomine ſuo per alium, ſi ille ſe obligavit in forma Cameræ, cenſetur eodem modo ſe obligaſſe, & poterit procedi exequutive. *Mohed.* 288.

6 Exceptio ſimulationis non admittitur adverſus obligationem in forma Cameræ. *Aug.* 3. 61. *vid. Mohed.* 78.

7 Exceptio rei non traditæ admittitur contra hanc obligationem, ſed ſi conſtat partem rerum eſſe traditam, omnia præſumuntur tradita. *Aug.* 3. 523.

8 Exceptio compenſationis de non ſoluta mercede cum abſolutione a juramento obligationis in forma Cameræ cauſa admittitur. *Caſ. unic. de mut. pet.*

9 Qui non perceperit fructus non tenetur ſemper ad penſionem, etiam ſi id promiſit poſſeſſione habita, vel non habita, quia hoc intelligitur de paucis annis. *Aug.* 3. 705.

Vide *inf. de ſolut. pec.* & de clauſula ſine retardatione.

TITULUS XLIV.
DE JURE PATRONATUS.

CAPUT I.
De Fundatione, & Dotatione.

1 Juſpatronatus non præſumitur ex dotatione, & fundatione, niſi probetur tempus immemoriale. *Mohed.* 253. 254. *Put.* 3. *de jurepatr.* & 8. Si utraque pars fatetur eſſe ju. patronatus, præſumitur, vel ſi probetur dotatio, & fundatio. *A. A. vide Caſſad.* 4. *de probat.* 7. *de jure patr. Put.* 4. & 5. *de jure patr.*

2 Juſpatronatus immemoriale ſi eſt certæ perſonæ, vel familiæ privatæ præſumitur eſſe ex fundatione familiæ potentis, vel univerſitatis, vel Ducis, aut filii Regis ex uſurpatione. *Creſc.* 13. *Jo. Pau.* 86. contra immemoriale. *Put.* 3.

3 In jurepatronatus Conventualium non ſufficit dotatio, & fundatio, niſi conſtet de privilegio. *Mohed.* 340.

4 Ex poſſeſſione centum annorum præſumitur titulus fundationis, niſi de aliqua antiquiore etiam conſtet. *Aug.* 3. 510. dubito de limitatione contra quam. *Idem* 3. 665.

5 Etſi non articuletur titulus, ſed allegetur, probata immemoriali ſufficit. *Put.* 16. *de jure patr.*

6 Propter antiquitatem centum annorum creditur inſtitutionem factam ad præſentationem ex cauſa reſignationis, quæ fuit enunciata, ſed probari debet habuiſſe effectum. *Aug.* 3. 724. Ex inſtrumento antiquo Epiſcopi probatur juſpatronatus. *Aug.* 2. 726.

7 Per famam in antiquiſſimis probatur juſpatronatus. *Caſſ.* 2. *de probat.*

8 Si derogetur juripatronatus præterquam ſi ex dotatione, vel fundatione competat, ſi competit

tit ex conſtructione cenſetur præſervatum. *Caſſ. 6. de jure patr.*

CAPUT II.

De Conſuetudine, & Uſurpatione.

1 Juſpatronatus in magnis dominis præſumitur ex uſurpatione. *Mohed.* 253. 340. *Aug.* 3. 114. *Put.* 8. *de iure patr.* etiam immemorialis. *Creſc.* 13. *Jo. Pau.* 86. *ut ſup.*

2 Expectativa capit beneficia juriſpatronatus laicorum ex conſuetudine non immemoriali etiam non facta ejus mentione. *Sim.* 16. *Caſ.* 4. *de jure patr.* Item omnis impetratio Apoſtolica. *Caſ. ubi ſup.*

CAPUT III.

De Privilegio.

1 Privilegiom Marchionis ex cauſa oneroſa, vel ob merita non eſt revocatum per regulam revocatoriam facultatum nominandi, & præſentandi. *Mohed.* 350. neque derogatur ei per regulas reſervatorias. *Put.* 23.

2 In jure patronatus Conventualium Monachorum tequiritur privilegiom ultra dotationem, & fundationem. Privilegium antiquum per non uſum præſumitur eſſe deperditum. *Mohed.* 340. *Put.* 7. *de jure patr.* & 8.

3 Si in privilegio petatur juſpatronatus ei, qui eſt Eccleſiam ædificarurus, & ſit ædificata, gratia eſt ſubreptitia. *Aug.* 3. 506.

4 Clericus ſupprimi curavit ſuum beneficium, & creari Canonicatum, & auxit dotem de bonis propriis ad dimidiam a Papa, & conceſſit, ut ipſi, & hæredes, & primogeniti hæredum præſentarent, juſpatronatus hoc in dotatione mixtum in præſentatione laicorum tantum eſt ex privilegio, quod dependet ex dotatione. *Aug.* 3. 541.

5 Sub expectativis, & aliis literis Papæ cadunt beneficia juriſpatronatus laicorum ex privilegio, etiam non facta mentione. *Caſſad.* 4. *de jure patr.*

6 Si in privilegio narretur beneficium valoris 100. & Papa mandet augeri ad dimidium, & præſentatus poſſeſſor dicat plus non valere, incumbit onus probandi adverſario, excepto quod per reg. Adr. patronus tenetur probare augmentum. *Put.* 16. *de probat.*

CAPUT IV.

Laicorum Clericorum mixtim.

1 Juſpatronatus relictum Rectori, & parochianis pro medietate, pertinet ad Rectorem pro altera ad parochianos. *Creſc.* 193.

2 Juſpatronatur relictum quatuor laicis, & uni clerico dicitur laicale non Eccleſiaſticum, quia qualitas laicalis præponderat. *Creſc.* 156. *Put.* 6. *de jure patr. Aug.* 3. 359. *contr.* in favorabilibus juripatronatus. *A. A.*

3 Juſpatronatus dicitur eſſe laicale, licet beneficium a clerico fundetur de bonis propriis, ſi laici ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi. *Mohed.* 328. *Gom.* 1. 13. *Put.* 15. *de jure patr.* & 17.

4 Beneficia juriſpatronatus clericorum ratione Eccleſiæ non patrimonii, vel laicorum ex conſuetudine, vel privilegio ſubjacent expectativis, & aliis literis Apoſtolicis etiam non facta mentione. *Caſſad.* 4. *de jure patronat. Sim.* 16.

5 Si laici præſentare teneantur de conſilio Prioris, dicitur juſpatronatus laicorum. *Put.* 1. *de jure patr.*

6 Præſentatio admiſſa per Ordinarium cum aliis adminiculis, præſumitur ab iis, qui ſint de genere, præſertim pro reo, & poſſeſſore. *Put.* 2. *de jure patr.*

7 Indultom capit beneficia de jurepatronatus mixto, quia eſt expreſſum. *Put.* 26. *de privil.*

CAPUT V.

De quaſi poſſeſſione præſentandi.

1 Conſenſus unius patroni probat quaſi poſſeſſionem juriſpatronatus, ſi non ſint plures. *Creſc.* 27. præſentante uno non præſervatur quaſi poſſeſſio aliis, qui non ſunt in quaſi poſſeſſione. *Put.* 27. *de jure patr.*

2 Quaſi poſſeſſio poteſt quæri per conſenſum in reſignatione, ut per obitum. *Mohed.* 340. *Aug.* 3. 19. licet patronus ſemel non præſentet, cum vacat per reſignationem non quæritur ſtatus libertatis. *Put.* 21. *de jure patr.*

3 Quaſi poſſeſſio quæritur per unam præſentationem, ſi conſtat beneficium eſſe juriſpatronatus. *Creſc.* 200. *Put.* 22. *de jure patr.*

4 Præſentatus a veris patronis præfertur præſentato a putativis, quando utrique ſunt in quaſi poſſeſſione. *Jo. Pau.* 46.

5 Fama 20. annorum cauſat bonam fidem, ita ut per unicum actum acquiratur quaſi poſſeſſio. *Mohed.* 340. immo 14. annorum. *Aug.* 3. 78.

6 Status quaſi poſſeſſionis non acquiritur Ordinario contradicente, ſi alteri contulit, licet præſentatus ſed Epiſcopali vacante fuerit confirmatus a Capitulo. *Mohed.* 269.

7 Quaſi poſſeſſio acquiritur, & conſervatur, ac præſumitur ſi fuit facta collatio per aſſertum Vicarium, & lapſi ſunt 30. anni, & proviſus fuit tolleratus. *Mohed.* 225. *vide Put.* 25. *de jure patr.* Idem ſi per aſſertum procuratorem, & lapſi ſunt 25. anni. *Put.* 24. *de jure patr.* ſed contra ſuffi. t probare ultimum ſtatum ſi præſentatus, & inſtitutus fuit tolleratus, licet hodie poſſi annullari. *Put.* 14. *de jure patr.*

8 Regulæ revocatoriæ patronatuum in quibus beneficia non fuerunt aucta uſque ad medietatem, habent locum etiam ſi patroni ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, neque ex hoc tollitur jus quæſitum. *Gom. in reg.* 17.

9 Quaſi poſſeſſio quoad præſentationem non probatur ex perceptione certi ſubſidii tanquam a patrono. *Aug.* 3. 84.

10 Per ſententiam non acquiritur quaſi poſſeſſio præſentandi, vel eligendi, vel aliorum jurium incorporalium. *Caſſad.* 7. *de cauſ. poſſ.*

11 Proviſio Papæ non tollit ſtatum. *Put.* 7. *de jure patr.*

12 Si donans juſpatronatus aſſerat ſe eſſe verum patronum, & in quaſi poſſeſſione, ſufficit alterum probare, puta quaſi poſſeſſionem. *Put.* 13. *de jure patr.*

13 Non quæritur quaſi poſſeſſio ex præſentatione aſſerti procuratoris licet habuerit effectum. *Put.* 23. *de jure patr.* & 26.

CA-

CAPUT VI.

De Nominatione; & Præſentatione; & Inſtitutione.

1 Ordinarius poteſt prorogare tempus 4. & 6. menſium ad præſentandum. *Creſc.* 148. *Gom.* 2. 50.

2 Ut acquitatur jus ad rem debet fieri præſentatio ordinario. *Gom. in reg.* 274.

3 Si præſentatus ante inſtitutionem moriatur in curia, beneficium non vacat in curia. *Gom. in reg.* 270.

4 Si nominatus ante præſentationem, & inſtitutionem capiat poſſeſſionem, celebret Miſſas, populo benedicat, vel eum aſpergat aqua ſancta, neque fructus percipiat, amittit omne jus, & efficitur inhabilis, juxta *c. Avaritiæ; & c. fin. de elect. in 6. Creſc.* 187. etſi ſimus in beneficio ſine adminiſtratione, & cura. *Gom.* 1. 25.

5 Præſentatio unius ſimoniaca inficit aliorum præſentationem, item nominatio, & hujus vitii fieri etiam mentio in nova proviſione. *Mohed.* 258.

6 Clauſula quatenus non ſit alicui jus quæſitum non præſervat eum, qui erat ſolus de genere, licet præſentatio deberet fieri cum ea qualitate, ſi non fuerit præſentatus. *Creſcent.* 205.

7 Proviſio Nuncii facta ante præſentationem patroni laici, cujus juri patronatus fuit derogatum, eſt bona. *Gom. in reg.* 11.

8 Proviſio Nuncii, in qua eſt facta mentio præſentationis, dicitur nova proviſio, & non eſt ſubreptitia, licet non dicatur edicta non fuiſſe poſita. *Mohed.* 318.

9 Inſtitutio beneficiorum in Collegiatis ſpectat ad Epiſcopum. *Mohed.* 297. *Caſſad.* 22. *de præbend.*

10 Indultum nominandi conceſſum Regi intelligitur ad omnes menſes. *Mohed.* 3. ſed quia excipiuntur generaliter reſervata, non habet locum in 8. menſibus tempore regulæ. *Mohed.* 316.

11 Primariæ preces conceſſæ Imperatori in terris Romano Imperio ſubjectis non habent locum in Italia, neque in ſtatu Mediolan. *Creſc.* 88. *Gom.* 1. 18.

12 Regula de veriſimili non habet locum in præſentante. *Gom. in reg.* 290. *Mohed.* 316.

13 Patronus clericus excommunicatus non poteſt præſentare. *Gom.* 1. 77.

14 Procurator generalis conſtitui poteſt ad vacatura, ut poſſit præſentari procurator patroni, qui habet plura beneficia ſui patronatus. *Gom.* 1. 107. alias non valet conſtitutio procuratoris ad præſentandum ad certum beneficium antequam vacet, neque præſumitur durare voluntas. *Caſſad.* 5. *de jure patr.*

15 Plurium patronorum præſentatio, licet non fiat ſimul, valet. *Aug.* 3. 616. niſi competat, ut univerſis. *A. A.*

16 Patronis intra quatuor menſes non præſentantibus proviſio non convaleſcit. *Put.* 6. *de jure patr.* dubito *A. A.*

17 Collatio facta contradicente patrono eſt ipſo jure nulla, & ſi eſt in favorem, nihil reſignatur. *Put.* 10. *de jure patr. Mohed.* 326. *Fab.* 37.

18 Collatio ſine conſenſu patroni non eſt nulla a principio, ſed valida, in eventum contradict onis irritanda. *Put. deciſ.* 12. *de jure patr.*

19 Inſtitutio per ſententiam facta ſine edictis, valet. *Put.* 18. *de jure patr.*

CAPUT VII.

Communia de Jurepatronatus.

1 Juſpatronatus relictum proximioribus de genere competit deſcendentibus ex fœmina. *Sim.* 20. *Caſſ.* 1. *de jure patr.*

2 Donans omnia jura ſua, & actiones, quas habet in illis bonis, non donat juſpatronatus. *Aug.* 1. 6. 3. 207. licet tranſeat cum univerſitate. *Aug.* 3. 192.

3 Ordinarius propter diſcordiam patronorum poteſt ponere œconomum in Eccleſia. *Creſc.* 201.

4 In ſi neutri, & aliis gratiis lite pendente non eſt neceſſaria derogatio, neque mentio juriſpatronatus etiam Regii ſi ſit litigioſum. *Creſc.* 22. In beneficio juris patronatus litigioſo facile derogatur attenta lite juriſpatronatus. *A. A.* neque mentio Regii. *Creſc.* 220. Si alter ex collitigantibus ſuper beneficio juriſpatronatus decedat in Curia, Papa poteſt providere non facta mentione juriſpatronatus. *Caſſ.* 3. *ut lit. pend.* ſed ſi non eſt lis, tenetur derogare, etſi provideat de vacanti in curia. *Aug.* 1. 359. *contr.*

5 Regula de Annali capit beneficia juriſpatronatus ſi impetrentur a Papa, etiam cum conſenſu patronorum. *Gom. in reg.* 126. ſed in inſtitutione facta a Papa, vel confirmatione non habet. *Mohed.* 267. *Sim.* 27. Subrogatus in jus quoad poſſeſſionem eſt immittendus, non obſtante exceptione juriſpatronatus, niſi incontinenti doceatur. *Put.* 7. *de cauſ. poſſeſſ.*

6 Regula revocatoria facultatum Nunciorum non tollit, quin Nuncius diſponat de beneficiis jurispatronatus non comprehenſis ſub expectativis, ut prius. *Mohed.* 307. Proviſio Nuncii valet de beneficiis juriſpatronatus. *Aug.* 3. 336. *vid. Put.* 2. *Mohed.* 326. *vid. c.* 6.

7 Epiſcopus, vel ejus officialis poteſt erigere in titulum beneficii, & conferre titulum clerico, licet teſtator leget bona, & mandet celebrare miſſas in Capella erecta, inſtantibus præſertim duobus ex tribus patronis. *Mohed.* 124. *Gom. in reg.* 215.

8 Penſio ſine conſenſu patroni non valet ſi patronus contradicit, vel alium intra tempus præſentat. Reſignatio ſine conſenſu patroni non valet, alias valet. *Mohed.* 268.

9 Jus non abdicatur a reſignante beneficium juriſpatronatus in favorem perſonæ certæ, ſi patroni non conſentiunt. *Mohed.* 326. *Put.* 10. *de jure patr. &* 14. *de renunc.* vel ſi alium intra tempus quatuor menſium præſentant. *Fab.* 37.

10 Patroni præſentantes, ſive beneficium vacet per obitum, ſive per reſignationem, videntur conſentire reſignationi factæ in favorem certæ perſonæ. *Fab.* 41. *Put.* 21. *de jure patr.*

11 Regula de ſubrogandis habet locum in beneficiis juriſpatronatus. *Gom. in reg.* 84.

12 C. 1.

12 C. 1. *ut lit. pend. in 6.* habet locum in præſentationibus, ita quod præſentato mortuo in lite alius non poſſit præſentari. *Gom.* 1. 31. & lis ſuper præſentatione cauſat attentata, ſi alter colligantium petat a Legato commiſſarium, qui procedat ad inſtitutionem. *Put.* 39. *de jud.*

13 Probatur juſpatronatus quoad præſentatos ex inſtitutione Ordinarii cum mentione præſentationis. *Aug.* 3. 286. *Put.* 22. *de iure patr.* niſi ſit per aſſertum procuratorem quoad acquirendam quaſi poſſeſſionem. *Put.* 23. *de jure patr.* ſed ſtante curſu 25. annorum ſufficit. *Put.* 24. *eod.* contra tamen. 26. *eod.*

14 Sententia inter patronos lata non nocet Ordinario. *Aug.* 3. 363.

15 Si in bulla dicitur, quod, ut aſſeris, juriſpatronatus exiſtit, onus probandi eſſe tale incumbit proviſo, ſi ut aſſeritur impugnanti, probato jure patronatus præſumitur ex dotatione. *Caſſ.* 4. *de præb.* 7. *de jure patr.* ſi dicatur, quod juriſpatronatus forſan ex fundatione exiſtit, cenſetur fateri ex fundatione. *Peregr.* 28.

16 A. & B. ſunt patroni, moriuntur, tres hæredes A. præſentarunt. C. duo hæredes B. præſentant D. tertius C. non præfertur niſi ex gratificatione Ordinarii. *Caſſ.* 2. *de jure patr.*

17 In alienatione rerum Eccleſiæ, aut diſmembratione decimarũ non requiritur conſenſus patronorum, ſed poteſt ex cauſa contradicere. *Caſſ.* 3. *de jure patr.*

18 Derogatio juriſpatronatus ſolet concedi ſi eſt unus ex patronis ſupplicans, ſed gratia eſt ſubreptitia non facta mentione, quod convenerat inter duas familias, ut alternatim præſentarent. *Put.* 20. *de jure patr.*

TITULUS XLV.
DE LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS.

1 PER clauſulas, ad habendam, alienandum in diviſione inter fratres facta videtur eſſe renunciatum fideicommiſſo. *Mohed.* 156.

2 Filios ex ſoluto, & ſoluta natus eſt capax legati ultra ſummam alimentorum. *Aug.* 2. 9.

3 Legata pia debentur ex teſtamento nullo. *Aug.* 2. 187.

4 Legatum filiabus relictum cum ad nubiles annos pervenerit, debetur cum nupſerit. *Aug.* 3. 337.

5 Legatum relictum a Sejo presbytero Titio filio ſuo legitimo, & naturali valet, licet non probetur eſſe filius Seii. *Aug.* 3. 405.

6 Domus prohibita alienari, in pœnam relicta proximo agnato, non poteſt ab eodem proximo alienari. *Aug.* 3. 578.

7 Fideicommiſſum poſt teſtamentum relictum poteſt per teſtes probari. *Aug.* 3. 733.

8 Hæres poteſt petere detrahi falcidiam poſt tres ſententias ſuper legato latas. *Put.* 2. *de re jud.* 6. *de teſtam.*

9 Sententia lata contra hæredem non præjudicat fideicommiſſario non citato ſaltem per proclamata, licet ſententia valeat. *Put.* 10. *de re jud.* & ſi hæres fuerit tutrix fideicommiſſarii. *Idem* 11. *eod.*

10 Fideicommiſſarius non poteſt, propria auctoritate ingredi poſſeſſionem. *Put.* 3. *de teſtam.*

11 Qui promiſit relevare indemnem fidejuſſorem datum pro evictione in venditione rei prohibitæ alienari, ſibi præjudicat. *Put.* 25. *de teſtam.*

TITULUS XLVI.
DE LOCATO.
CAPUT I.

1 LOcatio intruſi non valet in præjudicium aliorum. *Mohed.* 91.

2 Habitans domum communem non patientem commodam diviſionem, non tenetur ad penſionem ſolvendam ſocio. *Mohed.* 289.

3 Locatio præbendæ non probato effectu locationis non probat optanti conſuetudinem. *Mohed.* 296.

4 Tranſactio fieri poteſt ſuper bonis locatis. *Mohed.* 249.

5 Non eſt locus regreſſui, licet reſignatarius conducens fructus a reſignante non ſolvit penſiones, ſi reſignavit cum reſervatione regreſſus ſi impediretur in perceptione fructuum. *Mohed.* 27. 303.

6 Caſus inſolitus cenſetur eſſe excluſus, licet non fiat mentio belli, & peſtis. *Mohed.* 236. *Put.* 3. *de tranſact.* ſed qui promittit fortuitis caſibus cenſetur promittere de inſolitis. *Gomeſ.* 1. 72.

7 Conductor, ne ſolvat non poteſt dicere non interveniſſe conſenſum ſuperioris. *Creſc.* 122.

8 Locationes plures cum effectu in antiquis probant dominium. *Aug.* 3. 210.

9 Locatio procuratoris de beneficio, vel re domini cenſetur facta nomine domini, niſi aliud probetur ex aliis conjecturis. *Aug.* 3. 346.

10 Qui conduxit pro ſe, & ſociis ſuis poteſt agere inſolidum, ſi non conſtat alios ſocios eum habere, qui tractet ſua negocia. *Aug.* 3. 419.

11 Locatio eſt ſimoniaca ſi Epiſcopus locat fructus ſpirituales, & temporales, ita ut nominet Vicarium, & conferat conductor. *Aug.* 3. 689. 721. *vid. Put.* 5. *de reb. eccl.*

12 Locans operas, vel rem, & operas, ſi per ipſum non ſtat, conſequetur ſuam mercedem non deductis expenſis, quas factutus eſſet in præſtatione operarum. *Caſſad.* 1. *loc.*

CAPUT II.
De locatione ad longum tempus.

1 Decimæ locari poſſunt ad vitam, licet prohibitum ſit perpetuo alienari. *Mohed.* 248.

2 In locatione ad longum tempus, ut in penſione, debet fieri mentio in ejus confirmatione de habente regreſſum ut in impoſitione penſionis. *Mohed.* 270. *Fab.* 42. *Put.* 2. *de reb. eccl.*

3 Confirmatio locationis valet non facta mentione de mala perceptione fructuum. *Mohed.* 251.

4 Locatio ad longum tempus non facta nomine Eccleſiæ non ligat ſucceſſores. *Mohed.* 270.

5 Conductore, qui juravit non ſolvente, res cadit in commiſſum, & ceſſat purgatio moræ. *Mohed.* 26. Item cenſum non ſolvens non incidit in commiſſum, niſi contractus ſit juratus. *Sim.* 4. Multa de locatione hac *ſup. tit. de reb. eccl.*

6 Licet ſucceſſor recipiat penſiones ab affictuario præ-

Digitized by Google

prædeceſſoris, non videtur relocaſſe ad aliud novennium; & ſi ſoleret res ita locari, ſed ad tempus congruum ſolutioni. *Gom.* 1. 55. 73. *Put.* 7. *de locat.*

7 Qui cœpit domum pro ſe, & duabus perſonis nominandis, dummodo intra certum tempus faciat ſumptus illos, licet illos prius nominet, quam ædificet, valet nominatio. *Aug.* 3. 326.

8 Tertius non poteſt excludere conductorem perpetuum ob caducitatem, ſine domini declaratione. *Aug.* 3. 254.

9 Habens mandatum ad petendum debita, non habet ad petendum privari ob debita. *Aug.* 3. 591.

10 Locatio ad longum tempus eſt prohibita ex Concilio Lateranenſi, etiſi in rebus ſolitis locari. *Aug.* 3. 676.

11 Quietans pro affictu præſentis anni cenſetur tacite locaſſe, non expreſſe pro eodem anno. *Put.* 2. *de locat.*

12 Ex 30. annorum ſpatio præſumitur pro ſolemnitatibus enunciatis in locatione effectuata, niſi fuerit extenſa ad alios, & illi non fuerint uſi. *Put.* 7. *de præſumpt.*

TITULUS XLVII.

DE MAJORITATE, ET OBEDIENTIA.

1 DUX Mediolani dicitur ſupremus Princeps. *Mohed.* 45.

2 Per ſupremum Principem poteſt tolli jus quæſitum ex ſententia. *Mohed.* 43.

3 Statutum præferens Licentiatos Doctoribus eſt ſtricte intelligendum, & non procedit adverſus Doctores in variis facultatibus, neque adverſus antiquiores. *Aug.* 3. 209. *Idem Put.* 27. *de conſtit.*

4 Qui canunt in Capellis non debent obſtrepere canentibus in principali parte Eccleſiæ. *Aug.* 3. 480. & ſi conſuetum eſſet id fieri. *Idem* 789.

TITULUS XLVIII.

DE MANDATO.

1 MAndatum de diſpenſando operatur eundem effectum, quem diſpenſatio. *Gom. in reg.* 274. niſi ſit aliquid verificandum cum clauſula, ſi eſt ita. *Fab.* 34.

2 Mandatum de diſpenſando habet vim diſpenſationis ad effectum ſpolii. *Mohed.* 140.

TITULUS XLIX.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

VIde *ſup. de compenſation.*

1 Conventus ad ſummam certam, ad quam in forma Cameræ eſt obligatus, auditur ſi petat ſe abſolvi, ut agat ad mercedem. *Caſſad. un. de mut. pet.*

2 Reconventio debet intentari in exordio litis, alias non retardat. *Put.* 45. *de jud.*

TITULUS L.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR.

1 SEde Epiſcopali vacante expectantes non poſſunt acceptare in quatuor menſibus ordinariorum. *Mohed.* 310.

2 Non acquiritur quaſi poſſeſſio, ſi præſentationem admittat capitulum ſede vacante. *Mohed.* 269.

3 Capitulum ſede Epiſcopali vacante non poteſt conferre beneficia, quorum collatio ad ſolum Epiſcopum pertinet, ſed quæ ad ipſum capitulum tantum, vel ad Capitulum, & Epiſcopum ſimul. *Aug.* 3. 102.

TITULUS LI.

NIHIL NOVARI APPELLATIONE PENDENTE.

1 APpellatio a die notitiæ [illegible], qui fuit citatus ad ſententiam, non inducit attentata. *Jo. Pau.* 3.

2 Collatio facta intra tempus datum ad appellandum, ſi potuit appellari, licet poſtea non appelletur, eſt nulla. *Jo. Pau.* 78. *Mohed.* 150. *Aug.* 1. 33. 166.

3 Clauſula, appellatione remota, facit ut non poſſint geſta poſtea revocari tamquam attentata, ſi appellatio eſt frivola. *Aug.* 3. 100.

TITULUS LII.

DE NON NUMERATA PECUNIA.

1 DE exceptione non numeratæ pecuniæ oppoſita adverſus obligationem in forma Cameræ. Vide *ſub tit. de oblig. in form. Cam. num.* 4.

2 De non numerata pecunia poteſt obiici cum eodem contextu confeſſio mutui, & obligatio eſt facta. *Aug.* 3. 492.

TITULUS LIII.

DE OFFICIO DELEGATI.

1 SUbdelegatus deferens appellationi abdicat a ſe, & a delegato juriſdictionem, ita quod non valet procedi coram delegato. *Mohed.* 321. mihi non probatur *A.* 4.

2 Per decretum de citando perpetuatur juriſdictio quoad inducentem, non tamen quoad partem, niſi per executionem. *Gom.* 1. 58. Intellige in delegato a Principe. *Put.* 2. *de off. deleg.*

3 Delegatus, ſeu exequutor deputatus ad informandum ſe de fructibus ſuperexcreſcentibus, & ſi ſint, ad providendum, poteſt ſubdelegare. *Put.* 1. *de off. deleg.*

4 Prorogatus non poteſt prorogare juriſdictionem Judicis delegati, maxime ſi prorogando renunciat appellationi, & attentatis. *Mohed.* 89.

TITULUS LIV.

DE OFFICIO LEGATI.

1 LEgati, & Nuncii conferunt in menſibus Ordinariorum tempore expectativarum. *Creſc.* 160. *Gom. in tract. expect. n.* 13. licet contrarium dicat *in reg.* 212.

2 Legatus providet de devolutis non obſtante negligentia ſua. *Mohed.* 266. *Put.* 5. *de offic. ordin.*

3 Geſta a Legato ante notitiam revocationis, valent. *Mohed.* 215.

4 Facultas Nuncii de conferendis quibuſcumque, & qualibuſcumque beneficiis comprehendit Dignitates. *Creſc.* 32. *Gom. in reg.* 179.

5 Nuncii poſſunt conferre omnia beneficia per reſignationem, & vacantia per obitum cum certa qualitate. *Jo. Pau.* 49. ſingiola per reſignationem tantum. *Put.* 7. *de off. leg.*

6 Decretum irritans Legati non ligat ignorantes. *Sim.* 9. *Caſſ.* 3. *de decret. Gom.* 2. 6.
7 Concordata Germaniæ impediunt collationes Legatorum, non Papæ. *Sim.* 7. *Aug.* 3. 165. *contr. Put.* 3. 4. *de conſtit.* fallit in Legatis de latere. *Aug.* 3. 429.
8 Proviſio Nuncii, in qua eſt facta mentio præſentationis, dicitur nova proviſio, & non eſt ſubreptitia, licet non fiat mentio non fuiſſe poſita edicta. *Mohed.* 318.
9 Nuncius, qui poteſt derogare regulis editis, & edendis non poteſt derogare regulis judicialibus, vel notabilem qualitatem habentibus, quarum requiritur individua mentio. *Gom. in reg.* 48.
10 Commenda facta a Legato non ita afficit, ut facta a Papa, ſed ceſſante commenda Ordinarius poteſt providere. *Aug.* 3. 48.
11 Legati Bononienſes ſolent habere facultatem, quam habuit Cibo a Papa Clemente ſub certa data; is habuit tunc ampliſſimam, ſed poſtea limitatam, credendum eſt omnes habere limitatam. *Aug.* 3. 422.
12 Nuncius, qui poteſt reſervare penſiones in favorem reſignantis, vel alterius perſonæ, non poteſt admittere reſignationem in favorem certæ perſonæ. *Put.* 6. *de off. leg.*

TITULUS LV.
DE OFFICIO ORDINARII.

1 Auditor Cameræ eſt Ordinarius. *Put.* 3. *de off. ord.* ſine territorio. *Gom. in reg.* 284. *vide ſub tit. de for. comp.*
De Ordinariorum facultate, *vid. ſub tit. de præbend. c.* 2.
2 Epiſcopus viſitare poteſt Monaſteria, & loca exempta auctoritate Apoſtolica ex decreto Concilii Tridentini, quod loquitur de Prælatis, ſed intelligitur etiam de Epiſcopis. *Put.* 1. *de conſtit.*
3 Concilium Tridentinum loquens de Cathedralibus, & majoribus Eccleſiis viſitandis habet locum etiam in Collegiatis. *Put.* 5. *de conſt.*
4 Promotio facta in aliena diœceſi, licet enuncietur licentia proprii Epiſcopi, non valet. *Put.* 3. *de diſpen.* ſed contra. *Gom.* 1. 18. *Mohed.* 128. *Aug.* 2. 5.
5 Ordinarius poteſt amovere retinentes beneficia reſervata ſine titulo, ſed non conferre. *Put.* 1. *de off. ord.*

TITULUS LVI.
DE OFFICIO VICARII.

1 Epiſcopus non cogitur tenere Vicarium, neque ſolvere ſalarium Vicario prædeceſſoris. *Mohed.* 356. Vicario ſuo cogitur. *Gomeſ.* 2. 20. ſi convenerit. *Put.* 6. *de offic. Vicar.*
2 Appellatio a Vicario foraneo ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum valet. Vicarius Archiepiſcopi foraneus dicitur, qui reſidet in diœceſi ſuffraganei ad appellationes Epiſcoporum ex conſuetudine decennali. *Mohed.* 133. *Gom.* 127.
3 Appellari poteſt a ſententia interloquutoria a Vicario ad Epiſcopum. *Put.* 15. *de app.*
4 Reſignatio facta in manibus Vicarii revocati per mortem Epiſcopi ante notitiam obitus valet. *Mohed.* 215. *Aug.* 3. 293. *Put.* 3. *de offic. Vic. Aug.* 1. 421. *contr.* Idem dic, ſi Epiſcopus reſignat. *Peregr.* 33.
5 Mandato dato ad providendum, & conferendum cum omnimoda poteſtate, ac plena, libera, & generali adminiſtratione, cenſetur data facultas ad admittendum reſignationem, maxime cum adminiculo teſtium. *Mohed.* 323.
6 Statur aſſertioni Vicarii de licentia Epiſcopi ad promovendum conſtito de Vicariatu de publica voce, & fama. *Creſc.* 178. Sed Vicarius non poteſt cum inhabili diſpenſare. *Gom.* 1. 26.
7 Vicarius generalis poteſt unire ſine ſpeciali facultate, & Eccleſia, cui unita eſt, recte agit ſpolio, ſi fuit in poſſeſſione, ſicut proviſus a Vicario agere poteſt. *Mohed.* 337.
8 Facultas uniendi data Vicario, non comprehendit operarias. *Mohed.* 94.
9 Epiſcopus, ſeu officialis Epiſcopi poteſt erigere in titulum beneficii, quod teſtator reliquit. *Mohed.* 124. *Gom. in reg.* 215.
10 Poſſeſſio conferendi acquiritur, licet fiat collatio per aſſertum Vicarium ſi proviſus 30. annis poſſedit. *Mohed.* 215.
11 Vicario in Urbe non datur ſalarium tempore viſitationis. *Gom.* 2. 20.
12 Adminiſtrator Eccleſiæ, donec electus ſit 27. annorum habet ordinariam, & poteſt alium ſubſtituere. *Put.* 1. *de off. Vic.*
13 Vicarius delegatus ad liquidationem fructuum a Rota, ſi poteſt ſubſtituere alium nomine Epiſcopi, ſubſtitutus poterit liquidare. *Put.* 2. *de offic. Vicar. Peregr.* 31. dubito *A. A.*
14 Epiſcopus non poteſt deputare Vicarium perpetuum, niſi ex cauſa legitima, neque ligat ſucceſſorem. *Put.* 2. *de off. Vicar.*
15 Vicarius generalis poteſt conferre, & ſubſtituere vigore alternativæ Epiſcopi non expeditæ, licet in facultatibus, nihil dixiſſet. *Put.* 5. *de off. Vicar.*
16 Si Vicarius tanquam Canonicus in Capitulo provideat de beneficio ſpectante ad collationem Capituli, & Epiſcopi, valet collatio. *Put.* 15. *de præb.*
17 Mandatum ad conferendum certum beneficium non tenet, niſi ex cauſa permutationis. *Put.* 8. *de probat.*

TITULUS LVII.
DE ORDINE COGNITIONUM.

Vide ſupra *de Foro competenti.*

TITULUS LVIII.
DE PACTIS.

1 Concordatis Germaniæ nunquam intelligitur eſſe derogatum, quia ſunt inita in vim pacti. *Creſc.* 55.
2 In concordia facta, ſalvo beneplacito Sedis, unuſquiſque poteſt petere confirmationem ſi alter non diſſentiat; non dicitur diſſentire, qui citatus ad dicendum contra concordiam, reſpondit non eſſe confirmatam, vel dixit generalia, præſertim ſi eſt procurator, cum requiratur ſpeciale mandatum. *Jo. Pau.* 54.

3 Non

3 Non eſt in culpa, vel mora quis, ſi alter non ſervat pro parte ſua. *Mohed.* 218.

De concordatis Germaniæ, Galliæ, & Leodii. Vide *ſub tit. de præb. cap.* 2. §. 2.

4 Pactum de ſolvenda, ſeu redimenda præda, vel tallia domus inter plures, intelligitur pro rata cujuſque, non ut unuſquiſque in ſolidum teneatur. *Gom.* 2. 3.

5 In concordatis Germaniæ excipiuntur primæ Dignitates in Collegiatis etiam ſi non ſint reſervatæ, puta infra decem aureorum valorem. *Gom.* 2. 26. ſed ſi triennio poſſideantur eſt titulus coloratus. *Caſſad.* 7. *ſuper reg. Gom. in reg.* 211.

6 Pactum initum de ſucceſſione inter quatuor, contraria voluntate diſſolvitur, & a tribus in eorum trium præjudicium, & eorum filiorum, ſi neque ratificarunt, neque notarius pro eis ſtipulatus fuit. *Aug.* 2. 602. *contr.*

7 Concordia ſalvo beneplacito Sedis Apoſtolicæ non eſt perfecta, donec ſequatur beneplacitum. *Put.* 38. *de privileg.*

8 Pactum, vel contractus initus cum conditione, ut inde fiat ſcriptura, non efficitur inutilis non ſequuta ſcriptura, niſi conſtet de ea intentione partium. *Peregr.* 34.

TITULUS LIX.

DE PIGNORIBUS.

1 UXor propter donationem propter nuptias præfertur aliis creditoribus. *Mohed.* 50. *alias* 49.

2 Clauſula, ut ſpecialitas generalitati non deroget, facit ut habens hypothecam ſpecialem, & generalem præferatur in generali ſecundo creditori habenti ſpecialem tantum. *Gom.* 1. 67.

3 Reſtitutio pignoris non facit præſumi ſolutionem. *Gom.* 1. 69.

4 Quando aliquod interdictum competit principali debitori pro avocanda poſſeſſione ejus creditori, datur interdictum utile. *Gom.* 1. 85.

5 In pecunia, ſeu pretio Militiarum cadit hypotheca, licet ipſæ Militiæ non obligentur, & emptori hypothecarius præfertur. *Aug.* 3. 617.

6 Res vænales cenſentur hypothecatæ quoad alienentur, quibus alienatis pretium ſuccedit in locum earum. *Aug.* 3. 635.

TITULUS LX.

DE PŒNIS.

1 UBI agitur de cenſuris, pœnis, & privatione requiritur citatio, intimatio, & ſcientia vera. *Gom. in reg.* 149. Sequitur Rota at per *Seraph. in Pallentina Canonicatus de Uſillis* 26. *Martii* 1571.

2 Extenſio non habet locum in pœnalibus, niſi cauſa Reipublicæ. *Gom. in reg.* 27.

3 Abbatiſſa permittens ſe corrumpi, eſt ipſo jure privata. *Creſc.* 131.

4 Statutum Hiſpalen. contra hæreticorum, & reconciliatorum liberos, intelligitur de reconciliatis ob hæreſim non ob ſuſpicionem, præſertim ſine pœnitentia publica, & cum diſpenſatione, vel abſolutione. *Aug.* 3. 394.

5 Ut quis incidat in pœnas rebellionis ob non ſolutionem annatarum, juxta Stabilimenta Religionis Hieroſolymitanæ, debent expectari quatuor menſes poſt intimationem Stabilimentorum. *Put.* 6. *de re jud.*

TITULUS LXI.

DE PRÆBENDIS.

CAPUT I.

De modis vacandi.

§. I. Per obitum.

1 COllatio facta per obitũ Titii non capit per ceſſationem Commendæ, quæ fit per obitum ejuſdem. *Gom. in reg.* 291. Intellige in expectativis, & obi affectio impedit, ſecus ſi Papa Motu proprio provideat. *Put.* 11. *de præbend.*

2 Clauſulæ generales, quovis modo, & ex cujuſcumque perſona, vacet comprehendunt vacationem etiam per obitum alterius, vel reſignationem ejus, de quo in narrativa fit mentio. *Mohed.* 107. 265.

3 Beneficium dicitur vacare per obitum, etſi non expediverit literas defunctus habens bonum jus. *Peregr.* 37.

§. II. Per reſignationem.

1 Si ignarus regreſſus cedit in favorem alterius non aliter ceſſurus ſi ſciviſſet, repetit beneficium. *Sim.* 27.

2 Clauſulæ ceſſionis capiunt impetrationem per obitum alterius. *Mohed.* 105. 265. Imo *A. A.*

3 Reſignatio cum reſervatione penſionis nullæ, regreſſus valet, licet conſenſus præſtetur ſuper penſione. *Creſc.* 173. non placet *A. A.*

4 Si reſignatur cum reſervatione penſionis nullæ, licet penſio ſit ſoluta a diverſis perſonis, poteſt dici de nullitate penſionis, & reſignationis. *Fab.* 40.

5 Si conſenſus præſtetur ſuper ſupplicatione reſignationis, cum reſervatione a reſignante prius juxta formam ſupplicationis, poſtea pure ſine reſervatione, juxta eandem ſupplicationem, ſecundus conſenſus valet. *Fab.* 48.

6 Si fuerit reſervatus regreſſus, & fuerit retroceſſum, debet ſedere in loco antiquo, præſertim ſi ab initio reſervatur ſtallus in choro, & locus in Capitulo. *Fab.* 51.

7 In reſignatione non debet fieri mentio familiaris Cardinalis, neque indulti, etſi derogetur regulæ de infirmis. *Caſſ.* 16. *de præb.*

8 Clauſula quovis modo poſita in nova proviſione, in qua narratur reſignatio Titii, non capit per obitum ejuſdem, niſi fuerit verificata, nec ſufficit docere de reſignatione in partibus, niſi conſtet de conſenſu. *Put.* 51. *de præb.*

§. III. De certo modo.

1 Collatio facta intra decem dies datos ad appellandum poſt ſententiam privatoriam eſt nulla. *Mohed.* 150. ſi potuit appellari, licet non appellatum ſit. *Jo. P.* 78. *Aug.* 1. 3.

2 Impetratio non faciens mentionem de alio, Canonicatu, vel alio incompatibili eſt valida ſed vacat primum. *Mohed.* 171. ſi capiat poſſeſſionem, & perſiſtat duobus menſibus. *A. A.*

3 Canonicatus cum Portiona ſub eodem tecto non ſunt incompatibiles. *Mohed.* 176.

4 Devolutio eſt probanda ab impetrante cum di-

citur, ut detur devolutio diſpoſitive. *Mobed.* 210.

5 Impetrans per ptivationem ob ſimoniam tenetur ſe inſcribere ad extraordinariam pœnam arbitrio Judicis. *Creſc.* 161.

6 Per promotionem ad Cardinalatum vacant majora beneficia, puta Dignitates, & parochiæ. *Aug.* 3. 521. & requiritur derogatio Concilii Lateranenſis in retentione eorum, & regreſſu. *Aug.* 3. 491.

CAPUT II.

De facultatibus providentium.

§. *I. Ordinariorum jure communi.*

1 Proviſus ab Ordinario, ſi poſtea capit poſſeſſionem, præfertur proviſo a Papa eodem die eum clauſula gratificatoria. *Sim.* 3. *Gom.* 1. 32. *Mobed.* 122. Si vero ante poſſeſſionem captam cedat in alium, qui poſtea capit poſſeſſionem, non præfertur poſſeſſor illi Apoſtolico, licet non habeat illã clauſulam. *Caſ.* 15. *de Præb.*

2 Decreto irritanti Ordinariorum, vel Legati non ligantur ignorantes, ſed decreto Papæ. *Sim.* 9. *Caſſ.* 3. *de decret. Gom.* 1. 6.

3 Valet collatio Ordinarii facta in curia. *Gom. in reg.* 280. *Put.* 26.

4 Poſſeſſio conferendi acquiritur, licet fiat collatio per aſſertum Vicarium, ſi triginta annis poſſederit proviſus. *Mobed.* 225.

5 Gratia conditionalis ante eventum conditionis non efficit quin Ordinarius poſſit providere etiam ſi adſit clauſula, ex nunc prout ex tunc; ſed ſi poſt conditionis eventum ſecus eſt. *Aug.* 3. 154.

6 In Cathedralibus proviſio præbendæ pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum; in Collegiatis præſentatio, ſeu electio ad Capitulum, inſtitutio, ſeu confirmatio ad Epiſcopum. *Caſſ.* 22. *de præb. Put.* 46. *de præb.* ait, in Collegiatis collationem præbendæ pertinere ad Capitulum, ſi non contradicat Epiſcopus eſt quæſitum jus. *Put.* 20. *de præb.* Idem dic, ſi Epiſcopus provideat, & Capitulum patitur eſſe in poſſeſſione. *Aug.* 3. 437. & dicitur eſſe jus quæſitum ſtatim. *Put.* 61. *de præb.*

§. *II. De Concordatis.*

1 Concordata Germaniæ impediunt collationes Legatorum non Papæ. *Simon.* 7. *Aug.* 3. 165. contra. *Put.* 34. *de conſtit.* fallit in Legatis de latere. *Aug.* 3. 429. in menſe Junii Legati Germaniæ conferre poſſunt non obſtantibus Concordatis. *Put.* 2. *de privil.* Concordata removent gratias præventivas tantum, nec obſtant Legatis. *Put.* 3. *de privil. vide eund.* 43. *de privil.*

2 Concordatis Germaniæ nunquam intelligitur eſſe derogatum, quia ſunt inita in vim pacti. *Creſc.* 55.

3 Concordata Leodien. ligant manus Papæ in vacantibus in menſibus Ordinariorum. *Simon.* 6.

4 In concordatis Germaniæ excipiuntur familiares Papæ veri, ſcilicet, non per privilegium, & habitantes in Palatio, vel capientes panem, ſed qui ſunt veri continui commenſales Papæ. *Simon.* 8.

5 Beneficia exiſtentia in Legatione Avinionen. quorum collatio pertinet ad Abbates Monaſteriorum exiſtentium in Gallia comprehendantur ſub Concordatis Galliæ. *Mobed.* 92.

6 Concordata Germaniæ comprehendunt Coadjutorias cum futura ſucceſſione non regreſſus. *Caſſ. unic. de pact. Put.* 43. *de privil.*

§. *III. De Alternativa.*

1 Clauſula alternativæ, dummodo non ſint generaliter reſervata, non refertur ad regulam octo menſium. *Mobed.* 163.

2 Epiſcopus non poteſt conferre vigore alternativæ, niſi literis expeditis. *Mobed.* 203. *Aug.* 3. 765. *contr. Put.* 5. *de off. Vic.* & 1. *ſuper reg.* quod non judicetur juxta formam ſupp.

3 Alternativa expedita cum impenſa 40. ducatorum præſumitur impetrata de mandato domini. *Mobed.* 212. *Put.* 2. *de præſumpt.*

4 Si habens alternativam provideat Sede vacante in menſe Papæ, vel Ordinarii valet proviſio. *Aug.* 3. 65.

5 In alternativa non reſervantur alii menſes ſubalterni, licet dicatur, dummodo privilegio ordinariorum non utatur. *Aug.* 3. 87. ceſſante regula octo menſium. *Put.* 59. *de præb. vid. Peregr.* 5. ſed ex interpretatione conceſſa tempore, quo vigebat regula octo menſium, videtur reſervare alios ſex. *Aug.* 1. 288. *contr.* licet aliter. 1. 299. *vide* 1. 317. *Put.* 28. *de præb.* & 69. *Idem* 37. *de privil.* pro non reſervatione.

6 Vicarius generalis poteſt conferre, & inſtituere vigore alternativæ Epiſcopi, licet in mandato, non fiat mentio. *Put.* 5. *de offic. Vicar.*

7 Epiſcopus per abuſum perdit alternativam, & revertitur ad uſum quatuor menſium. *Aug.* 1. 171. 273. 274. *contr.* ſed proviſio beneficii, quod pertinet ad inferiores collatores abuſus non eſt. *Idem* 277. *contr.* & præſumptio eſt contra Epiſcopum ad quem beneficiorum collatio pertinet. *Aug.* 1. 287. *contr.*

8 Alternativæ præſervantur in regula octo menſium. *Put.* 3. *de præb.*

9 In ſuſpenſione alternativarum poſita in reſervatione, non comprehenditur alternativa Epiſcopi, & Capituli, ut provideant alternatim ex Statuto confirmato. *Put.* 56. *de præbend.*

10 Alternativa ad collationem, & aliam quamvis diſpoſitionem Epiſcopi capit beneficia, quæ ſunt ad præſentationem Capituli, & inſtitutionem Epiſcopi. *Put.* 33. *de privil.*

11 Alternativa expedita ſub plumbo, magis attenditur, quam indultum ad omnes menſes per breve ejuſdem datæ. *Put.* 40. *de privil. Peregr.* 48.

12 Clauſula, non obſtantibus privilegiis, facultatibus, & indultis, ſuſpendit ad effectum alternativæ, licet indulta Cardinalium non ſuſpendantur. *Mobed.* 53.

§. *IV. De Indulto.*

1 Collatio Papæ non valet ſtante indulto Cardinalis, licet Cardinalis non provideat. *Put.* 1. *de decret. irrit.* & 34. *de privil. Mobed.* 154. niſi poſt ſex menſes, quia devolvitur. *Caſſ.* 8. *de præb.*

a Re-

2 Regula tollens indulta, intelligitur quoad beneficia ſpectantia ad collationem inferiorum. *Mohed.* 154

3 Indultum conferendi in tali diœceſi, non dat facultatem conferendi beneficia, in quorum poſſeſſione conferendi alius exiſtit. *Mohed.* 179. quia indultum tollit obſtacula, non ampliat. *A. A. vide Put.* 5. *de præbend.* 5. *de privil.*

4 Indultum, quod porrigitur ad beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, & Capituli communiter, vel diviſim non habet locum ſi Epiſcopus habeat unam vocem, ut Canonicus, ſecus in mandato de providendo. *Mohed.* 24. *Jo. Pau.* 27.

5 Indulto Cardinalis excipiuntur familiares Papæ, quorum appellatione non veniunt Cardinales. *Sim.* 17. *Creſc.* 83. *Gom.* 5. 3. 50. *in reg.* 3. 500. hodie contra. *A. A.*

6 Indulta Cardinalium non augent, ſed præſervant facultatem providendi, & tollunt obſtacula, etiam Papæ præventionem. *Sim.* 18. *Caſſ.* 3. *de privil.*

7 Si expectantes non acceptant, Cardinales poſſunt providere vigore indultorum in omnibus Eccleſiis. *Sim.* 59. contra. *Put.* 2. *de decr. irrit.*

8 Indultum conceſſum ordinario collatori comprehendit Cardinales. *Gom. in reg.* 97.

9 In coadjutoria cum futura ſucceſſione requiritur derogatio indulti Cardinalis ordinarii. *Mohed.* 338. *Put.* 43. *de privileg.* contra. *Peregr.* 46. 100. non in regreſſu. *Caſſ.* 4. *de privileg.*

10 Indulto Cardinalis cavebatur, ut de beneficiis vacantibus apud Sedem eſſet adhibendus conſenſus Cardinalis, vel ejus procuratoris, ſi abſens eſſet, proviſio Cardinalis abſentis habetur pro conſenſu, & proviſio Papæ facta eidem valet. *Jo. Pau.* 28.

11 Indultum Capituli Virdunen. ut gaudeat concordatis Germaniæ ſuſpenditur per reſervationem ad reſervata, & in menſibus ordinariorum ex privilegio. *Jo. Pau.* 84.

12 Expeditio novæ proviſionis quoad reſervata requiritur infra ſex menſes. *Put.* 2. *de præb.* alioquin proviſio eſt nulla lapſis ſex menſibus, non vero ab initio. *Aug.* 3. 240. collatio vero devolvitur ad Papam non ad Ordinarium. *Put.* 1. *de præb.* capitur per clauſulas generales novæ proviſionis. *Peregr.* 36. non excuſat eo caſu ignorantia, ſi in menſe reſervato vacat. *Aug.* 3. 260. niſi currat menſis alternatus Ordinarii, qui faciat probabilem ignorantiam. *Aug.* 312. *vid. Put.* 3. *de præb.* qui tenet ceſſare regulam octo menſium propter alternativam, quæ præſervat, vel ſi fuit familiaris antiquus Papæ tempore obitus, vel aliud officium notabile exercuit, ſi vero fuit ex privilegio Acolythus, vel Subcollector excuſatur. *Aug.* 3. 249. Item ſi familiaris Cardinalis, excuſatur. *Put.* 20. *de privil.*

13 Qui intra ſex menſes ſpoliatur, excuſatur. *Mohed.* 161.

14 Eſſe locum decreto debet plene probari. *Mohed.* 225.

15 Requiri novam proviſionem, eſt objectus, & plene probandum. *Mohed.* 225.

16 Derogatio indulti Cardinalis non intelligitur de indulto ubi eſt Ordinarius. *Put.* 42. *de privil. Aug.* 3. 477. ſed per clauſulam gratiæ ſi neutri, non obſtantibus privilegiis, & indultis, etiam Eccleſiæ, & illius Præſidi etiam Cardinali cenſetur derogatum. *Put.* 17. *de privil.*

17 Indulto Cardinalis non obeſt creatio in Canonicum, cum confirmatione Vicarii, & Papæ. *Aug.* 3. 615.

18 Utens indulto Cardinalis abſentis, qui creatus fuit abſens, & remanet abſens, non tenetur probare de licentia Pontificis eſſe abſentem, ut in indulto continetur. *Aug.* 3. 693.

19 Licet Cardinalis vigore indulti poſſit providere de vacantibus ex ceſſatione commendæ, non tamen de his, quæ vacabant in Curia, quando fuerunt commendata. *Caſſad.* 5. *de privileg.* nec de vacantibus ex diſſolutione unionis, quando ex reſignatione in manibus Papæ vacabant. *Put.* 49. *de privil. Peregr.* 39.

20 Decretum indulti non inficit poſſeſſionem. *Put.* 3. *de decret. irrit.*

21 Indulta Cardinaliũ intelliguntur de beneficiis, in quorum poſſeſſione conferendi exiſtunt. *Put.* 5. *de præb. & 1. de privil. vide Mohed.* 179.

22 Si contra gratiam detur de indulto, & obtineatur reformatio, quæ narrat tantum errorem diœceſis ſub data, quæ capit poſt ſex menſes beneficium, non obſtante indulto, reformatio eſt ſubreptitia, quia debuit narrare omnia obſtacula ſaltem in genere. *Put.* 60. *de præb.*

23 Indultum habet locum in beneficiis patrimonialibus, ſed debent provideri patrimonialibus. *Mohed.* 154. Indultum non impedit quin aſcendat dimidius ad integram portionem ex conſtitutione, vel conſuetudine. *Put.* 4. *de privil.*

24 Indulta capiunt electiva. *Put.* 16. *de privil.*

25 Indultum capit beneficii juriſpatronatus mixti, ſi eſt expreſſum. *Put.* 37. *de privil.*

26 Indulti derogatio non requirit nominis, & tituli Cardinalis expreſſionem, licet id fuerit conceſſum a Leone pro tempore ſuo tantum. *Put.* 53. *de privil.*

27 Suſpenſio indultorum in reſignatione non operatur ad clauſulas generales. *Put.* 54. *de privil.* dubito *A. A.*

28 Clauſula, non obſtantibus privilegiis, facultatibus, & indultis, non ſuſpendit indulta Cardinalium, licet ſuſpendat effectum alternativæ. *Mohed.* 53.

CAPUT III.

De modis proviſionum.

§. I. *De Oppoſitione.*

1 Oppoſitio filii patrimonialis non dat jus conſiderabile, niſi competat ex conſtitutione. *Caſſad.* 18. *de præb. Gom. in reg.* 10.

2 Oppoſitio ad Canonicatus doctorales, & receptio Capituli non tribuit jus conſiderabile. *Mohed.* 22. ut de eo debeat fieri mentio. *Mohed.* 23.

3 Privilegio Canonicatuum doctoralium derogatur per clauſulam, non obſtantibus privilegiis, quorum tenores. *Mohed.* 20.

4 Opponens ſe contra patrimonialem ne fiat inſtitu-

tutio, non efficit litigioſum beneficium. *Put.* 3. *ut lit. pend.*

De Nominatione, Præſentatione & Inſtitutione. Vide ſub tit. de Jure patr. c. 6.

De Electione, & Confirmatione. Vide ſub tit. de Confirmatione, & Electione.

§. *II. De Proviſione.*

1 Secundum ultimum ſtatum beneficii proviſio facienda eſt. *Creſc.* 136.

2 Ex ſola verbali proviſione jus acquiritur in beneficialibus. *Mobed.* 292.

3 Erectio dignitatis non facta mentione eorum, quibus præjudicabatur in diſtributionibus, valet. *Peregr.* 36.

§. *III. De Commendis.*

1 Commenda in dubio præſumitur eſſe perpetua. *Gom. in reg.* 251.

2 Ceſſante commenda beneficium vacat, ut prius. *Peregr.* 39. *Mobed.* 99. 129. Itaque Ordinarius poteſt providere de beneficio vacante per obitum commendatarii, cui fuerat proviſum a Legato per reſignationem alterius, qui habebat in titulum, in ejus manibus. *Aug.* 2. 553. *contr.*

3 Commenda Papæ inducit reſervationem beneficii, etiam quod prius habebat in titulum, ſi poſtea habeat in commendam. *Creſc.* 101. Imo non reſervationem, ſed affectionem, niſi commendentur, quæ vacant uti reſervata, puta propter reſignationem in manibus Papæ. *Jo. Paul.* 74. tamen. *Put.* 30. *de præbend.* dicit per commendam perpetuam ceſſare reſervationem priorem, quod non placet. *A. A.*

4 Ceſſante commenda beneficia non ſunt reſervata uti vacantia in curia, ideo in commendatis eſt locus regulæ de triennali. *Mobed.* 247.

5 Collatio per obitum Titii Commendatarii non capit per ceſſationem commendæ ex obitu Titii. *Gom. in reg.* 291. *vid. Put.* 11 *de præb.* & 65. etiam ſi vacet per obitum alterius, niſi addatur clauſula, quovis modo, & ex cujuſcumque perſona. *Aug.* 2. 553. *contr.*

6 Conjecturæ commendæ vincunt allegationem Lapi. *Creſc.* 107. non credo *A. A.*

7 Uti electio conditionalis, ita commenda, non valet. *Gom. in reg.* 181.

8 Commendatarius ad annum a die habitæ pacificæ poſſeſſionis non amittit jus, ſi non curat poſſeſſionem ab intruſo recuperare. *Mobed.* 348. *Put.* 54. *de præb.* ſed moneri debet. *Jo. Pau.* 71. *Gom.* 1. 35.

9 De commenda Capituli cum perceptione fructuum eſt facienda mentio, niſi proviſio fiat poſt tempus, ſecus de commenda facta ratione Eccleſiæ. *Put.* 13. *de præb.*

10 Ceſſante commenda, vel unione beneficium vacat ut prius, & durat eadem reſervatio, puta, ſi per reſignationem in manibus Papæ fuerit unitum, vel commendatum. *Peregr.* 39. *Put.* 49. *de privil. Caſſ.* 5. *de privil.*

§. *IV. De Unione.*

1 Impetratio unionis, & beneficii eſt ſubreptitia, niſi fiat mentio manualitatis, quæ non eſt de jure communi. *Sim.* 42. *Caſſad.* 4. *de præb.*

Cetera vide *ſub tit. de union. lib.* 2.

De Permutatione. Vide ſub tit. de rerum permutatione.

CAPUT IV.

De Literarum formis.

§. *I. De Supplicatione.*

1 Cum in litteris Apoſtolicis fit mentio de ſupplicatione, dicitur, conceſſimus provideri: cum fit mentio litterarum, providimus. *Gom. in reg.* 50.

2 Signatura per fiat, præfertur Signaturæ per conceſſum, niſi illa ſit generalis, hæc ſpecialis de certo tempore. *Mobed.* 61.

3 Si unus eſt procurator utriuſque, ſupplicatio præſumitur eſſe porrecta nomine utriuſque, licet unus dicatur eſſe orator, ſi res ad utrumque ſpectat. *Mobed.* 63.

4 Supplicatio confirmationis ſufficit ſine literis. *Mobed.* 34.

5 Reus, & poſſeſſor poteſt dare de jure tertii claro per ſupplicationem. *Caſſad.* 2. *de re jud. Aug.* 3. 718.

6 Breve expeditum ſine ſupplicatione dicitur originale, & non remittitur ad corrigendum. *Put.* 8. *de fid. inſtr.* Intellige, quaſi diſcordans, ſed quaſi male expeditum remittitur. *A. A.*

7 Per ſupplicationem poteſt actor docere de jure prædeceſſoris ſui, in cujus locum eſt ſubrogatus ſi habet literas ſupplicationis. *Put.* 40. *de præb.*

8 Supplicatio non præſumitur impetrata per nominatum in ea. *Put.* 8. *de præſumpt.* & 15. *de renunc.* & *in reg. de non judic.*

§. *II De Motu proprio.*

1 Motu proprio dicitur gratia, licet probetur eſſe impetrata parte ſupplicante. *Gom. in reg.* 119. niſi ſit Signatura, fiat ut petitur. *A. A.*

2 Si proprio motu, & ex certa ſcientia Papa providet de beneficio vacante in Curia non facta de eo mentione, valet. *Gom. in reg.* 213.

3 Subreptio gratiæ opponi poteſt etiam adverſus gratiam cum clauſula, quod de ſubreptione gratiæ dici non poſſit, niſi ſit Motu proprio conceſſa. *Put.* 18. *de probat.*

§. *III. De nova proviſione.*

1 Nova proviſio in qua narratur, ſibi proviſum a Vicario Epiſcopi, valet non probato, quod eſſet Vicarius. *Creſc.* 154.

2 Ad juſtificanda narrata in nova proviſione non ſufficit ſemiplena probatio. *Mobed.* 148. Imo ſufficit. *A. A.*

3 Qui dicit beneficium, quod cadit ſub indulto, excedere 24. & debere expedire novam proviſionem, tenetur probare. *Mobed.* 221.

4 Proviſio Nuncii dicitur nova proviſio, ſi eſt facta mentio præſentationis. *Mobed.* 318.

5 De vacante ob non expeditionem novæ proviſionis non providet ordinarius, ſed Papa. *Put.* 1. *de præb.*

6 Proviſus vigore indulti de beneficio vacante in octo menſibus tenetur expedire novam proviſionem. *Put.* 2. *de præb.*

Vide *ſup. de indult. n.* 12.

§. *IV. De perinde valere.*

1 Gratia perinde valere ſub data prioris gratiæ ſuffra-

ſragatur etiam litteris non expeditis, ſed non ſi ſub poſteriori data. *Gom. in reg.* 52. non placet *A. A.*

2 Clauſula perinde valere ſi neutri, ſi nulli, &c. non refertur ad utramque ſupplicationem, ex unaquaque parte ſupplicationis concedi poteſt perinde valere. *Aug.* 3. 232. ſi alicubi fiat mentio. *A. A.*

3 Gratia perinde valere dat titulum coloratum. *Put.* 7. *de præb.*

§. V. De gratia ſi neutri.

1 Gratia ſi neutri aliquando eſt intimanda. *Creſc.* 202. quando agitur de privatione. *Gom.* 78

2 Adverſus gratiam ſi neutri non datur dilatio. *Creſc.* 58. *Mohed.* 351. *Put.* 6. *de præb.*

3 Si neutri non capit futuram vacationem. *Jo. Pau.* 68. *Mohed.* 351. *Put.* 6. *de præb.*

4 In gratia ſi neutri attenditur tempus litis non impetrationis. *Gom. in reg.* 293. non placet *A. A.*

5 Gratia ſi neutri tribuit juriſdictionem, ideo ſi prior commiſſio ſit literis non expeditis hæc gratia ſi eſt expedita poteſt canonizari. *Put.* 24. *de judic.*

6 Gratia ſi neutri præſupponit litem. *Aug.* 2. 819. *contr.* ſaltem de facta. *A. A.*

§. VI. De Brevi.

1 Atteſtatio Papæ in brevi ſe providiſſe de Eccleſia mandando, ut tradatur poſſeſſio, habet vim proviſionis. *Put.* 23. *de fid. inſtrum.*

2 Alternativæ ſub plumbo expeditæ magis ſtatur, quam brevi ad omnes menſes ejuſdem datæ. *Put.* 40. *de privil.*

§. VII. De Subrogatione.

1 Subrogatus gratioſe in lite etiam quoad poſſeſſionem non attentat ingrediendo eam, etiam cum ſola ſupplicatione. *Mohed.* 292. 327. ſed ad canonizatoriam debet expedire literas. *Creſcent.* 95.

2 Subrogatus juſtificat jus defuncti ſine literis illius. *Gom. in reg.* 279. *Fab.* 12.

Cetera vide *ſub tit. de ſententia, & re judic. c.* 5. *& tit. ut lit. pend. c.* 3.

3 Subrogatio gratioſa efficit, ut beneficium tanquam litigioſum non poſſit conferri. *Aug.* 3. 553.

4 Subrogatio non eſt nulla, licet non fiat mentio de poſſeſſione capta vigore exequutorialium. *Caſſ.* 6. *de cauſ. poſſ. Jo. Pau.* 3.

5 Si duo ſunt ſubrogati gratioſe in idem jus, non poteſt alter contra alterum uti privilegio brevis de immittendo, ſed proceditur ordinarie. *Put.* 1. *de cauſ. poſſ.*

CAPUT V.

De Gratiis ad vacatura.

§. I. De Regreſſu, & Coadiutoria.

1 Decretum coadjutoriæ, & regreſſus obſtant agenti ſpolio. *Sim.* 10. *Caſſad.* 2. *de reſtit. ſpol.*

2 Ignarus regreſſus cedit, ſi ſciviſſet non ceſſurus, repetere poteſt beneficium. *Sim.* 27.

3 Bulla expedita ſuper regreſſu non diſcordat a ſupplicatione, quæ loquitur ac de acceſſu, ſi idem ſit effectus. *Fab.* 33.

4 Retrocedendo habenti regreſſum retinetur antiquus locus. *Mohed.* 72. *Fab.* 51.

Cetera vide *ſub tit. de regreſſu lib.* 2.

De Expectativis, & Reſervatis. Vide ſub tit. de conceſſ. præb.

CAPUT VI.

Communia de Proviſionibus.

§. I. De Subreptione, vel Obreptione.

1 Gratia eſt ſubreptitia quando Papæ exprimitur falſum, quo Papa redditur facilior ad concedendum. *Creſc.* 143.

2 Expreſſio falſa in his, quæ concedi ſolent ſine expreſſione, non vitiat. *Gom. in reg.* 235.

3 Quæ jus mandat exprimi, ſi tacentur, vitiatur gratia, ſi tacetur eſſe filium hæreſiarchæ non vitiatur diſpenſatio. *Mohed.* 238.

4 Falſitas expreſſa in diſpenſatione ſuper facto proprio præſumitur doloſa, & vitiat gratiam, & ſi Papa eſſet alias conceſſurus, & gratia non ſit fundata ſuper illa falſitate. *Mohed.* 336. *Fab.* 17.

5 Impetratio unionis, & beneficii eſt ſubreptitia, niſi fiat mentio manualitatis, quæ non eſt de jure communi, & in ſæcularibus, vel regularibus electivis, vel curatis. *Sim.* 42. *Caſſad.* 4. *de præb.* Idem eſt ſi regularia non dicuntur eſſe perpetua. *Idem.*

6 Gratia conceſſa cum narrativa, quæ Leo idem conceſſerat, non facta mentione revocationis Adriani, eſt ſubreptitia. *Creſc.* 139. *Put.* 25. *de præb. vid. eund.* 60. *eod. tit.*

7 Error in perſona non vitiat ſi Papa non eſt motus ad facilius concedendum. *Creſc.* 191.

8 In diſpenſatione de recipiendo tertio curato, non eſt facienda mentio unionis ad vitam. *Put.* 50. *de præb. & 6. de union. Gom. in reg.* 309. licet de alia diſpenſatione eſſet facienda mentio. *Mohed.* 51.

9 Impetratio non faciens mentionem de alio Canonicatu in eadem Eccleſia, vel alio incompatibili, eſt valida. *Mohed.* 171.

10 Canonicatus cum portione ſub eodem tecto non ſunt incompatibiles. *Mohed.* 176. *Put.* 16. *de diſpenſ.* 23. *de præb.* nec dignitas cum Portione. *Put.* 53. *de præb.*

11 Quando ſubreptio non vitiat. *Mohed.* 260.

12 Familiaritas narrata in ſupplicatione eſt probanda, licet literæ expeditæ ſint taxatæ, quia Papa facilius conceſſit. *Jo. Pau.* 25. ſecus ſi familiari Scriptoris. *Caſſad.* 10. *de præb.*

13 Gratia, ſeu confirmatio non eſt ſubreptitia quando Papa pariter conceſſiſſet, ſi alia fuiſſent expreſſa, quæ tacita fuere. *Mohed.* 8. 260.

14 Licet non fiat mentio de diſtributionibus quotidianis perceptis gratia non eſt ſubreptitia. *Caſſ.* 6. *de præb.* Idem in fructibus debitis tertio. *Idem* 7. *eod. tit. vide Put.* 4. *de except.* ſecus ſi Papa, etiam ſi modicum ſit. *Put.* 13. *de præb. Peregr.* 42.

15 Impetratio Collegiatæ valet non facta mentione curæ, ſi de jure competit. *Caſſ.* 12. *de præb.* Collatio facta a Capitulo omiſſa mentione curæ eſt nulla. *Put.* 43. *de præb.* neque ſuppletur per novam proviſionem cum clauſula, quod qualitates exprimi poſſint. *Put.* 44. *eod.*

16 De beneficio in Eccleſia Cathedrali eſt facienda

da mentio, licet in reſignatione aliquando permiſſum ſit expreſſo nomine Sancti. *Caſſ.* 13. *de præb.*

17 Clauſula, quod de ſubreptione gratiæ dici non poſſit, non tollit ſubreptionem, niſi Motu proprio ſit conceſſa. *Put.* 18. *de præb.*

18 Facienda eſt mentio de Statuto, quod certa beneficia non conferantur, niſi magiſtris. *Put.* 33. *de privil. g. vid. Mohed.* 20. De privilegiis Sixti in Canonicatibus doctoralibus, cui derogatur per clauſulam, quorum tenores, ſed *idem Put.* 46. *de præb.* tenet, quod ſtante Statuto præſcripto per 40. annos, ut beneficia certis perſonis conferantur, debet fieri de hoc mentio ſpecialis, nec ſufficiunt clauſulæ generales.

19 Creatus in Canonicum obtinuit confirmationem narrando fuiſſe ſibi collatam præbendam, quod falſum erat, tamen gratia non eſt ſubreptitia. *Put.* 50. *de præb.*

20 Reformatio, quæ narrat nullitatem primæ gratiæ ob unum errorem tantum, & non propter obſtaculum indulti, eſt ſubreptitia. *Put.* 61. *de præb.*

21 De ſubreptione gratiæ canonizatæ non poteſt excipi poſt rem judicatam. *Peregr.* 115.

§. *II. De Reſervatione.*

1 Cum agitur de reſervatione familiaritatis eſt plene probanda. *Creſc.* 203. neque ſufficit per literas. *Caſſad. un. de verb. ſign. Sim.* 8. 41.

2 Receptus in caſtello ubi non fiebat tinellus, licet non comederet, dicitur commenſalis Papæ. *Creſc.* 225.

3 Cardinales non ſunt familiares Papæ, licet habeant panem. *Sim.* 17. *Gom. in reg.* 3. 100. *Gom.* 1. 3. 10. *Fab.* 3. contra. *A. A.*

4 Magiſter Cardinalis, qui docet, ſi habet panem, & vinũ, dicitur familiaris. *Gom. in reg.* 101.

5 Reſervatio non expirat, licet ceſſet familiaritas. *Gom. in reg.* 107.

6 Cubiculariorum extra muros beneficia non ſunt reſervata, nec comprehenduntur ſub Bulla Cubiculariorum, quæ intelligitur de veris, & quo ad illos præſumitur eſſe in viridi obſervantia. *Mohed.* 90.

7 Privilegia Cantorum non capiunt beneficia, quæ obtinebant cantores Leonis, qui erant mortui tempore conceſſionis privilegiorum, licet non fuerit facta proviſio, & vacarent tempore conceſſionis. *Mohed.* 108.

8 Reſervationes inductæ per regulas durant mortuo Papa. *Gom. in reg.* 44.

9 Beneficia reſervata, & affecta dicuntur eſſe exempta a manibus inferiorum a Papa. *Gom. in reg.* 45.

10 Reſervationes extravagantium non dicuntur clauſæ in corpore juris. *Gom. in reg.* 214.

11 Locus, & ſtallus Canonici, qui obiit in curia, non dicitur eſſe reſervatus, ut alii aſcendere nequeant. *Mohed.* 262.

12 Non eſt titulus coloratus proviſio Papæ de beneficio vacante in Curia, non facta mentione de eo. *Gom. in reg.* 213.

13 Etiam ſuper beneficio vacante in curia dantur dilationes. *Caſſ.* 1. *de dilat. Sim.* 14.

§. *III. De Ratificatione.*

1 Gratia pro abſente eſt ejuſdem effectus, cujus gratia præſentis. *Creſc.* 172.

2 Gratia præſumitur impetrata ab eo cujus intereſt, ſi ſit aliqua impenſa, & ſi ſit abſens. *Gom. in reg.* 130. 278 niſi ſit Motu proprio, & gratis mandetur expediri pro Rege. *Put.* 2. 15. *Peregr.* 43. Bulla Prothonotariatus præſumitur acceptata. *Creſc.* 15.

3 Si unus eſt procurator utriuſque, ſupplicatio præſumitur porrecta nomine utriuſque, licet unus dicatur eſſe orator, ſi res ad utrumque ſpectat. *Mohed.* 63. *alias* 62.

4 Præſumitur impetratio ad inſtantiam Regis, quando ita dicitur in literis. *Mohed.* 260. dubito. *A. A.*

5 Præſumitur quis habere ratam impetrationem plurium beneficiorum, quæ Papa non ſolet concedere ſine precibus. *Mohed.* 349. *Gom. in reg.* 278. *Jo. P.* 77.

6 Si habens jus ceſſum compareat, & proteſtetur nihil fieri, niſi me citato, non videtur acceptare ceſſionem. *Mohed.* 212.

§. *IV. Communia, vel mixta.*

1 Creatio in Canonicum, & receptio ita facile tollitur, ut expectativa *Gom. in reg.* 12.

2 Quæ requirantur, ut dicatur Eccleſia. *Gom. in reg.* 13.

3 Non valet collatio Papæ de beneficio ſacerdotali non habenti ætatem legitimam, nec permutatio. *Gom. in reg.* 276. *Mohed.* 137. *Fab.* 1. 2.

4 Præceptoriæ, & Prioratus Ordinis Hieroſolymitani ſunt ad nutum amovibiles. *Mohed.* 169.

5 Devolutio eſt probanda per impetrantem, ſi dicatur, & detur diſpoſitive. *Mohed.* 210. alias non. *Caſſ.* 5. *de prob.* Si vacat per matrimonium clandeſtinum, vel per ſponſalia de futuro, & copula ſecuta, non dicitur devolutum, donec publice ſciatur. *Aug.* 1. 216 *controv.*

6 Erectio Dignitatis Archidiaconatus, dicitur concernere cultum divinum, & honorem Eccleſiæ. *Mohed* 260.

7 Qui poſſidet 30 annis beneficium, non tenetur docere de titulo bono, licet appareat de inutili, & ſit illegitimus. *Fab.* 18.

8 Habens privilegium capiendi fructus, & diſtributiones in abſentia perinde ac ſi eſſet præſens in divinis, debet habere eos a die datæ, non a die inſinuationis, niſi bona fide fuerint diſtributi inter præſentes. *Fab.* 38.

9 Canonici conferentes contra Statutum juratum ſunt perjuri, ſed collatio valet. *Gom.* 1. 46.

10 Doctoratus, & familiaritas narrata in bulla prædeceſſoris non ſunt plene probanda per ſucceſſorem. *Gom.* 1. 76.

11 Collatio facta excommunicato occulto, & ignoranti non valet, neque per abſolutionem reconvaleſcit. *Caſſ.* 1. *de præb.*

12 Decretum irritans, & acceſſorium gratiæ, ſublata gratia per clauſulas derogatorias, & quorum tenores decretum tollitur. *Caſſ.* 10. *ſuper regul.*

13 Do

13 Derogatio fundationis intelligitur ad effectum validitatis gratiæ, non eorum, quæ poſtea fieri debent, puta, reſidere. *Put. 7. de conſtit.*

14 Statutum Eccleſiæ factum a Legato, ut certis perſonis per Epiſcopum, & Capitulum portiones conferantur non ligant Papam, quin poſſit libere conferre. *Put. 11. de conſtit.*

15 Poteſt quis multiplicare ſibi titulos etiam inferiorum poſt Papæ proviſionem. *Aug. contr.* 1. 125.

16 Si ex Statuto antiquior Portionarius abſcendit ad Canonicatum, non amittit hoc jus Portionarius habens dignitatem. *Put. 52. de præbend. & 18. eod.*

TITULUS LXII.
DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

1 DAtur reſtitutio contra præſcriptionem ex capite ignorantiæ. *Mohed.* 13. *Peregr.* 42. etiam poſt quadriennium poſt præſcriptionis tempus. *Idem Peregr.* 42.

2 Ignorantia craſſa, & ſupina non facit, quod non currat præſcriptio, non tamen cenſetur quis renunciare juri ſuo patiendo alium poſſidere. *Gom. in reg.* 217.

3 Conſuetudo optandi inducitur decem annis. *Mohed.* 46.

4 Præſcriptio Statuti Urbis 16. annorum procedit in inſtrumento jurato. *Peregr.* 8. *Mohed.* 227. *Put. 16. de conſtit.* niſi aliunde probaretur juramentum. *Idem.*

5 Juri petendi ſupplementum legitimæ præſcribitur 30. annis. *Mohed.* 151.

6 Decimæ Novalium probata poſſeſſione immemoriali debentur Abbati, & Conventui. *Creſcent.* 108.

7 Tranſactio a tempore immemoriali mandata exequutioni præſumitur de conſenſu Superioris. *Fab.* 22.

8 Remedium *c. Reintegrandæ*, eſt impræſcriptibile, & perpetuum. *Mohed.* 342. *Put. 8. de præſcr.* Hodie contra *Seraph. deciſ.* 1360.

9 Compenſationi non obſtat præſcriptio. *Mohed.* 200.

10 Annua præſtatio præſcribitur. *Mohed.* 226.

11 præſcriptio, & poſſeſſio non extenditur de uno actu ad alium, ubi jus commune reſiſtit. *Mohed.* 244. *vid. Put. 34. eod. tit.*

12 Præſcriptio, & alienatio feudi antiqui, & hæreditarii non nocet agnatis. *Mohed.* 279.

13 Præſcriptio impeditur, ſi litis pendentia eſt notoria, cum ex ea inducatur mala fides. *Mohed.* 11.

14 Impedimenta bellorum deducuntur, ſi non potuit exequi citatio. *Gom. in reg.* 234.

15 Contra privilegium Univerſitatis cum decreto non præſcribitur minori ſpatio 40. annorum. *Creſc.* 79.

16 Ad probandum immemorialem requiruntur teſtes majores 54. qui dicant vidiſſe tempore ſuo. *Mohed.* 352. annis 40. & audiviſſe a majoribus, qui audiverunt a majoribus. *Aug.* 3. 173.

17 Naturalis obligatio non tollitur tempore, ſed ejus effectus. *Gom.* 1. 92.

18 Poſſeſſio ejus, qui ſemper fuit in mala fide non poteſt conjungi cum poſſeſſione ejus, qui fuit in bona, & ab initio dubius non præſcribit. *Aug.* 3. 275.

19 De jure Canonico non eſt locus *l. Sicut*, *C. de præſcr. 30. vel 40. annorum.* Neque ob præſcriptionem actionis, ſi conſtat de debito. *Aug.* 3. 392.

20 Non currit præſcriptio Epiſcopali ſede vacante etiam in inferioribus Eccleſiis quoad ea, quæ ſunt magni præjudicii. *Aug.* 3. 586.

21 Inſtitutus tamquam filius cum non eſſet, non præſcribit ut filius propter juris errorem, & malam fidem. *Aug.* 3. 599.

22 Pupillus non incipit præſcribere dum non poteſt conveniri, quia pupillus. *Aug.* 3. 647. non placet *A. A.*

23 Poſſeſſio 30. annorum tollit malæ fidei ſuſpicionem, quæ initium ſumpſit ex errore juris, & facti, aut ex ſupina opinione. *Aug.* 3. 672.

24 Mala fides tutoris non nocet pupillo quoad præſcriptionem inchoatam. *Aug.* 3. 729.

25 Quarta canonica de jure debetur Epiſcopo, ſed is poteſt eam Capitulo, vel alii concedere. *Aug.* 3. 736.

26 Adverſus pupillum majorem infante interrumpitur præſcriptio, ſi citetur non habens tutorem. *Put. 53. de jud. & 6. de triennali.*

27 Quaſi poſſeſſio conferendi præſcripta a Capitulo per 40. annos non interrumpitur per collationem Epiſcopi tradita poſſeſſione a Capitulo cum proteſtatione, ſine præjudicio Capituli. *Put. 39. de præb.*

28 Interpretativa præſcriptio privilegii 10. annorum ſufficit. *Put. 1. de præſcr.*

29 Ut quis duplices diſtributiones percipiat, puta, Prior in Eccleſia, requiritur conſuetudo 40. annorum, quia contra jus. *Put. 1. eod.*

30 Præſcriptio jure relegandi ad tempus, non eſt præſcriptum jus privandi de beneficiis. *Put.* 4. *eod.*

31 Præſcriptio jure abſolvendi, non cenſetur eſſe præſcriptum jus condemnandi, niſi jus commune aſſiſtat. *Put. 3. eod.*

32 Præſcriptio, vel conſuetudo non tollitur per unicum actum contrarium, quoad futura. *Put. 5. 6. 7. eod. tit. & 3. de conſuet.*

33 Præſcriptio inchoata ab Archiepiſcopo, & Capitulo non poteſt perfici a Capitulo contra Abbatem, qui ſucceſſit ſuppreſſo Archipresbyteratu. *Put.* 2. 12.

34 Ubi tractatur de auferendo jure quæſito alteri, dicitur agi de præſcribendo, non de conſuetudine interpretativa. *Put.* 2. 13.

35 Præſcriptio 40. annorum currit contra Hoſpitale, & probatis extremis media præſumuntur. *Peregr.* 42.

TITULUS LXIII.
DE PRÆSUMPTIONIBUS.
CAPUT I.
De Validitate.

1 MOrs præſumitur præcedere impetrationem. *Put. 5. de Præſumpt. & de conc. præb.* etſi eodem die, & ſi in longinquo, ſi fuit derogatum regulæ de veriſimili. *Sim.* 23. *Caſſ.* 21. *de*

21. *de præb.* etiam ſi probetur hora 24. obiiſſe. *Creſc.* 116.

2 Si duæ bullæ reperiuntur expeditæ, mala quoad valorem præſumitur poſterior. *Creſc.* 20.

3 Erectio præſumitur præcedere ſuppreſſionem requiſitam. *Creſc.* 138.

4 Præſumitur mutare animum poſſidendi, qui continuat poſſeſſionem cum bono titulo, quam cœperat cum malo, & nullo. *Creſc.* 188. *Gom. in reg.* 125. *Put.* 8. *de cauſ. poſſ.*

5 Mandatum productum, & deperditum antequam pars opponeret, præſumitur bonum. *Mohed.* 18.

CAPUT II.
De Communibus.

1 Præſumitur unuſquiſque vivere centum annis, ſed qui dat de regreſſu tertii debere probare eum vivere. *Creſc.* 145. tempore impetrationis, & quo dat, ſed ſi idem vel alius oſtendat proviſionem ſibi factam per obitum, obitus eſt probandus. *Creſc.* 166. quid ſi opponat de reſignatione. Vide *Put. 6. præſumpt. Mohed.* 228.

2 Qui ſemel loquitur recte unum idioma, præſumitur ſcire ſemper loqui illud. *Gom. in reg.* 54.

3 Non præſumitur quis renunciare juri ſuo, licet patiatur alium poſſidere. *Gom. in reg.* 227.

4 Nemo præſumitur jactare ſuum, ideo facta impetratio cum impenſa, vel alternativa expedita vel bulla Prothonotariatus præſumitur a principali. *Gom. in reg.* 130. *Mohed.* 212. *Creſc.* 15. *Put.* 2. *de Præſumpt.*

De Ratificatione proviſionis. Vide *ſub tit. de præb. c. 6.* §. 3.

5 Epiſcopus præſumitur juraſſe ſolita de non alienando res Eccleſiæ. *Creſc.* 149.

6 Actus qui habet horam præſumitur anterior. *Creſc.* 105. *Caſ.* 20. *de præb. Gom.* 1. 33. Item qui habet diem. *Aug.* 3. 34. vel poſterior, ſi id eſt utilius, ut in teſtamentis. *Gom.* 1. 33. *Put.* 1. *de præſumpt.*

7 Filius præſumitur natus ex viro, niſi ex pluribus conjecturis. *Creſc.* 118. *Gom.* 1. 75. & *in reg.* 161. *Mohed.* 19. 115. *Aug.* 3. 175. 197.

8 Dominii probatio eſt difficilis, ſed ex præſumptionibus probatur. *Aug.* 2. 8.

9 Solemnitas in ſcriptura antiquiſſima præſumitur. *Mohed.* 852.

10 Tranſactio a 300. annis executa licet ſine conſenſu Superiorum valet quia præſumitur. *Fab.* 22.

11 Non præſumitur pro laudo ante 60. annos lato extra tempus, ſi non conſtat exequutum fuiſſe, cujus rei exceptio eſt perpetua. *Fab.* 31.

12 Monaſterium non præſumitur eſſe ordinis mendicantium, qui dicit profeſſionem eſſe nullam, intra annum tenetur probare. *Mohed.* 195.

13 Non præſumitur ſcientia geſtorum a procuratore, ut quis incidat in pœnam. *L. Si quis major. Creſc.* 194.

14 Poſſeſſio filii, vel ſucceſſoris præſumitur continuata eodem modo, quo pater, vel auctor poſſidebat. *Put.* 14. *de cauſ. poſſ.*

15 Reſcriptum productum a principali præſumitur ab eo impetratum. *Put.* 3. *de præſumpt.*

16 Bona, & mala fides ex præſumptionibus dicitur. *Put.* 2. 10.

17 Præſumitur Eccleſia ædificata ab eo, qui tenebatur conſtruere, ſi vellet uti privilegio, vigore cujus reperitur in poſſeſſione. *Put.* 2. 16.

18 Qui reperitur in poſſeſſione præſumitur ex titulo habili, qui reperitur in rerum natura, non ex minus idoneo licet pars percepta magis applicetur verbis non idoneis. *Put.* 2. 17.

TITULUS LXIV.
DE PRIVILEGIIS.

CAPUT I.
De Curialibus.

1 PRivilegiis Auditorum Rotæ nunquam cenſetur eſſe derogatum, neque eorum reſervis, aut expectativis, niſi derogetur privilegiis Collegii Auditorum Rotæ nominatim. *Sim.* 2. etiam per clauſulam, quorum tenores, non cenſetur eis derogatum. *Gom. in reg.* 263. *contr. Put.* 26. *de privil.*

2 Auditor tempore vacationis beneficii, qui non erat Auditor tempore datæ expectativæ utitur privilegiis Collegii præſertim Rotæ. *Creſc.* 170.

3 Derogando privilegiis cujuſcumque perſonæ, non eſt derogatum privilegiis Collegii, præſertim Rotæ. *Gom. in reg.* 273.

4 Clauſulas cujuſcumque ſtatus &c. comprehendit Reges, & Cardinales. *Gom. in reg.* 2.

5 Cardinales comprehenduntur ſub diſpoſitionibus non continentibus odium irrationale. *Gom. in reg.* 3.

6 Cardinales in pari cauſa aliis præferuntur. *Gom. in reg.* 66.

De privilegiis Militum, & nominatorum ab eis, & Paraſrenariorum ſub *tit. de conceſſ. præb. c.* 5. 9. & 10.

7 Bulla Cubiculariorum præſumitur eſſe in viridi obſervantia, quoad veros cubicularios, namque extramuros non gaudent eiſdem privilegiis. *Mohed.* 90. *Put.* 37. *de præb.*

8 Prærogativæ conceſſæ Scriptoribus non militant contra familiares Papæ. *Gom.* 19. & *in reg.* 38. 68.

De privilegio Cantorum ſub *tit. de præb. tit. 6. cap.* 2.

De privilego Conclaviſtarum in regula revocatoria privilegii eorum.

9 Bulla Sixti, & Leonis diſponens ut ſpuriis, & incapacibus ſuccedatur, procedit tam active, quam paſſive, & in clericis decedentibus ab inteſtato, & in laicis. *Creſc.* 218.

10 Prothonotarii licet non conſtet eos juraſſe, poſſunt uti privilegiis ſuis, non vero deferre inſignia. *Aug.* 3. 135. & eorum beneficia ſunt reſervata. *Put.* 66. *de præb.*

11 Privilegium Scriptorum, ut poſſint non reſervatum acceptare in menſe Ordinarii non eſt in uſu. *Aug.* 3. 716. intelligitur non reſervatum regulare. *Put.* 2. *de præb.* & 8. *de privil.*

12 Privilegia Referendariorum comprehendunt futuros. *Put.* 14. *de privil.*

13 Scriptores abſentes ita gaudent privilegiis ſicut præſentes. *Put.* 22. *de privil.*

14 Revalidatio gratiarum Parafrenariorum intelligitur de perpetuis. *Put.* 31. *de privil.*

CAPUT II.

De extra curiam.

1 Privilegium Ducis Sabaudiæ eſt, quod penſiones aſſignantur perſonis ſubjectis, vel ipſi gratis, qui dicit non eſſe gratum Duci penſionarium probei. *Creſc.* 179.

2 Privilegium Religionis Hieroſolymitanæ non habet locum contra pauperem, qui habet privilegium juris ne extra domicilium trahatur. *Creſc.* 224.

3 Privilegia Sixti de Cannonicatu Doctorali tolluntur per clauſulam derogatoriam privilegiorum, quorum tenores, &c. *Mohed.* 20.

4 Privilegium Univerſitatis dicitur eſſe in uſu, niſi aliud probetur, per ſolam patientiam non amittitur, quia habet decretum minori ſpatio annorum 40. contra id non præſcribitur. *Creſcent.* 79.

5 Privilegium abſolvendi Moniales a quibuſcumque exceſſibus, quibuſdam exceptis, habet locum in utroque foro. *Mohed.* 197.

De privilegiis Marchionis, & aliorum circa juſpatronatus. Vide *ſub tit. de Jurepatr. c.* 3.

6 Privilegia Hiſpaniæ circa Canonicatus Doctorales cum clauſula, ut electi ultra quatuor menſes novam proviſionem expediant non annullant electionem, ſed poſſeſſionem. *Put.* 5. *de privileg.*

7 Privilegium Eccleſiæ Hiſpalenſ. contra filios, & nepotes hæreticorum, vel reconciliatorum, habet locum contra nepotes reconciliatorum ſponte cum gravi pœna abſolutis. *Peregr.* 17.

CAPUT III.

Communia de privilegiis.

1 Privilegium nullum ex defectu conſenſus Principis per confirmationem ipſius validatur. *Creſcent.* 31.

2 Privilegium, ſeu facultas derogandi regulis editis, & edendis non comprehendit regulam de infirmis. *Gom. in reg.* 7.

3 Nobilitas ex privilegio ſufficit ad ſtatutum quod requirit, quod ſit vere nobilis, vel natus nobilis. *Mohed.* 34.

4 Privilegium reſtitutionis plenariæ cum revocatione literarum privationis operatur, ut videatur reſtitutus ad poſſeſſionem captam per alios, utque ita ſpoliati poſſint agere ſpolio contra reſtitutum. *Mohed.* 87. 88.

5 Privilegio antiquiſſimo præſumitur eſſe renunciatum per non uſum. *Mohed.* 340. *Aug.* 3. 320. *Put. de privil.* 18.

6 Dictio, prout inducit cauſam finalem in privilegiis. *Gom. in reg.* 177. *Put.* 1. *de confirm. util.*

7 Ubi quid conceditur ex duplici cauſa finali ceſſante una remanet alia. *Gom.* 5. 8. 9.

8 Privilegium de non ſolvendo canonicam portionem conceſſum validum eſt, licet non fiat mentio poſſeſſionis exigentium. *Caſ.* 5. *de privil.*

9 Privilegii interpretatio præſcribitur 10. annis. *Put.* 1. *de reſcript.*

10 Per conceſſionem ſecundi privilegii non cenſetur revocatum eſſe primum. *Put.* 27. *de privileg.*

11 Prorogatio privilegii ad aliud quadriennium cum narrativa, quod intra prius exiſtit, non valet ſi expiraverat. *Put.* 32. *de privil.* & ſi motu proprio eſſet conceſſa. *Ibid.*

12 Papa non cenſetur derogare privilegiis in vim contractus conceſſis. *Peregr.* 119.

TITULUS LXV.

DE PROBATIONIBUS.

CAPUT I.

De Singularum rerum.

1 ABſolutio probatur etiam ad validitatem gratiæ per depoſitionem Pœnitentiarii. *Creſc.* 163.

2 Ætas prædeceſſoris, qui non poſſedit, eſt probanda, & ſi negatur, plene. *Aug.* 23. Ætas probatur per inſtrumentum tutelæ, vel curæ. *Gom.* 5. 95.

3 Clericatus debet probari vere ab illegitimo, non per quaſi poſſeſſionem. *Jo. Pau.* 24. *Fab.* 21. per famam cum aliis adminiculis. *Put.* 7. *de prob. Peregr.* 47.

4 Clericatus quaſi poſſeſſionem in legitimo ſufficit probare ſemiplene. *Aug.* 2. 4. præſertim in auctore, niſi detur fumus illegiti vitatis. *Put.* 10. *de probat. Idem* 28. Clericatus auctoris probatur ſi decennio poſſedit beneficia præſertim in antiquis. *Aug.* 50. *Put.* 11. *de probat.* allegatio Lapi ad probationem clericatus tantum non juvat. *Ibid.*

5 Clericatus uxorati probatur per delationem tonſuræ, habitus, & communem reputationem. *Put.* 18. *de probat.*

6 Probatur clericatus probato Diaconatu cum publica voce, & fama. *Peregr.* 53.

7 Adverſum communem reputationem poteſt probari veritas. *Peregr.* 50.

8 Conſumptionem expectativæ obiiciens reus, & poſſeſſor actori, non tenetur probare illud beneficium comprehendi ſub expectativa actoris, actor vero tenetur. *Mohed.* 130.

9 Execrabilitas non probatur per duas ſemiplenas onius teſtis de viſu duorum de publica voce, & fama, quia in criminalibus duæ ſemiplenæ non junguntur. *Fab.* 25. nec tunc inſerta, quæ alias nocerent, probant. *Put.* 5. *de prob.*

10 Fama in antiquis probat primum extremum. *Jo. Pau.* 105.

11 Extremum primum debet plene probari per teſtes de viſu, neque ſufficit publica vox, & fama. *Gom. in reg.* 45. *Mohed.* 178. An duæ ſemipleæ hic jungantur, dubito, ſi de violento ſpolio ageretur, dicerem non conjungi, alias putarem. *A. A.*

12 Familiaritas narrata in ſupplicatione eſt probanda, licet literæ ſint taxatæ, quia Papa facilius conceſſit. *Jo. Pau.* 55. Item probatur per atteſtationem Papæ. *Gom. in reg.* 99. niſi ipſa atteſtatio reducatur ad viam juris. *Put.* 4. *de probat.*

13 Infirmitas in caſu Regulæ de infirmis eſt plene probanda. *Gom. in reg.* 46.

14 Inſtructam cauſam eſſe, vel non eſſe quis teneatur probare. *Vid. ſub tit. de jud. c. 7. n. 5.*

15 Legitimitatis quaſi poſſeſſio eſt ſemiplene probanda. *Aug.* 24. ſtante lapſu 60. annorum, & ad effectum ſpolii. *Put.* 2. *de reſtit. ſpol.*

16 Nobilitas probatur per communem reputationem ad effectum expectativarum, licet non probetur ex utroque patente. *Gom. in reg.* 30. de nobilitate, ex privilegio. *Mohed.* 34.

Non numeratam eſſe pecuniam quis teneatur probare. *Vid. ſub tit. de obligat. Camer. c.* 4.

17 Obitus probatur per famam publicam. *Mohed.* 77. *Gom.* 1. 17.

18 Obitus in aliquo menſe probatur, licet duo teſtes deponant de anno, duo de menſe. *Creſc.* 33.

19 Porrectam eſſe ſupplicationem poſt obitum tenetur probare is, qui dicit, & conſenſum poſt obitum præſtitum. *Mohed.* 128.

20 Scientia ad incurrendam pœnam eſt plene probanda. *Mohed.* 49.

21 Scientiæ probatio, quando agitur de jure quæſito amittendo, debet eſſe plena, & non ſufficiunt conjecturæ, aut fama. *Mohed.* 160.

22 Etſi probetur, quod erat notum in eo loco. *Put.* 6. *de probat.*

23 Tutela probatur per famam, quod adminiſtravit, ut tutor cum aliis adminiculis. *Mohed.* 2. 28.

24 Valor probatur per teſtes dicentes articulum verum, quia vicini. *Gom. in reg.* 246.

25 Valorem tenetur probare expectans. *Fab.* 32. ejus quia reſignatarius. *Jo. P.* 73.

26 Doctoratus non probatur inſtrumento, quod non habet etiam alios teſtes præter ipſos doctores. *Aug.* 3. 383.

27 Paupertas non probatur ex eo, quod quis ſit filius familias. *Aug.* 3. 554.

28 Pertinentia collationis etiam inferioris probatur per famam. *Caſſ.* 1. *de probat.* quando non agitur principaliter, neque cum eo, vel proviſo ab eo.

29 Unio probatur per immemorialem poſſeſſionem. *Put.* 8. *de union.*

CAPUT II.

Communia de probationibus.

1 Fama in antiquis plene probat, in recentibus ſemiplene, teſtes examinati inter alios recenter probant ſemiplene in antiquis eodem modo, neque probatur ita primum extremum. *Mohed.* 178.

2 Agens vigore translationis adverſus eum, qui ſolvit penſionem ſuo auctori non tenetur verificare literas penſionis, neque habilitates auctoris. *Mohed.* 158. *Put.* 8. *de probat.*

3 Cui incumbit onus probandi multis caſibus. *Vid. ſub tit. de præſumpt.*

4 Dominium antiquiſſimum, & juſpatronatus probatur per famam. *Caſſ.* 2. *de probat.*

5 Fama probatur per duos teſtes deponentes de auditu publico. *Caſſ.* 3. *de probat.* tempore antiquo, ſi agitur de fama antiqua. *Put.* 1. *de probation.*

6 Reſervatio ad effectum abſolutionis probatur per narrativam Brevis, in quo appellatur Collector, ſecus ad adjudicationem. *Put.* 10. *de præbend.*

7 Per teſtes ſingulares de confeſſione, & fama duelli offuſcata eſt gratia tertii, de qua obiiciebat poſſeſſor. *Put.* 3. *de probat.*

8 Notorium dicitur, quod fit in præſentia decem perſonarum. *Put.* 12. *de probat.*

TITULUS LXVI.

DE PROCURATORIBUS.

CAPUT I.

De invalidis mandatis.

1 Actor procurator rei ſubſtituit, & inſtruit cauſam cum ſubſtituto, proceſſus eſt nullus. *Creſc.* 94.

2 Tutrix conſtituit actorem, qui tanquam procurator tutricis petit ſententiam ferri pro tutrice, ſententia eſt nulla. *Creſc.* 181.

3 Si duo ſint ejuſdem nominis, ſi in conſtituendo procuratore, & procedendo non conſtet, quis fuerit conſtitutus, vel citatus, ſententia eſt nulla, & mandatum. *Gom. in reg.* 131.

4 Si mandatum non fiat apud acta coram Judice, debent teſtes ſcribi, niſi in contrarium ſit uſus. *Jo. P.* 103.

5 Unus ex duobus conſtitutus non inſolidum, licet cum libera, & cum clauſula, ut unicuique detur mandatum non poteſt exequi mandatum. *Jo. Pau.* 104. *Gomeſ.* 1. 29. ſi hoc mandatum habet clauſulam, de rato quicquid per eos, vel eorum alterum fiat, valent geſta per unum. *Put.* 7. *de procur.*

6 Ad petendum remedium, *c. Odoardus*, & *c. Pervenit*; & deputari œconomum Monaſterio, ut datis victu, & veſtitu Monachis cetera det obtinenti, non ſufficit mandatum generale. *Jo. Pau.* 109.

7 Si duo mandata ſint diverſe extenſa ex eadem matrice, neutri ſtatur. *Mohed.* 57. ſi unum ad reſignandum ſimpliciter, alterum ſub conditione, neutrum valet. *Gom.* 1. 74.

8 Conſors litis non poteſt procedere nomine conſortis, qui habet procuratorem. *Creſcent.* 121.

9 Nulliter ſubſtitutus ſi agat ut talis, licet habeat bonum mandatum, nihil agit. *Mohed.* 101. Idem ſi ſubſtituens ſubſtituerit vigore mandati nulli, cum bonum haberet. *Mohed.* 224. *Aug.* 3. 349. *vid. Put.* 6. *de procur.*

10 Geſta per procuratorem excommunicatum tempore mandati, non valent, etiam parte non opponente, ſi procurator poſtea excommunicatus eſt & pars non opponat, valent. *Creſc.* 223.

11 Procurator contra omnem perſonam non eſt contra Univerſitatem. *Gom. in reg.* 49.

12 Excuſator ad cauſam probabilem non admittitur ſine mandato, neque ſola voluntas per literas illius, qui excuſatur ſufficit. *Gom.* 1. 8.

13 Mandatum ad recipiendum computa, & quietandum, non valet ad confitendum ſe recepiſſe. *Gom.* 223.

14 Procurator conſtitutus a reo ad defendendum non poteſt agere. *Put.* 20. *de procur.*

15 Minor 14. poteſt ratificare commiſſionem cauſæ in ſpolio, & ejus procurator obtinere ſententiam pro ſe. *Peregr.* 61.

16 Pro-

16 Procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato prorogare juriſdictionem Judicis delegati renunciando tacitæ appellationi, & attentatis. *Mobed.* 8. 9.

CAPUT II.
De Procuratore aſſerto, & de Ratihabitione.

1 Promittens de rato ſub pœna non poteſt conveniri ad pœnam, ſi doceat de mandato, & non de rato, quia mandato intereſſe alterius partis pœna peti non poteſt. *Creſcent.* 189.

2 Procuratori aſſerto parte opponente non dantur compulſoriales. *Creſc.* 214.

3 Scientia domini de proſequutione cauſæ nomine ſuo a procuratore, qui habebat minus ſufficiens mandatum, & productio jurium, nocet in tota cauſa. *Fab.* 23. *Put.* 5. *&* 15. *de procur.*

4 Scientia geſtorum per procuratorem, non præſumitur, ut ex ea dominus incidat in pœnam. *l. Si quis maior. Creſc.* 194.

5 Regula de annali ſuffragatur ratificanti geſta per aſſertum procuratorem, ſecus ſi fateretur habuiſſe aſſertum mandatum. *Creſc.* 230.

6 Regula de ſubrogandis non habet locum, ſi lis ſit mota per procuratorem aſſertum, & ratificata poſt obitum citati. *Gom. in reg.* 79.

7 Abſente procuratore aſſerto, qui ignorabat mandatum ſuum, poteſt produci mandatum, & valent geſta ab eo, item in quacumque inſtantia, & poſt ſententiam poteſt produci. *Gom.* 1. 49. vel probari per teſtes. *Gom.* 1. 50.

8 Ratificatio geſtorum per aſſertum procuratorem uſque ad ſententiam, non valet ſi fiat poſt latam ſententiam, vel poſt terminum ad confitendum debitum, & ſe excommunicari. *Put.* 10. *de procur.*

CAPUT III.
De Subſtitutis.

1 Subſtitutus in prima inſtantia in cauſa, & cauſis hujuſmodi, valet ad appellandum, & appellationem proſequendam. *Peregr.* 62. *Fab.* 11. *Put.* 25. *de procur.* & ad negocium principale, & exequutivum. *Idem* 26. *eod.*

2 Actor pro reo ſubſtituere non poteſt in eadem cauſa. *Creſc.* 94.

3 Subſtitutio facta vigore mandati, quod fuit perditum poſt productionem, & ſubſtitutionem factam, parte non contradicente valet. *Mohed.* 18.

4 Subſtitutus nulliter, licet ſit procurator, ſi agat ut ſubſtitutus, nulliter agit. Item ſubſtituens vigore mandati nulli, licet habeat bonum. *Mohed.* 101. 204. *Aug.* 3. 349.

5 Qui ſubſtituit acceptat mandatum. *Aug.* 3. 385.

6 Poteſt ſubſtituere dominus litis effectus procurator, etiam in exequutivis. *Put.* 11. *de procur.*

CAPUT IV.
De revocatione procuratoris.

1 Revocatio procuratorum ad reſignandum eſt intimanda in Camera, & Cancellaria, neque ſufficit in Camera tantum, vel in Cancellaria tantum. *Creſc.* 105.

2 Si eodem die fiat revocatio, & conſenſus, præſumitur pro conſenſu. *Aug.* 3. 105.

3 Revocationem procuratoris ad reſignandum non ſufficit intimare reſignatario. *Mohed.* 116. intellige, ſi mandatum erat ſimplex ad reſignandum ſimpliciter. *A. A.* ſi aliquid reſervetur de conſenſu reſignatarii, ſuffi it. *Mohed.* 187. *Put.* 17. *de procur.* & 118. *de Jud.* Idem eſt ſi revocatio fiat tacite per conſtitutionem alterius procuratoris ſine clauſula, citra, præſente reſignatario pro teſte. *Fab.* 54.

4 Procurator datus ad reſignandum ſub certis conditionibus, non cenſetur revocatus, licet Dominus prætendens non valuiſſe reſignationem egerit contra reſignatarium. *Mohed.* 64. dubito, an videatur eum pœnitere. *A. A.*

5 Procurator non poteſt revocari etiam poſt tres ſententias, ſed tenetur defendere Dominum in cauſa reſtitutionis. *Mobed.* 84. *Put.* 18. *hoc tit.* & executionis. *Jo. Pau.* 98.

6 Morte civili domini, vel naturali revocatur procurator ad lites. *Gom.* 1. 36. *&* *in reg.* 163. etſi tunc non conſtet de acceptatione reſignatarii. *Aug.* 3. 713. & licet reſignans remaneat in poſſeſſione. *Put.* 19. *de procur.* ſed ſi reſervatur in reſignatione regreſſus, & fructus, non revocatur. *Creſc.* 171. quoad fructus, & expenſas, non eſt revocatus. *Put.* 14. *de proc.*

7 Non poteſt poſt litem conteſtatam revocari procurator, niſi pars adverſa tacite, vel expreſſe conſentiat. *Gom.* 1. 28.

8 Per ceſſionem litis, & cauſæ eſt revocatus procurator ad lites. *Caſſ.* 2. *de app.*

9 Non præſumitur ſubſtitutum fuiſſe revocatum a procuratore non habente mandatum ad revocandum, de ipſius ſubſtituti conſenſu. *Put.* 9. *de procur.*

10 Si datur mandatum ad reſignandum certum beneficium in favorem A. & alia in favorem A. ſeu perſonæ bene viſæ procuratori, & detur aliud mandatum cum clauſula, citra, ad reſignandum in favorem A. omnia eadem beneficia, per ſecundum mandatum revocatur primum, excepto illo certo beneficio. *Put.* 22. *de proc.*

CAPUT V.
Communia de procuratoribus.

1 Sufficit docere de mandato poſt ſententiam. *Gom.* 1. 49. & de abſentia procuratoris poſt decretum proceſſum per contradictas, etiam cum agitur ad cenſuras. *Creſc.* 104. niſi fuerit oppoſitum, & niſi ſe reſtringat ad malum mandatum. *Put.* 6. *de procur.* & niſi mandatum factum ſit poſt ſententiam. *Aug.* 3. 643.

2 Mandatum Protectorum S. Georgii duobus exceptis valet, licet non conſtet abſentes fuiſſe vocatos. *Creſc.* 117.

3 In mandatis conditionalibus reſervativis penſionis, vel alterius rei in reſignatione, conſenſus poteſt præſtari utrinque ex intervallo. *Creſcent.* 105.

4 Mandatum acceptatum ad proſequendum gratiam expectativam cum clauſula ad lites, capit etiam lites ſuper beneficiis, in quibus jus habet aliunde. *Creſc.* 100.

5 Si reus citatus ad inſtantiam duorum conſtituat procuratorem, vel procurator ſubſtituat, &

No-

Notarius, apud quem eſt utraque commiſſio ſuper eodem beneficio, ſcribat contra unum alter tenetur eum citare. *Creſc.* 85. conſtito de errore. *A. A.*

6 Procurator ad faciendas quaſvis conventiones, & concordias ſuper beneficio, poteſt illud reſignare pro ſufficienti recompenſa. *Creſc.* 215.

7 Mandatum ad compromittendum intelligitur toties quoties vigore ſtatuti, neque ſubjacet ſolemnitati conſanguineorum, quia ex cauſa neceſſaria. *Jo. Pau.* 3. *Put.* 22. *de procur.*

8 Procurator, qui non eſt datus ad ſecundam inſtantiam, licet appellet, ſi præfigatur ei terminus ad proſequendum non arctat principalem; ſed habet annum. *Mohed.* 126.

9 Nomina Canonicorum non ſunt exprimenda in mandato, quando non agitur de magno præjudicio. *Mohed.* 243. *Gom.* 1. 56. *Aug.* 3. 29.

10 Valet conſenſus præſtitus poſt quadriennium poſt mortem, ſignata ſupplicatione ante mortem, probata porrectione. *Mohed.* 219.

11 Duo Procuratores conſtituti cum libera, non cenſetur inſolidum conſtituti. *Gom.* 1. 29. *Jo. Pau.* 104.

12 Mandatum generale ad movendum omnes, & ſingulas lites, & cauſas, quam, & quas habet, & movet, habereque & movere vult, & intendit, contra quaſcumque perſonas, & etiam contra ipſum &c. extenditur ad futuras lites. *Gom.* 1. 51.

13 Mandatum generale ad omnes, & ſingulas, comprehendit futuras, licet non habeat alias. *Peregr.* 57.

14 Procurator poteſt excedere fines mandati ex juſta cauſa, & contra mandatum. *Gom.* 1. 71.

15 Prior Monaſterii ſine conſenſu Fratrum poteſt conſtituere procuratorem ad conſentiendum in arbitros. *Gom.* 2. 34.

16 Si duo ſunt inſolidum conſtituti poſſunt unus poſt alium conſentire. *Gom.* 234. & poſt obitum principalis, ſi acceptavit in vita. *Idem* 2. 35.

17 Mandatum pupilli cum conſenſu tutoris, & decreto Judicis Eccleſiaſtici valet, non cum conſenſu patris tantum ad lites beneficiales. *Aug.* 3. 757.

18 Pro mandato ſententiæ, antique præſumitur. *Caſſ.* 3. *de procur.* præſertim ſi enuntiatur in ſententia etiamſi requiratur ſpeciale mandatum, ſi enuntiatur ut ſpeciale. *Put.* 4. *de proc.*

19 Habens mandatum ad defendendum cauſas motas contra conſtitutionem poteſt appellare, ſed non proſequi, etſi ſit clauſula, cum libera. *Put.* 3. *de app.* dubito *A. A.*

20 Procurator minor 24. major 14. in beneficialibus ad lites eſſe poteſt, ut principalis eſſe poteſt in judicio. *Put.* 5. *de jud.* & 2. *de procur.*

21 Decanus poteſt agere, & conſtituere procuratorem pro rebus Capituli. *Put.* 22. *de judic.*

22 Tutor poteſt ante confectionem inventarii conſtituere actorem, actor ad omnes cauſas poteſt proſequi appellationem. *Put.* 1. *de procur.*

23 Procurator efficitur dominus litis etiam in judicio executivo. *Put.* 11. *eod.*

24 Acceptatur mandatum in omnibus producendo non per compulſum, licet proteſtetur, ad effectum ſubſtituendi tantum. *Put.* 13. *eod.* talis procurator non eſt idoneus teſtis. *Peregr.* 59.

25 Habens mandatum uſque ad tertiam inſtantiam poteſt ulterius procedere ad executionem. *Put.* 27. *de procur.*

26 In mandatis clauſula generalis comprehendit majores perſonas. *Put.* 28. *de procur.*

27 Epiſcopus ſucceſſor tenetur ſolvere ſalaria advocatorum, & procuratorum Epiſcopi prædeceſſoris carcerati. *Peregr.* 13.

28 Informans in cauſa non dicitur acceptare mandatum. *Peregr.* 58. ſed qui accipit regiſtrum a Notario acceptare videtur. *Idem.*

TITULUS LXVII.
QUI FILII SINT LEGITIMI.

1 IN legitimatione filii per quam excluditur ſubſtitutus non requiritur citatio, ſi vivo patre fiat. *Gom. in reg.* 271. etiam exiſtentibus filiis legitimis, quorum mentio facta eſt & non citatis eis, licet non habeat Comes clauſulam, citatis, & non citatis. *Put.* 4. *hoc tit.* non requiritur citatio agnatorum in legitimatione. *Idem* 7. *eod.* ſi Comes habeat in Privilegio, extantibus aliis filiis, ſed citra præjudicium aſcendentium, & deſcendentium, & legitimæ eis jure naturæ debitæ. *Put.* 5. *hoc tit.*

2 In legitimatione petita a patre ſunt citandi filii legitimi, & naturales niſi Comes habeat in facultatibus citatis, vel non citatis, cauſæ privatæ ſufficiunt ad legitimationem, cauſæ narratæ a patre ſunt probandæ, non quas Comes dixit. *Mohed.* 246. ſi Comes non poteſt ſine cauſa legitimare, non ſtatur ejus enunciationi. *Put.* 1. *hoc tit.* ſi probatur legitimatum eſſe bonæ vitæ, conditionis, & famæ, ſufficit pro cauſa. *Idem* 6. *eod.*

3 Ex contractu ſolemnizationis probatur matrimonium ad effectum legitimationis prolis ſine inſtrumentis dotalibus, & probatur matrimonium ante contractum per confeſſionem conjugum, cum non agatur de alio matrimonio. *Mohed.* 181.

4 Filius adulteri præſumitur ex multis conjecturis. *Creſc.* 118. *Mohed.* 19. 115. *Gom.* 75. & *in reg.* 161.

5 Donatio filio ſpurio facta ultra alimenta, non tenet, etiam cum juramento matris ſpurii. *Mohed.* 188. Nato ex ſoluto & ſoluta, & donari & legari poteſt a patre. *Aug.* 29.

6 In ſententia lata inter virum, & uxorem ſuper matrimonio poteſt fieri mentio legitimitatis filii jam nati, præſertim ſi cauſa eſt commiſſa ſuper jactatione ejus filii uti legitimi. *Aug.* 3. 381.

7 Qui petit legitimari aliquem ut filium ſuum, & inſtituit appellando filium, tenetur probare filius ſe eſſe talem. *Aug.* 3. 462.

8 Qui uxorem duxerat, ex alia liberos ſuſcepit, divortio facto propter frigiditatem viri, cum matre liberorum contraxit, ſi ea ignara eſt matrimonii, filii ſunt legitimi. *Aug.* 3. 567.

9 Licet Comes non poſſit legitimare infantes, ut efficiantur ſub patria poteſtate, tamen poteſt ab-

abſtergere maculam, ut fiant capaces. *Put.* 2. *hoc tit.*

10 Expoſitus nutritus ut filius poteſt legitimari. *Put.* 3. *eod.*

11 Valet declaratoria Pœnitentiariæ, etiam poſt obitum alterius conjugis in favorem filii. *Put.* 8. *eod.*

TITULUS LXVIII.
DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

1 Alienatio facta ab Epiſcopo ad vitam ſuam valet non obſtante juramento ſuo de non alienando. *Mohed.* 7. 250.

2 Et id juramentum præſumitur præſtitum, licet non conſtet. *Creſc.* 149. Epiſcopus eſt perjurus licet alienatio valeat in caſu permiſſo. *Creſcent.* 150.

3 Res alienata cum ſolemnitate poteſt alienari ſine ſolemnitate, quia eſt effecta alienabilis, ſolita locari, vel alienari. *Gom. in reg.* 194. Vide *Put.* 1. *hoc tit.* & *Aug.* 3. 595.

4 Alienatio Villæ ſine conſenſu Vaſſallorum valet, ſi eſt confirmata a Papa hoc tacito. *Jo. Pau.* 81. neque tollitur jus quæſitum. *Gom. in reg.* 266.

5 Paulina eſt producenda ad probandum, quod eſt recepta in loco. *Mohed.* 6. dubito *A. A.*

6 Tranſactio facta ſuper bonis Eccleſiaſticis locatis contra formam Paulinæ ſub prætextu non obſervantiæ, valet. *Mohed.* 5. 249.

7 Locatio ad vitam non dicitur eſſe perpetua, ideo decimæ poſſunt locari ad vitam, & bona locari ſine ſolemnitate. *Mohed.* 4. 248. 249. contra Paulinam. *A. A.*

8 Confirmatio locationis, & tranſactionis valet, & ſi non expreſſum conductorem fructus plurium annorum indebite percepiſſe. *Mohed.* 251.

9 Locatio ad longum tempus de rebus Monaſterii non ligat ſucceſſorem præſertim ſi non eſt facta nomine Eccleſiæ, & in ejus confirmatione debet fieri mentio regreſſus. *Mohed.* 270. *Fab.* 42. habens regreſſum debet citari in alienatione bonorum Eccleſiæ. *Put.* 2. *hoc tit.*

10 Si Prælatus habet facultatem relocandi receptio penſionum poſt caducitatem præjudicat Eccleſiæ, alias non. *Creſcent.* 125. Caducitas non cenſetur remiſſa ob receptionem penſionum annuarum, ſi non fuit petita renovatio, ſi recipiens ignorabat renovationem fieri debere, & lapſum eſſe tempus. *Put.* 3. *hoc tit.*

11 De locatione ad longum tempus. *Vide ſub tit. de locatio, cap.* 2.

12 Non requiritur conſenſus patroni in alienatione rerum Eccleſiæ, aut diſmembratione decimarum, ſed ex cauſa poteſt contradicere. *Caſſ.* 3. *de jurepatr.*

13 Non requiritur ſolemnitas Paulinæ in alienatione nondum aditæ hæreditatis. *Peregr.* 67.

TITULUS LXIX.
DE REGULARIBUS.

1 Abbatiſſa permittens ſe corrumpi eſt ipſo jure privata. *Creſc.* 131.

2 Aliud eſt vivere ſub cura, & gubernio Fratrum talis Ordinis, aliud ſub Conſtitutionibus ejuſdem Ordinis. *Mohed.* 194.

3 Dicens Monaſterium eſſe Ordinis Mendicantium, & ſic profeſſionem intra annum eſſe nullam, tenetur probare. *Mohed.* 195.

4 Ignorantia juris non excuſat Moniales ne incurrant excommunicationem admittendo ad profeſſionem intra annum. *Mohed.* 196.

5 Delatio habitus Sancti Antonii extra Monaſterium non infert quem eſſe regularem, neque nominatio aliorum, aut ſua, aut quod ſe geſſerit pro Priore, vel Commendatario infert ad profeſſionem. *Mohed.* 74 *alias* 72. *Put.* 1. *hoc tit.*

6 Confeſſio Ordinis in pluribus inſtrumentis, etſi per verba enunciativa, probat cum adminiculis. *Mohed.* 192.

7 Moniales poſſunt recipere, ut vendant ſine ſolemnitate. *Gom.* 1. 34.

8 Prædicatores, qui allegant Martinianam, ut religioſi poſſint habere domos cum ſufficienti dote, debent probare eam qualitatem. *Gom.* 1. 96.

9 Abbas Sancti Antonii Viennen. licet ſit primus Abbas, non tamen habet intentionem fundatam de jure communi, ut conferat Præceptorias ſui Ordinis. *Aug.* 3. 5.

10 Præceptoriæ Hieroſolymitanæ olim communes degentibus ſub Caſtellania Ampoſtæ poſt diviſionem Prioratus Cataloniæ ſeparatæ ex pluribus conjecturis. *Aug.* 3. 93.

11 Sententia pro Moniali, & Monaſterio confirmata poſt translationem Monialis, in aliud Monaſterium ejuſdem Ordinis valet. *Aug.* 3. 565. lata pro Moniali valet pro Monaſterio. *Aug.* 3. 639.

12 Qui cognoſcunt de cauſis, cur profeſſio apoſtatæ non valet, debent procedere judicialiter. *Aug.* 3. 644. dubito *A. A.*

13 Impetratio regularis beneficii cum adjectione, quod commendari conſuevit, differt ab impetratione cum adjectione, quæ ſolet, &c. *Creſcent.* 10.

14 Regularia ſunt manualia præter curata, & electiva; qui impetrat ea, quæ ſunt perpetua ex conſuetudine, debet facere mentionem perpetuitatis, & manualitatis, qui impetrat curata, vel elective manualia. *Caſſ.* 4. *de præb. Simon.* 42.

15 Providens Papa familiari de beneficiis regularibus cenſetur diſpenſaſſe. *Put.* 6. *de diſpenſ. vid. eund.* 15. *de except.*

16 Moniales non poſſunt compromittere ſine licentia ſuperiorum, ſed de non licentia non poſſunt objicere contra laudum, niſi ipſe, vel Prælatus, non vero alia pars. *Put.* 7. *de judic.*

17 Collatio, vel confirmatio beneficiorum regularium ſpectat ad Epiſcopum de conſenſu Abbatis, niſi ſint dependentia, aut pleno jure ſubjecta. *Put.* 38. *de præb.*

18 Electus ad beneficium regulare manuale confirmatus a Papa, non poteſt amoveri ſine cauſa, neque poteſt petere ſe reſtitui ad ſtatum, niſi conſtet de mala cauſa. *Put.* 2. *de regular.*

19 Abbas eligi non poteſt, qui eodem die habitum religionis accepit. *Put.* 3. *hoc tit.*

TI-

TITULUS LXX.
REM RATAM HABERI.

1 CONſenſus, qui ex facto reſultat, dicitur expreſſus. *Gom. in reg.* 294.

2 Ratificans geſta per alium nomine ſuo, ſi ille ſe obligavit in forma Cameræ pro eo, ipſe tenetur eodem modo. *Mobed.* 288.

3 Ratificatio inducitur per actum concernentem exequutionem proviſionis. *Creſc.* 54.

4 Si poſſeſſio capta per amicum poſt biennium ratificetur, & continuetur per annum, non gaudet regula de triennali. *Gom. in reg.* 237.

5 Ratificatio litis motæ per procuratorem aſſertum poſt annum, non tollit beneficium regulæ de annali, ſed confeſſio illum feciſſe ejus mandato tollit. *Creſc.* 230.

De procuratore aſſerto. *Vid. ſub tit. de procurat. cap.* 2.

De ratificatione impetrationis. *Vide ſub tit. de præb. tit. 6. cap.* 3.

6 Si unus promittit ratificare facere infra octo dies, alter ſimpliciter tranſactis octo diebus, primus incidit in motam. *Put. 5. de tranſact. vid. 6. eod.*

TITULUS LXXI.
DE RENUNCIATIONE.

CAPUT I.
Communia de renunciationibus.

1 NON poteſt renunciari regulæ de non appellando ab interloquutoria, quia eſt introducta in favorem publicum. *Gom. in reg.* 111.

2 Renunciatur fideicommiſſo per clauſulas diviſionis, ad habendum, & alienandum &c. *Mobed.* 156.

3 Regreſſui poteſt renunciari coram notario, & teſtibus. *Creſc.* 162.

4 Renunciare regreſſui videtur, qui poſtquam fuit locus, permittit alium triennio poſſidere, cujus ſucceſſor uti poterit allegat Lapi. *Gom. in reg.* 198.

5 Qui tanquam procurator comparuit, videtur juri ſuo renunciare. *Gom.* 1. 52. ſed poteſt pœnitere. *Mobed.* 91.

6 Renuncians opulentæ hæreditati ob parvum lucrum, non videtur ſine dolo feciſſe, & non firmatur juramento. *Aug.* 3. 697.

7 Renunciatio filiæ de hæreditate paterna extantibus fratribus maſculis non tenet ſi fratres poſtea moriantur . . . . .

CAPUT II.
De Reſignatione coram Ordinario, & aliis.

1 Literæ Ordinarii non probant reſignationem in manibus ſuis. *Creſc.* 157. etiam ſi a tergo fuerit notatus conſenſus ſine teſtibus. *Put. 13. de renunc.* quia præſumitur ſimoniacus. *Idem 7. de ſimon.* ſi enunciatur reſignatio in proviſione, niſi præſente reſignante, vel probata conſuetudine. *A. A.* & ex longæva poſſeſſione reſignatarii præſumitur. *Put. 27. de fid. inſtr. 27. de renunciat.*

2 Reſignatio facta in manibus Vicarii revocati per mortem Epiſcopi, ſed ignorantis obitum valet. *Mobed.* 215. ſi habebat facultatem admittendi. *A. A.*

3 Facultas admittendi reſignationem cenſetur data, ſi dicatur in mandato, ad providendum, & conferendum cum omnimoda poteſtate, plena, libera, & generali adminiſtratione, cum teſtium adminiculo, qui ſe gerebat pro tali. *Mobed.* 323. Mandatum datum ad conferendum beneficium vacans ex cauſa permutationis cenſetur eſſe datum ad admittendam reſignationem. *Put. 8. de procur. 26. de renunc.*

4 Reſignante aliquo coram Notario reſervato uſufructu, quamvis Ordinarius ponat reſignatarium in poſſeſſione, datur reſtitutio, & nihil abdicatur. *Creſc.* 64.

5 Per clauſulas generales alterius capitur, quod eſt reſignatum in manibus non habentis facultatem admittendi, etiam ſi coram notario, & teſtibus. *Mobed* 135. *Put. 11. 12. hoc tit.*

6 Si quis poteſt reſignare quæcumque, quotcumque, & qualiacumque in favorem certæ perſonæ in manibus conſtituti in dignitate, qui poſſit de illis providere, poteſt reſignari, & provideri habenti duo curata de tertio. *Jo. Pau.* 92. dubito *A. A.*

7 Valet mandatum Vicarii, ut poſſit recipere reſignationes, non tamen ut recipiat, & certæ perſonæ conferat. *Put. 7. de renunc.*

CAPUT III.
De Reſignatione in favorem.

1 In reſignatione cum aliqua reſervatione ante præſtitum conſenſum eſt licita pœnitentia. *Gom. in reg* 41. Imo in quacumque reſignatione. *Idem in reg.* 83. *Put. 15. hoc tit. & 17.* neque juramentum de non contraveniendo, vel non revocando impedit pœnitentiam. *Idem in reg.* 42. quamvis porrecta ſit ſupplicatio per ipſum, ex ſtylo licet pœnitere. *Mobed.* 189. *Aug.* 3. 186. 250. *Put. 15. de renunc.* licet etiam recedere a reſignatione cum reſervatione, & facere ſimplicem etiam poſt porrectam, & ſolutam compoſitionē. *Put. 19. de renunc.* porrecta ſupplicatione per procuratorem, ex actu nullo principalis poteſt colligi pœnitentia principalis. *Peregr.* 128.

2 Reſignatio in favorem cenſetur eſſe conditionalis non aliter, niſi illi quæratur, etſi hoc non dicatur. *Jo. Pau.* 102. & non cenſetur aliter admiſſa reſignatio a Papa. *Caſſ. 3. de renunc.*

3 Regreſſus per ceſſum non intrat cum reſignatio fit in favorem certæ perſonæ. *Mobed.* 3. 45. *Put. 6. hoc tit.*

4 Jus non abdicatur a reſignante beneficium juriſpatronatus in favorem certæ perſonæ, patronis non conſentientibus contradicentibus. *A. A. Mobed.* 326. *vid. Put. 14. hoc tit.*

5 Reſignans reſervata penſione libera, & exempta, ſi non conſentiat cum eadem qualitate, nihil agit. *Mobed.* 183. Idem ſi reſervetur penſio cum acceſſo in eventum non ſolutionis pro tertio, & ille tertius ſit incapax acceſſus. *Put. 10. de renunc.*

6 Si in reſignatione dicatur, illum in pacifica poſſeſſione relinquendo, cenſetur eſſe conditionalis

lis

lis reſignatio, ut eſt illa reſervata penſione. *Aug.* 3. 77. *vid. Put.* 3. *de renunc.*

7 Nuncius non poteſt admittere reſignationes in favorem certæ perſonæ, licet poſſit reſervare penſionem ex cauſa reſignationis. *Put.* 24. *de renunc.* 8. *de ſimon.* neque ſi provideat de vacanti ex reſignatione Titii, & Titius poſtea conſentiat non valet, quia non conſtat de vacatione. *Aug.* 3. 608. *contr.*

8 Non eſt ſimonia, cum mandatum ad reſignandum coram Ordinario, & petendum atque obtinendum provideri Titio, niſi addatur, & non aliter, niſi coram Papa mandatum, vel reſignatio in favorem, & non alias. *Caſſ.* 2. *de ſim. vid. Put.* 4. *de renunc.*

9 Habens indultum non poteſt admittere reſignationem in favorem, niſi providere de ita vacantibus. *Put.* 12. *de privil.* & 19. *eod.*

10 Si reſignetur in favorem excommunicati, vel ſimoniaci jus remanet penes reſignantem, ſed primo caſu non poteſt ex clauſulis generalibus alterius ſupplicationis capi, in ſecundo poteſt, cum reſignatur in manibus non habentis facultatem. *Put.* 11. *de renunc.* Intellige, cum reſignatio eſt ſimoniaca realiter. *A. A.*

11 Si reſignatarius eſt incapax tempore reſignationis, & poſtea fiat capax, nihil abdicatur. *Peregr.* 69.

12 Si reſervatur penſio invalide, licet extinguatur poſtea a reſignante, non eſt valida reſignatio. *Peregr.* 70.

CAPUT IV.

De Alexandrina, ſive de conſenſu poſt obitum.

1 Reſignatio facta reſervata medietate fructuum, vel alia re valet, ſi ante præſtitum conſenſum per reſignatarium reſignans decedat. *Creſc.* 37. 219. niſi fuit per utrumque porrecta in vita. *A. A.*

2 Si procurator amborum porrexerit, conſenſus poteſt præſtari poſt mortem ſuper reſignatione cum reſervatione. *Creſc.* 210. *vide Mohed.* 63.

3 Conſenſus præſtari poteſt poſt mortem, ſi porrigatur ſupplicatio in vita. *Caſſ.* 1. *de renunc. Gom. in reg.* 32.

4 Conſenſus poſt porrectionem non dicitur formalis, & non ſubjacet regulæ de extendendis conſenſibus. *Mohed.* 60.

5 Si reſignans manet in eadem voluntate, poteſt præſtari conſenſus poſt obitum, ſecus ſi reſignet in alium, & nulliter. *Mohed.* 189. *Gom.* 1. 20. *Put.* 2. 1. vel aliud faciat. *Peregr.* 128.

6 Dicens reſignantem non vivere tempore reſignationis, vel præſtiti conſenſus tenetur probare. *Mohed.* 128.

7 Si duo erant conſtituti procuratores non inſolidum, poſſunt ſeparatim conſentire etiam poſt obitum, & litem motam, ſi in vita porrexerint. *Gom.* 2. 34. 35.

8 Si porrigens ſupplicationem non habet mandatum ad conſentiendum, non poterit vigore mandati poſtea dati poſt obitum conſentire. *Aug.* 3. 174. 750.

9 Procurator, qui non acceptavit mandatum vivo reſignante, non poteſt conſentire ſupplicationi porrectæ per principalem. *Aug.* 3. 666. *vid. Put.* 2. 1. Idem eſt ſi porrecta eſſet per alium procuratorem, etiam ſi poſt porrectionem ſit conſtitutus. *Aug.* 3. 694.

10 Porrecta ſupplicatione licet reſignans triennio poſſideat, & moriatur, poteſt conſenſus præſtari, & non eſt locus allegat. Lapi. *Put.* 8. *de præb.* & 2. *de alleg. Lapi.*

11 Valet conſenſus præſtitus poſt quadriennium poſt mortem ſignata ſupplicatione, ante mortem probata porrectione. *Mohed.* 219. *incip. Penſionem.*

12 Porrecta ſupplicatione, ſi reſignatarius reſignet in alium, poteſt cogere, iſte, ut procurator, qui porrexit, præſtat conſenſum. *Put.* 20. *hoc tit.*

CAPUT V.

De conſenſu, & mandato ad reſignandum.

1 Prior in conſenſu præfertur priori in data. *Creſc.* 75. *Caſſ.* 2. *de renunc.* conſenſus ſemper retrotrahitur ad datam ſi res eſt integra. *Caſſ. ibidem.*

2 Conſenſus ſimultaneus non requiritur, licet reſignatio ſit conditionalis. *Creſcent.* 105.

3 Si duæ ſint ſupplicationes reſignationis altera ſimplex altera cum regreſſu, conſenſus præſtitus refertur ad ſimplicem. *Creſc.* 135. ſi duo ſint mandata ejuſdem datæ neutrum valet. *Gom.* 1. 74. *Mohed.* 57.

4 Titulus non eſt coloratus quando non eſt præſtitus conſenſus juxta formam ſupplicationis, vel mandati, vel reſignatio fuit conditionalis, & conditio non eſt impleta. *Gom. in reg.* 210.

5 Procurator ad conventiones, & concordias ſuper beneficio poteſt reſignare pro recompenſa. *Creſc.* 215.

De revocatione procuratoris ad reſignandum. *Vid. ſub tit. de procurat. c.* 4.

6 Conſenſus, qui præſtatur poſt ſupplicationem, & reformationem, in qua reſervatur regreſſus, debet facere mentionem reformationis, neque obſtat, ſi literæ expediantur, ſuper priori. *Mohed.* 112. quia tunc reſignatarii poſſunt ſub utraque data fortaſſe expedire. *A. A.*

7 Minor 14. poteſt reſignare cum cauſæ cognitione, quæ præſumitur in Papa admittente ejus reſignationem, ſed conſenſus debet legitime præſtari per procuratorem legitime conſtitutum. *Aug.* 3. 125. cum auctoritate ſuperioris. *Put.* 39. *de privileg.* & 21. *de renunc.*

8 Conſenſus vigore regulæ præſtitus a reſignante in reſignatione, & in penſionibus ab eo, qui tenetur ſolvere, & in regreſſu vigore privilegii Hiſpaniæ, cetera, quæ reſervantur ex conſenſu tacito acceptantis reſignationem, validantur ſi probetur acceptatio. *Aug.* 3. 290. 303. *Put.* 23. *de renunc.*

9 Præſumitur conſenſus in reſignatione, etiam extra curiam, quando reſignatarius cœpit, & continuavit poſſeſſionem. *Put.* 9. *de præſumpt.* & 22. *de renunc.* ubi videtur teneri indiſtincte, ſi nullum eſt onus, & ipſe ſupplicat; ſi vero eſt aliquid reſervatum, & reſignatarius ex intervallo ratificat, valet ab initio. *Put.* 23. *de renunc.*

10 Antequam cedula Cardinalis detur notario, res eſt integra, & poteſt addi reformatio. *Put.* 5. *hoc tit.*

CAPUT VI.
Communia de reſignationibus.

1 Reſignans non amittit detentationem ſi eſt in loco beneficii, ideo tenetur ad penſionem. *Mohed.* 2. denegatur remiſſoria ad probandum poſſeſſionem captam per reſignatarium lite pendente, quia dolo deſiit poſſidere. *Mohed.* 183. donec conſtet reſignatarium acceptaſſe, reſignans excommunicari poteſt ob non ſolutionem penſionum. *Mohed.* 10.

2 Obligatus ſolvere penſionem, dum poſſidet ſi reſignat abſens, vel oſtendat alium eſſe in poſſeſſione non tenetur. *Mohed.* 237. forte ſi eſt ſolitus per ſe inſervire.

3 Violans ſequeſtrum amittit omne jus, ſi reſignat in alium, reſignatarius capit per clauſulas generales. *Mohed.* 333.

4 Renunciatio metu facta eſt nulla. *Mohed.* 32.

5 Reſignatio cum reſervatione fructuum, vel ſine ea ſtante regreſſu eſt nulla, niſi habens regreſſum conſentiat etiam poſt commiſſam cauſam a reſignante contra reſignatatium. *Mohed.* 59. 65. *Put.* 25. *de renunc.* Imo non poteſt ratificari, quia ab initio eſt nulla. *Mohed.* 85. Regreſſus quoque ſecundus non valet ſtante primo, etiam per deceſſum tantum. *Mohed.* 62. 66.

6 Conceſſio juris, & litis cum reſervatione regreſſus valet, licet jus non habeat, nec lis ſit valida. *Mohed.* 110. In præjudicium confitentium. *A. A.*

7 Supplicatio præſumitur impetrata a duobus, ſi idem eſt procurator amborum reſignantis, & reſignatarii. *Mohed.* 63.

8 Si reſervetur penſio, quatenus medietatem non excedat, ſi excedit, non valet reſignatio, vel eſt reducenda. *Creſc.* 234. quo ad ultimum non placet *A. A.*

9 Reſignatio fructuum loci, & ſtalli habetur loco tituli, & poteſt dari de regula de annali. *Gom. in reg.* 162.

10 A. reſignat in favorem B. ſed remanet in poſſeſſione biennio, deinde B. reſignat in favorem C. & continuat A. poſſeſſionem anno, non præſumitur ex eo triennio retroceſſio. *Gom. in reg.* 167.

11 Reſignatio ſecundi beneficii acceptati valet ante adeptionem poſſeſſionis primi, licet jus quoad ſecundum eſſet reſolubile. *Gom. in reg.* 248.

12 Dicens reſignantem non vivere tempore reſignationis, vel præſtiti conſenſus, tenetur probare. *Mohed.* 128. *vid. Put.* 6. *de præſumpt.*

13 Reſignatio facta cum ſuſpenſione unionis non eſt nulla, licet non derogetur regulæ de non tollendo jure quæſito. *Fab.* 20.

14 Succeſſor tenetur juſtificare titulum reſignantis, non triennalis. *Put.* 6. *de alleg. Lap.*

15 Reſignans cum reſervatione fructuum propria auctoritate percipiendorum, non amittit poſſeſſionem. *Put.* 9. *de cauſ. poſſeſſ.* dubito *A. A.*

16 Poſſeſſor dicens actorem reſignaſſe in alium, non tenetur docere acceptaſſe reſignatarium, neque habilitantes. *Put.* 6. *de except.*

17 Reſignatarius uti ſucceſſor reſignantis poteſt petere fructus perceptos per alium ante reſignationem. *Put.* 1. *de fruct.*

18 Sententia lata contra cedentem poſt ceſſionem non nocet ceſſionario. *Put.* 1. *de judic.*

19 Valet retroceſſio ſecundi reſignatarii, licet bis reſignans dicatur eſſe primus. *Put.* 1. *de Jurejur.*

20 Præſumitur reſignatarius acceptaſſe reſignationem liberam, etiam abſens. *Put.* 1. *de præſcript.* dubito *A. A.*

21 Clauſulæ generales poſitæ in reſignatione, cum ſuſpenſione indulti Cardinalis, non tribuunt beneficium, quia ſuſpenſio datur, ut ſit locus reſignationi. *Put.* 54. *de privil.* dubito *A. A.*

22 Reſignatio poteſt probari per teſtes. *Put.* 2. *de renunc.* & 2. *de teſtib.*

TITULUS LXXII.
DE RERUM PERMUTATIONE.

1 PErmutatio facta cum beneficio carente fructibus, non valet. *Gom. in reg.* 147. *Idem* 1. 2. 2. 28.

2 Regula de infirm. non habet locum in beneficio ficte permutato. *Gom. in reg.* 37. *Imo habet A. A.* & *Put.* 3. *ſuper reg. de infirm. reſign.* & intra xx. dies a die conſenſus decedentibus.

3 Regula de publicandis reſignationibus non habet locum in permutationibus. *Gom. in reg.* 250. 3. 33.

4 Conſtitutio requirens ætatem ſacerdotalem in beneficiato, habet locum in permutatione & collatio alii facta eſt nulla. *Gom. in reg.* 276. *Mohed.* 137. *Fab.* 1. 2.

5 Breve Clementis inducens vacationem beneficiorum in promotis ſine expeditione literarum, non intelligitur de permutationibus. *Gom. in reg.* 331.

6 Non creditur Ordinario ſuper permutatione facta per procuratorem in ejus manibus. *Gom.* 2. 27.

7 Reſervatio cum proviſione Motu proprio ad beneficium certæ ſummæ, quod duxeris acceptandum, non capit beneficium ex cauſa permutationis reſignatum coram Ordinario, de quo fuit proviſus alius. *Caſſ.* 1. *de rer. permut.*

8 Permutatio de beneficio reſervato in manibus Ordinarii facta, non tenet. *Put.* 34. *de præb.*

9 Mandatum ad conferendum certum beneficium ex cauſa permutationis valet, & cenſetur eſſe datum ad admittendum reſignationem, ex cauſa permutationis. *Put.* 8. *de procur.* & 26. *de renunc.*

TITULUS LXXIII.
DE RESCRIPTIS ET COMMISSIONIBUS.

1 CLauſula commiſſionis, audiat, & procedat, ut petitur, & juſtitiam faciat, intelligitur prout de jure. *Creſc.* 47. non ſemper *A. A.*

2 Clauſula, cujuſcumque ſtatus, comprehendit Cardinales, & Reges. *Gom. in reg.* 2.

3 Commiſſa cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio, cum incidentibus procedi poteſt in cauſa attenta-

tatorum, ſine alia commiſſione, aut citatione. *Mohed.* 100.

4 Commiſſio ſuper jactationibus, & moleſtationibus comprehendit petitorium, & poſſeſſorium. *Caſſ. 6. de reſcript.* clauſula, prout in beneficialibus, ſignat ſummarie, &c. *Mohed.* 298.

5 Vigore commiſſionis impetratæ per aſſertum procuratorem pars altera procedere non poteſt. *Mohed.* 230.

6 Quando cauſa dicatur eſſe inſtructa, & cui incumbat onus probandi inſtructam eſſe, vel non eſſe. *Vid. ſub tit. de jud. cap.* 7.

7 Pauper habet privilegium, ut non vocetur extra locum domicilii, etiam a privilegiato a Papa. *Creſc.* 224.

8 Appellatus poteſt prævenire appellantem in impetratione reſcripti. *Creſc.* 72.

9 De ſubreptione, & obreptione reſcriptorum. *Vid. ſub tit. de præbend. tit. 6. cap.* 1.

10 Reſcriptum cenſetur impetratum ab eo, cujus nomine literæ ſunt expeditæ, & ſi motu proprio, & ſi gratis, ſi eſt aliqua impenſa. *Aug.* 3. 121.

11 Reſcriptum avocatorium ſubreptitium eſt nullum ipſo jure. *Caſſ. 1. de reſcript.*

12 Non eſt avocatoria commiſſio non faciens mentionem litis, quæ pendet coram alio. *Caſſ. 2. de reſcr.* valet proceſſus coram duobus neutra parte opponente. *Put. 25. de jud. & 21. de procur.*

13 Conſenſus partium in commiſſionibus intelligitur de conſenſu procuratorum. *Caſſ. 3. de reſcript.*

14 Si in commiſſione dicitur, cum poteſtate inhibendi, intelligitur in curia, & extra. *Caſſ. 4. de reſcript.*

15 Inter Auditores Rotæ ille dicitur prævenire, cui prius eſt præſentata commiſſio, inter alios, qui decernit citationem. *Caſſ. 5. de reſcript.*

16 Signatura Papæ, vel Cardinalis non poteſt limitari per ſignaturam Regentis. *Caſſ. 7. de reſcript. Put. 1. de reſcript.*

17 Clauſula, cujus litis ſtatum, etiam reſpicit judicialia, & non gratioſa, etſi ſint producta. *Put. 1. hoc tit.* niſi reducatur ad viam juris, & præinſeratur. *Idem* 2.

18 Reſcriptum directum Priori non poteſt exequi a Commiſſario Prioratus. *Put. 3. hoc tit.* dubito in perpetuo *A. A.*

19 Clauſula, quam, & quas, poſita in commiſſione cauſæ appellationis tribuit juriſdictionem, ut in prima. *Peregr.* 94. adverte, quia debet dicere, necnon quam & quas ſuper dicto beneficio, non vero ſuper præmiſſis. *A. A. Vid. Mohed. 162. Put. 36. de jud. Aug.* 3. 370. 376.

TITULUS LXXIV.
DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.
CAPUT I.
De ſuſpenſione petitorii.

1 Actore revocante ſuſpenſionem poteſt reus petere abſolutoriam a ſpolio. *Creſc.* 96.

2 Per commiſſionem ſuper poſſeſſorio, non cenſetur ſuſpenſum petitorium, niſi exprimatur, ſuſpenſio impedit, ut qui tenetur intra annum expedire excuſetur. *Gom. in reg.* 172.

3 Suſpenſio petitorii non admittitur ubi petitur calumnioſe. *Mohed.* 198.

4 Poteſt pars variare in petitorio, & poſſeſſorio ante concluſionem. *Aug.* 3. 147. *Peregr.* 75.

5 Poſt ſuſpenſionem admittitur exceptio reſervationis inficientis titulum, & poſſeſſionem. *Put. 9. hoc tit.*

6 Non ſuſpenſo petitorio, licet ſit probatum ſpolium, debet ſententia ferri in petitorio. *Put. 36. hoc tit.*

CAPUT II.
De utroque extremo.

1 Primum extremum eſt probandum per teſtes de viſu, non de fama. *Gom. in reg.* 45. omni exceptione majores. *Aug.* 33. aliquando ſufficit præſumptiva probatio. *Put. 1. hoc tit.*

2 Teſtes inter alios in antiquis non probant primum extremum. *Mohed.* 178. *Put. 23. hoc tit.*

3 Intrans poſſeſſionem alio poſſidente, non acquirit, niſi ille reſignaſſet, quia non præſumitur continuare, qui reſignavit. *Mohed.* 238. ſi in ipſum *A. A.*

4 Fama in antiquis probat primum extremum. *Jo. Pau.* 105. *Put. 26. hoc tit.*

5 Unus teſtis de fama, & unus de auditu ab ipſo ſufficiunt ad probationem ſecundi extremi. *Aug.* 3. 243. cum ſuſtentatione litis alterutrum ſufficit. *A. A.* quia ſecundum extremum in reintegrandæ ſemiplene in interdicto, unde vi plene eſt probandum. *Aug.* 3. 678.

6 Citato poſſeſſore debet probari primum extremum. *Aug.* 3. 488.

7 Qui cœpit poſſeſſionem Canonicatus vigore creationis antequam vacet, non poteſt agere ſpolio adverſus poſſidentem Canonicatum, & præbendam, quæ poſtea vacavit. *Aug.* 3. 660.

8 Qui ſerviebat ut Diaconus factus eſt Sacerdos, petebat ſe reſtitui ad officium Diaconatus a quo expulſus eſt, dictum eſt eſſe admittendum. *Aug.* 3. 691.

9 Poſſeſſio capta nomine alterius, & ratificata antequam conſtet alium cœpiſſe poſſeſſionem, eſt reſtituibilis. *Aug.* 3. 700. dando mandatum cenſetur ratificari. *Put. 23. de procur. & 33. de reſtit. ſpoliat.*

10 Poſſeſſio Canonicatus, & præbendæ, non eſt reſtituibilis, niſi capitulariter capiatur, vel Capitulum conſentiat eum eſſe in poſſeſſione. *Caſſ. 8. de cauſ. poſſ. & propr.*

11 Habens horam præſumitur anterior in reintegrandæ, reſtitutio fit ad momentum. *Caſſ. 20. de præbend.*

12 Si quis naturaliter, & civiliter poſſidet, & alter ingrediatur alio abſente non privat eum poſſeſſione, niſi in illis actibus, quos facit. *Put. 5. de cauſ. poſſeſſ.*

13 Monachus non reſtituitur ad ſtatum, niſi probata cauſa expulſionis. *Put. 2. de reg.*

14 Si duo eadem die capiant poſſeſſionem, primus clauſis januis, alius apertis, & ſecundus continuet, non poteſt primus agere ſpolio. *Put. 3. hoc tit.* ſi non conſtet de prioritate. *Ant. A.*

15 Sententia antiqua, quæ tranſivit in rem judicatam ſuper ſpolio, non probat primum extremum. *Put. 6. hoc tit.* intellige quoad non condemnatos, nec lite pendente intruſos, etſi agatur de poſſeſſione poſteriori. *A. A.*

16 Si procurator aſſertus capiat poſſeſſionem, & alio die dominus rat ficet, & eodem die alius capiat pro ſe, qui agit ſpolio tenetur probare primum extremum. *Put. 12. hoc tit.*

17 Pupillus recte capit poſſeſſionem ſine auctoritate curatoris. *Put. 18. hoc tit.*

18 Datur reſtitutio ad ſtatum exigendi a locatore. *Put. 31. hoc tit.*

19 Sponſus impubes non agit ſpolio pro ſponſa, quæ diſceſſit, vel amota eſt ante pubertatem utriuſque. *Put. 37. hoc tit.*

CAPUT III.

De Titulo colorato.

1 Inſertum probat titulum coloratum. *Creſcent. 62.* Ideo ſumptum ex regiſtro ſupplicationum eſt titulus coloratus. *Jo. Pau. 33.* & proceſſus fulminatus expectativæ. *Jo. Pau. 118.* & literæ Legati expeditæ in forma rationi congruit per alium Legatū. *Put. 16. de fid. inſtr. & 30. hoc tit.*

2 Expectativa revocata eſt titulus coloratus. *Gom. in reg. 206. 317. Peregr. 75.* excipe in litigioſis beneficiis. *Gom. in reg. 221.* Item ſi erat ad certam diem, vel ſub conditione, & poſt conditionem adimpletam, vel diem capitur poſſeſſio. *Gom. in reg. 223.*

3 Mandatum de providendo beneficia vacantia intra annum, non eſt titulus coloratus ad ea, quæ poſtea vacant. *Mohed. 184. Fab. 36.*

4 Collatio facta a conſtituto in dignitate vigore facultatum conclaviſtatum revocatarum, eſt titulus coloratus. *Gom. in reg. 317. Put. 11. hoc tit. Peregr. 75.*

5 Bulla proviſionis Titii, in qua narratur Titium mihi reſignaſſe reſervata penſione eſt titulus coloratus. *Gom. in reg. 220.*

6 Proviſio Ordinarii de beneficio litigioſo, vel reſervato eſt titulus coloratus. *Gom. in reg. 211.* Excipe reſervationes, quæ inficiunt poſſeſſionem, & de litigioſo eſt videndum an eadem ratione excludatur, quia decretum in corpore juris. *A. A.*

7 Ordinarii proviſio lite pendente in curia inter duos, & poſſeſſore mortuo, ſi proviſus triennio poſſideat, habet titulum coloratum. *Gom. in reg. 222.* dubito *A. A.*

8 Poſſeſſor triennalis, qui ingreſſus fuit poſſeſſionem lite pendente inter duos vigore tituli Ordinarii, reſtituitur. *Gom. in reg. 223.* ſi neuter erat poſſeſſor, alias eſt attentata poſſeſſio. *A. A.*

9 Poſſidens virtute duorum titulorum mali, & boni, reſtituitur, licet non dixerit ſe mutare cauſam poſſidendi. *Gom. in reg. 225. Put. 8 de cauſ. poſſ. Creſc. 168. Put. 7. de reſtit. ſpol.* Imo licet poſt ſpolium acquirat titulum reſtituitur. *A. A. contr. Put. 33. hoc tit.*

10 Reſignatio in manibus Vicarii cum aliquo adminiculo facultatis, eſt titulus coloratus. *Gom. in reg. 319.*

11 Eccleſia poteſt agere ſpolio ſuper beneficio unito a Vicario, ut proviſus a Vicario agit ad ſpolium beneficii non probata facultate. *Mohed. 337.* Imo multo magis cum illa ſit cauſa profana, in qua non requiritur titulus, ſed eſt probanda aliquantiſper facultas. *A. A.* Unio etiam ad effectum ſpolii non probatur per publicam vocem, & famam. *Peregr. 53.* Verba enunciativa unionis probata ab Ordinario non ſufficiunt pro colore tituli, ſi agitur ad unitum. *Put. 5. hoc tit.* enunciatio Ordinarii de vacatione ſufficit. *Put. 23. hoc tit.*

12 Proviſus per reſignationem illius, qui fuit proviſus a Vicario, qui non habebat facultatem, eſt titulus coloratus. *Mohed. 139.*

13 Proviſus ab Archidiacono, probata aliqualiter quaſi poſſeſſione conferendi, habet titulum coloratum. *Mohed. 136.*

14 Non eſt titulus coloratus, ſi non eſt præſtitus conſenſus juxta formam ſupplicationis, vel mandati, vel ſi reſignatio eſt conditionalis, & conditio non eſt impleta. *Gom. in reg. 210.*

15 Non eſt titulus coloratus proviſio Apoſtolica de beneficio vacante in curia, tacita ea vacatione, niſi ſit Motu proprio, & ex certa ſcientia. *Gom. in reg. 213.*

16 Neque etiam proviſio per privationem non docto de ſententia, & proceſſu. *Gom. in reg. 216.* dubito *A. A.*

17 Neque etiam collatio Capituli. *Gom. in reg. 218.* niſi habita nova proviſione veriſimiliter ratificata. *Idem in reg. 219.* ratificatione non eſt opus, ſed etſi probetur quaſi poſſeſſio Capituli ſufficeret. *A. A.*

18 Nova proviſio non conſtito de priori proviſione, eſt titulus coloratus. *Gom. in reg. 322.*

19 Gratia perinde valere eſt titulus coloratus. *Put. 7 de præb.*

20 Sine titulo reſtituitur, qui agit ad poſſeſſionem penſionis. *Mohed. 153.*

21 Sine titulo reſtituitur parochia, quæ præſtat baptiſma ad perceptionem aliquam. *Fab. 39.* Sed clerici petentes decimas in aliena parochia tenentur probare titulum coloratum. *Put. 40. hoc tit.*

22 Sine titulo in prophanis, in beneficialibus cum titulo fit reſtitutio. *Aug. 3. 479.* præterquam in attentatis. *Idem 3. 472. Caſſ. 3. de reſtit. ſpol.*

23 In juriſdictionalibus requiritur titulus coloratus, ubi jus commune reſiſtit. *Aug. 3. 611. 638.* quando non agitur contra dominum, poſſeſſorium in cauſa juriſdictionis non habet mixtam cauſam proprietatis. *Put. 13. de cauſ. poſſ. & 3. de Ægid. vid. 25. hoc tit.*

24 Sufficit pro titulo colorato ſola ſupplicatio, licet detur de regula de non judicando. *Caſſ. 8. de reſtit. ſpoliat.* vel quod commiſſiones 27. *Caſſ. 1. ſuper reg.*

25 Excommunicato facta proviſio, non dat titulum coloratum, ſi erat probata excommunicatio ante ſuſpenſionem. *Put. 15. hoc tit.*

26 Proviſio Nuncii Venetorum extra dominium eorum non eſt titulus coloratus, ſed probatio, an ſit extra, non admittitur. *Put. 17. hoc tit.* niſi eſſet notoria. *A. A.*

CA-

CAPUT IV.

De impedimentis reſtitutionis.

1 Decretum Coadjutoris regreſſus, & acceſſus obſtat agenti ſpolio. *Simon.* 10. *Caſſ.* 2. *de reſtit. ſpol.* vel in certo corpore, vel in reſervatione in corpore juris. *Mohed.* 184. etiamſi habeat novam proviſionem. *Put.* 39. *hoc tit.* Decretum literarum non expeditarum, non inficit poſſeſſionem. *Mohed.* 306. neque decretum regreſſus ob non ſolutionem ante rem judicatam. *Aug.* 3. 692. neque decretum in indulto Cardinalis. *Put.* 3. *de decreto irritan. Peregr.* 72. 99.

2 In reſervatis menſibus intruſi non reſtituuntur *Caſſ.* 1. *de reſtit. ſpol.* ſecus ſi propter alternativam. *Idem* 2. *eod. tit.* vel propter familiaritatem Cardinalis. *Put.* 27. *de præb. &* 10. *hoc tit. Peregr.* 99. exceptio reſervationis inficientis titulum, & poſſeſſionem admittitur poſt ſuſpenſionem petitorii. *Put.* 9. *hoc tit.*

3 Execrabilis non eſt reſtituendus. *Creſc.* 220. execrabilitas probatur per confeſſionem extrajudicialem. *Put.* 32. *hoc tit. &* 4. *de confeſſ. Gomeſ.* 39. *in reg.* 153. ſi conſtat ante ſuſpenſionem, & plene eſt probatum, nam alias articuli non admittuntur. *Gom. in reg.* 316. *Jo. Pau.* 100. *Put.* 13. 32. *hoc tit.* idem in excommunicato. *Put.* 15. *hoc tit.* idem in hæretico. *Gom. in reg.* 153.

4 Item in illegitimo. *Gom. in reg.* 316. *Put.* 20. *hoc tit.* niſi habeat diſpenſationem, vel mandatum de diſpenſando. *Idem Put.* 7. *de diſpenſ. & Mohed.* 140.

5 Reſignans contra reſignatarium, non reſtituitur, contra alios reſtituitur. *Caſſ.* 4. *de reſtit. ſpol. Gom. in reg.* 158. cum diſtinctione *A. A.* modo non ſint ſucceſſores reſignatarii. *Put.* 4. *hoc tit.* excipe niſi reſignatio fuerit conditionalis, & conditio non ſit ſecuta. *Put.* 14. *hoc tit.*

6 Simoniacus, niſi ignarus ſit, non teſtituitur. *Gom. in reg.* 188. Simoniacus realis non reſtituitur. *Gom. in reg.* 185. *Caſſ.* 1. *de ſimon.* qui reſignat coram Notario & teſtibus reſtituitur. *Creſc.* 64.

7 Epiſcopus tranſlatus amittit jus, & poſſeſſionem aliorum beneficiorum, & non reſtituitur, niſi probet quod incubuit poſtea poſſeſſioni. *Mohed.* 15.

8 Expulſus vigore Brevis, ſine vitio ſpolii, non agit ſpolio, quia eſt privatus a Papa poſſeſſione naturali, & civili, & ingrediens capit utramque licet fundetur Breve in privatione, de qua non conſtat, niſi per narrativam Motu proprio. *Mohed.* 86. 87. 88.

9 Plenarie reſtitutus cum revocatione literarum privationis, etiam quoad poſſeſſionem cenſetur reſtitutus, & capiendo poſſeſſionem ſpoliat eum, qui fuerat proviſus, neque hic contra illum poteſt agere ſpolio, præſertim ſi ſine vi, vel ſine vitio ſpolii ſit reſtitutus. *Mohed.* 87. 88.

10 Cæteræ clauſulæ, excepta illa ſine vitio ſpolii, non impediunt reſtitutionem, puta Motu proprio, aut propria auctoritate ingrediaris, amoto quocunque detentore, non obſtante alia gratia. *Mohed.* 97.

11 Quando notorie conſtat de non jure, non datur reſtitutio. *Mohed.* 184. *cont. Gom. in reg.* 62. tu diſtingue, aut conſtat ex confeſſione, vel ex re judicata, & impedit, alias non. *A. A.* notorie conſtat poſt concluſionem in cauſa, ſed ad impediendam reſtitutionem, non ſufficit. *Put.* 24. *hoc tit.*

12 Res judicata in proprietate contra proprietarium, ſciente litem uſufructuario, nocet eidem in poſſeſſorio. *Aug.* 2. 6. Res judicata, licet injuſta in proprietate obſtat agenti ſpolio etiam vigore reſtitutionis in integrum, non conſtito de bono jure. *Peregr.* 18.

13 Surrogatus in jus ſpoliati non eſt ſurrogatus in actione ſpolii, niſi lite mota contra ſpoliatorem ſuper ſpolio redeat, & faciat mentionem litis, & ſurrogetur gratioſe. *Gom. in reg.* 184. neque ſi ſpolium fiat poſt ſurrogationem ad poſſeſſionem habet actionem. *Mohed.* 325.

14 Tertius impedit reſtitutionem, ubi dubitatur de magno ſcandalo. *Put.* 14. *de judic. Mohed.* 214. *Aug.* 360. ſed interim expellitur ſpoliatus, & ponitur ſequeſtrum. *Aug.* 3. 79.

15 Exceptio Alexandrinæ de vulnerato colliticante impedit reſtitutionem ſine declaratoria. Exceptio rebellionis requirit declaratoriam. *Mohed.* 272.

16 Allegatio Lapi non excludit ſpolium. *Sim.* 37. *Caſſ.* 5. *de reſtit. ſpol.* neque regula de triennali. *Caſſ. ibid. Aug.* 3. 417.

17 Præſcriptio 40. annorum non obſtat. *Sim.* 39. *Caſſ.* 6. *de reſt. ſpol.* nunquam præſcribitur remedio c. Redintegrandæ. *Gom.* 1. 41. *in reg.* 313. *Mohed.* 342. *Put.* 8. *de præſcript. &* 27. *de reſt. ſpol. contra Seraph. deciſ.* 1360.

18 Titulus poſſidentis non excludit reſtitutionem. *Sim.* 40. *Caſſ.* 7. *de reſt. ſpol.* niſi habeat decretum, quod inficiat poſſeſſionem. *A. A.*

19 Concordia non confirmata, non impedit ſpolium. *Aug.* 1. 10.

20 Spoliatus a judice non reſtituitur. *Gom.* 1. 47. Immo *A. A.*

21 Excommunicatus reſtituitur. *Gom.* 1. *&* 98.

22 Judicium criminale ſuper falſitate inſtrumenti producti, vigore cujus petitur reſtitutio, impedit reſtitutionem. *Gom.* 2. 52.

23 Spoliatus ab officio manuali a ſuo Superiore non reſtituitur. *Aug.* 3. 783.

24 Præſumitur uſum Brevi ſine vitio ſpolii, & attentatorum, qui reperitur in poſſeſſione, & Breve repetitur. *Put.* 19. *ut lit. pend.*

25 Attentans non eſt reſtituendus, ſed poſſeſſio eſt ſequeſtranda. *Put.* 26. *ut lit. pend.*

CAPUT V.

Communia de Reſtitutione ſpoliatorum.

1 An dentur dilationes, vel remiſſoriæ ſpoliato, vel ſpoliatori. *Vid. ſub tit. de dilat. c.* 1. *&* 2.

2 Qui habet duas ſententias in poſſeſſorio contra ſe, & patitur alium vincere in petitorio, ut effugiat penſionem, condemnandus eſt propter fraudem præſumptam. *Creſc.* 40. & exequendæ ſententiæ. *A. A.*

3 Actio ſpolii tranſit in hæredem. *Creſc.* 84. & in primogenitum ſucceſſorem, qui ſpoliavit, licet non hæredem. *Put.* 28. *hoc tit.* & in ſingularem ſucceſſorum. *Mohed.* 40.

4 Ultimum ſpolium eſt purgandum prius. *Aug.* 3. 602. licet lis mota ſuper primo ſit finita. *Creſc.* 157. *Gom.* 1. 44. Excipe ut per *Put.* 38. *hoc tit.* teſtes tamen producti excipiendo non probant antiquum ſpolium. *Put.* 14. *de teſtib.*

5 Qui pendente anno ſpoliat, excuſat ne impetrans incidat in regulam de annali. *Gom. in reg.* 121.

6 In ſpolio condemnatio ſit in fructibus a die intruſionis. *Jo. Pau.* 36. & in fructibus, qui percipi potuerunt, & diſtributionibus ſi per vim eſt ſpolium perpetratum. *Put* 8. *hoc tit. vid. ſup. de fructib.*

7 Confeſſio obſcura non probat ſpolium. *Mohed.* 37.

8 Qui ſuccumbunt per tres ſententias in ſpolio non admittuntur ad *cap. Odoardus*, neque ad *cap. Pervenit*, ut agat petitorio. *Mohed.* 117. admittuntur tantum ad ceſſionem bonorum ſolutis expenſis. *Mohed.* 118.

9 Spoliatus reſtituitur ad ſtatum percipiendi alimenta etiam quoad bona feudalia, & emphyteotica. *Mohed.* 127.

10 Succumbens in retinendæ poteſt agere recuperandæ. *Mohed.* 174. ſed teſtes illic examinati hic non probant, niſi repetantur. *Aug.* 3. 214. *Put.* 2. *de jud.* & 1. *de teſtib.*

11 Fructus, & expenſæ ſunt ſolvendæ integraliter antequam audiatur in petitorio, aliquando ſufficit depoſitum. *Mohed.* 311.

12 Epiſcopus non dicitur ſpoliatus jure viſitandi, ſi probatur prandium datum cum viſitaverit, & ſolutam pecuniam viſitante Vicario. *Mohed.* 257.

13 Per ſequeſtrationem perſonæ Monialis in alio Monaſterio, non amittitur poſſeſſio, nec datur reſtitutio. *Mohed.* 198.

14 Etſi ſententia feratur pro reo abſolutoria a ſpolio, eſt locus Ægidianæ. *Aug.* 4. 43.

15 Reſtitutio in integrum non datur in cauſa ſpolii. *Put.* 16. 17. 18. *de reſt. in integr.* tamen a denegatione reſtitutionis appellatur, & non eſt locus Ægidianæ. *Ibid.* 18.

16 Filius agens ſpolio, ſufficit quod probet ſpoliationem per reputationem ſtante lapſu 60. annorum, licet contra eum eſſet fama legitimitatis. *Put.* 2. *hoc tit.*

17 Ingreſſus poſſeſſionem virtute rei judicatæ nihilominus ſpoliat niſi res judicata ſit talis, quæ noceat ſpoliato. *Put.* 21. *hoc tit.*

18 *L. Si quis in tantam. C. und. vi*, habet locum in ſpolio violento, & quando non admiſit revertentem. *Put.* 34. *hoc tit.* etiam tunc proditur actio agendi ſpolio antiquiore. *Id.* 38. *eod.*

TITULUS LXXV.
DE SECUNDIS NUPTIIS.

1 SI relictum ſit filiæ primi matrimonii minus quam novercæ, tota hæreditas eſt ita dividenda, ut deducta legitima filiæ, cetera bona dividantur inter eas. *Jo. Pau.* 1.

2 Si mulier ſecundo nubens dedit omnia bona præſentia, & futura, in dotem venit etiam hæreditas futura. *Creſc.* 204.

3 Si legetur uxori a marito confitendo tantum recepiſſe in dotem, & ideo legatum habebit locum ſi tantundem relinquatur filiæ primi matrimonii. *Put.* 8. *de teſtam.*

TITULUS LXXVI.
DE SENTENTIA, ET RE JUDICATA.
CAPUT I.
Communia de Sententiis.

1 SEntentia intelligitur, juxta libellum. *Creſcent.* 133.

2 Inſertis in ſententia creditur. *Creſc.* 134. dubito *A. A.*

3 Non tenetur quis cedere, ſed poteſt expectare ſententiam, præſertim in re dubitabili. *Gom. in reg.* 122. neque condemnatus tenetur cedere juri, ſed parere rei judicatæ. *Mohed.* 275.

4 Actori poſſeſſori poteſt dari abſolutoria, ſi non poſſidet reo. *Jo. P.* 5. *Aug.* 3. 237. 406. niſi alteruter poſſet obtinere canonizatoriam. *A. A.*

5 Si ſententia canonizat unum titulum, & revocatur per aliam, quæ canonizat meliorem titulum, non poterit prius petere confirmationem ſuæ ſententiæ, licet doceat de alio titulo meliore. *Jo. P.* 107. propter novam proviſionem ſententiæ, priores injuſtæ non debent confirmari. *Peregr.* 9.

6 Sententia ſuper patronatu non præjudicat tertio, neque ordinario ignoranti, *licet ſententia* ſuper ſtatu præjudicet. *Mohed.* 217.

7 Auditor poteſt ſubſcribere parte non citata ſententiam latam ab alio Auditore defuncto, vel abſente, & ante ſubſcriptionem Auditores poſſunt decernere exequutoriales. Gubernator tamen non poteſt ſubſcribere parte non citata ſententiam prædeceſſoris. *Fab.* 14. *Peregr.* 23.

8 Sententiæ latæ extra Rotam non probant, neque exequuntur ſine proceſſu. *Mohed.* 319. *Put.* 9. *de ſponſ.* & conſtito de juſtitia. *A. A.* ſed antiquis creditur. *Aug.* 3. 145. 168.

9 Sententia lata contra intereſſe putantes valet, etiam certo exiſtente contradictore in cauſa, ſi principaliter agatur contra intruſum. *Creſc.* 2.

10 Præſumitur pro ſententia lata parte præſente, & non appellante, in qua enunciantur acta. *Caſſad.* 1. *de præſcr.* non placet, niſi in ſententia inquiſitorum ut ibi. *A. A.*

11 Si arbiter pronunciat prout in cedula, & moriatur, datur alius, qui ſubſcribat parte tamen citata ad dicendum contra commiſſionem. *Put.* 10. *de jud.* quo pacto ſubſcriptio facienda ſit. *Idem ibidem.*

12 Sententia abſolutoria ab obſervatione non eſt mere interloquutoria, & licet appellare. *Creſc.* 132. *Gom.* 1. 83.

13 De ſententia arbitri. *Vide ſub tit. de arbitr.*

14 De condemnatione fructuum, & expenſarum. *Vide ſub tit. de fruct.* & *tit. expenſ.*

15 Habens ſubrogationem non poteſt petere canonizari ſuum jus antiquum, ſi jus defuncti erat melius, ſed debet expedire ſubrogationem ad canonizationem. *Creſc.* 95.

16 Sententia ſuper poſſeſſorio eſt definitiva, & ferenda in ſcriptis, ut i ſit acceſſoria in ventre petitorii, etiam aliquando favore Eccleſiæ ſubſtentata eſt. *Gom.* 143.

17 Nihil refert in cujus perſonam ſententia concipiatur. *Gom.* 1. 61.

18 Sententia lata contra curatorem hæreditatis jacentis, reperto poſtea hærede non eſt confirmanda niſi hærede citato. *Aug.* 3. 37.

19 Errot calculi in ſententia n ocet, ſi ex actis colligitur non nocet. *Aug.* 3. 162.

20 Si cedatur ante ſententiam liti, poteſt ferri ſententia expenſis alterius condemnando uſque ad diem ceſſionis. *Aug.* 3. 314.

21 Sententia contra intereſſe putantes ligat ſcientes ſuum jus, & ſententiam. *Aug.* 3. 619.

22 Sententiæ in Rota in cauſis ultra marinis, vel ultra montes non feruntur, niſi poſt ſex menſes a die exequutionis citationis in prima inſtantia, in ſecunda poſt 40. dies, in tertia poſt menſem, neque in ultimis ſententiæ revocantur. *Aug.* 3. 795.

23 Præſumitur pro mandato in ſeatentia antiqua. *Caſſ.* 3. *de procur.*

24 Per ſententiam non acquiritur quaſi poſſeſſio rerum incorporalium. *Caſſad.* 7. *de cauſ. poſſ.*

25 Sententia lata contra cedentem poſt ceſſionem non nocet ceſſionario. *Put.* 1. *de jud.*

26 Senteotia lata intra breviſſimum tempus valet ſi cauſa erat inſtructa coram alio Judice, & committatur in eodem ſtatu, & terminis. *Put.* 4. *de jud.*

27 Sententia non præjudicat tertio ſcienti venienti ex diverſo jure. *Put.* 9. *de jud.* & 4. *de re judic.*

28 Sententia juxta formam Statuti, quod mandat præſentatum inſtitui, & ei dari poſſeſſionem ſine præjudicio alterius, cenſetur eſſe magis ſuper poſſeſſorio, quam ſuper proprietate. *Aug. contr.* 1. 125.

29 Præſcripto jure abſolvendi non cenſetur præſcriptum jus condemnandi. *Put.* 3. *de præſcr.* nec præſcripto jure relegandi ad tempus eſt præſcriptum juri privandi beneficiis. *Id.* 4. *eod.*

30 Sententia contra hæredem non præjudicat fideicommiſſario, non citato ſaltem per proclamata, licet ſententia valeat. *Put.* 9. *de re jud.* etſi hæres fuit tutrix fideicommiſſarii. *Idem Ibid.*

31 Cauſa prius inſtructa prius terminari debet, licet ſint plures collitigaotes. *Put.* 14. *de re jud.*

32 Dies ſententiæ latæ poteſt probari per teſtes. *Put.* 11. *de teſtib.*

CAPUT II.

De Sententiis nullis.

1 Sententia contra Univerſitatem indefenſam eſt oulla. *Creſc.* 207.

2 Sententia contra ſententiam, quæ tranſiverat io rem judicatam ob deſertionem citato procuratore ſubſtituto in cauſa hujuſmodi eſt nulla. *Jo. P.* 41. *vid. tamen Mohed.* 39. confirmari tamen poteſt. *Aug.* 3. 279.

3 Sententia confirmans ſententiam oullam eſt exequenda. *Creſc.* 48.

4 Sententia non referens ſe ad teſtes nulliter examinatos non eſt nulla, ſed injuſta. *Mohed.* 290.

5 Sententia condemnans mortuum, vel hæredes mortui, vel hæredes vivi quaſi eſſet mortuus, vel intereſſe putantes poſt obitum illius, qui vivit, eſt nulla. *Aug.* 3. 105.

6 Si citetur ſemel quis ad ſingulos dies juridicos valet ex conſuetudine, ſi citetur a primo Vicario ad ſententiam non poteſt Vicarius condemnare. *Aug.* 3. 105.

7 Sententia omiſſo aliquo termino ſubſtantiali, qui ſunt quatuor, eſt nulla, niſi extra curiam. *Aug.* 3. 782. Item quæ pendente concord a lata eſt. *Aug.* 3. 120. reiteratio termini oon valet pro ſervatione, præfixio termini loco terminorum valet vigore commiſſionis. *Aug.* 3. 276.

8 Licet non dicatur ſententiam lectam fuiſſe, ſed latam, pronunciatam, & declaratam, valet. *Aug.* 3. 225. *Put.* 1. *de re jud.* ſi plures ſunt ſententiæ legenda eſt ab uno de conſenſu aliorum. *Put.* 7. *de re jud.*

9 Statutum Urbis, ut de nullitate intra annum judicetur, vel opponi poſſit alias nullatenus audiatur, & lis, & inſtantia ſint peremptæ, jus inficit, oeque ſi reſtituatur inſtantia reviviſcit. *Aug.* 3. 269. etſi velit opponere nullitatem ex eodem Statuto. *Aug.* 3. 453. valet tamen commiſſio cum derogatione Statuti, nec dicitur tolli jus quæſitum. *Put.* 6. *ſuper ead. reg.*

10 Non poteſt ferri ſententia pro non clerico, ut poſtquam clericali charactere inſignitus fuerit, mittatur in poſſeſſionem. *Aug.* 3. 284. quia impedit ſequi formam literarum. *A. A.*

11 Si Judex, & pars ignorant Judicem eſſe excommunicatum, valet ſententia. *Aug.* 3. 515.

12 Sententia ſub modo, vel conditione ſtatim implenda, valet. *Put.* 15. *de re jud.*

13 Sententia nulla ooteſt confirmari. *Put.* 16. *de re jud. Peregr.* 119.

14 Sententia excedens formam libelli, vel monitorii, non valet. *Put.* 9. *de re jud.*

15 Sententia lata citato procuratore ejus, qui ceſſerat poſt datam mandati, valet quoad fructus, & expenſas. *Peregr.* 55.

CAPUT III.

De re judicata.

1 Ægidiana non babet locum extra terras Eccleſiæ. *Mohed.* 47. immediate ſubjectas. *A. A.*

2 Videtur quis renunciare rei judicatæ, ſi patiatur cauſam inſtrui contra eam. *Mohed.* 39. *vid. tamen Jo. P.* 41. Si patiatur confirmari ſuam ſententiam non renunciat. *Aug.* 3. 279. proteſtatio requiritur in quolibet actu. *Put.* 13. *de re jud.*

3 Rei judicatæ debet fieri mentio in commiſſione reſtitutionis, res judicata prodeſt ſucceſſori. *Aug.* 3. 223.

4 Sententia injuſta non eſt exequenda. *Put.* 33. *de præbend.* Iotellige, de notone injuſta. *Peregr.* 115.

5 Et ſi quis dicat, generalia contra, ex inſtructione cauſæ, renunciatur rei judicatæ. *Peregr.* 114. poteſt deducere ad ſpeciem hanc exceptionem. *A. A.*

CA-

CAPUT IV.

De Exequutorialibus.

1 Exequutoriales præjudicant intruſo, niſi doceat quod ante motam litem poſſidebat, item omnia acta. *Creſcent.* 142. Si poſſeſſor erat in lite. *A. A.*

2 Contra intruſum lite pendente recte exequitur ſententia lata contra intereſſe putantes. *Creſcent.* 217.

3 Intruſus lite pendente non excuſatur offerendo cautionem juxta. *l. Is a quo. Creſc.* 237.

4 Sententia, & mandatum exequutivum ſunt exequenda contra quemcumque ſucceſſorem intruſum lite pendente mediatum, vel immediatum. *Mohed.* 12.

5 Si tertius appellat, & deſerit appellationem, ſententia non exequitur quoad poſſeſſionem contra eum. *Creſcent.* 147. *contr. Put.* 17. *de re jud.*

6 Tertius impedit exequutionem ſi poſſeſſio eſt vacua. *Mohed.* 98. Sententia non præjudicat tertio ſcienti, qui venit ex alio jure. *Put.* 4. *de re jud.* & 9. *de jud.*

7 Veniens ad cauſam poſt ſententiam latam pro poſſeſſore, qui habuerat exequutoriales non facit ei litem, niſi vigore commiſſionis. *Fab.* 27.

8 Licet poſt exequutoriales, quis faciat aliquos actus per quos videatur approbare poſſeſſionem intruſi ſine auctoritate ſuperioris, procedere poteſt ad exequutionem. *Mohed.* 91.

Cetera vide *ſub tit. de exequut. rei jud.*

9 Judex a quo deſerta appellatione procedit ad exequutionem. *Mohed.* 36. in Rota ſi ante commiſſam cauſam deſeratur, ſed ſi poſtea, Judex ad quem. *A. A.*

10 Exequutio facta in immobilibus propter commiſſionem, ſi aliunde non poſſet, valet non facta diſcuſſione, niſi fuit appellatum. *Mohed.* 185. omiſſio ordinis exequendi non facit nullitatem. *Aug.* 3. 39. ſed vide 3. 52.

11 Declaratoria poteſt ferri intra 30. dies, poſt intimationem exequutorialium: quatuor termini male ſervati reiterantur vigore Innocentianæ. *Mohed.* 147.

12 Solæ exequutoriales antiquæ non ſunt exequendæ. *Aug.* 3. 285.

CAPUT V.

De Subrogatione.

1 Subrogatus ad proſequutionem exequutorialiũ non poteſt procedere, ſi defunctus accepit poſſeſſionem earum vigore & reſignavit. *Creſc.* 110.

2 Fatalia non currunt contra mortuum, & ejus ſubrogatum, qui poteſt allegare cauſam non eſſe deſertam. *Creſc.* 111.

3 Subrogatus non tenetur iterum intimare exequutoriales principali, ſed procuratori ſubrogationem, qui poteſt petere dilationem. *Gom. in reg.* 72. 286. *Jo. P.* 16. *Mohed.* 35. 264. *Fab.* 6.

4 Si duo ſunt ſubrogati in idem jus exequutivum proceditur ordinarie, non exequutive. *Mohed.* 206.

Cetera vide *ſub tit. de præb. tit.* 4. *c.* 6. & *ſub tit. ut lit. pend. c.* 3.

CAPUT VI.

De Lite extincta.

1 Per rem judicatam in favorem poſſeſſoris dicitur lis extincta, & efficitur pacificus, ſed contra poſſeſſorem durant reliquiæ litis, donec exequatur. *Gom. in reg.* 301. *Mohed.* 206.

2 Licet poſſeſſor, qui obtinuit, accipiat exequutoriales, & aliquis veniat ad cauſam pacificus. *Fab.* 27.

Cetera vide *ſub tit. ut lit. pend. c.* 2.

3 Qui mittitur in poſſeſſionem vigore rei judicatæ extinguit litem, niſi continuo expellatur. *Aug.* 3. 86.

4 Mortuo collitigante obtenta abſolutoria, vel adjudicatoria contra intereſſe putantes extinguitur lis, niſi aliquis ſit ſubrogatus gratioſe. *Caſſad.* 1. *de ſent.* & *re jud.* & 6. *ut lit. pend.*

TITULUS LXXVII.

DE EXCOMMUNICATIONE.

CAPUT I.

1 DEclaratoria poteſt ferri infra 30. dies, poſt intimationem exequutorialium quatuor termini male ſervati reiterantur vigore Innocentianæ. *Mohed.* 147. *Put.* 35. & 36. *de judic.* intra ſex dies tenetur dimittere poſſeſſionem, ſed fructus, & expenſas infra 30. dies. *Put.* 34. *de jud.*

2 Subexequutor excommunicatus, & irregularis poteſt exequi, quia nudus miniſter eſt. *Creſc.* 82. qui eſt *A. A.*

3 Procurator male conſtitutus excommunicatus, & acta facta parte non opponente geſta valent. *Creſc.* 223.

4 Excommunicari poteſt reſignans, ut ſolvat penſionem, donec conſtet reſignatarium acceptaſſe. *Mohed.* 10.

5 Ignorantia juris non excuſat Moniales ab excommunicatione, quæ admiſerunt intra annum ad profeſſionem Monialem. *Mohed.* 196.

6 Declaratoria ob non ſolutionem penſionis nullæ eſt nulla. *Aug.* 3. 92.

7 Reus excommunicatus auditur, non actor. *Aug.* 3. 169.

8 Monitorium cum clauſula, ſi ſenſerit gravatum, eſt redintegrandum, & non poteſt ſimul redintegrari, & declarari monitus. *Aug.* 3. 495. Auditor Cameræ ſolet redintegrare, & excommunicare, niſi ad primam, deinde declarare, niſi per totam. *A. A.*

9 Si Judex, & partes ignorant declaratum eſſe Judicem, valet ſententia. *Aug.* 3. 515.

10 Licet ad declaratoriam requiratur intimatio perſonalis exequutorialium, tamen ſi latitat ea de cauſa ſufficit in Eccleſia, & parochia, & domi ſuæ publicare. *Aug.* 3. 531. *vid. Creſcent.* 151. non ſufficit, quod procurator ante conſtitutus committat cauſam appellationis. *Put.* 38. *de judic.*

11 Collatio facta excommunicato occulto, & ignoranti eſt nulla, neque reconvaleſcit per abſolutionem. *Caſſ.* 1. *de præb.*

12 Judex qui contravenit inhibitioni eſt declarandus, non etiam alii, qui dicuntur ex aſſertione no-

notarii actuarii dediſſe conſilium. *Put.* 12. *de jud.*

13 Aliquando datur breve, ut conſtito de reſignatione per literas Papæ moneatur intruſus quo non obediente declaretur. *Put.* 15. *de jud.*

14 Item in curia, ut præfixo termino ad docendum de ſubreptione brevis, quo elapſo procedat ad declaratoriam, procedi poteſt termino procuratori præfixo, intellige in caſu de quo antea. *Put.* 15. *de jud.*

15 Excommunicatus non facit fructus ſuos. *Put.* 1. *hoc tit.*

16 Si privilegium dicit, ut ſolvantur annatæ ſub pœna excommunicationis, & privationis beneficiorum, intelligitur de ferenda, non de lata. *Put.* 2. *hoc tit.*

CAPUT II.

De Abſolutione.

1 Abſolutio probatur per depoſitionem Pœnitentiarii. *Creſcent.* 163.

2 A cenſuris latis in Curia etiam ad effectum agendi non abſolvimus, niſi parito. *Jo. P.* 32. 119. A latis in partibus ſemper ſine cauſæ cognitione abſolvimus ſaltem ad bene placitum. *Aug.* 3. 131. præſertim ſi de nullitate dicatur. *Put.* 3. *hoc tit.*

3 Abſolutio etiam in caſibus regulæ non abſolvit etiam ab inſordeſcentia multorum annorum, etiamſi Papa conceſſiſſet ſi fuiſſet petitum. *Jo. P.* 54.

4 Abſolutio ſpecialis eſt petenda, neque ſufficit generalis a quibuſcumque cenſuris. *Mohed.* 193. forte poſt declaratoriam. *A. A.*

TITULUS LXXVIII.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONIS, ET FRUCTUUM.

De impedimentis ſequeſtri.

CAPUT I.

1 Contra triennalem poſſeſſorem non datur ſequeſtrum, niſi ſit ſimoniacus realis. *Sim.* 30. *Caſſad.* 3. *de ſequeſtr. poſſ.* 1. *de ſim.* ſequeſtrum non eſt nullum, ſed injuſtum contra triennalem. *Put.* 5. *hoc tit.*

2 Etſi triennalis privetur ob non ſolutionem non datur ſequeſtrum. *Sim.* 3. *Caſſ.* 4. *de ſequeſtr. poſſ. Aug.* 2. 716. *contr.*

3 Qui habuit rem judicatam, & poſſeſſionem, licet ſuccumbat in reſtitutione in integrum, non patitur ſequeſtrum. *Sim.* 32. *Caſſ.* 1. *de ſequeſtr. poſſ.*

4 Sententiæ tres in poſſeſſorio non impediunt ſequeſtrum poſt primam in petitorio. *Sim.* 33. *Caſſ.* 2. *de ſeq. poſſ.*

5 Cum agitur de jure percipiendi fructus, vel de ſpolio fructuum, non apponitur ſequeſtum. *Aug.* 1. 131.

6 Si ſententia feratur ſuper attentatis non apponitur ſequeſtrum. *Put.* 1. *hoc tit.* Intellige ſi non ſuper tota poſſeſſione ſit attentatum. *A. A.*

CAPUT II.

De violatione ſequeſtri.

1 Intimato ſequeſtro etſi non cœperint poſſeſſionem ſequeſtratores eſt locus pœnis. *Clement.* 1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Creſcent.* 137.

2 Ex violatione ſequeſtri jus amittitur, ſed non acquiritur alteri parti. *Gom.* 1. 374. *in reg.* 23. Ideo ſi violans reſignet, reſignatarius capit per clauſulas generales. *Mohed.* 333. *Gom.* 1. 174. 4.

3 Violans ſequeſtrum nullum, puta ob regulam de annali, amittit jus. *Gom. in reg.* 117. niſi eſſet notorie. *Put.* 2. *hoc tit.*

4 Violans ſequeſtrum poſitum ex officio, puta, propter attentata, non amittit jus ſuum, quia non eſt locus. *d. Clem. Mohed.* 329. *Gom.* 1. 37. 1.

5 Qui incedit in habitu Decanatus in proceſſionibus, ut qui præjudicat dicitur violare ſequeſtrum. *Gom.* 137. 1.

6 Violans incidit in pœnas non obſtante appellatione a diffinitiva, cum inde ſequutis, vel a quocumque alio gravamine ſine expreſſione cauſæ. *Caſ.* 5. *de ſeq. poſſ.*

CAPUT III.

De Sequeſtro ex officio.

1 Poſſeſſor qui petit remiſſoriam in prima inſtantia obligando ſe de ſtando unicæ ſententiæ, debet conſentire ſequeſtro. *Jo. P.* 117.

2 Sequeſtranda eſt mulier, quæ pendente lite ſuper primo matrimonio contraxit ſecundum. *Creſc.* 185. non quæ ab alio poſſidetur ante litem. *Put.* 7. *de ſponſal.*

3 Poſſeſſio capta vigore ſententiæ, quæ non tranſivit in rem judicatam, eſt attentata, & ſequeſtranda, niſi probetur conſuetudo. *Aug.* 1. 9.

4 Sequeſtrum Regium non impedit pacificam poſſeſſionem, niſi ſit voluntarium. *Gom. in reg.* 143.

5 Per ſequeſtrationem perſonæ non amittitur poſſeſſio. *Mohed.* 198.

6 Cum capitur poſſeſſio vacans ab uno ex collitigantibus eſt ſequeſtranda. *Aug.* 3. 566.

7 Puella eſt ſequeſtranda, ut libere deponat extra locum, ubi timetur de potentia patris. *Aug.* 3. 661.

8 Si ſequeſter voluntarius non poteſt rem alteri ex collitigantibus reſtituere altero non vocato, licet conſtet de ejus contumacia, & debet adimplere conditionem ſequeſtri. *Aug.* 3. 684.

9 Ob dilapidationem bonorum conceditur ſequeſtrum. *Put.* 3. *hoc tit.*

CAPUT IV.

Communia de Sequeſtro.

1 Sequeſter percipit fructus pendentes, non vero collectos, & ſeparatos a ſolo. *Sim.* 39. 346. *Gom.* 1. 373.

2 Sequeſtrum decretum eſt relaxandum ad inſtantiam ſubrogati, etiam literis non expeditis ſuper ſubrogatione. *Creſcent.* 155. *contr. Gom.* 254.

3 Sequeſtrato beneficio penes tres ſequeſtratores, qui capit poſſeſſionem vigore executorialium debet reſtituere tribus ſimul ſi convenerunt, ſin minus facta intimatione, ut conveniant, ſi non fecerint uni ex eis. *Creſc.* 161.

4 Sequeſter non poteſt præſentare. *Gom.* 1. 37. 5.

5 Mutatio ſequeſtratorum facile conceditur. *Aug.* 3. 46. 66. 131.

6 Sequeſtrum decretum pro Titio contra poſſeſſorem, me citato non revocatur, licet obtineam tres ſententias contra Titium. *Put.* 4. *hoc tit.* Vide an ſit danda cautio. *A. A.*

7 Creditur Curſori dicenti ſequeſtrum fuiſſe acceptatum. *Put.* 6. *hoc tit.*

8 A. C. non poteſt ſine commiſſione apponere ſequeſtrum, niſi inter curiales. *Peregr.* 16.

9 Tertius ſequeſtrator poteſt addi in ſecunda inſtantia. *Peregr.* 77.

TITULUS LXXIX. DE SOLUTIONIBUS.

CAPUT I.

1 Obligatus ſolvere certo loco ſi creditor non eſt in loco excuſatur. *Mohed.* 307. *Jo. P.* 64. *Gom.* 1. 84.

2 Depoſitum in ſcutis pro tot ducatis excuſat a pœna ob non ſolutionem. *Mohed.* 343.

3 Excuſſio inter mercatores obligatos inſolidum non debet fieri, quia eſt de apicibus juris. *Gom.* 1. 7.

4 Qui ſolvunt reipublicæ debita. *Vide Gom.* 1. 91.

5 Excuſſio per unum ex obligatis inſolidum poteſt peti, quod fiat periculo ſuo contra alium ad quem pecunia pervenit. *Gom.* 2. 32.

6 Delegatio tollitur tranſactione, licet non ſint debitores ad quos eſt delegatum, & conſtituant ſe ſoluturos, valet delegatio. *Aug.* 3. 88. 106.

7 Qui vult ſe fundare in libris tertii, quoad ſolutiones, debet accipere librum, quoad debita. *Aug.* 3. 303.

8 Condemnatus per tres auditur, conſtito de paupertate reſervatis expenſis, & fructibus in fine litis parito quoad poſſeſſionem. *Caſſ.* 1. *de reſervat.* niſi in ſpolio. *Put.* 3. *hoc tit.*

9 Super diſcuſſione etiam incidenter intentata requiritur pronunciatio Judicis. *Put.* 49. *de jud.* neque ſufficit quod in ſententia dicatur excuſſionem legitime factam. *Id.* 50. *eod.*

CAPUT II.

De c. Odoardus, & De c. Pervenit, de ſolut.

1 Remedium c. *Odoardus*, & c. *Pervenit*, requirunt ſpeciale mandatum. Item deputatio œconomi, ut relicto monachis victu, & veſtitu cetera det victori. *Jo. P.* 109.

2 Remedium c. *Odoardus*, non datur ei, qui ſuccubuit per tres conformes. *Gom.* 1. 22. & *in reg.* 77. præſertim in ſpolio. *Jo. P.* 68. *Put.* 3. *hoc tit.* & 4. *Mohed.* 117. maxime ſi reſignavit poſt tres. *Aug.* 3. 18. niſi ſit ſucceſſor ſpoliantis. *Gom. in reg.* 288.

3 Spoliator, qui ſuccubuit per tres ſententias, admittitur ad ceſſionem bonorum ſolutis expenſis. *Mohed.* 118. unuſquiſque admittitur, etiam poſt tres. *Gom.* 2. 18. & ſine ſolutione expenſarum ad c. *Odoardus*. *Aug.* 3. 335.

4 Habens bona patrimonialia vendibilia non admittitur ad c. *Pervenit*. *Mohed.* 144.

5 Habens duodecimi ducatos in redditibus tenetur vendere licet ſit Doctor, & non poſſit vivere. *Mohed.* 291.

6 Qui utitur remedio c. *Pervenit*, debet ante omnia fateri debitum. *Aug.* 3. 62.

7 Valet ſententia ut admittatur ad c. *Pervenit*, conſtituto prius procuratore ad beneplacitum creditorum. *Put.* 15. *de re jud.*

TITULUS LXXX. DE SPONSALIBUS, ET MATRIMONIIS.

1 Matrimonium probatur per verba, non omittam vos quamdiu vixero, junctis aliis verbis literarum. *Creſc.* 98.

2 Solemnizatio probat matrimonium ad legitimationem filiorum ſine dotalibus inſtrumentis, & probatur matrimonium antea contractum ex confeſſione conjugum, cum non agitur de alicujus præjudicio. *Mohed.* 181. *Gom.* 1. 23.

3 Sequeſtratur mulier lite pendente contrahens. *Creſc.* 181. non vero, quæ poſſidetur ante litem. *Put.* 7. *hoc tit.*

4 C. *Tanta* habet locum etiam in terris Imperii. *Gom.* 1. 24. *Put.* 1. *vide Peregr.* 65.

5 Separato matrimonio propter frigiditatem unius non datur utrique licentia contrahendi cum alio, ſecus ſi propter ſcandala ante copulam, aut propter maleficium. *Aug.* 3. 752.

6 Matrimonium putativum ita legitimat prolem ſicut verum. *Caſſ. unic. de ſponſal.*

7 Confeſſio mulieris minoris duodecim annorum de matrimonio, & cum juramento non valet. *Put.* 1. *de confeſſ.* 6. *hoc tit.*

8 Diſpenſatus in ſecundo æquali non cenſetur diſpenſatus in duplici. *Put.* 10. *de diſpenſ. Peregr.* 117.

9 Si diſpenſatio fit ſine legitima cauſa, filii dicuntur legitimi, ſed non dicuntur nati ex legitimo matrimonio. *Put.* 14. *de diſpenſat.* & 8. *de ſponſal.*

10 Si impubes ſponſa impuberis ante pubertatem recedat, vel amoveatur a ſponſo non poteſt agere ſponſus ſpolio. *Put.* 37. *de reſt. ſpol.*

11 Dotalia inſtrumenta non requiruntur, ubi non ſunt alii filii legitimi, & naturales. *Put.* 1. *hoc tit. Peregr.* 65. Si contrahatur cum concubina honeſtis parentibus nata ſine dotalibus inſtrumentis legitimantur filii antea nati. *Put.* 2. *hoc tit.*

12 Edicta proponenda ſunt in loco majorum, ſi ſit conſuetudo. *Put.* 3. *hoc tit.*

13 Bona fides non præſumitur in eo, qui cognovit veſtitam habitu monialium, ſi ſine edictis contraxit. *Put.* 4. *hoc tit.*

14 Matrimonium poteſt contrahi per literas expreſſe acceptatas. *Put.* 5. *hoc tit.*

15 Confeſſio impuberis etiam jurata non probat matrimonium. *Put.* 6. *hoc tit.*

16 Si maritus vetat in teſtamento, ne dos repetatur ab uxore ejus vita durante, & jubet ei dari quinque pro centenario, licite percipiuntur. *Put.* 1. *de uſur.*

17 Statutum ſuper fructibus dotium permiſſis habet locum tantum viva uxore. *Put.* 2. *de uſur.* & *de conſt.* 24.

18 Ad probandum matrimonium præſumptum incidenter, non requiritur probatio tractatus per decem annos. *Peregr.* 66.

TITULUS LXXXI. DE SIMONIA.

CA-

CAPUT I.
De Conventionali.

1 SImonia conventionalis in uno beneficio efficit inhabilem ad alia. *Creſc.* 165. *Put.* 10. *hoc tit. Peregr.* 83.

2 Permutatio coram Ordinario cum certis pactis ſalvo beneplacito Sedis Apoſtolicæ eſt ſimoniaca ſi ante beneplacitum adimpleatur. *Gom. in reg.* 186. *Mohed.* 167. omnis conventio facta ſuper beneficiis cum eadem conditione, ſi ante beneplacitum in totum, vel pro parte adimpleatur eſt ſimoniaca. *Aug.* 3. 625. Idem ſi taceatur ea clauſula, ſalvo &c. Imo multo magis *A. A.*

3 Pacta, ut a lite recedatur, tolerantur in Rota. *Gom. in reg.* 112.

4 Unuſquiſque poteſt petere confirmationem pactorum ſalvo beneplacito initorum. *Jo. Pau.* 54.

5 Præſentatio ſub conditione, ut habeat duos Capellanos, & faciat reficere ſolum eccleſiæ, eſt ſimoniaca. *Put.* 2. *hoc tit.* niſi ad id teneretur de jure. *A. A. vide Aug.* 2. 449. *contr.* & 451.

CAPUT II.
De Simonia reali.

1 Simoniacus realis non agit ſpolio, neque defenditur regula de triennali. *Gom. in reg.* 185. neque ſequeſtrum evitat. *Caſſ.* 1. *de ſimon.* 3. *de ſeq. poſſ. Sim.* 30. niſi ſit ignorans a patre, vel ab alio commiſſa ſimonia. *Idem in reg.* 188.

2 Si in reſignatione ſimonia committatur per tertium, jus remanet penes reſignantem. *Creſcent.* 232.

3 Nominatio facta per privilegiatum, qui alium loco ſui recepta pecunia nominavit, eſt nulla & Breve ſequutum, præſentatio unius ſimoniaca inficit præſentationem majoris partis. *Mohed.* 258.

4 Simonia realis facit ut quis privetur ipſo jure. *Extravag. Paul.* 2. *Caſſ.* 5. *de conſtit.*

5 Pecunia data Parafrenario, ut alium nominaret in locum ſuum, nocet etiam ad Breve impetratum poſt nominationem. *Put.* 5. *hoc tit.*

CAPUT III.
De præſumpta Simonia.

1 Mandata ad reſignandum, & retrocedendum cum regreſſu, vel aliis conventionibus facta eodem tempore ſunt ſimoniaca. *Creſc.* 78. *Mohed.* 223. *Gom.* 1. 4. *Put.* 3. *hoc tit. Peregr.* 81. & 82.

2 Simoniaca eſt reſignatio ſi quo die præſtatur conſenſus datur cedula, qua promittit reſignatarius retrocedere cum certis conditionibus. *Mohed.* 245.

3 Coadjutoria non eſt ſimoniaca ſi eodem die, quo fuit datum mandatum ad conſentiendum coadjutoriæ, locaverat coadjutori beneficium. *Mohed.* 224. *Put.* 11. *hoc tit.*

4 Si datur aliquid poſt collationem incontinenti, vel cum promiſſione præcedenti præſumitur collatio ſimoniaca. *Gom. in reg.* 189.

5 Do, ut des, facio, ut facias ſunt pacta ſimoniaca. *Gom. in reg.* 187.

6 Si eodem die quo ſit collatio reſervatur penſio, vel alius contractus ſit contra eiſdem notario, & teſtibus cenſetur eſſe ſimoniacus. *Aug.* 3. 77.

7 Mandatum ad reſignandum pure, & petendum, & obtinendum provideri Titio, non eſt ſimoniacum, neque mandatum, aut reſignatio in favorem certæ perſonæ coram Papa, cum clauſula, & non aliter &c. *Caſſ.* 2. *de ſimon. Put.* 9. *hoc tit. vid. eund.* 7. *hoc tit. Peregr.* 78. & *Put.* 4. *de renunc. videas omnino.*

8 Solæ preces non inducunt ſimoniam. *Gom. in reg.* 187.

9 Conventio de reſignando reſervata penſione cum clauſula transferendi non eſt ſimoniaca. *Put.* 1. *hoc tit.*

10 Si Vicarius Epiſcopi conſtituit Vicarium, qui ſtatim contulit Vicario eum ſubſtituenti, eſt ſimoniaca proviſio. *Put.* 4. *hoc tit.*

CAPUT IV.
Communia de Simonia.

1 Impetrans per privationem ob ſimoniam commiſſam tenetur ſe inſcribere ad pœnam extraordinariam arbitrio Judicis. *Creſc.* 161.

2 Simoniacus, cui ſupervenit coloratus titulus, & poſſidet triennio defenditur regula de triennali. *Gom. in reg.* 191.

3 Notarius rogatus de inſtrumento ſimoniaco non poteſt eo uti in ſuum favorem. *Mohed.* 168. *Aug.* 3. 140. *Put.* 9. *hoc tit. Peregr.* 80. etiamſi impetret gratiam ſi neutri. *Aug.* 3. 99.

4 Simoniacus triennalis patitur ſequeſtrum poſt primam ſententiam. *Caſſ.* 3. *de ſeq. poſſ. Sim.* 30. realis. *Caſſ.* 1. *de ſimon.*

TITULUS LXXXII.
DE TESTAMENTIS.

1 TEſtamentum rogatum per notarium fidelem, valet non obſtante Bulla Archivii. *Mohed.* 344. tempore peſtis. *Peregr.* 44. 74. nam alias idem. *Mohed.* 232. ait teſtamentum, in quo Eccleſia eſt inſtituta ſubjacere Bullæ Archivii.

2 Teſtamentum dictatum per patrem inter filios, ſed nondum publicatum valet. *Creſc.* 164.

3 Epiſcopus poteſt facere perpetuum Capellanum amovibilem inſtitutum a teſtatore. *Gomeſ. in reg.* 251. *Mohed.* 15. 124.

4 Inſtitutio cum onere eligendi puerum bene natum, & eum hæredem faciendi non dicitur captatoria, & valet. *Mohed.* 358.

5 Adoptatus ob avo non excludit ſubſtitutum. *Creſc.* 22. Pater extraneus non ſuccedit filio adoptivo ab inteſtato. *Put.* 4. *de teſtam. Peregr.* 78.

6 Subſtitutio compendioſa, ſi ſine filiis quandocumque deceſſerit, comprehendit caſum impotentiæ, puta, ſi inſtitutus ſit incapax. *Creſc.* 76. *Put.* 9. *hoc tit.*

7 Feminæ cenſentur excluſæ ex qualitate, & vocatione maſculorum excluſis filiabus. *Jo. Pau.* 45.

8 Poſiti in conditione non cenſentur vocati, niſi ex multis conjecturis, vel ex verbis appareat id voluiſſe teſtatorem. *Aug.* 1. 83. 339. 348. 440. *Put.* 1. *hoc tit.*

9 Soror ex parte patris concurrit cum ſorore ex alia matre ad hæreditatem fratris ex alia matre ſtante Statuto Ravennatenſi. *Mohed.* 159.

10 Spurii ſuccedunt, & ſpuriis ſucceditur, item clericis etiam ab inteſtato in domibus vigore Bullæ Xiſti, & Leonis. *Creſc.* 219.

11 Trebellianica poteſt prohiberi etiam filiis primi gradus. *Creſc.* 129.

12 Trebellianicæ prohibitione. *Caſſ.* 4. *de teſtam.* *Gom.* 1. 94. etiam tacite, puta, tota atque integra bona reſtituas, ſed ſi dicit, omnia bona, non ſufficit. *Aug.* 3. 524.

13 Legitima eſt relinquenda uxori. *Mobed.* 231.

14 Conditio impoſſibilis, vel dependet a Principe, & ſuper eo, quod concedi non ſolet ſine magna cauſa, habetur pro non appoſita. *Mobed.* 235. Ita quod ſi inſtituatur habens Ordines ſacros, ſi intra annum obtinuerit diſpenſationem, ut contrahat matrimonium, cenſetur pure inſtitutus. *Put.* 2. *hoc tit.*

15 Uſufructuaria omnium bonorum non poteſt condemnati ad ſolvendum creditoribus ad ipſorum creditorum inſtantiam. *Mobed.* 123.

16 Æs alienum eſt detrahendum antequam hæres tradat hæreditatem uſufructuario univerſali. *Put.* 1. *hoc tit.*

17 In diviſione bonorum officio Judicis ſortes fiunt. *Creſc.* 211.

18 Statutum Mediolanenſe continuans poſſeſſionem in hæredem non habet locum in filio inſtituto in re certa, licet eidem eſſent magna prælegata relicta. *Fab.* 47. *Put.* 12. *de cauſ. poſſ.*

19 Inſtitutus in re certa poteſt ingredi propria auctoritate, licet ex forma Statuti poſſeſſio ſit continuata in hæredem, etiamſi hæres poſſideret modo non reſiſteret. *Mobed.* 302. Inſtitutis duobus legitimatis altero in quinta bonorum, altero in tertia cum clauſula, quod plus unuſquiſque petere non poſſit, ſi ille in quinta inſtitutus non ſit capax, alter ſuccedit ex jure accreſcendi. *Put.* 12. *hoc tit.*

20 Quando pater non æqualiter teſtatur inter filios non eſt locus. §. *Ex imperfecto.* *Gom.* 1. 65. 106.

21 Si teſtamentum non valet ex cauſa præteritionis, clauſula codicillaris operatur effectum ſuum. *Gom.* 1. 87. ut cenſeatur inductum fideicommiſſum. *Aug.* 3. 109. 127. *Put.* 7 *hoc tit.*

22 Clauſula codicillaris videtur magis de conſuetudine, quam de voluntate teſtatoris, niſi fuerit perlectum teſtamentum coram eo. *Gom.* 1. 88.

23 Statutum Urbis de ſucceſſione ab inteſtato excluſa congrue dotata ſorore, intelligitur de bonis defuncti fratris, vel ſi paratus eſt ſuperſtes eam dotare. *Gom.* 1. 103. Soror dotata cenſetur excluſa tam ab hæreditate fratris dotantis, quam non dotantis. *Put.* 18. *de conſtit.*

24 Exceptio rei non traditæ non poteſt obiici ab hæredibus adverſus petentes reſtitutionem fideicommiſſi. *Aug.* 3. 110.

25 Statutum Bononienſe permittens facere teſtamentum damnatis, videtur confirmare, ut cum teſtamentis prius factis decedant. *Aug.* 3. 42. niſi mutent voluntatem, etſi minus ſolemniter. *Aug.* 3. 110.

26 Statutum Placentinum, ut adita hæreditate poſſeſſio transferatur in hæredem differt a Statuto Mediolanen. dicente, ut continuetur. *Aug.* 3. 211. 219.

27 Forma faciendi teſtamentum neglecta inficit actum, neque clauſula codicillaris efficit, ut debeantur legata ex eo teſtamento. *Auguſt.* 3. 263.

28 Forma Statuti Bononien. de teſtamentis non eſt ſervanda ab eo, qui fuit impeditus a Cuſtodibus carceris. *Aug.* 3. 436.

29 Qui petit tutorem teſtamentarium confirmari non approbat teſtamentum. *Aug.* 452.

30 Teſtes deponentes de tenore teſtamenti debent eſſe tot, quot requiruntur in teſtamento. *Aug.* 3. 490.

31 Mater tutrix debet ſuſcipere a Judice adminiſtrationem. *Aug.* 3. 498.

32 Valet conſuetudo, quod curatus habeat lectum cujuſcumque capitis domus morientis, & veſtem. *Caſſ. unic.* de *conſuet.*

33 Tacita pupillaris, vel vulgaris non excluditur per illa verba, tunc & eo caſu. *Caſſad.* 1. *de teſtam.*

34 Fructus non computantur in Trebellianicam in liberis primi gradus, licet duas quartas detrahant. *Caſſ.* 2. *de teſtam.*

35 Trebellianica non amittitur ob non confectum inventarium. *Caſſ.* 3. *de teſtam.* Eccleſia non conficiens inventarium, licet teneatur creditoribus non tamen legatariis ultra vires. *Put.* 6. *hoc tit.*

36 Ad ſucceſſionem matris ab inteſtato primo vocantur filii vulgo quæſiti, & naturales tantum non extantibus legitimis, & naturalibus, poſtea aſcendentes. *Caſſ. unic. de ſucc. ab inteſt.*

37 Poſſeſſio continuata in hæredem vigore Statuti dicitur civiliſſima, & continuatur in hæredem hæredis, qui non apprehendit eam & datur adipiſcendæ non recuperandæ. *Put.* 10. *de cauſ. poſſ.*

38 Remedium *l. fin. C. de edict. div. Adr.* non competit uſufructuario omnium bonorum, qui loco legatarii habetur. *Put.* 16. *de cauſ. poſſ.*

39 Statutum quod filii non ſuccedant non comprehendit bona extra territorium. *Put.* 10. *de conſtit.*

40 Citatio generalis contra filios, & hæredes, non valet, niſi nomina exprimantur. *Put.* 1. *de dolo & contum.*

41 Filius poteſt vendicare portionem fundi venditi a patre, qui erat ex teſtamento avi debitus etiam nepotibus, deducta tamen legitima, & Trebellianica in quibus non fuit gravatus, niſi poſt aditam inter filios convenerit, ut omnia relicta, & poſtea quæſita eiſdem legibus, quibus teſtator voluerat, ſubiicerentur, quia tunc nihil deducitur. *Aug.* 2. 602. *contr.*

42 Inventarii confectio poteſt fieri a laico coram Judice Eccleſiaſtico, & notario, & teſtibus citatis citandis. *Aug.* 2. 607. *contr.*

43 Fideicommiſſarius non poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem. *Put.* 3. *hoc tit.*

44 Iſta verba, volo quod hæreditas, & bona dividantur, ſunt directa, quando aliter nihil im-

por-

portant nullo alio inſtituto. *Put.* 10. *hoc tit.*

45 Nepos præfertur patruo ſi fuerit inſtitutus primogenitus, & quicumque major natu reperiretur inter liberos ſuos ex eo deſcendentes. *Put.* 15. *hoc tit.*

46 Teſtamentum tempore peſtis debet habere duos teſtes. *Put.* 13. *hoc tit.* niſi ſit ad pias cauſas. *Put.* 14. *hoc tit.* ſufficit ſcriptum manu teſtatoris. *Ibid.*

TITULUS LXXXIII.
DE TESTIBUS.

1 JUramenta teſtium abſuturorum recepta per ſolum notarium Auditore Cameræ abſente ab Urbe non valent. *Creſc.* 82.

2 Commiſſo examine teſtium notario, cenſetur commiſſum juramentum teſtis. *Mohed.* 570. *Put.* 8. *hoc tit.* & poteſt excedere examinando formam interrogatoriorum. *Ibid.* non placet *A. A.*

3 Cedens proceſſionatis non eſt idoneus teſtis, ſed debet poni ad partem. *Mohed.* 53. 148.

4 Teſtes inter alios etiam in antiquis probant ſemiplene, licet ſama in antiquis probet plene. *Mohed.* 578.

5 Teſtes antiquitus examinati ad perpetuam rei memoriam probant. *Put.* 3. *hoc tit.*

6 Teſtes non examinati ſuper interrogatoriis datis a parte, vel non ſuper omnibus examinati, ſunt repetendi. *Fab.* 49. *Put.* 13. *hoc tit. Peregr.* 84. ſi non datur terminus ad dandum interrogatoria examen eſt nullum præſertim ſi petatur. *Put.* 10. *hoc tit.*

7 Commiſſio de examinandis teſtibus intelligitur de nominatis, & nominandis. Sententia non referens ſe ad teſtes nulliter examinatos non eſt nulla, ſed injuſta. *Mohed.* 290.

8 Judex poteſt eſſe teſtis. *Gom.* 1. 54. & deponere de decreto ab eo facto. *Put.* 5. *hoc tit.* dubito *A. A.* Judex, Notarius, & Procurator poſſunt examinari ſuper die prolatæ ſententiæ. *Put.* 52. *hoc tit.* procurator acceptans ad effectum ſubſtituendi tantum non eſt idoneus teſtis. *Peregr.* 59.

9 In ſupplementum teſtium ſingularium datur juramentum. *Gom.* 2. 8.

10 Poſt dicta teſtificata teſtes etiam antea jurati examinari non debent. *Gom.* 2. 8. poſt publicationem poſſunt examinari teſtes ſuper articulis continentibus idem quod interrogatoria, ſuper quibus illi priores fuerunt examinati. *Put.* 9. *hoc tit. vid. Peregr.* 85.

11 Teſtis habens intereſſe poteſt examinari cum proteſtatione, quod non vult in aliqua parte ſe juvare dicto ſuo. *Gom.* 2. 10.

12 In liquidatione fructuum creditur teſtibus deponentibus quanti conduxerint. *Aug.* 3. 57.

13 Unus teſtis de viſu facit ſemiplenam, duo de publica voce, & fama item ſemiplenam. *Aug.* 3. 84. utrique plenariam ſi conjungi poſſunt. *A. A.*

14 In ultima audientia neque articuli admittuntur, neque teſtes publicantur, neque juris allegationes proponuntur collectis. *Aug.* 3. 231. 295.

15 Licet duos teſtes de auditu ab ipſo faciant plenam probationem, unus non facit ſemiplenam, idem eſt cum in antiquis ſama probat, non tamen per unum probatur ſemiplene. *Aug.* 3. 243.

16 Teſtes qui viderunt articulos non ſunt rejiciendi. *Aug.* 3. 399.

17 Statutum Bononiæ, ut contra inſtrumentum non credatur teſtibus ſupra certam quantitatem non habent locum contra ſolventes, & habitantes Romæ. *Aug.* 3. 399. *vide* 679.

18 Teſtis ex depoſitione ſua non poteſt condemnari in alia cauſa, ſed ſi aliunde conſtat de matrimonio ex ejus dicto conſtat de notitia matrimonii. *Aug.* 3. 672.

19 Si pars non eſt citata ad videndum jurare teſtes, examen eſt nullum, ſanatur tamen ſi cum interrogatoriis ſint examinati per commiſſionem. *Aug.* 3. 727.

20 Teſtes in retinendæ non probant in recuperandæ. *Put.* 2. *de jud.* & 1. *de teſtib. Aug.* 3. 254.

21 Publicatio petita a Notario, & denegata non reddit ſententiam nullam ſecus ſi a Judice. *Put.* 64. *de judic.*

22 Teſtes poſſunt cogi ab Auditore Cameræ, vel a principalibus lite pendente in Rota ut reſpondeant. *Aug.* 2. 842. *contr.*

23 Teſtes ſingulares non probant confeſſionem. *Put.* 3. *de probat. vid.* 4. *de teſtib.*

24 Non reſtituitur minor ob omiſſa interrogatoria, niſi conſtet de læſione. *Put.* 9. *de reſtit. in integr.*

25 Ad examinandos teſtes poſt publicationem datur reſtitutio minori, & communitati cum cauſæ cognitione. *Put.* 14. *de reſt. in integr.*

26 Item ad examinandum teſtes poſt lapſum terminum, conſtito de læſione datur reſtitutio minori, & communitati. *Put.* 15. *eod.*

27 In teſtamento tempore peſtis facto requiruntur duo teſtes. *Put.* 13. *de teſtam.*

28 Favore piæ cauſæ creditur ſcripturæ factæ manu teſtatoris ſine teſtibus. *Put.* 14. *de teſtam.* tempore peſtis. *A. A.*

29 Teſtes falſi in circumſtantiis probant. *Put.* 3. *hoc tit.*

30 Canonici non ſunt idonei teſtes ad probandum collationes ſpectare Capitulo, cum agitur inter proviſum ab Epiſcopo, & proviſum a Capitulo. *Put.* 6. *hoc tit.*

31 Creditur teſti dicenti, ſe maſſarium ita feciſſe. *Put.* 7. *hoc tit.*

32 Poſt publicationem poſſunt examinari perſonæ valde honeſtæ. *Put.* 52. *hoc tit.*

33 Teſtes examinati ſuper exceptionibus non probant, ſi principaliter agatur, puta, ſuper ſpolio magis antiquo. *Put.* 14. *hoc tit.*

34 Notario deponenti ut teſtis pro inſtrumento non creditur. *Put.* 16. *hoc tit.*

35 Teſtes deponunt de facto, & non de jure. *Put.* 17. *hoc tit.*

36 Teſtes deponentes aliquem percepiſſe decimas ut dominum, ſunt concordandi cum his, qui dicunt ut ex pignore, cum eſſet dominus ad tempus. *Put.* 2. 22. 2. 23.

37 Te-

37 Teſtes repeti poſſunt, & interrogari ex officio non ad inſtantiam partium. *Peregr. deciſ.* 86. etiam ſi dentur articuli magis ſpeciales. *Jo.* 87.

TITULUS LXXXIV.
DE TRANSACTIONIBUS.

1 IMpoſſibilitas præſumpta in acceſſorio non vitiat contractum tranſactionis in principali. *Creſc.* 39.

2 Si tertius promittat ſolvere debitum pro alio non inducitur novatio. *Creſc.* 77.

3 Si prohibetur tranſactione alienatio inter aliquos, impeditur dominii translatio, ſive fiat reſervatio hypothecæ ſpecialis, ſive generalis. *Creſc.* 182.

4 Una parte non obſervante altera tenetur obſervare concernentia cultum divinum conſecrata. *Creſc.* 186. *Put.* 5. *hoc tit.*

5 Ut quis incidat in pœnam, *l. Si quis major*, non præſumitur ſcientia geſtorum a procuratore. *Creſc.* 194.

6 Tranſactio a 300. annis executa licet ſine conſenſu Superiorum præſumitur eſſe valida. *Fab.* 22.

7 Tranſactio facta ſuper re dubia in judicium non deducta, valet etiam ſuper bonis eccleſiaſticis locatis contra formam Paulinæ ſub prætextu quod non eſt in obſervantia. *Mohed.* 5.

8 Per tranſactionē omnia acta cenſentur extincta, imo non valet proceſſus factus in executionem priorum actorum, ſed debet de novo inchoari. *Mohed.* 315.

9 Stante tranſactione non potuit pars redire ad litem, licet altera non ſervet, ſi tranſactio erat ſuper beneficialibus ſalvo beneplacito Sedis, & ante confirmationem pœniteat. *Fab.* 9. *Put.* 5. & 2. *hoc tit.*

10 Sub generali tranſactione, vel emptione non comprehenduntur occultata, licet alia poſtea reperta veniant. *A. Aug.* 2. 20.

11 Adverſus tranſactionem requiritur enormiſſima læſio. *Put.* 15. *de reſt. in integr.* & ſi ſit pactum de retrovendendo requiritur ultra dimidiam. *Idem* 12. *eod.* quæ læſio enormiſſima non probatur, licet pro 150. jugeribus quis receperit 52. cum qualitas poſſit eſſe inæqualis. *Aug.* 3. 198.

12 Valet tranſactio inter fratres, & hæredem fratris defuncti, ut poſt mortem hæredis bona ad fratres perveniant. *Aug.* 3. 534.

13 Si convenit inter Titium, & Sejum, ut res Titii deponeretur, iſque contraveniat conventioni, non amittit repetitionem rerum ſuarum. *Aug.* 3. 590. ſequeſter tamen non poteſt altero non vocato reſtituere, & tenetur expectare eventum conditionis impoſitæ. *Aug.* 3. 684.

14 Statutum Bononiæ ut in contractibus minorum requiratur certa ſolemnitas, habet & locum in tranſactionibus. *Put.* 4. *de conſt.* ſed Statutum Urbis Romæ de contractibus mulierum in quatuor caſibus requirens ſolemnitatem, non habet locum in compromiſſo, maxime ſi compromiſſum eſt neceſſarium. *Put.* 9. *de conſt. Jo. Pau.* 3. neque in contractu nominationis. *Put.* 7. *hoc tit.* maxime ſtante juramento 36.

15 Pœna, *l. Si quis major*, non procedit minore jurante. *Put.* 3. *de jurejur.* & 9. *de tranſ.*

16 Tranſactio facta a majore cum decreto Judicis valet, licet non dicatur cum cauſæ cognitione, & licet careat illis verbis, quibus omnibus Judex auctoritatem ſuam interpoſuit, & licet fiat die feriato. *Put.* 4. *de tranſ.*

17 Si unus promittat facere ratificare intra octo dies, alter promittat ſimpliciter tranſactis octo diebus in quibus neuter ratificavit, incidit primus ille in moram. *Put.* 5. *hoc tit. vide eund.* 6. *eod.*

18 Licet mora de jure canonico poſſit purgari, fallit ſi ſit poſitum pactum reſolutivum. *Put.* 55. *hoc tit.*

TITULUS LXXXV.
UT LITE PENDENTE NIL INNOVETUR.

CAPUT I.
De Attentatis.

1 DE remiſſoria ſuper attentatis, vel ſuper ſpolio attentato. *Vid. ſub tit. de dilat. cap.* 2.

2 Poſſeſſio capta vigore executorialium eſt attentata, & reſtituenda ſequeſtratoribus. *Creſc.* 16. *Caſſ.* 6. *de cauſ. poſſ. Jo. Pau.* 3. parte tamen præſente, & non contradicente capta non eſt attentata. *Creſc.* 17. ſi poſt viginti annos detur de hoc genere attentatorum non ſunt revocanda, quia præſumitur ille conſenſiſſe. *Put.* 22. *hoc tit. Peregr.* 93. neque dicitur intruſus, qui capit vigore executorialium poſſeſſionem quoad reg. de ſurrog. *Gom. in reg.* 80.

3 Si eodem die reperitur cauſa commiſſa in Rota, & monitorium A. C. ſuper fructibus exequutum, præſumitur pro non attentatis. *Creſc.* 53.

4 Si cauſa eſt inſtructa, & inhibetur quatenus non ſit inſtructa, Judex poteſt procedere ſine metu attentatorum. *Creſc.* 113. *Mohed.* 75. Si tempore commiſſionis jam erat inſtructa. *Put.* 10. *hoc tit.*

5 Quælibet inhibitio Rotæ ſpreta cauſat attentata. *Fab.* 53. præter conditionales *A. A.* etiam vigore conditionalis commiſſionis eſt inhibendum. *Put.* 13. *hoc tit. vid. Peregr.* 12.

6 Poſt rem judicatam non poteſt dici de attentatis commiſſis pendente appellatione. *Creſc.* 140. deſerta appellatione non dicitur attentari. *Put.* 1. *hoc tit.* & 2. *de appell.* & *vid.* 22. *hoc tit.*

7 Attentans condemnatur in expenſis, etſi revocentur attentata ex officio. *Creſc.* 180.

8 In cauſa attentatorum poteſt procedi ſine alia commiſſione, ſi committitur cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio, & incidentibus. *Mohed.* 100. neque contra commiſſionem attentatorum eſt citandus iterum abſens, ſed procurator. *Put.* 32. *de judic.* & *hoc tit.* 20. & poteſt procedi per contradictas. *Idem.*

9 Mulier contrahens pendente lite ſequeſtratur. *Creſc.* 188.

10 Reſignatarius colligitantis capiens poſſeſſionem ex titulo non Apoſtolico attentat. *Aug.* 11. 3. 781.

781. Sorrogatus gratioſe non attentat. *Mohed.* 292. 327.

11 Poſſeſſio capta vigore ſententiæ a qua eſt appellatum eſt attentata, & ſequeſtranda. *Aug.* 1. 9.

12 Declaratoria lite pendente facta de familiaritate Papæ non præjudicat collitigant. *Gom. in reg.* 267.

13 Cauſa commiſſa ſuper moleſtationibus, & manutentione, ſi quis capiat poſſeſſionem vigore facultatis capiendæ propria auctoritate, non dicitur attentare. *Gom.* 11. dubio. *A. A.*

14 Si Judex fatetur inhibitionem præceſſiſſe ſententiam, non nocet parti, inhibitio ad inſtantiam aſſerti procuratoris eſt timenda. *Aug.* 3. 309. facit attentata. *Put.* 24. *de fid. inſtrum. & 25. ut lit. pendent.*

15 Licet poſt tres ſententias ex quacumque commiſſione, & ſi parti non judici eſt inhibitum, ſi quid poſtea fiat, attentatur. *Aug.* 3. 373. *Put.* 2. *hoc tit.*

16 Semel attentatum ſemper eſt quoad collitigantes, & ejus ſucceſſores, tertius non poteſt hæc allegare. *Aug.* 3. 476. *vide Peregr.* 97.

17 Attentata ſunt in totum purganda, neque ſufficit cedere, & deponere cum oblatione, ſed ſunt liquidanda. *Aug.* 3. 707.

18 Non poteſt allegare attentata, qui litem attentatam movet. *Aug.* 3. 708.

19 Poſſeſſio capta vigore brachii ſæcularis pendente lite ſuper reſtitutione in integrum gratioſa, non eſt attentata. *Aug.* 3. 738.

20 Si commiſſio dicat, cum poteſtate inhibendi, intelligitur in curia, & extra. *Caſſad.* 4. *de reſcript.*

21 Inter Auditores Rotæ clauſula audiat, qui prævenit intellige in præſentatione commiſſionis inter alios, qui decrevit citationem. Idem inter Auditorem, & non Auditorem. *Caſſ.* 5. *de reſcr.*

22 Si de non jure petentis revocari attentata notorie conſtat non revocantur niſi officio Judicis. *Caſſ.* 3. *de reſtit. ſpoliat. Peregr.* 92.

23 Deſerta appellatione quis non attentat ingrediendo poſſeſſionem, ſed videtur nulliter facere. *Put.* 2. *de appell.* 1. *ut lit. pend.*

24 Pendente lite in Rota poteſt Auditor Cameræ examinare teſtes ſuper moleſtiis ex jure alienigenæ, & cogere ad reſpondendum. *Aug.* 2. 842. *contr.*

25 Poſt monitorium Auditoris Cameræ de non moleſtando poſſeſſorem vigore Eugenianæ ſi ſpolietur poſſeſſor ab eo, cui fuit intimatum, non eſt ſpolium attentatum. *Put.* 18. *de reſtit. ſpoliat. & 9. ut lit. pend.*

26 Attentata per non procuratorem debent revocari ſtatim, atque habuit notitiam principalis. *Put.* 6. *hoc tit. Peregr.* 91.

27 Inhibitio emanata vigore commiſſionis appellationis a difinitiva, ſeu vim ejus habente, quando proceſſum fuit ad declaratoriam vigore obligationis in forma Cameræ, afficit, & non eſt calumnioſa. *Put.* 18. *hoc tit.*

28 Inhibitio obtenta per aſſertum procuratorem facit attentata. *Put.* 25. *hoc tit. Aug.* 3. 309.

29 Inhibitio obtenta vigore commiſſionis ſubreptitiæ efficit attentata, licet ſit avocatoria. *Peregr.* 94.

30 Poſſeſſio momentanea attentata eſt annullanda. *Peregr.* 96.

31 Reſignatarius ante litem motam cum reſignante non attentat accipiendo poſſeſſionem lite pendente. *Peregr.* 97.

32 Nulla ſunt attentata facta poſt inhibitionem contra formã regulæ, quod literis non expeditis, quia ſi non eſt lis, neque attentata. *Put.* 14. *eod. tit.* Vide infra *in lib.* 2. *reg.* 29. *num.* 21.

CAPUT II.

De Litigioſis.

1 Lis quoad actorem introducitur literis non expeditis. *Gom. in reg.* 70. *Peregr.* 99. & ſi error ſit in nomine rei intruſi, dicitur eſſe lis in præjudicium ſuum. *Peregr.* 89.

2 Citatio exequuta ad inſtantiam procuratoris cedentis poſt ceſſionem non facit beneficium litigioſum, etſi tunc non acceptaverit ceſſionarius. *Mohed.* 346. *Aug.* 3. 713.

3 Lis videtur eſſe neglecta per 20. annos, tamen vere non finitur niſi per ſententiam. *Sim.* 22. *Caſ.* 5. *ut lit. pend.* ſi non conſtat de aliquo jure, & negligitur decennio cenſetur calumnioſa. *Aug.* 1. 408. *contr. vid. Put.* 8. *hoc tit. & 15. & 21. & 28. hoc tit. peregr.* 95. 100. neque dicitur lis neglecta, & calumnioſa ſi reperiatur mandatum generale ad omnes lites, & aliquod inſtrumentum apud hæredes procuratoris mortui intra decennium. *Aug.* 1. 414. *contr.*

4 Lis extinguitur ſine ſententia. *Gom. in regul.* 239.

5 Sententia contra poſſeſſorem lata non finitur, niſi lis mandetur executioni. *Put.* 5. *hoc tit.* pro poſſeſſore vero per rem judicatam finitur. *Gom.* 1. 14. *& in reg.* 138. 302. *Mohed* 206. *Aug.* 3. 750.

6 Per ceſſionem in manibus Notarii non extinguitur lis. *Gom.* 20. *in reg.* 233. Imo extinguitur. *Put.* 10. *de renunc. &* 23. *hoc tit.*

7 Lis actoris contra plures non extinguitur niſi ſententia feratur contra omnes, ut poſſit reſignare ſine vitio litis. *Gom. in reg.* 78.

8 Lis dicitur extincta per obitum amborum collitigantium, ſi non ſurrogatur aliquis gratioſe. *Mohed.* 142.

Cetera vide *ſub tit. de ſentent. & re jud. c.* 6.

9 Juriſpatronatus litigioſi non debet fieri mentio neque peti derogatio in gratiis lite pendente impetratis etiam Regum. *Creſc.* 220. etiam de vacante in Curia. *Caſ.* 3. *ut lit. pend.*

10 Ex lite ſuper poſſeſſorio efficitur non pacificus poſſeſſor. *Gom. in reg.* 137. ſi in perceptione fructuum moleſtatur. *Gom. in reg.* 140. *&* 145. tamen Ordinarius non impeditur providere. *Caſ.* 4. *ut lit. pend.*

11 Lis ſuper beneficio poſſeſſo per alium per decennium non impedit Ordinarium, neque expectantes. *Mohed.* 274.

12 *C.* 1. *ut lit. pend. in* 6. habet locum in præſentantibus. *Gom.* 1. 31.

13 Judicium nullitatis non efficit beneficium litigio-

Digitized by Google

gioſum, niſi cum negotio principali, vel reſtitutione in integrum committatur. *Aug.* 3. 84.

14 Sola productio mandati non facit litem. *Aug.* 3. 557. *Peregr.* 88.

15 Procurator ejus, qui reſignaverat conſtitutus ante reſignationem non poteſt præjudicare reſignatario etiam ſi non acceptaverit movendo litem. *Aug.* 3. 713. *Mobed.* 346.

16 Lis ſuper beneficio facit poſſeſſionem litigioſam. *Caſſ.* 9. *de cauſ. poſſ. contr. Rot. in antiq.* 3. *eod. tit. & in nov.* 3. *de præb.*

17 Lis eſt calumnioſa ſi exequutio fiat poſt octo menſes contra ægrotum poſſeſſorem ſine aliquo jure actoris, ægroto moriente non impeditur Ordinarius. *Caſſ.* 7. *de dolo.*

18 Mortuo collitigante proceditur contra intereſſe putantes non citato procuratore domino litis, ſed ſi conſtat de certo contradictore citandus eſt. *Caſſ.* 6. *ut lit. pend. &* 1. *de ſent. & re jud.*

19 Si lis ſit inter A. & B. contra C. licet non dicatur eſſe lis inter A. & B. tamen ſi C. reſignet in A. dicitur durare lis, quæ erat inter B. & C. præſertim ſi habet ſubrogationem, & bonum jus. *Aug.* 1. 387. *contr.*

20 Nuncius non poteſt providere de litigioſis, niſi cum vacant ex cauſa reſignationis in ejus manibus. *Put.* 55. *de præb.*

21 Opponens ſe contra filium patrimonialem, ne ille inſtituatur, non efficit beneficium litigioſum. *Put.* 3. *hoc tit.*

22 Si cauſa committatur contra Titium, & Sejum, & obtineatur citatio contra utrumque, ſed non exequatur niſi contra alterum, & is cedat liti, lis eſt extincta. *Put.* 7. *hoc tit.*

23 Lis finita per ſententiam exequutioni non mandatam, non impedit alienationem fieri, non tamen impeditur præſcriptio. *Put.* 11. *hoc tit.*

24 Si poſt rem judicatam impetratur reſtitutio in integrum parito judicato, non cenſetur eſſe lis antequam pareatur. *Put.* 56. *hoc tit.*

25 Si committitur cauſa appellationis, nullitatis, & injuſtitiæ, tam exequutorialium, quam ſententiæ inducitur lis. *Put.* 17. *hoc tit.* dubito *A. A.*

CAPUT III.

De Subrogatione.

1 Subrogatio gratioſa ſuſtinet litem. *Mobed.* 239. 542. *Caſſad.* 5. *ut lit. pend. &* 5. *de ſentent. & re jud.*

2 Succeſſor non poteſt declarare mentem cedentis, præſertim viventis poſt jus quæſitum parti. *Mobed.* 239. præſertim ſi alio modo expedivit literas anteceſſor. *Aug.* 3. 86.

3 Subrogatus gratioſe in locum rei poſſeſſoris non agit ad revocationem poſſeſſionis captæ per tertium, præſertim lite pendente, quæ non eſt attentata. *Mobed.* 314.

4 Subrogatus gratioſe non attentat ingrediendo poſſeſſionem etiam ſine literis. *Mobed.* 292. 327. literæ requiruntur ſi dicatur in clauſulis, & quod literæ in forma gratioſæ ſobrogationis expediri poſſint. *Put.* 4. *hoc tit.* niſi facto declaretur voluntas. *Ibid.*

5 Subrogatus rigoroſe, ideſt, quando mandatur Auditori, ut ſubroget, attentat, quia requiritur cauſæ cognitio. *Mobed.* 327.

6 Idem eſt ſi reſignet quis in manibus Ordinarii, & reſignatarius capit poſſeſſionem. *Aug.* 1. 1.

7 Qui conſtituit procuratores apud acta lite pendente inter alios, & non petiit ſe admitti, non dicitur collitigans, neque eſt locus ſubrogationi. *Mobed.* 330.

8 Pacificus eſt reſignatarius, qui cœpit poſſeſſionem poſt litem motam, poſtea cum reſignante continuante poſſeſſionem. *Mobed.* 42. *vid. Peregr.* 97.

Cetera vide *ſub tit. de præb. tit.* 4. *c.* 6. *& ſub tit. de ſent. & re jud. c.* 5. *& lib.* 2. *reg.* 27. *de ſubrogand.*

9 Subrogatus gratioſe in jus, & litem petitoris ſuſtinet litem, & impedit Ordinarium, licet moriatur poſſeſſor, vel obtineat contra intereſſe putantes ignorante ſubrogato, ſecus ſi mandatur ſubrogari. *Caſſ.* 1. *ut lit. pend.*

10 Subrogatio Motu proprio in litem, vel quatenus ſit lis, non probat ſcientiam litis. *Caſſ.* 2. *ut lit. pend.*

11 Narratio uno modo litis falſo, ſi conſtat de alio valet ſubrogatio. *Aug.* 5. 175. *contr.*

CAPUT IV.

Communia de Lite pendente.

1 Clerici ſubditi Epiſcopo ſolent eximi pendenta lite, ſed ſolet reſtringi ad tempus, niſi conſtet de ſententia. *Caſſ.* 6. *de privil.*

2 Judex, qui contravenit inhibitioni, poteſt declarari incidiſſe in pœnas inhibitionis. *Put.* 12. *de jud.*

3 Si committatur, ut ſimul, & ſemel procedatur ſuper nullitatibus, & negotio principali, valet ſententia non facta mentione de eis. *Put.* 19. *de judic.*

Liber Secundus.

PARS I.

DE REGULIS CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ.

COMMUNIA DE REGULIS CANCELLARIÆ.

1 REgulæ ligant ſtatim ante publicationem, quia habent decretum irritans. *Gom. in reg.* 1.

2 Clauſula generalis, non obſtantibus, non tollit regulas Cancellariæ. *Gom. in reg.* 5.

3 Clauſula, non obſtant, non tollit regulas dilativas, etſi ſit appoſita clauſula ſuſpenſiva quarumcumque gratiarum. *Gom. in reg.* 6.

4 Clau-

Digitized by Google

4 Clauſula latiſſime extendenda, & quorum tenores, tollunt regulas editas, & edendas. *Gom. in reg. 8. Peregr. 6.*

5 Facultas derogandi regulis editis, & edendis non comprehendit regulam de infirmis. *Gom. in reg. 7.*

6 Sententia valet contra regulam, ſi regula non eſt producta. *Gom. in reg. 115.*

7 Nuncius habens facultatem derogandi regulis editis, & edendis, non poteſt derogare regulis Judicialibus, vel notabilem qualitatem habentibus, quia requiritur individua mentio. *Gom. in reg. 48.*

8 De derogatione regularum requirentium individuam mentionem. *Put. 36. de præbend. Peregr. 26.*

REGULA I.

AD REGIMEN, ET EXECRABILIS.

1 Reſervationes inductæ per conſtitutiones *Ad Regimen, & Execrabilis* confirmatæ per primam regulam, non expirant mortuo Papa, ut beneficium non remaneat reſervatum. *Gom. in reg. 43.*

2 Beneficia reſervata per Extravag. *Ad regimen*, & ſimiles, licet dicantur vacare in curia, non tamen apud Sedem, quia non ſunt inſertæ extravagantes in corpore juris. *Gom. in reg. 214.* non placet *A. A.*

3 Beneficia Acholytorum ſunt reſervata ex hac regula, ſed & iidem ſunt continui commenſales ex regula. *Pau. III. Aug. 3. 787.*

4 Privationis pœna inducta per §. *Qui vero.* Extrav. *Execrabilis*, extenditur tantum ad obtenta curata, & alia expreſſa præter ſimplicia, inhabilitatis pœna ad omnia etiam ſimplicia. *Caſſad. 1. de conſtit. n. 2.*

5 Extravag. *Ad regimen*, reſervans beneficia, quæ promoti tempore promotionum ſuarum ad Eccleſias, & Monaſteria obtinebant, habet locum etiam in his, quæ poſt promotionem ante conſecrationem dimiſerunt. *Caſſad. 2. de conſt.* debet conſtare de ſcientia promotionis. *Put. 14. de præb.*

6 Eadem conſtitutio habet locum etiam ubi datur retentio, vel diſpenſatio, licet per obitum poſt conſecrationem vacent. *Caſſ. 3. de conſt.*

7 Eadem non habet locum, ut reſerventur beneficia Viceſgentis A. C. in civitate Avinionen. *Caſſ. 4. de conſtit.*

8 Non eſt execrabilis, qui habet ſupplicationem diſpenſationis, licet ſit locus regulæ. *Caſſ. 36. ſuper regul.*

9 Execrabilis probatur per confeſſionem extrajudicialem. *Put. 4. de confeſſ.* non vero per duas ſemiplenas, puta, unum teſtem de viſu, duos de fama. *Fab. 25.*

10 Annus, qui datur in diſpenſatione ad obtinendum duo curata, currit a die habitæ poſſeſſionis. *Put. 9. de diſpenſ.*

11 Beneficia Abbreviatorum de minori ſunt reſervata, quia ſunt Abbreviatores, ut illi de majori, licet introducti ſint a Pio Secundo. *Put. 26. de præb.*

12 Hoſpitale datum in titulum non in adminiſtrationem vacat per promotionem ad Epiſcopatum, licet Extravag. *Ad regimen*, loquatur de beneficiis. *Put. 41. de præb.*

13 Beneficia Prothonotariorum ſunt reſervata, licet non præſtiterint juramentum, nec acceptaverint inſignia. *Put. 66. de præbend. Auguſt. 3. 135.*

14 In impetratione per execrabilitatem erat adjecta clauſula, & detur devolutio diſpoſitive, licet probetur execrabilitas, quæ eſt reſervatio, non tamen capit beneficium etiam per clauſulas generales. *Put. 67. de præb.*

15 In præjudicium Concordatorum, & primariarum precum non dicitur vacare per obitum familiaris, ſi non erat tempore obitus familiaris, licet contrarium fuerit declaratum per Paul. III. *Mohed. 235.*

REGULA II.

RESERVATIONIS CATHEDRALIUM, MONASTERIORUM VALORIS CC.

1 In Cardinalatu requiritur retentio beneficiorum. *Put. 7. de diſpenſ. & 16. de præbend.* ubi intelligit de Dignitatibus etiam curatis.

REGULA III.

DIGNITATUM MAJORUM.

1 Titulus coloratus ad effectum regulæ de triennali dicitur etſi ſtante regula hac Ordinarius conferat. *Gom. in reg. 211. Caſſ. 7. ſuper regul.* etſi in Concordatis Germaniæ excipiantur. *Caſſ. ubi ſup.* etiamſi decem aureos non valeant. *Gom. 26.*

2 Licet hac regula reſerventur Dignitates principales in Collegiatis, tamen propter regulam Pauli III. revocatoriam indultorum quoad beneficia inferioribus pertinentia cenſentur indulta in his quoque revocata. *Put. 41. de privileg.*

3 Reſervatio beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium, non tollit privilegium Marchionis Aſtoricen. *Put. 2. 3.*

REGULA IV.

COLLECTORUM.

1 Si non conſtat de acceptatione officii Subcollectoris non probatur reſervatio. *Aug. 3. 596. Put. 7. de præb.*

Regula V. *Curialium.*

REGULA VI.

CUBICULARIORUM, ET CURSORUM.

1 Hæc regula non comprehendit Cubicularios extra muros ex verbis Bullæ Leonis vetantis, ut qui extra numerum ſunt appellentur Cubicularii. *Put. 37. de præbend. Mohed. 90.*

Regula VII. *Beneficiorum Sancti Petri, Sancti Joannis, & Sanctæ Mariæ, & Cardinalium abſentium.*

Regula VIII. *Rationi congruit.*

Regula IX. *Eccleſia vacante tempore obitus prædeceſſoris reſervata, & alia affecta.*

REGULA X.

REVOCATIO EXPECTATIVARUM &c. ET FACULTATUM NOMINANDI.

1 Regula revocatoria gratiarum non comprehendit regreſſum, neque creationem in

in Canonicum factam a Capitulo confirmatam a Papa. *Gom. reg.* 281. *Aug.* 3. 305. *Put.* 33. *de conceſſ. præb.*

2 Hæc regula non comprehendit beneficia, quæ ante eam vacabant. *Mobed.* 56.

3 Regula revocatoria facultatum nominandi non revocat privilegium Marchionis nominandi, vel præſentandi &c. *Gomeſ. reg.* 298. *Mobed.* 350.

4 Revocatoria expectativarum, & conceſſionum non revocat alternativam. *Gom.* 2. 7.

REGULA XI.

REVOCATIONUM &c. UNIONUM &c.

1 HÆC regula revocat uniones omnes præter eas, quæ per Ordinarios fieri poſſunt; non revocat unionem parochialis factam per Ordinarium in erectione Dignitatis. *Creſc.* 216.

2 Non comprehendit uniones factas pro augendo cultu divino, ſeu pro dote neceſſaria beneficii. *Gom. in reg.* 295. *Mobed.* 145. *Fab.* 5. Idem in Collegio Scholarium. *Put.* 3. *de union.* de his fortaſſe. *Creſc.* 141. *Mobed.* 21.

3 Hæc regula revocat indultum uniendi etſi habeat clauſulam, quod habeat vim contractus. *Mobed.* 38.

4 Hæc regula revocat uniones Religionis Hieroſolymitanæ. *Put.* 1. *hoc tit.* & 5. *de union.*

5 Unio non dicitur ſortiri effectum, licet obitus illius evenerit per cujus obitum facienda erat, ſi fuit ſuſpenſa unio, vel illi derogatum. *Put.* 2. *hoc tit.*

6 Regula Leonis revocatoria unionum revocat etiam effectum ſortitas. Regula Xiſti loquitur de unionibus factis perſonis, non Collegiis, ſi capta eſt poſſeſſio uniti beneficii res amplius non eſt integra. *Put.* 2. *de union.*

Regula XII. *Revalidatoria literarum intra annum expeditarum.*

REGULA XIII.

REVOCATIO FACULTATUM, ET INDULTORUM IN ALIENA DIŒCESI, ET NUNCIORUM.

1 HÆC regula non revocat alternativas conceſſas Ordinariis. *Creſc.* 195. niſi quoad reſervata, & affecta ex nova additione. *A. A.*

Ragula XIV. *De dictionibus numeralibus extenſe ſcribendis.*

REGULA XV.

DE CONCURRENTIBUS SUPER EODEM BENEFICIO.

1 PRivilegium poſſeſſoris non competit poſſeſſori, qui impetrat per obitum; vel reſignationem ejus, qui concurrebat cum alio in data. *Caſſ.* 15. *de præb.* ſi vero duo concurrunt in data Apoſtolici, vel alter eorum habet ab Ordinario, & non tempore datæ, ſed poſtea alter eorum poſſidebat, ille præfertur. *Sim.* 3. *Gom.* 1. 32. *Mobed.* 122. Nec obſtat decretum irritans, nec clauſula Motus proprii. *Put.* 4. *de præb.*

2 Proviſio, quæ habet horam, præfertur, ut anterior. *Caſſ.* 20. *de præb. Gom.* 1. 33. *Creſc.* 169. Idem in die. *Aug.* 3. 34. etiamſi alius poſſidebat. *Gom.* 1. 33.

3 Si duo proviſi ſunt eodem die a Legato, & Capitulo, præfertur poſſeſſor. *Put.* 9. *de præbend.*

4 Si proviſus a Papa habet clauſulam, anteferri, & proviſus ab alio habet poſſeſſionem, præfertur poſſeſſor, ſecus ſi ambo haberent a Papa. *Put.* 48. *de præb.* non placet *A. A.*

5 Si de beneficio vacante in curia duo concurrant ſub eodem die, admittitur probatio anterioritatis per teſtes. *Put.* 2. *de probat.*

6 Habens clauſulam, anteferri, præfertur presbytero legitimo. *Peregr.* 6.

REGULA XVI.

DE NON TOLLENDO JURE QUÆSITO.

CAPUT I.

Eſt locus Regulæ.

1 REgula procedit tantum in gratiis lite pendente impetratis. *Caſſ.* 39. *ſuper reg. Creſc.* 147. *Gom. in reg.* 13. olim, ſed hodie in omnibus *A. A.* quando tertius pendente lite inter duos impetrabat jus, & illud cedebat in colligantem, non erat locus regulæ, hodie eſt. *Gom. in reg.* 24.

2 Quando mandatur caſſari gratia in regiſtro, tollitur jus quæſitum. *Gom. in reg.* 20. niſi ſit antequam parti detur. *Gom. in reg.* 29.

3 Quando tollitur poſſeſſio, dicitur tolli jus quæſitum. *Gom. in reg.* 18. & 19.

4 Si tollantur exceptiones peremptoriæ, vel ad longum tempus dilatoriæ, eſt locus regulæ. *Gom. in reg.* 21.

5 Regula habet locum contra commiſſionem, quod præfigatur terminus ad probandum numerationem pecuniæ habenti obligationem in forma Cameræ. *Gom. in reg.* 22.

6 Si derogetur Statutis confirmatis alicujus Eccleſiæ, eſt locus regulæ. *Gom. in reg.* 26. *Put.* 4. *hoc tit.* ſecus ſi derogetur Statutis Capitoli. *Put.* 6. *hoc tit.*

7 Si Papa confert beneficium cum derogatione privilegiorum Capituli, & Fabricæ, reſervata tertio penſione ſuper fructibus, dicitur tollere jus quæſitum Capitulo de habendis fructibus primi anni. *Mobed.* 82.

8 Jus quæſitum per verba narrativa verificata non poteſt tolli per commiſſionem. *Gom. in reg.* 28.

9 Dominium non tollitur, ſed jus quæſitum per ſententiam poteſt tolli per ſupremam Principem. *Mobed.* 43.

10 Eſt locus regulæ de jure quæſito ſi Doctor ſe opponit ad Canonicatum doctoralem, & alius impetret novam proviſionem. *Put.* 1. *hoc tit. vid. Mobed.* 22.

11 Jus quæſitum dicitur, ſi Capitulum tantum provideat, quod ad Capitulum, & Epiſcopum pertinebat. *Put.* 2. *hoc tit.*

12 Si proximior eſt præſentandus, & inſtituendus dicitur habere jus conſiderabile. *Put.* 3. *hoc tit. vid. Creſc.* 206.

CAPUT II.

Non eſt locus Regulæ.

1 Non dicitur tolli jus quæſitum conſiderabile ſi diſponatur de beneficio juriſpatronatus, ad quod debeat præſentari aliquis de genere, &

non

Digitized by Google

non erat, niſi unus, ſed non fuit præſentatus. *Creſc.* 206.

2 Oppoſitio filii patrimonialis non dat jus conſiderabile, niſi ex conſtitutione. *Caſ.* 15. *de præb. Gom. in reg.* 10.

3 Oppoſitio ad Canonicatum doctoralem ſine admiſſione Capituli non eſt jus conſiderabile. *Mohed.* 22. *vid. Pur.* 1.

4 Papa, & Pœnitentiaria poſſunt tollere jus quæſitum propter perjurium. *Gom. in reg.* 14.

5 Per abſolutionem a juramento, & perjurio commiſſam parte citata, ſi probetur enormiſſima læſio non tollitur jus quæſitum. *Gom. in reg.* 25.

6 Regula non procedit quando tollitur jus dubium, & conditionale. *Gom. in reg.* 15.

7 Papa diſmembrando Caſtrum unitum alicui dignitati, & uniendo Capitulo ſine conſenſu ſubditorum, non tollit jus quæſitum. *Gom. in reg.* 266. *Jo. P.* 81.

8 Regula non obſtat privilegio conceſſo favore Reipublicæ, per quod infertur magnum præjudicium alicui. *Gom.* 2. 53.

9 Non eſt præjudicium conſiderabile, quod plures dent vota in Capitulo. *Put.* 5. *hoc tit.*

REGULA XVII.

CANONICI IN XIV. IN CATHEDRALIBUS, ET IN X. IN COLLEGIATIS.

1 HÆC regula habet locum etiam in Ordinariis extra curiam. *Gom. in reg.* 262. *Fab.* 8. *Put.* 4. *ſuper reg.*

2 Annus inceptus in caſu hujus regulæ non habetur pro completo. *Ægid.* 727. *vid.* ...... 26. *de reſcript. alias* 324.

3 Qui narrat ſe eſſe in 13. vel 14. & petit Canonicatum, & Theſaurariam, & quoad dignitatem petit ſecum diſpenſari, non eſt diſpenſatus quoad Canonicatum ſtante hac regula. *Ægid.* 728.

4 De jure communi minor 14. poteſt obtinere Canonicatum, in Cathedrali non...... *reg. in antiq.* 1. *de ætat. & qual. in alias* 204.

5 Simplex officium in Cathedralibus major 14. minor 15. poteſt obtinere, non vero cum adminiſtratione. 2. *de ætat. & qualit. alias* 275. *Ant.*

6 Hæc regula fuit ordinata a Gregorio XI. .... 26. *de reſcr. non alias* 324.

REGULA XVIII.

DE INFIRMIS RESIGNANTIBUS, ET INTRA XX. DIES A CONSENSU DECEDENTIBUS.

1 REgula habet locum etiam extra curiam contra proviſos ab Ordinariis, & ab aliis. *Caſſ.* 31. *ſuper reg. Creſc.* 61. *Jo. P.* 12. *contr. Gom. in reg.* 29.

2 Facultas derogandi regulis editis, & edendis non comprehendit hanc regulam. *Gom. in reg.* 7. 48. *Put.* 2. *hoc tit.*

3 Regula habet locum in beneficiis juriſpatronatus. *Gom. in reg.* 35.

4 Regula procedit in cedente literis non confectis. *Gom. in reg.* 36.

5 Habet locum in gravi, & levi infirmitate. *Gom. in reg.* 40.

6 Non habet locum, ſi infirmus levi infirmitate moriatur alia gravi ſua vel medicorum culpa. *Gom. in reg.* 30.

7 Præſumitur mori ex eadem infirmitate. *Gom. in reg.* 31.

8 Regula non procedit in beneficio permutato. *Gom. in reg.* 37. Imo procedit. *Put.* 3. *hoc tit.*

9 Regula non procedit in translatione penſionis. *Gom. in reg.* 34.

10 Infirmitas in caſu regulæ debet plene probari. *Gom. in reg.* 46.

11 Tempus 20. dierum computatur de momento ad momentum propter dictionem A. *Gom. in reg.* 47.

12 Sive ſanus, ſive infirmus ſit tempore datæ, ſi a tempore conſenſus 20. dies non ſupervixerit, eſt locus regulæ: idem eſt ſi dederit mandatum ad conſentiendum porrectæ ſupplicationi, & non ſupervixit dies 20. (præſertim ſi procurator non accepit mandatum in vita. *Aug.* 3. 174.

13 Si eſt derogatum huic regulæ, licet caſus evenerit, non efficitur ſubreptitia gratia non faciens mentionem indulti, vel familiaritatis Cardinalis. *Caſſ.* 16. *de præb.*

14 An habeat locum in ceſſione Commendæ. *Caſ.* 32. *ſuper reg.* habet locum. *Peregr.* 100.

15 Legatus ſolitus derogare huic regulæ propter conſuetudinem interpretativam ſuarum facultatum poteſt illi derogare. *Put.* 1. *hoc tit. Peregr.* 11.

REGULA XIX.

PROVISUS DE PAROCHIALI INTELLIGAT, ET LOQUATUR DE IDIOMATE.

1 HÆC regula habet locum in Commenda. *Gomeſ. in reg.* 51. 275. *contr. Creſcent.* 60.

2 Loquens hodie recte præſumitur loquutus antea recte. *Gom. in reg.* 54.

3 Commenda facta Referendario non intelligenti idioma valet propter derogationem hujus regulæ in privilegiis Referendariorum, quæ habent locum in favorem futurorum. *Pur.* 14. *de privileg.*

REGULA XX.

DE IMPETRANTIBUS PER OBITUM BENEFICIA VIVENTIUM.

1 REgula procedit, licet quis alleget habuiſſe literas de partibus, dicebatur, illum eſſe mortuum, niſi probet fuiſſe publicam vocem, & famam de obitu. *Gom. in reg.* 55. 277.

REGULA XXI. *De valor. exprim. in union.*

REGULA XXII. *De mendicantibus tranſeuntibus ad alios ordines.*

REGULA NOVA. *De male promot. aut ordinatis.*

REGULA XXIII. *Libra Turonen. eſt florenus auri.*

REGULA XXIV. *De vacant. per promotionem.*

REGULA XXV.

DE NON JUDICANDO JUXTA FORMAM SUPPLICATIONUM.

Digitized by Google

1 HÆC regula non habet locum extra curiam *Gom. in reg.* 58.
2 Supplicatio propria ſufficit ad abſolutoriam. *Gom. in reg.* 60. Juris alieni non ſufficit. *Creſc.* 70. *Gom. in reg.* 56.
3 Non eſt locus regulæ ſi producatur ſupplicatio ad adjuvandum aliquam qualitatem primæ gratiæ, quam petit canonizari. *Gom. in reg.* 68.
4 Regula procedit contra præſentatum petentem canonizari ſupplicationem novæ proviſionis. *Gom. in reg.* 64.

De expeditione literarum. *lib.* 1. *tit. de fid. inſtr. cap.* 5.

5 Regula non habet locum contra producentem ſupplicationem pro titulo colorato in ſpolio. *Caſſ.* 9. *de reſt. ſpol.* Neque regula 29. *Caſſ.* 1. *ſuper reg.*
6 Licet actor obtinuerit canonizatoriam ſuarum literarum, reus poteſt obtinere abſolutoriam vigore ſupplicationis, licet fuerit datum de hac regula. *Caſſ.* 2. *de ſent. & re jud.*
7 Tempus congruum debet expectari poſt quam eſt datum de hac regula ad expediendum. *Peregr.* 224.

REGULA XXVI.
DE REGULIS IN FORMA PRODUCENDIS.

1 SEntentia valet contra regulam, ſi regula non eſt producta. *Gom. in reg.* 115.

REGULA XXVII.
DE SUBROGANDIS COLLITIGANTIBUS, ET DE CAPTANTIBUS SUBROGATIONES.

1 REgula habet locum in beneficiis juriſpatronatus. *Gom. in reg.* 84.
2 Non habet locum ſi lis ſit mota per procuratorem aſſertum, & ratificetur poſt obitum. *Gom. in reg.* 79. 152. *Caſſ.* 4. *in reg.*
3 Non habet locum quando agitur ad privationem ob non ſolutionem penſionum. *Gom. in reg.* 81. Imo eſt locus regulæ. *Aug.* 3. 25. Sed dubitaverunt. *Idem* 3. 64.
4 Exceptio regulæ, dummodo intruſus non ſit, non procedit in eo, qui eſt ingreſſus poſſeſſionem vigore exequutorialium. *Gom. in reg.* 80.
5 Regula non procedit in eo qui ſcivit cauſam fuiſſe contra eum commiſſam, & moritur. *Gom. in reg.* 285.
6 Menſis incipit a die impetrationis non collitigantis. *Put.* 1. *hoc tit.*

REGULA XXVIII.
DE VERISIMILI NOTITIA OBITUS.

1 HAbet locum extra Curiam. *Gomeſ. in reg.* 289.
2 Regula procedit etiam ſi quis impetret per reſignationem, cum clauſula, quovis modo. *Gom. in reg.* 86. *Caſſ.* 29. *ſuper reg.*
3 Habet etiam locum in beneficio commendato vacante. *Gom. in reg.* 87. *vide Caſſad.* 30. *ſuper reg.*
4 Non habet locum in præſentante. *Gom. in reg.* 290. *Put.* 3. *hoc tit.* neque in acceptante, & ſimilibus. *Mohed.* 316. *Aug.* 3. 719.
5 Tempus regulæ conſideratur terræ marenæ; ut magis communiter accidit. *Gom. in reg.* 88. Immo ſi raro accidit *A. A.*
6 Proviſio facta eodem die obitus cum derogatione regulæ, valet. *Sim.* 23. *Caſſ.* 21. *de præb.* etiamſi probaretur obitus hora 24. *Creſcent.* 116. Immo hora mediæ noctis, aut paulo ante *A. A.*
7 Si quis impetrat per obitum, & vacat per reſignationem, non eſt locus regulæ; ſi vero per reſignationem impetrat, & vacat per obitum, eſt locus. *Caſſ.* 29. *ſuper reg.* dubito *A. A.*
8 Non habet locum in nova proviſione vigore gratiæ expectativæ. *Put.* 1. *hoc tit.*
9 Non habet locum in gratia ſi neutri, vel ſubrogationis. *Put.* 2. *hoc tit.*

REGULA XXIX.
COMMISSIONES NON VALEANT LITERIS NON EXPEDITIS.

1 HAbet locum etiam cum proceditur exequutive, puta, ſuper beneficiis vacantibus in Curia. *Aug.* 1. 2. 3. 103. 1. 338. *contr.*
2 Quando in commiſſione non eſt derogatio hujus regulæ, literæ quandocumque productæ præſumuntur eſſe expeditæ in tempore debito. *Caſſ.* 3. *in reg. Gom. in reg.* 65.
3 Menſis poſitus in literis manu Reſcribendarii ſufficit, ut præſumantur expeditæ ante commiſſionem. *Caſſ.* 4. *ſuper reg.* niſi conſtet poſtea fuiſſe in plumbo. *Gom. in reg.* 67. quando ſunt in plumbo, cenſentur expeditæ. *Idem* 57. *in reg.*
4 Expeditio in tempore probatur per fidem Reſcribendarii, & ſociorum, ac Summiſtæ, & aliorum officialium ſaltim, ut transferatur onus probandi. *Mohed.* 141.
5 Literæ non probantur eſſe expeditæ per obligationem de ſolvendo annatam, licet probetur, quod communiter, quando fiunt tales obligationes, literæ ſunt expeditæ. *Mohed.* 305.
6 Commiſſio, literis non expeditis, facit litem contra actorem impetrantem citationem. *Gom. in reg.* 70. & contra ſubrogatum in ejus locum gratioſe. *Aug.* 3. 390. & reus poteſt habere abſolutoriam. *Caſ.* 2. *ſuper reg.*
7 Si derogatur huic regulæ, cum clauſula ſolita, dummodo ante terminum ad articulandum expediantur, & interim non ſit lis &c. literæ præſumuntur expeditæ ante terminum ſi ſunt productæ ante ſententiam. *Creſc.* 112. Imo onus probandi ei incumbit. *Caſ.* 3. & 4. *in reg.*
8 Si die decima ſervetur terminus ad articulandum, & decimatertia producantur literæ, ſatisfit conditioni commiſſionis. *Creſcent.* 128. quia literæ non expediuntur tam brevi tempore. *A. A.*
9 Si terminus non bene ſervetur, durat tempus expeditionis literarum. *Gom. in reg.* 69. *Aug.* 3. 113. & 2. 468. *contr.*
10 Terminus ad articulandum ſervatur bene cum dies termini computatur in termino. *Jo. Pau.* 7.
11 Qualeſcumque literæ ſufficiunt, ut non ſit locus regulæ. Item regula non habet locum in commiſſione dependenti. *Aug.* 3. 116. Intellige, ſi actor committat literis non expeditis non eſt

eſt locus regulæ, ſed ſi omnes laborarent eodem morbo regula obtineret. *A. A.*

12 Literæ in forma Brevis ſufficiunt. *Aug.* 3. 183.

13 Poſtquam eſt datum de regula, eſt expectandum tempus congruum ad expediendum literas ſuper ſupplicatione relevanti producta. *Aug.* 228.

14 Non habet locum regula in ſpolio. *Caſſ.* 1. *ſuper reg.* Neque *reg.* 25. *Caſſ.* 8. *de reſt. ſpol.*

15 Poteſt præfigi terminus ſubrogato in locum committentis cauſam de cujus ſupplicatione conſtat, ut producat literas, alias declaretur lis nulla. *Caſſ.* 5. *ſuper reg.*

16 Lis mota literis non expeditis non tollit privilegium regulæ de triennali. *Gomeſ. in reg.* 330. nec regulæ de annali. *Creſc.* 73. *in fin.*

17 Eſt locus regulæ, licet quis expediat gratiam ſi neutri, & perinde valere poſt commiſſionem impetratam literis non expeditis, ſi petat canonizari ſuas literas poſt commiſſionem expeditas, ſecus ſi petat canonizari ſi neutri. *Put.* 24. *de jud.*

18 Si committatur cum derogatione regulæ, dummodo ante terminum, & interim non ſit lis, ſi reus, & poſſeſſor citatus decedat ante expeditionem literarum, non valet ſententia contra intereſſe putantes, neque ſit beneficium litigioſum. *Aug.* 460. *contr.*

19 Bullæ expeditæ ſub forma Rationi congruit ſub data anni primi, quæ quocumque tempore conceduntur, non oſtendunt expeditionem fuiſſe ante obitum citati. *Aug.* 2. 471. *contr.*

20 Mortuo actore, qui impetravit commiſſionem cum ſolita clauſula derogandi huic regulæ poteſt ſubrogatus in ejus locum proſequi cauſam contra citatos ab actore, & expeditis ſuis literis ſervare terminum ad articulandum. *Put.* 2. *hoc tit.*

21 Nulla ſunt attentata facta poſt inhibitionem contra formam regulæ, quia ſi non eſt lis, neque attentata. *Put.* 14. *hoc tit.*

REGULA XXX.

DE VACANTIBUS PER OBITUM FAMILIARIUM CARDINALIUM.

1 Regula procedit ſi gratia ſit motu proprio. *Gom. in reg.* 89. *Idem* 2. 46.

2 Etiamſi beneficia ſint reſervata realiter, ut majores Dignitates. *Gom. in reg.* 103. ſecus ſi perſonaliter, ut familiarium Papæ, vel Prothonotariorum. *Gom. in reg.* 104. *Caſſ.* 9. *de præb.* etiamſi Papa ſit mortuus. *Caſſ.* 23. *de præb.*

3 Regula comprehendit ſolum continuos commenſales. *Gom. in reg.* 98. *Aug.* 778.

4 Non habet locum in mandato de providendo reſervatione, expectativa, regreſſu. *Gom. in reg.* 90. licet dubitet. *Gom. in reg.* 2. 45.

5 Non procedit in litigioſis, etſi gratia ſi neutri eſſet impetrata pro futura lite. *Gom. in reg.* 93.

6 Familiaris Auditoris Rotæ aſſociantis Cardinalem Legatum non dicitur familiaris illius Cardinalis. *Creſc.* 526.

7 Commenſalis dicitur ille, qui fuit receptus in Caſtello tempore direptionis, & comediſſet, ſi fuiſſet tinellus. *Creſc.* 225.

8 Familiaris Cardinalis etiam dicitur ejus Magiſter habens panem, & vinum. *Gom. in reg.* 501. *vid. Peregr.* 54.

9 Conſenſus Cardinalis poteſt quandocumque præſtari antequam detur de regula. *Gom. in reg.* 94. etiam poſt *A. A.*

10 Regulæ eſt ſatisfactum ſi Cardinalis vidit, & apoſtillavit ſupplicationem, niſi conſenſus in Camera, vel Cancellaria requiratur. *Gom. in reg.* 96. Imo talis requiritur. *Put.* 1. *hoc tit.*

11 Gratia de vacaturo etiam ad quomodocunque & qualitercunque reſervata de conſenſu Cardinalis Legati non capit beneficium, quod vacat per obitum familiaris illius Cardinalis. *Creſcent.* 144.

12 Cardinalis præſtitit conſenſum de primo vacaturo in ſua diœceſi, & ſi vacaverit per obitum ſui familiaris non requiritur alius conſenſus. *Gom. in reg.* 108.

13 Quando Cardinalis habet indultum præſentialitatis requiritur quod ipſe, vel ejus Vicarius conſentiant. *Gom. in reg.* 109. *Put.* 1. *hoc tit.*

14 Nomen, & cognomen, & titulus Cardinalis abſentis ſunt exprimenda. *Gom. in reg.* 105.

15 Si familiaris Cardinalis reſignat in manibus Papæ cum derogatione regulæ de infirmis, non tenetur ſervare formam hujus regulæ. Idem de reſignatione ejus, qui habet beneficium ſub indulto Cardinalis. *Caſſ.* 16. *de præb.*

16 Reſervatio beneficiorum familiarium Cardinalium non habet tale decretum, quod inficiat poſſeſſionem, & obſtet agenti ſpolio. *Put.* 27. *de præb. Peregr.* 99.

17 Si familiaris Cardinalis reſignat reſervato regreſſu cum non eſt familiaris, & poſtea moritur, non eſt locus regulæ. *Put.* 47. *de præb.*

REGULA XXXI.

SIGNATURA PER FIAT PRÆFERTUR ILLI, PER CONCESSUM.

1 Signatura per conceſſum in ſpecie ſuper certo corpore beneficii præfertur ſignaturæ per Fiat in genere. *Mohed.* 61. *alias* 60.

2 Hæc regula habet locum etiam ſi motu proprio ſit ſignata ſupplicatio per conceſſum, & in favorem poſſeſſoris. *Caſſ.* 14. *de præb.*

REGULA XXXII.

DE ANNALI

CAPUT I.

Eſt locus Regulæ.

1 Regula habet locum in quacumque impetratione, ſive per obitum, ſive per reſignationem, ſive alio certo modo vacet. *Caſſ.* 55. *ſuper reg. Creſc.* 35. *Gom. in reg.* 133. *Mohed.* 106.

2 Habet locum in gratia ſi neutri. *Gom. in reg.* 527.

3 Item in quibuſcumque impetrationibus, & ceſſionibus, & ceſſionarius tenetur ſervare regulam, & poteſt dare de regula. *Gom. in reg.* 132.

4 Regula capit beneficia juriſpatronatus, ſi impetrantur a Papa, etiam de conſenſu patronorum. *Gom. in reg.* 126. Si vero obtinetur inſtitutio, vel confirmatio præſentationis non eſt locus. *Jo. Pau.* 40. *Mohed.* 267.

5 Eſt locus regulæ, licet quis ſecundam gratiam obti-

obtineat cum derogatione regulæ in præjudicium ejus, qui medio tempore impetravit, licet non dederit de regula, quia quandocumque dari po eſt. *Jo. Pau.* 75.

6 Si in reſignatione non eſt ſervata forma regulæ, & lite pendente reſignatarius obtineat gratiam ſi neutri cum derogatione regulæ, jus remanet penes reſignantem conditionaliter, præſertim ſtantibus aliis reſervationibus. *Jo. Pau.* 100. *vid. Put. S. de renunc.*

7 Impetrans tenetur exprimere quotannis alius poſſidet, nec ſufficit dicere pluribus, alias eſt locus huic regulæ. *Mohed.* 300. *contr. Gom.* 4. 38. qui dicit, multo tempore, cenſetur dicere annalem. *Put.* 3. *hoc tit.* non placet *A. A.*

8 Regula habet locum, licet poſſeſſoris titulus oſtendatur. *Creſc.* 34.

9 Regula procedit, licet intra annum fuerit citatus nulliter. *Creſc.* 78.

10 Regula procedit contra eum, qui ante annum ſpoliavit, ne poſſet dare de regula. *Gom. in reg.* 121.

11 Privatus ob aſſecutionem alterius, vel promotionem ad Epiſcopatum, poteſt dare de regula. *Gom. in reg.* 155.

12 Si reſignans remanet in poſſeſſione, & reſignatarius reſignet in tertium, contra tertium poterit dari de regula. *Gom. in reg.* 156. 159. Item contra impetrantem per obitum reſignatarii. *Gom. in reg.* 157. Reſignans tamen contra reſignatarium non poteſt dare. *Id.* 156.

13 Illegitimus de cujus clericatu, Ordinibus, & diſpenſatione non conſtat, poteſt dare de regula. *Gom. in reg.* 160.

14 Reſervatarius loci, ſtalli, & fructuum poteſt dare de regula. *Gom. in reg.* 162.

15 Supplicator non violentus gaudet privilegio regulæ. *Gom. in reg.* 164.

16 Si A. litiget cum B. & C. & cedit in B. qui poſſideat per annum, poterit dare de regula niſi habeat ſurrogationem gratioſam litis inter A. & C. *Gom. in reg.* 179. (non placet) Jus enim A. litigioſum eſt cum C. *A. A.*

17 Regula defendit eum, qui beneficium, ut unitum poſſidet contra impugnantem unionem ex alia proviſione. *Caſſ.* 13. *ſuper reg.*

CAPUT II.

Non eſt locus Regulæ.

1 Non habet locum extra Curiam in impetrationibus Ordinariorum, vel Nuntiorum. *Gom. in reg.* 118. *Jo. P.* 11.

2 Non habet locum in Monaſterio, cui providetur, ſecus ſi impetretur. *Gom. in reg.* 120.

3 Non eſt locus ſi quis petat in forma juris aliquem privari. *Gom. in reg.* 135. *vid. Caſſ.* 14. *ſuper reg.*

4 Non dat de regula privatus ob non ſolutionem. *Gom. in reg.* 154.

5 Qui mortuo actore obtinuit ſententiam contra intereſſe putantes, & poſſedit anno, non poteſt dare de regula contra obtinentem ſe ſubrogari gratioſe in jus actoris. *Gom. in reg.* 168.

6 Si ſubrogatus gratioſe cedat literis non expeditis in alium, qui expediat ſuam, & illius ſubrogationem gratioſam, non erit locus regulæ, tamen poteſt in præjudicium poſſeſſoris declarare formam expediendi ſui prædeceſſoris, niſi conſtet aliis probationibus antequam ſit ceſſum. *Gom. in reg.* 169. Imo poteſt omni meliori modo. *A. A.*

7 Qui non ſunt pacifici contra omnes non gaudent beneficio regulæ. *Jo. P.* 59. *Mohed.* 240.

8 Poſſidens per annum beneficium litigioſum cum prædeceſſore, ſed ipſe nunquam eſt citatus, neque ſubrogatus gratioſe, non poteſt dare de regula. *Mohed.* 240. quia vitium eſt reale. *A. A.*

9 Non eſt locus regulæ in Præceptoriis Hieroſolymitanis, quæ ſunt ad nutum amovibiles. *Mohed.* 170. 169.

10 Impetratio motu proprio facta non ſubjacet regulæ. *Aug.* 3. 196.

CAPUT III.

De poſſeſſione pacifica.

1 Lis ſuper poſſeſſorio impedit pacificam poſſeſſionem. *Gom. in reg.* 137.

2 Poſſeſſio pacifica interrumpitur ſi moleſtetur ſuper poſſeſſione, & fructibus. *Gom. in reg.* 145. 140.

3 Per ſententiam, & rem judicatam pro poſſeſſore ipſe efficitur pacificus. *Gom.* 14. & *in reg.* 138.

4 Poſſeſſio pacifica interrumpitur per citationem valide decretam, & nulliter executam, ſi probetur ſcientia, ſecus ſi nulliter eſt decreta, & bene executa. *Gom. in reg.* 139. *vid. Creſcent.* 73.

5 Commiſſio, & citatio obtenta per aſſertum intra annum, & ratificata poſt annum non impedit pacificam poſſeſſionem. *Gom. in reg.* 150.

6 Si tempore impetrationis poſſeſſio eſt pacifica, licet poſtea fiat litigioſa, eſt locus regulæ. *Gom. in reg.* 152.

7 Cetera *vid. in reg.* 33. *c.* 3.

CAPUT IV.

De Citatione intra ſex menſes.

1 Minor eſt citandus intra ſex menſes ad comparendum legitime. *Creſc.* 182.

2 Si poſſeſſor intra ſex menſes ultro ſe offerat, aut cauſam committi faciat, ſufficit. *Creſc.* 222.

3 Si poſſeſſoris nomine fuit per aſſertum procuratorem impetrata commiſſio intra ſex menſes, & poſt ſex ratificatis actis conſtituatur idem procurator, poſſeſſor utitur regula, ſecus ſi fateatur commiſſam eſſe cauſam de ejus mandato. *Creſc.* 230.

4 Si poſſeſſor citet impetrantem intra ſex menſes eſt ſatisfactum regulæ. *Gom. in reg.* 165.

5 Lis ſuper petitorio, non ſuper poſſeſſorio eſt movenda. *Gom. in reg.* 166.

6 Principalis, vel procurator eſt citandus etiam nulliter, nec ſufficit datam mandati eſſe intra tempus. *Mohed.* 191. *Put.* 5. *hoc tit.*

7 Si intra ſex menſes poſſeſſor cedat, vel decedat, non eſt locus regulæ. *Caſſ.* 16. *ſuper reg.*

CAPUT V.

Intra annum cauſa eſt expedienda.

1 Sententia intra annum in poſſeſſorio non ſuffragatur. *Creſc.* 238.

2 Pe-

2 Petitorium ſuſpenſum per adverſarium dat excuſationem etiam ſi ſuccumbat in eo. *Creſc.* 242. neque per commiſſionem ſolam ſuper ſpolio cenſetur eſſe ſuſpenſum. *Gam. in reg.* 172.

3 Impeditus facto Judicis non tenetur proteſtari. *Creſc.* 235.

4 Aut fiat proteſtatio, aut probetur impedimentum Judicis. *Gom. in reg.* 175.

5 Sufficit probare impedimentum, neque requiritur proteſtatio. *Gom. in reg.* 174.

6 Si fuit facta diligentia de expediendo cauſam intra annum coram Judice, & Judex noluit, excuſatur etiam aliis annis. *Creſc.* 239.

7 Impeditus ab Ordinario ne cauſa expediatur intra tempus regulæ excuſatur, ſed tutius eſt proteſtari. *Gom. in reg.* 193. *Peregr.* 88.

8 Si intra annum regulæ moriatur poſſeſſor non tenetur impetrans proſequi contra ſubrogatum. *Gom. in reg.* 167. vel ſi cedat *Caſſ.* 17. *ſuper reg.* niſi remanſerit in poſſeſſione. *Put.* 6. *hoc tit.* Idem ſi decedat intra annum impetrans. *Caſſ.* 17. *ſuper reg.*

9 Annus computatur a die executæ citationis, vel producti mandati. *Gom. in reg.* 305. vel a die litis inceptæ, vel a die, qua procurator fuerit citatus in Curia. *Put.* 5. *hoc tit.*

10 Feriarum tempora non ſubducuntur, niſi ſint inopinata. *Gam. in reg.* 171.

CAPUT VI.

De Decreto irritanti.

1 Regula poteſt opponi in quacumque inſtantia. *Gom. in reg.* 197. *Caſſ.* 12. *ſuper reg.* & inficit omnia præcedentia, etſi poſt rem judicatam detur de ea. *Id. Caſſ.* & ſi fuerit præfixus terminus ad docendum de nullitare. *Put.* 17. *de dilat.*

2 Etiam poſt executoriales, & ſequeſtrum innovatum, quia annullat impetrationem cum inde ſequutis. *Gom. in reg.* 116. *Ja. P.* 53.

3 Violans ſequeſtrum nullum propter regulam hanc amittit jus ſuum. *Gom. in reg.* 117.

4 Verba regulæ, & quæcumque inde ſecuta, non inficiunt novas proviſiones. *Gom. in reg.* 175. neque acceſſus, & regreſſus. *Ibid.* 176.

5 Ultima clauſula refertur ad omnia, & ſine ſententia declaratoria ſi quis incidit in partem aliquam regulæ, beneficium non eſt litigioſum. *Jo. P.* 79. *contr. Gom.* 9. 82.

6 Quando regula non ſervatur extinguitur lis, & Ordinarius poteſt providere. *Put.* 2. *de ann.* & 12. *ut lit. pend.*

7 Poteſt opponi de regula, licet fuerit datus terminus ad docendum de nullitatibus. *Put.* 4. *de annal.*

CAPUT VII.

Communia Regulæ de annali.

1 Prima pars regulæ, cui ſolet derogari, eſt de nomine, & cognomine poſſeſſoris. Secunda cui non ſolet derogari, ut intra ſex menſes citatio. Tertia ut intra annum cauſam expediat. *Aug.* 3. 780.

2 Utrum hæreticus, vel ejus ſucceſſor poſſit dare de regula contra impetrantem. *Caſſ.* 14. *ſuper reg.*

3 Materia eſt realis. *Caſſ.* 16. *ſuper reg.*

4 Derogatio de annali intelligitur quoad primam partem. *Put.* 3. *hoc tit.* niſi dicatur in 19ium *A. A.*

5 Si quis reſignet in favorem certæ perſonæ non ſervata forma hujus regulæ, reſignatarius nihil capit, etſi poſtea obtineat gratiam ſi neutri, vel novam proviſionem cum d rogatione hujus regulæ. *Put.* 8. *de renunc.* niſi ſupplicatione bene expedita literæ fuerint ſubreptitiæ, vel non fuerit proſequutus formam regulæ *Id.* 9. *eod.*

REGULA XXXIII.

DE TRIENNALI.

CAPUT I.

Eſt locus Regulæ.

1 Regula ſuffragatur poſſeſſori malæ fidei. *Creſc.* 236. *Gom. in reg.* 224.

2 Item in illegitimo. *Gom. in reg.* 198. *Id.* 2. 399.

3 Execrabilis defenditur regula, præſertim ſi triennio utrumque beneficium curatum poſſedit, etſi non conſtet eſſe promotum, licet ſi urgerent probationes eum non eſſe intra annum non promotum, non defenderetur. *Gom. in reg.* 182. Si vere probatur. *Gom. in reg.* 201.

4 Tuetur poſſeſſorem tertium parochialium. *Gom. in reg.* 311.

5 Simoniacus ignorans defenditur regula. *Gom. in reg.* 188. non realis. *Ibid.* 185. niſi ſuperveniat titulus, & poſſideat triennio. *Ibid.* 191.

6 Habet locum in Commenda perpetua. *Gom. in reg.* 180. *Jo. P.* 80. *Mohed.* 247.

7 Defendit ſpoliatorem contra ſubrogatum in jus ſpoliati non facta mentione actionis ſpolii. *Gom. in reg.* 184. contra ſpoliatum vero, vel ejus ſubrogatum facta mentione, licet habeat rem judicatam ſuper ſpolio, non defenditur regula. *Gom. in reg.* 312. *Jo. P.* 82. dubito *A. A.*

8 Minor, qui tenuit beneficium curatum triennio ſine diſpenſatione, juvatur regula, quia præſumitur diſpenſatus, & non eſt caſus exceptus. *Gom. in reg.* 196.

9 Reſignans ex cauſa permutationis, quia remanſit in poſſeſſione per triennium, adverſus tertium non defenditur regula. *Gom. in reg.* 205.

10 Licet reſignans, vel ejus ſucceſſor probent poſt poſſeſſionem reſignatarii alium eſſe deputatum Rectorem, & alios actus feciſſe, Reſignatarius gaudet privilegio regulæ. *Gom. in reg.* 327.

11 Qui ingreſſus eſt poſſeſſionem lite pendente inter duos, gaudet privilegio regulæ. *Gom. in reg.* 223.

12 Decretum in certo corpore beneficii non inficit poſſeſſionem triennalem, & poſſeſſor utitur exceptione regulæ. *Gom. in reg.* 226. non *A. A.*

13 Decretum regulæ de valore non obſtat excipienti de hac regula. *Caſſ.* 11. *in reg. Gom. in reg.* 226. 326. *Mohed.* 67.

14 Si quis promiſit ſolvere penſionem cum regreſſu in eventum nullitatis penſionis, & fructus erant alii reſervati, licet penſio ſit nulla, tamen ſi poſſedit triennio utitur regula. *Mohed.* 67.

15 Regula excludit eum, qui venit per reſtitutionem in integrum, niſi metu fuerit impeditus. *Caſſ.* 2.

Caſſ. 2. de reſt. in integr. Gom. in reg. 328. vel alio impedimento probabili, ut eſt litigare per tres inſtantias ſuper fructuum liquidatione. *Put. 1. eod. tit.*

CAPUT II.

Non eſt locus Regulæ.

1 Non eſt locus regulæ, ſi poſſeſſor intra biennium reſignavit porrecta tantum ſupplicatione, & poſtea fuit præſtitus conſenſus. *Creſc. 36.*

2 Exceptio regulæ eſt perſonalis. *Caſſ.* 10. *ſuper reg.* ideo ſucceſſor opponere non poteſt. *Gom. in reg.* 192.

3 Etſi ſit ſubrogatus gratioſe in jus triennalis non opponit hanc exceptionem, niſi fuerit ei ſpecialiter conceſſum. *Gom. in reg.* 193. *Mohed.* 25. concedi enim debet. *A. A.*

4 Qui amiſit poſſeſſionem per rei judicatæ executionem ſi petat reſtitutionem in integrum, prout de jure, non admittitur ad exceptionem hanc. *Gom. in reg.* 207. niſi dolo procuratoris omiſerit allegare exceptionem, vel alio impedimento.

5 Non enim datur reſtitutio in integrum adverſus regulam de triennali. *Gom. in reg.* 928. Imo datur *A. A. vid. Caſſad. 2. de reſtit. in integr.*

6 Regula non comprehendit Hoſpitalia, niſi ſolita concedi in titulum beneficii. *Gom. in reg.* 308. *Mohed.* 343.

7 Non habet locum in beneficiis juriſpatronatus. *Gom. in reg.* 310. Imo habet *Ibid.* diſtinguendum arbitror, an poſſideat præſentatus a patrono, necne. *A. A.*

8 Si quis triennio poſſidet, ſed hodie non poſſidet, non utitur exceptione. *Gom. in reg.* 318. niſi lite pendente amiſerit. *A. A.*

9 In manualibus non eſt locus regulæ. *Gom. in reg.* 329. *Mohed.* 169. neque in Hoſpitalibus. *Put. 3. hoc tit.*

10 Regulæ non eſt locus ſi quis commiſit cauſam, & obtinuit citationem, etſi committat literis non expeditis. *Put. 2. hoc tit.* tam juris, quam facti moleſtia interrumpit poſſeſſionem. *Caſ. 6. ſuper reg.*

CAPUT III.

De Poſſeſſione pacifica.

1 Sufficit conſtare de citatione per mandatum adverſarii, in quo ſit confeſſio citati. *Creſc. 5.*

2 Licet poſſeſſor fateatur per literas ſe habuiſſe notitiam citationis decretæ contra eum ante completum triennium, non deſinit eſſe pacificus. *Gom. in reg.* 231.

3 Poſſeſſor pacificus dicitur, cui non movetur quæſtio judicialis, vel extrajudicialis ſuper beneficio. *Gom. in reg.* 229.

4 Poſſeſſio pacifica interrumpitur per appellationem extrajudicialem non proſequutam, & deſertam, ſed ſi poſt deſertionem triennio poſſediſſet utitur exceptione regulæ. *Gom. in reg.* 230. *Mohed.* 105.

5 Lis non dicitur pendere per extrajudicialem appellationem ſi cauſa non eſt commiſſa, ſi vero eſt commiſſa, licet poſtea deſeratur, eſt interrupta triennalis. *Mohed.* 104.

6 Si poſſeſſor faciat committi cauſam, licet non exequatur citationem intra decenniũ non dicitur pacificus. *Gom. in reg.* 232. *Caſſ. 6. ſuper reg.*

7 Si non potuit citari poſſeſſor propter bella, deducitur tempus belli. *Gom. in reg.* 234.

8 Cui fuit mota lis literis non confectis juvatur regula. *Gom. in reg.* 330.

9 Committens cauſam, nec faciens exequi citationem, non impedit, quin poſſeſſor fiat triennalis. *Mohed.* 16. Sed ſi ipſe erat poſſeſſor non utitur regula. *Caſ. 6. ſuper reg.*

10 Poſſeſſio pacifica interrupta ad inſtantiam unius prodeſt aliis. *Gom. in reg.* 203. *Jo. Pau.* 59.

11 Lis cum prædeceſſore nocet ſucceſſori, qui nunquam fuit in lite, niſi ſimus in ea parte regulæ antiquas lites penitus extinguentes. *Jo. Pau.* 59. *Mohed.* 240. in qua re tertius, & quartus intellectus. *Gom. in q. 6.* approbantur. *Gom. in reg.* 238.

Cetera vide *in reg.* 32. *cap.* 3.

12 Lis coram judice ſæculari ſuper ſpolio facit non pacificum poſſeſſorem. *Aug.* 3. 332.

13 Juris, & facti moleſtia interrumpit pacificam poſſeſſionem, licet effectus facti non duret, niſi durante facto. *Caſſ. 6. ſuper regul.*

14 Pupillus major infante non habens tutorem, ſi fuerit citatus, non utitur regula. *Put. 6. hoc tit.*

CAPUT IV.

De Titulo colorato.

1 Poſſidens domino præſumitur habere titulum, & utitur regula. *Caſſ. 8. ſuper reg. vide Abb.* 18. ſi poſt decennium poſſideat triennio. *Gomeſ. in reg.* 208. quod non placet *A. A.*

2 Qui habet titulum coloratum redactum ad non titulum, puta ad reſignationem ejus, qui nihil habebat, utitur exceptione regulæ. *Gom. in reg.* 320.

3 Proviſus de beneficio vacante in Curia, de qua re eſt facta mentio, licet ex alia cauſa titulus ſit nullus habet titulum coloratum. *Gom. in reg.* 321. *Caſſad. 9. ſuper reg.* ſecus ſi non fiat mentio. *Caſſad. ibid.*

4 Qui cum titulo nullo, vel ſubreptitio eſt ingreſſus poſſeſſionem, puta, in quo tacuit perceptionem malam fructuum, habet titulum coloratum. *Gom. in reg.* 324. *Put. 5. hoc tit.*

5 Reſignatio reſervata penſione libera, & exempta, ſi conſenſus reſignationis non eſt cum illa qualitate, non eſt titulus coloratus, niſi probetur pertinentia. *Jo. Pau.* 63. *Gom. in reg.* 210. *Put. 4. hoc tit.*

Cetera vide *ſub tit. de reſtit. ſpol. cap.* 3.

6 Nova proviſio eſt titulus coloratus, licet non conſtet de acceptatione. *Gom.* 2. 29.

7 Proviſio Capituli non eſt titulus coloratus, niſi probetur pertinentia collationis. *Gomeſ.* 2. 30.

8 Proviſus ab Ordinario de principali Dignitate in Collegiata poteſt dare de regula, non obſtante regula de triennali. *Caſſ. 7. ſuper reg. Gom. in reg.* 211.

CAPUT V.

De prorogatione Regulæ de triennali.

1 Prorogatio regulæ obtenta per unum ex colligantibus prodeſt venienti pro intereſſe. *Gom. in reg.* 202.

2 Si

2 Si non habens jus obtineat prorogationem, & cedat in habentem bonum jus, excluditur uterque. *Gomeſ. in reg.* 204. *Jo. Pau.* 42. *Mohed.* 58.

3 Si in prorogatione petita fuit narrata cauſa bellorum, quæ eſt falſa, eſt nulla prorogatio, quia ſolet concedi ſine cauſa. *Gom. in reg.* 235.

CAPUT VI.

Communia de Regula de triennali.

1 Stante regula nullus auditur in petitorio, neque in poſſeſſorio. *Gom. in reg.* 209. 235. præterquam in ſpolio. *Caſſ.* 5. *de reſt. ſpol.*

2 Poſſeſſio capta per amicum, ſi poſt biennium ratificetur, & continuetur per annum, non facit quem eſſe triennalem. *Gom. in reg.* 237. videndum an amicus vere, vel præſumptive præſervaverit. *A. A.*

3 Impetrationes factæ ante triennium annullantur. *Gom. in reg.* 315. ad effectum moleſtiæ tantum. *A. A.*

4 Secunda regula jus bonum nunquam permittit, & mortuo naturaliter, vel civiliter triennali contra ſucceſſorem poteſt procedi. *Gom. in reg.* 195. niſi obſtet allegatio Lapi. *A. A.*

REGULA XXXIV.

DE PUBLICANDIS RESIGNATIONIBUS.

CAPUT I.

Eſt locus Regulæ.

1 Regula comprehendit Cardinales. *Gom. in reg.* 335. *Mohed.* 143. *Put.* 2. *hoc tit.*

2 Regula habet locum in nominationibus. *Gom. in reg.* 333.

3 Item in gratiis expectativis. *Gom. in reg.* 261. Imo regula de publicandis accipit. *A. A.*

4 Regula procedit etiam ſi reſervet ſibi fructus, ſive ſit aliqua denominatio, & reſidentia, quæ non fuerit reſervata, ſive non ſit reſidentia. *Gom. in reg.* 249. ſi vero reſervetur etiam denominatio, & ſervitium, non ſubjacet regulæ. *Gomeſ. ibidem. Paul.* 3. contra *A. A.*

5 Olim non habebat locum ſi ex cauſa permutationis fieret reſignatio. *Put. 6. hoc tit. Gom. in reg.* 250. 331. *Aug.* 3. 704.

CAPUT II.

Non eſt locus Regulæ.

1 Si reſignatio eſt facta tempore unius Pontificis, obitus reſignantis tempore alterius, neutrius regulæ eſt locus. *Creſcent.* 146. *Gom. in reg.* 252. 353. *Jo. Paul.* 20. 36.

2 Si primus reſignatarius vivente reſignante poſſeſſore cedat, vel decedat, non eſt locus regulæ, quia ſecundus non tenetur publicare. *Creſc.* 227. *Gom. in reg.* 242.

3 Regula non procedit in ceſſione juris tantum. *Gom. in reg.* 260.

4 Non habet locum in reſignante ex cauſa permutationis. *Gom. in reg.* 250. 331. *Aug.* 3. 704. *Put. 6. hoc tit.*

5 Si reſignans moriatur civiliter non eſt locus regulæ. *Gom. in reg.* 259.

6 Si aliquod deſiit ex tribus requiſitis, non eſt locus regulæ, nam ſi eſt falſa publicatio, vel ſi non decedat in poſſeſſione reſignans, vel ſi cœpetit poſſeſſionem reſignatarius, & continuaverit per aliquot menſes, non eſt locus regulæ. *Aug.* 3. 213.

7 Si poſſeſſio capta eſt per reſignatarium, dicenti deceſſiſſe in poſſeſſione reſignantem incumbit onus probandi. *Aug.* 3. 235.

CAPUT III.

De Publicatione.

1 Publicationis tempus a die conſenſus numerandum. *Creſcent.* 226. ſed Pauli, & Julii III. tempore a die datæ. *Gom. in reg.* 254. ſed ſi conſenſus præſtatur poſt obitum valide, non eſt locus regulæ, nec huic extenſioni. *Put.* 5. *ſuper reg. & 7. Peregr.* 103. ſed in contrarium eſt declaratoria Paul. III. *A. A.*

2 Nova proviſio etiam nulla ſupplet diligentias publicationis. *Sim.* 24. 25. *Caſſ.* 22. *ſuper reg. Gom. in reg.* 142. 257.

3 Tempus datum ad publicandum non cenſetur datum ad petendam poſſeſſionem. *Gom. in reg.* 255.

4 Publicatio eſt facienda etſi populo ſit nota reſignatio. *Gom. in reg.* 258.

5 Si citatio eſt exequuta in valvis Eccleſiæ, de qua agitur, cum narrativa reſignationis, non habetur loco publicationis. *Gom. in reg.* 258.

6 Publicatio reſignationis in ſimplicibus ſitis in Eccleſia ubi divina adminiſtrantur, non eſt facienda coram notario, & teſtibus tantum. *Gom. in reg.* 333.

7 Adeptio poſſeſſionis cum continuatione aliquot menſium habet vim publicationis. *Gomeſ. in reg.* 334. non ſufficit litem movere ſuper poſſeſſione. *Aug.* 3. 397. nec capere, & deputare Capellanum. *Aug.* 3. 547. continuatio per menſem ſufficit. *Aug.* 3. 796.

8 Publicatio eſt facienda in loco beneficii. *Auguſt.* 3. 547.

REGULA XXXV.

DE NON APPELLANDO ANTE DIFFINITIVAM.

1 Huic regulæ renunciari non poteſt, quia concernit favorem publicum. *Gom. in reg.* 111.

2 Regula dum loquitur de commiſſionibus appellationum, non habet locum in mixtis una cum negotio principali. *Gom. in reg.* 105.

Regula XXXVI. *Commiſſioni poſt concluſionem non ſtetur, niſi ei derogetur.*

Regula XXXVII. *De literis ſuper amovibilibus ad nutum.*

Regula XXXVIII. *De clauſula commiſſionis reſignationis.*

Regula XXXIX. *De ſupplendis defectibus,*

Regula XL. *De derogatione Juriſpatronatus.*

Regula XLI. *De Commendis.*

Regula XLII. *De Reformationibus.*

REGULA XLIII.

DE CONSENSIBUS PRÆSTANDIS IN RESIGNATIONIBUS, ET PENSIONIBUS.

1 Verba Bullarum, ad id accedente expreſſo conſenſu, interpretantur ex ſtylo, ideſt, quia

quia acceſſit. *Peregr.* 73. ſecus in ſupplicatione *A. A.*

Regula XLIV. *De vacantibus per ingreſſum Religionis.*

Regula XLV. *De vacantibus per modum exprimendum.*

Regula XLVI. *De Exequutore nomine proprio nominando.*

Regula XLVII. *De diſpenſationibus in gradibus prohibitis.*

Regula XLVIII. *Super defectu natalium.*

Regula XLIX. *Super defectu ætatis.*

Regula L. *Super defectu natalium nobilium, & graduatorum.*

Regula LI. *De incompatibilibus.*

Regula LII. *De duabus parochialibus, & dignitatibus.*

REGULA LIII.

DISPENSATIO NON SUFFRAGETUR LITERIS NON EXPEDITIS.

1 Huic regulæ non ſubjacent diſpenſationes factæ ab inferioribus. *Gom. in reg.* 58.

2 Regula non habet locum ſi diſpenſatio fuit obtenta tempore factæ gratiæ beneficiorum incompatibilium, ſecus ſi ante, vel poſt obtineatur diſpenſatio. *Gom. in reg.* 61. *Caſſ.* 35. *ſuper reg. vid. Peregr.* 101.

3 Non dicitur execrabilis, qui habet diſpenſationem ſupplicationis, regula habet locum in diſpenſationibus, quæ per expeditores limitari ſolent. *Caſſ.* 36. *ſuper reg.*

4 Si fuit expreſſus defectus, & Papa concedit gratiam, videtur diſpenſare non obſtante hac regula. *Put.* 15. *de diſp.* dubito *A. A. Vide eund.* 6. *de diſp.*

Regula LIV. *De non promovendis.*

Regula LV. *De fructibus in abſentia.*

Regula LVI. *De duobus Decanatibus in Alemania non obtinendis.*

Regula LVII. LVIII. LIX. *De indulgentiis.*

Regula LX. *De pluribus beneficiis petitis.*

REGULA LXI.

DE VALORE.

CAPUT I.

Eſt locus, vel non eſt, Regulæ.

1 Regula habet locum in proviſione Legati. *Creſc.* 30. *Gom. in reg.* 240.

2 Habet locum in gratiis de vacaturo. *Gom. in reg.* 242.

3 Non eſt locus in Conſiſtorialibus, neque in Monaſteriis Monialium. *Gom. in reg.* 241.

4 Non eſt locus contra utentem regula de triennali. *Caſſ.* 11. *in reg. Gom. in reg.* 228. 326. *Mohed.* 67.

5 Non habet locum regula in fructibus, qui dantur exiſtentibus in civitate per decem menſes, etſi numquam intrent Eccleſiam, ſed in his, quæ in portatis habentur. *Mohed.* 182. *Put. ſuper hac reg.* non qui Romam afferunt, ne cambia detrahantur. *Put. ſuper hac reg.* 5. *hoc tit. Aug.* 3. 743. 791.

6 Non habet locum in regreſſibus, ſi valor eſt bene expreſſus in prima. *Caſſ.* 18. *ſuper reg.* non placet *A. A.*

7 Non habet locum in beneficiis commendatis ad tempus. *Put.* 2. *hoc tit.*

CAPUT II.

De probatione valoris, & excuſatione.

1 Valor, non negatus etiam probari debet ab impetrante non ab expectante, præſertim in forma pauperum. *Simon.* 38. Imo expectans in forma pauperum tenetur probare valorem. *Creſc.* 24. & omnes expectantes. *Gom.* 57. 60. *Fab.* 32. valor eſt pars gratiæ, & eſt aliqualiter probandus. *Aug.* 3. 418.

2 Valor non probatur ad impugnationem gratiæ, niſi dicatur deductis oneribus. *Creſc.* 29.

3 Arrendamenta, vel fama publica ſufficiunt ad excuſationem impetrationis. *Caſſ.* 19. *ſuper reg.* Imo plura arrendamenta, & plures literæ prædeceſſorum, & fama publica de valore excuſant impetrantem. *Gom. in reg.* 245. ſola arrendamenta, & impetrationes prædeceſſorum ſine teſtibus, & publica voce, & fama non excuſant. *Jo. Pau.* 50. ſolæ impetrationes prædeceſſorum non excuſant. *Aug.* 3. 497.

4 Valor decem aureorum eſt probandus, ut ſit locus regulæ. *Aug.* 3. 497. non quinque ante, quinque poſt, ut ait. *Gom. A. A.*

5 Deducitur onus ſervientium in eccleſia curata ſalta ſaltem unius clerici. *Caſſ.* 19. *ſuper reg.*

6 Regula contra fraudantes expeditores habet locum contra eos, qui libros taxæ defraudant. *Put.* 6. *ſuper reg.*

7 Ob taxationem decimæ non excuſatur etiam minor 25. *Put.* 4. *hoc tit. Peregr.* 125.

8 Excuſatur, qui expreſſit ſecundum taxationem Cancellariæ. *Caſſ.* 19. *ſuper reg.*

CAPUT III.

Communia de valore.

1 Secundæ literæ expeditæ virtute reformationis, in qua nihil dicebatur de valore, valent etiam ſi in primis literis ſint expreſſi fructus ad 24. in ſecundis ad 50. *Creſc.* 11.

2 Valor expreſſus in retentione non poteſt augeri in ſecunda expeditione, licet in ſupplicatione dicatur, quod valor habeatur pro expreſſo. *Creſc.* 19.

3 Si duæ bullæ reperiantur ſub eadem data, quæ habet bene valorem, præſumitur prius expedita. *Creſc.* 20.

4 Si in gratia ſi neutri non eſt expreſſus valor, ſed in clauſulis dicitur verus valor augeri poſſit non obſtante regula, ſufficit. *Jo. Pau.* 48.

5 Si fructus ſint ſervati propria auctoritate percipi .... computantur, ut in literis ſunt expreſſi. *Gom. in reg.* 243.

6 Debens penſionem non tenetur ſolvere in auro, ſed valorem in moneta. *Gom. in reg.* 244.

7 Valor terrarum poteſt probari per teſtes dicentes articulum verū, quia vicini. *Gom. in reg.* 246.

8 Si quis petat duo beneficia, quorum fructus cujuſque 25. non excedit, non poterit expedire alterum in 30. alterum in 18. *Aug.* 3. 245.

9 Si petat duo beneficia alterum in 18. in ...... cum poteſtate diminuendi, & dividendi, alterum augeri poteſt, utrumque non poteſt. *Aug.* 3. 720. 4. *Put.* 3. *hoc tit.*

10 Fru-

10 Fructus qui præſentibus tantum in Civitate dantur non pertinent ad hanc regulam. *Mobed.* 582. 791. *Put.* 1. *hoc tit.* Ubi vide.

11 Tempore malæ expeditionis vacat beneficium non tempore impetrationis, ſi in ſupplicatione eſt expreſſus valor non in literis. *Peregr.* 223.

Regula LXII. *De clauſulis in beneficiis vacantibus.*

Regula LXIII. *De qualitatibus beneficiorum enprimendis.*

Regula LXIV. *De vacantibus per contractum matrimonii.*

Regula LXV. *De Religioſis recipiendis.*

Regula LXVI. *De tranſlatione Religioſorum.*

Regula LXVII. *De clauſula, ſi eſt ita.*

Regula LXVIII. *Pesenti de vacaturo.*

Regula LXIX. *Executoriales dentur ſub plumbo.*

DE REGULIS NOVIS.

1 Regula non procedit in executorialibus extra curiam impetratis. *Gom. in reg.* 59.

Regula I. *Renovatio decimarum, & impoſitionum, ac ſuſpenſio Indulgentiarum.*

Regula II. *Revocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.*

Regula III. *De augendo fructus ad tertiam.*

REGULA IV.
DE ABSOLUTIONE, ET INSORDESCENTIBUS.

1 Abſolutio in caſibus regulæ non ſuffragatur eis, qui per plures annos inſorduerunt, licet ſi petiiſſent, obtinuiſſent. *Jo. Pau.* 94.

Regula V. *Officiales non exigant ultra debitum.*

REGULA VI.
CARDINALES NON COMPREHENDUNTUR SUB REGULIS EXPECTA PRIMA EXPEDITIONE.

1 NON obſtante hac regula per regulam, qua Protbonotarii, & alii declarantur eſſe continui commenſales perpetue derogatur indultis Cardinalium. *Gom. in reg.* 9.

2 Regula non procedit, quando in ipſa nova regula fit mentio Cardinalium cum clauſulis generalibus. *Caſſ.* 38. *in reg.* ubi dicit eſſe Lenio.

REGULA VII.
DE OCTO MENSIBUS.

1 Regula babet locum etiam in novis proviſionibus. *Gom. in reg.* 118. *Mobed.* 73. *Put.* 5. *hoc tit.* etiam ſi nova proviſio ſit, quæ redderet reſignationem nullam in partibus. *Put.* 3. *hoc tit. de menſe.*

2 Regula impedit Legatos apoſtolicos, & ſolum præſervat Cardinales Ordinarios collatores. *Creſc.* 228. & præſervat alternativam. *Put.* 3. *de præb.* tamen Cardinales non obſtante hac præſervatione ſubjacent regulæ modificatoriæ indultorum. *Put.* 4. *in reg. de* 8. *menſib. vid. Mobed.* 554.

3 Impedit optiones. *Mobed.* 297. *Put.* 4. *de conſuetud.*

4 Si beneficium pertinet ad collationem Cardinalis, & vacat in menſe reſervato, non eſt reſervatum, & ſi Cardinalis non provideat devolvitur ad Archiepiſcopum. *Jo. Pau.* 58.

5 Facultas nominandi data Regi, etiam in menſibus Ordinariorum non includit reſervata ex regula poſtea facta. *Jo. Pau.* 39.

6 Qui capit per clauſulas generales beneficium impetratum per obitum, tenetur exprimere menſem. *Aug.* 3. 770. *Put.* 4. *hoc tit. in reg. de menſe.*

7 Beneficia dicuntur generaliter reſervata, quæ Leo generaliter reſervavit per regulam in ſex menſibus, non vero ſpecialiter. *Caſſ.* 3. *de reſerv.*

8 Regula capit beneficia jurispatronatus, quæ non conſtat eſſe ex dotatione, & fundatione. *Put.* 9. & 19. *de jur. patr.* non capit beneficia patronatus laicorum, & clericorum mixtim. *Put.* 8. *eod.* & 3. *ſuper reg.* 8. *menſ.*

9 Stante regula, proviſus vigore indulti tenetur expedire novam proviſionem. *Put.* 2. *de pub.*

10 Nuntius habens facultatem providendi beneficia non excedentia 24. etiam in menſibus reſervatis poterit providere etiam in aliis quatuor. *Put.* 30. *de privil.*

11 Concurrentibus duobus altero proviſo a Papa poſſeſſore, altero priore in data ab Ordinario, tenetur proviſus ab Ordinario probare vacationem in menſe Ordinarii. *Put.* 13. *de probat.*

12 Menſis Ordinarii non eſt facienda mentio. *Put.* 2. *hoc tit. de menſ.*

13 Si beneficium vacat de jure tantum, & non de facto, eſt locus regulæ. *Put.* 4. *hoc tit. de menſe. Peregr.* 162.

14 In reſervatis non eſt locus regulæ. *Put.* 4. *hoc tit. de menſe. Peregr.* 522.

15 Si vigore Statuti Eccleſiæ Portiones conferantur clericis de choro, & Canonicatus Portionariis obſtat hæc regula, & intelligitur cum licet. *Put.* 5. *de* 8. *menſ.*

16 Nuntius poteſt providere beneficia jurispatronatus. *Put.* 7. *de* 8. *menſ.*

17 An hæc regula duret uſque ad fulminationem proceſſuum, vel uſque ad datam expectativarum? *Vid. Peregr.* 7. *Put.* 1. *de conceſſ. præb.*

18 Tempore expectativarum ceſſat regula, & Ordinarii poſſunt providere in omnibus menſibus. *Peregr.* 120.

19 Regula quod proceſſus ſubſcribantur a Datario, ſi quis non eſt in rotulo nominatus, ſed ſi eſt unus de collegio nominatus, ſufficit. *Put.* 7. *ſuper reg.*

DE REGULIS SUPER GRATIIS EXPECTATIVIS.

1 Regula concedens prærogativas expectantibus in forma pauperum non habet locum in Canonicatibus, & præbendis eccleſiæ collegiatæ. *Caſſ.* 8. *de conceſſ. præb.*

Regula I. II. III. IV. V. VI. *De pauperibus eupectant.*

Ragula VII. VIII. *De clauſulis, & taxis expectativarum.*

Ragula IX. *De derogatione Statutorum.*

Regula X. *Graduati præferantur aliis in parochialibus.*
Regula XI. *De dignitatibus obtinendis.*
Regula XII. *De non examinandis graduatis.*
Regula XIII. *De Hoſpitalibus.*

REGULA XIV.
NE EXTRA NATIONEM.

1 GRatia perinde valere derogatoria hujus regulæ eſt expedienda ante vacationem beneficii. *Caſſ.* 33. *in reg.*

REGULA XV.
NEMO ACCEPTET LITERIS NON EXPEDITIS.

1 SI poſt expectativam impetratur derogatio regulæ de idiomate, ut nullus extra nationem, neque expediatur ante vacationem, eſt locus regulæ. *Caſſ.* 33. *ſuper reg.* dubito *A. A.*
2 Hæc regula non habet locum contra mandata, ſive reſervas poſt revocationem conceſſas expectativarum, vel ante fulminationem conceſſas. *Put.* 1. *de conceſſ. præb.* & 16. *ſuper reg. Peregr.* 7.
3 Regula procedit etiam in gratia perinde valere, & aliis ſine quibus prima gratia erit nulla. *Creſcent.* 197.
4 Propter fraudem nominatio diœceſis fieri debet in loco non ſuſpecto, vel in literis, etſi dicatur quod poſſit in literis.... *ſuper reg.* 126.

REGULA XVI.
DE DUABUS EXPECTATIVIS.

1 HÆC regula non habet locum in mandato juxta formam. *c. Mandatum, de reſerv. Caſſ.* 34. *in reg.*
2 Exceptis expectativis poteſt quis habere duas gratias ejuſdem beneficii. *Mohed.* 213.

Regula XVII. *De ſervitoriis.*

REGULA XVIII.
DE RESERVATIS.

1 SCriptores non poſſunt acceptare unum reſervatum, niſi ſit regulare. *Pereg.* 45.

REGULA XIX.
DE INSINUATIONE, ET PUBLICATIONE ACCEPTATIONUM.

1 REgula comprehendit reſervationes cum beneficio acceptandi, quia ſunt pingues expectativæ. *Creſc.* 25. *Gom. in reg.* 261. *Put.* 1. *de conceſſ. præb.* Item uniones cum clauſula, ex nunc, prout ex tunc. *Caſſ. ubi ſup.* non placet *A. A.*
2 Poſſeſſio capta coram aliquibus non conſtito de continuatione non habet vim publicationis. *Fab.* 13. nec ſufficit præſumptio continuationis, nec confeſſio non acceptata, ſed impugnata. *Fab.* 26. continuata per menſem habet vim publicationis. *Caſſ.* 26. *in reg.*
3 Regulæ, quæ requirit publicationem in certo loco, ſatisfit, ſi fiat in alio propter non tutum acceſſum in illo. *Caſſ.* 1. *de dol. & cont.*
4 Nova proviſio ſupplet omnes partes regulæ. *Caſſ.* 23. *ſuper reg.*
5 Impetratio facta pendente termino publicationis non valet, etſi deficit in diligentiis acceptans. *Caſſ.* 24. *ſuper reg.* Intellige, poſt promotionem. *A. A.*
6 Si acceptans cedat, vel decedat intra tempus regulæ non tenetur ipſe, nec reſignatarius ad diligentias. *Caſſ.* 27. *in reg.*
7 Sede vacante poteſt fieri publicatio in acie Campi Floræ, & in valvis Cancellariæ. *Caſſ.* 28. *in reg.*
8 Breve communicatorium Privilegiorum facit ut quis non teneatur ad diligentias. *Put.* 28. *de privil.* contra tamen in Secretariis, qui gaudent privilegiis Scriptorum in aſſequutione beneficiorum. *Put.* 54. *de privileg.* & 2. 24.
9 Cubicularii non tenentur ad diligentias, ſi tamen poſt tempus acceptationis, & publicationis non ſint Cubicularii, tenentur ad diligentiam citandi intra annum. *Put.* 55. *de privil.*
10 Publicatio acceptationis non inducitur per poſſeſſionem nullam, vel non captam, nec ex lite mota per ipſum. *Put.* 3. *de public. reſign.*
11 Si regula hæc revocetur intra tempus non tenetur quis publicare. *Put.* 4. *in reg. de public.*

REGULA XX.
DE MENSIBUS ORDINARIORUM.

1 IN quatuor menſibus Ordinariorum ſede Epiſcopali vacante expectantes non poſſunt acceptare. *Mohed.* 310. *Put.* 6. *de conceſſ. præbend.*
2 Expectativæ cenſentur eſſe conceſſæ in omnibus Ordinariorum, ſed impediuntur propter hanc regulam. *Put.* 41. *de conceſſ. præbend.* & 21. *de præb.*
3 Si in nova proviſione dicatur beneficium vacaſſe in menſe Ordinarii, & illud acceptaſſe prout ex forma gratiæ ſuæ poterat, nova proviſio eſt ſubreptitia, neque privilegia Scriptorum juvant, quoniam intelliguntur a Rota in regulis. *Put.* 22. *de præb.* & 8. *de privil.* neque ſunt in uſu. *Aug.* 3. 716.

REGULA XXI.
DE PLURIBUS EXPECTANTIBUS, ET ALIQUIBUS DEFICIENTIBUS.

1 SI fortior non publicaverit, & debitor obtineat novam proviſionem intra tempus datum utrique vincit fortiorem et iamſi poſſideat. *Caſſ.* 21. *ſuper reg.* niſi continuetur per menſem in poſſeſſione, quæ æquipollet publicationi. *Caſſ.* 26. *ſuper reg.*
2 Si prior in data, vel habens pinguis decretum deficiat in diligentiis, perinde eſt ac ſi non acceptaſſet, & debitor qui intra idem tempus acceptavit, & non deficit, obtinebit. *Put.* 35. *de concil. præb.*

REGULA XXII.
DE MOTU PROPRIO EXPECTATIVARUM.

1 MOtus proprius expectativæ non tollit facultatem optandi. *Caſſad.* 4. *de conc. præbend.*

REGULA XXIII.
REVOCATIO EXPECTATIVARUM, MANDATORUM, RESERVATIONUM, INDULTORUM, FACULTATUM NUNCIORUM, ET ALTERNATIVARUM.

1 REvocatio gratiarum non comprehendit regreſſum, neque creationem in Canonicum

cum confirmatum a Papa. *Gomeſ. in reg.* 281. *Put.* 27. *de conceſſ. præb.*

2 Revocatoria gratiarum non comprehendit beneficia, quæ antea vacabant. *Mohed.* 156.

3 Revocatoria Indulgentiarum, & facultatum nominandi non habet locum ubi non ſunt expectativæ. *Gom. in reg.* 296.

4 Revocatoria facultatum Nunciorum non tollit quin Nuncius poſſit diſponere de beneficiis de jurepatronatus non comprehenſis ſub expectativis, ut prius. *Mohed.* 317.

5 Revocatoria alternativarum excipiens conceſſa nationibus non comprehendit conceſſa Capitulo Virdunen. ad inſtar nationis Germaniæ. *Gom. in reg.* 283. *Put.* 43. *de conceſſ. præb.*

6 Revocatoria facultatum nominandi non comprehendit privilegium Marchionis Aſtoricen. *Gom. in reg.* 298. *Mohed.* 350.

7 Revocatoria indultorum intelliguntur de beneficiis ſpectantibus ad collationem inferiorum. *Mohed.* 154. hæc aliena ſunt ab hac regula. *A. A.*

8 Revocatoria reſervationum non comprehendit mentales. *Caſſ.* 4. *de reſer.*

9 Revocatoria indultorum in Eccleſiis ubi non fuerunt Ordinarii collatores, ſi Cardinalis habet collationem reſervatam perinde ac ſi eſſet Ordinarius excludit expectantes. *Put.* 31. *de præbend.*

10 Revocatoria facultatum nominandi non revocat conceſſas Univerſitati Leodien. ad inſtantiam Regum cum clauſula, perpetuo duraturas. *Put.* 11. *de privil.*

REGULA XXIV.
DE PRÆLATIONIBUS EXPECTANTIUM.

1 Doctor cum examine præfertur familiari Papæ non deſcripto de jure communi, & regula ſe refert ad jus. *Jo. P.* 89.

2 Regula loquens de lectura Doctoris, & Magiſtri; intelligitur de Medicis, & Philoſophis. *Aug.* 3. 589.

3 Licet Scriptores nominentur poſt verbum, exercentes, intelligitur illud verbum etiam de illis. *Put.* 5. *de conceſſ. præb.* 9. *de priv.* & 24.

4 Privilegia deſcriptorum habent locum in expectativis ſub quacumque data. *Put.* 15. *de priv.*

5 Scriptores abſentes ita gaudent privilegiis, ſicut præſentes. *Put.* 22. *de privil.*

6 Si Miles nominat, & tempore vacationis non eſt Miles nominatus, non gaudet privilegii. *Put.* 24. *de privil.*

7 Deſcriptus præfertur habenti privilegia deſcriptorum ex nominatione alterius deſcripti. *Put.* 50. *de privil.*

8 Deſcriptus ordinarius præfertur non originario. *Put.* 51. *de privil.*

9 Secretarii licet ſint æquiparati Scriptoribus in aſſequutione beneficiorum, non tamen gaudent eorum privilegio, ut non poſſint publicare. *Put.* 2. 24. *vid. in reg.* 19. *Expect.*

REGULA XXV.
DE MUTATIONE COLLATIONUM.

1 Mutans collationem tenetur probare, quod intra tres dies extendi fecit conſenſum in libris. *Creſc.* 123. niſi ſint literæ expeditæ. *Put.* 20. *ſuper reg.* & 38. *de concil. præb.*

2 Hæc regula habet locum, etſi quis habens creationem in Canonicum petat illam extendi ad aliam in eadem diœceſi. *Put.* 38. *de conceſſ. præb.* Sed ſi Bulla eſt expedita præſumitur pro conſenſu. *Ibid.*

3 Mandatum ad proſequendum gratiam expectativam, & acceptandi extenditur ad mutationem collationis. *Put.* 24. *de procur.* niſi nominentur diœceſes in mandato. *A. A.*

REGULA XXVI.
DE PROCESSIBUS EXPECTATIVARUM.

1 Regulæ quod proceſſus debeant ſubſcribi eſt ſatisfactum ſi quis eſt ſubſcriptus in rotulo in genere ſub nomine Collegii. *Put.* 19. *de conceſſ. præb.* & 9. *ſuper reg.* 26.

REGULA XXVII. XXVIII.
MODERATIO INDULTORUM CARDINALIUM.

1 Indulta Cardinalium non cenſentur modificata niſi quoad expectantes, qui utuntur gratiis ſuis. *Sim.* 19. licet ſit unicus expectans, qui non acceptet eſt locus regulæ. *Put.* 2. *de decret. irritant.* & 35. *de privileg.*

2 Hæc regula loquens de expectativis habet locum in mandatis de providendo, quæ ſunt expectativæ pingues. *Gom. in reg.* 336.

3 Hæc regula durat durantibus expectativis. *Aug.* 3. 604. dubitatum. *Ibid.* 641. 714.

4 Electa Eccleſia, & Monaſterio a Cardinali non poterit idem Cardinalis conferre de beneficiis ſpectantibus ad collationem alicujus dignitatis intra eandem Eccleſiam. *Put.* 23. *de privileg.*

5 Si Cardinalis abſens, cui ex regula hac dantur ſex menſes, provideat tam ſua ordinaria facultate quam virtute indulti videtur providere juxta hanc regulam. *Put.* 44. *de privileg.*

6 Cardinales abſentes non poſſunt providere in quatuor, ſi provident in ſex menſibus. *Put.* 46. *de privileg.* licet idem Cardinalis nominaverit pro Eccleſia unam diœceſim, & pro Monaſterio illam providit. *Id.* 47. *eod.*

REGULA XXIX.
NULLA PRIVILEGIA SUFFRAGENTUR.

1 Hac regula privilegia Militum cenſentur eſſe ſuſpenſa, etſi ex cauſa oneroſa ſint conceſſa. *Creſc.* 210. *Gom. in reg.* 129.

2 Hac regula non conceduntur privilegia deſcriptis, ſed privilegia eorum operantur, poſt datam vero non capiunt beneficia medio tempore vacantia. *Caſſ.* 2. *de privileg.*

3 Scriptores Apoſtolici, licet ſint deſcripti per privilegium ante publicationem privilegiorum deſcriptorum, non poſſunt uti ſuis privilegiis. *Put.* 4. *de conceſſ. præb.* & 10. *de priv.* Ita etiam non poſſunt propter nobilitatem, de qua in privilegio, præferri. *Id.* 5. *eod.*

4 Conclaviſtæ, & nominati ab eis non præferuntur Scutiferis ſtante hac regula. *Aug.* 2. 749. *contr.*

5 Hæc regula intelligitur durare, donec privilegia deſcriptorum publicentur, & intelligitur de vera publicatione, & non habentur pro publicatis

tis in favorem aliorum, niſi in favorem deſcriptorum. *Aug.* 2. 763. *contr.*

REGULA XXX.

REVOCATORIA FACULTATUM CONCLAVISTARUM, ET ALIORUM QUOAD RESIGNATIONES.

1 REgula operatur ac ſi reſignationes factæ non eſſent, & ſunt nullius momenti. *Gomeſ. in reg.* 141.

2 Hæc regula etiam annullat reſignationes præteritas. *Mobed.* 301. *nova reg. Jul. III.* quæ de cetero annullat.

PARS II,

DE EXTRAVAGANTIBUS DIVERSORUM PONTIFICUM.

JOANN. XXII.

1 DE Extravagantibus. *Execrabilis.* Vide in *reg.* 1.

BONIFAC. VIII.

1 EXtravag. *Injunctæ*, *de elect.* non habet locum in commendatis Monaſteriis, neque in commendis perpetuis. *Put.* 42. *de probat.* Et diximus ſupra ad *Accorambon. deciſ.* 7.

BENEDICTUS XXII.

1 DE Extravagant. *Ad regimen.* Vide in *reg.* 1.

EUGENIUS IV.

1 SEntentia, & acta geſta in partibus contra curialem ſunt nulla ſine aliquo monitorio, impedimento, vel inhibitione propter Eugenianam. *Gom.* 141.

2 Appellatione curialium in Extravagant. veniunt, qui accedunt ad curiam, niſi prius fuerint citati in partibus. *Gom.* 140. 2.

3 Arripiens iter ad Curiam gaudet beneficio Eugenianæ, & adverſarius tenetur ad fructus poſtea occupatos poſt hujuſmodi arreptionem. *Put.* 16. *de jud. Fab.* 19.

4 Poſt monitorium A. C. vigore Eugenianæ decretum, & exequutum ſi eiiciatur poſſeſſor a ſua poſſeſſione non eſt ſpolium attentatum. *Put.* 17. *de reſt. ſpol. & 9. ut lit. pend.*

NICOLAUS V.

1 DE concordatis Germaniæ. *Vid. lib.* 1. *tit. de pact. & de præb. tit.* 2. *c.* 2.

PAULUS II.

1 EXtravag. *Cum deteſtabile*, *de ſimon.* privatur ipſo facto ſimoniacus, habet locum in ſimonia reali tantum. *Caſſad.* 5. *conſtit.* 1. *de ſimon.*

2 De Paulina, & alienatione rerum Eccleſiæ. *Vide ſub tit. de reb. eccl. & de loc. lib.* 1.

XISTUS IV.

1 XIſti, & Leonis Bullæ ad decorem Urbis faciunt ſpurios habiles, ut ſuccedant, & eis ſuccedatur, & clericos etiam ab inteſtato, & laicos. *Creſc.* 219.

2 Privilegio Xiſti de Canonicatibus Doctoralibus derogatur cum clauſula generali, & quorum tenores. *Mobed.* 20.

3 Oppoſitio ad eos Canonicatus, & receptio Capituli non tribuit jus conſiderabile. *Mobed.* 21.

4 Bulla Xiſti de facultate teſtandi habet etiam locum in juribus propter illa verba, & aliis bonis quibuslibet. *Put.* 14. *de conſt.*

INNOCENTIUS VIII.

Revocatio Jurispatronatus.

1 REvocatoriæ patronorum in quibus beneficia non fuerunt aucta ad medietatem, procedunt etiam quod patroni ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, neque obſtat regula de non tollendo jure quæſito. *Gom. in reg.* 17.

De Fictis familiaribus.

1 Hæc regula non habet locum in fictis familiaribus Papæ, neque in illis, qui in ſupplicatione non ſe dixerunt familiares. *Jo. Pau.* 93.

2 Familiaritas probata per literas non operatur ad ſuſtinendum literas gratis. *Mobed.* 30. 1.

Vide *Alex. VI.*

De Poteſtate Auditorum Rotæ.

1 Reiteratoria terminorum ſervat omnes terminos nulliter ſervatos, & præpoſtere etiam inculcate etiam per non procuratorem. *Caſ.* 8. *in fin. de reſcript.*

2 Juramentum perhorreſcentiæ poteſt præſtari in quacumque parte judicii, ut poſſit procedi in Curia, non ut annullentur acta in partibus. *Peregr.* 27. *Put.* 31. *de jud. vid. lib.* 1. *tit. de jurejur.*

ALEXANDER VI.

1 DE Alexandrina contra offendentes collitigantes. *Vide lib.* 1. *tit. de homic.*

2 De Alexandrina de conſenſu poſt obitum. *Vid. ſub. tit. de renunc. c.* 4. *eod. lib.* cujus verba ponit. *Boer. deciſ.* 348. *vol.* 2.

3 Regula non habet locum contra ſolventes, licet ſe dixerint familiares Scriptorum. *Caſ.* 10. *de præb.* ſi vero familiares Papæ, non eſt locus regulæ. *Jo. P.* 93. ſed gratia eſt ſubreptitia. *Joann. P.* 53.

Vide *Innoc. VIII.*

JULIUS II.

1 BUlla, qua cavetur non ſuffragari retentiones penſionum, & beneficiorum in promotionibus ipſorum, locum non habet contra Epiſcopos promotos ad Eccleſias occupatas ab infidelibus, licet ſtylus ſit, quod ſolvant annatas. *Put.* 18. *de penſion.*

LEO X.

1 DE conſenſu poſt obitum præſtando extat Leonis reſcriptum apud *Boer. deciſ.* 348. *vol.* 2.

2 De ædificiis urbis. *Vide Xiſti IV.*

3 De cubiculariis. *Vide ſup. reg.* 6.

4 Indultum Cardinalium a Leone obtentum, ut requiratur mentio individua nominum, & titu-

lorum, non fuit perpetuum. *Put.* 52. *de privileg.*

ADRIANUS VI.

1 Stante revocatione privilegiorum juriſpatronatus præterquam in auctis ultra dimidium patrono incumbit onus probandi augmentum. *Put.* 16. *de probat.*

CLEMENS VII.

1 Revocatoria gratiarum inſolitarum in arce factarum non habet locum in derogatione regulæ de infirmis pro Auditore Rotæ. *Gom. in reg.* 272. *Put.* 15. *ſuper reg.*

2 Gratia abſolutionis, & habilitationis militis Cæſarei cenſetur revocata quoad forum fori, etſi non agatur de præjudicio tertii. *Mohed.* 28.

3 Revocat hæc regula non ſolum clauſulas inſolitas, ſed totam gratiam. *Mohed.* 132.

4 Regula de filiis Presbyterorum ad beneficia paterna incapacibus, non habet locum in beneficiis, quæ habet pater, & reſignavit ante regulam. *Put.* 4. *de diſpenſ.* & 1. *de fil. presbyt.*

PAULUS III.

Regula de extendendo conſenſu.

1 Regula de extendendis conſenſibus, licet annullet reſignationes, & conſenſus præſtitos ſuper illis, non tamen annullat ſupplicationes, quin ſuper illis poſſit novus conſenſus præſtari annullato primo. *Creſc.* 209. vel impetrari a Papa licentia extendendi, vel declaratio, eſſe bene extenſam. *Aug.* 3. 530.

2 Habet regula hæc locum etiam in conditionalibus reſignationibus, cum clauſula, non alias. *Gom. in reg.* 16. *Jo. Pau.* 37.

3 Conſenſus præſtitus per porrectionem ſupplicationis non ſubjacet huic regulæ. *Put.* 7. *ſuper reg. Mohed.* 60.

4 Licet Clerici Cameræ parte citata mandent extendi, eſt locus huic regulæ. *Put.* 7. *ſuper reg.*

5 Si conſenſus reperitur extenſus in brogliardo non ſufficit, quia regula requirit, ut extendatur in libris Cameræ. *Put.* 11. *ſuper reg.*

De Prothonotariis, & aliis.

1 Regula reſervans beneficia Prothonotariorum, & aliorum officialium, intelligitur, de omnibus participantibus, & non participantibus. *Gom. in reg.* 34. *Peregr.* 106.

2 Hæc regula non comprehendit Cubicularios extra muros. *Put.* 37. *de præb.*

3 Hæc regula facit veros familiares Papæ, ideo licet ſint familiares Cardinalium obfuſcantur a reſervatione priori. *Peregr.* 104.

4 Prothonotarii antequam jurent, vel exerceant, afficiuntur regula hac. *Peregr.* 105.

5 Declaratoria ſuper Prothonotariis non tollit jus quæſitum. *Peregr.* 106.

De impetratione certo modo.

1 Hac regula eſt extenſio regulæ de ſubrogandis, & habet locum in favorem cujuſcumque poſſeſſoris. *Put.* 4. hac regula. *Aug.* 3. 109. poſſeſſor pacificus tantum juvatur regula. *Put.* 3. *hoc tit.* ſed a non poſſeſſore tempore impetrationis objici de ea non poteſt, niſi forte jus tunc haberet, & poſtea poſſeſſionem, quæ exceptio non placet. *Aug.* 2. 920. *contr.*

2 Non habet oculos retro, ut inficiat anteriores impetrationes. *Put.* 1. *hoc tit. Peregr.* 121. Si quis impetrat, & cedat reſervato regreſſu, & poſt eventum regreſſus petat beneficium, non eſt locus regulæ. *Put.* 2. *hoc tit.* dubito *A. A.*

1 Regula revocatoria mandatorum edita 25. Februarii 1539. non revocat facultates Nuncii Hiſpaniarum. *Put.* 23. *de conc. præb.*

2 Eadem non revocat indulta Cardinalium. *Put.* 29. *de privil.*

1 Per hanc regulam revocatoriam indultorum quoad beneficia ad collationem inferiorum revocantur indulta etiam reſpectu collationis Dignitatum principalium in Collegiatis, licet ſint reſervatæ per aliam regulam propter originem eorum. *Put.* 41. *de privil.* & 12. *ſuper reg.*

2 Hæc regula non habet locum ſi ex concordia Cardinalis providet in menſe Capituli clerico nominando per Capitulum. *Put.* 45. *de privil.* & 14. *ſuper reg.*

3 Hæc regula habet locum in præſentativis tantum beneficiis. *Put.* 9. *ſuper reg. vid. Mohed.* 154.

4 Hæc regula tollit præſervationem factam in regula octo menſium. *Put.* 4. *in reg.* 8. *menſium.*

1 Regula quod Nuncii non utantur gratiis extra provinciam in qua exiſtunt, habet locum in Nuncio Hiſpaniæ. *Put.* 1. *de reg.*

2 Hac regula non obſtante, Nuncius deſtinatus ad Cæſarem, & totam Germaniam poteſt providere in diœceſi Leodien. *Put.* 3. *de reg.*

Liber Tertius.

TITULUS I.

DE CESSIONE ACTIONIS.

1 Ceſſio poſt rem judicatam in tertium, qui ei ceſſit nomen debitoris pro parte, & pro alia dicebat ſe ſolviſſe certam ſummam, valent cum aliis adminiculis. *Creſc.* 208.

2 Si habens jus ceſſum comparet apud acta, & proteſtatur nihil fieri, niſi me citato, non videtur acceptare ceſſionem. *Mohed.* 212.

3 Ceſſionarius poteſt intentare directas nomine cedentis, licet cedens nihil ſibi reſervaverit. *Put.* 1. *de ceſſ. act.*

4 Sententia lata poſt ceſſionem ante acceptationem ceſſionarii eſt valida. *Puteus* 54. *de judic.*

5 Procurator generalis ceſſionarii comparens ſi non petat ſe admitti pro intereſſe, non ſufficit. *Put.* 57. *de jud.*

TI-

TITULUS II.
DE CLAUSULIS.

1 CLauſula derogatoria privilegiorum, quorum tenores, tollit etiam privilegia Xiſti Canonicatuum Theologalium. *Mohed.* 20.

2 Clauſula non obſtantibus privilegiis, facultatibus, & indultis ſuſpendit effectum alternativæ, licet indulta Cardinalium non ſuſpendantur. *Mohed.* 54. *alias* 53.

3 Clauſula, pro expreſſis habentes, tollit, vel ſuſpendit ſpeciale, & individua. *Gomeſ. in reg.* 200.

4 Clauſula, & detur devolutio diſpoſitive, gravat onere probandi devolutionem impetranti. *Mohed.* 210. nec ſufficit reſervatio probata, nec clauſula, quovis modo. *Caſſ.* 5. *de præb.* nec probatio execrabilis narratæ. *Put.* 67. *de præb.*

5 Qui capit poſſeſſionem beneficii, ſeu qui capit beneficium per clauſulam, quovis modo poſitam in reſignatione vacans per obitum tenetur ſervare regulam de veriſimili notitia. *Gom. in reg.* 86.

6 Clauſula, quovis modo &c. in ceſſione comprehendit jus vacans per obitum alterius. *Mohed.* 107.

7 Clauſula, quovis modo, qualitercumque, & quomodocumque, & omni meliori modo, comprehendit ex perſona alterius. *Mohed.* 265. præſertim ſi in aliis literis dicatur ex cujuſcumque perſona. *Put.* 63. *de præb.*

8 Clauſula, quovis modo, capit etiam ex violatione ſequeſtri facta per reſignationem. *Mohed.* 333.

TITULUS III.
DE CLAUSULIS ALIARUM GRATIARUM.

1 CLauſula alternativæ, dummodo non ſint generaliter reſervata, non comprehendit reſervationem octo menſium *Mohed.* 163.

2 Clauſula penſionis, dummodo hæc, & aliæ medietatem non excedant, tollit ſubreptionem non factæ mentionis penſionum antiquarum. *Mohed.* 259.

3 Clauſula commiſſionis, prout in beneficialibus, importat ſummarie. *Mobed.* 298.

4 In gratia revocatoria alterius gratiæ habentis derogationem derogatoriarum requiritur ſpecialis, & individua mentio ejus clauſulæ derogatoriæ derogatoriarum, nec ſufficit mentio de quibuſcumque derogationibus ex clauſula, quorum tenores. *Put.* 68. *de præbend.*

TITULUS IV.
DE COLLECTORIBUS.

1 COllector, licet non habeat in facultatibus facultatem ſubſtituendi poteſt ſubſtituere. *Creſc.* 66.

TITULUS V.
DE DECRETIS.

1 DEcretum appoſitum in Bulla producta ſufficit allegare. *Gom. in reg.* 113.

2 Decretum poſitum in certo tempore non ſuficit poſſeſſionem triennalem, quando datur de regula. *Gom. in reg.* 226.

3 Decretum irritans inferiores non ligat ignorantes. *Sim.* 9. *Caſſ.* 3. *de decr. Gomeſ.* 1. 6.

TITULUS VI.
DE DISPENSATIONIBUS.

1 MAndatum de diſpenſando habet vim diſpenſationis ad effectum obtinendi in ſpolio. *Mohed.* 140. *Put.* 7. *hoc tit.* Sed cum clauſula, ſi ita eſt, non habet vim diſpenſationis. *Put.* 11. *hoc tit.*

2 Diſpenſatio filii hæreſiarchæ non eſt ſubreptitia eo tacito, quod jus exprimi non mandat. *Mohed.* 336. dubito *A. A.* ſed falſitas in facto proprio narrata nocet. *Idem* 336.

3 Diſpenſatio ad incompatibilia, ex diuturnitate temporis præſumitur. *Gom.* 1. 22.

4 Diſpenſatur, ut poſſit abeſſe, non eſt diſpenſatus, ut recipiat fructus, vel diſtributiones, ſed ut non privetur. *Gom.* 1. 109.

5 Bigamus, & illegitimus tenetur probare clericatum, & diſpenſationem. *Aug.* 3. 60. 139.

6 Ex poſſeſſione 30. annorum præſumitur diſpenſatio in filio Presbyteri. *Aug.* 3. 696. 658.

7 Diſpenſatio ad obtinendum cum Archipresbyteratu non ſuffragatur, ſi poſtea Archiepiſcopus fiat Patriarcha. *Put.* 1. *de diſpenſ.*

8 Papa cenſetur diſpenſare providendo familiari clerico de beneficiis regularibus. *Put.* 6. *de diſpenſ.*

9 Si duæ diſpenſationes tendunt ad eundem finem, in ſecunda non requiritur mentio primæ. *Put.* 8. *hoc tit. Peregr.* 120.

10 Per aſſequutionem dimidiæ Portionis non vacat Canonicatus, nec requiritur diſpenſatio. *Put.* 23. *de præb.*

11 De parochiali unita non eſt facienda mentio. *Put.* 6. *de union.*

TITULUS VII.
DE EXPECTATIVIS.

1 VIde *lib.* 1. *de conceſſ. præb. cap.* 3. *& ſeq. & lib.* 2. in regula, ſeu regulis expectativarum.

TITULUS VIII.
DE INDULTIS.

1 VIde *ſub tit. de præbend. cap.* 2. §. 4. *lib.* 1.

TITULUS IX.
DE PENSIONIBUS.
CAPUT I.
Communia de Penſionibus.

1 PER matrimonium penſionarii expirat penſio de conſuetudine. *Aug.* 3. 777. *Put.* 13. *de penſion.*

2 Si monitorium ſine clauſula, ſi ſenſeris, &c. cum inſertione Bullæ penſionis intimatum, & negatum, poteſt procedi ad declaratoriam ſine redintegratione vigore commiſſionis dicentis, ut ſervatis quatuor terminis procedat. *Put.* 54. *de judic.* 23. *&* 24. *de penſion.*

3 Valet declaratio ob non ſolutionem penſionis contra eum, qui habebat contra intruſum rem judicatam, niſi cedat actiones. *Put.* 58. *de judic.*

4 Penſione impoſita cum decreto, quod non ſolvatur, niſi alia extincta, ſufficit inhiberi alteri ne petat. *Put.* 12. *de penſion.* non placet *A. A.*

5 De

5 De retentione penſionum in promotionibus. *Vid. lib.* 2. ſub Julio II.

6 Si obtinens beneficium ex jure ceſſo cum reſervatione penſinois ſuccumbat, poteſt cogere penſionarium, ut patiatur in eum retrocedi. *Put.* 27. *de penſion.*

7 Licet non docto de nullitate penſionis intra terminum præfixum ferat ur declaratoria ob non ſolutionem, poteſt poſtea agi ſuper nullitate. *Put.* 9. *de re jud.*

8 Licet clericatus probetur per communem reputationem tamen ſi exadverſo probetur tempus primæ tonſuræ poſt impoſitionem penſionis uti clerico, veritas præfertur opinioni. *Peregr.* 50.

CAPUT II.

De tranſlatione Penſionis.

1 Tranſlatione facta ante diem Sancti Joannis debetur integra penſio tranſlatario, neque fit aliqua diviſio. *Put.* 7. *de penſion. Peregr.* 118.

2 Commiſſa cauſa ſuper nullitate tranſlationis non poteſt Auditor declarare ob non ſolutionem. *Put.* 17. *de penſ.* dubito *A. A.*

3 Habens facultatem transferendi, dummodo intimet tranſlationem intra tres menſes, licet transferat abſenti, tenetur intimare intra id tempus. *Put.* 22. *de penſion.*

4 Si Clericus uxoratus transfert penſionem, tranſlatarius probat clericatum auctoris per delationem habitus, & communem reputationem. *Put.* 14. *de probat.*

5 Mandatum ad conſentiendum penſioni in favorem Titii, cum quibuſcumque clauſulis non ſufficit ad clauſulam transferendi. *Peregr.* 35.

6 In tranſlatione penſionis non requiritur mentio aliarum penſionum, neque derogatio Concilii Lateran. ſuper Cathedrali. *Creſc.* 240.

7 Tranſlatio facta ab exequutore literis non expeditis, nec præſentatis non valet. *Creſc.* 198. *Put.* 4. *de penſion.*

8 Clauſula, ſine retardatione, conceditur in favorem tranſlatarii, licet non perceperit penſionem. *Gom. in reg.* 287.

9 In tranſlatione penſionis caſſatio non tenet ſi ſecunda penſio non valide aſſignatur. *Mohed.* 83. *alias* 81.

10 Tranſlatarius exiſtens in poſſeſſione non tenetur verificare literas ſuas. *Mohed.* 158. *Put.* 8. *de probat.*

11 Tranſlatio nulla facit, ut non poſſit procurator conſentire poſt mortem porrectæ ſupplicationis in vita. *Mohed.* 189. alias poteſt etiam poſt quinquennium. *Mohed.* 119.

12 Tranſlatio facta juxta cedulam poſtea laceratam eſt nulla. *Aug.* 3. 53. ſecus ſi conſtat de ea. *Put.* 6. *de fid. inſtr.*

13 Tranſlatio ſine conſenſu habentis beneficium non valet, & tranſlatarius tenetur intimare literas poſſeſſori beneficii. *Aug.* 3. 90.

14 Milites poſſunt transferre coram notario, & teſtibus ſine aliquo ſuperiore, & ſine aliquibus literis. *Aug.* 3. 111. 164. *Put.* 4. *de penſ.* ſed non ultra 150. ducatis. *Put.* 10. *de penſ.* ex privilegio Paul. III. quod habet oculos retro in vim declaratoriæ. *Put.* 16. *eod.*

15 Si penſio conſtituta cum clauſula transferendi augeatur, & non fiat mentio clauſulæ, non eſt conceſſa. *Aug.* 3. 155. *Put.* 19. *de penſion.* & 342. *alias* 332. *in nov. impreſſ. lib.* 1.

16 Penſio tranſlata ab Epiſcopo filio hæretici, ſed qui erat habilis reputatus ad penſiones, & beneficia per 30. annos, valet. *Aug.* 3. 658.

17 Si penſio ſecunda nulla, quia non facta mentione primæ, transferatur poſtquam prima eſt extincta, non valet. *Caſſ.* 4. *de penſion.*

CAPUT III.

De impoſitione Penſionis.

1 Si mandatum eſt conditionale ad conſentiendum penſioni, non requiritur conſenſus ſimulatus. *Creſc.* 105.

2 Penſio aſſignata ſuper fructibus Abbatiæ ſine conſenſu Monachorum valet ſi conſenſit Abbas, qui capit omnes fructus, licet teneatur dare cuilibet Monacho certam quantitatem panis, & vini. *Creſc.* 153. *Gom.* 1. 149.

3 Reſignatione facta cum reſervatione penſionis quatenus medietatem non excedat, ſi reſignatarius dicit excedere reſignans poterit reverti ad beneficium, ſin minus penſio eſt reducibilis. *Creſc.* 234. Imo non eſt *A. A.*

4 Illegitimi poſſunt habere penſiones, quæ non dantur in titulum. *Gom. in reg.* 125.

5 Reſignatio cum reſervatione penſionis liberæ, & exemptæ, non valet, niſi reſervetur, & conſentiatur cum eadem qualitate. *Mohed.* 183.

6 Si reſervatur penſio ſuper fructibus beneficii, quod confertur alteri cum derogatione privilegiorum Capituli, & fabricæ, dicitur tolli jus quæſitum Capitulo ex privilegio percipiendi fructus primi anni. *Mohed.* 82.

7 Penſio ſecunda eſt nulla non facta mentione de prima, quæ erat ſolvenda tantum poſt mortem poſſeſſoris, etſi ambæ non excedant medietatem, niſi ſit poſita clauſula, dummodo hæc, & aliæ medietatem non excedant. *Mohed.* 259.

8 Penſio ſecunda etiam Motu proprio non facta mentione prioris, eſt nulla. *Caſſ.* 3. *de penſ.*

9 Non ſufficit partem ſcire aliam penſionem eſſe, debuit etiam Papa hoc ſcire. *Caſſ.* 3. *de penſion. Fab.* 16.

10 Proviſio ſine conſenſu patroni, non valet ſi contradixit etiam facto. *Mohed.* 168.

11 Medietas fructuum loco penſionis ſuper Canonicatu cujus fructus 14. non excedunt, aut non eſt 12. ſed medietas ipſorum fructuum pura groſſæ. *Jo. P.* 8.

12 Habenti regreſſum non nocet reſervatio penſionis ſine ejus conſenſu. *Caſſ.* 1. *de penſion.*

13 Reſervatis fructibus, vel ſi voluerit, penſione annua, ſi exigatur penſio aliquot annis non poſſunt peti fructus. *Put.* 3. *de penſion.*

CAPUT IV.

De ſolutione Penſionis, & de clauſula, ſine retardatione.

1 Contra clauſulam, ſine retardatione, poteſt opponi exceptio, quæ oritur ex ventre Bullæ. *Gam. in reg.* 75.

2 Non eſt danda illa clauſula, ſi penſio eſt ſuper pluribus beneficiis pro rata adverſus ſucceſſores, an-

antequam declaretur, quæ ſit rata portio. *Gom. in reg.* 36. nec eſt in mora antea. *Aug.* 3. 372.

3 Hæc clauſula datur in favorem tranſlatarii, licet nunquam perceperit penſionem. *Gom. in reg.* 287. niſi dicatur de nullitate ob aliquod decretum in Bulla facultatis transferendi. *Caſſ.* 10. *de reſerv.*

4 Solutio facta ſine retardatione non conſtituit in quaſi poſſeſſione. *Put.* 8. *de penſion.*

5 Stante eadem clauſula ſententia eſt nulla, niſi ea forma ſervetur. *Put.* 21. *de penſion.*

6 Contra eandem clauſulam non admittitur exceptio nullitatis penſionis ex eiſdem actis, puta, quia non facta mentio alterius. *Jo. Pau.* 61. *Put.* 14. *de penſion.*

7 A cenſuris latis in Curia ob non ſolutionem penſionis etiam ad effectum agendi etiam vigore commiſſionis non abſolvimus, niſi parito judicato. *Jo. P.* 32. 119.

8 Termini quatuor poſſunt ſervari intra menſem poſt diem ſolutionis penſionis. *Jo. Pau.* 35.

9 Debens penſionem non tenetur ſolvere in auro, ſed monetam ejuſdem valoris. *Gom. in reg.* 244. ut valebat tempore impoſitionis. *Gom.* 147. 4.

10 Quando penſionarius, vel ejus procurator non eſt in loco deſtinato ſolutioni, neque depoſitum, neque præſtatio eſt neceſſaria. *Jo. P.* 64. *Mohed.* 307. *Gom.* 1. 84. 2. 15.

11 Quando agitur ad penſionis poſſeſſionem ſubtractam non requiritur probatio tituli. *Mohed.* 153. neque probatio habilitatum, & aliorum narratorum in reſervatione penſionis, aut in tranſlatione. *Put.* 8. *de probat. Mohed.* 158.

12 Exequutio eſt deneganda, ſi non probatur narrativa literarum penſionis. *Mohed.* 304.

13 Penſionarius tenetur concurrere ad impræſtita in Dominio Venetorum, ſi non ſolent reſtitui, & ad collectas, & alia onera de facto impoſita, licet penſio ſit exempta ab oneribus ordinariis. *Mohed.* 234. *Aug.* 345. *Put.* 20. *de penſ.*

14 Caſus inſolitus ſemper cenſetur excluſus etiam ſi penſio ſit exempta ab omnibus oneribus, & caſibus belli, & peſtis. *Mohed.* 236.

15 Reſignans in loco longinquo, puta in Curia non tenetur amplius ſolvere penſionem. *Mohed.* 2. niſi dum conſtet reſignatarium acceptaſſe. *Mohed.* 10. 295. & dum poſſidet, vel oſtendit alium poſſidere. *Mohed.* 237. 238. *Gom.* 2. 44.

16 Reſignans non tenetur ad cautionem bancariam promiſſam. *Mohed.* 195.

17 Licet reſignatio videatur eſſe nulla, tamen ſi reſignatarius poſſidet, excuſatur reſignans. *Mohed.* 216 *Put.* 11. *de penſ.*

18 Si penſio eſt aſſignata tertio ſuper beneficio alteri ceſſo, ex cauſa ejus ceſſionis ſolvenda eſt eodem jure reſignatario, donec ſuccumbit in eodem jure, quod penſionem ipſius juſtificare non tenetur, quia tanti fecit &c. *A. A. Mohed.* 166. *Put.* 2. *de penſion.*

19 Qui negat ſe poſſidere, & jus habere, non poteſt opponere invaliditatem penſionis, ſecus ſi neget poſſeſſionem tantum, licet procedatur cum clauſula ſine retardatione. *Creſc.* 66. quod non placet *A. A.*

20 Qui non percipit fructus, quia erant alteri reſervati, poteſt ſe tueri regula de triennali adverſus venientem ex nullitate penſionis, & reſignationis. *Mohed.* 67.

21 Succeſſor non ſolet cogi ad ſolutionem penſionis prædeceſſoris. *Aug.* 3. 12. *Put.* 6. *de offic. deleg.*

22 Succeſſori ſunt intimandæ literæ penſionis, niſi fuerit datus fidejuſſor, & ante reſignationem fuerit in mora. *Aug.* 3. 90.

23 Declaratoria ob non ſolutionem penſionis nullæ non valet. *Aug.* 3. 92.

24 Agens ad penſionem adverſus ſucceſſorem conſentientis debet verificare narrata ſaltem de facto. *Aug.* 3. 195.

25 Qui non percipit fructus non tenetur ſemper ad penſionem, etiamſi id promiſerit habita, vel non habita poſſeſſione, quia intelligitur de paucis annis. *Aug.* 3. 705. vide ſupra de obligatione in forma Cameræ.

26 Penſio eſt ſolvenda die aſſignato in Bulla, ſive ſint fructus jam percepti, ſive ſint percipiendi, & onus penſionis eſt onus reale. *Aug.* 3. 710. *Put.* 7. *de penſion.*

27 Si non percepit non tenetur cedere actiones contra percipientes. *Put.* 15. *de penſ.*

28 Succeſſor poteſt moneri, ut ſolvat penſionem ſine intimatione, ſi non agitur ad cenſuras, neque ad privationem. *Caſſ.* 12. *de reſcr.*

29 Conſentiens perſonaliter penſioni ſine alia intimatione incurrit in pœnas excommunicationis, & privationis. *Caſſ.* 2. *de penſion.*

30 Pendente cauſa nullitatis penſionis non poteſt procedi ad cenſuras ob non ſolutionem. *Put.* 1. *de penſion.*

CAPUT V.

De Privatione ob non ſolutionem Penſionis.

1 In cauſa privationis ob non ſolutionem termini ſervantur, ob delictum, ut in prophanis. *Jo. P.* 20. ſi agitur ad canonizationem regreſſus, vel impetrationis, in utroque caſu ut in beneneficialibus. *A. A.*

2 Quando agitur ad privationem ob non ſolutionem non eſt locus regulæ de ſubrogandis. *Gom. in reg.* 81.

3 Si declaratio non fuit facta vivente prædeceſſore, ſucceſſor non tenetur ad pœnas ob non ſolutionem prædeceſſoris. *Caſſ.* 2. 3. 4. *de locat. Fab.* 10. & non ſufficit declaratio per literas, niſi conſtet de die, ſi eſt visus in tempore. *Aug.* 3. 221. 277.

4 Neque ſucceſſor in beneficio poteſt declarare, quod non declaravit prædeceſſor. *Caſſad.* 3. *de locat.*

5 Quando non eſt magna protervia admittitur purgatio moræ ſolutis omnibus penſionibus. *Gom. in reg* 82. *alias in reg. de ſubrog.* 9. 7. *num.* 9. aliquando augetur penſio. *Aug.* 3. 352. 624.

6 Depoſitum factum in ſcutis, cum fieri debuiſſet in tot ducatis, excuſat ſi ſupplicatur. *Mohed.* 345.

7 Ad incurrendam privationem non ſufficit notitia per conjecturas, neque ſcientia procuratoris.

ris. *Gomeſ.* 15. *alias in reg. de ann. poſſ. q.* 48. *in fin.*

8 Tertius non poteſt dare de privatione in qua requiritur voluntas principalis. *Aug.* 3. 354.

9 Habens mandatum ad petendum debita non habet ad petendum privari ob non ſolutionem debitorum. *Aug.* 3. 591.

10 Decretum regreſſus ob non ſolutionem non inficit poſſeſſionem ante rem judicatam. *Aug.* 3. 692.

11 Termini intra ſex menſes, & commiſſio cauſæ privationis ſufficiunt ad privationem poſt ſententiam. *Put.* 49. *de jud.* non placet *A. A.*

12 Si regreſſus ob non ſolutionem non tenet, neque penſio valet. *Put.* 9. *de penſ.* Intelligitur ſi reſigno reſervata penſione cũ regreſſu ob non ſolutionem, & tum inhabilis ad regreſſum etiam habendum, quia non aliter. *A. A.*

13 Declaratoria ob non ſolutionem poteſt quandocumque retractari per viam nullitatis. *Put.* 9. *de penſion.*

TITULUS X.
DE REGRESSU.

1 DE quo vide quæ ſupra dicta ſunt *lib.* 1. *De Præbendis tit.* 5. *cap.* 1.

CAPUT I.
De impoſitione regreſſus.

1 Signatis duabus ſupplicationibus reſignationis, una cum regreſſu, & altera ſine eo, in dubio conſenſus reſignantis refertur ad eam, quæ eſt ſine regreſſu. *Creſc.* 135. *Mohed.* 113.

2 Si prima ſupplicatio eſt ſimplex, ſecunda reformatoria cum regreſſu, in conſenſu debet fieri mentio reformationis, & tunc non obſtat uſus ſimplicis, & literæ expeditæ. *Mohed.* 112. *Put.* 12. *de reg.*

3 Si reſignatur reſervata penſione, & regreſſu, & præſtetur conſenſus requiſitus a regula in reſignatione, & penſione, & non in regreſſu, quia non requiritur, valet. *Creſc.* 173. *Jo. Pau.* 13.

4 Statutũ Hiſpalen. non habet locum in regreſſu. *Gom. in reg.* 282. *Put.* 8. *de conſt.* Intellige ſi prima gratia non ſubjacet Statuto. *A. A.*

5 Si primus titulus, vel primus regreſſus non ſubjacet Concilio Lateranen. regreſſus ſequens non ſubjacet. *Jo. P.* 62. *Fab.* 33. *Put.* 9. *de regreſſib. vid. eund.* 72. *de conſt.*.... Concilium præſervat regreſſus Cardinalium tunc viventium. *Peregr.* 29.

6 Regreſſus dicitur ex cauſa oneroſa, ſi reſervatur ſuper beneficio magno magna penſio ex cauſa reſignationis minoris. *Gom. in reg.* 332. *Put.* 7. *hoc tit.*

7 Si mandatum detur, vel conſentiatur regreſſui, ſi aliter cedat juri, & liti, regreſſus valet, licet cedens jus non habeat, neque ſit lis valida cum eo. *Mohed.* 110. ſufficit factum. *A. A.*

8 In regreſſus reſervatione non requiritur conſenſus, niſi ex privilegio in Hiſpania, ideo ſufficit tacitus, vel præſumptus ſi acceptat reſignationem. *Aug.* 3. 29.

CAPUT II.
De invaliditate regreſſus.

1 Privilegium Hiſpaniæ de revocandis reſignationibus ſine conſenſu comprehendit Cardinales. *Gom. in reg.* 4. eodem cavetur, ut non valeat in futurum, niſi de conſenſu. *Aug.* 3. 290. qui poteſt qualitercumque præſtari. *Id.* 3. 377. etiam tacite, & de facto tantum. *Put.* 2. *de regreſſu.*

2 Regreſſus, qui non eſt expeditus a Datario, neque acceptatus a parte, non valet. *Jo. P.* 14. *Mohed.* 96.

3 Regreſſus ſecundus ſtante primo eſt nullus, licet ſit alteruter per deceſſum tantum. *Mohed.* 26. 66. *Fab.* 24. niſi de conſenſu. *A. A.*

4 Si narratur, quod uterque duplicat regreſſus non valet ſine conſenſu reſignatarii. *Caſſ.* 11. *de præb.*

5 Privilegium Hiſpaniæ de quo ſupra *n.* 1. ligat ante publicationem. *Put.* 13. *de privileg.*

6 Regula Adriani loquens in acceſſibus non habet locum in regreſſibus. *Put.* 8. *de regr.*

7 Regreſſus ſecundus ex cauſa ceſſionis primi, qui erat invalidus, non valet. *Put.* 11. *eod.*

CAPUT III.
De Lateranen. Concilio circa Regreſſum.

1 Regreſſus validus ante Concilium ſi ſuſpendatur, vel mutetur, ac de novo concedatur non ſubjacet Concilio, in quo præſervantur regreſſus priores. *Jo. P.* 63. 2. *vid. Put.* 12. *de conſtit. Put.* 9. *de regr. Fab.* 33. *Peregr.* 29.

2 Si in primo titulo derogatur Concilio, & reſignat Cardinalis eſt derogandum Concilio Lateranen. quoad beneficia etiam regularia. *Aug.* 3. 491. reſervato regreſſu, neque dicatur cum derogatione valet regreſſus, quia tam hujus tituli, quam prioris venit. *Fab.* 33.

3 In retentione beneficiorum, cum promovetur Cardinalis, eſt derogandum Concilio Lateranen. quoad beneficia, & regreſſus. *Aug.* 3. 491.

4 Proviſio & Commenda facta Cardinali de beneficio non aſcendente CC. eſt nulla. *Caſſad.* 2. *de præbend.* etiam in præſtimoniis. *Idem* 3. *eod. tit.*

5 Concilium habet locum in expectativa data ante Concilium, quoad vacantia poſtea, licet ſit clauſula ex nunc prout ex tunc, & e contra. *Caſſ.* 3. *de præb.*

6 Verba Concilii, ad ſex menſes, intelliguntur a die commendæ. *Put.* 11. *de conſtit.* non a die poſſeſſionis, quod ſi exprimatur in ſupplicatione, requiritur derogatio. *Put.* 25. *de conſtit.*

CAPUT IV.
De amiſſione regreſſus.

1 Poteſt quis renunciare ſuo regreſſui coram notario, & teſtibus. *Creſc.* 162.

2 Jus regrediendi non amittitur, ſi ignorat vacationem. *Mohed.* 119. neque ſi ſciat, ex ſola negligentia amittitur. *Gom.* 1. 45. *Jo. P.* 56. ſed ſi patiatur alium triennio poſſidere, qui moriatur, vel reſignet, ſucceſſor poteſt uti allegatione Lapi adverſus regreſſum. *Jo. Pau.* 58. *Mohed.* 120.

3 Itaque ſi habens regreſſum ſciat alium poſſidere triennio duo incompatibilia, ſucceſſor poſſeſſoris excludit regreſſum. *Gom. in reg.* 198. *Jo. Pau.* 58. *Mohed.* 120. 121. non placet propter decretum irritans. *A. A.*

4 Habens regreſſum per ceſſum, vel deceſſum ſi fuit locus regreſſui per ceſſionem, & omiſit, & fiat locus per obitum, non poteſt. *Jo. P. 60. Mohed.* 121.

5 Amittitur regreſſus, ſi quis capiat aliud ſimile ſub eodem tecto. *Aug.* 3. 14. 23.

6 Non impeditur Ordinarius providere propter regreſſum, cui eſt renunciatum, vel ſi eſt impeditus habens eum. *Aug.* 3. 437.

7 Si habens regreſſum propter recompenſam acceptam ceſſat, non poteſt petere canonizationem ſui regreſſus tanquam ſimoniacus realis. *Aug.* 3. 449. *contr.*

8 Si habens regreſſum accipiat aliud ſimile, & ſuper eo retinendo litiget, & oppoſito per adverſarium de regula revocatoria unionum ex qua detegitur non jus ipſius, amittit regreſſum. *Put.* 19. *de præb.*

CAPUT V.

Communia de Regreſſu.

1 Habens regreſſum per obitum ultimi poſſeſſoris capit beneficium, ſi reſignans poſt reſignationem poſſideat triennio, & moriatur. *Gom. in reg.* 199.

2 Non eſt locus regreſſui ob impedimentum in perceptione fructuum, ſi non ſolvatur merces locationis fructuum. *Mohed.* 27. 503.

3 Qui agit vigore regreſſus non tenetur docere de priore jure, vel titulo. *Sim.* 26. *Jo. Pau.* 26. *Mohed.* 362. *Aug.* 3. 522. *Put.* 4. *de regreſſ. &* 5. *&* 6. narrata in Bulla regreſſus ſunt verificanda de facto. *Aug.* t. 11. 3. 272. 642. *&* 2. 454. *contr.* etiam in ſecundo regreſſu de conſenſu. *Put.* 1. *de regr.*

4 Poſſeſſor qui dat de regreſſu tertii debet probare vitam illius, ſi negetur. *Creſc.* 145. idem oſtendat impetrationem, per obitum illius debet probare fuiſſe locum regreſſui, & mortuum regreſſarium, & fortaſſe acceptationem. *Creſc.* 166.

5 Condemnatur intruſus adverſus habentem regreſſum a die intruſionis. *Jo. Pau.* 36.

6 Reſignatio cum reſervatione fructuum ſtante regreſſu alterius eſt nulla, niſi conſentiat poſtea etiam pendente lite. *Mohed.* 59. 65. Imo non poteſt conſentire. *Idem* 85.

7 In confirmatione locationis ad longum tempus eſt facienda mentio habentis regreſſum. *Mohed.* 270. *Fab.* 42. *vid. Put.* 1. *de reb. eccl.*

8 Qui ſedebat in loco ſuperiore reſignat reſervato regreſſu, & loco, licet reſignatarius ſederit in loco inferiori, mortuo eo poteſt ſedere in ſuperiori. *Mohed.* 72. *Fab.* 51. *Put.* 35. *de præbend.*

9 Bulla expedita ſuper regreſſu non eſt corrigenda, licet in ſupplicatione detur acceſſus. *Fab.* 33. (quia expeditores appellant regreſſum literis expeditis, acceſſum non expeditis.) *A. A.*

10 Contra regreſſum datur mandatum de manutenendo donec juſtificetur. *Aug.* t. 5. 3. 494.

11 Coadjutoria cum futura ſucceſſione cum facultate imponendi penſionem, & quatenus medietatem non excedat, valet, licet tempore coadjutoriæ excedat, quia poterat aliquando non excedere. *Aug.* 2. 1.

Cetera de regreſſu, & coadjutoria. *Vide lib.* 1. *tit. de præb. cap.* 5. §. 1.

12 Coadjutoria propter impenſam præſumitur eſſe acceptata. *Aug.* 3. 370. ſed & ſufficit, ut poſt mortem fuerit acceptata. *Put.* 62. *de præb.* etiam ſi eſſet conditionalis, ut puta, reſervaretur facultas imponendi penſionem. *Aug.* 3. 456.

13 Concordata Germaniæ comprehendunt Coadjutorias cum futura ſucceſſione non regreſſus. *Caſſ.* 7. *de pact. Put.* 43. *de privileg.*

14 Indulta Cardinalium non comprehendunt regreſſus, neque requiritur derogatio, neque mentio in regreſſu. *Caſſ.* 4. *de privil.* ſecus in coadjutoria cum futura ſucceſſione. *Mohed.* 338. *Put.* 43. *de privileg. contr. Peregr.* 46.

15 Habenti regreſſum, ſeu acceſſum non nocet impoſitio penſionis ſine ejus conſenſu. *Caſſ.* 1. *de penſ.*

16 Regreſſus non cenſetur ſuſpendi per clauſulam, cum ſuſpenſione quarumcumque gratiarum præventivarum, etſi non addatur, citra acceſſus, &c. *Put.* 3. *de regreſſ.*

17 Regreſſus dicitur ex cauſa oneroſa, etſi fuerit data alia recompenſa. *Put.* 7. *eod. vid. Gom. in reg.* 332.

18 Reſervato regreſſu etiam ipſa reſignatione nulla, vel invalida exiſtente, etiam quod reſignans nullum jus habeat, eſt locus acceſſui ſi reſignatarius erat inhabilis propter regulam de idiomate, vel alias. *Put.* 10. *de regreſſ.*

TITULUS XI.

DE REMISSORIIS.

Vide *lib.* 1. *tit. de dilation.*

TITULUS XII.

DE RESERVATIONIBUS.

Vide ſupra *de præb. cap.* 6. §. 2. *lib.* 1. *& de conſ. præb. cap.* 2. *eod. lib.*

1 Concilium Lateranen. quod reſervationes ad alicujus inſtantiam non concedantur non habet locum in conceſſa Motu proprio. *Caſſ.* 1. *de reſcript.*

2 Reſervatio cum ſuſpenſione quarumcumque gratiarum exceptis nominationibus Regiis, intelligitur excipere validas nominationes, non revocatas. *Caſſ.* 2. *de reſcript.*

3 Mentalis reſervatio, ut revocetur, eſt facienda expreſſa mentio in regulæ revocatoriæ reſervationum, aut in proviſione etiam Motu proprio, aut in ſuſpenſione gratiarum, aut in quavis alia diſpoſitione. *Caſſ.* 4. *de reſcript.*

4 Suſpenſio mentalis reſervationis ſufficit ad validitatem proviſionis, vel reſervationis. *Caſſ.* 5. *de reſcript.* Idem ſi dicatur cum ſuſpenſione gratiarum in nullius favorem factarum cum inhibitione quibuſcumque qualcumque gratias, etiam mentales proſequendas, licet ſit inhabilis nominatus in reſervatione. *Caſſ.* 7. *de reſcr.*

5 Valet proviſio Ordinarii antequam habens reſervationem ad primo vacaturam, quod duxerit acceptandum acceptet, ſecus ſi dicatur, quod intra menſem. *Put.* 11. *de conceſſ. præbend.*

6 Quæ gratia eſt generalis non ſpecialis illius tantum, qui primo vacabit. *Idem* 12. *eod. tit. vid.* 17. *ejuſdem. Mohed.* 256.

7 Si vacat præbenda, & dignitas non tenetur declarare utrum velit. *Idem* 13. *eod.* non placet ſi gratia alterutrum capit. *A. A.*

8 Concurrentibus duobus mandatis de providendo ſub diverſis diebus cum clauſula, quod inter habentes ſimiles gratias præferatur diligentior, non dicitur ſimilis gratia ſecunda, quæ non habet clauſulam, anteferri, poſitam in prima. *Put.* 34. *de conceſſ. præbend.*

9 Nova proviſio ſufficit pro acceptatione, licet non fiat mentio vigore mandati. *Aug.* 2. 802. *contr.*

10 Gratia reſervationis ad collationem N. Epiſcopi de ejus conſenſu, mortuo Epiſcopo, qui conſenſum præſtitit, expirat. *Put.* 22. *de præbend.*

11 Clauſula, ſine præjudicio ſimilia mandata obtinentium, trahitur etiam ad mandata conceſſa per ſucceſſores. *Jo. Pau.* 87.

12 Clauſula mandati, vel intra ſex menſes a die habitæ poſſeſſionis teneatur novam poſſeſſionem expectare, non ligat eum, qui interim ſpoliatur. *Mohed.* 161. *vide lib.* 1. *de præbend. de indult. cap.* 4.

13 Mandatum de providendo requirit factum exequutoris, & proviſio exequutoris retrotrahitur. *Jo. Pau.* 69. 70.

14 Diligentior in acceptatione præfertur diligentiori in data, & proceſſu, quando in mandatis eſt poſitum, ut diligentior præferatur, per diligentioris amiſſionem non detur negligentiori. *Jo. Pau.* 96.

TITULUS XIII.
DE UNIONIBUS.

1 UNio in qua non eſt facta mentio de invaliditate, quæ non eſt de jure communi, eſt ſubreptitia. *Sim.* 42. *vid. Caſſad.* 2. & 4. *de præb.*

2 In facultate uniendi data Vicario non venit operaria. *Mohed.* 94.

3 De unione, vel de beneficio uniendo non eſt facienda mentio, ſed de diſpenſatione. *Mohed.* 52. præſertim ſi lis eſt ſuper unione. *Aug.* 3. 242. Cetera vide ad regulam.

4 Si unio eſt facta duarum Eccleſiarum in diverſis diœceſibus, ita quod minor accedat majori, majoris antiſtes providit, neque alterius conſenſus requiritur, ſecus ſi æque principaliter ſunt unitæ. *Aug.* 3. 597.

5 Si agitur de canonizando mandatum de uniendo unum beneficium alteri ad vitam, cauſa eſt ſummaria. *Caſſ.* 3. *de jud.*

6 Unio eſt publicanda etiamſi fiat ex nunc, prout ex tunc. *Caſſ.* 25. *ſuper reg.*

7 Unio Apoſtolica ex falſa cauſa eſt ipſo jure nulla, ſed ordinaria eſt annullanda probata falſitate. *Caſſ.* 1. *de union.*

8 Unio ad vitam, vel ad tempus non eſt proviſio, neque tollit reſervationem, aut aſſequutionem, ut perpetua. *Caſſad.* 2. *de union. Peregr.* 39.

9 Licet Indulta Cardinalium comprehendant vacantia ceſſantibus Commendis, & unionibus diſſolutis, tamen ſi ex cauſa reſignationis in manibus Papæ fit unio, ceſſante unione Cardinalis non poteſt providere. *Put.* 49. *de privil. Peregr.* 39.

10 Vicarius non poteſt unire, niſi cum ſpeciali mandato, nec præſumitur ex antiquitate, etiamſi ſit enunciatum in genere. *Put.* 1. *hoc tit. vid. Mohed.* 337.

11 Conſentiens reſignationi conſentit diſſolutioni unionis, quæ fit reſignando. *Put.* 4. *hoc tit.*

12 De parochiali unita non eſt facienda mentio. *Put.* 6. *hoc tit.*

13 Unio ſimplicis beneficii ad parochialem probatur per principalem tantum. *Put.* 8. *hoc tit.* etſi agatur ſpolio nomine Eccleſiæ. *Peregr.* 52.

14 Si Abbas agit ad beneficium unitum ſufficit probare ſe eſſe Abbatem per literas Abbatiæ. *Peregr.* 53.

TITULUS XIV.
DE NOMINATIONE, PRÆSENTATIONE, ET INSTITUTIONE.

VIde ſupra *lib.* 1. *de Jurepatronatus, cap.* 6.

Index Titulorum.

LIBER PRIMUS.

Tit. i. DE *accuſationibus.* pag. 597. col. 1.
Tit. ii. *De acquirendo rerum dominio.* Ibid.
Tit. iii. *De alimentis.* Ibid.
Tit. iv. *De allegatione lapi.* Ibid.
Tit. v. *De appellationibus.* 598. 1.
Tit. vi. *De arbitris.* 600. 1.
Tit. vii. *De cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* Ibid. 2.
Tit. viii. *De Clericis non reſidentibus.* 601. 2.
Tit. ix. *De compenſationibus.* Ibid.
Tit. x. *De conditionibus appoſitis.* Ibid.
Tit. xi. *De conceſſione præbendæ.* Ibid.
Tit. xii. *De corpore expectativæ, & proceſſus.* 602. 1.
Tit. xiii. *De confeſſis.* 604. 2.
Tit. xiv. *De confirmatione utili, vel inutili, & de electione.* 605. 1.
Tit. xv. *De conſtitutionibus.* Ibid. 2.
Tit. xvi. *De conſuetudine.* 606. 1.
Tit. xvii. *De decimis, & primitiis.* Ibid. 2.
Tit. xviii. *De dilationibus.* Ibid.
Tit. xix. *De remiſſoriis.* 607. 2.
Tit. xx. *De citatione, & de dolo, & contumacia.* 608. 1.
Tit. xxi. *De donationibus.* 609. 2.
Tit. xxii. *De emptione, & venditione.* 610. 1.
Tit. xxiii. *De eo, quod intereſt.* Ibid. 2.
Tit. xxiv. *De exceptionibus.* Ibid.
Tit. xxv. *De executione rei judicatæ.* 611. 1.
Tit. xxvi. *De feriis.* Ibid. 2.

Tit. xxvii.

Tit. xxvii. *De feudis.* 611. 2.
Tit. xxviii. *De fide inſtrumentorum.* 612. 1.
Tit. xxix. *De fideiuſſoribus.* 614. 2.
Tit. xxx. *De filiis presbyterorum, & de foro competenti.* 615. 1.
Tit. xxxi. *De fructibus, & litium expenſis.* Ibid.
Tit. xxxii. *De expenſis.* Ibid. 2.
Tit. xxxiii. *De furtis.* 616. 1.
Tit. xxxiv. *De his, quæ fiunt a majore parte capituli, & de his, quæ fiunt ſine conſenſu capituli.* Ibid.
Tit. xxxv. *De his, quæ in fraudem creditorum.* Ibid. 2.
Tit. xxxvi. *De homicidio.* Ibid.
Tit. xxxvii. *De in integrum reſtitutione.* 617. 1.
Tit. xxxviii. *De injuriis.* 618. 1.
Tit. xxxix. *De judiciis.* Ibid.
Tit. xl. *De jure dotium.* 620. 1.
Tit. xli. *De jure emphyteotico.* Ibid. 2.
Tit. xlii. *De jurejurando.* Ibid.
Tit. xliii. *De obligatione in forma.* 621. 1.
Tit. xliv. *De jure patronatus.* Ibid. 2.
Tit. xlv. *De legatis, & fideicommiſſis.* 624. 1.
Tit. xlvi. *De locato.* Ibid. 2.
Tit. xlvii. *De majoritate, & obedientia.* 625. 1.
Tit. xlviii. *De mandato.* Ibid.
Tit. xlix. *De mutuis petitionibus.* Ibid.
Tit. l. *Ne ſede vacante aliquid innovetur.* Ibid.
Tit. li. *Nihil novari appellatione pendente.* Ibid. 2.
Tit. lii. *De non numerata pecunia.* Ibid.
Tit. liii. *De officio delegati.* Ibid.
Tit. liv. *De officio legati.* Ibid.
Tit. lv. *De officio ordinarii.* 626. 1.
Tit. lvi. *De officio vicarii.* Ibid.
Tit. lvii. *De ordine cognitionum.* Ibid. 2.
Tit. lviii. *De pactis.* Ibid.
Tit. lix. *De pignoribus.* 627. 1.
Tit. lx. *De pœnis.* Ibid.
Tit. lxi. *De præbendis.* Ibid. 2.
Tit. lxii. *De præſcriptionibus.* 633. 1.
Tit. lxiii. *De præſumptionibus.* Ibid. 2.
Tit. lxiv. *De privilegiis.* 634. 2.
Tit. lxv. *De probationibus.* 635. 2.
Tit. lxvi. *De procuratoribus.* 636. 2.
Tit. lxvii. *Qui filii ſint legitimi.* 638. 2.
Tit. lxviii. *De rebus eccleſiæ non alienandis.* 639. 1.
Tit. lxix. *De regularibus.* Ibid.
Tit. lxx. *Rem ratam haberi.* 640. 1.
Tit. lxxi. *De renunciatione.* Ibid.
Tit. lxxii. *De rerum permutatione.* 642. 2.
Tit. lxxiii. *De reſcriptis & commiſſionibus.* Ibid. 2.
Tit. lxxiv. *De reſtitutione ſpoliatorum.* 643. 1.
Tit. lxxv. *De ſecundis nuptiis.* 646. 1.
Tit. lxxvi. *De ſententia, & re judicata.* Ibid. 2.
Tit. lxxvii. *De excommunicatione.* Ibid.
Tit. lxxviii. *De ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum.* 649. 1.
Tit. lxxix. *De ſolutionibus.* 650. 1.
Tit. lxxx. *De ſponſalibus, & matrimoniis.* Ibid. 2.
Tit. lxxxi. *De ſimonia.* Ibid.
Tit. lxxxii. *De teſtamentis.* 651. 2.
Tit. lxxxiii. *De teſtibus.* 653. 2.
Tit. lxxxiv. *De tranſactionibus.* 654. 1.
Tit. lxxxv. *Ut lite pendente nil innovetur.* Ibid. 2.

Liber Secundus.
Pars I.
De Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ.

Communia de regulis cancellariæ. 656. 1.
Reg. i. *Ad regimen, & execrabilis.* 657. 1.
Reg. ii. *Reſervationes cathedralium monaſteriorum valoris CC.* Ibid. 2.
Reg. iii. *Dignitatum majorum.* Ibid.
Reg. iv. *Collectorum.* Ibid.
Reg. v. *Curialium.* Ibid.
Reg. vi. *Cubiculariorum, & curſorum.* Ibid.
Reg. vii. *Beneficiorum Sancti Petri, Sancti Joannis, & Sanctæ Mariæ, & Cardinalium abſentium.* Ibid.
Reg. viii. *Rationi congruit.* Ibid.
Reg. ix. *Eccleſia vacante tempore obitus prædeceſſoris reſervata, & alia affecta.* Ibid.
Reg. x. *Revocatio expectativarum &c. & facultatum nominandi.* Ibid.
Reg. xi. *Revocationum &c. unionum &c.* 658. 1.
Reg. xii. *Revalidatoria literarum intra annum expeditarum.* Ibid.
Reg. xiii. *Revocatio facultatum, & indultorum in aliena diœceſi, & nunciorum.* Ibid.
Reg. xiv. *De dictionibus numeralibus extenſe ſcribendis.* Ibid.
Reg. xv. *De concurrentibus ſuper eodem beneficio.* Ibid.
Reg. xvi. *De non tollendo jure quæſito.* Ibid. 2.
Reg. xvii. *Canonici in XIV. in cathedralibus, & in X. in collegiatis.* 659. 1.
Reg. xviii. *De infirmis reſignationibus, & intra XX. dies a conſenſu decedentibus.* Ibid.
Reg. xix. *Proviſus de parochiali intelligat, & loquatur de idiomate.* Ibid. 2.
Reg. xx. *De impetrantibus per obitum beneficia viventium.* Ibid.
Reg. xxi. *De valor. exprim. in union.* Ibid.
Reg. xxii. *De mendicantibus tranſeuntibus ad alios ordines.* Ibid.
Reg. xxiii. *Libra Turonen. eſt florenus auri.* Ibid.
Reg. xxiv. *De vacant. per promotionem.* Ibid.
Reg. xxv. *De non judicando juxta formam ſupplicationum.* Ibid.
Reg. xxvi. *De regulis in forma producendis.* 660. 1.
Reg. xxvii. *De ſubrogandis collitigantibus, & de capientibus ſubrogationes.* Ibid.
Reg. xxviii. *De veriſimili notitia obitus.* Ibid.

Reg. xxix.

Reg. xxix. *Commiſſiones non valeant literis non expeditis.* 660. 2.
Reg. xxx. *De vacantibus per obitum familiarium cardinalium.* 661. 1.
Reg. xxxi. *Signatura per fiat præfertur illi, per conceſſum.* Ibid. 2.
Reg. xxxii. *De annali.* Ibid.
Reg. xxxiii. *De trienuali.* 663. 1.
Reg. xxxiv. *De publicandis reſignationibus.* 665. 1.
Reg. xxxv. *De non appellando ante diffinitivam.* Ibid. 2.
Reg. xxxvi. *Commiſſioni poſt concluſionem non ſtetur, niſi ei derogetur.* Ibid.
Reg. xxxvii. *De literis ſuper amovibilibus ad nutum.* Ibid.
Reg. xxxviii. *De clauſula commiſſionis reſignationis.* Ibid.
Reg. xxxix. *De ſupplendis defectibus.* Ibid.
Reg. xl. *De derogatione Juriſpatronatus.* Ibid.
Reg. xli. *De Commendis.* Ibid.
Reg. xlii. *De reformationibus.* Ibid.
Reg. xliii. *De conſenſibus præſtandis in reſignationibus, & penſionibus.* Ibid.
Reg. xliv. *De vacantibus per ingreſſum Religionis.* 666. 1.
Reg. xlv. *De vacantibus per modum exprimendum.* Ibid.
Reg. xlvi. *De Exequutore nomine proprio nominando.* Ibid.
Reg. xlvii. *De diſpenſationibus in gradibus prohibitis.* Ibid.
Reg. xlviii. *Super defectu natalium.* Ibid.
Reg. xlix. *Super defectu ætatis.* Ibid.
Reg. l. *Super defectu natalium nobilium, & graduatorum.* Ibid.
Reg. li. *De incompatibilibus.* Ibid.
Reg. lii. *De duabus parochialibus, & dignitatibus.* Ibid.
Reg. liii. *Diſpenſatio non ſuffragetur literis non expeditis.* Ibid.
Reg. liv. *De non promovendis.* Ibid.
Reg. lv. *De fructibus in abſentia.* Ibid.
Reg. lvi. *De duobus Decanatibus in Alemania non obtinendis.* Ibid.
Reg. lvii. lviii. lix. *De indulgentiis.* Ibid.
Reg. lx. *De pluribus beneficiis petitis.* Ibid.
Reg. lxi. *De valore.* Ibid.
Reg. lxii. *De clauſulis in beneficiis vacantibus.* 667. 1.
Reg. lxiii. *De qualitatibus beneficiorum exprimendis.* Ibid.
Reg. lxiv. *De vacantibus per contractum matrimonii.* Ibid.
Reg. lxv. *De Religioſis recipiendis.* Ibid.
Reg. lxvi. *De translatione Religioſorum.* Ibid.
Reg. lxvii. *De clauſula, ſi eſt ita.* Ibid.
Reg. lxviii. *Petenti de vacaturo.* Ibid.
Reg. lxix. *Executoriales dentur ſub plumbo.* Ibid.

De regulis novis.

Reg. i. R*Enovatio decimarum, & impoſitionum, ac ſuſpenſio Indulgentiarum.* Ibid.
Reg. ii. *Revocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.* Ibid.
Reg. iii. *De augendo fructus ad tertiam.* Ibid.
Reg. iv. *De abſolutione, & inſordeſcentibus.* Ibid.
Reg. v. *Officiales non exigant ultra debitum.* Ibid.
Reg. vi. *Cardinales non comprehenduntur ſub regulis expecta prima expeditione.* Ibid.
Reg. vii. *De octo menſibus.* Ibid.

De regulis ſuper gratiis expectativis.

Reg. i. ii. iii. iv. v. vi. *De pauperibus expectant.* Ibid.
Reg. vii. viii. *De clauſulis, & taxis expectativarum.* Ibid.
Reg. ix. *De derogatione Statutorum.* Ibid.
Reg. x. *Graduati præferantur aliis in parochialibus.* 668. 1.
Reg. xi. *De dignitatibus obtinendis.* Ibid.
Reg. xii. *De non examinandis graduatis.* Ibid.
Reg. xiii. *De Hoſpitalibus.* Ibid.
Reg. xiv. *Ne extra nationem.* Ibid.
Reg. xv. *Nemo acceptet literis non expeditis.* Ibid.
Reg. xvi. *De duabus expectativis.* Ibid.
Reg. xvii. *De ſervitoribus.* Ibid.
Reg. xviii. *De reſervatis.* Ibid.
Reg. xix. *De inſinuatione, & publicatione acceptationum.* Ibid.
Reg. xx. *De menſibus ordinariorum.* Ibid. 2.
Reg. xxi. *De pluribus expectantibus, & aliquibus deficientibus.* Ibid.
Reg. xxii. *De motu proprio expectativarum.* Ibid.
Reg. xxiii. *Revocatio expectativarum, mandatorum, reſervationum, indultorum, facultatum nunciorum, & alternativarum.* Ibid.
Reg. xxiv. *De prælationibus expectantium.* 669. 1.
Reg. xxv. *De mutatione collationum.* Ibid.
Reg. xxvi. *De proceſſibus expectativarum.* Ibid. 2.
Reg. xxvii. xxviii. *Moderatio indultorum Cardinalium.* Ibid.
Reg. xxix. *Nulla privilegia ſuffragentur.* Ibid.
Reg. xxx. *Revocatoria facultatum conclaviſtarum, & aliorum quoad reſignationes.* 670. 1.

Pars II.

De extravagantibus diverſorum Pontificum.

JOann. xxii. 670. 1.
Bonifac. viii. Ibid.
Benedict. xxii. Ibid.
Eugen. iv. Ibid.
Nicol. v. Ibid.
Paul. ii. Ibid.
Xiſt. iv. Ibid.
Innoc. viii. Ibid.
Alex. vi. Ibid.
Jul. ii. Ibid.
Leo x. Ibid.

A-

Adrian. vi. 671. 1.
Clem. vii. Ibid.
Paul. iii. Ibid.

LIBER TERTIUS.

Tit. i. *De ceſſione actionis.* 671. 1.
Tit. ii. *De clauſulis.* 672. 1.
Tit. iii. *De clauſulis aliorum gratiarum.* Ibid.
Tit. iv. *De collectoribus.* Ibid.
Tit. v. *De decretis.* Ibid.
Tit. vi. *De diſpenſationibus.* Ibid. 2.
Tit. vii. *De expectativis.* Ibid.
Tit. viii. *De indultis.* Ibid.
Tit. ix. *De penſionibus.* Ibid.
Tit. x. *De regreſſu.* 675. 1.
Tit. xi. *De remiſſoriis.* 676. 2.
Tit. xii. *De reſervationibus.* Ibid.
Tit. xiii. *De unionibus.* 677. 1.
Tit. xiv. *De nominatione, præſentatione, & inſtitutione.* Ibid. 2.

INDEX

RERUM, ET VERBORUM.

Prior numerus Paginam, poſterior Columnam indicat.

AAron ſolus erexit, & unxit Altare in Tabernaculo. pag. 9. col. 1.

Abbas poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ nec vendat, nec commutet abſque fratrum, vel Ordinarii conſenſu. 76. 2 : 77. 2 : 570. 2.

-- filios de Baptiſmo non habeat. 220. 1.

-- pretium ab iis, qui ad converſionem veniunt, ne exigat. 451. 2.

-- permittens mulierem ingredi Monaſterium tribus menſibus pœnitentiam in pane & aqua agat. 285. 2.

-- pœnitentias niſi ex Epiſcopi licentia non injungat. 289. 2.

-- agens ad Beneficium unitum quid probare debeat. 677. 2.

Abbates. Pro petendis beneficiis ſine commendatione Epiſcoporum ad dominos non veniant. 46. 1. & 2.

-- quæ juris Eccleſiaſtici ſicut ſine Epiſcopi conceſſione non accipiant. 47. 1.

-- obtinentes per laicos eccleſias excommunicentur. Ibid.

-- eccleſias, quas numquam habuerunt niſi ex conſenſu Epiſcopi ne emant. Ibid. 2.

-- Ciſtercienſes poſſeſſiones, de quibus Decimæ deberentur Eccleſiis, emere non poterant. 52. 1.

-- quatuor præeſſe debebant capitulis Monachorum. 430. 1.

-- non poterant habere poſſeſſiones triennales Eccleſiarum & Epiſcoporum. 79. 2.

-- patrocinio ſæculari utentes ſine Epiſcopi permiſſu ab Epiſcopis excommunicentur. 385. 2.

Abbatiſſa aut Sanctimonialis viduam, aut puellam virginem velantes ab Epiſcopo corrigantur. 287. 1.

Ablutio pedum omni quidem tempore, ſpecialius tamen habenda die, qua Chriſtus. 193. 1.

Abſens ne judicetur. 401. 1 : 414. 1.

Abſolutio quibus, & quando non ſuffragetur. 667. 1.

Acacius anathematizatus fuit. 140. 1. & 2.

-- veniam poſtulaſſe fingitur. 272. 2.

-- non fuit novi erroris inventor. 520. 1.

-- Conſtant. Ep. anathematizatus. 523. 1.

Acceptatio in partibus facta per procuratorem. Ibid.

-- in ea facta proteſtatio a quo præſervet. Ibid.

-- qui nequeant acceptare vigore privilegiorum. Ibid.

-- non valet in menſe alternativo Ordinarii. Ibid.

-- expectantes beneficia vacantia per diſſolutionem commendæ papalis nequeunt acceptare. Ibid.

-- generalis ſemel tantum poteſt valide deduci ad ſpeciem. Ibid.

-- impetrans per obitum quando poſſit deducere ad ſpeciem defuncti acceptationem. Ibid. & 603. 1.

-- non valet ut & nova proviſio quando gratia eſt conſumpta. 603. 2.

Accuſatio contra Epiſcopum ante omnes Epiſcopos provinciæ inſtituenda. 386. 2.

-- diſcutionis ſine apoſtolica præceptione extra propriam provinciam ne fiat. 387. 1. & 2.

-- epiſcoporum non facile admittenda. 394. 2 : 402. 2.

-- ab inferiori ad majorem non recipienda. 389. 1.

-- a quibus facienda. 390. 2.

-- per literas, & abſente accuſatore non admittenda. 402. 1 : 421. 2.

-- adverſus presbyterum non recipienda niſi duobus, vel tribus teſtibus. 420. 1.

-- ad eam qui non admittendi. 417. 2 : 441. 1.

-- quæ a ſæculi legibus prohibebatur ab Eccleſiæ judicibus non audienda. 409. 1 : 414. 1.

Accuſator ſimul judex, & teſtis ne ſit. 393. 1 : 396. 1 : 417. 2.

-- nec ſervus, aut libertus, aut perſona ſuſpecta, vel infamis. 394. 1 : 397. 1 : 398. 1.

-- præſens ſit. 401. 1.

-- non ſuſcipiendi niſi idonei. 388. 1 : 416. 1.

-- non audiendi abſente adverſario. 428. 1.

-- quales eſſe debeant. 389. 2. & ſeqq. 396. 1 : 418. 1.

-- qui non admittendi. 392. 1. & 2.

-- eorum vita inquirenda. 394. 1.

-- in judicio Epiſcoporum culpabiles non admittendi ad arguendum. Ibid. 2.

-- judices & teſtes ſimul ne ſint. 402. 1 : 417. 2. & ſeqq. 484. 1.

Acolythus quid in ordinatione accipere debeat de manu Archidiaconi. 136. 1 : 138. 2 : 300. 2.

-- ab epiſcopo in ordinatione quid edocendus. 300. 1.

Actor ſi eſt procurator generalis rei, & ſubſtituat non poteſt procedi cum ſubſtituto. 617. 2.

Adminiſtratio quando valet. 619. 2.

Adulter ne ordinetur. 311. 2 : 499. 2.

-- eorum pœnæ. Ibid.

Advocatus nullus præter jus, & beneficium antiquitus conſtitutum aliquid ſacri recipiat. 66. 1 : 294. 2.

Ædificia laicorũ Eccleſiis ne ſint conjuncta. 5. 2.

Ægidiana quid comprehendat. 598. 2.

-- non tollit reſtitutionem in integrum. Ibid.

-- quando non ſit locus ad illam. Ibid.

– *non habet locum extra terras Eccleſiæ*. 647. 2.
– *non permittit appellari in poſſeſſoriis*. 625. 2.
Ætas neceſſaria ad Ordines. 569. 2.
Afri ad ordines non recipiendi & cur. 225. 2: 304. 1. & 2: 317. 2.
Agapæ in Eccleſiis prohibitæ. 65. 1: 197. 2.
Agiulphus Longobardorum Rex. 468. 2: 469. 1.
Alexander P. 253. 1.
Alexandri P. de vino cum aqua in calice offerendo ſententia. 235. 1.
Alexandrina non adjuvat vulnerato jus litigioſum. 626. 2.
– *habet locum in vulnerante procuratorem*. Ibid.
– *ipſius exceptio*. Ibid.
– *qui in eam non incidant*. Ibid.
Alienationes per ſchiſmaticos ſive per laicos factæ rerum Eccleſiarum non valent. 65. 1.
Alleluja quando permiſſum. 161. 1: 253. 1. *quando prohibitum*. 193. 1. & 2: 194. 2.
Altaria unctione Chriſmatis, & ſacerdotali benedictione ſacranda. 8. 2.
– *conſecranda non a presbytero, ſed ab Epiſcopo*. 9. 1.
– *non ſacranda niſi lapidea*. Ibid.
– *non conſecranda cui tabula vel mota, vel enormiter fracta fuerit*. 10. 1.
– *data per perſonas alicui communitati Monachorum redeant libera ad Epiſcopos mortuis perſonis*. 24. 2: 26. 2.
– *evertenda quæ per agros & vineas erant in memoriam Martyrum in quibus neque corpus, neque reliquiæ exiſterent*. 92. 2.
ex *Ambone nequeat canere qui coronam non habeat, vel benedictionem non acceperit*. 547. 2.
D. *Ambroſii de obitu Valentiniani ſententia*. 220. 1.
– *ſplendidiſſima lucerna Eccleſiæ dictus*. 94. 1.
– *ipſius verba ex lib. de Incarn*. 101. 1. & *in expoſitione SS. Martyrum Gervaſii & Protaſii*. 131. 2.
Anacleti P. Epiſtola. 70. 1.
– *memoriam B. Petri conſtruxit*. 93. 1.
Anaſtaſius Papa Baſilicam Creſcentianam conſtruxit. 208. 1.
– *ejuſdem conſtituta*. 21. 1: 255. 2.
Anaſtaſius presbyter Tit. S. Marcelli excommunicatus, & a Sacerdotio remotus. 43. 2.
D. *Anaſtaſii apparitio*. 86. 2. *ejuſque miraculum*. Ibid. & 91. 1: 107. 1.
Anathema eſt Separatio a Deo. 70. 2: 518. 2: 551. 1.
– *dictum in Epiſcopos etiam mortuos, qui reliquiſſent heredes hæreticos vel gentiles etiam propinquos & ab inteſtato*. 527. 1.
– *in hæreticos a ſex Synodis Œcumenicis condemnatos*. 553. 2.
– *in congregantes Eccleſiam ſeparatim extra Eccleſiam*. Ibid.
– *in mittentes manus in eos, qui confugiunt ad Eccleſiam*. 15. 2.
– *in ſacerdotes ſpoliantes Monaſterium*. 26. 1.
– *in deſpicientes eos qui agapas exhibent*. 40. 2: 534. 1.
– *in non obſervantes præcepta de Olivetis, &c*. 61. 1.
– *in diripientes bona Clericorum vel in vita vel poſt mortem*. 61. 1: 454. 2.
– *in non reſtituentes Eccleſiæ quæ perceperint ex cimeliis, vel ſolatiis*. 61. 1: 77. 1: 134. 1.
– *in pervadentes res Eccleſiæ*. 65. 1.
– *in accedentes ad pſeudomartyres hæreticorum*. 99. 2: 527. 1.
– *in contemnentes ſynaxes martyrum*. 100. 1.
– *in necantes Regem*. Ibid.
– *in dicentes, verba Orationis Dominicæ* Dimitte nobis debita noſtra *non veraciter a Sanctis dici*. 152. 2.
– *in affirmantes humanam naturam ſufficere ad vincenda peccata, & Dei mandata cuſtodienda*. 153. 1.
– *in non dicentes* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. 168. 2.
– *in admittentes alias Scripturas præter quam admittit Eccleſia*. 171. 1.
– *in colentes Kalendas Januarias*. 178. 1: 438. 2: 526. 1.
– *in jejunantes die Dominica*. 181. 2.
– *in jejunantes die Natalis Domini*. Ibid. & 533. 2.
– *in jejunantes Feria V. in Cœna Domini hora legitima poſt Nonam, & in Eccleſiis Miſſas non tenentes*. 191. 1: 259. 2.
– *in edentes carnem præter ſanguinem, & idolothyta*. 197. 2: 534. 1.
– *in copulantes ſibi in conjugium commatrem ſpiritualem*. 221. 2.
– *in ſequentes errorem Priſcilliani*. 226. 2.
– *in eos, qui acceptam Euchariſtiæ gratiam in Eccleſia non conſumunt*. 248. 1: 453. 1.
– *in contemnentes Eccleſiam & Synaxes*. 259. 2.
– *in accuſantes & infeſtantes Epiſcopos*. 266. 1.
– *in nolentem accipere communionem a presbytero conjugato*. 249. 1: 324. 2.
– *in ducentes uxorem Presbyteram, Diaconam, aut Monacham*. 273. 2: 328. 2: 337. 2: 338. 1: 355. 1: 578. 2.
– *in ducentes in matrimonium fratris uxorem aut neptem*. 331. 2: *aut de propria cognatione*. 333. 2.
– *in obſervantes ariolos, auſpices, &c*. 441. 1.
– *in credentes aſtrologiæ*. 442. 1.
– *in Epiſcopum, qui Monaſterium ſpoliandum, aut convellendum, aut diſſolvendum ſententiaverit*. 455. 1.
– *in laicum Epiſcopum verberantem*. 458. 2: 539. 2.
– *in eos, qui, ſuadente diabolo, violentas manus in Clericum, vel Monachum injecerit*. 459. 2: 540. 1.
– *in eum, qui viduam furatus fuerit in uxorem*. 503. 1.
– *in rapientem virginem*. Ibid.
– *in violantem virginem*. Ibid.
– *in Chriſtianum deſponſantem filiam Judæi, niſi in Chriſto crediderit*. 527. 2.

– *in*

– in tentantes pellere Papam, aut quemlibet Patriarcham e ſede. 528. 1.
– in eum qui in pœnitentiæ ſtatu nuptias contraxiſſet. 534. 2.
– in Clericum qui Clericum accuſans curiam fuiſſet ingreſſus. 544. 2.
– in Eccleſiaſticum, qui præſumpſiſſet ponere titulos ſive in ruſtico, ſive in urbano prædio, & qui id fieri praecepiſſet, vel factum non puniviſſet. 546. 1.
– in presbyterum, aut diaconum, qui aliquo tegmine velaſſet feretrum, quo Romani Pontificis corpus ad ſepeliendum ferebatur. Ibid.
Anterus geſta martyrum diligenter a notariis exquiſita, in Eccleſia recondidit. 97. 1.
Antiochi interrogatio de imaginum cultu. 125. 2.
Apoſtaticus quis dictus, & quando. 450. 1.
Apoſtoli verba circa pactum a chriſtiano cum paganis faciendum. 71. 2.
– ſymbolum condiderunt, quod fidelis nunc tenet eccleſia. 165. 2.
– universalitas eccleſiæ Dei approbatur. 3. 1.
Appellans, ſi docet de appellatione, & ſententia, poteſt obtinere revocationem. 599. 2. & ſeq. non poteſt procedere in curia contra appellantem per contradictas. 600. 1.
Appellatio non juvabat illis qui accepta nomine chriſtianiſmi, Chriſtum contumelia afficiebant. 449. 2.
– extrajudicialis, ad hoc, ut devolvat, quid requiratur. 598. 1. quando non inducat litem ad effectum ſubrogationis. Ibid. legitime intimata facit beneficium litigioſum, & devolvit. Ibid.
– a die notitiæ non prodeſt ei, qui fuit perſonaliter citatus. Ibid. 2. ad quos fieri poſſit appellatio. Ibid. qui appellare non poſſit. Ibid.
– quando deſeritur in curia. 599. 1. & 2. quo tempore fieri poteſt. Ibid. 2. quando currere incipit. Ibid.
– domini directi, cui non proſit. Ibid.
Appellatus, quid poſſit. 643. 1.
Aqua quomodo benedicenda; ipſius uſus, & fructus. 139. 2: 140. 1.
– benedicta facienda, eaque fana aſpergenda erant, &c. 140. 1.
Arbiter, ſi pronunciat prout in cedula, & moriatur, poteſt dari alius, qui eam ſubſcribat, &c. 600. 1.
Arcæ ab Eccleſia expellantur niſi una ad veſtimentum, & libros. 11. 1.
ab Archidiaconatus honore deponendus qui contra juſtitiã in alterius archidiaconatum provehi ſe conſenſiſſet. 546. 2.
Archidiaconi providere debent ut Euchariſtia, Chriſma, & Oleum ſanctum ſub clavibus recondantur. 229. 1: 291. 1.
– vel eorum officiales ſententias excommunicationis &c. in aliquem promulgare non poterant, niſi admonitione canonica præcedente. 518. 1.
Archidiaconus, aut Archipresbyter &c. nullus tribuere poterat alicui ſine conſenſu Epiſcopi nec curam animarum, neque præbendas Eccleſiæ. 532. 1.
– vel decanus ordinari non poterat niſi diaconus vel presbyter. 577. 1.
– ſi tempore a canonibus præfixo in presbyteros ordinati non fuiſſent, quam incurrebant pœnam. 430. 1. Non proderat illis appellationis diffugium. Ibid.
– quid poſſit. 615. 1.
Archiepiſcopus ex conſuetudine poteſt habere vicarium appellationum in diœceſi ſuffraganei. 599. 2.
Archiepiſcopus, & Archiepiſcopi. Vide Epiſcopus, & Epiſcopi.
Archipresbyter cum diœceſim tenet, de his, quæ emet, aut eccleſiæ nomine ſcripturam faciat, aut ab ejus &c. ordinatione diſcedat. 78. 1.
– in vico manens, aut ad villam ſuam ambulans, unus lector canonicorum ſuorum &c. cum illo ambulare debebat, & in cella ubi ille jacebat lectum habere pro teſtimonio. 285. 1: 338. 2: 543. 2.
Archipresbyteri puniendi erant ab epiſcopis, qui cautelam non habuiſſent ſuper juniores. 338. 2.
Archivium Rom. cur non poteſt notas confectas extra curiam extendere, aut publicare. 614. 1.
– ejus, de cujus intereſſe agitur non habet auctoritatem. Ibid. 2.
Arianorum Baptiſma ratum habetur, quod in nomine Patris, & Filii &c. perficiebatur. 206. 2: 207. 1.
Arius, & Macedonius anathematizati. 111. 1.
in Armenia, & aliis locis ſabbatis & dominicis quadrageſimæ ova, & butyrum quidam comedebant, idque prohibitum fuit. 193. 2. Hoc ſervantes clerici deponendi; laici excommunicabantur. Ibid.
– vinum tantum in ſacra menſa offerebant non mixta aqua. 234. 2: 235. 1.
Armeniorum eccleſia a rectitudine fidei &c. in quaſdam pravas exorbitavit ſententias. 234. 1.
Arnulphus Cremonenſis Epiſcopus ſimoniacus ab omni epiſcopali officio depoſitus fuit. 451. 2: 531. 1.
Arſacius in thronum epiſcopalem pro Joanne productus, etiam poſt obitum exauctoratus fuit. 463. 1: 573. 1.
Attentata ſunt in ſtatum purganda. 655. 1. per procuratorem non debent ſtatim revocari. Ibid.
Avaritia vigilanter præcavenda in dandis eccleſiaſticis honoribus. 450. 2.
– in ſacerdote vitanda. 511. 2.
Auditio, quid eſſet. 289. 2. Item quid fletus, & luctus. Ibid.
Auditor, quid poſſit in cauſa appellationis. 599. 2.
– exequens ſententiam alterius inferioris debet cognoſcere de juſtitia &c. 611. 1.
– Cameræ intercuriales juriſdictionem non habet de his, quæ ſunt in ratione beneficiorum. 615. 1.

615. 1. quos poſſit monere. Ibid. eſt ordinarius. Ibid. Rotæ poteſt taxare expenſas. 616. 1.
– quid poſſit. 646. 2.
Augur, aut pantomimus credere volentes prius artibus ſuis renuntiare debebant. 202. 2.
Auguria, & phylacteria in urbe Roma prohibita fuere. 439. 1.
B. Auguſtini verba in Pſalmo LXXIII. 101. 1. in Pſalmo XCII. contra Fauſtum Manichæum. 197. 1. in libro Enchirid. 289. 1.
Axioma a falſa quadam ſynodo ſparſum. 123. 2.

BAculum ſignum dignitatis Paſtoralis. 135. 2.
Ballimathiæ prohibitæ in Natalitiis ſanctorum; quæque ſint. 95. 1. & 2: 184. 2.
Balliſtariorum, & ſagittariorum ars mortifera adverſus chriſtianos exerceri prohibita ſub anathemate. 515. 2: 546. 2.
Bannum ab epiſcopis impoſitum corrumpentes, quadraginta dierum caſtigatione corripiebantur in pane & aqua. 287. 1.
– ab epiſcopis ſuperpoſitum non contemnendum, neque tranſgrediendum erat. 510. 2.
Baptiſma non oculis corporis conſiderandum, ſed mentis. 209. 1.
– non negandum infantibus tempore interdicti. 212. 1: 227. 2.
– non prophanari permittatur. 213. 1.
– excepta infirmorum cauſa non niſi a jejunis ſacerdotibus celebrabatur. 214. 2.
– in ſingulis parochiis ſecundum ordinem Romanum jugiter celebrandum erat; & conſervandum ſcrutinium ad ordinem baptiſmi ſicut in decretis Leonis Papæ. Ibid. & 217. 2: 227. 1.
– non in domibus, aut privatis oratoriis, ſed in eccleſiis celebrandum. 215. 1: 530. 2: 564. 1.
– niſi ex neceſſitate in Paſcha, & Pentecoſte non erat faciendum. Ibid. 2. & ſeq.
– conferatur iis, qui ignorant ſe eſſe baptizatos. 222. 2.
– an ſit majus Sacramentum manus impoſitione epiſcoporum. 226. 1: 229. 2.
– Sacramentum principale eſt inter Eccleſiæ Sacramenta. 226. 2.
– & confirmatio niſi morte præveniente ab invicem ſunt inſeparabilia. 231. 1.
Baptiſterium publicum in nulla parochia ſit, niſi ubi conſtitutum ab epiſcopo. 215. 2.
– initio quadrageſimæ pontificali manu, & annulo ſignatum claudatur uſque in Cœnæ Domini ſolemnitatem. Ibid. 1. & 2: 217. 2. in ipſo corpora ſepeliri vetitum. 227. 1: 293. 1.
Baptizandi, fidem diſcere debeant, & V. feria hebdomadæ magnæ epiſcopo, vel presbyteris referendum. 201. 2: 202. 1.
– nomen ſuum dare debeant, & diu ſub abſtinentia vini, & carnium &c. baptiſmum percipiant. 202. 2.
Baptizati peregre non ordinabantur in alienis provinciis. 226. 2.
– ab hæreticis, ſola invocatione Spiritus S. per manuũ impoſitionẽ confirmandi ſunt. 231. 1.
Baſilica cum dedicatur, non extendatur indulgentia ultra annum, licet ab uno, vel a pluribus epiſcopis dedicetur. 9. 2: 268. 1.
– deſtituta ordinatione epiſcopi reparanda. 19. 2.
Baſilicæ, quæ diverſis locis conſtructæ ſunt, ſecundum priorum canonum regulas in epiſcopi illius territorio conſiſtant, in cujus poteſtate poſitæ ſunt. 6. 1. & 2: 47. 2.
– a fundamentis licet innovatæ, ſi in ipſis miſſa fuerit celebrata, conſecratæ cenſeantur. 7. 1.
– noviter inſtitutæ a nemine dedicari poſſunt non petitis ex more præceptionibus. 8. 2.
– plurimæ factæ, & dedicatæ a Summis Sanctiſque Pontificibus, & aliis piiſſimis perſonis. 21. 1. & ſeqq. 57. 2.
– quæ novæ conditæ fuerint ad epiſcopum illum pertinebunt, cujus conventus eſſe conſtiterit. 75. 1.
Baſilicarum conditores in rebus, quas eiſdem eccleſiis conferunt, nullam poteſtatem habent &c. ſed ad epiſcopi ordinationem pertineant. 51. 2.
D. Baſilii Epiſcopi Cæſar. Cappad. in interpretatione Pſalmi CXV. verba. 89. 2.
– in encomio quadraginta martyrum. 106. 2.
Baſſo condemnato a ſynodo, in ultima tamen die non fuit denegatum viaticum. 243. 2.
Ven. Bedæ in Evangelii Homil. XVII. verba contra eos qui eccleſias non reverentur. 12. 1.
– in expoſitione Evang. Lucæ, verba de pſallentibus in eccleſia. 162. 2.
Beliſarius patricius, tempore Vigilii, multa dona, & eleemoſyna pauperibus largitus fuit; fecitque xenodochium in via lata &c. 32. 2.
– ejuſque mandatum. 459. 1: 533. 1.
Beneficia alicui eccleſiæ non tribuantur, nec promittantur antequam vacent. 47. 2.
– vel eccleſiaſticas dignitates per ſchiſmaticos recipientes, careant impetratis. 49. 2.
– exiſtentia in legatione Avenionenſi &c. comprehenduntur in concordatis Galliæ. 628. 2.
– cubiculariorum extra muros an reſervata. 632. 1. quæ dicantur reſervata. Ibid.
– reſervata per Extravag. Ad regimen, non vacant apud ſedem &c. 657. 1. acolythorum ſunt reſervata. Ibid. abbreviatorum de minori ſunt reſervata, licet, &c. Ibid. 2. quæ dicuntur generaliter reſervata. 667. 2.
Beneficium habens de rebus eccleſiæ ad tecta ejuſdem eccleſiæ reſtauranda &c. omnino adjuvet. 5. 1. & nonam, & decimam reddat. Ibid.
– eccleſiaſticum conferentes partem proventuum ſuis uſibus retinere non præſumant. 48. 2.
– quando vacat. 667. 1. & 2. quid ſi vacat de jure, & non de facto. Ibid. 2.
Beneventana civitas a militaribus perſonis tutata. 531. 2.
Berengarius, ejuſque de fide proteſtatio, & profeſſio. 236. 1.
– Epiſcopus Agathenſis excommunicatus. 518. 2.
Bigami, vel inſcii litterarum &c. ne ordinentur. 302. 1:

302. 1: 304. 1. & 2: 306. 2. & ſeqq. 312. 1.
- *diviniſ miniſteriis non applicari debebant a Pontificibus.* 303. 2.

Bona quælibet per eccleſiam acquiſita debent ei remanere poſt obitum acquirentis. 81. 1. *Eccleſiæ nomine quid veniat.* Ibid.

D. *Bonifacius mart. & epiſcopus interrogatus, an liceret ſacramenta confici in vaſculis ligneis &c. quid reſpondit.* 141. 1.

Bonoſiaci, & Cataphryges, & ipſorum errores. 206. 2.
- *hominem Montanum nomine pro Spiritu Sancto habebant.* Ibid.
- *ſicut Ariani in Trinitate baptizati, fidem catholicam confeſſi, cum chriſmate, & manus impoſitione recipiendi.* 231. 1.

Bonoſus hæreticus multos per vim, repugnanteſque ordinare præſumpſit. 249. 1. & 2.

Breve communicatarium privilegiorum quid facit. 668. 2.

Bulla prothonotariatus pro abſente præſumitur acceptata. 614. 1.
- *expedita ſuper regreſſu non diſcordat a ſupplicatione &c.* 631. 1.
- *cubiculariorum præſumitur eſſe in viridi obſervantia.* 634. 2.
- *Sixti, & Leonis &c. procedit tam active, quam paſſive &c.* Ibid.
- *citatur, quæ non habet locum contra epiſcopos promotos ad eccleſias occupatas ab infidelibus.* 670. 2.
- *expedita ſuper regreſſum non eſt corrigenda.* 676. 1.

C*Adavera illorum qui ſibi intuliſſent mortem ſine pſalmis ad ſepulturam deferenda erant.* 456. 2.

Caducitas quando procedit. 620. 2.

Cæleſtini Papæ ad Epiſcopos Orientales verba. 549. 2.
- *ejus conſtitutio, ut Pſalmi David CL. ante ſacrificium pſallerentur &c. nec non & Graduale &c.* 253. 2.

Calumniatores ſacrorum miniſtrorum quibus addicti fuiſſent pœnis. 460. 1. & 2.

Canones ſacri ſacrificia in domibus offerre prohibuere. 7. 1.
- *electorum judicum ſententiam non ſpernendam, edocuerunt.* 376. 1.
- *ſtatuunt, ut civitatenſes, ſive diœceſani Presbyteri &c. ſalvo jure Eccleſiæ vendere, aut donare non præſumant.* 78. 1.
- *quidam præceperunt poſt apoſtolum non laudes ſed evangelium annuntiari.* 252. 2.
- *ad ſacerdotium non admittebant, qui poſt baptiſmum in adulterio comprehenſus fuiſſet.* 312. 1.
- *Carthaginenſes quid decreviſſent pro purgatione Presbyteri pro quolibet crimine.* 426. 1. *quid præcipiant circa matrimonia.* 327. 1.

Canonica cenſura decernit, ut res Eccleſiæ, niſi ob nimias neceſſitates, quas deſcribit, nemo diſtrahat. 63. 2.

Canonicatus quando non vacat. 672. 2.

Canonici, quibus ſtudiorum cauſa indultum fuit, ut in abſentia fructus percipiant præbendarum, ſi per hanc licentiam ad villas &c. ſe transferant, per hujuſmodi fraudem ipſis talis indulgentia non favet. 44. 2.
- *de ſede epiſcopali excludere non poterant ab electione epiſcoporum viros religioſos, ſed eorum conſilio &c.* 546. 2.
- *horas vigilantiſſima cura cuſtodire debebant.* 162. 2.
- *ſi abſque manifeſta neceſſitate in contemptum Epiſcopi a divinis ceſſaviſſent, qua pœna corrigi debebant.* 559. 2.
- *conferentes contra ſtatutum juratum ſunt perjuri, ſed valet collatio.* 632. 2.
- *in qua non ſunt idonei teſtes.* 653. 2.
- *eccleſiaſticorum, & legis Romanæ conſtitutum.* 15. 2.

Canticum turpe, ac luxurioſum circa eccleſias prohibitum fuit. 95. 1: 507. 2.

Cantores ſoli conſtituti in ambone, & ex libro canere debebant, non alii. 165. 1.
- *in eccleſiis non vocibus inordinatis uti debebant &c.* Ibid.
- *& lectores nonnulli in Armenia ſine tonſura ordinati.* 323. 1.

Capellæ villarum laicis non committendæ, ſed presbyteris, aut viris eccleſiaſticis. 54. 1: 532. 2.

Capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia, quæ pertinent ad ſolum epiſcopum &c. 616. 1: 625. 2. *ipſius conſilium quando requiratur.* 616. 1. *neque ipſius ſigillum.* Ibid. *ad ipſum quid pertineat.* Ibid. 2.
- *ſi provideat, quando collatio pertinet ad epiſcopum, valet proviſio.* Ibid.

Cappæ manicatæ ad divinum officium intra eccleſiam non adhibendæ erant. 135. 2. *Neque in eccleſia a clericis.* 160. 1.

Cardinales urbis Romæ eſſe debebant ſeptem. 135. 2.
- *non habent tempus limitatum ad acceptandum &c.* 602. 2: 604. 1.
- *non ſunt familiares Papæ, licet habeant panem.* 632. 1. *quando familiaris dicatur.* Ibid.
- *comprehenduntur ſub diſpoſitionibus non continentibus odium irrationale.* 634. 2.
- *in pari cauſa aliis præferuntur.* Ibid.
- *abſentes quomodo providere poſſunt ad eccleſias.* 669. 2.

Carnium uſus quando prohibitus. 196. 1. & 2.

Caroli Imperatoris capitulare. 71. 1.

Caſſatura in inſtrumenta quid operetur. 614. 1.

Cataſta probant alio non exiſtente poſſeſſore. 614. 2.

Catechumena ſi per adulterium concepiſſet, & conceptum necaſſet, baptizanda erat in fine vitæ. 458. 1: 500. 2.

Catechumeni ante dies viginti baptiſmi ad purgationem exorciſmi concurrere debebant, ut ſymbolum docerentur. 166. 2.
- *in Paſchæ ſolemnitate, vel Pentecoſtes ad baptizandum veniebant.* 219. 1.

Catechumenus ingrediens in eccleſiam & in ordine

Digitized by Google

ne catechumenorum ſtabat, ſi peccaverint &c. 159. 1.
— doceri debebat ſymbolum. 202. 1. quid circa baptiſmum. 219. 2.
— peccans quid agere debebat. 556. 1.
Cathari converſi ſcripto fateri debebant, quod ſentirent cum eccleſia catholica. 345. 1.
Cathedralis, vel regularis Eccleſia ultra tres menſes Prælato non vacet. 49. 1.
Catholicorum cruce ſignatorum indulgentia. 268. 1.
Cauſa criminalis non præjudicat civili, & quando. 597. 1.
— juſta litigandi non excuſat ab expenſis in rota. 615. 2.
— quando ordinaria, & non ſummaria. 618. 1. quando beneficialis, & ſummaria. Ibid. ſi committatur, quot ſervari debent termini. Ibid. quando dicitur inſtructa in rota. 619. 2: 643. 1. ſi petatur avocari, ad quid teneatur petens. 619. 2. quando poteſt expediri viſis originalibus. 620. 1.
Cauſæ matrimoniales ad Epiſcopos ſpectant non ad Abbates. 348. 1.
— vel contentiones inter clericos &c. exortæ congregatis epiſcopis ejuſdem provinciæ terminabantur. 387. 1.
Cenſus eccleſiarum ſuſcipi mandatur, & ad quem finem. 4. 2.
— eccleſiarum, ideſt ſolidum de caſatu. 51. 1.
Ceſſionarius ſuccedit etiam reſpectu fructuum perceptorum ante reſignationem. 615. 2.
Character Chriſtianorum propriiſſimus fides eſt, & confeſſio in unum Deum Patrem, & Filium &c. 253. 1.
Childebertus Rex, & Ultrotho Regina in Lugdunenſi urbe xenodochium conſiderunt. 31. 2.
— & Clotarius Reges, & Charibertus ſucceſſor quid conſtituerunt. 325. 1.
Chorepiſcopi chriſma conficere non poterant, nec præſente epiſcopo infantem tingere, aut ſignare. 229. 2: 230. 1.
— contenti eſſe debebant ſuo munere, & eccleſiis ſuis. 568. 2.
— non poterant erigere altaria, nec ipſa, vel eccleſias conſecrare &c. 7. 1: 9. 1: 229. 2: 230. 1.
— presbyterorum miniſterio contenti eſſe debebant, atque menſæ Domini participes tantum. 249. 1.
— non poterant publice in miſſa quemquam pœnitentem reconciliare, nec epiſcopo præſente niſi &c. corporis, & ſanguinis Chriſti conficere. Ibid.
Chriſma in quadam eccleſia non ex balſamo, ſed ex butyro conficiebatur. 227. 1.
— ex oleo fit, & balſamo miſtica ratione. Ibid. 2.
— nemo conficere præſumat niſi in feria V. majoris hebdomadæ. 228. 2.
— & Euchariſtia in cunctis eccleſiis ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis conſervari debent. 229. 1: 237. 2: 587. 1.
Chriſtiana religio domos in honorem Dei ædificavit. 5. 2. altaria erigit, eiſque oleum ſuperinfundit. Ibid. ad decorem, & honorem divini cultus &c. ſuſcepit donaria. Ibid.
Chriſtiani ſint aſſidui ad audiendum verbum Dei. 148. 1.
— non debent judaizare, & ſabbato vacare &c. 178. 2.
— nec tenere poterant traditiones gentilium &c. 443. 1.
— bis unguntur poſt baptiſmum, ſed chriſmate ſacro &c. 231. 1.
— ne deferant prandia ad ſepulchra defunctorum, nec mortuis ſacrificare. 293. 1: 441. 1.
— ad nuptias venientes ne ſaltent, vel choreas ducant, ſed caſte prandeant, & cœnent. 349. 1.
— per cenſuram eccleſiaſticam compellendi erant abſtinere a commerciis judæorum qui graves, & immoderatas extorquebant uſuras. 327. 2.
— ſub anathemate interdicti, ne in terris Saracenorum uſque ad quadriennium tranſmitterent naves ſuas. 548. 1.
Chriſtianus nullus a capite jejunii uſque ad paſcha carnem comedere poterat. 196. 1.
— nullus ſuam commatrem in conjugio accipere debet. 232. 1.
— quiſque credat in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. 267. 1.
— apud feras, vel pecudis exta gentilium more jurans, ſi monitus non ſe cohibuiſſet ab hac ſuperſtitione a conſortio fidelium &c. pellebatur. 448. 1.
— ſi judæa, & viciſſim, carnali conſortio ſe immiſcuiſſet a chriſtiano cœtu & communione eccleſiaſtica ſegregabatur. 527. 2.
Cibi prohibiti qui fuerint. 196. 2. & ſeqq.
Citatio nimis arcta, & brevis eſt nulla. 608. 1.
— ſi non ſit tota perlecta, ſed ejus ſubſtantialia, valet. Ibid. 2. per quid probetur ejus notitia. Ibid.
— quando valet. Ibid. quando non valet. 652. 2. quando non facit beneficiū litigioſum. 655. 2. valet in parochiali, licet non dicatur tempore divinorum, & licet non fuerit perquiſitus. Ibid. quando non probat. Ibid.
— ad domum poſt primam citationem valet probata conſuetudine. Ibid.
— præſumitur nota citato, ſi miſit procuratorem ad curiam. Ibid.
— executa contra capitulum &c. non arctat ſingulos ſuper re non particulari. 609. 1.
— pro ſingulis diebus, & horis eſt nulla. Ibid.
— decreta per edictum, ubi facienda. Ibid. quando poteſt exequi. Ibid. 2.
— decreta probato non tuto receſſu ad locū regis eſt facienda &c. non regi. Ibid.
— generalis contra filios, & heredes per edictum non valet, ſed exprimi debent nomina. Ibid.
— poteſt exequi per notarium non clericum, licet &c. Ibid.
— non dicitur circumducta, ſi accuſatur contumacia non comparentis &c. Ibid.
— perſonalis, & verā notitia quando requiritur. 618. 2: 627. 1.

— ad

Digitized by Google

– *ad dicendum contra articulos datos, ad quid ſufficiat.* 620. 1.

Citatus non excuſatur cum poſſit mittere procuratorem, vel mandatum &c. 609. 1. *neque per non tutum acceſſum itineris.* 618. 2.

Civitas unaquæque pauperes, & egenos incolas alimentibus congruentibus paſcat ſecundum vires &c. 35. 2.

– *una & eadem diverſos Pontifices habere non poterat.* 545. 2.

Clauſula Non obſtantibus privilegiis &c. *ſuſpendit alternativam, ſed non indultum Cardinalis.* 601. 2. *non tollit regulas cancellariæ, neque dilativas.* 656. 2.

– Commiſſionis &c. *intelligitur prout de jure.* 642. 2. *cujuſque ſtatutus, quos comprehendat.* Ibid.

– Sine præjudicio expectantium, *quomodo intelligenda ſit.* 604. 2. *qua tribuat juriſdictionem.* 643. 1.

– *generalis* Non obſtant, *non comprehendit regulas cancellaria.* 606. 1.

Clemens P. fecit ſeptem regiones dividi notariis fidelibus eccleſiæ, qui geſta martyrum &c. per ſuam regionem perquirerent. 97. 1.

– *natione Romanus &c. obiit martyr anno tertio Trajani.* Ibid. 2.

ad *Clericale munus accedens, qualis ipſius vita fuerit prius inquirendum erat.* 303. 2.

Clericatus a quo probari debeat, & per quid. 635. 2.

– *uxorati per quid probetur.* Ibid.

Clerici, qui Eccleſiæ deſerviunt, ſtipendia a ſacerdotibus conſequantur. 41. 1.

– *in exercitu chriſtiano beneficia ſua integra percipiant per triennium, eaque poſſint pignori obligare.* Ibid. 2.

– *qui officium ſuum implere deſpiciunt &c. dignitate priventur.* 45. 1.

– *vagi, ſeu acephali, hoc eſt ſine capite, neque in ſervitio Domini noſtri, neque ſub Epiſcopo, neque ſub Abbate, ſed ſine canonica vita degebant.* 45. 1. & 2. *tales, ubicumque inventi ſint, Epiſc. ſine ulla mora eos conſtringant ſub canonica cuſtodia. Non obedientes Epiſcopis excommunicentur uſque ad judicium Archiepiſcopi illius regionis; incorrigibiles ſub vinculis conſtringantur uſque ad ſynodum &c.* Ibid. & 544. 1.

– *non intromittantur peregrini in oratoriis Dominorum prædiorum contra votum Epiſcopi ad quem territorii privilegium noſcitur pertinere.* 46. 2.

– *nec eleemoſynas, nec oblationes hæreticorum accipiant.* 58. 1.

– *quos pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, neceſſaria ſive in domibus, ſive in congregatione viventes accipiant &c.* 59. 1.

– *quilibet quantacumque temporis diuturnitate de Eccleſiæ remuneratione aliquid poſſederint in jus proprium præſcriptione temporis non vocentur, dummodo &c.* 74. 2: 75. 2.

– *omnes tamen ſubditi, quam Prælati vigeſimam partem Eccleſ. proventuum uſque ad triennium conferant in ſuſſidium Terræ ſanctæ.* 79. 2.

– *de mobilibus, quæ per Eccleſias ſunt adepti, de jure teſtari non poſſunt.* 81. 1.

– *ſcholares, de his, quæ paterna ſucceſſione &c. ſunt adepti, libere diſponere valeant; de his quæ Eccleſiæ ſuæ intuitu perceperunt, nullum de jure teſtamentum facere poſſunt.* 81. 1: 82. 2: 559. 1.

– *omnibus diebus celebrent veſperas, & matutinas.* 138. 2.

– *adire non poterant cœmeteria, vel martyria hæreticorũ orationis, aut ſalutis cauſa.* 158. 2. *Excommunicati fuerunt.* 527. 1.

– *exercere ſe in divinis officiis debebant, & aliis bonis ſtudiis, neque cappas manicatas ad divinum officium intra Eccleſiam gerant.* 160. 1.

– *fetuum occiſores officium miniſtrandi recuperare non poterant, in choro tamen pſallentium a tempore receptæ communionis intererant.* 165. 1: 321. 1: 573. 1.

– *vel Laici Religioſi ante ſacram horam diei tertiam, non poterant inire convivia, niſi hymno dicto edere panem &c.* 167. 2: 189. 2.

– *vel Laici vocati in agapen non debent partes tollere.* 197. 2.

– *ſeptem hebdomadas ante Paſcha a carne, & deliciis jejunare debebant &c.* 198. 2.

– *ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili ſe abſtineant; in contrafacientibus pœnæ ſtatuta.* 199. 1: 285. 1: 317. 2: 537. 1: 587. 1.

– *ad miniſterium tales eligendi erant, qui digne poſſent dominica ſacramenta tractare.* 238. 1: 302. 2.

– *Monachi &c. qui ſe rebaptizari paſſi fuiſſent duodecim annorum pœnitentiam agere debebant.* 243. 1.

– *contumaces ab Epiſcopis corrigebantur &c. ſuumque officiũ implere negligentes peregrina eis tribuebatur communio.* 248. 1: 284. 2.

– *& Laici Epiſcoporum, & Presbyterorum Canonicorum judicia declinantes monaſteria monachorum expetere non debebant, ut ibi monachis ſacerdotibus peccatorum ſuorum facerent confeſſionem.* 264. 2.

– *excommunicati ad tempus, eo quod cœmeteria, & martyria hæreticorum adierunt orationis cauſa, recipiendi erant, ſi pœnitentes confeſſi fuiſſent peccata ſua.* 271. 1: 529. 2.

– *qui ex Donatiſtis ad catholicã unitatẽ tranſire volebant, ſecundum Epiſcopi catholici voluntatem &c. in ſuis honoribus ſuſcipiebantur.* 283. 2.

– *qui in quacumque ſeditione arma volentes ſumpſiſſent, amiſſo ordinis ſui gradu in monaſterium tradebantur ad pœnitentiam.* 285. 2: 475. 1: 574. 1.

– *pœnitentiam deſiderantes ipſam obtinere debebant.* 289. 1.

– *ſub anathemate prohibiti fuere, ne fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum ſpuriis ſuis, vel concubinis dimitterent. Contrafacientes carebant Eccleſiaſtica ſepultura.* 294. 2: 295. 1.

– a

– *a pſeudoepiſcopis in eis Eccleſiis ordinati, quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, eorum ordinatio rata habebatur ita ut in ipſis Eccleſiis perſeverarent.* 297. 2.
– *quales eligendi.* 303. 1.
– *in Armenia ordinabantur, qui ex genere ſacerdotum erant, juxta judaicos mores; cantores quoque, & lectores ſine tonſura ordinabant.* 305. 1.
– *qui ex concubinis filios habuiſſent, aut defunctis uxoribus concubinas ſibi ſociandas credidiſſent, ſi per ignorantiam ordinati fuiſſent, non removebantur, ſed ulterius ordinari non poterant.* 308. 2: 312. 1.
– *vel diaconi Epiſcopis obedire nolentes, eos ad majores honores promoventibus, nec eo gradu frui poterant quem relinquere noluerunt.* 317. 1: 577. 2.
– *ubicumque fuerint ordinati in ipſis locis perſeverare debebant.* 323. 2.
– *qui uxores non habentes in ætate legitima ordinati conjugia eligentes cum ſuis mulieribus excommunicatione percellebantur.* 337. 1.
– *qui ſine conſultu Epiſcopi ſui uxores duxiſſent aut viduam &c. in conjugium accepiſſent, ſeparari debebant a proprio Epiſcopo.* 340. 2.
– *ſive laici Palatinis honoribus fulciti vinculo charitatis connecti debebant.* 361. 2.
– *inconſultis ſacerdotibus ſuis ſæcularia judicia expetere non poterat.* 371. 1. & 2: 374. 2: 369. 1: 387. 2: 400. 2.
– *& Monachi inter ſe aliquod habentes negotium a ſuo Epiſcopo judicari debeant.* 371. 1. & 2.
– *qui ſtipendiis Eccleſiaſticis ſuſtentabantur coram judice ſæculari advocati fieri non poterant in negotiis &c.* 377. 1.
– *non debebant recipere laicos, & ſæculares in impulſationibus ſuis ſicut, &c.* 391. 1.
– *non conſtringendi erant per ſententiam dictam a non ſuo judice.* 427. 1.
– *hæretici non ſolum ab ordine, ſed etiam ab urbis habitatione pulſi fuere.* 438. 1.
– *non poterant eſſe magi, vel augures, aut incantatores &c. ſi feciſſent ab Eccleſia erant eiiciendi.* 442. 1: 553. 2: 554. 1.
– *qui in mutuam cædem prorupiſſent &c. a Pontifice diſtrictius vindicandi erant.* 460. 1.
– *vel monachi ſi contra Epiſcopum, vel clericos conſpiraſſent a gradu ſuo decidebant.* 471. 1: 540. 1.
– *qui rebelli auctoritate conjuratione intercidente inter ſe collegiſſent &c. a Pontificibus in unū collectis vindicandi erant.* 472 1. & 2.
– *ſeditionarii, uſurarii, & ſuarum injuriarum ultores non ordinabantur.* 475. 1: 476. 2: 488. 1.
– *plurimi negotiationibus inhoneſtis applicati, aut ab ipſis abſtinere debebant, aut in quocumque gradu poſiti ab officiis clericalibus abſtinere cogebantur.* 478. 1.
– *a crapula, & ebrietate diligenter abſtinere debebant, non ſe abſtinentes a beneficio, vel officio ſuſpendebantur.* 493. 1.
– *qui ſuſpicionem adverſam, aut oblocutionem populi de qualibet muliere incurriſſet, eam ſtatim abiicere debebat, ſi intra domum habuiſſet.* 495. 2.
– *redigendi erant ad pœnitentiam conſortia extranearum mulierum, & ancillarum appetentes.* 496. 1.
– *obſcænis voluptatibus inhiantes, concubinas tenentes, &c. ſub pœnitentiā redigendi.* 496. 2.
– *contra naturam incontinentes eiiciendi erant a Clero; laici excommunicabantur a cœtu fidelium prorſus alieni.* 505. 1: 555. 2.
– *contumaces, pro ut dignitatis ordo permiſiſſet ab Epiſcopis corrigendi erant, &c.* 509. 2: 587. 2.
– *gratia teſtandi abutentes, de rebus Eccleſiæ cum non poſſent condere teſtamentum, fructus beneficiorum ſpuriis, & concubinis ſuis non poterant dimittere. Contrafacientes eccleſiæ carebant ſepultura &c.* 533. 1.
– *qui volentes &c. in ætate legitima ordinati fuerant, cum mulieribus quas accepere excommunicati fuerunt.* 535. 1.
– *facti occaſione barbaricæ perſecutionis, vel ex alia cauſa, utriſque ceſſantibus, ad ſuas Eccleſias reverti debebant &c. ſub pœnam excommunicationis tam pro ipſis quam pro Epiſcopo retinente ipſos.* 544. 1.
– *qui ab Eccleſiis ad Eccleſias migraſſent a communione tandiu erant alieni, donec ad eas civitates rediiſſent in quibus fuerant primitus ordinati.* Ibid. 2.
– *ſe adverſos obiicientes latronibus, a gradu ſuo deponebantur.* 548. 1.
– *convicti, & accuſati de aliquo crimine intra annum excommunicationis audiebantur, non poſt annum.* 550. 1.
– *vel Monachi ſine commendatitiis Epiſcopi vagantes a communione habebantur alieni.* 552. 2: 574. 1.
– *vel Monachi &c. qui poſt latam ſententiam in locis interdicto ſuppoſitis divina officia celebrare præſumpſerunt, quas pœnas incurrere debebant.* 559. 1.
– *qui Neſtorii, aut Cæleſtii opiniones ſequebantur, depoſiti judicabantur.* 561. 1: 562. 1. & 2.
– *vel Monachi conjurantes adverſus Epiſcopos, vel Clericos, ab omni gradu ſuo cadebant.* 563. 1. & 2. *Infames declarati fuere.* Ibid. 2.
– *miniſtrare, neque baptizare poterant in domibus oratoriis intra ædes ſine licentia Epiſcopi ejus loci.* 564. 2.
– *qui poſt mortem Epiſcopi ejus bona ſurripuiſſent, de ſuo ordine periclitabantur.* 454. 1: 570. 1.
– *qui pia loca uſurpabant, & in priorem formam non reſtituebant, deponebantur. Laici, vel Monachi excommunicabantur.* Ibid.
– *qui relicto Clero, ſe contuliſſent ad ſæcularem militiam, & ad laicos non injuſte ab Eccleſia amovebantur.* 574. 2.
– *deponendi; laici ſegregari debebant, qui ad animarum lapſus meretrices coegiſſent, & aluiſſent.* 576. 1.

– *va-*

– *varietatem colorum adhibere prohibiti fuere; ipſiſque contrafacientibus pœna ſtatuta fuit.* 587. 1.
– *non debent portare myſteria ſuper monumenta in campum, aut ſacramenta diſtribuere; ſed aut in eccleſia &c.* 8. 1: 258. 1.
– *vivere debent de patrimonio Chriſti, cujus obſequio deputantur.* 40. 2.
– *corrigendi eccleſias exponentes ſupellectilibus propriis, & etiam alienis, ut domus laicæ potius viderentur, quam Dei baſilicæ &c.* 10. 2.
– *a cleros, quod eſt ſors, vel hereditas dicti.* 40. 2.
– *ingenui pro officio religionis ab omni publica indictione, atque labore immunes declarati.* 18. 1.
– *vel ſæculares, qui oblationes parentum aut donatas, aut teſtamento relictas eccleſiis, vel monaſteriis retinere perſtiterint, aut &c. ab eccleſiis excludantur, quouſque reddant.* 26. 2: 57. 2.
– *ptochiorum, monaſteriorum, & martyriorum ſub poteſtate epiſcopi urbis ſint.* 31. 1: 99. 1.
– *quidam, & laici uſurarum labe fœdati.* 37. 1.
– *in ſubdiaconatu, & ſupra, & in minoribus, ordinibus ſi eccleſiaſticis ſtipendiis ſuſtentantur eorum judice ſæculari advocati munere non fungantur.* 40. 1.
– *eccleſiæ ſtipendiis debent ſuſtentari.* 41. 1.
– *potentes decimas in aliena parochiali quid probare teneantur.* 606. 2.
– *ſubditi epiſcopo ſolent eximi pendente lite.* 656. 2.
in *Clericis ordinandis modus diſcretionis tenendus erat, ne plures admitterentur, quam rerum facultas ſuffeceret.* 323. 1.
Clericus, qui diſciplinæ Eccleſiæ regulam ſubterfugiens evagatus fuerit, qui eum ſuſceperit, ſi Pontifici ſuo non reconciliaverit &c. Eccleſiæ communione privetur. 46. 1.
– *qui abſque ſui Epiſcopi permiſſu ſua Eccleſia derelicta, ad alium locum ſe transferat, alienus a communione habeatur.* Ibid. & 43. 1: 552. 2.
– *ſi Epiſcopi a quo ordinatus fuerit, præceptis non obtemperaverit &c. communione, & honore privetur.* Ibid. & 43. 1.
– *eccleſiaſtice nutritus, ſi relicto clericatus habitu &c. ad ſæculum egrediatur, ab Epiſcopo canonice coercebatur, ut ad ſinum matris Eccleſiæ reverteretur.* Ibid. & 340. 1. *aliæ ſubiiciebatur pœnæ.* Ibid.
– *uſurarius Eccleſiaſtici officii periculum patiatur, niſi forte beneficium Eccleſiæ fuerit &c.* 49. 2.
– *qui documenta, quibus Eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare præſumpſerit &c. de propriis facultatibus reddat quidquid &c. & communione privetur.* 59. 2.
– *nullus præbendam ſuam &c. aliquo modo alienare præſumat; contrafaciens canonicæ ultioni ſubjaceat.* 62. 2.
– *quicumque ſubdiaconus, diaconus, presbyter ſine conſcientia Epiſcopi, aliquid de poſſeſſionibus, vel domo Eccleſiæ tulerint &c. cum omni dedecore constricti reſtituant.* 63. 1: 69. 1.

– *vel laicus, ſi ab Eccleſia auferat ceram, vel oleum, excommunicetur.* 66. 1: 138. 2.
– *qui Eccleſiæ furtum fecerit, peregrina ei communio tribuatur.* 67. 2: 248. 1.
– *quiſque aliquid de munificentia Eccleſiæ, cui ſervivit, adeptus ad ſacerdotium alterius civitatis ordinatus ſi fuerit, quod dono accepit, reddat, &c.* 72. 2.
– *quicumque aliquid de jure eccleſiaſtico alienare quacumque ratione præſumpſerit, non valebit, &c.* 74. 2.
– *qui agellos, vel vineolas &c. in terris Eccleſiæ ſibi feciſſe probatur ſuſtentandæ vitæ cauſa, uſque ad diem ſui obitus poſſideat; poſtea vero &c. jus ſuum Eccleſiæ ſanctæ reſtituat, &c.* 82. 1.
– *fideliter colligat quidquid ex collatione fidelium offertur aut per feſtivitates Martyrum, aut per commemorationē Defunctorum.* 95. 1.
– *qui cum depoſito, ut cum Clerico orabat, deponendus erat.* 158. 2: 578. 2.
– *vel Laicus ſi ingrediebantur Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum, deponendi, & excommunicandi erant.* 158. 2.
– *non fiat, qui dæmonium habet donec mundetur, neque cum fidelibus oret.* Ibid.
– *vel Laicus ſi communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, excommunicabatur.* Ibid. & 521. 1. & 2.
– *die Dominico ab Eccleſia non abſit, ſed miſſarum interſit ſolemniis, & jejunio.* 183. 2: 198. 2.
– *ſi Dominicum diem, vel Sabbatum, uno excepto jejunaverit, deponatur; laicus excommunicetur.* 195. 1. & 2.
– *qui abſque ſui corporis inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis privabatur, & excommunicabatur.* 199. 1.
– *eſſe non poterat is, qui ſecundam uxorem duxerat.* 211. 1.
– *qui ſine licentia Epiſcopi intra domum in oratoria domo ſacrificat, vel baptizat, deponendus erat.* 215. 1: 564. 1.
– *nullus Sacramenta divina negligenter contrectare debebat.* 238. 1.
– *vel Laicus non communicare poterat in aliena plebe ſine litteris Epiſcopi ſui &c.* 246. 1.
– *ſi ſuperbia elatus officium ſuum implere noluiſſet, laica communione contentus, ab ordine deponebatur.* 247. 2.
– *ſede Epiſcopi ſui vacante ſi quidpiam abſtuliſſet, reus ſacrilegii prolixiori anathemate condemnatus, vix peregrinam aſſequebatur communionem.* 248. 1: 454. 2.
– *qui ſervum, aut diſcipulum ſuum ad Eccleſiam confugientem extraxiſſet, vel flagellaſſet, ſegregandus erat ab Eccleſia donec digne pœnituiſſet.* 285. 1.
– *qui inventus fuiſſet cum indecenti veſte, aut cum armis a ſeniore coercendus erat &c.* Ibid. & 477. 1: 543. 1.

-- *qui culpabilis inventus fuiſſet &c. aut ad monaſterium deputatus, ſic Abbas cum illo agere debebat, ſicut ab Epiſcopo fuerat ordinatum pro manifeſta correctione.* 289. 1.

-- *qui in demoliendis ſepulchris inventus fuiſſet &c. a clericatus ordine ſubmotus, triennali pœnitentiæ deputabatur.* 295. 1: 483. 2: 573. 1.

-- *nullus ordinabatur non probatus vel epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio.* 304. 2.

-- *nullus ordinandus erat niſi prius de ipſius vita, & moribus inquiſitum fuiſſet &c.* 306. 1.

-- *non poterat uxorem ducere mulierem viduam.* 306. 2: 307. 1. & 2: 340. 2.

-- *eſſe non poterat, qui duas ſorores, aut filiam fratris duxiſſet.* 311. 2: 317. 1: 332. 1.

-- *ad eundem titulum, ad quem primum ordinatus eſt, ſemper ordinetur.* 323. 2.

-- *cui data eſſet nubendi licentia, non poterat accipere uxorem internuptam; quod ſi feciſſet, ultimum locum tenebat in officio clericali.* 340. 2.

-- *ſi laicum pulſaſſet prius audiri a ſuo Epiſcopo poſcere debebat &c.* 370. 2.

-- *ſi relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſæcularem Judicem confugiſſet, ambo de Eccleſiæ communione pellendi erant.* 371. 1: 385. 1.

-- *criminale negotium in ſæculari judicio proponere non poterat.* Ibid. & 385. 1.

-- *nullus de qualibet cauſa, extra diſcuſſionem Epiſcopi ſui a ſæculari judice injuriam pati debebat.* Ibid. *neque alium fratrem de Clericis accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere poterat ad judicem ſæcularem.* Ibid.

-- *nullus dictare poterat ſententiam ſanguinis, nec proferre, nec vindictam ſanguinis exercere; & ubi exercebatur, intereſſe debebat.* 376. 2. *Litteras ſcribere, aut dictare non poterat pro vindicta ſanguinis deſtinatas.* Ibid.

-- *non examinandus in publico, niſi in Eccleſia.* 383. 2: 387. 2.

-- *ſi de crimine poſtulatus apud iudicem ſæcularem ſe purgaſſet, locum ſuum amittebat.* 385. 1.

-- *ſi ſuos Epiſcopos infeſtus fuiſſet, aut inſidiator &c. ante examinatum judicium ſubmotus a clero, curiæ tradi debebat &c.* 393. 1: 394. 1: 471. 2: 459. 2: 572. 2. & ſeq.

-- *in crimine impetitus non ſtatim reus exiſtimandus erat &c.* 399. 1: 403. 1.

-- *qui documenta, quibus Eccleſiæ poſſeſſio firmabatur, aut ſupprimere, aut negare &c. præſumpſiſſet, de propriis facultatibus reddere debebat &c, & communione privabatur.* 415. 2.

-- *qui in falſo teſtimonio fuiſſet convictus, capitulis criminis reus cenſebatur.* 420. 2: 484. 2.

-- *qui furtum aut falſitatem admiſiſſet &c. ab ordine degradabatur.* Ibid. & 480. 2: 484. 2: 582. 2.

-- *de aliena Eccleſia ordinari, aut judicari non poterat niſi ex permiſſu Epiſcopi ſui.* 427. 1.

-- *cujuſcumque fuiſſet honoris in aliquo crimine Epiſcoporum judicio damnatus, non poterat ab aliquo homine defendi.* 427. 2.

-- *qui in cauſis, quæ ſub juramento finiendæ erant, juramenta præbuiſſet, & pejeraſſe detectus fuiſſet, biennii tempore a communione pellebatur.* 445. 2: 446. 1.

-- *per creaturas jurans acerrime objurgandus, ſi perſtitiſſet in vitio, excommunicandus erat.* 449. 1.

-- *vel Monachus a laicis Eccleſias recipere non poterat dono, vel pretio, ſed ab Epiſcopo.* 450. 1.

-- *qui ſe ipſum mutilaſſet, ut homicida ſui, deponendus erat.* 456. 1: 573. 1. & 2.

-- *licet coactus, ſi homicidium feciſſet, deponendus erat.* 465. 2: 573. 2.

-- *quiſque, qui in alienæ gentis regionē ſe contuliſſet, ut ex ea Gothorum genti, vel Regi, vel regno poſſet nocere &c. omni honoris ſui gradu privandus erat, &c.* 473. 1.

-- *qui inventus fuiſſet accipere uſuras &c. deponendus erat, & a clero eſſe debebat alienus.* 475. 1: 476. 1. & 2: 582. 2. *ſi ſortem ſuam deductis expenſis de fructibus jam recepiſſet, poſſeſſionem reſtituere debebat debitori.* Ibid.

-- *nec ſuo nomine, nec alieno, fœnus exercere poterat.* 476. 1.

-- *qui detectus fuiſſet dediſſe pecuniam ad uſuram, aut voluiſſe eſſe conductor rei alienæ &c. depoſitus a clero, a communione alienus habebatur.* Ibid. & 2.

-- *a diaconatu, & ſupra pecuniam commodare non poterat ad uſuras, nec de præſtitis beneficiis &c.* Ibid. 2.

-- *maledicus, maxime ſi ſacerdos, cogebatur ad poſtulandam veniam; nolens, degradabatur &c.* 488. 1: 582. 2.

-- *vel Monachus in hippodromia aſcendere non poterat, nec thymelicorum ludis intereſſe.* 338. 2: 492. 1.

-- *qui adulteraſſe confeſſus, vel convictus fuiſſet, depoſitus ab officio, in monaſterio &c. toto vitæ ſuæ tempore trudi debebat.* 495. 2: 501. 1: 575. 2: 582. 2.

-- *deponendus erat, laicus excommunicandus ſi cum mulieribus in balneo ſe laviſſet.* 507. 2: 576. 1

-- *nullus ſine permiſſione Epiſcopi ſui cum ſæcularibus habitare poterat &c.* 515. 2.

-- *nullus excommunicatum alterius recipere poterat.* 518. 2: 578. 2.

-- *vel Laicus excommunicatus &c. ſi in alia urbe ſine litteris commendatitiis ſuſcipiebatur, & ſuſcipiens, & ſuſceptus excommunicabantur.* 519. 1.

-- *nullus diſcedere poterat ab Epiſcopo ſuo, & alteri Epiſcopo communicare, niſi &c.* 521. 2.

-- *nullus ſuſpectam mulierem, vel ancillam habere poterat ſub depoſitionis pœna.* 536. 1.

-- *ſi eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam ſubterfugiens evagatus fuiſſet, quicumque eum ſuſcepiſſet, & Pontifici ſuo non reconciliaſſet &c. communione privabatur.* 540. 2.

-- *inter epulas cantans objurgandus erat, in vitio* per-

perſeverans excommunicandus. 542. 2.
- qui laicam vitam agere voluiſſet, vel militiæ ſe tradere, excommunicationis pœna puniebatur. 543. 1.
- ſine permiſſione Epiſcopi ſui cũ ſæcularibus habitans ab officii communione pellebatur. Ibid.
- nullus ſubdiaconus &c. in plateis reſidere poterat, nec fabulis diverſis commiſceri. Ibid. & 574. 1.
- non alia veſte uti debebat quam ſtolis clericis competentibus extra domum in urbe, vel via. Ibid.
- qui Pontifice Rom. incolumi, cuipiam ad Pontificatum adſpiranti adjutor fuiſſet, communione privabatur. 546. 1: 580. 2.
- quicumque, vel Monachus cauſam habens contra proprium Epiſcopum ad Metropolitanum acceſſiſſet, non debebat a ſuo Epiſcopo damnari, antequam per judicium Metropolitani poſſet agnoſci, utrum dignus excommunicatione habendus eſſet. 550. 2.
- nullus Epiſcopi ſui ordinationem contemnere poterat, ſed ubi ordinatus fuiſſet cum gratia, & obedientia ambulare debebat, & agere quæ ſibi fuiſſent injuncta. 552. 2.
- eiiciendus erat ſi ob metum Judæi, Græci, vel Hæretici nomen Chriſti negaſſet. 553. 1.
- uſuras accipiens degradabatur, & abſtinere debebat. 554. 2.
- nullus ſervum, aut diſcipulum ſuum ad Eccleſiam confugientem extrahere poterat, neque flagellare; quod ſi feciſſet &c. ſegregabatur, &c. 555. 1.
- quicumque contra ſanctæ Eccleſiæ utilitatem agere, tractare &c. repertus fuiſſet, deiiciebatur. Ibid.
- Epiſcopum injuria afficiens, deponendus erat; presbyterum, vel diaconum, excommunicandus; claudum, ſurdum, cæcum &c. irridens, excommunicandus; ſi Imperatorem injuria affeciſſet, deponendus erat. 490. 2.
- ad conjugium relabens, moreſque ſæculi, ab omni eccleſiaſtici ordinis dignitate privabatur &c. 555. 2.
- ſi fornicationis fuiſſet accuſatus a fide digno &c. eiiciendus erat ab Eccleſia. 556. 1.
- ſi propter luxum, & vanitatis præſumptum de officio ſponte diſceſſiſſet &c. quomodo de Eccleſia erat pellendus. 556. 1. & 2.
- ſi ob metum humanum, ut Judæi, Græci &c. negaviſſet nomen Chriſti, abiiciebatur; ſi nomen clerici, deponebatur &c. 561. 2.
- deponendus erat; laicus excommunicandus, qui feſta feciſſet more gentili. 562. 2.
- ſi quem percuſſiſſet in pugna, iſque ex uno ictu mortuus fuiſſet, deponebatur propter temeritatem. 573. 1.
- qui examinationi reorum, & interfectioni interfuiſſet, ſtatutam incurrebat pœnam. 574. 2.
- qui tabernæ officinam habuiſſet deponebatur niſi ceſſaſſet. Ibid.
- qui cum femina ſecreta colloquia miſcebat, deponebatur; femina ab Eccleſiæ liminibus arcebatur. Ibid.
- qui familiarius cum propinqua eius curæ commiſſa converſatus fuiſſet loci ſui dignitate privabatur. 575. 1.
- nullus, non epiſcopus, non presbyter &c. extraneam mulierem in domo ſua poterat habere. Pœnæ contra ipſos ſtatutæ fuere. Ibid. & 576. 1.
- ſi in duabus Eccleſiis duarum urbium ordinatus fuiſſet, a ſuo gradu decidebat, & in eam Eccleſiam reſtituebatur, in qua prius ordinatus fuiſſet. 579. 1.
- fugitivus non ſolicitandus, neque recipiendus, non celandus, neque ordinandus ſtatuitur; contrafacientes ſtatutas incurrebant pœnas. 588. 1.
- qui ſine licentia epiſcopi intra domum in oratoria domo ſacrificat, vel baptizat, deponatur. 7. 2.
- ab eccleſia non abſit die dominico, ſed miſſarum ſolemniis interſit, & ieiunio. 45. 2.
- nullus in oratoriis domini contra votum epiſcopi &c. peregrinos clericos intromittat niſi forſan quos probatos &c. 24. 1.
- qui ad alienam ſe tranſtulerit eccleſiam revocari debet ad ſuam, in qua primitus ordinatus fuit, ut ibi tantum miniſtret. 43. 2.
- quando non ſubiiciatur foro ſæculari, & pro quibus delictis. 615. 1.
- poteſt eſſe merus executor. 618. 2.
Clerus die ſabbati eſſe debebit paratus, qui facilius die dominico ſolemnitas celebraretur &c. 161. 1.
Clodovæus Rex ſynodum Aurelianenſem fieri ſupplicavit; quid in ipſa ſtatutum fuit. 497. 1.
Coadjutoria quando non ſit ſimoniaca. 651. 1.
- quando valet. 676. 1.
- propter impenſam præſumitur eſſe acceptata. Ibid. 2.
Cœmeteria reconcilianda fuerunt aſperſione aquæ ſolemniter benedictæ ſicut &c. in quibus excommunicatorum corpora ſepulta fuere. 9. 2.
in Cœmeteriis plures ſepulti ex Summis Pontificibus; plures ex ipſis ea conſtrui curarunt, & in ipſis habitarunt. 241. 2.
- neque feminæ pervigilare permiſſæ, & quem ob finem. Ibid.
in Cœna Domini pœnitentes ad percipienda corporis, & ſanguinis dominici ſacramenta reconciliabantur. 271. 1.
Cœnobia condita in provincia Bœtica, ſicut & illa quæ ſunt antiquæ permaneant. 26. 1.
Collatio facta quando nulla cenſeatur. 601. 2: 648. 1. quid habeat vim collationis. 601. 2.
- quando nulla, quandoque valida ſit. 623. 2: 625. 2: 627. 2: 632. 2: 648. 2.
- Papæ quando non valet. 628. 2: 632. 2.
Collector poteſt ſubſtituere. 672. 1.
Comes nullus aut quiſquam ex judiciaria poteſtate poſt quartam feriam &c. placitum tenere poterat. 277. 1: 289. 2.
Commenda facta legato non afficit ita ut facta a Papa. 626. 1.
- in dubia præſumitur perpetua. 630. 1.
- Papæ inducit reſervationẽ beneficii &c. Ibid.

— facta referendaria &c. quomodo valet. 659. 2.
Commiſſio ſuper moleſtationibus talis rei comprehendit petitorium & poſſeſſorium &c. 600. 2: 619. 2: 643. 1.
— cum clauſula ſummarie, cui proſit. 618. 1. quando ſummarie intelligatur. Ibid. vigore ipſius quando altera pars non poteſt procedere. 619. 1. quæ non ſit avocatoria. 643. 1. facit litem. 660. 2.
— licet non habeat clauſulam, valet ſententia contra tertium &c. 619. 1.
— de examinandis teſtibus, qualis intelligenda. 653. 1.
Communio ſacra ſemel ſaltem in anno præcipitur. 238. 2.
— ſacra omni die dominico debebat celebrari. Ibid. & 240. 1.
— ab ipſa ſe avertente pro ſua luxuria proiiciendi erant de eccleſia catholica. 238. 2.
— nonniſi a jejunis recipienda. 250. 1.
— ſingulis diebus dominicis in Quadrageſima, & in Cœna Domini &c. ſumenda. 238. 2.
— an quotidie in Quadrageſima. 241. 2.
— a quibuſdam in Cœna Domini negligebatur. 238. 2.
— manibus in formam crucis compoſitis accipienda. 241. 2.
— danda eſt morientibus, ſignis eam petentibus. 243. 2.
— laica quibus determinata. 247. 1. & 2.
— non omittenda ab iis, qui ad prælium ſeſe diſponunt. 263. 2.
— danda iis, qui pro ſuis peccatis pœnam extremam perſolvebant. 264. 2.
— quibus etiam in fine neganda erat. 399. 2: 415. 1: 484. 1.
— quibus ſolum in fine danda erat. 539. 1.
Communitas habetur loco minoris. 617. 2.
Compenſatio non poteſt opponi cum ei renunciatum fuerit. 601. 1.
Compromiſſum quando expiret. 600. 1.
Compulſoriales non dantur procuratori aſſerto, ſi opponatur de mandato. 612. 2: 637. 1.
— generales dantur pendente dilatione. 612. 2.
Conceſſio fructuum &c. non continet quotidianas diſtributiones pro reſidentibus. 601. 1.
Concilii Nicæni ſtatutum. 313. 2.
Concilium Laodicenſe CXXVI. non ordinatos ab epiſcopis &c. exorcizare non poſſe. 7. 1.
— quid definivit circa oblationes ab epiſcopis, & presbyteris celebrandis. Ibid. & ſeq.
— prohibuit ne mulieres ingrediantur ad altare. 13. 2.
— Lateranenſe eccleſiaſticæ immunitati providet. 17. 2.
— prohibuit, ne regulares eccleſias, ſeu decimas reciperent de manu laicali ſine epiſcopi conſenſu. 52. 2.
— Turonenſe præbendarum inhibet ſectionem. 48. 2.
— Chalcedonenſe ſtatuit, decimas, ſicut & alias poſſeſſiones antiquis eccleſiis conſervari. 54. 2.
— decedentium epiſcoporum bona a nullo hominum diriperentur ſtatuit. 454. 2.
— Nicænum ſequendum erat in ordinandis clericis. 323. 2.
— Ancyranum de homicidiis non ſponte commiſſis, quid dicat. 465. 2: 466. 1.
— quem habet locum. 675. 2: 676. 2. ipſius verba Ad ſex menſes qualiter intelligenda. Ibid.
Conclaviſtæ quibus non præferuntur. 669. 2.
Concordata Germaniæ impediunt collationes legatorum, non Papæ. 626. 1: 628. 1. nunquam ipſis derogatum. 626. 2. qui in ipſis excipiantur. 627. 1: 628. 1. quid comprehendant. Ibid. & 676. 2.
— Leodien. ligant manus Papæ, & quando. 628. 1.
Conditio impoſſibilis quando pro non appoſita habenda ſit. 601. 1.
Confeſſio peccatorum ſaltem ſemel in anno præcipitur. 238. 2.
— niſi perfecta recipienda eſt. 263. 1. debet eſſe ſecreta. Ibid. non omittenda ab his qui ſe ad prælia diſponunt. Ibid. 2.
— intra eccleſiam fit, & ſoli Deo, & ſacerdotibus. 263. 2: 265. 2.
— hebdomada una ante initium quadrageſimæ facienda eſt ſacerdotibus &c. 266. 1.
— rei periculoſa eſt. In reis non compulſa, ſed ſpontanea eſſe debebat. 422. 2. & ſeq.
— extrajudicialis citati, probat notitiam citationis. 604. 2. litis nocet opponenti de regula de annali. Ibid. procuratoris in commiſſione poteſt vocari. Ibid. prælati de pecuniis receptis ab anteceſſore, præjudicat ſibi. 605. 1. obſcura in commiſſione de ſpolio non nocet. Ibid. procuratoris ratificata in genere a principali non ei præjudicat. Ibid. etiam coram principe poteſt revocari conſtito de errore. Ibid. mulieris minoris duodecim annorum de matrimonio etiam cum juramento, non nocet. Ibid. nocet ſucceſſori, etiam fiſco, licet in modica parte ſuccedat. Ibid. cedentis beneficium examinati criminaliter &c. non præjudicat ceſſionario. Ibid. facta in tranſactione nulla nocet confitenti. Ibid. non probatur per teſtes ſingulares. Ibid. in forma communi creationis in canonicum non officit præbendam primo vacantem &c. 605. 2.
Confeſſor inſtruendus, ut de octo principalibus vitiis &c. confeſſionem faciat. 263. 2.
Confirmatio non iteranda eſt, de ipſa non dubitatur. 231. 2.
— quando non ſubreptitia. 605. 2.
— creationis in canonicum cum clauſula Ad reſervata quid comprehendat. Ibid.
— nulla ex defectu juriſdictionis non præſervat, ne quis incidat in pœnam. Ibid.
Conjugati juvenes ſi ordinari voluiſſent, inquirenda erat etiam voluntas uxorum. 323. 1: 537. 1.
Conjugium a Deo conſtitutum fuit, non cauſa luxuriæ, ſed filiorum potius appetendum. 324. 2.
Conjunctiones conſanguineorum omnino fuerunt prohibitæ. 332. 1. & ſeq.
— inceſtuoſæ veniam non obtinebant. 334. 1. & ſeq.

Con-

Conjurationes, & conciliabula clericorum, quæ ſub laicorum patrocinio fiebant per Concil. *Nicæn. prohibita fuere.* 472. 2.
– *facientes contra regem, vel eccleſiaſticas dignitates &c. a communione, & conſortio catholicorum erant ſubmovendi &c.* 473. 2.
Conſecratio eccleſiarum non alibi quam in ſacratis Domino locis fieri debebat; abſque magna neceſſitate. 6. 2. & ſeq. *non officit ſi per eam aqua exorcizata non jactetur.* 7. 1.
– *Corporis & Sanguinis D. N. J. C. per domos & ædiculas quaſdam fieri prohibita; & quando permiſſa.* 8. 1.
– *virginum, & benedictio, vel unctio altaris presbyteris prohibita fuit.* 9. 1: 230. 1.
Canſenſus parentū neceſſarius, ut mulieres nubere poſſent. 325. 1. *magis neceſſarius conſenſus contrahentium.* Ibid. 2.
– *præſtari poteſt poſt mortem, ſi porrigatur ſupplicatio in vita.* 641. 1. *poſt correctionem non dicitur formalis.* Ibid. *valet præſtitus poſt quadriennium &c.* Ibid. 2. *ſimultaneus non requiritur, licet reſignatio ſit conditionalis.* Ibid. *qualis debet facere mentionem reformationis.* Ibid. *præſumitur in reſignatione.* Ibid. *partium in commiſſionibus intelligitur de conſenſu procuratorum.* 643. 1.
Conſobrina, neptis, noverca, uxor fratris, nullaque de propria cognitione conjugio copulanda. 273. 2: 331. 2.
Conſors litis non poteſt procedere nomine alterius. 618. 2: 636. 2.
Conſtantini Epiſcopi Conſtantiæ Cypri ſententia 122. 2.
Conſtantinus Imperat. plures ædificavit eccleſias, & baſilicas. 20. 1. & 2.
– *licentiam dedit non ſolum fieri chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias.* 21. 1: 57. 2.
– *& Carolus terras, & cenſum dederunt Sancto Petro &c.* 52. 1.
– *dum Romæ Salvatoris extrueret templum in utroque pariete hiſtoriam ſcripſit, &c.* 132. 2.
– *tempore Vitaliani quid egit cum ſuis militibus.* 139. 2.
– *noluit controverſias epiſcoporum dijudicare.* 371. 2: 385. 1.
– *in Nicæna ſynodo noluit accuſationem accipere ab epiſcopis ipſis.* Ibid.
– *de epiſcoporum accuſationibus quid dixerit.* 384. 2. *ipſius ad epiſcopos verba.* 385. 2.
– *ubique adminiſtrantium ſententias imperfectas eſſe voluit.* 431. 1.
Conſtantius Epiſcopus, Luminoſæ filiæ fratris ſui teſtamento, legati titulo quædam immobilia reliquit; quid decretum fuit. 80. 2: 81. 1.
Conſtitutio requirit publicationem ad pœnam ſubeundam. 605. 2. *ſine decreto imitanti inficit actum ex præſumpta mente conſtituentium.* Ibid. *Paulina eſt producenda, & probanda ut recepta in loco.* Ibid.
Conſtitutum pro leproſis. 24. 2. *pro eccleſiaſticis quibuſdam emanatum.* 40. 2. *pro baptizandis.* 202. 1. *circa baptiſmum, & confirmationem.* 221. 1: 233. 2.
– *pro parvi quantitate factum ſuper omnibus bonis ſuis non videtur ſuper re incerta eſſe.* 600. 2.
Conſuetudo per quid probetur. 606. 1. *aliorum locorum non trahitur ad alia.* Ibid. *optandi præbendas inducitur decennio.* Ibid. *tollitur conſuetudine.* Ibid. *valet, quod curatus habeat lectum.* Ibid. *qualis præter jus.* Ibid. *qualis contra jus.* Ibid. *præſcripta non tollitur per unum actum contrarium.* Ibid. *quod priori dentur duplices diſtributiones requirit annos XL.* Ibid. 2. *interpretativa probatur annis decem.* Ibid.
Convivia multis in locis exercita vetata fuere, ex qua in natalitiis SS. Martyrum cum aliis nefandis habebantur. 95. 1.
– *& nuptiæ prohibitæ fuere tempore quadrageſimali.* 193. 1.
Copula conjugalis uſque ad quartum gradum prohibita fuit, & perpetua ſtabilita. 433. 1.
Carnelius homo gentilis orationibus, eleemoſyniſque vacans, Angelum, & D. Petrum vidiſſe fertur. 29. 2: 157. 1: 211. 2.
Corporis, & Sanguinis Domini receptio non deneganda ei, cui ſanguis ex ore, vel naribus profluxerit. 242. 2.
Corpus Domini in altari, non in armario, ſed ſub crucis titulo componatur. 25. 1: 248. 2.
– *in anno per duodecim terminos renovandum erat in illis eccleſiis, ubi inceſſanter cuſtodiri ſolebat.* 238. 1. & 2.
– *Dominicum ſuſcipere non poterat, qui patrem, matrem &c. occidiſſet, toto tempore vitæ ſuæ, & ſolū pro viatico exitus ſui tempore.* 457. 1.
SS. *Coſmæ, & Damiani miracula.* 94. 1: 108. 2: 109. 1.
Coſroes impreſſionem fecit in civitatem Edeſſenam. 110. 1.
Crapula, clericis prohibita ſub pœna ſuſpenſionis. 585. 2.
Creatio in canonicum, & receptio facile tollitur, ut expectativa. 632. 2.
Crucesignati ad reddendum Domino vota ſua monendi erant, & a quibus. 557. 2.
Crux Domini lapidata fuit ab hæreticis. 102. 1. *Hiſtoria.* 107. 2.
Cubicularii non tenentur ad diligentias. 668. 2. *quando tenentur.* Ibid.
Curator debet deputari etiam univerſitati. 618. 2.
– *licet nil alleget, vel producat ad litem minoris, valet ſententia.* 619. 1.
Curiales quomodo poſſunt acceptare. 603. 1.
Cuſtodes eccleſiæ luminaria provideant &c. 139. 1.
D. *Cypriani verba de oratione dominica.* 166. 1: 248. 2.
Cyrici, Julitæ, Georgii paſſiones ab hæreticis compoſitæ perhibentur. 96. 2.
Cyrillus ſuum in archiepiſcopatu ſucceſſorem de propria ſubſtantia honoravit. 84. 2.

D*Almaticæ, quibus humanda corpora contecta fuerant pro ſanctitatis reverentia ſibimet* par-

Digitized by Google

partiendæ a populo ſcindebantur. 133. 2.
Damaſus Papa fecit baſilicas duas &c. 93. 2.
Damnatio epiſcoporum nulla judicata fuit, & quomodo. 418. 1. & 2.
Daniel, & tres pueri ſupplicationibus devoverunt horam tertiam, ſextam, & nonam &c. 161. 2.
David proponitur pro exemplo virtutis. 151. 2.
– *ſe furioſum eſſe finxit.* 208. 2.
– *de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permanſit.* 270. 1.
Decanatus, archidioconatus miniſteria, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus ſuſcipiat, niſi XXV. ætatis annos expleverit, ſcientia, & moribus commendandus. 49. 2: 50. 1.
Decani pro certa pecuniæ quontitate epiſcopalem juriſdictionem exercere ſolebant; a quo prohibiti fuere. 565. 2.
Decanus quid poſſit. 616. 2.
Decimæ ſingulis eccleſiis datæ, quomodo diſtribuendæ. 34. 1. & 2: 53. 2: 54. 1.
– *neceſſario ſolvendæ, quæ debentur ex lege divina, vel loci approbata conſuetudine.* 52. 1. & ſeqq.
– *primitiæ, & aliæ eccleſiarum facultates ab omni cenſu, & vectigali liberæ.* 55. 1.
– *de militia, de negotio, de artificio, de lanarum tonſione, deque ceteris a Deo largitis commerciis perſolvendæ.* Ibid.
– *non poſſunt locari in perpetuum.* 606. 2: 624. 2.
– *de jure communi debentur monaſterio, cui eſt unita parochialis &c.* Ibid.
– *novalium debentur monaſterio probata immemoriali.* Ibid. & 633. 1.
– *ſolvendæ de omnibus non attenta conſuetudine aliorum locorum.* Ibid.
Decimatio epiſcopis, vel his, qui ab eis ſubſtituti ſunt, præbeatur, nulluſque ad ſuam capellam conferat niſi forte cu conceſſione epiſcopi. 52. 2.
Declaratoria quando valet. 618. 2: 639. 1. *quando poteſt retractari.* 675. 1. *poteſt ferri infra XXX. dies.* 648. 2. *quando eſt nulla.* Ibid. *qualis non præjudicat.* 655. 1.
Decretum Gregorii juniaris circa presbyterum in aliquod crimen lapſum. 426. 1.
Decretum irritans conſtitutiones ligat ignorantes quoad nullitatem actus &c. 606. 1.
Defunctorum piæ voluntates non irritandæ. 83. 1.
– *corpora nullo modo intra baſilicam Sanctorum ſepelienda erant, &c.* 99. 1: 293. 1.
Demetria fecit baſilicam Sancto Stephano via Latina. 21. 1.
Depoſitum quando excuſet. 674. 2.
Derogotio fundationis quomodo intelligenda. 633. 1.
Detractores ab epiſcopali accuſatione ſubmovendi erant. 388. 2: 391. 2: 417. 1: 486. 2.
Devotia in quibus laudanda. 264. 1.
Deuſdedit P. conſtituit ſecundam miſſam in clero. 253. 2.
Diacones, vel presbyteri in parochia conſtituti, de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere &c. 62. 2.
– *ſeu, Feliciſſimus, Agaperus &c. truncati capite fuere cum B. Xyſto.* 93. 1.
Diaconi per parochias plures eſſe non poterant quã duo. Dalmaticis utebantur &c. 135. 2.
– *cuſtodiaur epiſcopum prædicantem.* 148. 2.
– *abſque epiſcopo, vel presbytero baptizare non poterant.* 207. 2. *in neceſſitate poterant.* 209. 1.
– *alicubi præbebant presbyteris Euchariſtiam contra canones.* 236. 1.
– *præſente presbytero non præſumant tradere Corpus Chriſti.* Ibid. 2.
– *vel presbyteri non ordinabantur niſi unius uxoris viri, & virginibus copulati.* 304. 2: 308. 2.
– *ſi non confeſſi fuiſſent, ſe velle uxores ducere, eas ducentes, ab officio ceſſare debebant.* 568. 2.
Diaconus inter presbyteros non ſedeat in ſecretario. 23. 1.
– *ſcapulas ſuas velo, vel palla non involvat.* 133. 2.
– *tempore tantum oblationis, vel lectionis induitur alba.* 136. 1.
– *vel presbyter ſi pro ſuo reatu ab altaris communione ſe ſubmoviſſet &c. poterat baptizare petentem baptiſma.* 246. 1: 289. 1.
– *aut presbyter ſi capitale crimen commiſiſſet ab officii honore depoſitus in monaſterium retrudebatur &c.* 572. 1.
Diebus Dominicis, & ſanctorum feſtis, vigiliis, & orationibus inſiſtendum, & ad miſſam cuilibet chriſtiano cum oblationibus currendum eſt. 57 1: 182. 1. *non jejunandum in his diebus.* 181. 1. & 2: 187. 1: 440. 1.
– *præter orationes, & miſſarum ſolemnia, & ea quæ ad veſcendum pertinent nihil aliud fiat.* 57. 1: 184. 2.
– *genu non flectere a ſanctis Patribus Chriſti reſurrectionem honorantibus canonice derivatum.* 159. 1. & 2.
– *quid fuerit permiſſum, quidque vetitum.* 184. 2. & ſeqq. 328. 1. & 2.
Digamus qui dici non poſſit. 211. 1.
– *clericus ordinari non poteſt.* 212. 1: 306. 2. & ſeq. 345. 2: 571. 2.
Dilationes quomodo dantur; quando denegatæ; cui dandæ. 606. 2. & ſeq. *ipſis pendentibus dantur compulſoriales generales.* 606. 1.
Dioſcori, Juvenalis, & Euſtathii Epiſcoporum nomina ad ſacrum altare non erant recitanda. 251. 2.
Diſpenſatio filii hæreſiarchæ quando non eſt ſubreptitia. 672. 2.
Divinationes per anathema interdictæ fuere. 441. 2.
Doctor in forma pauperum præfertur pauperi in forma communi. 602. 1: 603. 2.
– *cum examine cui præfertur.* 669. 1.
Doctrina ſacerdotalis qualis eſſe debeat. 146. 2.
Domus Epiſcopalis omnes in hoſpitalitate recipere debet. 491. 2.

Do-

Digitized by Google

Donatio facta filio ſpurio ultra alimenta non valet; facta ejus matri valet. 609. 2.
– *propter nuptias valet, ideoque mulier præfertur aliis creditoribus.* Ibid.
– *inter virum, & uxorem morte confirmatur.* 610. 1.
Dotes a fidelibus deſignatæ baſilicis, ad hoc quod ſtatutum eſt, a ſæcularibus vindicentur. 51. 2.
– *Eccleſiæ liberæ omnino ab omni cenſu, & tributo pertinent ad presbyterum, cujus curæ commiſſa eſt Eccleſia.* 52. 1.
Dux Mediolani ſuprĕmus Princeps dictus. 625. 1.

E*Bbo Archiepiſcopus pro reatibus, & criminibus confeſſis in ſynodo dejectus fuit, &c.* 247. 2: 321. 2. & ſeq.
Ebrietas prohibita Eccleſiaſticis. 493. 1. & ſeq.
Eccleſia univerſalis fidelium eſt una, in qua ſacerdos ipſe, & ſacrificium eſt Jeſus Chriſtus. 3. 1: 234. 1: 249. 1.
– *una propter catholicæ fidei unitatem.* 3. 1. & ſeqq.
– *magnæ navi aſſimilatur.* Ibid. *ſponſa Chriſti.* Ibid. 2. *uxor & ſponſa Epiſcopi dicta.* 327. 2: 546. 2.
– *debet exiſtere ſine macula & ruga, neque oportet eam a quibuſdam conculcari.* 3. 2.
– *adſtricta quaſi in modum arcæ, quatuor mundi conſtructa lateribus &c.* Ibid.
– *ſcindi non debet quia in unitate tota conſiſtit.* 50. 1.
– *nomen græcum eſt, quod latine* Convocatio *vertitur.* 4. 1.
– *catholica dicta nempe univerſalis per univerſum mundum conſtituta; vel quia generalis in eadem doctrina.* Ibid.
– *nullum patiatur præjudicium circa mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis excolendas ab epiſcopo conceſſas &c.* 27. 2: 28. 1.
– *ſancta non ſolum fideles ſpoliare non debet, ſed potius inopibus opem ferre.* 34. 2.
– *ſicut proprias res amittere non debet, ita nec alienas invadere.* 62. 1.
– *non conſecretur ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt.* 138. 2.
– *quomodo reconciliari debeat.* 139. 2.
in *Eccleſia S. Sophiæ Patriarcha Venetos tantum collocare ſatagens, monitus ut viros religioſos undecumque inſtituere non poſtponeret.* 42. 1.
Eccleſiæ omnes ad unum Chriſti thalamum referuntur. 3. 1.
– *per congrua, & utilia loca faciendæ.* 4. 2: 6. 2.
– *a ſervis fiſcalibus conſtructæ, & de ſua paupertate donatæ epiſcopi prece regia auctoritate confirmandæ.* 5. 1.
– *quæ mundiales res nullas habent, epiſcopali ſollicitudine &c. reparationem habeant.* Ibid.
– *ſarciantur, vel reſtaurentur in ædificiis ab iis, qui earum rebus utuntur.* Ibid. 2.
– *ſartatecta reſtaurare qui debent, ſi negligant, ab eccleſiaſtica communione ſeparentur.* Ibid.
– *quæ fuerunt in hæreſi Ariana, nunc autem ſunt catholicæ, ad epiſcopos illos pertinent, ad quos parochiæ ipſæ pertinere videntur.* 6. 2.
– *parietibus in ſua integritate manentibus, & tabula altaris immota, nec eccleſia, nec altare denuo debet conſecrari.* 7. 1.
– *tam a Photio, quam ab aliis ab ipſo conſecratis, dedicatæ &c. rurſus dedicari ſtabilitum fuit.* 8. 2.
– *presbyteris conductitiis non committantur.* 41. 2.
– *conſecrandæ, quoties de ipſarum conſecratione dubitatur, nec certa ſcriptura, & teſtes exiſtant.* 9. 1.
– *ſolis diebus dominicis conſecrandæ.* 10. 2.
– *res, vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, & patrocinia pauperum.* 34. 2: 57. 1: 59. 1: 66. 2: 79. 2.
– *redditus in quatuor partes dividantur, quarum una cedat Pontifici &c.* 19. 1: 20. 1: 33. 2: 34. 1. *vel in tres partes.* 19. 2: 138. 2.
– *Eboracenſis præbendæ, & dignitates ad ejuſdem epiſcopum ſpectantes præter ipſius auctoritatem acceptæ reſignandæ.* 49. 1.
– *parochiales per Cordubenſem provinciam qualiter cuſtodiendæ.* 50. 1.
– *res non quaſi propriæ, ſed ut communes, & Domino oblatæ non in alios uſus &c. ſunt fideliter diſpenſandæ.* 58. 2: 59. 1.
– *conſervari cum omni diligentia, & bona conſcientia debent.* 60. 2.
– *raptores, atque ſuarum facultatum alienatores a liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ pulſi.* 67. 1.
Eccleſiæ ſubſtantiæ non alienentur niſi in Clericos captivos, & peregrinos. 38. 1: 62. 1.
– *non dividi debent inter heredes ad impediendas ſimultates.* 46. 2: 47. 1.
– *antiquitus conſtitutæ, nec decimis, nec alia ulla priventur poſſeſſione.* 53. 2.
– *conceſſa non in avaritiam Presbyterorum, aut in rapacitatem Epiſcopalium miniſtrorum cedant, ſed in utilitatem Eccleſiæ.* 59. 1.
– *bona nullus de Clero, ſive de populo jure conſanguinitatis ſibi requirat.* 71. 1.
– *terrena quavis poteſtate ſubtrahi irrationabile judicatur.* 64. 1.
– *notæ ſint etiam Presbyteris, Diaconis &c. ut non depereant ſi contingat Epiſcopus mori.* 81. 2.
– *delegatas, & domino oblatas, qui abſque Epiſcopi juſſa poſſidens retinere præſumpſiſſet, a liminibus Eccleſiæ arcendus.* 516. 2.
ad *Eccleſias, & loca ſacra confugientes non extrahendi.* 15. 1. & ſeqq. *extrahentes excommunicati.* Ibid.
– *refugiat quæcumque mulier timet violentiam, & vult habere maritum, donec propinqui poſſint eam principis Imperio &c. liberare. &c.* 16. 1.
Eccleſiaſtica officia jure hereditario nemo vindicare, aut expoſtulare præſumat; contrafacientes puniendi. 48. 2.

Ec-

Eccleſiaſtici bona per eccleſias acquiſita in alios uſus haud transferant. 80. 1. neque de ipſis teſtamentum condant. 81. 1.
Eleemoſynæ ratio habenda per ſacroſancta evangelia, ſacram ſcripturam, & patres expoſita. 28. 1. & ſeqq.
Electio data Clero, quomodo intelligenda. 605. 2.
Emmo Noviomagenſis Epiſcopus rotulum provexit, circa ordinatos ab Ebbone depoſito. 322. 1.
Emphyteota, quando cadat. 620. 2.
Energumeni pavimenta domorum Dei verrant. 25. 1.
– ſua manu in eccleſia miniſtrare prohibiti. 237. 1. poſſunt tamen communicare. Ibid.
– aſſumi non poterant ad ullum ordinem clericatus. 568. 2.
– tandiu ab officii ſui ordine, & loco habeantur ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio &c. ab incurſu dæmonum inveniantur alieni. 588. 1.
Epheſini Concilii conſtitutum. 577. 1.
Epiphanii Cyprii ſententia de Sanctorum imaginibus. 129. 2.
– libri, & præcipue qui dicitur Ancyroſus. 130. 1.
Epiphanius Presbyter criminaliter accuſatus &c. abſolutus fuit. 399. 2.
Epiſcopalem honorem nullus per ambitum accipiat. 449. 2. & ſeqq.
Epiſcopatus adimi Epiſcopo non poteſt antequam cauſæ ejus exitus appareat. 427. 2.
– vel quælibet eccleſiaſtica dignitas dari non poterat ab Imperatoribus, Regibus &c. 450. 2.
– Abbatia, Archidiaconatus &c. exerceri non poteſt niſi in una eccleſia. 451. 1.
ad Epiſcopatus gradum nullus ex habitu laico accedat. 530. 2: 531. 1.
– nullus eligatur niſi trigeſimum attingat ætatis annum. 585. 1.
Epiſcopi propriæ Eccleſiæ ſponſi ſunt. 3. 1.
– vindicare ſibi non ambiant Clericos alienæ poteſtatis. 8. 2.
– ita ſuas diœceſes regere debent, ut nil ex earum jure auferre præſumant. 5. 1: 53. 1.
– non contingant quæ in jure monaſterii de facultatibus offeruntur. 10. 1: 26. 2: 27. 1.
– vel Clerici in eccleſia non conviventur niſi forte &c. 11. 1: 197. 2.
– res pauperum nec emere, nec vi tollere audeant. 36. 2.
– eccleſiarum omnium curam habeant, ſerviſque earum adjutorium præbeant, viduarum religioſam curam gerant. 24. 2: 25. 1.
– maximam curam habeant circa pauperes. 35. 1.
– novos cenſus non imponant Eccleſiis, nec veteres augeant. 50. 2.
– & Abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuum & Fratrum ſtipendium habent, decimas ad Eccleſias dari faciant. 53. 2.
– vel Clerici res ſuas non donent Chriſtianis non Orthodoxis, & ſi propinqui ſint. 72. 1: 81. 2.
– ſine neceſſitate vendere non poſſunt prædia Eccleſiæ ſine voluntate Synodi, vel ſuorum Presbyterorum. 77. 2.
– duo in una civitate uno tempore nec ordinentur, nec habeantur. 79. 2.
– quando pro confirmando populo parochias circumeunt, Archipresbyteros ſuos non gravent. 79. 2: 233. 2.
– Presbyteri Diaconi &c. qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus &c. agros, vel quæcumque prædia nomine ſuo comparant, rerum divinarum invaſionis crimine teneantur obnoxii. 81. 2.
– de facultatibus Eccleſiæ balſamum emant, luminaria in Eccleſiis ſuis concinuanda provideant. 139. 1.
– excommunicatis, & interdictis excluſis, poſſint quandoque januis clauſis &c. celebrare officia divina. Ibid. 2.
– Provinciales obſervare debebant ordinē quem tenebant Metropolitani in divinis officiis celebrandis. 163. 2.
– ſeptem ab Apoſtolis Petro, & Paulo directi fuere ad inſtruendos Hiſpaniæ populos. 164. 2.
– & Abbates pauperes ſecum ad menſam habere debebant, & lectio divina ibi perſonare &c. 169. 2.
– adveniente Natalis Domini die adſtante populo &c. per Sanctorum baſilicas perambulantes celebrent litanias. 200. 1.
– ſolliciti ſummopere eſſe debebant in tradendo presbyteris ſuis Baptiſmi Sacramentum &c. 204. 1: 205. 1.
– quidam reprehenſi fuere, quod per ſingulos annos in Cœna Domini Chriſma non conficerent. 228. 1.
– per manuū impoſitionem donum Spiritus Sancti tradunt. 231. 1.
– ſoli poſſunt per manus impoſitionem Spiritum Sanctum tradere converſis ex hæreſi. Ibid. 2.
– plerique qui poſt ſumptionem cibi, & potus ſolemniter per impoſitionem manuum ſolebant tradere Spiritum Sanctum: redarguuntur. 233. 1.
– Presbyteri, vel Diaconi, ſive ſua ſponte, ſive coacti, ſe rebaptizari permittentes in pœnitentia jacere debebant. 243. 1. Communio laica ipſis in morte danda erat. Ibid. 2: 247. 1.
– pro tempore, & loco in Miſſarum ſolemnia angelicum hymnum celebrare, ac ſolemniter recitare debebant. 251. 1.
– & presbyteri ſub uno modo populum ſalutare debebant dicentes Dominus ſit vobiſcum. 252. 2.
– & presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ conſtituant. 264. 1: 274. 2.
– qui eum conſecraſſent Epiſcopum, qui pervaſor erat, ſex menſibus privabantur communione. 284. 2.
– quales ad ſacros ordines, & eccleſiaſticas dignitates promovere debeant. 302. 1.
– nullum in ſubdiaconum ordinent, niſi qui ſe caſte victurum promittat, &c. 311. 2.

– do-

– *donum libertatis conferre debebant iis qui ex familiis & ſervitute Eccleſiæ vocabantur in clerum.* 316. 1.
– *diaconi, presbyteri non ordinabantur antequam omnes, qui in ipſorum domo erant, chriſtiani orthodoxi fuerint.* 317. 1.
– *de ſacris Ordinibus munus accipere prohibiti.* 320. 1.
– *presbyteri, aut diaconi in adulterium lapſi, vel plures habentes uxores &c. nulla ratione ſacerdotio fungi poterant.* 321. 1.
– *conſentienses eſſe debebant comitibus, & judicibus ad juſtitias faciendas &c.* 366. 2: 420. 2: 485. 1.
– *Abbates cunctuſque Clerus vicedominos, præpoſitos advocatos &c. habere debebant bonos, non crudeles &c.* 366. 2.
– *congregati juxta Synodum Nicænam judicare debebant cauſas inter Clericos, vel Laicos ſuperioris, vel inferioris gradus enortas.* 368. 2.
– *inter ſe litigantes ſi ex diverſis Provinciis fuiſſent, Primas ille dare debebat Judices, in cujus regione fuiſſet locus de quo erat contentio.* 375. 2.
– *presbyteri, clerici negotia criminalia non judicent.* 376. 1.
– *presbyteri conductores, vel procuratores non fiant.* 378. 1: 478. 2.
– *tempora ampliora obtineant, ne graventur, neve opprimantur, vel ſubito damnentur.* 404. 1.
– *vagi, aut præſumptive non lacerandi, neque accuſandi.* 413. 1.
– *per ſingulas Provincias obſervent ne præferant ſe poſteriores ſuis prioribus, &c.* 429. 1.
– *& eorum miniſtri ſtudere debebant, ut arbores dæmonibus conſecratæ &c. radicitus excinderentur.* 435. 2.
– *exigere pecunias pro inſtitutione Rectoris Eccleſiarum prohibiti, & taxata pœna.* 451. 2.
– *invitati ad conſecrandas Eccleſias quaſi ex debito non requirat munus a Fundatore.* 451. 2.
– *Longobardiæ qui canonica, & apoſtolica auctoritate ſpreta, contra B. Petrum Sacramento conſpiraverant ab omni Epiſcopali officio ſuſpenſi fuerunt, & a Communione Sanctæ Eccleſiæ ſeparati.* 471. 2.
Epiſcopi ordinati, & non recepti ab illa Parochia, in qua fuerant denominati, alias Parochias non occupent &c. abiiciendi erant. 475. 1.
– *in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirendi, & ulciſcendi habeant.* 499. 2.
– *in parochias ſuas miniſtros conſtituant non avaros.* 512. 2.
– *Campaniæ de quibus accuſati fuerunt.* 514. 2.
– *nonnulli in gubernandis congregationibus ſibi ſubjectis, canonicis &c. valde negligentes extitiſſe accuſati fuere.* Ibid.
– *multi in Oriente communione privati, quia cum hæreticis communicaverant.* 527. 1.
– *presbyteri neque canes ad venandum, neque accipitres habeant.* 543. 1: 586. 1.
– *qui laicos permiſiſſent, ut Abbates, res Monaſteriorum miniſtrare &c. tribus menſibus a Miſſarum ſolemniis abſtinere debebant.* 548. 1.
– *libere ad Apoſtolicam Sedem pergant ſine ulla cuſtodia &c.* 549. 1.
– *a ſua Parœcia, & Eccleſia eiiciantur uſurpantes Eccleſias alienas &c.* 555. 1.
– *presbyteri &c. ſi poſt ordinationem conjugibus copulabantur omni in perpetuum dignitate privabantur.* 575. 1.
– *qui reliquias portabant, non in ſellulis a diaconibus vehi debebant, ſed pedibus ire, &c.* 588. 1.
– *quicumque promiſſi ſolutionem exſolvere debent.* 41. 1.
– *prætermiſſis indignis idoneos aſſumant, qui Deo, & Eccleſiis velint, valeantque deſervire.* 41. 2.
– *trans mare non proficiſcantur inconſulto primæ ſedis epiſcopo, ſuæ cujuſque provinciæ, ut ab eo &c.* 44. 2.
Epiſcopis, & Comitibus quid prohibitum propter perpetrata in quibuſdam occidentalibus provinciis. 36. 2: 37. 1.
Epiſcopo non habenti neceſſitatem non licet uſurpare rem aliquam tituli matricis eccleſiaſticæ. 23. 1.
– *non licet uti re matricis eccleſiaſticæ.* 77. 2.
– *defuncto inteſtato, presbyteri, & diaconi de rebus ejus inventarium fideliter conſcribere debent.* 454. 2.
in *Epiſcopo quid oporteat inquiri.* 302. 1.
Epiſcoporum impugnatores, & conculcatores eccleſiarum infames declarati. 11. 1.
– *res nullus clericus vel in vita, vel poſt mortem diripiat.* 71. 1.
ad *Epiſcopos Brittonum litteræ fuerunt directæ &c. ut ad ſuam metropolim redirent, &c.* 522. 1.
ad *Epiſcopum eligendum, ſi qua contradictio oborta fuiſſet, quot epiſcopi poſtulandi eſſent.* 425. 1.
Epiſcopus multas expenſas, & minorem ſubſtantiam habens a parochiis, quibus largior ſubſtantia collata fuerit ſubſtentetur. 4. 2.
– *ſine intermiſſione presbyteros cum ſufficiente ſuæ utilitatis ope conſtituat in Eccleſiis ſibi ſubiectis.* 4. 1.
– *arbitrari poteſt circa oblationes Baſilicis civitatum collatis in reparatione Baſilicæ.* Ibid. 2.
– *in alienæ civitatis territorio Eccleſiam ædificare diſponens permiſſa licentia ædificandi non præſumat dedicationem peragere.* 6. 1.
– *non prius dedicet Eccleſiam, niſi antea dotem Baſilicæ per donationem chartulæ accipiat.* 10. 1: 51. 1.
– *ſi infirmitate non fuerit impeditus, Eccleſiæ, cui proximus fuerit die Dominico deeſſe non debet.* 14. 1.
– *Natalem Domini, aut Paſcha, alibi, niſi ad Eccleſiam ſuam &c. celebrare non præſumat.* Ibid.
– *nullus a quolibet ſeculari, faſtibus licet prædito de ſancta Eccleſia, cui præeſt, extrahatur.* 16. 2.

- *præeſt Matrici, & Presbyteri præſunt plebibus &c.* 23. 1.
- *non longe ab Eccleſia hoſpitiolum habeat.* 25. 1. *Semel in anno circumeat parochiam ſuam.* 35. 1: 36. 2: 236. 2: 385. 2.
- *ſi convictus fuerit quod Monaſterium conſtruxerit de redditibus Eccleſiæ, tradat eidem Eccleſiæ ipſum Monaſterium.* 27. 2: 77. 1.
- *quiſque de Baptiſmo, & myſterio ſanctæ Fidei ſuos ſuffraganeos diligenter moneat, &c.* 142. 1.
- *unam de Parochianis ſuis Eccleſiis monaſterium dicare volens, de conſenſu concilii ſui licentiam id faciendi habeat.* 28. 1.
- *ſi ex rebus eccleſiæ ſuæ ditaverit monaſterium non amplius quam quinquageſimam partem dare debebit.* Ibid. & 60. 1: 63. 2.
- *clericus, monachus aliena prædia non conducat, neque tractet rerum ſæcularium adminiſtrationem, niſi ex legibus ad tutelam vocetur.* 34. 2.
- *habeat poteſtatem largiendi quod voluerit Clerico, quem ad bonum profectum viderit creſcere.* 41. 1: 73. 1.
- *eccleſiam ſuam, ad quam ſacratus eſt, non dimittat abſque inevitabili neceſſitate, aut Apoſtolica mutatione, nec alteri ſe ambitioſe conjungat.* 43. 2.
- *ordinare non præſumat rectores in Eccleſiis contra fundatorum placitum.* 46. 2.
- *ſi quem ſine certo titulo in Diaconem, vel Presbyterum ordinaverit, tandiu neceſſarie ei ſubminiſtret quoaduſque vitæ poſſit habere ſubſidium.* 50. 1.
- *mortuo Presbytero, vel Abbate nihil auferat de rebus Parochiæ, vel Xenodochii, vel Monaſterii.* 31. 2.
- *nullus vendere aut alienare poteſt cimelia, & vaſa ſacra excepta cauſa redemptionis captivorum.* Ibid. & 77. 1: 134. 1.
- *omnium rerum Eccleſiaſticarum curam habeat, eaſque diſpenſet.* 62. 1.
- *nullus, Clericus, vel alia perſona alterius Eccleſiæ res petat, aut accipere præſumat.* 69. 1.
- *qui filios, autem nepotem non habens, aliam quam Eccleſiam, reliquit heredem; ſi quid de Eccleſia inſumpſerit, quod donavit irritum habeatur.* 72. 1: 81. 2: 82. 1.
- *ſi de rebus ſuis plurima contulerit amicis ſuis, ſervis &c. ſi triplum aut multo plus patuerit eſſe quod conſcripſit in nomine Eccleſiæ ſuæ, firmum teneas &c.* 73. 1: 547. 2.
- *ſi humanitatis intuitu mancipiola, vineolas &c. clericis, vel monachis præſtiteris excolendas nullum Eccleſia præjudicium patiatur &c.* 74. 2: 75. 2.
- *quicumque alterius Epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit admittenda non eſt contra eum actio repoſcendi.* 74. 2.
- *nullus tradat, nec vendat in emphyteuſim ſolaria Eccleſiæ nec alias ruſticas poſſeſſiones.* 61. 1: 76. 2: 77. 1.
- *ſine conſilio fratrum, ſi neceſſitas fuerit, habeat poteſtatem diſtrahendi terrulas, aut vineolas exiguas &c.* 78. 1.
- *nullus gravamen, ſeu ſervile ſervitium contra Eccleſiæ normam Abbatibus, ſeu Clericis ſuis imponat.* 79. 2.
- *res proprias diſtribuere poteſt quibuſcumque voluerit.* 80. 1. & 2: 82. 1. & 2.
- *qui heredes propinquos hæreticos, vel gentiles præhonores Eccleſiæ, etiam poſt obitum ejus ei dicatur anathema &c.* 81. 2.
- *ſi condito teſtamento aliquid de Eccleſiaſtici juris proprietate ligaverit, aliter non valebit, niſi de propriis juris ſuppleverit facultate.* 82. 1.
- *poſt adeptum Epiſcopatum, quaſcumque res de facultatibus Eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine comparaverit, non in propinquorum ſuorum, ſed in Eccleſiæ, cui præeſt, jura deveniant.* Ibid. 2.
- *tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.* 84. 2.
- *non poteſt induere duo oraria; nec presbyter, nec diaconus &c.* 136. 2.
- *in omnibus Sanctus eſſe debet, & in nullo reprehenſibilis.* 142. 2.
- *vel Presbyter, qui Clerici, vel Populi curam non gerit, ſegregetur, & ſi in ſocordia perſeveret deponatur.* 144. 2.
- *qui ſtatuto tempore viſitationem, & prædicationem per Sacerdotes, & populos non exercet, ab eis pro ſoluto ſervitio pecunias non exigat.* 148. 2.
- *non poteſt in alia urbe ei non competenti publice docere. Si quis fecerit Epiſcopatu ceſſet &c.* 149. 1.
- *nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire Verbum Dei, ſive gentilem, ſive hæreticum &c.* 151. 1: 203. 2: 257. 1.
- *Presbyter, Diaconus, cum hæreticis orans, excommunicetur.* 158. 2.
- *die Epiphaniarum in Eccleſiis denunciet Feſtum Paſchæ.* 177. 1.
- *presbyter, diaconus, qui Paſcha ante æquinoctium vernum cum judæis celebraverit deponendus.* 178. 1.
- *Beryt enſis miſit ampullas vitreas de ſanguine, & aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris noſtri decurrerunt.* 183. 1. & 2.
- *nullus die dominico cauſas judicare præſumat.* 184. 2: 185. 1.
- *presbyter &c. quadrageſimam non jejunans, aut quartam, aut ſextam feriam deponendus.* 191. 1: 571. 1.
- *ordinandus antea examinandus.* 210. 1. *Si natura ſit prudens, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet.* 271. 1: 288. 2: 345 2.
- *aut presbyter, qui habentem vere Baptiſma rebaptizaret, deponendus &c.* 224. 1.
- *ſolus Chriſma conficere poteſt.* 228. 1: 229. 1.
- *vel quilibet Miniſter Eccleſiaſticus propter ſacrum Chriſma nil muneris accipere poteſt.* 232. 1.
- *cur presbyter, aut diaconus qui facta oblatione non communicaſſent, aut cauſam dicere de-*

debebant, aut communiona erant privandi. 238. 2: 258. 2.
– *caſtitatis eminentiam habeat.* 242. 1.
– *presbyter &c. ſi capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, ab honore officii depoſitus in monaſterium retrudebatur &c.* 247. 2: 420. 2: 484. 2: 572. 1.
– *ab eo qui non communicat munera accipere non poteſt.* 248. 2: 520. 2: 549. 2.
– *nullus, presbyter, aut diaconus ad celebrandum Miſſarum ſolemnia cum baculo introire poterat, aut velato capite altari aſſiſtere.* 251. 1.
– *aut presbyter, qui baptiſma, aut ſacrificium recepiſſet hæreticorum, deponebatur.* 259. 1: 562. 2.
– *quiſque providere debebat ne in ſua Parochia quiſquam Presbyterorum miſſam ſolus celebrare præſumeret.* 255. 1.
– *aut presbyter, ſi revertentem a peccatis non ſuſcepiſſet, ſed potius ejeciſſet, deponebatur.* 269. 2.
– *& presbyter ante omnia ſervare debebat ut ſi vir qui pœnitentiam poſtulabat ſanus, ſive infirmus erat prius eum tonderet, & eum in cinere, & cilicio habitum mutare faceret. Si vero mulier erat, pœnitentiam non accipiebat niſi prius velata fuiſſet.* 275. 2.
– *vel alius Pontificalis dignitatis Monachorum vitam agere volens, & pœnitentiæ locum perpetuo implere, dignitatem Pontificalem reſumere non poterat.* 287. 1.
– *nullus conficta occaſione recuſare debebat venire ad ſepeliendum Epiſcopum. Adveniens, præter expenſam neceſſariam nil pretii pro fatigatione expoſcere poterat.* 292. 2.
– *nullus quemlibet in gradum Clerici ordinare, aut conſecrare poterat, niſi cum omni adunata Eccleſia.* 301. 1: 306. 1.
– *nullus eligatur niſi trigeſimum ætatis annum agat.* 301. 2.
– *ſine conſilio Clericorum ſuorum clericos ordinare non poterat &c.* 304. 2.
– *diaconum, aut presbyterum ordinans laicum ante annalem converſionem, ſex menſibus ſequeſtrandus erat a celebrandis officiis.* Ibid.
– *Comprovincialis ibi conſecrandus erat, ubi Metropolitanus juſſiſſet.* 305. 1.
– *non poterat quemlibet Clericum bigamum, aut qui viduam duxiſſet uxorem ad ſacros ordines promovere.* 306. 2: 308. 1.
– *eos ordinare non poteſt quos parte aliqua membrorum maculatos repererit.* 313. 1.
– *accuſatores fratrum excommunicare debet, emendatos a vitio ad Communionem recipere poteſt, non ad Clerum.* 317. 1.
– *per præmia ordinatus removendus.* 319. 2: 565. 1. & ſeqq.
– *presbyter &c. alteram ordinationem accipiens deponendus cum ordinante.* 321. 2.
– *ſtudioſe, ac diligenter curam habere debet, ne Eccleſia Chriſti a propriis miniſtris poſſit ſordidari.* 337. 1.
– *conjugem ut ſororem habere debebat.* 338. 2.
– *presbyter, diaconus ſi uxorem ejeciſſet prætextu religionis excommunicabatur, perſeverans deponebatur.* 348. 1: 537. 1: 580. 2.
– *nullus immiſcere ſe poterat litigioſis contentionibus.* 362. 2: 363. 1.
– *nullus vel Abbas, nec Laicus propter juſtitiam faciendam ſportulas accipere debebant.* 366. 1.
– *alterius parochianum retinere, aut ordinare non poteſt, abſque Epiſcopi ejus voluntate.* 367. 2: 368. 1: 369. 1: 426. 1.
– *Presbyter, Diaconus, Clericus ſi de re criminali, vel civili in Eccleſia contenderit, omiſſo judicio eccleſiaſtico ſuum locum amittat.* 370. 2.
– *vi, aut timore a Sede pulſus, aut ſuis rebus ſpoliatus, non prius vocetur ad Synodum, quam ei omnia legibus ſint redintegrata.* 374. 2.
– *quilibet accuſatus duodecim judices eligere poteſt, ſi neceſſe fuerit, a quibus ipſius cauſa judicetur.* 375 1: 400. 2. *appellare tamen poteſt, & apoſtolicæ ſedis adire Pontificem, &c.* 376. 2: 377. 1: 407. 2.
– *nec a vulgaribus hominibus, neque a plebe eſt arguendus neque accuſandus.* 380. 2. & ſeqq. 391. 1.
– *nullus extra ſuam provinciam ad judicium devocari poteſt, ſalva Apoſtol. Eccleſiæ auctoritate.* 386. 1.
– *cum ad judicium veniſſet &c. locum ſibi congruum eligere poterat, &c.* 387. 2.
– *a criminoſo non accuſandus.* 397. 2: 556. 2.
– *ſi intuliſſet verbera, aut plagas viris timentibus Deum, &c. epiſcopatu indignus judicatus fuit.* 490. 1.
– *presbyter, diaconus, fideles, aut infideles etiam delinquentes verberans, deponendus.* Ibid. 2: 573. 1.
– *quid agere debeat contra delinquentem inceſtuoſum ſuppoſitum.* 498. 1.
– *qui magnatis cujuſpiam uxorem, filiam &c. quacunque fraude adulterina pollutione fœdaſſet, proprii honoris gradum amittebat.* 501. 2: 573. 2.
– *nullus ſine certa, & manifeſta peccati cauſa aliquem privare poterat communione eccleſiaſtica.* 517. 1. & 2.
– *nullus excommunicatum ſuſcipere poterat in communionem.* 518. 2: 519. 1.
– *quicumque, ſive presbyter Nortmannis, donec excommunicati erant, divinum officium feciſſet, a ſacerdotali officio perpetuo ſubmovendus erat.* 518. 2: 523. 1: 587. 1.
– *ſi aliquem excommunicaſſet certa de cauſa, denunciare debebat vicinis Epiſcopis per ſuas patentes litteras.* 522. 2.
– *presbyter depoſitus juſte ob manifeſta facinora ſi auſus fuiſſet miniſtrare, ab Eccleſia abſcindebatur.* 523. 2: 572. 1.
– *pro ordinationis temeritate, ſex menſibus a celebrandis officiis ſequeſtrabatur.* 524. 1.
– *admonitus ut ſuæ matricis curam haberet contra hæreticos, niſi intra ſex menſes reſi-*

puiſſet communione privabatur. 527. 1.
– ſi fratrem filium, &c. ut ſucceſſorem ſibi in Epiſcopatu ordinaſſet, ordinatio non valebat, & ipſe excommunicabatur. 532. 2.
– presbyter cum extranea ſi habitaſſet communionis jacturam ſubibat. 535. 2.
– Clericos cum extraneis habitantes excommunicare negligens canonum ſententiam incurrebat. Ibid.
– quiſque comprovincialis non poterat ſe excuſare quominus ad Metropolitanum iret pro peragendis cum eo feſtis diebus Nat. Domini, & Paſchæ. 541. 2: 542. 1. quando excuſabatur, & quam pœnam ſubibat inobediendo. 542. 1.
– ſi ut Clericum tractaſſet fugitivum ex clero excommunicabatur. 544. 2.
– primæ ſedis litteras dare debebat, ne ullus Epiſcopus eum eo communicaret, qui nollet judicibus obedire. 545. 1.
– aut abbas ſi invito domino ſervum retinebat, aut intra monaſterium recipiebat, communione privabantur. Ibid. & 568. 1.
– qui ſynodi refugiebat judicium, tribus menſibus a charitate fratrum ſequeſtrabatur. 547. 2.
– non prius audiendus, aut excommunicandus, aut judicandus, quam duodecim judices eligerentur. 549. 1.
– ſi noluiſſet communicare alicui, quod dixiſſet ſibi fuiſſe confeſſum crimen, & ille negaſſet, ab aliis Epiſcopis ipſi Epiſcopo non erat communicandum. 550. 1.
– quando aliquem excommunicaverat publice ad officium Eccleſiæ ibat, & oſtium pro eo claudebat. 551. 1.
– aut presbyter excommunicatus ſi in concilio ſe injuſte condemnatum queſtus eſſet, ad majorum Epiſcoporum conciliū revertebatur. Ibid.
– ſi ante abſolutionem damnati obitu raptus fuiſſet, damnatum ipſum correctum, aut pœnitentem abſolvere poterat ſucceſſor. Ibid. 2.
– dum aliquem abſolvebat, ambulabat cum eo uſque ad portas Eccleſiæ, & ei aperiebat ut ingrederetur. 552. 1.
– receptor fugitivi tamdiu excommunicandus, quamdiu apud ſe fugitivum habeat. 553. 1. & 2.
– aut prebyter, qui juxta præceptum domini non baptizat in nomine Patris, &c. Sed in una Perſona Trinitatis, aut in duabus, &c. ab Eccleſia Dei proiiciendus. 206. 1: 561. 2.
– presbyter, qui ſine voluntate, & litteris Epiſcoporum Provinciæ ad Imperatorem perrexiſſet, non ſolum a communione ſed etiam a dignitate eiiciendus erat. 555. 1.
– aut presbyter deprehenſus communicare cum excommunicatis, & ipſe communione privandus. 521. 1.
– nullus, vel abbas presbyter, &c. de manu Regis, vel Comitis accipere poterat donum Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ &c. contrafacientibus pœnæ ſtatutæ fuerunt. 559. 1.
– nullus ſine examine concilii quemlibet presbyterum deiiciat. 560. 1.
– nullus presbyterum, vel diaconum in diſpendio honoris condemnet. Ibid. 2.
– quando presbyterum depoſuerit quid agere debeat. Ibid.
– vel presbyter ſi obtuliſſet in ſacrificio mel & lac, &c. deponebatur. 564. 1.
– presbyter, diaconus, qui Alleluja dixiſſet in quadrageſima, ordinis officio privabatur. Ibid. 2.
– aut presbyter, ſi contra ordinem ab Apoſtolis traditum vinum aqua miſſum non obtuliſſet, deponebatur. Ibid.
– ſi per pecuniam ordinaverit Epiſcopum convictū de tali crimine de ſuo gradu periclitabatur, ordinatus nil conſequebatur. 565. 1. & 2.
– accuſari non poterat, neque ſuis accuſatoribus reſpondere debebat, priuſquam regulariter a ſuo Primate vocatus fuiſſet, &c. 400. 2: 403. 2: 404. 2.
– nullus clericum judicare, aut damnare poterat, niſi accuſatus legitimos accuſatores præſentes haberet. 402. 1.
– ſpoliatus cum omni honore priſtino ſtatui reddi debebat. 403. 2.
– ſuis ſpoliatus rebus, aut vi a ſua Eccleſia expulſus, omniaque ei ablata fuiſſent, poteſtati ipſius legaliter reddi debebant. 404. 1: 405. 1: 410. 1: 411. 2. & ſeqq.
– ſi veras, & neceſſarias cauſas oſtendiſſet, cur prohibitus fuiſſet ad defenſionem comparere, intra alterum menſem audiendus erat. 405. 1.
– ægrotans aut alia gravi neceſſitate detentus, legatum pro ſe ad ſynodum mittere poterat. 574. 1.
– ſi clerico, vel laico crimen impoſuiſſet deduci debebat in ſynodum ad probationem. 415. 2.
– ad ſuam præſentiam convocare debebat accuſatos de hæreſi, &c. 424. 1.
– in ſua Parochia ſollicitudinem habere debebat, ut populus Chriſtianus paganias non faceret. Ibid. & 440. 2.
– presbyter, diaconus, &c. qui magos, & aruſpices conſuluiſſe deprehenſus fuerit, ab honore dignitatis ſuæ depoſitus monaſterii cenſurum excipiat. 442. 2: 563. 2.
– det operam, ut populus ab auguriis, & incantationibus abhorreat. 443. 1.
– presbyter, diaconus in adulterio, perjurio deprehenſus deponatur. 445. 2: 480. 1.
– a ſuis clericis vel monachis aurum vel argentum non exigat. 451. 1: 531. 1.
– clericum ad cædem perducere non poteſt. 459. 1.
– nullus neque Archiepiſcopus, vel cujuslibet ordinis Abbas, &c. niſi cum ſumma cautela, uſurarios recipere poteſt. 475. 2.
– presbyter, diaconus uſuras a debitoribus exigens, aut ceſſare, aut deponi debet. 475. 2: 476. 2.

– nul-

– *nullus a ſubiecto ſacerdote, vel clerico, ultra ſtatuta Patrum exigat.* 478. 1: 511. 1.
– *a turpi lucro alienus eſſe debet.* 479. 1.
– *iracundus, ſi celeriter contra presbyterum motus, cum de eccleſia eiicere voluerit, providendum, ne in innocentem condemnet, vel communione privet.* 521. 1: 549. 2.
– *ſi bis vocatus a Metropolitano, aut mittere, aut venire diſtuliſſet pœnas ſtatutas incurrebat.* 587. 2.
– *e latere ſuo dirigat Sacerdotes, qui ordinandorum vitam, genus, &c. diligenter inveſtigent.* 567. 1.
– *presbyter diaconus, qui iterum ordinabatur deponebatur cum ordinatore.* Ibid. 2.
– *nullus ordinandus, vivente Epiſcopo, niſi in locum ejus, quem capitalis culpa dejecerit.* 572. 1.
– *vel presbyter, ſi clerico indigenti non præbeat neceſſaria excommunicandus perſeverans deponendus.* 546. 2: 576. 2.
– *ſententiam excommunicationis dictare debebat contra tentantes frangere treugam.* 578. 1.
– *vel presbyter non ſuſcipiens, ſed expellens revertentem a peccato, deponendus.* Ibid. 2.
– *a ſuo gradu cadere debebat, ſi conatus fuiſſet ut una provincia in duas divideretur.* 579. 2.
– *qui præter definita ſibi tempora pallio ſe induiſſet, aut corrigi debebat, aut a proprio Patriarcha deponi.* 580. 1.
– *quid facere debeat in illis locis ubi per civitatem, & diœceſim permixti ſint populi diverſarum linguarū, & variorum in fide rituum.* Ibid.
– *ſi docuiſſet in urbe aliena Diœceſis, ceſſare debebat ab iis quæ Epiſcopatus erant, non ab iis quæ erant presbyteratus.* Ibid. 2.
– *ſi præbendas vel alia officia Eccleſiæ vendiderit ab officio ſuſpendendus.* 584. 1.
– *qui invitum, aut reclamantem ordinare præſumpſiſſet, annuali pœnitentiæ ſubditus miſſas facere non poterat.* Ibid. 2. *Pariter ſi ſervum, aut colonarium ordinaſſet.* 585. 1.
– *procedens contra particularem delinquentem, ad quid teneatur.* 615. 1.
– *poteſt viſitare monaſteria & loca exempta.* 626. 1.
– *non cogitur tenere vicarium.* 626. 1.
– *non poteſt deputare vicarium perpetuum.* Ibid. 2.
– *per abuſum perdit alternativam, &c.* 628. 2.
– *præſumitur juraſſe de non alienando res eccleſiæ.* 634. 1: 639. 1.
– *ſucceſſor tenetur ſolvere ſalaria advocatorum prædeceſſeris carcerati.* 638. 2.
– *translatus amittit jus, & poſſeſſionem aliorum beneficiorum.* 645. 1.
– *quando non dicatur ſpoliatus jure viſitandi.* 646. 1.
– *poteſt facere perpetuum capellanum amovibilem.* 651. 2.
Epiſtola Leonis Papæ ad Flavianum Epiſcopum deſtinata recipienda ſtatuitur. 546. 1.
Ervigii Regis Decretum. 538. 1.
Evangelia ſacroſancta ante munerum illationem in miſſa catechumenorum legebantur. 151. 1: 257. 1.
Evangelii codicem depictum, aut figuram crucis ſi quis abiicere auſus fuerit ſi epiſcopus, aut clericus deponantur, ſi monachus aut laicus communione priventur. 134. 2.
Evariſtus Papa ſeptem diaconos ordinavit, qui cuſtodirent epiſcopum prædicantem. 148. 2.
Euchariſtia a quibuſdam negligebatur in Cœna Domini. 192. 1.
– *corporibus defunctorum non danda.* 238. 1: 248. 2.
– *quibus non ſit deneganda.* 243. 1. & ſeqq.
– *quibus deneganda.* 245. 2. & ſeqq.
Euchariſtiam averſantes, eiiciebantur ab eccleſia quoad confiterentur. 286. 2: 514. 1.
Eudoxii, & Eunoii improbam fidem aperte anathematizare debebant, qui agebant pœnitentiam. 289. 2.
Eugenius laudatur. 31. 1.
Eunomiani, & Montiſtæ, Phryges, & Sabelliani etiam dicti, eundem eſſe Patrem, & Filium opinabantur. 201. 1.
– *una tantum immerſione baptizabant.* 213. 1.
Eunuchus factus ab alio fieri poterat epiſcopus ſi dignus fuiſſet, fieri non poterat clericus ſi ſeipſe inciſiſſet. 313. 2.
Euphemius Epiſcopus damnatus. 398. 2: 414. 2: 538. 2.
Euphemius, & Thomas quia pro deferenda accuſatione ordines acceperunt, iiſdem ordinibus privati fuere. 318. 2: 566. 1.
Euplus Euſanium Agrigentinæ civitatis Epiſcopum ſuum genitorem fuiſſe indicavit, matriſque res plurimas apud eum manſiſſe: reſque maternas ſibi reſtitui petebat. 80. 1. *ſecundum ſuam portionem reſtitui juſſum fuit.* Ibid.
Euſtathius, & ſocii qui hæreticas quaſdam opiniones tuebantur, tanquam hæretici anathematizati, & damnati. 553. 1.
Eutychianus per diverſa loca CCCXLII. martyres ſuis manibus ſepelivit. 93. 2.
Eutychianus P. conſtituit ſuper altare benedici fruges. 254. 1.
Exceptio, qualis non impedit executionem. 610. 2. *poteſt apponi in qualibet inſtantia.* Ibid. *quæ oritur ex ventre bullæ impedit executionem, & clauſulam* Sine retardatione. Ibid.
– *jurispatronatus incontinenti probanda: excludit ſubrogatum in jus.* Ibid. *quando opponi poteſt.* 673. 2.
Excommunicati non poſſunt accuſare Epiſcopos. 524. 2: 525. 2.
Excommunicationis ſententia quomodo, & quibus conditionibus promulganda. 421. 1: 431. 2.
de *Excommunicatis, & excommunicatione.* 520. 1. & ſeqq.
Excommunicatus eccleſiaſticus, ſive laicus de fragmentis oblationum Domini non participet. 240. 2.

– *ſi*

– *ſi interfectus, aut obitu proprio moriatur, chriſtiana ſepultura careat.* 294. 2: 552. 2.
– *ſive clericus, ſive laicus ad accuſationem clericorum non eſt recipiendus.* 398. 1: 525. 2.
– *in eccleſiam non intret, nec cum ullo chriſtiano cibum, vel potum ſumat.* 524. 1: 525. 2.
– *non facit fructus ſuos.* 615. 2: 649. 1.
Executio facta contra communitatem, & homines caſtri, contra alios poſſeſſores rerum particularium non valet. 611. 1. *in perſonam fieri non debet, niſi excuſſis bonis, ſi in ipſis non impediatur.* Ibid. *non excluditur per ſtatutum urbis.* Ibid. *vel datio in ſolutum valet, ſi juſta eſt, & non fuit appellatum.* Ibid. 2. *facta in immobilibus, &c. valet non facta diſcuſſione.* 648. 1. *quando deneganda.* 674. 1.
Exemplum antiquum antiqui inſtrumenti ſine citatione factum a quinque notariis, & judice, cum aliis adminiculis probat. 612. 1. *bene extractum exempli male extracti non facit fidem.* Ibid. *antiquum ſecuto effectu facit præſumi omnem ſolemnitatem.* Ibid. 2. *non poteſt extrahi vigore compulſoriæ ex inſtrumento producto, &c.* Ibid.
Exomologeſes, & ipſarum differentia inter litanias. 264. 1: 265. 1.
Exorciſta, cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum. 136. 1: 226. 2: 300. 2.
Expectantes quando non poſſunt acceptare. 668. 2.
Expectativa conſumatur ſi quis reſignet reſervata penſione. 603. 1. *poſterior cum clauſula non æquiparatur in concurſu cum priore.* 604. 1. *capit beneficia jurispatronatus clericorum ex conſuetudine non immemorabili.* 604. 2: 622. 1. *exuberans quæ dicenda ſit.* Ibid.
Expectativæ non capiunt reſervata, neque effecta ceſſante commenda. Ibid. *quando cenſentur conceſſæ.* 668. 2.
Expenſæ litis, & alimenta non debentur uxori, ſi dos promiſſa ſoluta non eſt. 616. 1. *qui teneatur ad ipſas.* Ibid. *ipſarum taxatio, quid intelligatur.* Ibid. *litis, & alimenta quibus debeantur.* Ibid.
Expoſitus ſi cujuſcumque miſeratione collectus fuerit, conteſtationis epiſtola ponatur. 38. 2.
– *quæſitus intra decem dies ſi non agnitus fuerit, ſecurus habeat qui collegit.* Ibid. *poſt prædictum tempus ſi quis calumniator extiterit, ut homicida eccleſiaſtica diſtrictione damnandus.* Ibid. & 39. 1. *conteſtatio de altari die dominico a miniſtro annuntietur, ut eccleſia ſciat, &c.* Ibid.
Exuperantius Epiſcopus in Diœceſi aliena oratorium conſtruxit. 6. 1.
– *Presbyter dominica communione privatus.* 551. 2.

F*Abianus P. fecit VII. Subdiaconos, qui VII. notariis imminerent.* 97. 1.
Fabius quidam epiſcopus eccleſiæ Firmianæ pro redemptione, &c. argenti libras XI. de eadem eccleſia hoſtibus impendit. 38. 1.
Fabrica Eccleſiæ ſi diruta fuerit inſtauranda. 7. 1.
Falcidia quando detrahenda. 624. 1.
Falſum teſtimonium in vilibus, & indignis perſonis facile. 420. 2.
– *a quibus cavendum.* Ibid. & 421. 1.
Fana idolorum non deſtruenda, ſed idolaquæ in ipſis erant. 140. 1.
Fatalia proroganda. 599. 1. *non corruunt contra mortuum, vel ſubrogatum.* Ibid. & 648. 1. *ſi ſententia non ſubſcribatur.* 599. 1. *neque ſuſpenſo petitorio.* Ibid.
Felix conſtituit miſſas celebrari ſupra ſepulchra, aut memorias martyrū. 8. 1: 24. 1: 92. 1. & 2.
Feminæ miſſam celebrante ſacerdote, ad altare non accedant, &c. 57. 1.
– *in cœmeterio non pervigilent.* 199. 1.
– *ſanctis altaribus ultro ſe ingerere inhibitæ.* 132. 2: 237. 1.
– *quædam fraudolenter proprios filios coram epiſcopis confirmandos tenuerunt, ut a viris ſuis ſepararentur. Quid pro ipſis ſtatutum.* 221. 2: 222. 1: 232. 1.
– *quæ habitum religioſum, aut velamen ſuſcepiſſent, viro ſociari non permittebantur, &c.* 273. 2: 328. 2.
– *quæ Chriſto ſpiritualiter nupſ erant, & a ſacerdote velatæ fuerant, ſi poſtea publice nupſiſſent, non admittebantur ad agendam pœnitentiam niſi viro mortuo.* 328. 2: 329. 1.
– *in dedicatione baſilicarum, vel in feſtivitatibus martyrum turpia cantantes excommunicatæ.* 530. 2.
in *Feria VI. Paſſionis Domini myſterium crucis, quod ipſe Dominus annuntiandum voluit, oportet prædicari.* 241. 2: 261. 2.
– *V. ante Paſcha Rom. Eccleſiæ conſuetudo remittebat pœnitentibus.* 288. 1.
Ferrarienſes cives excommunicationis, & interdicti ſententiis ligati fuere. 558. 2. & ſeqq.
Feudatarius amittens feudum propter Alexandrinam facit locum alteri agnato. 612. 1.
in *Feudo nepos excludit Patruum.* 611. 2.
Feudum quando dicitur ligium. Ibid.
Fideicommiſſarius non poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem. 652. 2.
Fidejuſſor tenetur in ſolidum ex ſtylo obligationum. 614. 2. *quando contra ipſum agi poſſit.* Ibid. *qui poſſit eſſe.* Ibid. *negotii principalis non tenetur ad expenſas niſi in ſubſidium.* Ibid. *pro evictione cenſetur conſentire alienationi prohibitæ a teſtatore.* Ibid. *qui contra ipſum facere non poteſt.* Ibid.
Fidejuſſores quando obligantur. 614. 2. *quando ipſis concedenda ſit cautio.* Ibid. *non liberantur in totum, ſi debitor principalis det in ſolutum rem.* 614. 2: 615. 1.
Fideles ſuis propriis facultatibus ſanctam eccleſiam locupletem fecerunt. 59. 1.
– *ſingulis diebus ſaltem duabus vicibus orare debent.* 157. 1.
– *omnes commonendi, ut orationem dominicam, & ſymbolum dicant.* 167. 1.
– *baptiſmi myſterium diſcere debent, & intelligere, & eo intellecto, ſecundum illud vivere.* 204. 1.

– *utriuſ-*

-- utriuſque ſexus poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint omnia ſua peccata fideliter confiteantur. 262. 2.

-- ſanctæ Dei Eccleſiæ admonendi, ut filios, & filias ſuas doceant, ut parentibus obedientiam præſtent. 289. 2.

Fidelis quiſque uxoratus, concubinam habens communicare non poteſt. 347. 2.

-- habens uxorem, ſi cum judæa, vel gentili mœchatus ſit, a communione eſt arcendus. 300. 2.

Fides catholica quid doceat circa hominis animam. 210. 1.

Fides reſcribendarii, & ſociorum, probant expeditionem. 613. 2. copiſtæ non ſufficit. Ibid. notarii non nocet inſtrumento dato. Ibid. non adhibetur cedulæ Cardinalis proponentis, ſed contracedulæ. 614. 2.

Filia Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, ſi devota fuiſſet, & maritum duxiſſet, a communione habebantur alieni ipſius parentes ſi eam in affectum recepiſſent. 329. 2. aliæ pœnæ ſtatuuntur pro ipſa. Ibid.

Filiæ a parentibus monaſterio in infantiæ annis ſub regulari diſciplina traditæ pubertatis annis advenientibus, egredi, & matrimonio copulari non poterant. 330. 2. & ſeq. datur ipſis libera optio ſtatum eligendi per Canones Toletanos. 331. 1.

Filii canonicorum maxime ſpurii canonici non fiant in eccleſiis ſæcularibus, in quibus inſtituti ſunt Patres. Contrafacientes ſuſpendantur. 47. 2.

-- presbyterorum non ſint heredes eccleſiarum patrum ſuorum. Ibid.

-- presbyterorum, & concubinarum ad ordines, vel aliquos honores eccleſiaſticos promoveri non poterant. 312. 1. & 2: 316. 2.

Filius quid poſſit. 652. 2.

Flamines, ſi erant catechumeni, & ſe a ſacrificiis abſtinuiſſent, poſt triennium ad baptiſmum admittebantur. 203. 2.

-- qui poſt fidem lavacri, & regenerationis ſacrificaſſent, nec in fine accipere poterant communionem. 464. 1. & 2: 500. 1.

Floræ Abbatiſſæ poſſeſſio conceſſa, in qua domum, & virginum monaſterium ædificare, & habitare poſſet. 27. 2.

Folcardus ſacerdos volens a gravi ſcelere retrahere mulierem & fratrem ejus ab ipſis caſtratus fuit. 341. 2: 342. 1.

Formoſi Papæ corpus de ſepultura violata per terram tractum fuit, & quaſi ad judicium deductum ad ſynodum tempore Stephani Papæ VI. 295. 1: 459. 1.

-- violatores ſeu corruptores ſacri tumuli, ab eccleſia Dei ſeparati fuere. 295. 1: 540. 1.

Formoſus Epiſcopus Portuenſis ad Apoſtolicam Sedem provectus fuit, contra canonum rationem. 543. 2.

Fornicator ſeptem annis communicare non debebat. 508. 1.

Fratres duo germani accipere poſſunt ſinguli ſingulas ſorores. 332. 2.

Fructus debentur ceſſionario ſubrogato in actione ſpolii. 615. 2. pendentes tempore ſententiæ veniunt in reſtitutione rei, detractis expenſis, & ſeminibus. Ibid.

ad Fructus qui teneantur. 615. 1. & 2. cui debeantur. Ibid. 2. ſolutio fructuum cui facienda. Ibid.

Fundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites ſollicitam habeant curam, idoneoſque rectores in eiſdem baſilicis offerant epiſcopis ordinandos. 46. 1. & 2.

-- in partibus Alemaniæ poteſtate abutebantur, in qua eccleſia eos ſubſtinuerat. Quid contra ipſos fuerit conſtitutum. 559. 2: 567. 1: 584. 1: 588. 2.

GAudentius Valerienſis Sedis Epiſcopus quæſivit, utrum, accepta pœnitentia, liceret ſibi ſui ordinis contrectare myſteria. 283. 2.

-- Auſinienſis Eccleſiæ Sacerdos contra canonum ſtatuta ordinationes illicitas perpetraſſe accuſatur. 568. 1.

Gelaſius fecit hymnos in modum B. Ambroſii, & ſacramentorum præfationes, & orationes, &c. 168. 1.

-- de damnatione Acacii ad Dardanos ſcripſit. Ejus verba. 423. 2.

Gentiles ad fidem venientes, quocumque loco, vel momento tantum chriſtiana confeſſione clarificata baptizabantur. 218. 1.

-- ſi in infirmitate deſideraſſent ſibi manus imponi, imponi manus, & fieri chriſtianos placitum fuit. 226. 2.

Gentilium obſervationes cuſtodientes ab Eccleſia ſancta per paſtores, atque presbyteros repellendi. 526. 1.

B. Georgii martyris caput in capſa reconditum in venerabili patriarchio reperit Zacharias Papa. 92. 1.

Gladia in Eccleſiam deferre prohibitum fuit. 14. 1. præter regale. Ibid. 2.

Gotofredus qui vivente Guidone Archiep. Mediolan. Eccleſiam emere præſumpſit, anathematis jaculo fuit transfixus. 451. 1.

Grabatarii qui eſſent. 315. 1: 529. 1.

Græci auſu temerario rebaptizare præſumebant baptizatos a Latinis. 223. 2.

-- altari in quibus celebraverant ſacerdotes Latini, tanquam inquinata lavare probibiti. 259. 1: 529. 1.

-- vetabant eunuchos animalia mactare, graveque peccatum imputabant iis qui ex talibus animalibus comediſſent. 439. 2.

Grati Epiſcopi verba. 72. 1.

Gratia quando ſubreptitia. 622. 1: 631. 2. quando non. Ibid.

-- pro abſente eſt ejuſdem effectus, cujus gratia præſentis. 632. 1. quando præſumitur impetrata. Ibid.

-- qualis expedienda ante vacationem beneficii. 668. 1.

-- reſervationis quando expirat. 677. 1.

Gregorii Nyſſæ Epiſcopi ſententia. 104. 1. inſpecta Abrahæ hiſtoria flevit, referente Theodoro Epiſcopo Catan. 104. 2: 105. 2.

Gregorii Nazianzeni ſententia. 145. 2: 146. 2.
Gregorius II. quadrageſimali tempore, ut in quinta feria jejunium, atque miſſarum celebritas fierent in eccleſia, quod antea non agebatur, inſtituit. 194. 1.
Gregorius III. paupertatis amator, captivorum redemptor, &c. 38. 2.
– *fecit oratorium intra Baſilic. B. Petri.* 95. 1. *ipſius conſtitutum.* Ibid. 2.
– *diſpoſuit, ut in cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in diebus natalitiis ſanctorum luminaria deportarentur.* 96. 1: 139. 2.
– *fuit temporibus Leonis, & Conſtantini Imperatorum.* 119. 1. *ipſius Decretum.* 127. 1.
Gregorius junior aliquas illicitas conjunctiones anathematis vinculo damnavit. 496. 2.
Gregorius Theologus in verſibus dixit, Flagitium eſſe fidem habere in coloribus, & non in corde, *&c.* 130. 1.
D. *Gregorius in libro paſtorali prædicationis ſpeciem per Gallum pertractavit; ipſius verba.* 143. 2: 144. 1.

H*Abitus monachalis ſuſcipi prohibitus cum ſpe, & promiſſione, quod ſuſcipiens abbas fieret.* 451. 2.
Hadrianus Papa ignoſcit Tharaſio Patriarchæ propter zelum de ſacris imaginibus. 132. 1. *ipſius ſententia circa ipſas.* 123. 1.
Hæreſis Priſcilliani ab eccleſia expulſa. 438. 1.
Hæretici dominicam orationem impiis diſputationibus auferre conabantur. 153. 1.
– *qui convertuntur, non ante ſuſcipiendi, quam omnem hæreſim anathematizent.* 201. 2.
– *quidam inutilitatem aſſeruerunt baptiſmi parvulis conlati.* 212. 1. *confutantur.* Ibid. 2.
– *non poterant eſſe judices.* 367. 2: 438. 1.
– *in hæreſi permanentes domum Dei ingredi prohibiti fuere.* 438. 2.
Hæreticus non admittendus teſtis contra Epiſcopum. 416. 2: 419. 2.
Heliſſi oſſa homo quidam attingens mortuus ad vitam revocatus fuit. 91. 2.
Hieremias peccatorem populum quadruplici planxit alphabeto. 70. 2.
– *pro vita idololatræ Regis Nabuchodonoſor orandum admonuit.* 158. 1.
B. *Hieronymi ſententia.* 96. 2.
D. *Hilarius fecit conſtitutum de eccleſia in baſilica ad S. Mariam, &c.* 21. 2.
– *fecit oratoria tria in baſilica Conſtantinop. baptiſterio.* Ibid.
– *in urbe Roma conſtituit miniſteriales, &c.* Ibid.
Hincmarus Rhemorum metropolitanus Epiſcopus, plures ab Ebbone canonice depoſito irrationabiliter ordinatos demonſtravit. 321. 2. *ipſius verba.* 402. 2.
Hiſtoriæ martyrum falſo confictæ, in eccleſia publicari prohibitæ, & eas igni tradi debere ſancitum fuit. 173. 2.
Homicida, & rebellis non ſunt privati ipſo jure, & poſſunt renunciare. 616. 2.
Homicidæ voluntarii in exitu vitæ tantum communicabant; caſuales olim ſeptennio, & quinquennio pœnitebant. 464. 1.
– *& falſi teſtes a communione eccleſiaſtica ſubmovendi.* Ibid. 2: 484. 2.
– *adulteri, fures ſi ad eccleſiam confugiſſent, obſervandum contra ipſos erat, quod eccleſiaſtici canones decreverant.* 464. 2.
– *voluntarii XL. diebus ab ingreſſu eccleſiæ arcebantur, & aliis ſubiiciebantur pœnis.* 466. 1. & ſeqq.
– *per caſum XL. diebus in pane & aqua pœnitebant.* 466. 2: 467. 1. *undecim annis ſacramentis non communicabant.* 467. 2.
Homicidium per quæ probetur. 616. 2.
Homines tranſmarini in clericatus honore ſuſcipiendi non erant, niſi quinque epiſcoporum chirographis deſignati. 317. 2.
Hormiſda compoſuit clerum, & pſalmis erudivit. 165. 2.
Hoſpitale datum in titulum vacat per promotionem ad epiſcopatum. 657. 2: 664. 1.
Hymni Ambroſiani habebantur in canone. 167. 1.
de *Hymnis canendis exemplum Salvatoris, & Apoſtolorum proponitur.* Ibid. 2.
Hymnos reſpuentes excommunicatione plectendi. Ibid.
Hymnus Angelicus in Miſſis Nativitatis Domini in nocte ſolemniter decantabatur, quia ab Angelis in ea ipſa nocte paſtoribus nuntiatus fuit. Ibid. 1.
– *trium puerorum in omni Miſſarum ſolemnitate in publico decantari ſtatuitur.* 252. 2.

D. J*Acobus ſecundum carnem Frater Domini Hieroſolymitanæ Eccleſiæ primus Antiſtes, & Baſililius Cæſarienſis Epiſcopus myſticum ſacrificium ſcriptis dederunt.* 235. 1.
Iconoclaſtæ ex Arabis, & Hebræis, ortum habuere. 126. 2. *principium hujus hæreſis.* Ibid. 1.
– *anathemate puniti.* 127. 1. & 2.
– *qui Chriſtum coloribus delineant, & pingunt, eos appellant umbratiles pictores.* 128. 1.
– *confutantur in argumentis, & teſtimoniis quæ afferunt contra Sanctorum imagines earumque cultum.* Ibid. & ſeqq.
Jejunium dominici diei, & V. feriæ a nullo celebrandum. 181. 1. & 2.
Jejunium laudatur. 188. 1. & 2. *& præſcribitur.* 198. 1. & 2.
– *cum eleemoſyna jungendum.* 189. 2.
– *in prima hebdomada quadrageſimæ; jejunium æſtatis infra hebdomadam Pentecoſtes ſtatutum fuit.* 194. 1.
– *quatuor temporum quo tempore fieri debeat.* Ibid. & ſeqq. *ter in anno celebrabatur.* 194. 1.
– *in adventu Domini ſervandum.* Ibid. 2.
– *triduanum in ſolemnitate Aſcenſionis dominicæ ſtatutum.* Ibid.
– *a feria S. Martini uſque ad Natalem Domini celebrandum erat.* Ibid.
– *non perſolventes, in die dominicæ Paſſionis a paſchali gaudio depellebantur.* 287. 1.
Jeſu Chriſti verba in Evangelio de Unitate Eccleſiæ. 3. 1.

Il.

Illegitimi poſſunt habere penſiones, & quas. 673. 2.
Illegitimus diſpenſatus ab Epiſcopo ad beneficium poteſt obtinere portionem in Eccleſia cathedrali. 615. 1.
– *diſpenſatus ad obtinendum duos canonicatus, ſi eos obtineat non facta mentione illegitimitatis, nihil habet.* Ibid.
Illiterati, & aliqua corporis parte imminuti ad clerum non ſuſcipiendi. 313. 2.
Imagines coluntur ob recordationem Sanctorum. 85. 2: 103. 1. & ſeqq.
– *ſignant paſſiones Martyrum.* 86. 1.
– *Sanctorum, & reliquiæ ſæpe dæmones fugant.* 91. 2: 108. 1. *quid de cruce Domini.* 100. 1. & ſeqq.
– *Sanctorum plura operantur miracula.* 107. 1. & ſeqq.
– *venerandæ ſunt; qui ſecus agunt anathematizantur.* 90. 1: 111. 1. & 2. *pluribus patrum auctoritatibus comprobatur.* Ibid. & ſeqq.
– *adurere, ſeu frangere eſt contra B. Gregorii inſtituta.* 114. 2.
Immunitates Eccleſiarum conſervandæ. 18. 1. & 2.
Imperator poteſt infeudare res contentas ſub feudo alteri conceſſas. 611. 2.
Imperatoris paſtus ab Epiſcopis, & Comitibus perſolvendus eſt. 17. 2: 18. 1.
Imperialia edicta contra homicidas. 462. 1.
Impetratio quando non valet. 668. 1.
Impetrationes factæ ante triennium annullantur. 665. 1.
Incendia in Neomeniis ante domos, vel officinas, prohibita. 440. 2.
Incendiarii excommunicati, eccleſiaſtica careant ſepultura. 294. 2.
– *pœnas canonicas quas incurrebant.* 474. 2: 587. 1.
Inceſtuoſi juxta canonicam ſententiam mulctandi. 53. 2: 467. 1. & 2: 469. 1. & 2: 498. 1. & 2.
– *admittebantur in eccleſia uſque ad miſſam catechumenorum tantum.* 255. 1.
– *per cognationem ſpiritualem quas pœnas ſubeant.* 498. 2: 499. 1.
Induciæ ad inquirendum dandæ. 404. 2: 405. 1.
Indulgentia plenaria iis concedebatur qui in ſubſidium Terræ Sanctæ ſe conferebant, vel expenſas obibant, alioſque ſupplebant pro ſe ipſis. 268. 1. & 2.
Indulta Cardinalium quomodo modificanda. 669. 2.
Infames ſunt qui facultates Eccleſiæ injuſte abſtrahunt. 62. 1: 67. 1. *qui ſint.* 302. 2: 380. 1. & 2: 382. 1. & 2: 388. 1: 393. 2: 395. 2: 399. 1: 417. 1: 436. 1: 463. 2: 468. 1: 472. 1: 474. 1: 499. 2: 525. 1: 538. 2: 549. 1.
– *ab accuſatione Epiſcoporum ſemper repulſi.* 390. 1.
Infantes qui certos teſtes non habebant de ipſorum baptiſmo, nec de traditis myſteriis, ſine intervallo baptizabantur. 212. 2: 222. 2.
– *nuper a materno utero editi, infirmi, & lac maternum non appetentes, etiam eadem die, qua nati, baptizabantur.* 213. 1: 219. 1.
Infirmus qui neceſſitate mortis urgente confitebatur peccata ſua, ſub qua conditione a ſacerdote reconcilietur. 265. 1.
Inhibitio quando non calumnioſa. 655. 1. *quando effectu attentata.* Ibid. & 2.
Injuria facta coram decem hominibus, habetur pro facta in multitudine. 618. 1.
Innocentius P. multos Cataphrygias invenit, eoſque in exilium miſit. 438. 2.
Inſtrumenta antiqua quæ dicantur. 614. 1.
Inſtrumentum ſi fiat præſentibus duobus teſtibus, qui dicere noluerunt nomen ſuum, non facit fidem. Ibid. 2.
Interdictum quando generale, vel particulare dici debeat. 558. 2.
Intereſſe damni emergentis moderatum dari ſolet a Rota. 610. 2.
Inventarii confectio a quo fieri poſſit. 652. 2.
Joachim Abbas unitatem Eccleſiæ non veram, & propriam, ſed quaſi collectivam dicit. 3. 1.
Joannes Baptiſta non pro confeſſione Chriſti, ſed pro veritate, id eſt Chriſto, capite truncatus fuit. 97. 1. *Angelus vocatus.* Ibid.
Joannes Antiochenus Epiſcopus quare damnatus. 372. 2. & ſeqq.
D. *Joannis Chryſoſtomi Epiſcopi CP. in epiſtolam B. Pauli Apoſt. ad Rom. verba.* 89. 2.
– *verba ad Neophytos de communione recipienda.* 239. 2. & *ad Theodorum Monachum.* Ibid.
Joſeph Patriarchæ oſſa ex Ægypto cum omni honore deportata. 91. 2: 291. 2.
Iſidori Epiſcopi de jurejurando ſententia. 449. 1. *de clericis.* 513. 1.
Judæi nonniſi in locis Deo dicatis munera Domino offerebant. 7. 1. *non reſtituendum ipſis quod ſemel conſecratum eſt.* 9. 2.
– *longum, & triſte habebant ſolemnitatem paſchalem ſuſtinere.* 194. 1.
– *habebant locum ad orationem Hieroſolymis tantum, & Samaritani in monte Gazarin.* 156. 1.
– *baptizati quocumque loco poterant converſari.* 183. 2.
– *ſi ad legem catholicam venire volebant, octo menſes inter catechumenos Eccleſiæ limen introibant.* 203. 2.
– *ſi in periculo fuerint, baptizandi erant.* 219. 1.
– *per vim non cogendi ad credendum.* 249. 1.
– *ad dicendum teſtimonium non erant admittendi.* 418. 2.
– *non ſolum ſtatum Eccleſiæ perturbare, ſed etiam patriæ ruinam inferre conati, quibus pœnis deſtinati.* 473. 1. & 2.
– *per poteſtatem ſæcularem compellendi erant ad remittendas uſuras cruce ſignatis.* 475. 2: 527. 2: 548. 2.
– *ſi ſe convertiſſent ad fidem chriſtianam a ſuis poſſeſſionibus non debebant excludi.* 545. 1.
– *compellendi erant ad ſatisfaciendum eccleſiis pro decimis, & oblationibus debitis.* 548. 2.
Judex laicus, vel vicarius in eccleſia, vel cœmeterio aliquam poteſtatem exercere non poteſt. 14. 2: 18. 1.

– *placitum non habeat diebus dominicis.* 192. 2.
– *nullus Presbyterum ſine conſcientia Pontificis diſtringere, & condemnare poterat.* 372. 1: 462. 1: 541. 1.
– *qui abſque cauſa criminali cuſtodiæ deputaſſet clericum, ab eccleſiæ liminibus erat arcendus.* 385. 1. & 2: 460. 1: 480. 1: 540. 2.
– *criminoſum detinens quando capitalem ſententiam proferre debeat.* 418. 1: 423. 1.
– *ſæcularis, qui Epiſcopum de eccleſia extraxiſſet, anathemate ab Eccleſia ſeparandus.* 460. 1.
– *cauſæ criminalis abſolvendo reum a crimine, non poteſt condemnare civiliter ad reſtituendam rem.* 597. 1.
– *laicus non cognoſcit de poſſeſſione beneficiorum.* 615. 2.
Judices ac Potentes, qui pauperes opprimunt, ſi admoniti non ſe emendaverint, excommunicentur. 35. 1: 36. 1: 545. 1.
– *primo viduarum, orphanorum, vel eccleſiarum cauſas audiant.* 36. 2: 366. 1.
– *locorum aut actores fiſcalium patrimoniorum ex decreto Reccaredi Regis convenire debuerunt cum concilio ſacerdotum.* 366. 1.
– *vel Comites obedientes eſſe debebant Epiſcopo, &c.* Ibid. & 418. 2: 420. 2: 484. 2: 485. 1.
– *munera, ſeu perſonas in judicio non accipiant.* 366. 1: 367. 1.
– *quid agere debebant contra anathematizatos ab Epiſcopis.* 524. 2.
Judicia publica, & placita ſæcularia prohibita in eccleſiis, in atriis baſilicarum. 14. 2.
– *peregrina generali ſanctione fuere prohibita, & quare.* 432. 1.
in *Judicio quocumque quattuor neceſſariæ ſunt perſonæ.* 375. 1: 379. 2.
Judicium, & ſententia ab inimico lata nullius eſt momenti. 429. 2. *item ab hæreticis, vel excommunicatis.* Ibid.
– *ſanguinis agitare non poſſunt, qui Domini ſacramenta tractare debent.* 574. 2.
Julii Papæ conſtitutum de clericis. 372. 1: 378. 2.
Jura dicuntur eſſe in actis cum pars eſt citata ad dicendum contra. 614. 1.
– *penes ſe exiſtentia edere unuſquiſque tenetur de æquitate canonica.* Ibid.
– *ſubſcripta a notario qui interfuit, ſunt recognoſcenda.* Ibid.
– *in rota non ſolent recognoſci per comparationem, ſed cum uno teſte.* Ibid.
Juramenta paganorum jurantes canon ſubiiciebat pœnitentiis, &c. 449. 1.
– *qualia non valent.* 653. 1.
Juramentum, quale non impedit pœnitentiam. 620. 2.
– *non eſt dandum adverſus curatorem.* Ibid.
– *Epiſcopi de non alienando res Eccleſiæ præſumitur præſtitum, licet non conſtet.* Ibid. *in præjudicium Eccleſiæ non valet.* 621. 1.
– *non præſumitur niſi profertur.* Ibid.
– *ad quid detur.* Ibid.
– *quale præſtari poteſt a procuratore habente mandatum.* Ibid.
Juſpatronatus per quæ non præſumitur. 621. 2. *per quæ præſumitur.* Ibid. & 622. 1.
– *probatur per famam in antiquiſſimis.* 621. 2.
– *relictum rectori, & parochianis, ad quem pertinet.* 622. 1.
– *quando laicale dicitur non eccleſiaſticum.* Ibid. & 2.
– *quando donatus non intelligitur.* 623. 2.
– *relictum proximioribus de genere, cui competit.* Ibid.

in K*alendis Januarii quid fuerit prohibitum.* 194. 2: 196. 2: 440. 1. & 2.
Kyrie eleiſon in omnibus Eccleſiis cantatur. 252. 1. *item Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Ibid.

L*AC pro vino a quibuſdam in divinis ſacrificiis prave adhibitum.* 234. 2.
Laici obediant epiſcopis ad regendas eccleſias Dei, viduas, & orphanos tutandos. 35. 2.
– *in eccleſiis, quæ ipſis jure pertinent, presbyteros inſtituendos epiſcopis præſentent.* 46. 1.
– *quamvis religioſi numquam facultatem habuerunt diſponendi de eccleſiaſticis facultatibus.* 60. 2.
– *& mulieres intra ſanctuarium altaris ad communicandum ingredi non poterant, ſed ſoli clerici.* 238. 1.
– *homines ter ſaltem in anno communicant.* 239. 2.
– *audientes ſcripturas, & non expectantes orationes, & communionem excommunicabantur.* 256. 1. & 2.
– *in presbyterio conſiſtere prohibiti.* Ibid. 2.
– *de multis accuſantur contra patrum decreta, & chriſtianæ religionis conſuetudinem.* 286. 1.
– *quales ad clericatus ordinem aſſumendi.* 303. 1: 347. 1.
– *omnes tam nobiles, quam ignobiles nuptias publicas facere debebant.* 346. 2.
– *qui eccleſiaſticas perſonas, & epiſcopos etiam ſuo judicio ſtare compellebant a fidelium communione ſegregandi.* 369. 2.
– *non judicent clericos, nec eos de eccleſiis ejiciant.* 370. 1.
– *quidam ſacerdotalibus ſtolis ſacerdotio fungi præſumpſerunt.* 452. 1. *pœna contra ipſos, & alios ſtatuta.* Ibid. 2.
– *legitime vivant, & falſa teſtimonia non dicant.* 484. 2.
– *per inanem ſuſpicionem ſcandalum non ſumant contra epiſcopum.* 490. 1.
– *contemptores canonum excommunicandi clerici honore privandi.* 533. 2.
– *qui contra Nicænum Concil. Paſcha celebrabant excommunicati.* Ibid.
– *vel monachi qua ratione excommunicandi; clericique canonum pœnis quando puniendi.* 539. 2.
Laicis quid prohibitum in eccleſiis. 13. 2: 23. 2: 27. 2: 50. 1: 66. 1. *ipſorum audacia contra immunitatem eccleſiæ, & eccleſiaſticorum.* 17. 1. & 2: 60. 2: 369. 2.

Laicus præſentibus clericis, niſi rogantibus ipſis, docere non audeat. 149. 2: 150. 1.

-- *decimas ſuas, aut eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi, vel Rom. Pontificis conceſſione monaſteriis, aut canonicis offerre non præſumat.* 52. 2.

-- *eccleſiam, vel beneficium eccleſiæ tenere non poteſt.* 60. 2.

-- *ſi decimam conſenſu diœceſani alteri eccleſiæ aſſignaverit, præſertim religioſo conventui, ipſa donatio perpetuo valeat.* 72. 1.

-- *nullus, monachus, ante diligentem examinationem, & ſynodicam ſententiam a communione proprii patriarchæ ſe ſeparent.* 250. 2: 427. 1.

-- *poſt reconciliationem honorem clericatus adipiſci non poſſunt.* 284. 1.

-- *homo non promovendus ſubito ad ſacerdotium, ſed per ſuos gradus ad normam concilii Sardicenſis.* 298. 2.

-- *nullus ante annalem converſionem, vel ætatem legitimam ordinandus.* 304. 2: 585. 1.

-- *ſi idoneum utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occaſione ab epiſcopo ſine certa ratione repelli poteſt.* 305. 2.

-- *cujus uxor adultera, clericus fieri non poterat.* 308. 1: 321. 1.

-- *ſi ejecta uxore aliam duxiſſet, vel ab alio dimiſſam, excommunicabatur.* 342. 2.

-- *nullus pro quolibet placito vel judicio a qualibet perſona munera exigat, aut accipiat.* 366. 1. & 2.

-- *inconſulto ſacerdote, exhibere non poteſt clericum in ſæculare judicium.* 371. 1.

-- *qui publice conatus fuiſſet docere verbum Dei excommunicabatur in quadraginta dies.* 453. 1.

-- *qui cum uxore, vel alia in eccleſia habitaret, & nollet exire, excommunicabatur.* 453. 2.

-- *ſeipſum abſcindens tribus annis communione privabatur.* 456. 1: 546. 2.

-- *ſimul uxorem habens, & concubinam non communicet.* 499. 2.

-- *ſi poſt uxorem aliam cujuſque conditionis cognoverit mulierem in clero non admittendus.* 501. 1.

-- *quomodo poſſit percipere ex novalibus.* 606. 2.

Lambertus pſeudoepiſcopus excommunicatus. 460. 1: 540. 2.

Lampades tres ardere debebant feria V. ante Paſcha dum ſacrum chriſma conſecrabatur. 226. 2: 227. 1.

Lateranenſis Concilii ſtatuta. 44. 1: 557. 2.

Lavatio pedum ſignificare baptiſmum dicta. 226. 1.

Laudum non exequendum pro parte. 600. 1. *quando non valeat.* Ibid. *valet contra alios non in præjudicium monaſterii.* Ibid.

Lectio divinarum ſcripturarum in omni ſacerdotali convivio miſcenda erat. 169. 1.

Lector, vel oſtiarius vaſa ſacra attingere non audeat. 132. 1. & 2.

-- *quid accipiant ab epiſcopo in ordinatione.* Ibid.

-- *ſi viduam alterius uxorem acceperit ad altiores ordines non aſcendat, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus.* 308. 1: 340. 2: 346. 1.

-- *ſi adulteræ mulieri ſociatus ſit, aut ipſam dimittat, aut a clero extraneus habeatur.* 308. 2: 501. 1.

Lectores, vel cantores non oportet orarium ferre. 135. 2.

-- *in eccleſia in habitu ſæculari non pſallant, &c.* 136. 1: 165. 1.

-- *ſoli ab epiſcopo ordinati debent in pulpito pſallere, aut legere.* 165. 2.

-- *& cantores tantum uxores accipere poterant.* 337. 1.

-- *ducere non poterant uxores alterius religionis, &c.* 226. 1.

Legati Bononienſes quam facultatem habere ſolebant. 626. 1.

Leges Romanæ matrimonium non permittebant inter eos qui natura, & eos qui adoptione filii erant. 333. 2.

-- *tam divinæ, quam humanæ alienum ſervum judicare prohibent.* 368. 1.

Legitima eſt relinquenda uxori. 652. 1.

Lenocinium exercentes, nec in fine communionem recipiant. 507. 1.

Leo Imperator tempore Gregorii II. decrevit, ut in nulla eccleſia imago haberetur. 126. 2: 127. 1.

Leo Papa conſtituit, ut intra actionem ſacrificii diceretur, Sanctum Sacrificium, immaculatam hoſtiam. 253. 1.

Leo Paſchalis, & Joannes Diaconi S. Rom. Eccleſiæ canonice damnati fuere. 518. 2.

Leproſis, dummodo fideles chriſtiani fuerint, Dominici corporis, & ſanguinis non deneganda participatio. 242. 2.

Liber canonicus nullus haberi poteſt abſque Rom. Pontificis auctoritate. 173. 2.

-- *Apocalypſis Joannis Evangeliſtæ a Paſcha ad Pentecoſten in Eccleſia prædicabatur.* 180. 1.

Liberius Præfectus, & Patricius in Arauſica civitate baſilicam conſtruxit. 10. 1.

Liberius Papa rediens de exilio habitavit in cœmeterio D. Agnetis, &c. 93. 2.

Libertus accuſare, & teſtificare non poterat adverſus eccleſiam, cujus juris extabat. 398. 1: 418. 2.

Libri prophani a Saracenis ablati, utpote noxii, & blaſphemi igni tradendi ſtatuuntur. 173. 2.

Ligatura quædam ob ſanitatem recipiendam ſub gutture pendens prohibita fuit. 440. 1.

B. *Lini ex præcepto D. Petri conſtitutum.* 13. 1.

Lis quo ad actorem quomodo introducitur. 655. 2. *quando neglecta.* Ibid. *quando extincta.* Ibid.

-- *ſuper beneficio facit poſſeſſionem litigioſam.* 656. 1: 662. 2. *quando calumnioſa.* 656. 1. *non tollit privilegium.* 661. 1.

Literæ debent eſſe expeditæ quando ſunt ſub plumbo. 613. 2.

Loca pia, ſi ſæcularium hominum jure conſtituta ſunt, ab epiſcopo illius diœceſeos admonean-

tur, ut presbyteros in ipſis conſtituant. 4. 1.
– deſtructa reſtaurentur. Ibid. 2.
– quæ Deo dicata ſunt non poſſint ultra fieri ſæculorium habitacula. 5. 2.
Locatio quando ſimoniaca. 624. 2.
– ad longum tempus prohibita ex Concilio Lateranenſi. 625. 1.
Locus loci ponendus eſt in inſtrumento. 613. 1.
– omiſſus in primo inſtrumento addi poteſt in ſecundo. Ibid. 2.
Lucerna, & cereus in pervigiliis Paſchæ qua de cauſa benedicantur. 179. 1.
Lucernæ non accendebantur ab his qui a ſpiritibus immundis vexabantur. 138. 2.
B. Lucina matrona domum ſuam nomine, tituloque B. Marcelli dedicavit. 10. 2.
– cum clericis noctu collegit corpus Cornelii Papæ, & ſepelivit. 93. 1.
Ludovici Imperatoris conſtitutum. 18. 2: 19. 1: 55. 1.
Lumina, & ſuaveolentia thymiamata ante ſanctorum Imagines accenſa. 95. 2: 139. 1.

MAcarius Epiſcopus Antioch. hæreſis damnatus, depoſitus fuit, & pallio exutus in ipſa depoſitione. 137. 1.
Magiſtratus prohibens fieri ſynodum excommunicandus erat. 545. 1.
– anno quo duumviratum agebat ab eccleſia erat cohibendus. 547. 1: 556. 1.
Mancipia in judæorum ſervitio detenta, ſi ad eccleſiam confugerint nullatenus a ſacerdote reddantur. 16. 1.
– ſub ſpecie conjugii ad eccleſiæ ſepta confugientes, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a clericis defenſetur. Ibid. & 537. 1.
– ſi ad eccleſiam confugerint, & redimi ſe poſtulaverint taxato, & oblato juſto pretio ab eorum domino liberentur. 16. 1: 446. 1.
Mandatum ad compromittendum quomodo intelligendum. 600. 1.
– factum a mulieribus non ſubjacet ſtatuto urbis. Ibid.
– dari poteſt a Priore monaſterii ſine conſenſu monachorum. Ibid.
– enunciatū in ſententia antiqua probat. 613. 1.
– de manutenendo non datur niſi parte prius legitime citata. 600. 2.
– de diſpenſando*, quaſi diſpenſatio habetur. 625. 1.
– de providendo de beneficiis ſpectantibus ad collationem epiſcopi, quæ beneficia comprehendat. 602. 1. de eccleſia quomodo verificari poteſt. Ibid. de certo beneficio non expirat per reſignationem, &c. Ibid.
– propter fructus & expenſas in cauſa prophana non expirat morte mandantis. 618. 2. quando valeat etiam poſt mortem. Ibid. quando præſumitur bonum. 634. 1.
– ad conferendum certum beneficium non tenet, niſi ex permutatione. 626. 2: 642. 2.
– ſi non fiat apud acta coram judice, debent ſcribi teſtes. 636. 2.
– ad recipiendum computa, non valet ad confitendum ſe recepiſſe. Ibid.
– quando capit etiam lites ſuper beneficiis. 637. 2. quando non ſimoniacum. 651. 2.
– generale extenditur ad futuras lites. 638. 1.
– pupilli quando valeat, quando non valeat. Ibid.
Manichæi per publicos judices perpetuo exilio relegati fuerunt. 437. 2.
– inventi fuerunt in urbe Roma, eoſque exilio deportari juſſit Gelaſius Papa. 438. 2.
– inventi etiam ab Hormiſda ab ipſo in exilium miſſi, eorumque codices ante fores baſilicæ Conſtantinianæ incendio cremati. Ibid.
Maras excommunicatus fuit a proprio archidiacono. 462. 2: 541. 1.
Marcellinus Papa ad ſacrificium ductus ut thurificaret, fecit, & poſt paucos dies pœnitens facti a Diocletiano cum aliis capite truncatus fuit. 93. 2.
– adjuravit Marcellum presbyterum ut tyranni non impleret juſſa. Ibid.
Marcellus Papa rogavit Matronam Piſcillam, quæ fecit cœmeterium via ſalaria. Ibid.
– in ſervitio animalium nudus, amictus cilicio defunctus eſt. Ibid.
– vigintiquinque titulos in urbe Roma conſtituit quaſi diœceſes. 284. 1.
Marcus fecit duas baſilicas. 21. 1.
D. Mariæ Ægyptiacæ hiſtoria, & crucis adorandæ ardens deſiderium. 102. 1. & 2: 109. 2.
D. Martinus Papa in exilio, in loco, qui dicitur Cherſona, vitam in pace finivit Chriſti Confeſſor. 94. 2.
Martyrologia a veritatis hoſtibus falſo compoſita publice in eccleſia legi prohibita. 97. 1.
– falſa pro veris recipientes anathematizati. 453. 1.
Mater quando non poteſt adminiſtrare. 619. 1.
– non tenetur renunciare ſecundis nuptiis. Ibid.
– tutrix debet ſuſcipere a judice adminiſtrationem. 652. 2.
Matrimonium per quæ verba probatur. 650. 2. quid ipſum probet. Ibid. putativum ita legitimat prolem ſicut verum. Ibid. poteſt contrahi per literas expreſſe acceptatas. Ibid.
Matutini antiquitas, & auctoritas per David comprobatur. 162. 1. Caſſiani verba ſuper hoc. Ibid.
Maximus Salonitanus ſacramento præſtito firmare coactus fuit, ſe ſimoniaca hæreſi non teneri. 424. 2.
Maximus Cynicus neque Epiſcopus reputatus fuit, neque ordinati ab ipſo gradum proprium habere poſſe judicati fuere. 567. 2.
Medici, cum ad infirmos vocantur, ipſos monere debent, & inducere, ut animæ advocent medicos. 262. 2: 545. 2.
– contrafacientes ab ingreſſu eccleſiæ arcendi. 263. 1: 546. 1.
Mellitum, quod & mulſum appellatur in ſacrificio divino offerri non licet. 234. 2.
Metropolitana Eccleſia theologum habeat. 33. 1.
Metropolitani delictum ſuperioris judicio relinquatur. 42. 1.

– re-

– *reprehenſi qui negotiis ſæcularibus operam dabant.* 157. 2.

Metropolitanus gravans, vel ambiens eccleſias alienas commiſſas quam pœnam ſubire debeat. 570. 1.

– *quæ ad ſuam parochiam pertineant ſolum agat.* 579. 2.

– *nullus, nulluſque archiepiſcopus propriam eccleſiam relinquat ſub occaſione quaſi viſitationis.* 545. 2: 579. 2: 580. 1.

– *ſi intra biennium ſynodum non indixiſſet, integro anno miſſas facere non poterat.* 585. 2.

Milites S. Petri præferuntur pauperibus, & graduatis. 602. 1. *poſſunt transferre penſionem & quomodo.* 673. 1.

Miltiades P. quid fecerit. 235. 2.

Miniſter, qui baptizandi recipiebat officium ſine chriſmate nuſquam progredi debebat, & quare. 214. 2.

Miniſteria divina ad ornatum nuptiarum præſtari non debebant. 134. 2: 349. 2.

Miniſtri ſacri reliquias fragmentorum Corporis Dominici cuſtodiant. 23. 2.

– *vel monachi non debent in placitis ſæcularibus diſputare excepta defenſione orphanorum, & viduarum.* 351. 2: 363. 1: 377. 2: 378. 2: 479. 1: 492. 1.

– *ſi mane communicabant, uſque ad ſextam jejuni permanere debebant.* 237. 2.

Miſſæ ſuper memorias martyrum ut celebrentur ſtatutum fuit. 6. 2: 88. 1.

– *in aliis locis prohibitæ niſi in his, in quibus epiſcopus proprius juſſerit.* 6. 2. *Item prohibitæ nonniſi in ſacratis locis abſque magna neceſſitate.* Ibid. *in itinere promiſſæ.* 88. 1.

in *Miſſarum celebritate nullo tempore ordo precum commutandus.* 251. 2.

Miſſi per quæque loca directi ſimul cum epiſcopis perſpiciant loca monaſteriorum ſi in apto, & congruo loco ſint poſita & eorum ædificia. 27. 1.

Monachi prandium habebant in menſe Auguſto quia quotidie miſſæ Sanctorum erant; ſic inter diem Natalis Domini, & Epiphan. 95. 1: 259. 2.

– *quidam epiſcopali imperio ſervili opere perperam mancipabantur.* 26. 1.

– *ad quaſcumque parochiales eccleſias per villas, & oppida ſinguli non ponantur.* 50. 1.

– *corpora defunctorum ad Eccleſiam ſuam non deferant ſine conſenſu, & petitione ejus Eccleſiæ, quæ eis dum viverent conſuluit, & conſulendo viaticum adminiſtravit.* 297. 1.

– *poſt pœnitentiam ad ſacerdotalem ordinem promoveri non poterant.* 311. 1.

– *ire non poterant ad placita ſæcularia, neque ipſe abbas ſine conſenſu epiſcopi ſui.* 363: 1: 377. 2.

– *& regulares Canonici quidam medicinam, temporalis lucri gratia, addiſcentes, prohibiti fuere; ipſique puniendi abbatibus, & prioribus commiſſi.* 478. 1: 511. 1: 542. 2.

– *quibus monaſteriorũ cura commiſſa non erat ſine auctoritate Palatium adire non poterant, neque vagari, nec ſub prætextu obedientiæ villicationi diutius inſervire.* 544. 2.

Monachus in extremis inventus cum peculio inter fratres ſepulturam recipere non poterat. 257. 1.

– *nullo modo relicto monaſterio ſuo, adire poterant monialium monaſteria, ut confitentibus ipſis peccata ſua modum pœnitentiæ imponerent.* 264. 2.

– *qui in monaſterio adulteriũ commiſiſſet, & ab abbate emendatus non fuiſſet, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudebatur.* 285. 1: 480. 2: 501. 1.

– *non reſtituitur ad ſtatum, niſi probata cauſa expulſionis.* 643. 2.

– *ad clericatum promotus beneficia parœciæ pleniter obtineat, annonas, & decimas, &c.* 50. 1.

Monaſteria, quæ ſemel conſecrata ſunt cum voluntate epiſcopi, perpetuo maneant, & quæ ad ea pertinent, &c. 25. 1: 27. 1.

– *ſibi ſubjecta reformanda ab epiſcopis diœceſanis.* 25. 2.

– *eccleſiaſticis conditionibus, ſeu* angariis, *obſequiiſque ſæcularibus nullo modo ſubjaceant.* 26. 1.

– *virginum in provincia Bætica monachorum adminiſtratione gubernanda.* 535. 1.

– *puellarum, & ſanctimonialium ſine manifeſta, & neceſſaria cauſa non frequentanda.* 550. 2: 574. 2: 576. 1. & 2.

Monaſterii poſſeſſiones intuitu religionis poſſunt ad tempus alienari. 27. 2.

in *Monaſterio maneant quæ a parentibus dantur liberis inſtar dotis, ſive in ipſo ii maneant, ſive exeant.* 26. 2.

Monaſterium, vel oratoria domus non ædificanda ſine voluntate epiſcopi. 4. 1.

– *vel oratorium canonice conſtructum a dominio conſtructoris invite non auferatur.* 46. 1: 509. 1.

Moniales ſacra vaſa, vel ſacratas pallas non attingant. 132. 1.

– *quæ ſibi privata ædificabant receptacula, hoſpiteſque minus religioſos excipiebant, non ceſſantes excommunicabantur.* 546. 1.

– *non poſſunt compromittere ſine licentia ſuperiorum.* 600. 1.

– *quid poſſint, quidque non.* 639. 2.

Monomachia pro lege non habenda. 470. 2.

Mortuum ſuper mortuum ponere non licebat. 297. 2.

Mortuus nullus intra eccleſiam ſepeliebatur. 293. 1. & 2.

Motus proprius in reſervatione, quid impediat. 606. 1: 642. 2.

– *expectativæ tollit facultatem optandi.* 668. 2.

Mulier poteſt ingredi eccleſiam eadem hora, qua peperit. 14. 1: 348. 1. *etiam menſtruata.* 14. 1.

– *quamvis docta, & ſancta viros in conventu docere non præſumat.* 150. 1.

– *capite velato in eccleſia ſtet.* 156. 2.
– *menſtruata a communione non arcenda, communicare non præſument laudanda.* 238. 1: 348. 2.
– *nuda manu Euchar. ſumere non poterat.* Ibid.
– *baptizare non poterat.* 208. 2.
– *fidelis, vel catechumena comicos viros, aut ſcenicas habere non poterat, ſed a communione arcenda erat.* 349. 1: 491. 2.
– *ſi abſente marito per adulterium concepiſſet, & infantē interfeciſſet, nec in fine communionem recipere debebat.* 500. 2. *pariter ſi cum alio uſque in finem vitæ ſuæ mœchata fuiſſet.* Ibid.
– *intra ſepta monaſterii non introeat.* 535. 1: 536. 1.
Mulieres prohibitæ ſunt ab altari. 13. 2. *per Concil. Laodic. & in decretis Gelaſii Papæ.* Ibid. & 256. 1.
– *pœnitentes, quæ defuncto viro aliis nubebant, vel cum extraneo ſe jungebant, ab eccleſiæ liminibus arcebantur.* 278. 2: 537. 1.
– *quæ immaturos infantes data opera excuſſiſſent, ut homicidæ judicandæ.* 458. 1. & 2.
Mutatio, quando non eſt ſubreptitia. 604. 1.
ad *Myſteria ſacra nullus indoctus admittebatur, quiqua non totum pſalterium perfecte noviſſet.* 313. 1.

N*Eophyti aliquandiu a lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel conjugibus abſtinere debebant.* 203. 1: 328. 1: 493. 2.
Neophytus ſi baptizatus fuiſſet ætate legitima, non continuo ad eccleſiaſticum ordinem erat promovendus. 306. 2.
– *Epiſcopus, ſi aliquod mortale peccatum commiſiſſet, a duobus, vel tribus teſtibus erat convincendus, & ceſſare debebat a clero.* 419. 1: 427. 2.
Nicænam ſynodum ſuſcepit eccleſia. 171. 2. & *Conſtantinopolitanam, Epheſinam, Chalcedonenſem & plurima SS. Patrum varia opuſcula, & alia opera.* 172. 1. & ſeq.
Ninivitæ divina ultione digni per humilem pœnitentiam miſericordiam obtinuerunt. 260. 1.
Nobilitas per quid probetur. 603. 2: 635. 1: 636. 1.
Nominatio diœceſis ubi facienda. 668. 1.
Nominatus a milite præfertur familiari Papæ non deſcripto. 603. 2.
– *gaudet privilegia militis etiam mortui.* Ibid.
Nonæ, ac Decimæ tribuantur ex poſſeſſionibus, quæ eccleſiaſticæ certis indiciis comprobantur. 54. 1.
– *ipſis eccleſiis unde ſubtractæ ſunt perſolvantur.* Ibid. *quia eas retinuerint, ut ſacrilegi ab eccleſiæ liminibus pellendi.* Ibid.
Notarius principalis in curia poteſt ſubſcribere, & publicare inſtrumenta recepta per ſubſtitutum. 613. 2.
– *poteſt extendere conſenſum lite pendente.* Ibid.
– *rogatus de inſtrumento ſimoniaco non poteſt ſe juvare eodem inſtrumento.* 614. 1: 651. 2.

Notorium quando dicitur. 636. 2.
Novatiani heretici negabant veniam peccatorum. 243. 2: 271. 2.
Novatus ſignaculo chriſmatis confirmatus non fuit, unde nec Spiritum Sanctum umquam potuit promereri. 215. 1.
Nuncius non poteſt admittere reſignationes in favorem certæ perſonæ, &c. 641. 1.
– *habens facultatem derogandi non poteſt derogare regulis judicialibus.* 657. 1.
– *habens facultatem providendi beneficia, quo tempore poteſt providere.* 667. 2.
Nundinæ, vel Feriæ, in quibus milites ex condicto venire ſolebant, omnino fuere interdictæ. 243. 1: 470. 2.
Nuptiæ furtim, & raptim non contrahendæ. 325. 1: 346. 2.

O*Blatio diebus dominicis a viris, & mulieribus tam panis, quam vini facienda.* 56. 2: 57. 1: 529. 2.
– *uſurariorum manifeſtorum a nullo accipiatur; qui acceperit reddere compellatur.* 58. 1: 586. 2.
– *ſancta pro benedictionibus in feſto Paſchæ ad aliam parochiam non mittenda.* 179. 2.
Oblationes in domibus non fiant, nec ab epiſcopis, nec a prebyteris. 7. 2.
– *de ſacratiſſimo altari B. Petri, & Salvatoris, & S. Mariæ Rotundæ a laicis auferri omnino interdictum fuit.* 55. 2.
– *in aliis uſibus converti, quam eccleſiaſticis, non debent.* Ibid.
– *appellantur res eccleſiæ, quia Domino offeruntur.* Ibid. & 66. 2.
– *in quibuslibet rebus, baſilicis collatæ in civitatibus ad epiſcopi poteſtatē redigantur.* 56. 1.
– *eccleſiis datas, ſi quis revocare præſumpſerit a communione eccleſiaſtica ſuſpendatur.* Ibid. & 2.
– *eccleſiis delegatas injuſte poſſidens, ſi eas retinere præſumpſerit, ab omnibus eccleſiis ſegregatus habeatur, &c.* Ibid. 2. *diſſidentium fratrum, neque in ſacrario, neque in gazophylacia recipiantur.* 58. 2: 360. 1. & 2: 471. 1: 538. 2.
– *vel luminaria, quæ ad manus afferuntur presbyteri tanquam propria habeant.* 57. 1.
– *defunctorum retinentes ut infideles ab eccleſia abiiciendi.* 554. 2.
– *defunctorum in aliquo crimine interemptorum recipiendæ erant, ſi propriis manibus mortem ſibi non intuliſſent.* 456. 1. & 2.
Obligatio in forma Cameræ quid admittit. 621. 1. *per quid proceditur ad ipſius executionem.* Ibid. *quæ ipſi obſtant.* Ibid. *quæ admittantur contra ipſam.* Ibid. 2.
Obſervationes quædam iniquæ diebus Kalendarum prohibitæ fuere. 441. 1. & 2. *item aliæ.* Ibid. & ſeqq.
Œconomi eſſe debent in epiſcopiis, & monaſteriis. 23. 1.
Optio præbendarum diſtinctarum non inducit mutationem canonicatuum. 606. 1.

Oratio neceſſaria commendatur. 152. 1. & ſeqq.
-- ſtatuta pro glorioſo Rege Arnulpho. 158. 1.
-- dominica omnibus diebus poſt matutinas, & veſperas a ſacerdote proferenda. 161. 1: 166. 1.
-- apud Græcos ab omni populo dicitur; apud nos vero a ſolo ſacerdote. 166. 1.
-- catechumenorum poſt epiſcoporum homilias erat facienda. 252. 1: 256. 2.
-- ſemper dirigenda ad Patrem, nec pro Patre Filius, vel pro Filio Pater nominandus. Ibid.
Oratoria vaſa, corporalia, & veſtimenta ſacra munda, & nitida conſerventur a clericis. 133. 1.
Oratorium ædificari prohibetur abſque licentia epiſcopi. 7. 1.
-- permittitur cum quibuſdam conditionibus iis, qui in agro habere ipſum voluerint. 44. 2.
-- in ipſo miſſas facere clericis prohibitum ſine epiſcopi licentia. Ibid.
Ordinandorum perquirendæ qualitates. 304. 1. & 2: 318. 1: 572. 1.
Ordinans, & ordinatus contra ſtatuta majorum quas incurrant pœnas. 568. 2: 569. 1. *ſine litteris dimiſſoriis epiſcopi ſui in alia eccleſia deponendi erant.* 569. 2.
-- bigamus, vel internuptæ maritus unius anni ſpatio ſuſpenſus habebatur ab omni officio ſacerdotii. 582. 2: 584. 2: 585. 1.
Ordinati ſimoniace ab officio omnino cadebant. 566. 1. & 2.
Ordinatio non facienda clanculum. 301. 1. *quando irrita.* 302. 1.
Ordinationes Presbyterorum, & Diaconorum certis temporibus, & diebus faciendæ. 194. 1. & 2: 299. 1. & 2: 301. 1.
-- recte fiunt quando jejunia quattuor temporum aguntur. 195. 1.
Ordo pſallendi unus, atque idem in matutinis, vel veſpertinis ſtatutus. 163. 2: 165. 1.
Orientalium ſententia cum apoſtolica ſede concordanda de paſchali die. 178. 1.
Origenes, & Theodorus a V. ſynodo anathemate perculſi fuere poſt ipſorum mortem. 423. 2.
Oſtiarius a ſacerdote eligatur, qui Eccleſiæ nitorem ſervet, &c. 95. 2: 138. 2. *vaſa ſacra attingere non audeat.* 132. 1. & 2.

P*Agani, & hæretici chriſtianos accuſare non poſſunt.* 395. 1.
de *Palatini Ordinis gradu nullus citra manifeſtum judicium arceri poterat.* 415. 2: 423. 2.
Pallæ, & vela ſordidata in miniſterio ſanctuarii a diaconis cum humilibus miniſtris juxta ſacrarium laventur. 133. 1.
Pallia, quæ ſuper corpora mortuorum poſita ſunt, non ponantur ſuper altare. Ibid. 2.
de *Pallio, eiuſque uſu.* 137. 1. & ſeqq.
Panes in ſacrificium Deo offerendi ſtudioſe faciendi erant. 238. 2.
Panis in altari Domini ſanctificandus benedictione ſacerdotali integer, & nitidus eſſe debet. 453. 2.
Papa non cenſetur derogare privilegiis in vim contractus conceſſis. 635. 2.
-- & Pœnitentiaria poſſunt tollere jus quæſitum propter perjurium. 659. 1.
-- quando diſpenſare cenſetur. 672. 2.
Papæ nomen in eccleſiis recitandum ſtatuitur. 252. 1.
Paradiſus plantatas fuit a Deo in Eden in oriente. 157. 1.
Parentes, & patrini erudire ſummopere ſtudeant ſuſceptos de fonte baptiſmi. 220. 2. *qualiter inſtruendi ſint docet D. Auguſtinus.* Ibid. *intelligere debent, & vim ſacramenti, & quid pro aliis ſpoponderint.* 231. 2. *nullum ad confirmandum coram epiſcopo tenere poſſunt, niſi ſymbolum, & orationem Dominicam memoriter tenuerint.* Ibid.
Parochialem habens eccleſiam non per vicarium, ſed per ſe ipſum illi deſerviat. 43. 1: 323. 1.
Parochianus, qui vel dictis, vel factis ſuo presbytero contumelias intuliſſet, extra eccleſiam eiiciendus. 540. 1.
Parricidæ ſi ad eccleſiam confugiſſent, agendum de eis erat quidquid epiſcopus loci providiſſet. 457. 1.
Parvulo ægrotanti a quolibet presbytero baptiſma non denegetur. 219. 2.
Paſcha Domini una die, & tempore per omnem orbem obſervandum. 175. 2: 176. 1.
-- die Dominica annuis ſolemnitatibus celebrandum. 176. 2.
Paſſiones martyrum legere licet, cum anniverſaria eorum dies celebratur. 95. 1: 160. 2.
Patriarchæ ante ſe faciant ubique deferri crucis Dominicæ vexillum, niſi in urbe Romana. 100. 2.
-- vel primates quomodo ſe gerere debeant contra epiſcopum accuſatum. 419. 2: 428. 2.
Patroni eccleſiarum, ſeu Vicedomini inſolenter in vacatione eccleſiarum præſumentes canonice compeſcantur. 46. 1: 65. 1.
D. *Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum vitæ a Hieronymo deſcriptæ.* 96. 2.
D. *Paulus Apoſtolus non diverſo tempore, ſed uno eodemque die cum D. Petro in urbe Roma martyrio coronatus fuit.* 97. 1. & 2.
Paulus Diaconus ſua culpa confuſus, atque redargutus in ſuum locum, & ordinem receptus fuit. 407. 1. & 2.
Pauper non tenetur probare ſe nullum beneficium obtinere. 602. 1. *habet privilegium, & quale.* 643. 1.
Pauperes, ſi ſuis artificiis, aut laboribus alere ſe poſſint, non præſumant ea, quæ debilibus, & infirmis deſtinata ſunt, percipere. 34. 2. *iter agere debent cum probatione, & epiſtolis pacificis eccleſiaſticis tantum.* 40. 1. *ſenes eccleſiæ plus ceteris honorandi.* Ibid. 2.
Peccatores publici publicæ ſubiiciendi erant pœnitentiæ. 228. 1: 288. 2.
Peccatum ad mortem quale eſſet. 432. 2: 433. 1.
Pedagia ſine Regum, & Principum auctoritate, & conſenſu non erant ſtatuenda. 538. 1.

Pe-

Pelagius ſecundus domum ſuam xenodochium conſtituit pauperum ſenum. 32. 2.
Penſio de proventibus eccleſiæ quæ proprii ſacerdotis curam habere debet interdicta fuit. 43. 2: 48. 2.
– quomodo expiret. 672. 2. cui debita ſi transferatur. 673. 1. ipſius translatio quando ſit valida, quandoque non. Ibid. quando non conceſſa. Ibid. 2. quando ſolvenda reſignatario. 674. 1.
Penſionarius ad quid tenetur. Ibid.
Pentecoſtes, & Paſchæ diem non celebrantes quaſi novæ hæreſis inductores notati. 182. 2.
Peregrini Romam propter Deum pergentes, per nullam occaſionem ad pontes, vel navigia detineantur, nullaque moleſtia afficiantur. 36. 1. & 2.
Periurium qua pœna expurgandum erat. 443. 2: 471. 1.
Perjurus undecim annis communionis non erat particeps, duobus annis deflens erat; tribus audiens, &c. 447. 1.
Permutatio qualis non valet. 642. 2.
Petitorium quando non cenſeatur ſuſpenſum. 643. 1. & 2.
B. Petri prædia ubicumque poſita uſurpantes Dei, & SS. Apoſtolorum iram incurrere recognoſcant. 66. 1.
BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum corpora de catacumbis ablata fuere rogatu Lucinæ nobiliſſimæ feminæ, tempore Cornelii Papæ. 93. 1.
Petrus Abælardus in ſuis dogmatibus auctoritate SS. PP. damnatus fuit cum ſuis ſectatoribus, & excommunicatus. 527. 1.
Petrus Alexandrinus an potuiſſet abſolvi per imperialem ſententiam. 384. 1.
Photinus per falſum rumorem ſubreptus fuit ſuæ ſedi, & reſtitutus. 429. 1.
Pictores imaginum ad crimina commoventium excommunicati. 547. 2.
Pictura imaginum laudatur. 103. 1. & 2. ad inſtructionem, & memoriam mentis noſtræ ab eccleſia recepta eſt. 107. 1.
Piratæ, & fautores eorum excommunicati. 483. 1.
Plebes, eccleſiæ comitibus, aut epiſcoporum vaſſallis in beneficia non tribuantur. 18. 1: 61. 2.
Pœnitens dum carinam ſuam jejunaret de loco in locum migrare non poterat, ſed ibi permanebat ubi ſuam pœnitentiam acceperat. 289. 2.
– nullus clericus ordinari poterat. 308. 1. & ſeqq.
– ſi ordinatus fuiſſet per ignorantiam epiſcopi deponendus erat a clero. 568. 2.
Pœnitentes, attente leges pœnitentiæ exequentes, ſi in itinere, vel in mari mortui fuiſſent, eorum memoria orationibus, & oblationibus erat commendanda. 279. 2.
– mortui ad eccleſiam afferebantur, & in ea ſepeliebantur. Ibid.
– qui erant in infirmitate viaticum accipiebant; non tamen ſe abſolutos credere debebant ſine manus impoſitione ſi ſupervixiſſent. 280. 2.
– etiam diebus remiſſionis genua flectebant. 288. 2.
– epulis intereſſe non debebant. 289. 1.
– tempore, quo pœnitentiam petebant, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput a ſacerdote conſequebantur. 275. 1.
Pœnitentia quid ſit. 261. 2. tempore interdicti non neganda morientibus. 270. 1: 287. 2. non multitudine annorum, ſed cordis contritione, corporiſque æſtimanda. 261. 2: 266. 1. omnibus pateat, qui converſi errorem ſuum voluerint confiteri. 263. 2: 271. 1.
– conjugatis nonniſi eu conſenſu danda erat. 288. 2: 349. 1.
– falſa quæ. 271. 2: 272. 1. quæ vera. 272. 1. modus qualis imponendus. 276. 1.
– & pœnæ ſtatutæ contra naturam peccantibus. 505. 1. & ſeqq.
Polemonis imago ſcortum a turpitudine deterruit. 104 1.
Polychronius fame vexante vendidit prædia eccleſiæ & abſolutus eſt a Xyſto III. 77. 1.
Pontifices quomodo adminiſtrare debeant ſibi commiſſi populi curam. 143. 1. & 2.
Pontificum quorumdam conſtituta. 137. 1: 138. 2: 140. 1: 141. 2: 165. 2: 176. 2: 181. 2: 182. 1: 190. 2: 195. 1: 196. 1: 201. 2: 206. 1: 214. 2: 215. 2: 235. 2: 253. 1. & 2: 315. 1: 415. 2: 416. 1.
Poſſeſſio tricennalis alienam diœceſim tollit, territoriis tamen conventum non adimit. 6. 2. in cauſa allegationis probanda eſt per teſtes de viſu. 597. 2. quando probanda. Ibid.
– beneficii reſervati ſine apoſtolico titulo nullum producit juris effectum. 600. 2.
– poteſt capi ſola ſupplicatione ſine litteris etiam in majoribus dignitatibus. Ibid.
– continuata concurrens eodem die cum alia eſt potior. Ibid.
– pacifica, ut interrumpatur, quid requiratur. Ibid.
– facilius probatur, quam dominium. Ibid.
– non capitur niſi ejiciantur coloni. Ibid.
– rerum incorporalium præſumitur etiam precaria. Ibid.
– hoſpitalis capi poteſt in ædibus. 601. 1.
– incorporalium quæritur ſine ſcientia mutationis tituli. Ibid.
– propria præſumitur eſſe continuata, non vero poſſeſſio tertii. Ibid.
– filii, vel ſucceſſoris præſumitur continuata, & quomodo. 634. 1. quando eſt attentata. 654. 2. & ſeqq.
quaſi Poſſeſſio quomodo quærenda. 622. 2. quomodo acquiratur. Ibid.
– quoad præſentationem per quid non probatur. Ibid.
– non acquiritur ſi capitulum admittat præſentationem ſede vacante. 625. 1. & 2.
Poſſeſſor malæ fidei cum titulo conventus a minore, tenetur ad fructus. 615. 2.
in Poſſeſſorio non appellatur. 600. 2.
Potentes clericum, aut quemlibet pauperem, aut religioſum exſpoliantes excommunicati, do-

Digitized by Google

nec reddant aliena. 35. 2: 36. 1: 67. 2: 406. 2: 413. 2: 481. 2.
– *admonendi, ut ad majores eccleſias, ubi prædicationem audire poſſint, conveniant.* 152. 1.
– *& maxime feminæ provideant ut in ſuis domibus adulteria non vigeant, ac orationem dominicam, & ſymbolum cuncti teneant, & frequentent.* 167. 1: 501. 2: 507. 2. *neſcientes increpantur.* 167. 1.
Præbendæ eccleſiaſticæ, in aliqua eccleſia vacantia intra ſex menſes conferantur. 49. 1.
Præbendarum diviſio, aut dignitatum permutatio fieri prohibita. 48. 2.
Præceptoriæ, & prioratus ordinis Hieroſolym. ſunt ad nutum amovibiles. 632. 2.
Prædicatio Evangelica non quæſtu, ſed Dei cauſa impleri debet. 152. 2.
Prædicator ſtudeat, ut minas potentium ratione mitiget, & oppreſſorum anguſtias ope levet. 145. 1.
Prædicatores præter auctoritatem ab apoſtolica Sede, vel catholico Epiſcopo publice vel privatim officium uſurpare præſumentes excommunicati. 148. 2: 149. 1.
Prædicatoris gradum nemo ſibi aſſumat extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus. 149. 2.
Præfationes IX. in ſacro catalogo tantummodo recipiendæ a Rom. Eccleſia ſervatæ. 251. 1.
Prælati eccleſiarum aliquod receptaculum præparare debent, ubi pauperes colligantur. 32. 1: 39. 2.
– *idoneos tantum ad gradus eccleſiaſticos aſſumant.* 585. 2.
– *quomodo ſe gerere debebant in corrigendos exceſſus ſubditorum.* 408. 1: 430. 1.
– *niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam in ſubjectos non proferant.* 516. 1. & 2: 588. 1. & 2.
Prælatorum accuſatio non facile admittenda. 380. 1.
Præpoſiti eccleſiarum quotidie, ſed præſertim dominicis diebus clerum, & populum docere debent. 146. 2. & ſeqq.
Præſcriptio tam canonica, quam civilis abſque bona fide nulla eſſe definitur. 74. 1.
– *ſtatuti urbis quamdiu procedit.* 633. 1.
– *non obſtat compenſationi.* Ibid.
– *& poſſeſſio non extenditur de uno actu ad alium.* Ibid. & 2.
– *non nocet agnatis.* Ibid. *quando impeditur.* Ibid. *quando non currit.* Ibid. 2.
– *contra quem interrumpitur.* Ibid.
– *inchoata ab archiepiſcopo non poteſt perfici a capitulo contra abbatem.* Ibid.
– *quadraginta annorum currit contra hoſpitale.* Ibid.
Pretium nullum exigendum pro ſepultura, nec chriſmatis, & olei ſacri perceptione. 290. 1: 295. 2. & ſeq.
Presbyter alicujus territorii, ſine licentia ſui epiſcopi non præſumat in baſilicis alterius civitatis, aut oratoriis, inſervire. 6. 1.
– *nullus miſſas celebrare præſumat niſi in ſacratis ab epiſcopo locis.* Ibid. 2: 7. 1.
– *qui auſus fuerit chriſma benedicere, aut eccleſiam conſecrare, a ſuo deponatur officio.* 8. 2.
– *nullus, neque diaconus, neque ſubdiaconus inſcio epiſcopo ab eccleſia extrahatur aut injuriam aliquam patiatur.* 16. 2.
– *diaconus, clericus nemo ordinetur, niſi in eccleſia urbis, vel vici, alias ordinatio irrita ſit.* 24. 2.
– *ſi relicta ſua parochia in aliam abſceſſerit non amplius celebrare permittatur maxime ſi epiſcopo non obedierit.* 43. 2: 44. 2: 45. 2.
– *unuſquiſque habeat parochiam ſuam cum dote, & decimis eccleſiæ.* 54. 2.
– *ordinari non debebat ante XXX. ætatis annum, & manere debebat in epiſcopio diſcendi gratia officium ſuum.* 301. 2.
Presbyter nullus Eccleſiam, vel ipſius miniſterium ab aliquo niſi ab Epiſcopo accipiat. 47. 1.
– *qui ſcienter excommunicatum ſuſceperit ab ordine ceſſet.* 136. 2.
– *vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Eccleſiæ deputatus Clericus ſi intra civitatem fuerit, vel in loco, ubi Eccleſia eſt, ſi ad eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur.* 164. 1.
– *non poterat baptizare ſine juſſu Epiſcopi.* 207. 1: 209. 1.
– *nullus Chriſma conficere poteſt.* 227. 2. *conficiens, & benedicens a ſuo officio deponendus.* Ibid. & 576. 2.
– *illegitime conjugatus Corpus Chriſti non det ceteris, neque aliud obeat miniſterium.* 236. 2.
– *qui præeſt Eccleſiæ, ſi finem alicujus urgentem perſpexerit, commendet animam Chriſtianam Deo, &c.* 245. 1.
– *diaconus, clericus ſi ſine licentia ſui Epiſcopi ſuam Parœciam reliquiſſet, in alia miniſtrare non poterat.* 247. 1: 579. 1.
– *ſine juſſu Epiſcopi miſſas agere non poterat in ſua Parochia.* 249. 1.
– *non præſumat conſecrare altare.* Ibid. 2.
– *aut diaconus poſt acceptum cibum, vel poculum non poterat miſſam tractare, neque ſtare in Eccleſia dum miſſæ dicebantur.* 250. 2.
– *non poterat fundere benedictionem ſuper plebem in Eccleſia, aut pœnitentem benedicere.* 252. 1.
– *convenienter partes inciſas habere debebat de oblationibus, quæ offerebantur a populo.* 253. 1.
– *per ſingulas quaſque Eccleſias, in quibus præeſſe debebat per Epiſcopi ſui ordinationem, ſingulis diebus dominicis ſacrificium offerre debebat, & nomina eorum, a quibus Eccleſiæ conſtructæ fuerant, ante altare erant recitanda.* 260. 1.
– *ſine voluntate Epiſcopi reconciliare non poterat pœnitentem, niſi neceſſitate cogente, & abſente Epiſcopo.* 279. 1.
– *fieri non poterat baptizatus in infirmitate.* 315. 1.

– *& diaconus ad Trepalium, ubi rei torquebantur, ſtare non poterat.* 376. 2.

– *ſi a populo fuiſſet accuſatus, & teſtes certi non fuiſſent de illato crimine, quid agere debebat.* 425. 1.

– *inter epulas cantare, vel ſaltare non debet.* 491. 2.

– *qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus fuiſſet, debebat quidem eſſe particeps cathedræ, a reliquis tamen actionibus abſtinere debebat.* 508. 2.

– *vel diaconus, ſi ab Epiſcopo excommunicabatur, ab alio ſuſcipi non poterat, niſi mortuo eodem Epiſcopo.* 519. 1: 521. 1.

– *ſi damnatus fuiſſet ad vicinos Epiſcopos ire debebat ut ipſi de cauſa cognoſcerent, & per eos ſuo Epiſcopo reconciliaretur.* 528. 2.

– *qui extra permiſſum recipere præſumpſiſſet deferentes infantes ad baptiſmum abſque Paſchæ ſolemnitate, tribus menſibus ab Eccleſiæ communione ſequeſtrabatur.* 529. 1.

– *in miſſa uti debebat orario ſuper utrumque numerum: non utens excommunicabatur.* 530. 1.

– *ſine licentia Epiſcopi ſui peragere non poterat ſæculares cauſas.* 379. 1: 543. 1: 552. 2.

– *aut diaconus in villulis habitans in oratorio ſancto deſerviens, in principalibus feſtivitatibus nonniſi in civitate cum Epiſcopo ſuo celebrare non poterat.* 544. 1.

– *ſi duxiſſet uxorem ab ordine erat amovendus.* 555. 2.

– *ſi contemnens Epiſcopum ſeparatim colligebat plebem, & aliud erigebat altare erat deponendus.* 563. 1. & 2.

– *miſſas celebrare non poteſt niſi in locis ab Epiſcopo ſacratis.* Ibid. 1.

– *ſi Epiſcopo, a quo ordinatus fuerat, non obediſſet quouſque in vitio permanebat, communione, & honore privabatur.* Ibid.

– *a proprio depoſitus Epiſcopo propter aliquod crimen poteſtatem habebat concurrendi ad Metropolitam ipſius provinciæ, & injuſtam depoſitionem denunciare.* 581. 2.

Presbytera, diacona, nonna, monacha, vel ſpiritualis commater, conjugio non copulandæ. 273. 2: 328. 2: 337. 2: 338. 1: 345. 1: 578. 2.

Presbyteri ultro ac per ſe eccleſias ingredientes ſacrum aliquod non operentur, in quibus ab initio ſortem minime conſecuti ſunt. 5. 2. *non liceat eis eccleſias conſecrare, &c.* 9. 1.

– *celebrationes in locis illicitis, domibus, & hortis attentantes, gradus ſui periculum incurrant.* 7. 2.

– *non vendant rem eccleſiæ non habentes neceſſitatem.* 23. 1.

– *Diaconi, Clericique ubi ordinati fuerunt perſeverent.* 44. 1.

– *ubicumque hoſpitari non permittantur.* 45. 2.

– *ſine auctoritate & conſenſu Epiſcopi, nec conſtituantur in Eccleſiis, nec expellantur.* 47. 1.

– *in Parochialibus Eccleſiis per Epiſcopos conſtituantur, qui eis reſpondeant de animarum cura.* 50. 1.

– *& diaconi manifeſte ſciant, quæ ſunt Eccleſiæ propria.* 82. 2.

– *Romam, ſive Turonum abſque licentia Epiſcopi ſui adire prohibiti fuerunt.* 96. 1.

– *ſtultiſſimi incendium videntes, corporale Dominico Corpore conſecratum in ignem proiiciebant ad ipſum extinguendū.* 133. 2: 454. 1.

– *Chriſma accepturi, pro balſamo, ſive luminaribus emendis nihil dent.* 139. 1: 232. 1. & 2.

– *ſcire debent Canones.* 141. 1.

– *qui immolarunt, & poſtea certamina ſuſtinuerunt, non offerebant, nec concionabantur.* 150. 2: 321. 1.

– *ante Epiphaniam miſſos ſuos dirigere debebant, qui de principio quadrageſimæ nuntiarent, & in ipſa Epiphania ad populum indicarent.* 192. 2.

– *a media quadrageſima Chriſma petere debebant.* 193. 1.

– *pro infirmitate, aut alia quacumque neceſſitate in quocumque loco licentiam habeant baptizandi.* 209. 1: 215. 2.

– *qui ſanctum Dei baptiſma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferant.* 223. 1.

– *mortuos baptizare prohibiti fuere.* 226. 2.

– *qui præſunt Eccl. Chriſti doctrina populis præeſſe debent, & in officio prædicandi.* 227. 2.

– *ſub ſigillo cuſtodiant Chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ donare præſumant, genus enim ſacramenti eſt.* 229. 1.

– *baptizatos infantes ſignare in frontibus chriſmate non poterant, ſed ungere in pectore cum Epiſcopi ungerent in fronte.* 229. 2: 230. 1. *ubi deſunt Epiſcopi etiam in fronte tangere debeant.* 230. 1.

– *chriſma non faciant, nec puellas conſecrent.* Ibid.

– *ab infirmis in mortis periculo poſitis inquirere debent confeſſionem, non tamen imponere illis pœnitentiæ quantitatem.* 264. 2: 276. 2: 291. 1.

– *& diaconi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium pœnitendi non debebant accipere, ut alienum a conſuetudine eccleſiaſtica.* 284. 1.

– *omnes præſentes, cum ordinabatur presbyter, benedicente cum Epiſcopo, manus ſuas juxta manum Epiſcopi ſuper caput ordinati tenebant.* 300. 1.

– *triginta annorum conſecrabantur.* 305. 1.

– *antequam miſſas celebrarent diebus Dominicis, & Feſtis interrogare debebant ſi qui eſſent diſcordantes, &c.* 361. 2.

– *diaconi, ſeu clerici inter ſe cauſam habentes, nullo modo poterant publicis actionibus interpellationem facere.* 370. 1: 577. 1.

– *qualeſcumque fuerint, a laicis non judicandi.* 384. 2.

– *Abbates, & Levitæ exceptis gravioribus culpis, nullis verberibus ſubjaceant.* 434. 1: 460. 1: 541. 1.

– *vel*

– vel Diaconi qui ducendi uxores licentiam non habebant, alienarum etiam nuptiarum convivia evitare debebant. 491. 2.
– & cives qui in præcipuis feſtivitatibus cum Epiſcopo non fuiſſent, ſed in villis, &c. communione pellebantur. 534. 2.
– ſi amiſſa gradu ſæculariter vivere voluiſſent ab Eccleſiæ communione ſeparandi erant. 543. 1.
– Abbates, & Diaconi Epiſcopis honorem debitum impendant, ſuam parochiam viſitantes, digne ſuſcipiant, neceſſaria præparantes. 552. 2.
– ſine examinatione per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem provecti, cum cogniti fuiſſent, deponebantur. 569. 2.
– ex hæreſi Ariana ad Sanctam Cathol. Eccleſiam converſi, ſi ſanctam, & puram fidem tenuiſſent, ſancte, & pure miniſtrare poterant. 576. 1.
– & diaconi, qui cum conjugibus ſuis lectum, & cellulam communem habebant, ab officio degradebantur. 582. 2.
– per villas & vicos ſcholas habeant. 33. 2.
– ex decimis, eccleſiarum reſtaurationem hoſpitium, & pauperum receptionem exhibeant. 34. 2: 39. 2.
– inſtruendi, ut noſcant, decimas, & oblationes, &c. hoſpitum, & peregrinorum eſſe ſtipendia. 34. 2.
Primates, ſi accuſatores epiſcoporum pacificare familiariter non potuiſſent, eos tunc convocare debebant ad ſynodum. 402. 2: 404. 1.
– epiſcopum accuſatum diſcutientes non poterant proferre damnationis ſententiam niſi apoſtolica freti auctoritate, &c. 416. 1.
SS. Primi, & Feliciani mart. corpora levata fuere tempore Theodori Papæ. 94. 1.
Primitiæ epiſcopo, & presbyteris addictæ. 52. 2: 58. 2.
– debent ſolvi eccleſiæ ut decimæ prædiales. 606. 2.
Primum extremum quomodo probandum. 643. 2: 644. 1.
Principis boni, ac Regis eſt eccleſias contritas, atque ſciſſas reſtaurare, Dei ſacerdotes honorare, atque tueri. 4. 2.
Privilegia militum magis juvant milites, quam nominatos. 603. 2. qua regula ſuſpenſa. 669. 2.
– Sixti de canonicatu doctorali per quid tollutur. 635. 1. item Hiſpaniæ circa canonicatus doctorales. Ibid.
Privilegium paraphrenariorum de diligentiis durante abſentia prodeſt ad acceptationem. 602. 2. quod aliis præferentur non ſubjacet regulæ revocatoriæ. 603. 2.
– nullum ex defectu conſenſus Principis, confirmatione ejus validatur. 605. 2: 635. 1. limitatum, quando non valet. Ibid.
– requiritur in jure patronatus conventualium monachorum. 621. 2. & ſeqq.
– quando præſumitur deperditum. 622. 1.
– habens capiendi fructus, & diſtributiones in abſentia, quando eos habere debeat. 632. 2.
– ſcriptorum quale non eſt in uſu. 634. 2.
– Ducis Sabaudiæ quale ſit. 635. 1.
– Religionis Hieroſolymit. non habet locum contra pauperem. Ibid.
– Univerſitatis quando dicitur eſſe in uſu. Ibid.
– Eccleſiæ Hiſpalenſ. contra filios, & nepotes hæreticorum, quam locum habet. Ibid.
– derogandi regulis editis, aut edendis, non comprehendit regulam de infirmis. Ibid.
– reſtitutionis plenariæ qualiter intelligendum. Ibid.
– de non ſolvendo canonicam portionem, quomodo validum. Ibid.
– Hiſpaniæ de revocandis reſignationibus, quos comprehendat. 675. 1. & 2.
Proceſſus fulminatus ante regiſtrationem Bullæ. 602. 1.
– quando ſit ſummarius. 618. 1. per contradictas valet. Ibid. 2.
Procurator eſſe non poteſt perſona infamis. 378. 1.
– ſubſtitutus appellans, & intimans ſubſtitutionem non devolvit cauſam. 598. 1.
– non poteſt expreſſe renunciare appellationi, vel deſertioni. 599. 1.
– acceptans eſt citandus ad valorem proceſſus per contradictes. 618. 2.
– contra omnem perſonam non eſt contra univerſitatem. 636. 2.
– non poteſt ſine ſpeciali mandato prorogare juriſdictionem judicis delegati. 637. 1.
– quando non cenſetur revocatus. Ibid. 2.
de Procuratoribus alia vide. 638. 1. & 2.
Prorogatio privilegii quando non valet. 635. 2: 665. 1.
D. Proſperi ſententia ad ſacerdotes. 143. 2.
D. Proterius Alexandr. Epiſcopus. 87. 2.
Proteſtatio in judicialibus quando repetenda; quando non. 619. 2.
Prothonotarii, licet non conſtet eos juraſſe, poſſunt uti privilegiis ſuis. 634. 2.
Provincia, quæ eſſet, & quid habere debebat. 432. 2.
– quælibet tam juxta eccleſiaſticos, quam juxta ſæculi leges ſuos habet juſtos judices, & non externos. 268. 1: 369. 1: 374. 2: 387. 1. & 2.
Proviſio vicelegati adverſus proviſionem ordinarii probat ſine notario, & teſtibus. 614. 2.
– præbendæ in cathedralibus ad quem pertineat. 628. 1.
– ordinarii quando valet. 676. 2.
– quæ habet horam præfertur, ut anterior. 658. 1.
– facta eodem die obitus, valet, & quomodo. 660. 2.
– ſine conſenſu patroni non valet, &c. 673. 2.
Pſalmi in eccleſia curſim, ſed plane ac dilucide, & cum compunctione cordis recitandi. 163. 1.
Pſalmiſta id eſt cantor, poterat abſque ſcientia epiſcopi, ſola juſſione presbyteri, officium ſuſcipere cantandi. 300. 2.
Publicatio quando facienda. 665. 2. quando non facienda. Ibid.

- *fieri poteſt ſede vacante in acie campi Floræ.* 668. 2.

Puella alii deſponſata, ab altero in matrimonium non accipienda. 324. 2: 326. 1.
- *vel puer ante annos pubertatis in matrimonium non ſociandi nec in ætate diſſimili, ſed conſentientes, & coetanei.* 349. 1.

Puellæ fideles, quæ gentilibus jungebantur, aliquanto tempore a communione ſeparabantur. 526. 1.
- *quæ ſe Deo voviſſent, ſi ad nuptias tranſiſſent, non ſtatim ad pœnitentiam recipiebantur.* 329. 2.
- *vel viduæ, virginitatis propoſitum ſpontanea pollicentes, ſi poſtea publice nupſiſſent quam pœnam incurrebant.* 330. 2.
- *deſponſatæ, & ab aliis raptæ ſuis ſponſis reddendæ.* 503. 2.
- *voluntarie monaſterium expetentes, ſeu a parentibus oblatæ, per annum propriam retineant veſtem.* 534. 2.

Pueri ad ſacros ordines nullatenus admittendi. 301. 2.

Pupillus poteſt capere poſſeſſionem ſine auctoritate tutoris. 601. 1.
- *non incipit præſcribere, dum non poteſt conveniri.* 633. 2.

Purgatio quando admittenda. 674. 2.

Q*Uadrageſima, ejuſque jejunium ſervandum.* 190. 2. & ſeqq.

in *Quadrageſima qui comedebat carnes abſque inevitabili neceſſitate toto anno carnibus abſtinere debebat, & die paſchæ non communicabat.* 287. 1.
- *a quibus abſtinendum.* 328. 1. & 2: 491. 1.
- *martyrum natales celebrare non oportet, ſed SS. Martyrum memoriam, ſabbatis, & dominicis facere.* 94. 2.
- *cives non degant in villis.* 191. 2.
- *omnes communicent.* 192. 1: 239. 1.

Quæſtores eleemoſynarum admitti non debent, niſi apoſtolici, vel diœceſani epiſcopi veras literas exhibeant. 149. 1.

Quodvultdeus Epiſcopus communione privatus, non tamen epiſcopatu. 541. 2.

R*Aptor, & rapta ad eccleſiam confugientes, quomodo excipiendi.* 504. 1.

Raptores a ſæculi legibus interficiebantur, ſed miſericordia præeunte ſub infamiæ nota ad pœnitentiam recipiebantur. 286. 2.
- *viduarum, vel virginum, quam incurrant pœnam eccleſiaſticam.* 329. 1. & ſeq. 340. 1: 503. 2: 504. 1.
- *ſine ſpe conjugii perpetuo manebant.* 340. 1.
- *ad accuſationem, vel teſtimonium non admittendi.* 480. 1.
- *cenſura & ſeveritate Principum inſequendi.* 501. 2.

Ratificatio geſtorum per aſſertum procuratorem quando non valeat. 637. 1.
- *per quid inducatur.* 640. 1.
- *litis motæ, &c. non tollit beneficium regulæ de annali.* Ibid.

Reccaredi Hiſpan. Regis decretum contra parentes, qui filios interimebant. 457. 1.

Reconventio debet intentari in exordio litis. 625. 1.

Regreſſus ſi non valet ob non ſolutionem, neque valet penſio. 675. 1.
- *primus ſi non ſubjacet Concilio Lateran. neque ſubjacet regreſſus ſequens.* Ibid. *dicitur cauſa oneroſa.* Ibid. *quando non valet.* Ibid. 2. *quando amittitur.* 676. 1.

Regula de veriſimili non habet locum in præſentante. 623. 1.
- *revocatoria facultatum nunciorum, quid non prohibeat.* 623. 1.
- *de ſubrogandis habet locum in beneficiis juriſpatronatus.* Ibid. *quando non habet locum.* 637. 1: 642. 2.
- *comprehendit Cardinales.* 665. 1. *habet locum in nominationibus.* Ibid. *quando procedit.* Ibid. & 668. 1. *quando non habet locum.* 665. 1. & ſeqq. *quando ceſſat.* 667. 2.

Regulares, & clerici ſæculares avaritiæ labe notati. 52. 1. & 2.

Regularis nullus poſt votum religionis ad phyſicam legeſve mundanas legendas exire poterat, & exiens puniebatur. 534. 2.

de *Regulis varia, & multa.* 656. 2. & ſeqq.

Religioſi eccleſias, & decimas de manu laicorum recipere prohibiti ſine conſenſu epiſcopi. 45. 2: 52. 1.

Religioſus qui generalia juramenta in ſalutem regiam repertus fuiſſet violaſſe propria dignitate privabatur, &c. 446. 1.

Reliquiæ antiquæ extra capſam non oſtendendæ, nec venales exponendæ. 88. 1.
- *ſanctorum in oratoriis ruſticis non ponantur.* 90. 2.
- *per epiſcopum portandæ.* Ibid.

Remiſſoria quando danda ſit. 607. 2. *cui denegata.* Ibid. *cui data.* Ibid. *aliquando bis data in eadem cauſa.* Ibid. *ad quid detur.* 608. 1: 617. 1. *quibus danda ſine retardatione.* 608. 1.

Reordinationes, rebaptizationes, & ſedium mutationes in Africano Concilio interdictæ. 224. 1: 321. 2.

Reſcriptum a quo cenſetur impetratum. 643. 1. *avocatorium ſurrepticium eſt nullum ipſo jure.* Ibid. *directum Priori a quo non exequendum.* Ibid.

Reſervatio ad effectum abſolutionis per quid probetur. 636. 1.

Reſignatarius ſubrogatus quoad poſſeſſionem non agit recuperandæ, &c. ſed adipiſcendæ. 600. 2. *quando pacificus.* 656. 2.
- *non poteſt reſignantis acceptationem deducere niſi conſtet.* 603. 1.
- *poteſt petere fructus perceptos per alium.* 642. 2. *quando attentat.* 654. 2.

Reſignatio quando valeat, quandoque non. 226. 1: 640. 1. & ſeqq. 673. 2. *poteſt probari per teſtes.* 642. 2.

Reſtitutio in integrum in beneficialibus quando

non datur. 617. 1. & 2: 645. 2: 646. 1. quando datur. 617. 1. quæ competit de jure communi ſuſpendit exequutionem, & quando. Ibid. 2. quæ ſint cauſæ ad petendam reſtitutionem. Ibid.
– ſæpius petita non datur. Ibid.
– datur conſorti litis, ſi res eſt individua. Ibid.
– datur in beneficialibus minori XXV. majori XIV. Ibid.
Reſurrectio carnis ab hæreticis negata. 324. 1.
Revocatio procuratorum ad reſignandam, ubi intimanda. 637. 1. ſi fuit eodem die præſumitur pro conſenſu. Ibid.
– gratiarum non comprehendit regreſſum. 668. 2: 669. 1.
Revocatoria indulgentiarum ubi non habet locum. 669. 1.
– facultatum nunciorum non tollit quin nuncius poſſit diſponere de beneficiis. Ibid.
– indultorum qualiter intelligenda. Ibid.
– reſervationum non comprehendit mentales. Ibid.
Reus contra actorem abſentem procedit per contradictas. 618. 2.
– excommunicatus auditur, non actor. 648. 2.
– citatus, quando ab expenſis immunis. 619. 2. quando in expenſis condemnandus. Ibid.
– licet non declinet juriſdictionem, quid non poteſt judex. 620. 1.
Rodoldus Fredebertus, & ſocii falſarii communione privati. 539. 1.
Rodulphus Rex a Teutonicis electus; ſuiſque adhærentibus omnium peccatorum abſolutio largita. Ibid.
Romani, ac Lombardi ſimul cum Francis illicitas iniere conjunctiones contra apoſtolicam, & imperialem voluntatem in territoriis B. Petri. 471. 1.

Sabbato jejunandum eſſe, ratione demonſtratur. 195. 2.
– abſtinendum a carnibus niſi majore feſtivitate adveniente, vel infirmitate. 196. 1.
in Sabbato Sancto durabat jejunium circa noctem. 188. 2.
Sacerdos nullus, vel clericus judicum ſæcularium more munera accipere audeat pro impenſis patrociniis niſi forte in eccleſiis, &c. 72. 2.
– nullus aut Clericus, ſive laicus præſumat Calicem, aut Patenam, &c. divino cultui mancipata in alios uſus convertere. 135. 1.
– vel Clericus, qui orationem dominicam quotidie, aut in publico, aut in privato officio præteriiſſet, ordinis ſui honore privandus judicatus fuit. 166. 2.
– nullus abſque neceſſitate, cum cœperit, imperfecta officia relinquat. 259. 2: 260. 1.
– diſcretus ſit, & cautus in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ. 262. 2.
– nullus ad pœnitentiam admittat laicum alterius hæreditates ſibi uſurpantem. 272. 1.
– uno præſente Clerico, & etiam ſolus poterat infirmum ungere oleo ſancto. 290. 2.
– qui juxta Concilii Valent. ſtatuta ad humanda decedentis Epiſcopi membra commonitus pigra voluntate diſtuliſſet, pœna gravi multabatur. 292. 2: 587. 2.
– nullus cauſam ſuam alieno committere poterat judicio, niſi ad ſedem Apoſtol. fuiſſet appellatum. 368. 2: 431. 1.
– ab hominibus criminibus irretitis accuſari, aut calumniari non permittatur. 390. 2.
– quicumque, vel Clericus qui ſuo Epiſcopo inobediens fuiſſet, aut inſidias ei paraviſſet, convictus curiæ tradendus. 459. 2.
– qui abſque honeſto, & competenti teſtimonio, excepta ſola Matre, cũ quibuslibet feminis ſecrete ſe adjungere præſumpſiſſet, ſex menſibus pœnitentiæ legibus ſubjacere debebat. 496. 1.
– nullus pro parvis, & levibus cauſis a communione quemquam ſuſpendat. 517. 2.
– qui non ſentienti, neque pœnitenti pœnitentiam dederit unius anni excommunicationis ſententiæ ſubjaceat. 530. 2.
– Parœciæ præpoſitus qui conjunctiones clandeſtinas prohibere contempſiſſet ab officio per triennium ſuſpendebatur. 587. 1.
Sacerdotes ſoli Domino ſacrati miſſas cantare, & ſacrificia ſuper altare offerre poſſunt, ac debent. 7. 1.
– quid vetare debeant, & arcere a ſeptis baſilicarum, ipſarumque porticibus. 10. 1: 11. 2.
– debent monere fideles, ut quando ad eccleſiam conveniunt, ſine ſtrepitu, ac tumultu ingrediantur. Ibid.
– indigentibus præbere debent vitæ ſolatium. 34. 1. ſub annuo pretio ad eccleſiarum regimen ſtatuti. 48. 2.
– dona refutent eorum, qui pauperes opprimunt. 36. 1: 58. 2.
– ſi quando fruges, vel quoſdam redditus terræ congregant non ideo hoc faciant, ut carius vendant ſed ut pauperibus tempore neceſſitatis ſubveniant. 78. 2.
– diſcernendi a plebe, vel ceteris doctrina non veſte; converſatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. 140. 2.
– ſobrietatem teneant, & hanc habendam fidelibus prædicent. 142. 1. & 2.
– ab avaritiæ peſte ſe compeſcant. 143. 2.
– quibus Parochia commiſſa eſt, omnibus dominicis, & feſtis diebus prædicando admonere debent populum, &c. 148. 1.
– quod ſit ipſorum munus oſtenditur. 151. 1.
– Scripturas ſanctas meditentur, & Canones. 171. 1.
– ſtudeant, ut auditores ſui myſterium ſacri Baptiſmatis intelligant. 203. 1.
– dum ſacrificant, non ſoli eſſe, ſed teſtes ſecum adhibere debeant. 254. 2: 255. 1.
– & ceteri omnes, dum S. Evangelia in Eccleſia recitantur, non ſedentes, ſed venerabiliter curvi ſtent. 255. 1. & 2.
– per oratoria nequaquam miſſas celebrare poterant, niſi tam caute ante ſecundam horam, ut populus a publicis ſolemnitatibus non abſtraheretur. 255. 2.

– ſunt

— *ſunt Eccleſiæ decus, columnæ firmiſſimæ; januæ civitatis æternæ, &c.* 267. 2.
— *a proprio ordinentur Epiſcopo.* 301. 1.
— *unam eamque virginem uxorem habere debebant.* 307. 1. & ſeqq.
— *ſive diaconi cum conjugibus ſuis habere non poterant lectum communem, &c.* 338. 1.
— *ſi peccaviſſent a reliquis ſacerdotibus arguendi erant, non a ſæcularibus.* 370. 1.
— *in Inſula ſardiniæ a laicis judicibus oppreſſi.* Ibid. 2.
— *ſi neglexiſſent perquirere Idololotatras eoſque exterminare a loco ſui territorii, excommunicabantur.* 435. 1.
— *populos fideles admonere debebant, magicas artes infirmitatibus hominum nihil prodeſſe.* 440. 2: 441. 1.
Sacerdotis interfector, &c. quam pænitentiam ſubire debebat. 460. 2. & ſeqq.
ad *Sacerdotium non promovendi in hæreſi baptizati, aut rebaptizati.* 225. 2.
— *non permittantur accedere ſine gradu, & tempore, per quæ ad ipſum debent aſpirare.* 303. 2.
— *qui non ſunt promovendi ex regulis canonum.* 305. 1: 312. 2.
Sacramenta altaris nonniſi a jejunis hominibus celebrentur. 250. 1. & 2.
in *Sacramentis aliud offerri non debet quam panis, & vinum aqua mixtum.* 234. 1.
Sacramentum Dominici corporis, & Sanguinis, Baptiſma puerorum, &c. damnantes, tanquam hæretici ab eccleſia Dei expulſi. 323. 2: 324. 1.
Sacrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto, ſed in puro lineo ab epiſcopo conſecrato celebrandum. 135. 1.
— *aliquando iterari permiſſum fuit, & ob quem finem.* 259. 1.
— *in omnibus locis, & diebus Deo libandum pro Imperatore.* 260. 2.
Sæculares qui in Natali Domini, Paſcha, & Pentecoſte non communicant catholici non credendi, &c. 179. 1: 239. 2.
Sæcularis nullus, quemquam clericum pro ſua poteſtate conſtringere, vel damnare poteſt. 371. 1.
Sancius Aragonenſis epiſcopus licentiam poſtulavit deferendi epiſcopatum. 312. 1.
Sanctimoniales quale ſtudium in monaſterio debeant habere. 161. 2. *quid pro ipſis ſtatutum.* 294. 2.
— *peccata ſua confiteri volentes ſacerdotibus, in eccleſia coram ſancto altari adſtantibus haud procul teſtibus facere debebant.* 264. 2. *quid ſi infirmitas præpedierit.* Ibid.
— *in deliciis viventes, & libidinibus ſervire accuſatæ, ſi manifeſte detegi non potuiſſent, malam ſuæ opinionis famam erga eccleſiam purgare debebant.* 425. 2.
— *quæ canonicæ nominabantur quid agere debebant.* 558. 1.
Saracenorum, Saxonum, Friſonum, vexatio. 51 1.
Saturninus presbyter pro crimine a ſacerdotii ordine dejectus 282. 2.
Scriptores abſentes ita gaudent privilegiis, ſicut præſentes. 634. 2: 669. 1.
— *non poſſunt acceptare unum reſervatum, niſi ſit regulare.* 668. 1.
— *apoſtolici quando poſſunt uti ſuis privilegiis.* 669. 2.
Scriptura non requiritur, niſi expreſſe id conveniat, ut non aliter voleat. 614. 2.
Scripturæ divinæ aliter interpretandæ non ſunt, niſi ut recta ratio permittit. 147. 2.
Scripturas divinas exponentes, vel prædicantes ſanctorum catholicorum, & probatiſſimorum Patrum ſenſum ſequantur. 147. 1: & 2.
Secretarii non gaudent privilegio ſcriptorum. 669. 1.
Semeſtre non a tempore vacationis præbendarum, ſed notitiæ, & commonitionis, computandum eſt. 49. 2.
Sententia non excuſat a lapſu fatalium ſi eſſet pro appellante. 599. 2.
— *arbitri, qui habet intereſſe non valet.* 600. 1.
— *banni non probat ſine proceſſu.* 612. 2.
Sequeſtrum quando non datur. 639. 1. *quæ non impediant ſequeſtrum.* Ibid. *violantibus ipſum quæ pœnæ addictæ ſint.* Ibid. 2. *ob quid concedatur.* Ibid. *quando non revocatur.* 650. 1.
— *regium non impedit pacificam poſſeſſionem.* Ibid. 2. *eſt relaxandum ad inſtantiam ſubrogati.* Ibid.
Servi in clerum ordinari non poterant ſine Domini conſenſu. 315. 1.
Servus ſi abſente, vel neſciente Domino, ſciente tamen epiſcopo diaconus, aut presbyter fuiſſet ordinatus epiſcopus duplici ſatisfatione compenſare debebat cum Domino. Ibid. 2.
Severus Iconoclaſta angelorum ipſorumque cultus hoſtis. 126. 1.
Sigiſredus Moguntinenſis Epiſcopus ſchiſmaticus ſuſpenſionis pœnam incurrit. 583. 2.
Simeon Romæ fama nobilis adeo, ut ejus imagines in veſtibulis officinarum fuerint collocatæ 109. 1.
Simonia quando non fit. 641. 1. *conventionalis quid officiat.* 651. 1. *quid faciat ſimonia realis.* Ibid. *non eam inducunt ſolæ preces.* Ibid. 2.
Simoniacus quis, & quando ſit. 451. 2: 452. 1. *realis non agit ſpolio.* 651. 1. *quando defenditur regula de triennali.* Ibid. 2: 663. 2.
Sitertus Toleranus Epiſcopus quod Egicanem Regem non ſolum regno, ſed vita privare ſtatuerat, loco, & honore motus fuit. 473. 1: 531. 1.
Solemnitas in ſcriptura antiquiſſima præſumitur. 613. 1.
Solemnitates annuæ celebrandæ & a labore manuum in his ceſſandum. 182. 1. & 2.
— *ſanctorum olim prohibebantur in quadrageſima.* 192. 1.
Spectacula theatrorum in Dominicis, & aliis diebus feſtis chriſtianis prohibenda. 184. 1.

Spon-

Sponſalia quid ſint. 324. 2: 326. 2. ſi a parentibus fracta fuiſſent, triennii tempore hi a communione abſtinere debebant. 324. 2. quando excuſati. Ibid. & 325. 1.

Sponſus, & ſponſa cum benedicendi erant a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel paranymphis offerebantur. 326. 2.

– ſororem ſponſæ vitians, & poſtea ſponſam ducens per decennium pœnitere debebat. 348. 2.

– impubes non agit ſpolio pro ſponſa, quæ diſceſſit. 644. 1: 650. 2.

Statuta Principum circa ſucceſſionem non ligant ipſos ſtatuentes. 606. 1.

– Romæ ligare Tiburtinos non probatur ex verbis ipſorum ſtatutorum. Ibid.

Statutum urbis non tollit exceptiones, niſi replicando. 620. 1. quando habet locum. Ibid.

– circa fructus dotis extimatæ. Ibid.

– permittens fructus dotium quando habeat locum. Ibid. 2.

– de præſcriptione quomodo habeat locum. 621. 1. de ſucceſſione ab inteſtato qualiter intelligendum. 652. 1.

– præferens licentiatos doctoribus ſtricte intelligendum. 625. 1.

– Mediolanenſe ubi non habet locum. 652. 1. de aliis ſtatutis. Ibid. & ſeqq.

– Ravennatenſe quid decernat. 651. 2.

– Hiſpalenſe non habet locum in regreſſu. 675. 1.

D. Stephani Papæ teſtimonium de imagine Regi Edeſſæ civitatis miſſa. 131. 1.

Stephanus Papa conſtituit ne Sacerdotes, & Levitæ uterentur in uſu quotidiano veſtibus ſacratis, ſed ſolum in eccleſia. 135. 1.

Stephanus Epiſcopus dolo occiſus fuit. 462. 2.

Stupratores puerorum, nec in fine communionem obtinere poterant. 505. 2.

Subdiaconi VII. ordinati, qui VII. Notariis imminerent, ut martyrum geſta veraciter in integro colligerent. 96. 2: 97. 1.

Subdiaconus cum ordinatur, quid recipere debeat de manu Epiſcopi, quidque de manu Archidiaconi. 136. 1. & 2: 301. 1. & ſeqq.

– vaſa Corporis, & Sanguinis Chriſti Diacono ad altaria Domini offert. 136. 2.

– defuncta uxore, ſi aliam duxiſſet, ab officio in quo ordinatus fuerat removebatur. 308. 1: 586. 1.

– ordinari non debet, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus. 529. 2.

Subrogatio gratioſa ſuſtinet litem. 620. 1: 656. 1. quando non probat ſcientiam litis. 656. 2.

de Subrogatis. Ibid.

Subrogatus juſtificat jus defuncti ſine litteris illius. 613. 2: 631. 1.

– quando non poteſt procedere ad proſecutionem executorialium. 648. 1.

– non tenetur iterum intimare eas principali. Ibid.

Subſtitutus in prima inſtantia poteſt appellare. 637. 1.

– ſi agat ut talis, nulliter agit. 636. 2: 637. 1.

Succeſſor non poteſt expedire bullam novæ proviſionis per viam unionis. 613. 2.

B. Sylveſter Papa in urbe Roma conſtituit titulum ſuum in regionem tertiam juxta thermas Domitianas. 20. 2.

– per diaconos adferri juſſit Apoſtolorum imagines quas habebat coram Imperatore. 112. 2. ipſius conſtitutum. 135. 1: 228. 1: 317. 2: 372. 1.

Symbolum ab omnibus eccleſiis ante octo dies Dominicæ Reſurrectionis publice in eccleſia prædicandum. 166. 1.

– & orationem Dominicam omnis chriſtianus memoriter ſcire debet. Ibid. 2.

– per omnes eccleſias Hiſpaniæ, & Galliciæ ſecundum formam orientalium eccleſiarum recitari ſtatuitur. 252. 2.

Symmachus Papa ad BB. Apoſtolos Petrum, & Paulum, & ad S. Laurentium pauperibus habitacula conſtruxit. 32. 2.

– captivos per Liguriam, & Mediolanum, &c. pecuniis redemit, dona multiplicavit, & dimiſit. 38. 2. ipſius canonica ſententia, & maxime decretalis definitio pertimeſcenda. 64. 2: 455. 2.

– conſtituit, ut omni die dominico, vel natalitiis martyrum diceretur hymnus Gloria in excelſis Deo. 253. 2.

Synagogæ Judæorum inconſulte, ac temere conſecratæ fuere. 9. 2.

Synodi ſextæ conſtitutum, & textus. 103. 2.

Synodus Capuana ſtatuit contra rebaptizationes. 224. 2.

– Chalcedonenſis obſervanda circa monachos. 330. 1.

Syricius conſtituit ut Manichæi non participarent communionem cum fidelibus, &c. 245. 2.

TAberna intra ſacra ſepta prohibita. 11. 2: 530. 2.

Talion calumniatoribus ſtatutus. 399. 1.

Tedaldus Archiepiſcopus Mediolanenſis cum Guiberto Ravennatenſi qua de cauſa ab epiſcopali, & ſacerdotali officio ſuſpenſi. 583. 2. & ſeqq.

Teleſphorus Papa fecit ut in Natali D. N. J. C. miſſæ celebrarentur, & hymnus angelicus decantaretur ſolemniter. 254. 1. & 2.

Templa Deo dicata terribilia ſunt, & Dei habitacula, &c. 5. 2.

– conſecrata, ſi carent reliquiis martyrum, illas accipiant; ſine reliquiis templum conſecrans deponatur. 92. 1.

Templarii, & hoſpitalarii eccleſias recipiebant de manibus laicorum. 296. 2.

Terræmotus Conſtantinopolim quaſſavit, quidque tunc temporis accidit. 168. 1. & 2.

Tertius veniens ad cauſam, quando impediat ipſam; quando non impediat. 619. 1. & 2.

Teſtamenta ab epiſcopis, presbyteris, ſeu inferioris ordinis clericis, vel donationes, ſeu inſtrumenta propria voluntate confecta, quibus aliquid eccleſiæ conferre videantur,

omni

omni ſtabilitate ſubſiſtant. 60. 1: 63. 1: 84. 2: 455. 1.
– quæ parochiani coram presbytero ſuo, & tribus, vel duobus aliis idoneis perſonis in extrema voluntate facturi eſſent firma manere decretum fuit. 84. 1.
Teſtamenti veteris nihil poetice compoſitum in eccleſia pſallendum erat. 161. 1.
Teſtamentum condere prohibitum iis, qui hæreticis favent, poſtquam fuerint excommunicatione notati. 82. 2. & aliis. 83. 1.
– in quo eccleſia eſt inſtituta ſubjacet bullæ archivii. 613. 2: 651. 2.
– rogatum per notarium fidelem; licet non deſcriptum in archivio valet. 613. 2.
– dictatum per patrem inter filios, ſed nondum publicatum, valet. 651. 2.
– tempore peſtis debet habere duos teſtes. 653. 1.
Teſtes de auditu neceſſarii in cauſis matrimonialibus. 347. 2: 416. 1.
– non proferant teſtimonium per ſcripturam. 417. 1.
– quales non recipiendi. 418. 2. quales eſſe debebant. 419. 1.
– falſi a communione eccleſiaſtica ſubmovendi. 420. 2.
Teſtimonium chriſtianorum adverſus Judæos validum. 416. 1.
– laici adverſus clericum non recipiendum. Ibid. 2.
Teſtis non admittatur affinis. Ibid. 1.
Tharaſii verba. 103. 1: 107. 2: 572. 2.
– reſponſum circa imagines earumque picturas. 110. 2: 120. 1: 123. 1.
Theodoricus cum complicibus ſuis excommunicatus, & quare. 453. 2: 504. 2.
Theodorus in ſuis virtutibus laudatur. 31. 1.
Theodorus Iconomacus, qui nominabatur Critbinus anathematizatur. 111. 2.
Theodoſius minor Epheſina Synodo ſcripſit; ejus verba. 384. 2.
Theophilus Alexand. Eccleſiæ Epiſcopus feſtum paſchale longe aliter quam alii decreverant tenendum eſſe conſtituit. 175. 1.
Theophilus excommunicatus quis iſte fuerit. 541. 2.
Timotheus quidam a Dei eccleſia extraneus judicatus fuit cum aliis. 523. 1.
Titulus qualis non juſtificandus. Ibid. alia circa eundem titulum. 597. 1. & 2.
– coloratus per quid probetur. 644. 1. & 2. quid ſit. Ibid. & 657. 2: 664. 2.
– poſſidentis non excludit reſtitutionem. 645. 2.
Tormenta contra reos non admiſſa neque a divina, neque ab humana lege. 422. 1. & 2.
Torneamenta prohibita. 294. 1. qui in ipſis mortuus fuiſſet, licet non negaretur ei venia, eccleſiaſtica tamen carebat ſepultura. Ibid.
Tragitanus Eccleſiæ Corlubenſis Presbyter a ſuo Pontifice injuſte dejectus. 557. 1.
Tranſactio quando valida. 654. 1. & 2.
Treugæ a IV. feria poſt occaſum ſolis uſque ad ſecundam feriam, & ab adventu Domini &c. ab omnibus inviolabiliter obſervandæ. 73. 1. qui eas frangere tentaverint, poſt tertiam commonitionem ab epiſcopo excommunicentur. Ibid. & 2: 537. 2.
Triſagium acclamandum revelatum fuit B. Proclo. 168. 1.

Valentinianus Auguſtus ſynodum congregari juſſit, & qua de cauſa. 403. 1.
Valor a quo probari debet. 666. 2. quando non probatur. Ibid. qualis augeri non poteſt. Ibid. terrarum per quos probari poteſt. Ibid.
Vaſa ſacra non contrectentur ab aliis, niſi a Domino ſacratis hominibus. 132. 1. & 2.
– ſint nitida, & integra; vetuſta, vel aliquo caſu corrupta, religioſo loco abſcondantur, vel igne crementur. 133. 1: 232. 2: 290. 1.
– pro redemptione captivorum diſtrahere nulli objurgationi obnoxium eſt. 133. 1.
– contrectantes ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili ſe abſtineant. 136. 1.
Venationes prohibitæ in quadrageſima. 193. 1.
– exercentes reprobi a ſacra hiſtoria deſignati. Ibid.
Venditiones feudorum, ſeu aliorum bonorum eccleſiæ ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu non tenere ſancitum fuit. 77. 1.
Verba Bullarum quomodo interpretanda. 665. 2.
Verbum Dei non audientes increpati. 151. 2: 152. 1.
Veſtimenta eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, nemo debet adhibere, niſi in eccleſiaſticis, & Deo dignis officiis. 134. 2.
Vicarii ſenioris Romæ, & ipſorum dicta. 265. 2.
Vicarius non poteſt unire, niſi cum ſpeciali mandato. 677. 2.
Vicedomini, & Præpoſiti conſtituendi ſecundum regulam, & canones. 366. 2.
Victor Papa ſtatuit ut a XIV. luna primi menſis uſque ad XXI. die dominica cuſtodiretur ſanctum Paſcha. 176. 2.
Victorinus Pictavienſis Antiſtes a Silveſtro anathematizatus, & damnatus fuit, & qua de cauſa. 177. 2.
Vidua, vel profeſſa abſente epiſcopo, vel presbytero in domo ſua antiphonas cum confeſſore, vel ſervo ſuo facere non poterat. 160. 2.
– non cogatur vi venire ad ſecundas nuptias. 345. 2.
Viduæ adoleſcentes eccleſiæ ſumptu ſuſtententur. 34. 1.
– quæ eccleſiæ ſtipendio ſuſtentantur aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, ut meritis ſuis eccleſiam adjuvent. Ibid.
– omni quiete fruantur. 37. 2: 155. 1.
– ad nuptias tranſire non permittebantur, ſi in religioſo propoſito diuturna obſervatione permanſiſſent. 329. 1. & 2.
– ſanctimoniales quæ eſſent. 330. 2.
– quæ ſe continere non poterant, nubere non vetabantur. 345. 1.
Violatores ſepulchrorum infames declarati. 295. 1.
Virgines proprio crimine decidentes non ſolum a communione habebantur alienæ, ſed conviviorum participes eſſe non poterant. 537. 1.

Virgo propria voluntate, abjecta laicali veſte, devotarum more induta, ſi caſtitatem ſervari promiſiſſet ab eccleſiæ liminibus expellebatur ipſam non ſervans. 278. 2. *tali pœna adſtringebatur qui eam duxiſſet.* Ibid.

– *nubere prohibita, quæ annis plurimis in monaſteriis vitam egiſſet.* 329. 2.

Vitæ Patrum ſine probabilibus auctoribus in eccleſia non legendæ. 97. 1.

Vitia principalia octo, ſine quibus vix ullus poteſt inveniri, eaque deſcribuntur. 265. 2. 434. 1.

Unctio ſacra in duas ſpecies dividitur. 290. 2.

– *ſancti olei per omnes civitates non negligenda ab epiſcopis in feria V. Cœnæ Domini.* 291. 1.

Unio qualis eſt ſubreptitia. 677. 1. *eſt publicanda.* Ibid. 2. *apoſtolica quando ipſo jure nulla.* Ibid. *ſimplicis beneficii ad parochialem per quid probatur.* Ibid.

Uſura non in ſola pecunia conſiſtit. 476. 2.

Uſurarii manifeſti ad communionem altaris non admittantur. 245. 2.

Uxor obedire debet viro ſuo, eumque diligere, & amare. 327. 2.

– *ſubdiaconi, vel exorciſtæ, vel acolythi, mortuo illo, ſecundo matrimonio ſe ſociare non poterat.* 338. 1.

– *epiſcopi ante epiſcopatum, & communi pacto a viro ſeparata, poſt ordinationem ad epiſcopatum ingredi debebat in monaſterium ut longe abeſſet ab abitatione epiſcopi.* Ibid.

– *adultera ſi probaretur, machinaſſe in mortem viri ſine ſpe ulla conjugii cum pœnitentia perpetuo manebat.* 340. 1.

Uxores clericorum ſi peccaviſſent, mariti earum poteſtatem habebant cuſtodiendi eas, & ligandi in domo ſua, &c. 501. 1.

X*Enai ſententia circa Angelos, eorumque picturas.* 126. 1.

Xyſtus dictus junior natione Romanus, temporibus Hadriani, martyrio coronatus. 97. 2.

Xyſtus Papa conſtituit ut miſſarum actionem faciente ſacerdote, populus hymnum decantaret Sanctus, Sanctus, *&c.* 253. 1.

Xyſtus III. corpus Baſſi ejus accuſatoris cum linteaminibus, & aromatibus manibus ſuis tractans recondidit, & ſepelivit ad B. Petrum Apoſtolum. 297. 2.

Z*Acharias Papa viginti libras auri inſtituit pro emendo oleo annuo.* 139. 2.

– *pro Principis Apoſtolorum natali celebrando a Rege Luithprando invitatus miſſarum ſolemnia celebravit Ravennæ.* 183. 2.

Zephyrinus XVI. Rom. Epiſcopus pateuis vitreis miſſas celebrari conſtituit. 141. 2. *ipſius conſtitutum de ordinatione.* 301. 1.

Zoſimus per parochias conceſſit licentiam benedicendi cereum paſchalem. 179. 1.

FINIS SEXTI VOLUMINIS.

VA1 1533606

Digitized by Google

168. f. 7.

Digitized by Google